MARII NIZOLII BRIXELLENSIS

Thesaurus Ciceronianus.

POST EIVSDEM MARII NIZOLII ADDITIONES, Basilij Zanchi, & Doctissimorum aliorum virorum, addita sunt multa & quidem dignissima per Marcellum Squarcialupum prout sequens pagina docebit.

Eiusdem Nizolij libellus, in quo vulgaria quadam verba & parum Latina, ad purissimam Ciceronis consuetudinem emendata redduntur.

NVNC DEMVM EIVSDEM NIZOLII INFINITIS Additionibus ex ipsomet Cicerone collectis, & suis locis in vtroque libro collocatis, auctus & ampliatus, in lucem editus.

Ad Illustriss. & Excellentiss. OCTAVIVM FARNESIVM Parmæ & Placentiæ DVCEM meritissimum.



Venetijs, Apud Hæredes Melchioris Sessæ. 1588.

AD LECTOREM.

Si tibi ſcribendi rectè, rectéq; loquendi
Ductorem certum fortè parare cupis:
Vt cùò te expedias, neu multa volumina quæras,
Hunc tibi fac librum, Lector amice, pares.
Nam tibi Grammaticam ſimul omnem ſolus, & vſus
Verborum innumeros ex Cicerone dabit.

ILLVSTR.^MO ATQ. EXCEL.^MO
PARMAE AC PLACENTIAE
DVCI OCTAVIO FARNESIO

Michael Nizzolius Marij Nizzolij nepos F. P. D.

MAxima quidē res eſt, aut potius perfectę felicitatis pars ſummorum Principum cōciliatam ex virtute ſibi beneuolētiā promereri: nam vt nihil aliud boni inde comparaueris, illud certè, mea ſententia, nulli alteri rei penè conferendum eſt, quàm illi, qua, qui id vident, omnia, quę ab aliquo principe viro ornamenta emanare ſolent, ea te ſperare poſſe arbitrentur. Quo fit præterea, vt quauis dignitate, quouis honore te dignum omnes & exiſtimare, & admirari non deſinant. At ſi præter eorum Principum beneuolentiam ab iiſdem poſtea tibi beneficia acceſſerint, illud ita propè diuinum eſt, vt nihil omnino maius in vita conſequi poſsis. Nam ii quidem Principes agunt ſicuti Dij immortales, qui non ſolum hominum generi beneuolunt, ſed in dies etiam benefaciunt: quod cum quis obtinuerit, ille idem ſeſe à Dijs cumulatiſſime diligi nullo modo dubitare debebit. Idem neſcio quo feliciori fato tecum, Illuſtriſſime atque excellentiſſime DVX OCTAVI, olim Mario Nizzolio patruo meo cōtigiſſe video. Nam & tu eum, quę tua fuerat ſumma benignitas, non ſolū beneuolentia, ſed beneficijs quoque deuinxeras: & is te, quę perpetua eius erat propēſio, eū Principem profeſſus fuerat, à quo & expletam animi tranquillitatem; & maximam corporis, penè imbecillis, leuationē abunde conſecutus fuiſſet. Quantum itaque verè Nizzolium propter ſingularem eius virtutem, ac mores ornatiſſimos tu ſemper dilexeris; quantum eiuſdem honori tribueris, quandiu in vita fuit, multa quidem in eum ab eximia humanitate tua profecta beneficia teſtatum apud omnes reliquerunt: Sed illud in primis, quod Parmenſes iſtos tuos optimos ciues magnoperè hortatus fueris, vt eum ad munus iuuentutis humaniorum literarum

ſtudiis publicè excolendæ vocarent, atque reciperent: vt tunc quidem per te & amantiſſimè vocatus, & per honorifice receptus fuit. Nec his tantum poſtea ſe benignitas tua finibus includi ſuſtinuit: nã vt in hãc ſe familiam noſtrã explicatiorem redderet, hoc etiam tempore Pupilij præturam, caſtri in iſto agro ruo Parmenſi nõ poſtremi, mihi Marij ipſius nepoti munificẽtiſſimè detuliſti. Quod etſi mihi liberaliſſimi mu netis loco ſemper fuerit, tamen ſola hæc propenſa à ſummo viro volũ tas omnium vberrimarum forrunarum inſtar & mihi, & meis omnibus aſſiduè eſſe debebit. Vt ſcilicet eã ſemper cogitationem, eum ſem per animũ, qui patrui de te fuerat, & nepos, & reliqui oẽs eius ſanguine coniuncti diligẽter excolere perſeuerẽt. At nunc de me ipſo loquat: qui tibi quãplurimũ debeo, non tantũ ꝙ ea ſingulari humanitate patruũ meũ iam ſis complexus, quod quidem nõ mediocre eſt beneme rendi genus: quantum ẽt, quod me, ne tibi quidẽ de facie cognitũ, niſi quantũ clariſſimi viri, quorũ commendatione apud te ſum vſus, qua lis eſſem, & quo modo me haberẽ, diligẽtiſſime deſcripſerunt; in eorũ paritet numerum, qui tibi aliqua opera, atque officio deſeruirent, humaniſſime receperis. Debitorẽ itaq; vel deuinctiſſimum nunc me tibi eſſe & fateor, & ſimul ẽt profiteor. At qui ſummo Principi quicquam debet, quãdo is, cũ pręſertim tenuioris ſit fortunę, vnquã ſoluẽdo fue rit? ſi, quæ huiuſmodi viro debentur, vt altera parte æque reſpondeãt, longè pretioſiſſima eſſe oporteat? Meriendę tamen ſunt ſolutionũ rõ nes, atq; cum eo conferẽdæ ſcilicet, qui daturus ſit: vt is ea nimirũ det, quæ dare ſibi ſit integrũ. Verũ ego ipſe omnino ęs alienũ ſoluere, non autẽ, tanquam verſuram aliquo modo factutus, ſubterfugere volo. Et hinc, quod paraui, vt ex cõmutatione diſſoluatur, nõ minimũ quidẽ duco. Hoc autẽ; vt reor, & ru, quę tua in reuocandis ad calculos ſoluendorum rationibus eſt prudẽtia, probaueris, atq; habueris gratiſſimũ. Theſaurum neſcio quem literarium, ſatis eum quidem magni pretij conflatum, præ manibus habeo. Fuit homo Marius Nizzolius, ſi quis alius, in literarum ſtudiis vel Græcis, vel Latinis perquam nauus ac aſſiduus: & ſicuti variè erudirus; ita etiam rerum, quæ ad Latinam linguam ab omni vicio purè conſeruandam pertinerent; & eam pręſertim, quam ab ipſo Cicerone, quaſi eloquentiæ deo, ſuo ipſius exemplo ſequi docemur, pręter alios obſeruantiſſimus. Is enim ab ineunte ætate eundem Ciceronem dies noctéſque ſub puluillo, in ſinu, in manu frequenter legendum, ac deterendum habuit: atque id ita, vt imitando vix pedes ab illius veſtigiis quoquam dimoueret: eò vſq; enim is induſtria ſua, ac ſtudio contendit, vt cum illius ſimillimus fieri niteretur, ne quidem vllum ab eo verbum, ne penè ab eo etiam vlla ſyllaba prætereuecta ſit, quin omnia hæc vel animaduerrerit, vel etiam pertractauerit. Labor hic, vt vides: Pręſtantiſſime Dux; incredibilis ac diuturnus,

turnus,

turnus, à primis, vt aiunt; ad postrema adeò processit, vt cum ea, quæ quotidie de innumeris Ciceronis libris obseruaret, atque exciperet, in cumulum coniecisset, longè maximum ex his sit compositum atque perfectum volumen; cuius in fronte, obseruationes in M. T. Ciceronẽ, inscripsit: atque id optimis verbis: quia quicquid ferè dixerit Cicero, quasi acerrimus, acutissimusque speculator, animaduerterit, ac fuerit complexus. De quo quidem volumine, quid est, quod amplius hac oc casione dicam? locus huius certè rei amplificandæ non omnino angustus, si ferret opportunitas, ac si vellem, mihi nũc relinqueretur. Sed cũ ego Epistolam, non orationem modo ad scribendum accesserim, mihi satis admodum fore videbitur, si idem volumen per magni esse põderis, solo quasi digito indicauero. Qui candidum ac purgatum dicen di genus imbibere studuerit (vt certe quidem omnes, qui non tantum mansuetioribus, sed qui grauioribus etiam Musis dant operam, si clarè atq; aperte, dum loquuntur, eorũ sensus animi velint intelligi, studere debent) hinc fontem habuerit patefactum, à quo tandiu sit haurien dum, quandiu auidissimam is sitim suam sit expleturus. At quid fontẽ dico? Parum enim id est. Immo quasi quoddam inuenerit seminariũ, à quo, tanquam in fœcũdissima tellure proseminato, diuersos ac copiosiores seu flores, seu etiã fructus liberrime possit decerpere; hoc est deniq;, ad manus paratissimum, refertissimumque volumen habebit, in quo non elocutiones solũ, quæ purissimi sermonis esse consueuerunt, minimo cum labore singulas conquisiuerit: sed sententias etiam cõtinentes, cuiuscumque sint formæ, & characteris vel grauiores, vel tẽperatiores, vel remissiores demum parua penitus mercede coemerit: qui bus omnibus eã scilicet veteris sermonis imitationẽ consequi se posse non vereatur, qua quem imitari laborauerit, longiori fortè interuallo post se relinquere, ne dum pari omnino incessu ęquare possit. Tantum quidẽ habet vtilitatis ac viriũ idem propositũ hoc volumen. Quod dico tamẽ, quãuis id eius generis verè sit, cuius esse modò dixi, nolim pro pterea putes: Dux clarissime; à me dictũ, quia hoc te munus præ cęteris maxime decere existimẽ: nã næ ego ineptus sim, id à me si eo animo dicatur. Liber. n. qui Principẽ honestissime decet, eiusmodi ferè solũ esse conuenit, à quo idẽ Princeps (vt summi illi Principum præceptores Pla to atque Aristoteles in suis ipsorum admirabilibus libris pulcherrimis rationibus demonstrant) intelligat se talem omnino esse debere, vt cum libentissime, atque omni contentione, pro eius constanti virtute, ac in alios amore velint imitari à Dijs sibi concrediti populi. Sed ta men si quoquo modo hic noster te deceret, eo deceret nomine, vt solidiorem eloquentiam cum grauissimis rebus aptissime coniungeres. At nec hoc tu quidẽ adminiculo sic indiges, cũ tu pręsertim tot grauissimis detẽtus negocijs nõ latina lingua, quia nec hac tẽpestate ea Prin-

cipi opus esse videtur; sed Italica libētius atq; opportunius vtaris: qua quidem & tibi, & toti etiam amplissimę Farnesiorum familię, qui nati estis, atq; alti in vrbe omnium loquendi peritissima, ita comparatum est, vt orationis variæ quasi flumen aureū, ac propè cœleste à cuiusq; vestrum ore percipiatur redundare, quo quidem aures omniū hominum, atq; animos suauissime pascitis: aut quo potius eos ita detinetis, vt tanquàm illigati, quocunq; vestra flexanima velit oratio, ij facillimè deducantur. Quid ergo est? Hoc quanquam tu certe adminiculo minime tui ipsiusmet causa indigeas: tamen est alius, quem, veluti alterū te, possis fingere, qui quasi adhuc in incunabulis constitutus commoditatem huiusmodi ad cultiores literas perdiscēdū vtilissimam à te iure optimo reposcat. Hic autem est Ranutius: ille tuus scilicet charissimus nepos, atq; adolescentulus, qui, vt est pręclara quadam, atq; eximia ad omne virtutū liberaliū genus indole ac ingenio præditus; sic, vt optimis literarū studijs quotidie plurimū excolatur, nullū diem, nullam prorsus opportunitatem intermittit: atq; ita non longè à te, quasi à procera ac iam confirmata arbore tuo ipso è stipite, florescens surculus, ac in idem propè & morum, & virtutis incrementum colludens paulatim se excitare nititur: à quo vberrimos, ac tuorū similes, idest, iucūdissimos fructus sint & vestræ istæ ciuitates, & aliorum etiam propediem percepturæ. Adimas igitur peramanter hoc tibi, & illi dono munificentissimè des: atq; idem putes illi ęque tui causa futurū, ac si è tuo ipso fonte illius ingenium, vt non solum siccitate non arescat; sed vt singulari quadam vigeat viriditate, copiose irrigaueris. Nam cum Ciceronis libros ille, eruditissimo eius præceptore de non vulgari vtilitate cōmonente, diu ac diligenter euoluerit: cumq; eiusdem Ciceronis perfectissimam eloquentiam imitatione exprimere cōtenderit; vt nimirū Principis grauitate grauissimo, eodemq; omniū dulcissimo sermone exornet ac condiat: volumen hoc ibi pręstò, atq; expeditū habebit, à quo, tanquàm thesauro quodam, clarissimas non vnius generis quasi gemmas, quales sunt pulcherrimę Ciceronis elocutiones ac sentētiæ, possit studiosius hinc & hinc sumere: vt quod acute inuenerit, quod quidem aut de publica re, aut de priuata sit, idē bene etiam ac laudabiliter latine ab illo exprimi possit. Bene enim per nos ad aliquid inueniendū, quod alius quicquam non prius excogitauerit, ingenio ac natura apti esse proculdubio possumus: sed vt latine loquamur, nō item per nos possumus præstare: quoniam rectè inueniendi eadem in omni ætate fuit ratio ac facultas, loquendi verò rectè, nō certè eadem. Longissimè enim absumus nos ab illo felici Ciceronis seculo, in quo quidē omnes sui ordinis pręstantissimi viri, aliud quasi agentes, puritate sermonis, atq; elegantia loquendo vtebantur. Quod cum sic sit, longè vtilissimum esse videtur, apparatū & vocibus

&

& formulis illius candidiſſimæ latinitatis inſtructũ, habere quędam; quem dũ latinè, ac plane ſtudeas ſcribere, aut loqui, ne diu nimis hęſites, poſſis conſulere, vtrum, quod à te pronunciatũ ſit, latine, necne, dictum extiterit. Qualem modo apparatũ in hoc tibi volumine; Ornatiſſime Dux; proponimus: atq; hũc quidem multo plus, quàm antea fuerit, cum noſtra, tum aliorum etiam, qui tam fructuoſo operi ſua ipſorum doctrina fauere voluerunt, induſtria, auctoritatem atq; ornatiorem. Quanquam enim ille idem Nizzolius accuratè ſanè, ac diligenter hunc animo & cogitatione non ſemel, immo ſæpe ac ſęp ius aliàs circunſpexerit, vt cumulatiſſimũ in vulgus ac publicam vtilitatem proferretur: tamen (abſit ab his modo verbis arrogantia, atq; oſtentatio) non adeò potuit tunc ab eodem homine in huiuſmodi ſtudijs verſatiſsimo expoliri, augeri, ac ſuppleri, vt poſtremus hic labor & animaduerſio multo abſolutionem non reddiderit. Non vnus quidem dũtaxat homo omnia per ſe poteſt. Deorum immortaliũ hoc ſolum munus eſt. Nam dum multa frequentiſſimè leguntur, multo plura etiam quandoque contingit, vt à quantum velis accurato lectore prætereantur. Quo factum modo extitit, vt non tenuis elocutionum ac ſententiarũ numerus ex iiſdem Ciceronis libris in hoc idem volumen ab officioſiſſimis hominibus coniectus ſit: quo certè gratiſſimo labore ij ſummopere gaudebunt, qui nimios illos ſuos labores in exercendo latinæ linguæ ſtudio non breui tẽporis diuturnitate conſumptos, alieno iſto contractiori quidem, ſed vtiliſsimo labore per quàm leues facient ac compenſabunt. Accipies tu igitur: Humaniſsime Dux, munus hoc, quod quaſi ſtudioſè à veteris illius Nizzolij patrui iam olim defuncti piis manibus, mihi recenti Nizzolio nepoti ad huc ſuperſtiti, eſt ea de cauſa commiſſum, vt, cum denique ſit abſolutiſſimum: cumque ex omnium librorum aceruo pro maximis eius vtilitatibus & commodis minimi faciendũ nullo modo ſit, ad te vnum mitteretur Principem, quem, niſi id nimis ad volũtatem dictum videretur, ego omnium pariter abſolutiſſimum: ego, ſi non primũ, honeſtiſſimum tamen locum inter omnes reliquos Italiæ Principes conſecutũ, quouis precio poſſem contendere: quàm modo ſẽtẽtiam, ne me homines putent cuiuſquam auribus blandiri, ea per breues quidem, ſed re teſtatiſſimę, ſubſequantur rationes. Tu enim optime regendæ ciuitatis dux: Tu ſocius omnium virtutum rectè colendarum: Tu denique humaniſſimus omnium noſtrùm pater; idemq; acerrimus honeſtiſſimi ocij ac tranquillitatis conſeruator: quę cum quis omnia & natura & ſtudio receperit, eritne quiſquam, qui eum nolit ex parte perfectum putare, & confiteri Principem. Sed tu certè munus idem à me accipies, non tanquam hac ego largitione mihi prorſus ſatisfecerim: maiore enim multo: quod iam oſtendi; tu quidem digniſſimus es: ſed

vt,

vt, cùm tu illud humanissime acceperis, primum ea conditione, qua, qui se, quicunque sint (modo sint boni) in tuam libentissime tutelam, ac patrocinium dant, eos amantiori quadam animi lenitate suscipis: sic & idem suscipias: atque hinc in eo, in quo forte ex se sit obscurum, permittas, vt illustrissimo tuo & honore, & nomine, quod in frōte ad sempiternam sui memoriam fixum habeat, possit elucere. Deinde, tan quam de manu in manum, illud idem gratissimo optimoque nepoti tradere pro tuo singulari in eum amore non grauaberis: quo eam qui dem ingressus viam, quam & tu, cum eiusdem ætatis esses, qua nunc is floret, sine dubio insistebas, in dies grauissima, nec non & sapientissima oratione, amplissimo Principe digna, possit se imbuere: & sua scripta iucundissima varietate, lectissimis quasi flosculis, conspergere. Quod vtrunque & Nizzolio patruo, quia benefactorum, beneque dictorum dulcissima recordatione punssimæ etiam illę, ac beatissimę hominum mentes, & si abesse videantur, in ipso Deorum domicilio capi solent: & mihi nepoti, qui huius cumulatissimum lętitię fructum sum etiam nunc pręsens percepturus, gratissimum vtique extiterit: Patruo quidem, quia labores suos, atque lucubrationes in eo sinu collocatas intelliget, in quo quidem ad placidissimā illam rursus quietem reuocabuntur, quam, dum, inter nos tranquille ac leniter admodum viueret, copiosissimè ipse percepit: Mihi verò, cum intellectū iri apertè dabitur, me non eiusdē muneris fuisse intempestiuum nec latorem, nec assignatorem. Cui vtriq; singulari beneficio ego & meo, & ipsius patrui nomine ea me semper voluntate, eaque opera responsurum polliceor, quas illum decet hominem præstitisse, & cuius fidei tu; Dux Amplissimè; tantum commiseris, quantum Præturæ qualiscunque ea sit, interest, vt optime regatur: & qui adeò tibi sim obstrictus, & quasi conseruatus, vt vitam, vt fortunas in tuam sim assidue voluntatem, atque in tuum ipsum commodum, pro mea in te perpetua ac constanti fide omni penitus amota cunctatione profuturus.

Vale Venetiis. Calend. Sept. M D LXXXIIII.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

ILLVD in primis mihi maximè curæ est, candidè Lector, illud etiam semper mearum partium esse sum arbitratus, vt quos tibi libros traderem legendos, eos typis excudendis eligerem vtiles, tibique summopere exoptatos: deinde verò vt eos semper ampliores, illustriores, ac ornatiores in manus traderem. Sic enim & ad gratiam bonorum omnium, quam valde semper sum optimis artibus aucupatus, iter mihi facillimum esse paratum intelligebam: & eam rem honori maximo mihi fore, cui summopere consulendum semper in hac vita duxi, tota mente sum auspicatus. Quæ quidem si vlla in re mihi feliciter, & secundum votum cessere, nunc mihi Nizolianas in Ciceronem obseruationes cedenti felicißime euenisse credo, & me meis voti plus quam vnquam compotem factum esse confido. Nam quantum hic liber per se sit vtilis, & omnibus exoptatus illud apprime testatur, quod in omnibus Christiani orbis partibus typis editus, toties illustratus, & auctus, nunquam ferè satis sit ad explendas ementium voluntates. Ego verò nunc eum denuo tibi traditurus, & locupletißimum elegi, & eum adhuc locupletiorem efficere conatus sum. Nam huc suis locis multas obseruationes transferendas curaui, quæ Marius ipse Nizolius, accuratius post primam editionem Ciceronis volumina, legens, suis locis in primæ editionis librum transferens, digesserat. Qua in re illud etiam mihi curæ fuit, vt quæ nunc demum additæ sunt, signo aliquo dignoscerentur à reliquis, quod cum aliis additionum signis adnotatum inuenies. Hac autem in re non solum huic operi mihi videor consuluisse, verum etiam auctoris ipsius votum perfecisse, qui ea certè mente has demum obseruationes collegerat, vt quam primum sibi data esset occasio, librum iterum, imprimendi, ornatiorem eum, & copiosiorem tibi daret. Egi quidem in hac re pro instituto meo tum accurate, tum amanter: sed ad id etiam excitatus sum Michaelis Nizolij, continuis hortationibus, qui cum ipsius Marij nepos fuerit, & non mediocrem apud me propter animi sui mores, & ingenij doctrinam,

aucto-

auctoritatem habeat, facilè id etiam suis rationibus mihi persuasisset, à quò mentem auertissem. In re verò tam honesta stimulauit potius excitatum, quam excitauit dormientem. Atque in hac re parem animi benignitatem ostendens, ipsum librum additionibus auctum vltro obtulit atque liberaliter præbuit. Nunc autem quod ab auctore ipso excogitatum, atque optatum, à me verò confectum est, accipe benigno animo, & mentem meam, semper aliquid noui tibi molientem foue studijs tuis & adiuua quantum potes. Vale.

OPERVM CICERONIS, QVIBVS in hoc Opere usi sumus,

ELENCHVS: EX QVO ETIAM, QVAE VNA aut altera litera seu nota citantur propter breuitatem, facilè intelligi possunt.

AD Herennium libri IIII. Cornificij, non Ciceronis.
De Inuentione lib. II.
De Oratore lib. III.
Brutus, siue de Claris oratorib.
Orator.
Topica.
Partitiones Oratoriæ.
De optimo genere oratorum.
Pro P. Quintio.
Pro Sex. Roscio.
Pro Roscio Comœdo.
In C. Verrem act. VII.
Pro M. Fonteio.
Pro A. Cecinna.
Pro Lege Manilia.
Pro A. Cluentio.
Contra Rullum orationes III.
Pro C. Rabirio.
In L. Catilinam orationes IIII.
Pro L. Murana.
Pro L. Flacco.
Pro P. Sylla.
Pro Archia poeta.
Antequam iret in exilium, I. Declamatoris cuiuspiam, non Ci.
Post reditum, II.
Pro Domo sua.
De Aruspicum responsis.
Pro Cn. Plancio.
Pro P. Sestio.
In Vatinium.
Pro Calio.
Pro Cornelio Balbo.
De Prouinciis consularibus.
In L. Pisonem.
Pro Milone.
Pro Rabirio Posthumo.
Pro M. Marcello.
Pro Q. Ligario.
Pro Deiotaro.
In M. Antonium Philippica XIIII.
Salustius in Ciceronem. / Cicero in Salustium. } *Amba Declamatoris alicuius, nō Ciceronis.*
Epistola Famil. lib. XVI.
Ad Atticum lib. XVI.
Ad Brutum lib. I.
Ad Q. fratrem lib. III.
Ad Octauium epistola.
Academica quæstiones.
De finibus libri V.
Tusculan. quæst. lib. V.
De Natura deorum lib. III.
De Diuinatione lib. II.
De Fato liber.
De Legibus libri III.
De Vniuersitate liber.
De Petitione consulatus.
De officijs lib. III.
Lælius siue de Amicitia dialogus.
Paradoxa.
Somniū Scipionis, è sexto de rep.
Aratus, è Graco versus.
De Republ. libri VI. ex alijs non extant.
)(. nota contrarij.
L. Lege.
** Alicuius defectus indicium.*
**] Postrema additionis indicium.*

A *Latinorum litera princeps.* Cice.de Diui.85 a, Sus rostro si humi A literam impresserit, tum propterea suspicari poteris Andromacham Ennij ab ea posse describi.

¶*Romanis item erat absolutionis nota in iudicio.* pro Milo. 104 b, Litera salutaris, quòd nota esset absolutionis.

¶*Præpositio eadem quæ Ab, & Abs, virtute.* Or. 212 a, Vna præpositio est á, ab, vel abs: eaq; nunc tantum in accepti tabulis manet, ne his quidem omnium, in reliquo sermone mutata est: nam Amouere dicimus, & Abegit, & abstulit: vt iam nescias, Abne verum sit, an abs. Quid si etiam Abfugit, turpe visum est? & Abfer, noluerūt, Aufer, maluerunt? quæ præpositio, præter hęc duo verba, nullo alio in loco reperitur.

¶*Remotionis.* de N.D. A loco deiectus. Epi. 18 a, Te abfuisse tam diu à nobis. de Ar. 250 a, Ceremoniæ ab omni vetustate acceptæ. de Diui. 288 a, Liberi effingunt a parentibus & mores, & formas. Hic dicendi formulæ. Accipere ab aliquo literas: & quæ passiuo constant verbo, A Cæsare superatus. &, Nunquam à causis & iudiciis districtior fui. Quin. Fra. 317 a, Atti. 250 a, Minime totum amorem ab ea mecum abstuli.

¶*Fauoris, ac studij.* Ab aliquo esse, dicere, facere, stare. de Or. 80 b, Vide ne hoc totum Scæuola sit à me. Tuscu. 176 b, Qui sunt ab ea disciplina. pro Clu. 37 a, Non modo dicendi ab reo, sed ne surgendi, quidem potestas erat. ad Her. 8 a, A testibus dicemus secundum autoritatem & vitam testium de Inu. 59 a, *Populus cum illis facit de Fin. 73 b. ¦Commune est, quod nihilo magis ab aduersariis quam a nobis facit. de Inu. 57 b, Aut a se potius quàm ab aduersariis stare. ad Her. 24 b, Stare à voluntate scriptoris, & a sententia. * Non stante cum iis, qui &c. de Fin. 116 b.]

¶*Operæ, adiumentiq.* Ab aliquo soluere, persoluere, dare, repræsentare, numerare, suppeditare quempiam dicit Cic. cum aliquis pro ipso numerat. Atti. 114 a, Frater laborat, vt ibi quod debet ab Egnatio, soluat. pro Cic. 228 a, Pecunia soluitur à Cæsennia. pro Plan. Sinite me, quod vobis fretus, huic sæpe promisi, id a vobis ei persoluere. pro Fla. 153 b, Ab A. Seruilio dicit se dedisse. Atti. 83 a, Quod enim prætori consuescent, quoniam ego non acceperam, se a me quodam modo dare. Att. 194 b, * Quod sæpe consulto multæ ab reo facisit. ad Her. 14 a, Puero quoq; hoc à me dabis. Att. 229 a,]Reliquę pecuniæ vsuram Silio pendemus, dum à Faberio repræsentabimus. pro Fl. 255 b, Si prætor dedit, à quęstore numerauit, quęstor à mensa publica. cont. Rul. 72 b, Sumptum haurit ex ærario, suppeditat a sociis. & 74 b, Misimus qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperarent. pro Milo. 112 a, Mars communis, qui sæpius spoliantem iam, & exultantem euertit, & perculit ab abiecto, id est, opera & virtute victi. * Per me, i. à me Epi. Quod crebro certior per me fias.]

¶*Copiæ, vel contra.* Epi. 152 b, Antonius ab equitatu firmus. Epis. 120 a, Paratus ab exercitu. Att. 112 a, Sumus flagitiose imparati, cum à militibus, tum à pecunia. de Cla or. 170 a, Illa Græcus ab omni laude felicior. pro S. R. 32 b, Vir ab innocentia clementissimus. de Cla. 179 a, Instructus à Philosophia, à iure ciuili, ab historia, & 186 a, Mediocriter à natura instructus. Acad. 44 b, A valentiore interire. I. V. 242 a, Denudare à pectore. Postqu. 199 b, Nudus a propinquis, nulla cognatione munitus. pro Do. 225 a, Tam inops eram ab amicis? tā nuda respu. magistratibus? & Att. 12, de Cl. 165 a, Tum erat ab oratoribus quædam in foro solitudo pro Fla. 157 b, Orba ab optimatibus concio.

¶*Post, ac seriem temporis.* De Ora. 143 a, Qui annus ei primus ab honorum perfunctione fuit, i. post. Att. 214 b, Ab ea igitur, vt scribis, i. post eam auctionem venies. pro Clu. 7 b, Ab illo tempore, i. post. de Na. 62 a, Homerus qui recens ab illorum ætate fuit. I. V 206 b, Ab illo tempore secum illus habuit. & I. V. 180 a, Ab hora tertia bibebatur. & de Sen. 30 b, Cuius a morte tertius est annus. de Diui. 104 a, Animus vixit ab omni æternitate, i. quod dicunt ab æterno. de Diu. 206 b, Ea est ex omni æternitate fluēs veritas sempiterna. de Ar. 250 a, Ceremoniæ ab omni vetustate acceptæ. * Ab hac indole iā illa matura vxor generi. Ora. 206 b, Claudium a sepulta postulatum Gallis duobus. Epi. 113 b, & de Ora. 16 b.]

¶*Ante.* Ora. 218 a, Proximus a postremo, i. ante postremum siue penultimum.

¶*Vltro.* De Or. 94 a, Non ego hæc à me prompsi, sed fortuito incidi in hunc sermonem. & de Fi. 61 a, Sed ipsum a se oritur, & sua sponte nascitur. de Or. A se aliquid facere, i. per se.

¶*Versus situm, & corporis partem.* De Diu 36 b, Bacillum leuiter à summo inflexum. & At. 189 b, Antonius a fronte, a tergo, a lateribus tenetur. & de Diu. 82 b, Iupiter cornicem a læua, coruum a dextra canere iussit. cont Rul. 79 a, Ab alia porta Capenas ager est. Qu. de Pe. 206 b, Cum sinistra capillum eius a vertice teneret. I. P. 85 a, At tu illo ipso tempore apud socrum tuam prope à meis ędibus sedebas. de N. 52 b, Si est calor a sole, se opponunt, Aca. 26 b, Mare nunc quia à sole collucet, albescit. Att. 279 a, Firmos exercitus habemus ab occidente. de Or. 163 a, Laterum inflexio non abscena & histrionibus, sed ab armis, aut etiam a palęstra. I. A. 243 b, Tres viæ sunt ad Mutinam, a supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia. & de Inu. 81 b, Funiculus a puppi religatus.

¶*Muneris.* At. 122 a, Pollucé seruū a pedibus meū Romā misi. hmōi seruum Itali, *un staffero*, Galli, *vn laquay*. Germani, *lakey* appellant.

¶*Promiscua.* Pro Mil. 120 b, Siquidem nihil sit pręstabilius viro, quā periculis patriam liberare: beatos esse, quibus ea res honori fuerit à suis ciuibus Att 82 a, Velim tranquille a Parthis. I. A. 210 a, Multi præterea improbi, quos quidem a se primùm numerare possunt, qui hæc loquuntur. Att. 142 a, Illud certe scio, me ab singulari amore, quæcunque scribo, tibi scribere. Att. 188 a, Tantumne est ocij ab re tua tibi, vt etiam Oratorem legas? de Legib. 191 a, Coī ne reditus quidē ad bonos salutem à bonis potuit afferre. de Inu. 69 b, Locus communis à translatione, & contra eum qui translationem inducit. & ad Her. 8 a, Loci communes sunt a testibus, contra testes, à quæstionibus contra quęstiones, ab argumentis, contra argumenta, à rumoribus, contra rumores.

☞ Syntaxis, copia, epitheta, vera dictio, & phrasis. *Legare, esse decere, facere, stare. soluere, persoluere, dare, repræsentare, numerare, suppeditare ab aliquo, depositum recuperare alicui. Is illum à victo perculit. Firmus, infirmus, paratus, imparatus ab exercitu, militibus, pecunia. A laude felix. Ab innocentia clemens. A scientiis ac virtutibus, à natura instructus. A propinquis nudus. Ab amicis inops. A bonis solitudo. Orba ab optimatibus concio. A causis districtus. Ab illo tempore, ab ea ætate quæ recens. Ab omni æternitate. Proximus à postremo: id est, ante. A se promit, oritur, id facit. Propè à meis ædibus. A pedibus, manibus. Effingere mores à parentibus: id est, reddere. A te legi epistolam: id est, accepisse. A frumento copiosus ager. A primo, i. principio. A capite sumere: i. ex. Ab aliquo legere alicuius literas. Ab aliquo silentium esse. A vero sensu iudicare, i. sumere. Ab aliqua re copiosus locus. A mane cœnam quærere. Ab se calamitatem deprecari. A primo, i à principio. Ab aliqua parte firmus. A suspicione purus. Ab humili ad summum. Ab infinito tempore æternitas. A suspicione se sustinere, & ab omni assensu.*

Abactvs, a, um. *dicitur propriè de pecore ad prædam acto.* Greges equarum abactos Ver. 4.

Abacvs, ci *mensa structoria, vasorum receptaculum & ad vsum, & ad pompam.* I. V. 207 b, Ab hoc iste abaci vasa omnia, vt exposita fuerant, abstulit & 212 b, Tul. 240, Abacos quamplures ornauit argento, auroque cęlato.

Abalienatio. Top. 223 a, Abalienatio est eius rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt.

Abalienatvs. Epist. 6 b, Hominem excellentem nonnihil suspicantem te ab se abalienatum, illa epistola retinere potuisti. de Ora. 217 a, Iudices erant a Cæpione propter iudicia abalienati. Att. 2 b, Esse animo abalienato.

Abalienato, as. *alieno, distringo, reijcio.* con Rul. 79 a, Agros vectigales Populi Roma. abalienare & 80 b, Vectigalibus abalienatis, sociis vexatis. I. A. 167 b, At vero Pompeij voluntatem à me abalienabat oratio mea. Att. 232 b, Totum se à te abalienauit Dolabella. de Orato. 125 a, Eaque omnia valde beneuolentiam conciliant, abalienantque ab iis, in quibus hæc non sunt. Epist. 7 b, Qui nos, quos fauendo retinere potuerunt, inuidendo abalienarunt. Epist. 9 b, Qui a senatu hominem clarissimum abalienauerunt. de Or. 137 a, Nonne abs te iudices abalienes?

☞ Syntaxis. *Aliquid alicuius, & ab aliquo, & aliquid absolutè abalienare.*

Abazea, vel Sabazea, *instituta Dionysii.* de Na. 71 a.

Abavvs, ui, *aui nostri auus.* de Clar 183 a, Auus, proauus, abauus. & ibid. b, Iam duorum abauorum, quam est illustre nomen.

Abdera, ræ, *vrbs Thraciæ.*

Abderites. Aca. 14 a, de Or. 254 b, Or. 167 a.

Abderiticvs, a, um. Attic. 105 b, Quod iam a multis audio constitutum esse Pompeio & eius consilio in Siciliam me mittere, quod imperium habeam, id est Abderiticum. Abderiticum, id est, stultum.

Abdico, as. *alium, aut me magistratu depono me, vel alium aliquo bono spolio.* De Na. 28 a, Senatus vt abdicarent, consules abdicarunt. Tus. 176 a, & de Diui. 154 a, Quid magnificentius quam posse decernere, vt magistratu se abdicent Coss. I. A. 185 b, Antonius eo die non modo consulatu, sed etiam libertate se abdicauit. Atti. 85 a, Itaque tutela me abdicare cogito. I. C. 113 a, Cum se prætura abdicasset. Lege, Abivdico.

☞ Syntaxis. *Abdicare aliquem, si, absolutè, & cum septimo casu.*

Abdico, cis. *repudio, reijcio.* de Diu. 87 a, Cumq; in quatuor partes vineam diuisisset, tresq; partes aues abdixissent, quarta parte quæ erant reliqua, in regiones distributa, mirabili magnitudine vuam, vt scriptum videmus, inuenit.

Abdite. *occulte, clam, in occulto.* I. V. 145 a, Aliquid ita conditum esse, atq; ita abdite latere, vt omni diligentia inuestigari non possit.

Abditvs, a, um. *reconditum, absconditum, occultum, retrusum, abstrusum, ab arbitris liber.*)(*peruulgatum.* Off. 35 a, Nec aurum effoderetur penitus abditum. & de Na. 56 b, Venæ auri penitus abditæ. & 58 b, Res penitus abditæ & res occultæ. & Att. 264 a, Hæc loca uenusta sunt abdita certe, & si quid scribere uelis, ab arbitris libera, & I. V. 72 b, Res retrusa atque abdita in tenebris. & de Ar. 257 b, Abditi & penetrales foci. & Qui. de Pet. 212 b, Quæ significant voluntatem esse abditā, & retrusam, parui refert patere hostium. Tusc. b. 4. Audisne Amphiarae sub terram abdite? de Inu. 42 a, Qui dispersos homines in agris, & in tectis abditos ratione quadam compulit in unum. * Abditus sub terram. Tus. 188.]

☞ Syntaxis. *Penitus abditum. Res abdita, & res occulta. Retrusum, abditum, ac penetrale, sub terram abditum. Et abditum in tenebris. In syluis abditi homines.*

Abdo, dis, *occulo, retrudo, celo, abstrudo.*)(*patefacio, aperio, peruulga-*

tum facio. Att. 56 a, Ille se in interiorẽ partem ædium abdidit. Epist. 217 a, itaque abdidit se in intimam Macedoniam. Epi. 130 b, Et sese abdiderit in classem. Offic. 25 b, Natura eas partes contexit atq; abdidit. & 138 a, Neque me in Arpinum hoc tempore abdam. pro Mill. 109 b, Cum se ille fugiẽs in scalarum tenebris abdidisset. altas, tenebras. I. P. 87 b, An amici tui tabulas abdiderunt? Item alibi. De vxore Tuberonis non possum iam abdere, est enim res peruulgata. pro Ar. 188 a, Si qui ita se literis abdiderunt. de Di. 121 b, Qui luci ediderat genitor Saturnius, idem abdidit. I. P. 99 b, Is domum se abdidit. Epi. fam. lib. 7. Ac me totum in literas abdere.

☞ Syntaxis. *Abdere se in domum, intimam Rhetiam, & in tenebris. De hac re non abdam, id est, non tacebo. Abdere in syluam, & literis, & in literas.*

Abdomen, nis. *non gula ventrium, vti Niz. sed pars ab imo pectore ad pub.* pro Sest. 24 b, Manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant. & I. P. 88 a, Ille gurges natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ. & 93 b, Oculorum delectationi abdominis voluptates anteferre.

☞ Syntaxis. *Insaturabile abdomen. Natus abdomini & Abdominis voluptates.*

Abduco, cis. *remoueo, aufero, auerto.*)(*traduco.* de Natu. 34 b, Nihil est difficilius quàm à consuetudine oculorum aciem mentis abducere. & 93 b, A consuetudine oculorum animum abducere. & de Orat. 136 a, Abducere animos à contraria defensione, & ad nostram conor traducere pro Cæl. 41 b, Equidem uos abducam à testibus, I. V. 165 a, Hic est Docimus, ad quem iste deduxerat Tertiam Isidori Nimi filiam, vi abductam à Rhodio tibicine: id est, ablatam. & de Or. 112 a, Abducere discipulos ab aliquo. pro Deiot. 149 b, Abducere seruũ ab aliquo I. A. 236 b, Brutus equitatum ad se abduxit Dolabellæ. I. A. 226 a, Abducere legiones ab aliquo, & auertere. ibidem: Abducere animum à solicitudine vel à vitijs: id est, remouere. Epist. 48 a, à molestijs. Att. 137, à querelis. 36 a, Epist. 70 a, Ita vt mones, quantum potero, me ab omnibus molestijs & angoribus abducam. Abducere cogitationem à consuetudine, Tusc. 156 a, Abducere aliquem à studijs, Epist. 49 a, & Epist. 59 a, Me nec domesticus dolor nec, &c. à Rep. abducere. pro Quin. 15 b, Aoferre & abducere. & I. A 169 a, Curio te à meretricio quæstu abduxit de Cl. 184 b, Quin etiam Catulum filium abducamus ex acie: id est, à iudicijs & Qu. Fr. 126 a, Abduco me, (*id est, me recipio,*)ab omni Reip cura dedoq; me literis.

Item pro Flac. 61 a, & de Di. 99 b, Ne ars tanta propter tenuitatẽ hominum à religionis autoritate abduceretur ad mercedem atque quæstum. de Diu. lib. 1. Nec abducat vt te as, aut in extis totam Heturiam delirare. I. V. Ac. 5, Ab illis hominibus qui tum versati sunt in Repu. ad hanc hominum licentiam & libidinem me, abducis: id est inuitas & allicis. Amic. 97 a, Nec ab illo officio abduci debui. pro Flac. 161 a, Abducere se à fide.

☞ Syntaxis. *Aciem mentis, animum, animos, homines abducere à. Aliquem abducere ab aliquo ad se. Vt abducere seruum ab, ad se. Legiones abducere, & auertere ab aliquo. A solicitudine, vitiis, molestiis auferre, & abducere. Aliquem ex acie: id est, iudiciis abducere. Abducere se à, & ad aliquid traducere. Abduci, non abduci ut. Ne abducar, vt rear. Abduci ab officio. Se à fide abducere: id est, fidem frangere.*

Abducor, eris. *auocor, arceor, deducor.* I. V 202 b, Abducuntur homines nonnunquam magnitudine pecuniæ ab institutis suis.

Abeo bis. *discedo, concedo, facesso.*)(. *accedo, appropinquo, maneo.* I. A. 257 b, Quin tu abis in malam pestem malumq; cruciatum? At. 226 a, Nausea iam planè abiji. Epist. 232 b, De loco nunc quidem abijt pestilentia. pro Mur. 125 b. Abijt illud tempus, mutata ratio est. I. V. 234 a, Prætor de sella surrexit, atque abijt. pro Qu R. 51 b, Nunqd causare, quin ab iudicio abeas turpissime victus. pro Cecin. 303 b, Vt ne longius abeam. At. 222 b, Ad summam non possunt illhæc sic abire. de Fin. 164 a, Cato autem sic abijt e vita. Epist. 60 b, Atque abeuntem magistratu concionis habendæ potestate priuauit. Atti.

• 11 a. Cum abiens consulatu sum domum reductus. * Et illi misero quiritanti respondit, abi nunc, implorata. &c. Asin. Epi. 164 b, Non longe abieris num. &c. Epist. 104 b.]

¶ *Euanesco, accedo.* Atti. 161 a, In quos enim sumptus abierũt fructus prædiorum? Tuscu. lib. 1. Abiit ad Deos Hercules Epist. lib. 7, Non longe abieris, num sus ciuile vestrum, &c. I. C. Non hoc tibi sic abibit: id est, non impune feres. de Fin. lib. 5. Et si hoc fortasse non poteris sic abire, tamen audebo. &c. Epist. 138 a, Illa mea, quæ solebas antea laudare, o hominem facilem, o hospitem non grauem, abierũt, id est, euanuerunt. Offi. 68 b, Nunc abeo ad vulgi opinionem: id est, accedo. I. V 99 a, De suis bonis ita dat, ut ab iure non abeat. pro S. R. 25 b, Quid ad istas ineptias abis anquies?

☞ Syntaxis. *Abire in malam pestem, malumque cruciatum. Morbus abiit. Ab iudicio victum abire. Abeo ad. Abire, & non abire ab iure. Longius abire: in dicendo scilicet. Ista non sic abibunt. Magistratu abire, Hoc tibi non sic abibit. Pronuntiat Cic. verbum de morbo, de actione, de persona. Abire de, è loco.*

Aberratio, nis. *auocamentum.* Attic. 199 a. Siue hanc aberrationem à dolore delegerim, laudari me etiam oportere. & Epistto. 254 a, Verumtamen aliam aberrationem à molestijs nullam habemus.

☞ Syntaxis. *Aberratio a dolore. Deligere, & habere aberrationem.*

Aberro, ras. *deerro, vacedo.* Pro Ceci. 395 a, Ne ab eo, quod propositũ est, longius aberret oratio. de Or. 622 b, A quo homine iamdudum non aberret oratio. tua. Off. 27 b, Si aberrare ad alia cęperit, ad hęc reuocaretur oratio. de Or. 123 a, A cuius inuentis ego tibi videor nõ longe aberrare. de Ar. 249 a, Si ædilis verbo aut si nutu aberrauit, ludi non sunt rite facti. Tuscu. 165 b, Sed te de æternitate aberrare

proposito facilè patiebar. de Fin. lib. 5. Tamen à proposito inquam, aberrauimus. Att. a 36 a, Vereor ne nihil coniectura aberrem. Aberrare à communi vtilitate. pro Leg. 140 a, Aberrare à distributione. Qu. de pet 212 b, de Fi. 115 a, Non multum ab Herilli leuitate aberrauimus. I. A 290 b, Animus aberrat a sentẽtia, suspensus curis maioribus. & 243 b, Attendite quæso num aberret à coniectura suspicio periculi mei. & de Na. 21 a.

¶ *Vtcunque à molestiis animum abduco.* Att. 199 a, At egò hic scribendo dies totos nihil equidem leuor, sed tamen aberro.

☞ Syntaxis. *Aberrare longius ab. Ab illo non aberrare orationem, est continenter de aliquo loqui. Aberrare ad alia. Verbo & nutu aberrare. Aberrare, absolutè, i. vtcunque minus afficior. De hoc aberrare proposito. Aberrare coniectura.*

Abhinc. *ex hac die, vel tempore respicit præterita.* I. V. 82 b, Quæstor Cn. Papirio consule fuisti abhinc annos quatuordecim. & 113 a, Horum pater abhinc duo & viginti annos est mortuus Attic. 160 b, Abhinc amplius anni 25. pro Cornificio spopondi pro Q. R. 51 a, Quo tempore? abhinc annis 15. I. P. 92 b, Mihi libertus domum ex hac die biduò ante conduxerat. I. V. Offendit eum mensem comitialem, co-

• mitiis iam abhinc triginta diebus habitis. * Si ad decem millia annorum hoc futurum putem. Tusc. 168 a.]

☞ Syntaxis. *Abhinc annos, & annis amplius: & sine Amplius, cum septimo casu.*

Abhorrens, tis. *alienus, inimicus, aduersus.*)(. *amans, cupidus, studiosus.* pro Fl 147 b, Nunquam ab hoc genere, studio, ac voluntate abhorrens fui. Or. 91 b. Oratio spinosa, à sensibus abhorrens. de Or. 98 b, Homo à iuris studio non abhorrens. de Or. 149 a, Abhorrens ab auribus vulgi. Att. lib. 2. A scribendo animus abhorrens. Epi. 209 a, Est præterea Suffidius studijs nostris non abhorrens.

Abhorreo, es. *sum abhorrens, aspernor, fugio, religioni habeo. discrepo, sum alienus, absum, longè absum a voluntate aliquid agendi.* Bibuli voluntas à me abhorret. & 97 a, Cum ab ea sententia Pompeius abhorreret. & 16 b, Libri de Oratore abhorrent à communibus præceptis, & 27 a, Abhorreo ab vrbe relinquenda. de Ora 117 b, Sin plane abhorrebit & erit absurdus, vt se contineat admonebo. de Ora. 86, Abhorrere à consuetudine communis sensus. de Ora. 104 a, Vsque eò quæ dicenda de iustitia putabat, à vitæ consuetudine & ciuitatum moribus abhorrebant. pro Clu. 26 a, Nemo illum aditu, nemo congressione, nemo sermone dignum iudicabat Omnes illum aspernabantur, atq; abhorrebant, omnes vt aliquam immanem & perniciosam bestiam pestemque fugiebant. & 53 a, Quid vnquam Habitus in se admisit, vt hoc tantum facinus ab eo non abhorrere videretur? pro Cęl. 39 a, Cęlius longe ab illa suspicione abhorrere debet. Atti. 228 a, Quintus a ducenda uxore abhorret. Att 110 b, Delectus multorum atque a pugnando abhorrentium. de Fat. 141 a, Alij talibus uitiis abhorrent de Opt. 144 b, Causa ipsa abhorret ab illa quidem formula consuetudinis nostræ. pro S. R. 29 b, Tanta temeritas, ut nõ procul abhorreat ab insania. pro Clu. 22 b, Seque ab his nuptiis abhorrere respondit. de Diu 134 b, Quod abhorret etiam ab hominis constantia. I. A. 210 a, Animo illos abhorruisse semper ab optimo ciuitatis statu. Oct. 339 b, Nisi forte frustra deos appello, quorum auris atque animus à nobis abhorret. Offic. 26 a, Et ab omni, quod abhorret ab ipsa oculorum auriumque comprobatione fugiamus. pro Sest. 23 a, Nec ab utilitate eorum qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa P. Sestij abhorrebit oratio mea. pro Deiot. 147 a, Id etsi à ueritate longe, tamen a consuetudine criminandi non multum abhorrebat. I. C. 110 a, A quo mea longissime ratio uoluntasq;

• abhorrebat. Att. li. 2. A scribendo prorsus abhorret animus. * A quo mea longissimo ratio uoluntasque abhorrebat. I. V. 110 b.]

☞ Syntaxis. *Abhorrere à legendo, nuptijs, ab aliquo. Vitio abhorrere, et vitium. Abhorrere absolutè, à suspicione a ratione. Ab illo facinus hoc abhorret. Animo abhorrere. Abhorrens studio, & voluntate.*

Abiectio, nis *reiectio, rectio.*)(. *adiectio.* Ad Her. 2 b, Adiectio, literarum mutatio. I. P. 98 b, Debilitatio, atque abiectio animi, id est, nimia trepidatio.

Abiecte. *vt patet.* I. A. 189 a, Nec abiecte, nec sine aliqua dignitate casum illum temporum tuli. Tusc. 387 a, Ne quid abiecte faciamus.

Abiectus, a, um. *demissus, humilis, contemptus, summissus, afflictus, fractus, perculsus, desertus.* pro Clu. 37 a, Non quod illi causam pecuniæ publicæ contemptam & abiectam putarent. Att. 12 a, Senatum abiectum excitaui. de Fi. 104 a, Cum ipsi inter nos abiecti neglectique simus & li. 5. de Fi. nihil abiectum, nihil humile cogitat. de Cla. 186 a, Verba non abiecta, res compositæ diligenter. I C. 118 b, Exanimata uxor, abiecta metu filia. pro Cęl. 54 a. Hic abiectus non tam ad pedes quàm mores sensusque nostros de Ami. 107 a, Sæpe in quibusdam est animus abiectior, & spes amplificandæ fortunæ fractior, Att. 40 a, Sum animo perculso & abiecto. Oratio humilis & abiecta.)(. alta & exaggerata. Orat. 215 b, cont. Rull. 85 a, Homo grandi macie torridus. contemptus & abiectus. Epist. 5 b, Desertus & abiectus. de Fini. 138 b, Humilis & abiectus. Summissus & abiectus.) (. se efferens. Offi. 25 a, I. P. 86 a, Abiectus & semiuiuus. Orat. 215 a, Comicorum senarij abiecti.

☞ Syntaxis. *Contemptus & abiectus. Inter nos abiecti neglectiq;. Abiectum, & humile cogitare. Abiecta verba. Ad pedes, mores, & sensus abiectus. Animus abiectior. Idem perculsus, & abiectus. Humilis & abiecta oratio. Contemptus & abiectus. Desertus & abiectus. Abiectus, & semiuiuus. Abiecti comicorum senarij.*

Abigendus, a, um. In Ver. 81 b, Iste greges equarum abigendos curauit.

ABIGO, gis. *pello, expello, eiicio, ago.* de Orat. 131 b, Puer abige muscas. pro Clu. 14 a, Mulier partum sibi ipsa medicamentis abegit. I. P. 97 b, Illi familias arripuerunt, pecus abegerunt. Acad. 12 b, Pestem abige à me.

☞ Syntaxis. *Abigere muscas. Sibi partum medicamentis: pecus, pestem, à.*

ABIES, tis *alpina & procerior arbor.* Tus. 200 a, Tosti alti stant parietes deformati, atque abiete crispa Poetæ.

ABIEGNVS, a, um. *ex abiete.* Ad Heren. 12 b, Abiegnæ trabes. &, Nisi enim cecidissent abiegnæ ad terram trabes, Argo illa facta non esset. Top. 226 a.

ABIICIENDVS, a, um. *vocabulum apertum ex proximo.* Epis. 70 a, Abiiciendus est dolor. * Abiectus & fractus. Tusc. 196 a.]

ABIICIO, cis. *depono, reiicio, relinquo.* pro Sestio 16 b, Atque insigne regium, quod de suo capite abiecerat, reposuit. de Prou. 70 a, Virgines se in puteos abiecerunt. de Fin. 146 b, Polycrates annulum, quo delectabatur, in mare abiecit. pro S. R. 30 a, Susceptum onus aut propter perfidiam abiicere, aut propter imbecillitatem animi deponere. Offic. 20 b, Relinquunt enim & abiiciunt obedientiam. de Orato. 138 a, Gloria parta non delectari, sed totam abiicere atque deponere. pro Sest. 20 b, Hic se abiecit exanimatus. Abiicere & prosternere se. Para. 118 a, & Att. 55 a, Clodius abiecta toga se ad generi pedes abiecit. ¶ *Deiicio, refello, vel confuto.* Att. 123 b, Frangere & abiicere aliquem. de Legi. 161 a, Natura cum cæteros animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit. Att. 254 a. Quæ minus antea ob infirmitatem ætatis constanter ab eo fieri videbantur, ea ille abiecit. de Am. 102 a, Qui omnes cogitationes suas abiecerũt in rem tam humilem, tamq; contemptam. Epist. 178 a, Abiicere omnem timorem. pro Mur. 134 b, Abiicere hastas. Of. 15 a, Abiecta omni cunctatione facere aliquid. I. A. 175 a, Omnem se amorẽ abiecisse illinc, atq; in hanc transfudisse. Ep. 151 a, b, Quantaq; contentione Titium intercessorem abiecerim, ex aliorũ te literis malo cognoscere. de Orat. 121 b, Abiicere uoluntatem discendi simul cum spe perdiscendi. Att. 74 a. Fannius ædificandi consilium abiecerat. Epist. 138 b, Nam omnem nostram de repu. curam, cogitationem de dicenda sententia, commutationem causarum abiecimus.

☞ Syntaxis. *Abiicere aliquid de manu, capite, &c. Se abiicere in. Abiicere onus. Abiicere se, absolutè. Ad pedes. Abiicere cogitationes in rem, &c. Se supplicem pro alio subiicere. Senatus auctoritatem abiecit. Se autem Pompeius abiecit: id est, neglexit. Abiicere se atq; prosternere. Abiicere ædificationem. id est, consilium ædificandi. Famam ingenij abiicere. Abiicere Italiam, memoriam, humanitatem: id est, aspernari.*

ABITVS, tus. *discessus, recessus, profectio.* I. V. 175 b, Ne post abitum quidem importunissimæ pestis.

ABIVDICO, as. *rem alicui ablat. altori iudex do.*)(*addico.* I. V. 68 b, Nulla res cuiusquam tam patria atque auita fuit, quæ non ab eo, imperio istius abiudicaretur. pro Cecin. 304 a, Eum qui cum liber esset, censeri noluerit, Populus iudicat ipsum sibi libertatem abiudicasse. contra Rull. 74 b, Iudicabit Alexandriam Regis, à Populo Romano abiudicabit. * Opinione Populi Roma. rationem veritatis, integritatis, fidei, religionis ab hoc ordine abiudicari. I. V. 77 a.]

¶ *Citra iudicium remoueo.* de Orat. 118 a, Vbi plus mali quam boni reperio, id totum abiudico, atque reiicio. Budæus legit, abdico atq; reiicio. In Ver. 77 a, Rationẽ veritatis, &c. ab hoc ordine abiudicari.

☞ Syntaxis. *Abiudicare bona: &, Abiudicari ab aliquo. Sibi libertatem abiudicare. id est, per sese amittere. Abiudico, Abiicio.*

ABIVNGO, gis. *remoueo, separo.* Att. 21 b, Demosthenes se hoc refractoriolo iudiciali dicendi genere abiunxit.

ABIVRO, as. *aliquid me non habere, vel nõ promisisse iure periuro, nego quod debeo.* Att. 5 a, Mihi abiurare certius est, quam dependere.

Aβλάβεια. L. INNOCENTIA.

ABLEGATVS, a, um, *dimissus.* I. V. 123 b, Dimisso & ablegato consilio.

ABLEGO, as. *amando, dimitto, remoueo.* I. V. 114 a, Post illos adhibuit quos ablegarat. & ibidem 155 a, Qui honestos homines qui causam norint, ableget. Attic. 33 b, Hæc legatio à fratris aduentu me ablegat.

☞ Syntaxis. *Ablegare aliquem, consilium. Hoc me ablegat ab. Dimittere & ablegare.*

ABLVO, is. *abstergo, eluo, purgo.* pro Sex. Ros. 30 a, Ita iactantur fluctibus vt nunquam abluantur. Tuscu. 222 a, Perturbatio animi placatione abluitur. Abluere pedes alicui. Tus. 237 b, Vlyssi pedes abluens. ad Heré. 28 b, Tui clarissimi nepotes suo sanguine abluerunt inimicorum crudelitatem.

☞ Syntaxis. *Abluo, absolutè. Ablui perturbationes, animi. Pedes alicui abluo. Suo sanguine abluere inimicorũ crudelitatem, id est, implere, explere.*

ABNVO, is. *nego, recuso.*)(*concedo, aio, annuo.* de Fat. 140 b, Nihil enim vnquam abnuit uoluntas tua studio meo. de Fin. 64 b, Et intelligas qđ quisque concedat, quid abnuat. pro Mil. 121 a, Non abnuo, non recuso. de Legi. 164 a, Quorum neuto vnquam tam audax fuit, quin abnuerit a se commissum facinus.

☞ Syntaxis. *Abnuere aliquid, nihil alicui. Voluntas mea hoc tuo abnuit studio. Abnuo, & recuso hinc. Abnuo.*

ABNVTO, as. *sæpius abnuo, veto.* De Orato. 158, Quid te aditi abnutas? Poetæ.

ABORTIO, onis. *immaturus partus.* pro Clu. 24 b, Si hęc solutio legatorum, & non merces abortionis appellanda est.

ABORTVS, tus. *mensis ęstimus, ortus.* Att. 237 a, Tertulæ nollem abortũ: tam enim Cassij sunt iam, quam Bruti ferendi.

ABRADO, dis. *aufero, subripio: metaphoricè.* Pro Cec. 228 b, Postea quam videt nihil se ab Cecin. posse litium terrore abradere.

ABRASVS, a, um. Pro Q. R. 48 a, Supercilia illa penitus abrasa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur.

ABREPTVS, a, um. *raptus.* I. V. 184 a, Frumentum auersum à Repu. abreptum ab aratoribus. pro Leg. 142 b, Tempestate abreptus est vnus.

ABRIPIO, pis. *abstraho.* I. V. 226 b, Verres abripuisse, Cererem videtur. de Or. li. 3. Te quasi qđã æstus ingenij tui procul à terra abripuit.

ABRIPIOR, rio. *abstrahor, vi auferor & rapior.* Ante 197 b, A coniuge abripi, à liberis abstrahi, ab aris focisque proiici. I. V. 205 a, Quem in uincula abripi iussit.

☞ Syntaxis. *Abripi à suis, & in vincula.*

ABROGATIO, onis *dissolutio, antiquatio.* Att. 50 b, Nulla lex est, quę nõ ipsa se sepiat difficultate abrogationis. ad Her. 9 a, Nam quæ abrogatio aut derogatio sit legis.

ABROGATVS, a, um. *antiquatus de lege ac dignitate, & spoliatus dignitatis ratione.* Pro Dom. 230 a, Eiq; imperium est abrogatum.

ACVENDO, Episto. 256 a, In excitando & acuendo plurimum valet, si laodes eum quem cohortere.

ACVO, is. *exacuo, excito.*)(*obtundo.* Tus. 165 a, Multa corpore existunt, quae acuant mentem, multaque quae obtundant. Orato. 210. Si quis ad dicendum acuat aut adiuuet in eo iuuenturem, vituperatur. Off. 52 b, Itaque duae res quae languorem afferunt caeteris illum, acuebant, ocium & solitudo. de Cl. 196 b, Qui linguam acuisses exercitatione dicendi. pro Lig. 138 b, Eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio? de Ora. 92 b, Consuetudo exercitatioque & intelligendi prudentiam acuit, & loquendi celeritatem incitat. ad Here. 24 a, Imo erigit omnium cupiditates, & acuit industriam. de Cl. 176 a, Non enim solũm acuere, sed etiam alere ingenium potest.

☞ Syntaxis. *In acuendo plurimum valet is, id est, vt acuatur ingenium. Serram acuere. Acuere mentem & obtũdere. Ocius illum acuit. Acuere aliquem ad crudelitatem. Acuere prudentiam.*

ACVOR, ris.)(*Obtundor: vere de ferro secanto.* Toscul. 250 b, Ne stridorem quidem serrae audiunt tum cũm acuitur.

ACVS, acus. pro Mil. 114 a, Vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris putari.

ACVTE, *subtiliter, subtiliter, cum acumine, ingeniosè, arguto.* de Som. 129 a, acute sonans.)(grauiter sonans. de Orat 106 a, Colligere multa nõ modò acute, sed etiam ridicule & facete. de Io. 68 a, Sed illae tenuius subtilius, & acutius tractantur. pro Cael. 41 a, Si mihi acute argutẽq; responderit. de Am. 96 b, Acute respondere. de Clar. 169 a, Acute, argutẽque conijcere de faciendo aliquid.

☞ Syntaxis. *Acutè colligere (scilicet in disputando) respondere. Tractare tenuius, subtilius, acutius. Acutè, argutẽq; respondere. Conijcere de faciendo aliquid, acutè, argutèq;.*

● Acutus, a, um. *subtilis, acer, perspicax.* (* habens acumẽ.]) *hebes, pinguis.* de Som. 129 a Summus ille coeli stelliferi cursus, cuius conuersio est concitatior, acuto, & excitato mouetur sono, grauissimo autem hic lunaris & infimus. Orat. 208 a, Principia acuta sentẽtijs. de Ora. 94 a, Motus animi celer & acutus ad excogitandum. de Orato. 243 a, Sententiae dicendi acutae sunt, delectandi quasi argutae, commouendi graues. Off. 59 b, Philosophi quidam minime mali illi quidem, sed non satis acuti. de Natu. 5 a, Antiochus homo primis acutus. de Orato. 104 a, Acutus homo & natura vsuque callidus. Offic. 20 b, Id quod acutum & perspicax natura est. de In. 50 a, Acuta, an hebetior.

ACVTIOR, ris. *qui magis acutus, & argutus.* contra Rull. 68 b, Tamen si q. acutiores in concione steterunt, suspicantur, &c.

ACVTISSIMVS, a, um. de Ora. 107 a, Vocem ab acutissimo sono vsque ad grauissimum sonum recipere. de Orato. 117 b, Acutissimum & subtilissimum dicendi genus. de Orat. 99 b, Vir ingenio prudentiaq; acutissimus.

ACVTVLVS. de Natura. 63 a, Zenonisque breues & acutulas conclusiones.

☞ Syntaxis. *Coelum acuto & excitato mouetur sono. Sententia dicendi acuta, delectandi arguta, commouendi graues. Acutissimum ac subtilissimum dicendi genus. Motus animi celer, & acutus ad cogitandum. Acutus homo. Acutum, ac perspicax natura. Commune attributum hominis, motus, sententię, orationi, ingenio.*

AD, *prepositio non habet terminũ, ratione personę, ac loci. Nizolius addit, sensus, propè, circiter, apud. Accedunt significationes finis, consilij, vel vsus. Iuxta, vel in loco, vel circum, temporis certi, vel incerti, coram persona, & loco. Praeterea vicem subit vocis. Ex, apud personam, contra versus. Subintellectum. Accinat, indicat munus, circiter, praeterea, occasionem. Vim habet verbi. Secundum: vt, Secundum voluntatem, arbitrium, ac tandem, tria vel quatuor discrimina pręclara notionum per hanc vocũlam explicantur.)(Ab.*

¶ *Ad locum, & personam.* Atti. 216 a, Matri ardentes in filium literas ad me misit. Att. 112 a, Is scripsit ad me, vt essem ad vrbem. I. C. 118
● b, Dare litteras alicui ad aliquem. * Acad. 31 b, Vt nos nunc sumus ad Baulos. Epi. 43 b, ad vrbem te otiosum esse arbitrabar.]

¶ *Finis vsus, propositi consilij.* de Ar. 255 b, Mihi exire domo mea, ad priuatum dolorem fuit luctuosum, ad rationem reipub. gloriosum. pro Scil. 5 b, Vestigia integritatis illius nõ pressa leuiter, ad exigui pręedicationem temporis, sed fixa ad memoriam omnium sempiternam.

de Ora.

de Orat. 118 a, Multa ante congressum fiunt, quæ non ad vulnus, sed ad speciem valere videntur. pro Clu. 56 b, Qui ad fraudem callidi sunt. Ora. 219 b, Quicquid in his rebus fit vtiliter ad pugnam, idem ad aspectum etiam est venustum. Offic. 7 b, Vt cæteri sint ad iniuriã tardiores. Qu. Fr. 294 a, Cyrus ille à Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperij. I. V. 249 b, Nihil tam clausum ad exitus, nihil tantum ad custodias. pro Quin. 17 a, Plus huius inopia possit ad misericordiam, quàm illius opes ad crudelitatem. pro Sex. 10 a, Siue illa vestis mutatio ad luctum ipsorum, siue ad deprecandum valebat contra Rul. 66 b, Vester honos ad mei temporis diẽ petitus, non ad alienæ dominationis occasionem interceptus. cõtra Rul. 66 b, Hoc ego cum ad animi mei lætitiam duco esse permagnum, tum ad curam solicitudinemque multo maius. Offic. 42 b, Domus P. Motij commendauit adolescentiam Rutilij ad opinionẽ innocentiæ & iuris scientiæ. pro Dom. 241 a, In hisce ædibus monumentum collocasti ad equitum notam, ad dolorem bonorum omnium. pro Do. 239 b, Libertatis signum posuisti magis ad ludibrium impudentiæ, quàm ad simulationem religionis pro Dom. 235 b, Monumentum, quod positum est vt esset indicium oppressi Senatus, ad memoriam sempiternam turpitudinis. pro Do. 234 a, Indicium ad memoriam omnium gentium sempiternam. pro Dom. 235 b, Hoc simulachrum quidam homo nobilis ad ornatũ ædilitatis suæ deportauit. Atti. 149 a, Συναγωγὴν, consiliorum tuorum non est à me collecta ad querelam, sed magis ad consolationem meam. pro Dom. 217 a, M. Cato ratione vitæ mirabili ad laudem, & prope singulari. Officio. 38 b, Ad exemplum amissi imperij portari in triumpho Massiliam vidimus. pro Flac. 147 a, Res varia & multiplex à suspiciones, & simultates. pro Dom. 230 b, Ad laudem illustre. Offic. 36 b, Magna uis est fortunæ in vtranque partem, vel ad secundas res, vel aduersas. de Sen. 82 a, Quam ad suauitatem nullis egebat corporis viribus. Offic. 36 a, Quæ fiunt vtiliter ad hominum vitam. Offic. 28 a, Domus suffragata domino ad consulatum putabatur pro Syll. 177 a, b,

Gladiatores emptos esse ad cædem ac tumultum. * Ad Heren. 19 a, Enumeratio ad exitum causæ.] Episto. 217 a, Ea pars est ad XXX. Sestertia. I. A. 231 a, Populari agros non ad spem constituendæ rei familiaris, sed ad præsentem pastum mendicitatis suæ. Para. 117 b, Num illi vllam cogitationem habuisse videntur, aut auri ad auaritiam, aut amœnitatũ ad delectationem, aut supellectilis ad delicias, aut epularum ad voluptates? Offic. 43 a, Id enim ipsi sordidum est ad famam. Parad. 125 a, Pecuniam meam cõtemnis, & recte: est enim ad vulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica. Parad. 125 b, Non modo ad fructum, sed etiam ad fœnus ille sumptus exiguus est. I. A. 197 b, An illa non grauissimis ignominiis, monumẽtisque huius ordinis ad posteritatis memoriam sunt notanda? I. A. 265 b, Vt extet ad memoriam posteritatis sempiternã, ad scelus crudelissimorum hostium, militumque diuinam virtutem. pro Deiot. 144 b, Quæ mihi sunt ad spem obtinendæ veritatis, grauissima, ad contentionem dicendi, ad omnem motum animi leuiora. pro Milo. 117 a, Qui tyrannos necauerunt, prope ad immortalitatem & religionem & memoriam consecrantur. de Lege. 188 b, Ad immortalitatem memoriæ gloriosum. In Vat. 30 b, Quid optabilius ad immortalitatem gloriæ mihi accidere potuit? de Prou. 70 a, Acerbissimum extat iudicium, & ad insignem memoriam turpitudinis, & pene ad iustum imperij nostri odium. pro R. P. 125 a, Imago ad memoriam posteritatis prodita. I. A. 222 b, Vita Seruij Sulpitij multis erit præclarisque monumentis ad omnem memoriam commendata. de Or. 97 b, Legere aliquam orationem ad eum finem, quẽ memoria possis comprehendere. I. C. 97 b, Quem ad finem se effrenata iactabit audacia? Attic. 122 b, Vnum etiam restat tibi ad omne dedecus. de Amic. 113 b, Ad voluntatem loqui omnia, nihil ad veritatem. de Orato. 97 b, Exercere se ad versus alicuius, *id est in*, de Orato. 90 b, Res quas ad certam causam tempusque cognoueris. de Natura 74 b, Commoliri dolum ad aliquem. Attic. 110 b, Velim considerес quid faciendum putes, primùm πρὸς τὸ ἀσφαλές, &cæt. deinde ad opiniones, &c. de Natura. 43 a, Mundi partes neque ad vsum meliores, neque ad speciem pulchriores esse potuerunt. pro Cæl. 46 b, Dare aliquid temporis ad ludum ætatis. I. A. 228 a, Quis sapientior ad coniecturam rerum futurarum? pro Cæl. 51 b, Fuerant ad hanc rem collocati, vt, pro Cor. 68 a, Familiaritas bonorum ad summam laudem omnibus valet. de Orato. 198 a, Ad has tot tantasque res adhibenda sunt ornamenta. de Dioi. 98 a, Nullas vias dant nobis ad significationis scientiam. de Diui. 101 a, Ad opiniones imperitorum esse fictas religiones. de Dioi. 10 a, Ad errorem multitudinis, religionis simulachra fingere. de Fat. 142 a, Neque hoc scribunt vituperantes, sed potius ad laudem. de Diuina. 126 a, Res inuenta ad quæstum & ad errorem. de Di. 122 a, Ita Albana aqua deducta ad vtilitatem agri suburbani, non ad vrbem retinendam. pro Mure. 138 b, Finxit te natura ipsa ad honestatem. de Vniu. 201 a, Vt hoc esset illi ad æternitatis imitationem simillimum. pro Mur. 139 b, Nemo Catone commodior, comior, moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis. pro Mur. 141 b, Ad hoc officium necessitudinis, & ad reliquum tempus gratiosus. de Fat. 145 b, Ad animorum motus voluntarios non est requirenda æterna causa. pro Fla. 152 b, Describere pecuniam ad rationem alterius. de Lege 173 b, Isq; ne committi posset ad eam rationem cursus annuos sacerdotes finiuncto. de Vni. 202 a, Quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram, quàm, &c. de Ami. 111 b, Eorum est habendus ad summum naturæ bonum optimus beatissimusque comitatus. de Pet. 207 b, Vir ad ambitionem gratiosus. de Leg. 176 b, Hi omnes multa ad veritatem admirabilia dixerunt. de Ar. 251 b, Qui medicis suis non ad salutem, sed ad necem vtitur pro Mar. 137 a, Vti, vel abuti opera alicuius ad aliquam rem. pro Font 282 a, Habere voluntatem ad aliquem opprimendũ, & licentiam ad maledicendum, & animum ad emoriendum, & ingenium ad fingendum, pro Rab. 90 b, Quę mihi iustissima causa ad hunc defendendum esse visa est, eadem nobis ad absoluendum debet videri pro Rabir. 90 b, Nam me amicitiæ vetustas, ad C. Rabirium defendendum est adhortata. pro Quin. 13 b, Non ad mendacium obtinendum, sed ad veram probandum autoritas adiouat I. C. 101 a, Ad custodiendum te diligentissimum, ad supplicandum sagacissimum, ad vindicandum fortissimum eum putasti pro Do. 222 a, Multa ad placandum atque ad misericordiam reis concessa sont. pro Dom. 219 a, Hic tibi auctor ad instituendam, socius ad comparandam, auditor ad perficiendam rem fuit. Attic. 241 a, Præsentes ad nocendum vires habere. Antequam. 193 a, Manus ad demonstrandam religantur iniuriam, *id est, ne demonstrare queant.* lingua inciditur ad deplorandam calamitatem, *id est, ne possint deplorare.* de Clar. 193 b, Quinct. Sceuola nemini se ad docendum dabat de Orato. 92 b, Antequam ad dicendum ingressi sumus. pro Cæcinna 296 b, Arma alia ad tegendum, alia ad nocendum, &c. pro Cor. 55 a, Si minus tibi ad referendam gratiam satisfacere potero, ad prædicandam & habendam certe satis sum facturus. pro Cluen. 27 b, Ad respondendum surrexi de Orato 138 a, Ad dicendum surrexi. pro Cæli. 42 b, Oratio ad criminandum subtiliter inducta de Arm. 253 a, Autor egregius ad inflammandos animos. Officio. 41 b, Iustos viros ad imperandum deligi solitos. Officiu 42 b, Deligere sibi aliquem ad imitandum pro Sest. 25 a, Rem quæris præclaram iuuentuti ad discendum, nec mihi difficilem ad perdocendum. Quinct. de Pet. 307 b, Homines excellenti gratia ad conficiendas centurias. I. V. 76 b, Profectas ad audcodum. Offic. 47 b, Lege. Manlios Paucus sibi dies ad dictaturam gerendam addidit. de Diuina. 82 b, Mirari licet quæ sint animaduersa à medicis herbarum genera, ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos. de Diuina. 83 b, Quid scammoneæ radix ad purgandum possit. de Diu. 98 a, Stella salutaris ad ortus puerorum. Attic. 41 a, Reliqua tempora non tam ad medicinam, quàm ad finem doloris. pro Font. 283 a, Impiger ad labores belli, fortis ad pericula, peritus ad vsum, & disciplinam, prudens ad consilia, felix ad casum fortunamque. pro S. Rosc. 30 a, Hoc mihi maximo argumento ad huius innocentiam poterat esse. Quin. Fra. 295 a, Cum ad templum monumentumque nostrum ciuitates pecunias decreuissent. & ibi: Edicere ne ad ludos pecuniæ decernantur. Quinct. Frat 293 a, Græci diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi pro Flac. 158 b, Pecuniam ad patris honorem collatam abstulit. I. C. 114 b, Erat ei consilium ad facinus. contra Roll. 90 a, Numquis uestrum ad vim, ad facinus, ad cædem accommodatus est? pro Sex. Rosc. 43 b, Delectus ad aliquam rem faciendam. & ibidem. Reseruatus ad aliquam rem. I. C. 102 a, Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna seruauit. pro Rab. 92 b, Qui crucem in campo ad ciuium supplicium defigi iubes. I. C. 202 b, Ad huius vitæ studium meditati, *id est, excogitati, & suscepti.* illi sunt, qui feruntur labores tui. I. C. 117 a, Mihi iam ad vitæ fructum nihil potest acquiri. pro Sest. 15 a, Liberi mei ad necem quærebantur. I. C. 118 a, Lectus ad quietem datus. pro Cæl. 48 a, Quam ad rem aurũ sumpsisti. I. C. 121 b, Summa Populi Rom. voluntas ad communes fortunas conseruandas. I. C. 121 b, Cæteri vero ad communem salutem consentiunt. pro Muræ. 130 b, Dicendi exercitatio longe illi uestræ exercitationi ad honorẽ antecellit. pro Mur. 131 a, Sed nunc de studiis ad honorem dispositis disputo. pro Muræ. 133 b, Hoc quanti putas esse ad famam hominum & voluntatem? Officio 57 b, Ad nullam rem vtilis. ibidem. Ad nullam partem vtilis. Attic. 228 a, Hoc erit vtile ad confirmationem Ciceronis. de Orato. 132 b, Etiam ad causam vtile est, &c. Atti. 237 b, Sed ad hæc omnia vna consolatio est, quod. &cæt. Orato. 200 b, Non enim ad iudiciorum certamen, sed ad aurium voluptatem scripserat. Orato. 127 a, Nihil mihi ad existimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere potuit. pro Arm. 189 a, Marius, qui durior ad hæc studia videbatur. Officio. 24 a, Ad eam rationem maximam vim natura habet. Quinct. Fra. 315 b, Habere vim magnam ad gloriam, & ad summam dignitatem.

¶ *iuxta, vel ratione loci, circum, & in loco.* * Tusculan. 156 b, Terra ad vniuersi cœli complexum quasi puncti instar obtinet.] Epist. 144 b, Cum ad Cybistra quinque dies essem commoratus. Attic. 277 a, Ex castris ad imam Cardauiam. Attic. 228 a, Ad lacum quod habeo, venditurus sum. de Diuina. 112 b, Si fatum fuit exercitum Populi Romani ad lacum Thrasimenum interire. pro Cæl. 45 a, Habes hortos ad Tyberim. I. P. 91 a, Togulæ lictoribus ad portam præsto fuerunt. Tuscula. 241 a, Ad portas Sagragianas magna est frequentia sepulchrorum. pro Sest. 12 a, Lege Cæsar erat ad portas cum imperio. Postquã. 211 a, Erat alius ad portas in multos annos. de Orato. 132 b, Neoptolemus ad Troiam nomen inuenit. de Orato. 114 a, Cum istos libros ad Misenum studiosius lego. pro Fla. 154 a, Qui producti, tabulas se publicas ad speluncas perdidisse dixerunt. de Orato. 110 b, Conchas & vmbilicos ad Caietam & ad Lucrinum legere. Attic. 231 a, Villa mea ad Lucrinum. Academ. 3 b, Hortensij villa, quæ est Baulos. pro Cæcinna 288 b, 189 a, Ad omnes introitus homines armatos opponit. pro Sest. Ros. 25 a, Esse in agro, & alia ad uillam. pro S. R. 21 b, Occiditur ad Balneas Palatinas, rediens a cœna Roscius. I. C. 295 b, Quos stare ad curiam. de Lege. 182 a, Ara in eo loco fuit, ad eam lama inuenta est, & in ea scriptum, &c. Atti.

283, Facere sacrificium ad aram. I. V. 222 a, Agere vigilias ad ædes sacras. Attic. 222 a, Puteolis se aiebat vnum diem fore, alterum ad Baias. I.V. 200 b, Thespiades, quæ ad ædem Felicitatis sunt. Item 356 a, Pecunia vtinam ad ædem Opis maneret. Attic. 88 a, Statua quæ ad Opis per te posita est. Episto. 114 a, Cum senatus habitus esset ad Apollinis ad XI. Cal. Sext. Attic. 230. Rapinæ ad Opis fiunt. Attic. 245 b, Id ego ad illud fanum sepositum putabam. Episto. 241 b, Castraque ad Cybistra, quod oppidum est ad montem Taurum locaui.

¶*Temporis varij.* I. A. 164 a, Salutares sententiæ quibus ad hanc diē viximus. Atti. 129 a, Patriam non seruandam ad reditum nostrum. Episto. 134 a Non solum ad tempus maximam vtilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum I. A. 166 a, Cogitationemque sobrij hominis ad punctum temporis suscipe. Attic. 2 b, Nos hic te ad mensem Ianuarium expectamus. de Amic. 101 a, Bestiæ quæ ex se natos ita amant ad quoddam tempus. I. A. 154 b, Ad tempus occurrere. Atti. 206 b, Ad quos dies rediturus sim scribam. Episto. 55 a, Ad quod tempus te expectem nescio. Attic. 67 a. Ad quæ tempora te expectem. de Natura. 36 a, b, Ad quoddam tempus insistere. pro Syll. 168 b, Illa ad breue tempus seueritatem postulauit. Attic. 197 a, Te rogo vt explores ad quam diem, de Senec. 81 a, Si ad centesimum annum vixisset. Attic. 106 b, Ab hora octaua ad vesperum. Attic. 283 a, Decreuit vt in fastis ad eum diem Bruti nomen inscriberetur. de Somn. 126 b, Vigilare ad multam noctem. Atti. 37 a, Ad extremum manus dedit. & alibi: Is cum Pompeio ad extremum belli tempus fuit. pro Milon. 114 b, Ad tempus apta simulatio. pro Cœl. 40 b, Ad tempus accommodare se alicui. de Diuina. 93 a, Ad lucem denique arcte dormitare cœpisti. pro Cœl. 40 a, Versare suam naturam & regere ad tempus. de Cla. 196 b, Quorum ad ætatem laus eloquentiæ perfecta nondum fuit. Offic. 50 b, Isque rem integram ad reditum suum iussit esse I. C. 114 b, Si Catilina in vrbe ad hunc diem remansisset. I. A. 262 a, Ex Cal. Ianuar. ad hanc horam vigilaui. de Senec. 81 b, Sophocles ad summam senectutem Tragœdias fecit. Attic. 206 a, Multus sermo ad multum diem & alibi, Quo vase vtebatur ad festos dies, & ad hospitum aduentum.

¶*Coràm.* de Di. 90 a, Cum dormienti ei sol ad pedes visus esset, ter eum frustra appetiuit pro Cœl. 53 b, Fama adolescentis paulum hæsit ad metas. de Natura. 46 a, Hærere ad saxa. pro Cœl. 12 a, Aliquis ad vinum disertus Offic. 52 a, Quidam ad medium ianuæ sedentes. Officio. 68 a, Omnibus vicis statuæ factæ sunt: ad eas thus cerei. pro Milon. 107 a, Parum cum ad rhedam pugnari viderent, &cæt. pro R. P. 128 a, Dicere ad subsellia. pro Milon. 106 b, Hæc sica nuper me ad regiam pene confecit. pro Milon. 109 a, Milo reus ad populum accusante P. Clodio de Orato. 113 a, Exponere mandata ad populum & Senatu.

¶*Ex.* de Diu. 136 b, Tu demerso me & equo ad ripam, *id est ex.*

¶*Apud personam.* I. V. 70 b, Decem fisci ad senatorem relicti. Attic. 363 b, Dionysius ad me fuit bene mane. Attic. 157 b, Curio fuit ad me sane diu.

¶*Contra.* pro Cœl. 39 a, Ad istam omnem orationem breuis est defensio. pro Sest. 8 b, O diem illum mihi ad domesticum mœrorem gloriosum.

¶*Versus.* de Diu. 87 a, Aliquis ad meridiem spectans. de Na. 68 a, Saturnum vulgo ad occidentem colunt. I. A. 244 b, Facilis est circumspectu, quid ad dextram, quid ad sinistram sit.

¶*Cum attinet, subintellecto.* de Leg. 157 a, Nihil ad Cœliũ, sed potius ad antiquorum languorum atque insc. tiam. de Somn. 129 b, In quo qui insistunt, nihil ad nostrum genus. de Lege. 179 b, Quid enim ad Pontificem de iure parietum? pro Cor. 62, Quid id ad ciuitatem? de Lege 172 a, Sed siue fuit, siue non fuit, nihil ad rem. Acad. 23 b, Hoc nihil ad me. pro Dom. 217 a, Sed quid ad te? ad Attic. 195 a, Nihil agri ad vllam rem, loci satis, nihil ad eam quam quæro. de Orator. 181 a, Sed hoc nihil ad me, &c. illud ad me, ac multo etiam magis ad vos.

¶*Ratione muneris.* de Orat. 194 a, Quem seruum sibi ille habuit ad manum, *id est, scribam suum.*

¶*Promiscuæ formulæ, ac elegantes. Ad vocula vices verum subeunte, Circiter. Præterea, In, Per, Opportunitatem, & iuxta, exempli gratia sententia vsus, &c.* pro Clu. 23 b, Et ad hanc mortem, *id est, in hac.* omnia veneni indicia in illius mortui corpore fuerunt. de Lege. 180 b, Quid est quod ad ius Pontificum ciuile appetatis? In Vat. 33 a, Si ad cætera vulnera hanc quoque plagam reipu. inflixisses. pro Plan. 256 b, Equidem ad reliquos labores, quos in hac causa suscipio. contra Rull. 81 a, Ad hunc numerum quingentos sibi singulis sumeni Episto. 217 Ea pars hæreditatis est ad XXX. sestertia. Attic 9 b, Homines ad quindecim. Quinct. Frat. 314 a, Domitius ad numerum iudices non habuit. Quinct. Fra. 306 a, Sane frequentes fuimus, omnino ad ducentos. Att. 195 a, Dubito an excusationem aliquam ad filium parem. Attic. 110 b, Conuertere nauem ad puppim. Quinc Fra. 320 a Poema ad Cæsarem quod composueram incidi. Tuscula. 192 b, Ad omnia cæcitas mentis. Attic. 139 a, Ad hæc igitur cogita, vel potius excogita. de Orato. 112 a, Cum ille dubitaret quod ad fratrem promiserat. de Vni. 200 b, Nox igitur, & dies ad hunc modum. Attic. 38 a, Quod de Quinct. Fra. Epistola scribis ad me quoque fuit, *προδιδῶν, ὁ πόδας δύο φαντας, μέσον ὑπὸ χίμαιρα.* Attic. 205 b, Mummium fuisse ad Corinthum, pro certo habeo. Epist. 199 a, Quamobrem cōscende nobiscum, & quidem ad puppim. Ep 43 a, Cū essem in castris ad fluuium Pyramum de Orato. 141 a, Nunciatum est iuuenes stare ad ianuam quosdam, qui, &c. pro Qu. 111 a, Ad negotium suum relicto procuratore proficisci. de Natu. 76 b, Pallium aptum ad omne anni tempus. de Leg. 182 b, Ad cantus & tibicinem prosequi laudes honoratorum virorum. Tusculan. 171 b, Cum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. Officio. 45 a, Hæc res ad breue tempus duratura est. Officio. 6 a, Perturbatio animi, quæ plerunque breuis est & ad tempus. Epistol. 243 a, Ad meum sensum & ad illud syncerum ac subtile iudicium nihil potest esse laudabilius, quàm, &c. de Ora. 115 a, Qui mentes iudicum ad arbitrium suum mouere possit. de Cla. 171 b, Cato ad populum summa contentione dixit, pro Corn. 60 a, De Cn. Publicio ad populum latum vt is ciuis esset, de Orato. 149 a, Genus orationis, quo vti ad vulgus nemo possit. Attic. 282 a, Non enim id propositum est huic epistolæ, Messalam vt laudem, præsertim ad Brutum. pro Q. R. 46 b, Ad arbitrium petere. & ibi. Ad iudicem causam labefactari. pro Q. R. 52 b, Alicuius testis ad iudicem fidem infirmare. de Diu. 123 a, Retinetur autem ad opinionem vulgi respu. mos. pro Deio. 150 a, Nullus locus est ad statuam rostris clarior. I. A. 251 b, Qui suam amentiam huic præbet ad gloriam. I. A. 203 b, Legibus annalibus grandiorem ætatem ad consulatum constituebant. de Leg. 157 a, Aliquis in loquendo multus & ineptus ad summam impudentiam. de Vn. 101 a, Deus cœlum ad voluntatem rotundauit. de Diu. 100 b, Quod somnium mirifice ad verbum cum re conuenit. Orato. 132 a, Verbum ad literam immutatum: vt venius, ignauus. pro S. R. 32 a, Si quid est, quod ad testes reseruet, ibi nos, &c. pro S. R. 37 b, Tectis esse ad alienos potissimus: intimi multa apertiora videant necesse est. contra Rul. 70 a, Ratione assecutus est vt id quod liceret, populi ad partes daret. de Fat. 140 b, Te proponere aliquid ad quod audiam, volo. Attic. 210 b, Ad tempus redire. I. C. 193 b, Ad breue tempus metu, releuari. de Sen. 92 b, Sensus moriendi ad exiguum tempus durat. pro R. P. 127 b, Ego me aliquando ad literas vindicabo. pro S. R. 30 a, Ita postremo eijciuntur, vt ne ad saxa quidem conquiescant. Bru. 289 a, Obdurescunt magis quotidie ad vocem tribuni. de Orato. 109 b, Ad Græcorum consuetudinem disputare. Orat. 201 a, Aristoteles adolescentes non ad morem Philosophorum tenuiter disserendi, sed ad copiam Rhetorum in vtranque partem exercuit de Diui. 125 b, Ad nostri augurij consuetudinem dixit Ennius, cum tonuit, &c. Episto. 41 b, Censuit sumptus legatis, quam maxime ad legem Corneliam decernendos. de Orat. 115 a, Iudex omni ratione ad tempus, ad causam oratione moderandus est, Attic. 122 b, Commendatio alicuius ad omnes. Attic. 32 a, Quod de Quin. Fratr. epistola scribis, ad me quoque fuit. *προδιδῶν,* &c. Orato. 212 b, ad quam legem non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus.

¶☞Syntaxis. *Ad aliquem dare literas, esse, laudare quempiam. Ad busta vulnerari. Esse ad Portas. Ad vrbem cum exercitu. Cum imperio stare ad lacum. Fundus ad litus. Est pecunia, depositum ad ædem. Fiunt rapinæ ad Apollinis. Orare ad Senatum, ad subsellia. Obsidionem ponere ad oppidum. Distare ad iactum lapidis, stadia, millia, & millibus. Ad multam scribere noctem. Ad lucem dormire. Ad reditum nostrum hoc firma. Aliquid agere ad tempus, ad breue tempus. Hunc ad annum. Venire ad annum. Dicere ad arbitrium, voluntatem. Ad exemplum, ad veritatem, ad speciem. Ad tempus accommodare se. Ad suam voluntatem facere. Dicere ad vsum, ad legem, ad causam. Ad opinionem meam ingentes opes tuæ sunt. Ad errorem vulgi ficta simulacra. Ad hæc mala: id est, præter hæc. Ad hæc, id est, præterea, ad calumniam, dicere defensionem parare. Remedium ad morbum: id est, contra, vel ad eum abigendum. Ad cogita. Diis ad luctum (id est, contra) gloriosus.* ° *Ad pro apud. Ad pro præter. Ad pro circiter.*] *Ad occidentem, ad sinistram colere, spectare, colere. Quid ad te? ad rem? negocium? prouinciam? Nihil ad nostram amicitiam. Minime id ad nos. Ad Cal. Ianuar. venire, ad mensem Iunium. Ad quod tempus, ad quos dies venies, ° ad quæ tempora? Ad breue, ad exiguum tempus accersere. Mors ad tempus afficit. Ad tempus apta simulatio. Habere voluntatem ad famam. Commendare ad posterorum memoriam. Consecrare studium. Id valet ad speciem, ad hominum vitam. Alicui se ad docendum dare. Ad fraudem callidus. Ad dicendum ingredi. Ad historiæ fidem scribere, & ad effigiem iuste. Ad agendam gratiam satisfaciam. Ad necem aliquem quærere. Studia ad hominem disposita. Ad aspectum venustum. Præcisa lingua ad significandam iniuriam: id est, nequeat significare. Prælium non ad speciem, sed ad vulnus. Ille valet ad nullam rem, & nullam partem. Voluntatem habere ad mendacium, ad negocium, ad literas. Ad literas vendicare se. Amici ad manus: id est præsto. Ad pedes abijcere se, iungere. Ad lyram canere. Cremonis ad Cæsar. poema. Vertere nauem ad puppim. Ad Cæsar, promittere. Ad verbum scripta cum re conuenient. Ad literam immutat: id est, describet. Ad alios nos tractus: id est, cum, & inter alienos. Ad aliquid audere. Ad populi partes aliquid dare, id est, concedere, vel pro populo. Ad propositum. Ad vnum. Fuimus frequentes, omnino, ad centum: id est saltem. Ad manus. Ad maximum. Ad liquidum: id est, aperte. Ad vnguem. Adire ad domum, sæpius Cicer. quam domum. Ad extremum, id est, tandem. Ex Cal. ad hanc horam. Ad vinum disertus: id est, in. Exponere mandata ad aliquem ab aliquo.*

ADÆQVANDVS, a, um. *quod par & æquum faciendum.* pro Ar. 191 a, Commemorationem nominis nostri cum omni posteritate esse adæquandam.

ADÆQVATVS, a, um. *redditum par.* pro Cor. 68 a, qui in summa amicorum copia cum familiarissimis eius est adæquatus.

ADÆQVO, as. *æqualem facio* pro Arc. 190 b, Noster hic magnus, qui cum virtute fortunam adæquauit. de Vn. 202 a, Quæ a meipso facta sunt deorum vitam possint adæquare,

Æquo

Atqui ſuffragijs ſunt abſolutè. Quin.fra.311 b, Senatorum vrna cupiose abſoluit, æquitum adæquauit, Tribuni ærarij condemnarunt.

☞ Syntaxis. *Adæquandum eſt nomen dum omni poſteritate, i. æternū praſtandum. Adæquare cum primis. Fortunam cum virtute adæquare. Hic primos adæquat. Vrnam adæquare, cum paria ſunt ſuffragia, vel ſententia, amicorum & inuidorum.*

Adamo, mas, *valde amo, ardenter deſidero, percupio.* de Orat. 148 b, Qui patientiam duritiam in Socratico ſermone maximè adamarat. Aca. 3 a, Eam ſententiam quam adamauerunt, pugnaciſſimè defendunt. Epi. 19 a, Si hoc ſtatueris, quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus eæ laudes comparantur, in ijs eſſe in laborandum. pro Milo. 118 b, Nihil erat cuiuſquam, quod ille adamaſſet. de Ora. 149 b, Si illam præclaram & eximiam ſpeciem oratoris perfecti & pulchritudinem adamaſti. I.V.224 a, Id adamaſti quod non quam videras. pro Fla. 511 a, Quod florere in generis ſuis gloria viderat prætor adamauit. I. V.126 a, Cum ſigna quædam pulcherrima vidiſſet, adamauit.

Adaugeo, ges, *cumulo.*)(*minuo, extenuo.* de In. 69 a, Per quem facti honeſtas adaugetur. de In. 71 b & ad Her. 13 b, Hæc ſigna adaugent ſuſpicionem. pro S. R. 55 b, Tamen alijs nefarijs cumulant atque adaugent.

Adaugeſco, cis, *creſco inſuper.* de Diu. 83 a, Aut denſus ſtridor, &c.

Ortus adaugeſcit ſcopulorum ſæpe repulſus. Poetæ.

Addico, cis, *dedo mancipo, deſtino, adiudico.* pro Seſt. 11 a, Quos æris alieni magnitudo Tribuno plebis conſtrictos addixerat. pro Dom. 234 b, Is neminem inuenire potuit, cui ſedes meas addiceret. I. P. 98 a, Nonne Fufidium creditorem debitoribus ſuis addixiſti? in Ant. 212 a, Antonius regna addixit pecunia. 273 b, Non enim vni priuatim ancillatus ſum, neque me addixi. pro Mil. 118 b, Incidebantur domi leges, quo nos noſtris ſeruis addicerent. I. P. 91 b, Cum addicebas Tribuno pleb. conſulatum tuum. pro Pl. 590 a, Senatus cui me ſemper addixi. I. A. 201 a, Qui ne ſorti quidem fortunas noſtras deſtituit, ſed libidini cuiuſque addixit. Poſtq. 207 b, Cum hoc coire auſus es, vt reip. ſtatum, vt Senatus autoritatem, vt ciuis optimè meriti fortunas prouinciarum fœdere addiceres. Parad. 150 b, Ego te non ſtultum vt ſæpe, non improbum vt ſemper, ſed dementem & inſanum rebus addicam neceſſarijs. de In. 62 b, Abdicet corpus ſuum turpiſſimę cupiditati. ad Heren. 59 a, Addicere vitam ſuam omni intemperantiæ. Pro Milon. 79 a, Eius ipſius domum euertiſti, cuius ſanguinem addixeras.

Addicor, ris, *adiudicor, deſtinor.* pro Cęl. 587 b, Licetur Ebutius, deterrentur emptores multi, partim gratia Cæſenniæ, partim etiam precio. fundus addicitur Ebutio. Pro Qu. 17 b, Vt parſimonia nuda cupiditati petulantiæque addicatur. Anteq. 195 b, Rei ſententiis priuatiudicium conuinci, quém ſupplico addici debent. Pro R. P. 130 a, Tua bona & poſthume nummo ſeſtertio à me addicuntur. At. 158 b, vt ſcriberem, cui vellem addici. Pro Rab. Poſtq. 130 a, Bona alicuius nummo ſeſtertio cupiam addici, de Leg. 198 a, Libertas plebi ſic data eſt, vt multis præclariſſimis addiceretur, vt autoritati principū cederet. I.V. 105 b, Addicitur id opus H-S-DLX. millib. I.V. 105 b, Addicitur medimnis MM.

Addictio, onis, I.V. 68 b, Addictio & condonatio bonorum.

Addictus, a, um, *adiudicatus, mancipatus.* I.P. 87 b, Nam lege Cęſaris omnis tibi Græcia addita. de Orat. 132 b, Quanti addictus? mille nummum. Offi. 61 a, Cum eorum alteri tyrannus diem necis deſtinaſſet, & is qui morti addictus eſſet, &c. I. A. 170 b, Nemo te de vendita atque addicta ſententia mouere potuit. Pro Fla. 156 b, Ille cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus eſt. pro Milo. 112 a, Milo vitam ſuam maximus præmijs propoſitam & pene addictam ſciebat. pro Cæl. 54 b, Hunc addictum, deditum, obſtrictum tibi habebis. Tuſc. 176 a, Qui certis quibuſdam deſtinatisque ſententiis quaſi addicti & conſecrati ſunt, At. 144 a, Mihi illa omnia iam addicta vaſtitati videntur. de Ar. 550 a, Quod tu Brogitaro addictum pecunia tradidiſti. I A. 253 b, Gladiatorio generi mortis addictos. Attic. 102 b, Sed quid eſt quod cuncti Lucceis ſunt addicti? I. V. 124 b, Ob rem iudicandam pecuniam accipere, precio habere addictam fidem & religionem. I.V. 125 a, Habere fidem alteri addictam pecunia.

☞ Syntaxis. *Conſtrictus tibi & addictus ſum. addicere aliquid pecunia. Nemini ancillari, neque ſe addicere. Addicere conſulatum Tribuno. Addicere libidini cuiuſque piorum bona. Fœdere addicere. Corpus ſuum addicere vitio, & vitam. Reus addictus ſupplicio. Addicta ſeſtertio bona. Addicta venditaque ſententia. Addictum, deditum, obſtrictum aliquem habere. Vita propoſita, & addicta præmijs. Addictus & conſecratus. Precio addictam habere fidem & religionem. Fidem habere alteri addictam pecunia.*

Addiſcens, tis. *qui addiſcit.* de Sen. 8 b, Solon dicebat ſeneſcere ſe multa in dies addiſcentem.

Addiſco, ſcis, *qui doceor.* de Sen. 82 a, Quid, quód etiam addiſcunt aliquid? de Fin. 145 a, Vt ea quæ Socrates repudiauerat, addiſceret. de Ora. 151 a, Atque velocius puer addidicerat. de Orat. 166 b, Sed vt aliquid addiſcerem. &c.

Additamentum, ti, *appendicula,* pro Seſ. 18 a, Ligus iſte, neſcio qui, additamentum inimicorum meorum.

Addo, dis. *adiungo, acceſſionem adiungo, affero, aſcribo.*)(*adimo, deduco.* de Orat. 113 a, Paululum ſe erexit, & addidit hiſtoriæ maiorem ſonum vocis Antipater. Epiſt. 47 a, Sed aliquid atque adeo multum addunt atque afferunt de ſuo, de Orat. 145 a, Addere, mutare, detrahere. Epiſ. 210 a. Si ad id quod ipſorum cauſa vis, addideris cumulum commendationis meę. Poſtquam 210 a, Ad hęc ornamenta dignitatis meæ, reliqua vos ijdem addidiſtis, &c. de D. 137 b, Nunc prætor intermiſſionem forenſis operæ & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus antea vti non ſolebam. Att. 8 a, In illā orationem Metellinam addidi quædam. Att. 203 a, Eas literas eundē faſciculum velim addas. Offi. 14 a, Harum rerum duarum ſplendor omnis & amplitudo eſt, addo etiam vtilitatem in poſteriore. At. 25 a b, Addis mihi ſcribendi alacritatem, Att 100 b, Hæc opinor ſunt in his libris, quos tu laudando animos mihi addidiſti.

Addendo, *adiungendo.* Offi. 12 b, Addendo ducendoque videre, quæ reliqui ſumma fiat.

Addendus, a, um, *id quod additur.* pro R.P. 12 a b, Ne quid ad eas ruinas, quib. hic oppreſſus eſt, addendum acerbitatis putet.

Additus, a, um, *adiunctus, quod acceſſit.* Aca. 13 a, & Att. 290 a, Vnus annos additus labori tuo. Epiſ. 8 a, Vt plus additum ad memoriam nominis noſtri, quàm ademptum de fortuna videretur. de Fin. 73 a, Id autem eiuſmodi eſt vt additum ad virtutem, autoritatem videatur habiturum.

☞ Syntaxis. *Addo, & affero de meo. Addere cumulum commendationis. Ad hoc iſtud adde. In hanc rem addo. In faſciculum literas addere. Addere alacritatem, & animos. Addendo videre quod reliquum. Id eiuſmodi eſt, vt additum ad virtutem.*

Addubitatio, onis. *dubium.* Off. 55 b, aliàs Dubitatio.

Addubitatus, a, um, Offi. 17 a, Eoque magis ſi plus adipiſcare re explicata boni, quam addubitata mali.

Addubito, as, *dubito.* de Orat 509 b, Vt addubitet, quid potius aut quomodo dicat. Epiſt. 110 a, Quod ad me ſine prænomine epiſtolam miſiſti, primum addubitaui, tuum, &c. de Na. 5 a, Profecto eos addubitare coget doctiſſimorum hominum diſſenſio. & 49 b, Id de quo Panætium addubitare dicebat.

Adduco, cis. *deduco, induco, contendo, contraho.*)(*remitto.* pro Qu. 4 a, Publicius, qui ex Gallia pueros iſti adducebat Att. 125 a, Gentes feras armatas in Italiam adducere. pro Dom. 228 b, Ciuitatē in diſcrimē adducere. pro Qu. 3 b, Adducere aliquem in ſummas anguſtias. pro Deio. 144 a, Adducere aliquem in diſcrimen capitis. Offi. 67 b, Adducere aliquem in inuidiam falſo crimine. Poſtq. 207 b, Non te illius vnguentorum odor in eandem cogitationem adducebat, vt tibi non liceret, &c. pro Qu. 5 b, Adducere aliquem in ius. pro S. R. 3 a b, Cauſa, quæ aliquem ad facinus adduxit. Epiſt. 107 b, Nondum volūt iſti lauti terra nata in honorem adducere fungos, heluellas. Pro Mur 139 a, Si quicquam miſericordiam adductus feceris.

Adducor, ris. *inducor, mutor.* de Pro. 77 a, Adduci ad ſuſpicādum nullo modo poſſum, vt C. Iulius, &c. Epiſt. 22 a, Non enim adduci poſſum, vt abs te, &c. Att. 90 a, In eam ſpem adducimur Epiſt. 58 a, Adduci ſpe alicuius rei, vel cupiditate. Epiſt. 63 a, Adduci voluntate ad aliquid faciendum, & induci odio.

Adductus, a, um, *inductus.* de Clar. 170 b, Myronis ſigna nondum ſatis ad veritatem adducta. At 327 b, Ad inter regnū comitia adducta. de Or. 106 a, Mediocriſne res in controuerſiam adducta eſt? I. V. 55 a, Adductus ſum iud. officio, fide miſericordia, &c. de Offi. 99 b, Ita contracta res eſt & adducta in anguſtum. I.V. 179 a, Adductus erat in ſermonem, inuidiam, vituperationem.

☞ Syntaxis. *Adducere aliquid ex Gallia alicui. In locum adducere. In diſcrimen, inuidiam, & capitis diſcrimen adducere falſo crimine. Adduci in cogitationem. Adducere in ius. In honorem aliquid adducere. Adduci nō poſſum vt ceat. In ſpem & ſpe adduci voluntate, & odio ad. Signa ad veritatem adducta, i. accedentia. Adducta comitia. Res in controuerſiam adducta. Adduci officio. Res contracta, & adducta in anguſtum. In inuidiam, vituperationem, ſermonem adduci.*

Adedo, dis. *comedo.* Tuſc. 180 a, Cum verò adeſum in flatum renouatū eſt iecur, tum rurſus, &c. pro Quint. 7 a, Quis tam profuſus nepos, non adeſa iam, ſed abundanti pecunia ſic diſſolutus fuiſſet?

Ademptio, onis. *ablatio.* pro Do. 229 a, Ademptio ciuitatis.

Adeo, *aduerb. vſque eò, tantum ſeu tam, ſicut, adeo vt, magis adeò, &c.* Qu. Fra. 208 b, Remp. funditus amiſimus, adeo vt Cato adoleſcens, &c. pro Clu. 53 b, Adeone erat ſtultus, vt, &c. pro Flac. 156 a, Neminem quidem adeò infatuare potuit, vt ei nummum vllum crederet. pro Seſt. 21 a, At verò illi adeò vim facinoris ſui perhorruerant, vt cogitarint, &c. pro Rabir. 96 b, Adeone hoſpes huius vrbis es? Epiſt. 163 a, Adeò mihi viſus eſt lepidus, vt. &c. pro Deiot. 149 b, Adeone, vt ét humanitatis iura violentur, de Orat. 110 a, Magis adeo id facilitate, quàm alia vlla culpa mea contigit. Offi. 8 b, Adeo ſumma erat obſeruatio in bello mouendo I.V. 233 a, Id adeo ex ipſo S. C. cognoſcite. I.V. 23 a b, Id adeo ex me cognoſcite. pro Cęci 301 b, Id adeo, ſi placet conſiderate. pro Clu. 34 a, Id adeò ſic cognoſcite. Att. 154 a. Hanc adeo habeo gratiam tibi. Epiſ. 194 a, Adoleſcens tuus atque adeo noſter. pro Cl. 34 a, De foro atque adeo de ciuitate ſublatus eſt. Epi. 47 b, Aliquid atque adeo multa addunt de ſuo. I.P. 88 a, Tunc etiam, atque adeo vos geminæ voragines, &c. Att. 144 a, Quod ad te antea atque adeò prius ſcripſi. Epiſt. 166 a, Adeo longo & infeſto itinere ad me veniri doleo. pro Arch. 188 a, Atque hoc adeò mihi concedendū eſt magis, quàm. &c. Att. 24 b,

Interea curſus quos prima à parte iuuentæ.
Quæq; adeo conſul virtute animoq; petiſti.
Hæc retine, &c. Poetæ.

Adeo, adis. *adire poſſum, ſubeo.* I. V. 101 a, Cæteri hæredes adeunt ad Veterem. Epiſt. 41 a, Ad me adire quoſdam memini, &c. pro Cęcin. 300 b, Cum ad ibam ad illum fundum. Epiſt. 35 a, Cum ad me aditum eſſet ab ijs, qui &c. Epiſ 39 b, Tu adeunt fere omnes, &c. de Cl. 194 a,

194 a, Tum primùm nos ad caufas adire cœpimus. Acad. 14 a, Tribunum aliquem cenfeo adeant. de Finibus. 145 a, Pythagoras Perfarum magos adijt. pro Fla. 156 b, M. Cratidius, ad quem eſt aditum, negauit. Qu. fr. 30 a. Cum prætores diebus aliquot adiri nõ poſſent, nec poteſtatem ſui facerent pro S. R. 36 b, Adire periculum capitis. Offi. 17 a, In adeundis periculis, &c. I. V. 234 a, Cum ad prætorem in ius adiſſemus. I. V. 120 a, Antequam in ius aditum eſſet. Att. 216 a, Adire hæreditatem. pro Q. R. 54 a, I. A. 56 b, Cum ipſe patris hæreditatem. Cernere hæreditatem pro adire. L. Cerno. * Pro Dom. 127 b, Omnem locum quo adis exilij ſimillimum reddis.] * Pro Seſſ. 46 b, Adeundæ inimicitiæ.]

☞ Syntaxis. *Adire ad aliquem, ad fundum. Omnes te adeunt. Adire ad cauſas. Prætores adiri non poſſunt, nec ſui faciunt poteſtatem. Capitis Adire periculum. In ius adire. Adire hæreditatem.*

Adeps, pis. *axungia, pingue quod intra cutem carnemq; eſt.* L. C. 174 b. Nũ nihil P. Lentuli ſomnus, L. Caſſi adeps, C. Cethegi furioſa temeritas pertimiſcenda eſt?

Adeptio, onis. *acquiſitio.* de Finib. 73 a, Nos beatam vitam non depulſione mali, ſed adeptione boni iudicemus, Part. 140 a, In voluntate autem vtilitas ex adeptione alicuius commodi.

Adeptvs, a, um, *aſſecutus inuentus.* L. Adipiscor.

Adespotos, *autore carens, & principio.* Epiſt. 253 b, Rumores triſtiores, ſed ἀδέσποτοι, *id eſt, incerti.*

Adesvs, a, um. L. Adedo.

Adfero, fers. Brut. 94 b, Triſtes de Bruto nuncij adferebantur. L. Affero.

Adgravescens, tis. Tuſc. 207, Siquidem qui tempeſtiuam medicinã admouens, non adgraueſcens vulnus illidat manus Poetæ.

Adhaec, *præterea.* pro Flac. 162 b, Adhæc prædia in cenſu dedicauiſti.

Adhaereo, res. *interiùs fixus ſum.* I. V. 31 b, Tela in tuis viſceribus adhærebunt. pro Dom. 226 a, In me omnia coniurationis nefaria tela adhæſerunt. in Arat.

Spinifarum ſubter caudam ?iſtricus adhæſit. Epiſt. 115 a, Tanquam in quadam ſilice iam omnia adhæſerunt. I. V. 31 a, Tenetne memoria, te extremum adhæſiſſe? *id eſt, extremum quæſtorem eſſe factum.*

☞ Syntaxis. *Tela in viſceribus adhærere. Coniurationis tela omnia adhærere in aliquo. Omnia adhærent veluti in quadam ſilice, Tu extremus adhæſiſti.*

Adhaeresco, ſcis. pro Seſt. 6 b. Adhæreſcere ad columnam. Acade. 3 a, Ad eam tanquam ad ſaxum adhæreſcunt. Att. 57 b, Vtque fac venias, ſi potes in his locis adhæreſcere. de Clar. 195 a, Hortenſius in continuatione verborum adhæreſcens. de Orato. 107 b. Quæ recta ſunt, probari: quæ praua ſunt, faſtidiis adhæreſcere. Offi 17 b, Omninoque ita iuſtitiæ honeſtatiq; adhæreſceret, vt, &c. pro Dom. 115 b, Prouidendum fuit, ne in hanc tantam materiam ſeditionis iſta funeſta fax adhæreſceret. de Or. 128 a, Argumentum ratio ipſa confirmat: quæ ſimulatque commiſſa eſt, adhæreſcent. de Clar. 190 a, Oratio ita libere fluebat, vt nunquam adhæreſceret.

☞ Syntaxis. *Adhæreſcere ad columnam. Ad ſaxum. Adhæreſcere in locis in continuatione verborum. Adhæreſcere faſtidijs. Iuſtitiæ & honeſtati adhæreſcere. Seditionis fax funeſta in hanc materiam adhæreſcit. Argumentum oratio adhæreſcit.*

Adhaesio, onis, ipſe actus adhærendi. de Finibus, 52 b, L. Copulatio.

* Addamo, as. Cic. Acad. l. 11. Quum. n. ſenſus honores adhamauerũt, iun. &c aliter adamauerunt.]

Adhibens, tis. *qui adhibet: ſ. verbum inſequens.* de Cl. 188 b, Cæſar rationem adhibens, conſuetudinem vitioſam emendat.

Adhibendvs, a, um, *id quod adhiberi debet.* Offi. 15 a, Capeſſentibus rempub magnificentia & deſpicientia rerum humanarum adhibenda eſt. Offic. 15 a, In omnibus prius quàm aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens. Offi. 20 a, Adhibenda eſt igitur quædam tenerentia aduerſus homines. de Senect. 64 a, Vtendum exercitationib. modicis, tantum cibi & potionis adhibendum, vt. L. A. 131 b. Nec Antonius vllius ſupplicij adhibendi, ſi poterit vllam partem eſt relicturus. Offic. 15 a, Quo circa philoſophiæ & magnitudo animi eſt adhibenda, & vacuitas ab angoribus. Ora. 198 a, Ad has tot tantasq; res adhibenda ſunt etiam ornamenta. Offic. 37 b, pro Qo. 8 a, Adhibenda vis eſt veritati. * Tuſc. 222 b, Nec illa ratio eſt ad vulgus adhibenda.]

Adhibeo, es, *admoueo, adfero adiungo, adapto, vtor.* Epiſt. 75 b, Rationes confectæ, me abſente, ſunt tecum: ad quas ego nihil præter lectionem adhibui. Orat. 101 a, Adhibere iudicium: Att. 193 a. Quos ego vniuerſos adhibere liberaliter, optimum quemque hoſpitio amicitiaque coniungi dico oportere. de Orat. 144 a, Vt oratio, quæ lumẽ adhibere rebus debet, ea obſcuritatem afferat. de Orat. 122 a, Vt his rebus adhibeat tanquam lumen aliquod memoriam, vocem, vires: de Cl. 172 a, Adhibere miſerationem. Att. 169 a, Adhibere oculos & ſuauitatem. Att 164 a, Adhibere officium erga aliquem. Epi. 205 a, Adhibere patronum. de Orat. 137 a, Adhibere teſtes & laudatores: de Finib. 78 b, pro Rab. 92 b, Adhibeatisque in hominis fortunis miſericordiam, in reipu. ſalute ſapientiam, quam ſoletis. Offi 63 a, Qui orationis vanitatem adhibuerunt. Offi. 60 b, Adhibere e Deũ Teſtem. Orat. 101 a, Flores, quos adhibet orator in cauſis. Epiſ 258 b, Quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentiæ. Att. 273 a, Adhibere curam & diligentiam in valetudine tuenda. pro Cl. Facilè hoc, iudices impetrabo, vt quam ipſe adhibere conſueuit in amicorum periculis fidem & diligentiam, tum vim animi libertatemque dicendi, in hac mihi concedat. Epiſt. 78 a, Vt non adhibeas in conſilium cogitationum tuarum deſperationem. Offi. 50 b, Is adhibuit ſibi in conſilium quindecim princeps. Epiſto. 21 b, Tecum loquere, te adhibe in conſilium. De Cla. 196 a, Tamen ea conſolatione ſuſtentor, quam tu mihi Brute adhibuiſti tuis ſuauiſſimis literis. Att. 186 b, Quam ad omnes res adhibes, in primis ad conualeſcendum adhibe prudentiam. Qui. de Pet. 207 a, Ad hanc rem adhibeas neceſſe eſt omnem rationem, & curam, & laborem I. A. 153 a, Ad deliberationes, quas habebat de rep. princeps ciuitatis adhibebat. At. 127 a, Vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adoleſcentem. de Cla. 178 a, Plurimum ſtudij ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum diſciplina adhibuiſſe. * Tuſcu. 224 a, Sed adhibeat oratio modum. ad Her. 37 a, Et in omni oratione adhibenda nonnũquam.] Qu. fr. 317 a, Cæſar virtutem & grauitatem in ſummo dolore adhibuit: de Cla. 168 b, Sed tum fere Pericles primus adhibuit doctrinam. Epiſt. 79 a, Sed to illum animum nunc adhibe, quæſo, quo me tum eſſe oportere cenſebas. de Ar. 248 a, Adhibete animos & mẽtes veſtras, non ſolum aures ad aruſpicum vocem admouete. Qu. fr. 294 a, Permagni hominis eſt, ſic ſe adhibere in tanta poteſtate, vt, &c. *id eſt, gerere.* de N. 2 b, Quid eſt quod vllos dijs immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus. de Orato. 155 b, Niſi omnes ij motus, quos orator adhibere volet iudici, in ipſo oratore impreſſi eſſe videbuntur. Qu. fr. 327 a, In ſummo dolore virtutem & grauitatem adhibeo. Tuſ. 247 b, Perſas negat Xenophon ad panem adhibere quicquam præter naſturtium Acad. 9 b, & Tuſc. 222 b, Cum adhibemus ad eos orationem huiuſmodi, &c. Epiſt. 51 a, In me conſolando non mediocrem animi dolorem adhibuiſti. Aca. 19 a, Sed adhibebit modum quẽdam, quem vltra progredi non oporteat. de Cl. 183 a, Adhibere calcaria vel frenos alicui. At. 19 a, Vt priuatis rebus meis adhibeam quandam cautionem. de Fa. 146 a, Siue medicum adhibueris, ſiue non conualeſces. pro Do. 220 b, Illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. de Na. 23 b, Adhibere odores ad deos. de Cla. 178 a, Adhibent multum ſtudij ad dicendum. Epiſt. 155 a, Adhibere moderationem in aliqua re. Offic. 54 a, Adhibere ſæuitiam in aliquem. de Nat. 73 b, Melius eſt ægrotis non adhibere vinum omnino de Orat. 125 b, Medicus ægro adhibet medicinam. Offi. 27 a, Medici grauioribus morbis periculoſas curationes & ancipites adhibere coguntur.

¶ *Infero.* contra Rull. 75 b, Cum ſeſe ſociorum ſanguine impleuerint, adhibeant manus vectigalibus veſtris, *id eſt, diripiant.* pro Cec. 204 a, Adhibere vim alicui.

¶ *Præſto efficio.* pro S. R. 13 b, Non poteſt vim mihi maiorem adhibere metus quàm fides.

Adhibeor, ris. *ex adtra vires elice.* de Cla. 193 a, Is celeriter ad cauſas adhibere corporis eſt. de Orat. 157 a, Poſt adhiberi cœpta eſt ad ornatum etiam corporis, ad diſciplinas. de Nat. 39 b, Lucina adhibetur ad partus. Ora. 215 b, Numerus iambicus adhibetur in fabulis. Epiſt. 53 a A cæteris tuis nõ adhibemur. *id eſt, in conſilium.* pro Mur. 125 b, Huic ego, iudices, ſatisfacere cupio, voſque adhibere arbitros: Oct. 329 a, Nulla enim remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quam quæ ſunt ſalutaria. Att. 190 a. Tanta adhibebatur à nobis contentio, vt rem conficii poſſe non dubitarem.

Adhibitvs, a, um *adiectus, admotus.* Offi. 35 b, Quem nos correctione quadam adhibita, potiſſimum ſecuti ſumus. Att. 291 a, Ea autem adhibita doctrina eſt, quæ vel vitioſiſſimam naturam excolere poſſit.

☞ Syntaxis. *Adhibere iudicium: id eſt, vti. Adhibere lumen: id eſt, addere. Neruos adhibere, ſuauitatem. Officium adhibere erga. Teſtem adhibere Deum. Adhibere multum in ſe diligentia fidem curam, ſtudium. In conſilium aliquem adhibere. Literis alicui conſolationem adhibere. Ad hoc omnem rationem adhibe, omnem machinam grauitatem, virtutem, animum, mentem Dijs cultus preces adhibere. Iram iudicis adhibere. Ad panem adhibere aliquid. Ad aliquem orationem adhibere, modum, calcaria, frena, medicum. Aegrotis vinum adhibere, medicinam. Bonis manus adhibere & vim alicui. Adhiberi arbitrum ad litem.*

Adhinnio, *translatum.* I. P. 94 b, Itaq; admiſſarius iſte, ſimulatq; audiuit à Philoſopho voluptatem tantopere laudari, nihil expiſcatus eſt: ſic ſuos ſenſus voluptarios omnes incitauit: ſic ad illius hanc orationem adhinnijt, vt non magiſtrum virtutis, ſed autorem libidinis a ſe illum inuentum arbitraretur.

Adhortatio, *inuitatio, exhortatio.* de Or. 109 b.

Adhortor, aris. *hortor, cohortor, accendo, inflammo.* I. A. 193 b, Sic ego vos ad libertatem recuperandam adhortabor. I. A. 157 a, Iure poſſum ego vos ad defenſionem meæ ſalutis adhortari. Epi. 256 a, Multæ erant & reconditæ literæ, vis non erat: ad eam igitur adhortabar. Epiſt. 7 a, Ego te ad certam laudem adhortor. Off. 82, Ne poſſet aliquando ad bellum faciendum locus ipſe adhortari. pro Rab. 90 b, Adhortari aliquem ad aliquid faciendum.

Adhvc. *etiam nunc, etiam tum, iam tum, hactenus.* I. V. 192 a, Facinus fortaſſe adhuc in nullo etiam vindicatum. Epiſt. 186 b, Nihil dum audieramus. Att. 109 a, Vnam adhuc a te epiſtolam acceperam. Epiſto 91 a, Ego Cæſari pro te, ſicut adhuc feci, libentiſſime ſupplicabo. Att. 116 a, Quod facile patior, dum vt adhuc, nihil faciam turpiter. de Diu. 109, Adhuc hæc erant, ad reliqua acri tendebamus animo. ad Her. 3 b, Adhuc quæ dicta ſunt, arbitror mihi conſtare cum cæteris artis aſcriptoribus. de Am. Niſi quid adhuc forte vultis. * Pro Syll. 177 a, Cornelius etiam nunc de iudicando dubitat, informat adhuc adumbratum iudicium filij.]

Adiaphoron. L. Indifferens.

Adigo, gis. *cogo, impello, voco ad arbitrum.* Of. 65 a, Itaque Calphurnius, arbitrum illum, adegit, quicquid ſibi de ea re faceret oporteret ex fide.

de bona. pro Q. R. 49 a, Cur non arbitrum pro socio adegeris. Q. Roscium, quærro L. AUDITUR.

ADIACTUS, a, um, *adiectus, adhibitus*. I. V. 116 a, Partium planè videbãt adiectum esse oculum hereditati.

ADIICIO, cis. *immitto, addo, applico*. Offic. 23 b, Timotheus ad laudem bellicæ doctrinæ, & ingenij gloriam adiecit. contra Rull. 71 a, Cum ad omnia vestra pauci homines cupiditatis oculos adiecissent. I. V. 116 a, Adiicere oculum alicui rei. de Pet. 205 b, Non vt aliquid ex iis noui adiicerem. de Leg. 182 b, Neue rogum propius sexaginta pedes adiecto ædes alienas inuito domino.

ADIICTIO, nis. *additio*. de Lege. 177 a, Qui in sacrificium cogitatam libidinem intulit, quò ne impudentiam quidem oculorum adiici fas fuit.

☞ Syntaxis. *Hereditati oculi adiecti: in malam partem. Ad fortunam adiicere sapientiam. Ædes adiicere fano: id est, construere iuxta fanum. Oculorum adiicere impudentiam.*

ADEMPTUS, a, um. *detractus, remotus, imminutus*. Epi. 8 a, Vt plus additum ad memoriam nominis nostri quàm ademptum de fortuna videretur. pro Q. 2 a, Vitandi aduersariorum impetus potestas adempta nobis est. Acad. 9 b, & Epi. 6 b, Senatusconsultum nullum extat, quo reductio regis tibi adempta sit.

ADHUON. L. INCERTUS.

ADIMO, mis. *aufero, eripio, subtraho, præcido.*)(*adhibeo, addo*. Attic. 12 a, Despõsam homini Syriam ademi. Acad 9 b, Adimere aliquid alicui. pro Q. 3 b, Pecuniam si cuipiam fortuna ademit, aut alicuius eripuit iniuria. Epis. 120 b, Primum vt Cæsari aliquid adimat, inde vt Pompeio aliquid tribuat. pro Mur. 143 b, Nolite mihi adimere eum, cui, &c. pro Dom. 217 b, Quod idem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademisses. de Orat. 142 a, Tum ille, adimere, inquit, omnem recusationem Crasso volui. Attic. 41 a, Nisi mihi dolor meus tum omnes partes mentis tum huius generis facultatem ademisset. Attic. 31 a, Epistola illa mihi somnum ademit. pro Cec. 303 b, Adimere ciuitatem. I. V. 58 a, Adimere alicui potestatem faciendi aliquid.

ADIMOR, ris. *auferor, abstrahor*. contra Rul. 87 b, Non adimi cuiquam glebam de Syllanis agris.

☞ Syntaxis. *Dolor adimit mentis partes. Dolor somnum adimit. Ciuitatem alicui, prouinciam adimere.*

ADIPALIS, le. Or. 99 a, Opimum quoddam & tanquã adipale dictionis genus, *aliàs*. ADIPATA.

ADIPISCOR, ris. *nanciscor, consequor, assequor, inuenio, obtineo, colligo*. pro Flac. 155 a, Lysanias adeptus est ordinem senatorium. Qu. Fr. 295 b, Nos ea quæ consecuti sumus, his studiis & artibus sumus adepti, quæ, &c. pro S. R. 40 b, Non mirum est, quod vis diuina assequi non potuit, si id mens humana adepta non est. pro Clu. 42 a, Is summos honores à Populo Rom. adeptus est. Offic. 13 a, Is insidus & malitia laudem est adeptus. de Senec. 77 b, Senectutem vt adipiscantur omnes optant, eandem accusant adeptam. Epist. 51 a, Magnamq; ex ea re te laudem adipisci. *aliter, apisci*.

ADIPISCENDUS, a, um. *acquirendus, comparandus*. de Fin. 156 b, Adipiscendarum virtutum causa. de Leg. 168 a, Homo multa instrumenta habes ab obtinendam adipiscendamq; sapientiã. de Or. 155 a, Nunc contra plerique ad honores adipiscẽdos nudi veniunt. Offi 15 a, sed iis, qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione adipiscendi magistratus sunt.

ADITUS, a, um. *participium ab Adeo, adis*. Offi. 13 b, Vix inuenitur qui laboribus susceptis periculisq; aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. Par. 23 1 a, Aut adita ad nomen.

ADITUS, tus. *via, introitus vestibulum, os*. Epist. 244 a, Duo sunt aditus Ciliciam ex Syria. I. V. 223 b, Aditus enim in id sacrarium non est viris. Qu. Fr. 294 b, Aditus esse facillimos ad aliquem. Att 230 a, Quę quidem nostris amicis diuinis viris aditum ad cœlum dederunt. de Orat. 143 a, b, Dare aditum alicui ad aliquam rem. Offic. 22, Vt ad officij inuentionem aditus esset. Attic. 60 a, Tu velim labium, si quẽ habes aditum, odorere & istum conuiuam tuam degustes. de Fi. 111 a, Quæ omnino aditum habere nullum potest in vrbem in forum in curiam. Att. 241 b, Aditus ad Antonium difficilior esse dicitur. Episto. 90 a, Aditus ad eum difficiliores fuerunt. de Na. 50 a, Elephanti propter magnitudinem corporis difficiles aditus habent ad pastum. de Ora. 93 a, Nunc vterque vestrum patefecit earum rerum aditum quas quærimus. pro Fon. 298 a, Magnitudine rei sic occupãt animos eorum qui audiunt, vt difficilis aditus veritati relinquatur. de Cla. 176 a, Ad quos omnis nobis aditus, qui pene solis patuit, abstructus est. pro Pom. 8 a, Vrbes per multas vno aditu atque aduentu esse captas. pro Pomp. 7 b, Patefactum nostris legionibus esse Pontum, qui ante Pop. Ro. ex omni aditus clausus esset. pro S. R 36 b, Intercludere omnes aditus alicui ad aliquem. pro Ceci 292 b, Non solum introitu, sed omnino aditu prohiberi. Atti 32 b, Comparare sibi aditũ ad res pestiferas. contra Rull. 73 b, Sed attendite animos ad ea quæ sequuntur, hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cætera factum intelligetis. pro Clu. 42 a, Hominibus ignominia notatis, neq; ad honorẽ aditus, neque in curiam reditus est. pro Syl. 167 b, Quæro à te, cur qui aditus ad causam Hortensio patuerit, mihi interclusus esse debuerit? Antequam. 193 b, Cum aditus custodi patrię pręclusus sit. pro Mur. 127 b, Vt aditus ad cõsulatum posthac omnibus pateret. Offi. 59 a, Sed est alius quoque aditus ad multitudinem. pro Dom. 235 a, Cum in tẽplum Castoris aditus esset apertus nemini. pro Dom. 237 b, Date de hac religione aditum, Pontifices: iam reperietis, &c. Orat. 201 b, Vestibula nimirum aditus & ad causam faciet illustres.

¶ *Primus introitus ad ianuam, ad portum*. pro Cec. 291 b, Non modò limine, tectoque ædiũ suarum, sed primo aditu vestibuloque prohibere aliquem. I. V. 141 b, In primo aditu vestibuloque templi. I. V. 241 b, in ipso aditu atque ore portus. de Ora. 102 a, Ab hoc aditu ianuaque patefacta. I. V. 227 b, Aditus & terra & mari ad vrbem. I. A. 157 b, Forum sepietur, claudentur aditus, armati in pręsidijs, multis in locis collocabuntur.

☞ Syntaxis. *Aditum patefacere obstructum difficilem, clausu. Locus ex omni aditu clausus. Aditus & aditum intercludere alicui ad aliquem. Aditum inuenire ad aliquid. Improbis ad honorem non sit aditus. Patet illi ad causam aditus ad consulatum. Dare aditum de religione. Prohibere aliquem primo aditu ac vestibulo, Aditus, & os portus.*

ADIUDICATUS, a, um. *per iudicium & citra iudicium attributus*. Att. 54 b, Nemo enim dubitat, quin domus esset nobis adiudicata.

ADIUDICO, as. *aliquid alicui per iudicium attribuo*. I. A 226 b, Si recipi. iudicaret, Antoniõne an Bruto legiones adiudicaret? Offic. 7 b, In medio relictũ quod erat, populo Roma. adiudicauit. Att. 18 b, Pompeius sæpe multisq; verbis sitis mihi salutem imperij adiudicauit. *hic sine iudicio*. de Or. 120 a, iudex qui nobis causa adiudicaturus est. I. V. 63 b, Adiudicare aliquem in seruitutem alicui.

☞ Syntaxis. *Adiudicata domus. Adiudicare causam, rem alicui, & aliquem alicui in seruitutem.*

ADIMENTUM, ti *subsidium, præsidium*. de Or. 88 a, Plura detrimenta publicis rebus quam adiumenta per homines eloquentissimos importata. Att. 275 a, Bruti eruptio non solum ipsi salutaris fuit, sed etiam magno ad victoriam adiumento. pro Q. 1 a, Hoc mihi in causis consueuit esse adiumento. de Fini. 139 a bis, Vt nihil, aut non multum adiumento vllo ad suam confirmationem indigeret. de Orat. 118 a, Quis locus est talis, vt plus habeat adiumenti quàm incõmodi, hunc iudico esse dicendum. Off. 15 a, Qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum. Off. 1 a, Quam quidem ad rẽ magnum attulimus adiumentum hominibus nostris. pro Pomp. 17 b, Præsidia periculis, & adiumenta honoribus quærenda sunt. ad Her. 7 b, Num quem habuerit. de conscijs, de adiutoribus, de adiumentis.

☞ Syntaxis. *Importatum adiumentum alicui. Aliquid esse adiumento. Id habet multum, plus adiumenti.*

ADIUNCTIO, nis. *animi propensio*. Q. de Pet. 208 a, Tribus rebus homines maxime ad beneuolẽtiam ducuntur, beneficio, spe, adiunctione animi vel voluntate.

¶ *Exceptio*. de Inu. 83 b, Sunt quædam cum adiunctione necessitudines, quædam simplices & absolutæ. & ibid. Illic in superiora adiunctio est hæc, nisi noluit fame perire.

¶ *societas*. Att. 100 b, Etenim si hæc non est, nulla potest homini esse ad hominem adiunctio.

¶ *Oratoria exornatio*. ad Heren. 32 b, Adiunctio est, cum verbum, quo res comprehenditur, non interponimus, sed aut plurimum aut postremum collocamus, &c. de Ora. 362 a.

ADIUNCTOR, oris. *qui adiungit aliquid*. Attic. 120 a, Ille Galliæ vlterioris adiunctor.

ADIUNCTUM. *officium, significatio*. de Leg. 171 a, Hostia autem maxima parentare, pietatis adiunctum putabat.

¶ *Dialectica vox: vnde locus, dicas accidens, contingens*. Top. 222 a, & Nã 224 b, & 225 a, Consequentium locus ab adiunctis longe diuersus est. Nam adiuncta non semper eueniunt consequentia autem semper. de Inu 66 b, Deinde vidẽdum est, quid adiunctum sit negotio: hoc est, quid maius, quid minus, quid æque magnum sit, quid simile, ex quibus coniectura quædam ducitur.

¶ *Additum*. Pro Cor. 62 b, Adiunctum illud etiam est, quod non est in omnibus fœderibus.

ADIUNCTUS, a, um. *continens, propinquus*. pro Pom. 13 a, Fuit quibusdã summis viris quædam diuinitus adiuncta fortuna. pro Cecin. 287 a, Huic fundo continentia quædam prædia & adiuncta mercatur. pro Cl. 23 b, Quæ propiora huic causæ & adiunctiora sunt. pro Cl. 38 b, Vt aliquis metus adiunctus sit ad gratiã. de Cl. 174 a, Eiq; proximè adiunctus Drusus fuit. Att. 208 a, Scito te ei dialogo adiũctum esse. a de Na. 53 a, Aspera arteria ostiũ habet adiũctũ linguę radicib.* I. V. 57 a, Quod oĩum Marcellorũ nomini tota illa prouincia adiũcta est.]

ADIUNGENDUS, a, um. vide. ADIUNGO. pro Cl. 18 b, In altera, diligentia vestra nobis adiungenda est.

ADIUNGO, gis. *adnecto, applico, aggrego, adhibeo, adscribo, accedo, templector, attexo* Epis. 63 b, Si te meæ summa erga te studia parũ mihi adiunxerunt, respu. nos inter nos conciliatura coniunctura q; est. Epistola. Ego me ad eius rationes adiungo, quem tu in meis rationibus tibi esse adiungendum putasti. Epis. 12 a, Ad eorũ cãm me adiungerẽ. Att. 9 a, Hic dies valde me Catilo adiunxit. de Ami. 105 b, Cũ autem contrahat virtus amicitiam (vt supra dixi) si qua significatio virtutis eluceat, ad q se similis animus applicet & adiungat: id cũ cõtingit, amor ibi exoriatur necesse est. de Cl. 188 a, Itaque ad hanc elegãtiã verborũ adiũgit illa oratoria ornamẽta. p S. R 32 b, Crimẽ & suspitionẽ potius ad prędã adiungerent, q ad egestatẽ. Q. F. 397 a, Ad summũ imperium ẽt acerbitate naturæ adiungere. Offi 33 a, Adiungere prouincias ad imperium. pro Pom. 19 b, Qui vnde quinquagesimo die totam ad imperium Po Ro. Ciliciã adiunxit. pro S. R. 37 b, Auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cũ altero rẽ cõmunicauit. Epi. 75 a, Tu ei M. Miudium fratrẽ tuũ adiunxisti cont. Rul. 63 a, Hi vectigalia, quæ Cn. Pompeius adiunxit, vendere cogitant. pro Qui. 2 b, Adiungere sibi aliquem socium. de Fin. 92 b, Nun equidem recuso, sed te adiungo socium. Episto. 194 b, Tu sicut mihi pollicitus

 es, ad-

es, adiunges me quàm primum ad tuos sermones. de Vn. 202 b, Et singulos adiunxit ad singula. Att. 244 b, Quare eius fugæ comitē me adiungerem. Or. 214 b, Isocrates verbis solutis numeros primus adiunxit. de Finib. 73 b, Qui ad virtutem adiungunt voluptatem. pro Mur. 234 a, Beneuolentiam adiungit lenitate audiendi. *i. acquirit.* Q. de Pet. 205 b, Adiungere sibi aliquem. *i. conciliare.* de Ora. 105 b, Iuris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam adiunxisti. de Diuin. 122 a, Autoritatem nullam debemus nec fidem commenticiis rebus adiungere. Parad. 124 a, Quid enim adiungit nisi nobis vniuersis? Q. de Pet. 208 a, Quoscunq; velis adiungere ad amicitiam. pro Mur. 234 a, Prætor offensionem vitæ æqualitate decernendi, beneuolentiam adiungit lenitate audiendi. Off. 38 a, Hanc Scaurus demolitus accessionem ædibus adiungit. de Ora. 112 b, Nam illud tertium, qđ Aristoteles adiunxit, minus est necessarium.

ADIVNGOR, ris. *addor, vide adiunctum.* pro Ar. 190 a, Magnus honos reb. Popu. Rom adiungitur. Epi. 13 a, Cum etiam Cæsar ad autoritatem eius ordinis adiungeretur. Att. 129 b, Alter consulum in Siciliā proficisceretur, Domitius eodem cum suis cohortibus adiungeretur. de Inu. 58 a, Eius artificij cognitio huiusmodi est, vt non ad huius artis • partem aliquam adiungi possit. * De Diu. 119 b, Cum ad prædicationem cautio adiungitur.] de Ora 178 a, Præsertim cum adiungatur ad Africā etiam Hispania. pro Pom. 13 b, Cum ad cæteras summas vtilitates, hæc quoque opportunitas adiungeretur.

☞ Syntaxis. *Animi adiunctio. Amicitia cum adiunctione: id est, non absoluta. Sine virtute nulla hominis ad hominem adiunctio. Cæsar Gallorum adiunctor. Pietatis hoc est adiunctum: id est, argumentum, additamentum accessio. Adiuncta non semper, consequentia perpetuo eueniunt. Continentia & adiuncta prædia suo fundo mercari. Propiora causa & adiunctiora. Aspera arteria linguæ radicibus adiuncta. Hoc ille me adiunget. id est, conciliabit. Ad alicuius rationes se adiungere, & ad causam. Ad imperium P R Asiam adiungere. Adiungo aliquem socium. Aliquem ad suos adiungere sermones. Adiungit beneuolentiam comitate: id est, sibi conciliat. Ædibus accessionem adiungere. Ad autoritatem Senatus Cæsar. Adiunctus.*

ADIVRATVS, a, um. *qui iurauit.* Epist. 138 b, At ille adiuratus nusquā se vnquam libentius

ADIVRO, as. *iuro.* Q. F. 310 b, Adiurat Procilius hoc nemini accidisse, I. A. 162 b, Adiuratque id se me inuito non esse facturum. Att. 35 a, Pompeius affirmat non esse periculum, adiurat. Qu. Fra. 326 a, Qui omnia adiurant debere tibi, valde renunciant.

ADIVRO, *pro Adiuuero.* de Sen. 77 a.

O Tite, si quid ego adiuro, curam ve leuasso, &c. Ennij.

ADIVTOR, oris. *administer.* At. 145 b, Huius igitur belli ego particeps, & socius, & adiutor esse cogor. pro Sest. 11 b, Autor in consiliis capiendis, adiutor in rebus agendis. pro Flac. 146 a, Sperabam iudices honoris potius, L. Flacci me adiutorem futurum, quàm miseriarū deprecatorem. de Na. 5 b, Quanquā non mihi, sed tibi hic venit adiutor & ibidem, Nolo existimes me adiutorem huic venisse. Offi. 75 b, Epicuros eiusdem adiutor autorq; sententiæ. Att. 120 a, Ille absentis in omnibus adiutor. contra Rull. 63 b, Vt autor eius legis atque adiutor essem. pro Flac. 146 a, L. Flaccus socius atq; adiutor cōsiliorum, periculorumq; meorum. Postq. 199 a, Adiutores, autores, hortatores ad me restituendum multi fuerunt. pro Dom. 219 a, Adiutor ad agendum aliquid. Offi. 44 a, Eo plures ad benigne faciendū adiutores habebunt. pro S. R 19 b, Vt ad hanc prædam tam nefariā adiutores vos profiteamini, Epi. 246 b, Huic meæ volūtati vt faueat, adiutorq; sis, vehementer te rogo. Tuscu. 154 a, Adiutor in prælio. de Ora. 107 a, Oratori pragmaticum adiutorem dare. & alibi, Præbere se adiutorem scelerum alicuius. de Ami. 104 a, His adiutor cō• tra patriam inuentus est nemo. * Epist. 236 a, Hos si Dij adiurabunt circiter Idus Nouembres in Italia speramus fore.]

☞ Syntaxis. *Belli particeps, socius, adiutor. Autor in consiliis, adiutor in rebus gerendis. Adiutor & autor sententiæ. Adiutor, autor, hortator. Faueas, adiutorq; sis. In re adiutor. Se præbere adiutorem scelerum.*

ADIVTRIX, cis. *quæ adiuuat.* de Na. 63 b, Qua in re adiutricem coniugē cepit sibi. pro Do. 242 b, Teque Minerua, quæ semper adiutrix consiliorum meorum extitisti. I. V. 203 b, Messana tuorum adiutrix scelerum. pro Plan. 259 a, Quæ res Cn. Plancio in petitione fuit adiutrix. Off. 59 b, Eaque adiutrice regem interemit. Top. 229 a, Danda est igitur opera vt legem adiutricem adhibeamus.

ADIVTVS, a, um. *vide proxima.* Epi. 10 b, Neque de monimentis meis ab iis es adiutus, a quibus debuisti. Alter ab altero adiutus.)(. *Impeditum.* Bru. 165 a, Non mihi tam mea salus chara fuit, in qua præcipue sum ab illo adiutus, quam, &c.

ADIVVANDVS, a, um. *cui ferendum auxilium* Atti. 202 a, Ferendus tibi in hoc meus dolor. ferendus? imo vero adiuuandus.

ADIVVANS, tis. *quod adiuuat.* de Ora. 125 b, Omnia dicendo excitanda sunt, nihil adiuuante natura.

ADIVVO, as. *adiumento sum, adiumentum affero. suffragor, subleuo, auxilior opitulor. præsidium affero præsidio sum, adiutor sum alicui contra aliquem.* Ora. 198 a, Palæstra multum adiuuat histrionem. pro Arc. 188 b, Literæ adiuuant ad percipiendam colendamque virtutem. Offic. 44 b, Adiuuare aliquem collocatione filiarum. Atti. 111 b, Me Pompeius Capuam venire voluit, & adiuuare delectum. pro Qui. 13 b, Non ad mendacium obtinendum, sed ad verum probandum autoritas adiuuat. Atti. 99 b, Et in eo ego te adiuuabo. de Or. 126 b, Cum Caius Marius mærorem orationis meæ præsens ac sedens multum lachrymis suis adiuuaret. Epi. 7 b, Vt auxiliis eum tuis & copiis adiuuares. Epi. 152 b, Si non mediocris modò fortuna reipu. adiuuerit. Epi. 149 b, Subueni patriæ, opitulare collegæ, omnium gentium cōsensu adiuua. Off. 15 b, Themistocles quidem nihil dixit, in quo ipse Areopagum adiuuerit, & ille adiuuit Themistoclem.

ADIVVOR, aris. *in aperta, ex actiuo.* de Na. 53 a, Quę confectio etiam à lingua adiuuari videtur. de Ora. 95 a, Aliquem in dicendo non multum à magistro adiuuari.

☞ Syntaxis. *De hac re ab illo sum adiutus, & in hac re. Adiuuā dies et bi meum dolor. Adiuuare delectum: pro in, & ad delectum. Adiuuare metrore alicuius fletu. Adiuuare consilio. In dicendo ab aliquo adiuuari.*

ADLABORO, as. *valde laboro, elaboro.* de Cl. 181 a, Ao iu, inquit, adlaborasse huic modo Bruto probaturus es?

ADMETIOR, ris. *metior.* I. V. 263 b, Frumētum, quod illi ex area, si vellet, admetiri licebat.

ADMINICVLOR, aris. *fulcio, adiuuo.* de Fat. 134 a, Quæ sit scientia, atq; ars agricolarū, quæ circūcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur.

ADMINICVLVM, li. *auxilium* de Nat. 50 a, Vites claiculis adminicula tanquam manibus apprehēdunt. de Sen 88 a, Adminiculorum ordines, capitum coniugatio & religatio, & propagatio vitium. Off. 58 b, Hanc igitur partē relictam explebimus nullis adminiculis, sed, vt dicitur, Marte nostro. de Ami. 112 b, Natura solitarium nihil amat, semperque ad aliquid tanquam adminiculum adnititur.

☞ Syntaxis. *Vites adminicula claviculis apprehendunt. Adminiculorum ordines (de vineis.) Nullis adminiculis, & suo Marte facere. Adnititur ad adminiculum natura.*

ADMINISTER, stri. *minister.* I. V. 122 b. Timarchides omnium rerum transactor & administer. I. V. 135 b, Timarchides erat administer cupiditatum Verris. pro S R. 31 a, Vnus puer victus quotidiani administer relictus non est. pro Q. 14 b, Administri & satellites Sex. Næuij. de Leg. 191 b, Augurem Ioui Optimo Maximo consiliarium, & administrum esse datum.

ADMINISTRA æ. pro Pomp. 11 a, Multæ sunt artes eximiæ huius administræ, comitesque virtutis.

☞ Syntaxis. *Ille rerum transactor, & administer. Cupiditatum alicuius administer. Administer, & satelles. Consiliarius, & administer. Artes administra, & comites virtutis.*

ADMINISTRANDVS, a, um. *curandus.* de Inuen. 50 b, Locus consideratur in quo res gesta sit, ex opportunitate, quam videatur habuisse ad negocium administrandum. Q. Fra. 203 b, Ac mihi quidem videtur non sane magna varietas esse negociorum in administranda Asia. I. A. 200 b, Rem administrandam arbitror sine vlla mora, & confestim gerendam censeo.

ADMINISTRATIO, onis. *curatio, procuratio gubernatio.* de Na. 1 a, Au dij ab omni curatione & administratione rerū vacent. Epi 10 b. In omni actione atq; administratione Reip. floruissemus. Off. 35 a, Ea ipsa, q̄ inanimata diximus, pleraque sunt hominum effecta operis, quæ nec haberemus nisi manus & ars accessissent, nec his sine hominum administratione vteremur. neq; enim valetudinis curatio, neq; agricultura, neq; frugum fructuumq; reliquorum perceptio, & conseruatio sine opera hominum vlla esse potuisset.

☞ Syntaxis. *Ab omni curatione, & administratione rerum vacare. Actio & administratio Reipu.*

ADMINISTRATOR, oris. *præfectus. gubernator, moderator rector. minister, curator, procurator* de Orat. 102 b, Imperator est administrator belli gerendi. Tusc. 249 a, Itaque nec pulchros illos administratores aspiciebat, *i. ministros.*

☞ Syntaxis. *Imperator, belli gerendi administrator.*

ADMINISTRATVS, a, um. *gubernatus.* I V. 261 a, A nobis omnia populo Ro. semper & belli adiumenta & pacis ornamēta administrata sunt.

ADMINISTRO, as. *gero, procuro. guberno obeo.* Epi. 293 b, Quod opus erit prouideas atque administres. de Inuen. 50 b, Administrare rem familiarem. I. V. 65 b, Administrare leges ac iudicia. de Orato. 102 b, Administrare bellum.

ADMINISTROR, ris. *gubernor.* de Fin. 71 b, Optimè verò Epicurus, q̄ exiguam dicit fortunam interuenire sapienti, maximasque ab eo & grauissimas res consilio ipsius ratione administrari. Off. 18 a, Sine seueritate administrari ciuitas non potest. de Natu. 1 b, Deorum mente ac ratione mundum administrari ac regi. Epist. 208 b, Operamque des vt per te quàm commodissime negocium municipij administretur, quàm primumque conficiatur.

☞ Syntaxis. *Administrata adiumenta & ornamenta. Quod est opus prouide, & administra. Rem familiarem, iudicia, leges bellum, ciuitatem, consilio, & ratione administrare. Administrare, ac regere quam commodissimè. Negocium, de pace administrare.*

ADMIRABILIS, le. *admirandus, admiratione dignus, mirandus, admiratione affectus, mirus, habens admirationē.* de Or. 85 b, Vir admirabilis in dicendo, atq; in omnibus artibus. de D. 120 b, Res noua & admirabilis. de Fat. 147 b, O admirabilē licentiam pro Mur. 129 a, Ars militaris admirabilem dignitatem habet. Epi. 6 b, Sapientia tua non iucunda solum, sed admirabilis etiam visa est. Ora. 200 a, Admirabilis fama virtutum incredibilium alicuius. Att. 147 b, Pro tua admirabili ac singulari sapiētia. de Na. 12 a, & 45 b, & 64 a, Deum versari circū axē cæli admirabili celeritate. de In. 46 b, admirabile genus cæ. de D. 101 a, Ex quo illa admirabilis a maiorib. Albanæ aq̄ facta deductio.

☞ Syntaxis *In dicendo admirabilis. Nouum & admirabile. Admirabile, ac singulare.*

ADMIRABILITAS, tis. *admiratio.* de Na. 44 a, Quanta sit admirabilitas cælestium rerum Off. 40 b, Hęc animi despicientia admirabilitatem magnam facit. de Na. 46 a, In quo cū admirabilitate maxime igneæ formæ cursus ordinatos definiunt.

Syntaxis.

Syntaxis. *Admirabilitatem facere,id est,prabere,inferre.*

ADMIRABILITER, *mirifice,mirum in modum* Att 75 b, Nos Asia accepit admirabiliter. de Op.244 a, Isocraté Plato admirabiliter laudari in Phędro fecit à Socrate. Tusculan.216 a, Quod idem cum Stoici de sapiente dicunt, nimis admirabiliter, nimisque magnificè dicere videntur. de Natura 52 b, Mundum consilio admirabiliter administrari.

ADMIRATIO, nis. *miratio, admirabilitas.* de Nat.50 b, Est etiam admiratio nonnulla in bestijs aquatilibus. de Ora.132 a. Hoc admirationem magis, quàm risum mouet I.A. 254 b. Hoc mihi maximam admirationem mouet. pro Deiot. 150 a, Homines admiratione obstupefacti. Offi.43 a, Magna est admiratio, copiose sapienterque dicentis. Epi 68 a, Varij casus habent admirationé. de Ora 97 a, Hæc sunt quę clamores & admirationes in bonis oratoribus efficiunt. de Cl. 192 a, Crebrę assensiones, multæ admirationes. Ora. 197 b, Hæc ingressio mea reprehensionis aliquid, aut certe admirationis habitura est. Offi.40 a,b, Admiratione vero quadam afficiuntur ij, qui anteire cæteros virtute putantur. Epis.91 b, Quæ popularem admirationem habuerunt. Orat.216 a, Traducere eos, qui audiunt, in magnam admirationem. * Tusc.199 a, Telamon, in quo hæc admiratio fiebat, hiccine est Telamon ille, non quem spectabant, cuius ob os grauiore obuertebant suo. De Fin.120 a, Quæ prima specie admirationem, re explicata risum mouerent. De ord.114 b, Hoc loco ne qua sit admiratio.]

Syntaxis. *Admiratio est in hoc: id est, hoc mirabile est. Admirationem mouere. In admiratione obstupefactus. Id habet admirationem: id est mirificum est. Admiratione affici. Aliquem in admiratione.*

ADMIRANDO. de Cla.186 a Admirando irridere.

ADMIRANDUS, da, dum. de Na.50 b, In quo admirandum est, congressus aliquo inter se, &c. de Di.139 a, Æternam naturam esse suspiciendam, admirandamque hominum generi.

ADMIRANS, tis. *qui miratur.* de Or.92 b, Quibus dicere Carneadem solebat ingenium tuum Crasse vehementer admirans.

ADMIROR, aris. *suspicio, admiratione afficior.* Epi.8 a, Magnitudinem animi tui semper sum admiratus, semperq; amaui. de Op. 244 a, Thucydidis quidam eloquentiam admirantur. Offic. 40 a, Admirantur igitur communiter illi quidem omnia, quę, &c. Tuscu.156 a, Plato, quem tu quanti facias, scio, & quem ex ore tuo admiror. de Diuin. 109 b, Nec adulatus, nec admiratus fortunam sum hominis. Attic. 169 b, De diplomate admiraris, quasi, &c. At. 97 a, Admiratus sum, quod nihilominus ad me tua manu scripsisses. de Nato.3 a, Partim admirantur, vnde hoc philosophádi nobis subito studium extiterit. * Acad.16 b, Hortensius vehementer admirans, quod quidé perpetuo. Lucullo loquente fecerat, vt etiam manus tolleret.] Off. 13 b, Nihilominem admirari, aut optare oportet, nisi quod sit honestum. de Ora.152 a, Aspicere, admirari, stupescere. de Fin.40 b In quibus hoc primum est, in quo admirer, cur, &c. de Senec.88 b, Cuius quidem villam ego cótemplans, admirari satis non possum. de Or. 103 b, Quorum magnitudinem cognitionis atque artis, non modo non contemno, sed etiam admiror. Att. 101 a, Nam de illo altero minus sum admiratus. I.C.98 b, Quid tu admirere de multitudine indoctá? Att.145 a, De Dionysio sum admiratus. de Or.98 a, In hoc maxime admiror Platonem, quod &c. de Or.106 a, Admirari ingeniú, alicuius *εὐφυΐαν*. de Cl.195 b, Admirari res gestas alicuius. Atti.97 a. Admiratus sum breuitatem epistolæ tuæ. de Or.120 a, Ego in vobis hoc maxime admirari soleo, quod, &c. * De Iun.78 a, Tum ipsum secum admirantem, quid nam contra diei posset. de Clu.186 a, Admirando irridere.]

Syntaxis. *In hoc admirandum est, an. Suspiciendus & admirandus hominibus Deus. Admirans est illa te. Ex ore tuo illum admiror. De hoc non admiror, quasi &c. Aspicere admirari, stupescere, Hoc primum est, in quo admirer. In hoc te admiror.*

ADMISCEO, sces. *misceo.* Tus.180 b, Admiscere versus orationi. de Or. 127 a, Tunc admiscere huic generi orationis illud alterum cœpi. de Vniu.196 a, Deus bonis omnibus mundum, expleuit, mali nihil admiscuit. Quint.Frat 318 b, Trebatium meum quod illo admisceas, nihil est.

ADMISCEOR, ris. *misceor.* I.A.242 b, Ego ad id consilium admiscear? in hac legatione sim? Att.99 a, Sed hoc tamen quicquid est Precianú, cum his rationibus quas ille meas tractat, admisceri volo.

ADMISTIO, nis. *concretio.* de Senec.93 b, Cum animus omni admistione corporis liberatus, purus, & integer esse cœpit.

ADMISTUS a um. *commixtus, concretus.* de Natu.31 a, Atque aquæ etiá admistus est calor. & ibidem. Aquam admisto calore liquefactá diffundi. Aca.40 b, In illis veteribus nostris scriptis multa admista sunt ex intima philosophia. de Natu.31 a, Aer multo calore admistus est. de Sene.93 b, Animus non habet in se quicquam admistum, dispar sui atque dissimile. Tus.163 a, Quoniam nihil sit animis admistum, nihil concretum, &c.

Syntaxis. *Admiscere aliquid alicui rei, & aliquem alicui. Ad consilium admisceri. Id cum has re admisceo. Huic id admistum. Aqua admisto calore liquefacta diffunditur. In hoc illud admistum. Aer multo calore admistus. Admistum, & concretum.*

ADMISSARIUS, rii. *equus qui ad prolem seruatur, translatum verò pro libidinoso capitur.* I.P.94 b, Itaque admissarius iste, simul atque audiuit, &c. nihil expiscatus est, &c. L. ADMINISTRA.

ADMISSUS, a, um. *incitatus.* de Fin.77 b, Et æquo admisso, in mediam aciem Latinorum irruebat.

¶ *Malum admissum, & patratum.* de Fin.49 b, Qui autem volunt, &c. difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod semel admissum coerceri, reprimique non potest. Epi.49 b, Si quid à me prętermissum fuerit, commissum facinus, & admissum dedecus confitebor. pro Clu.44 a, Se à multis esset flagitium rei militaris admissum.

ADMITTENDUS, a, um. *excipiendus, suscipiendus.* de Le.176 b, Publicus sacerdos audaciam in admittendis religionibus fœdus damnet. Qu. F.296 a, Facilem se in hominibus audiendis, admittendisque præbere. Off 58 a, Domus in qua & hospites multi recipiendi, & admittenda hominum multitudo cuiusque generis.

ADMITTO, tis. *recipio, intromitto, excipio suscipio, adhibeo.* I.A.219 b, Domum recipere legatum hostium, in cubiculum admittere, & reducere, hominis nihil de dignitate, nimium de periculo cogitãtis. Sall. in Cic.371 b, Quem Iuppiter in concilio deorum admisit. I.A.169 a, Cum tu tamé nocte sotia per regulas admittere. Atti.222 a, Cæsar tertiis Saturnalibus ad Philippum, nec quenquam admisit. pro Cl. 41 b, Si quæ in eum lis capitis illata est, non admittunt. I. V.62 b, Si se semel ad meas capsas admisero. pro Clu 53 a, Quid vnquá Habitus in se admisit, vt hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videretur. de Leg.172 b, Deos qualis quisq; sit, quid agat, quid in se admittat, intueri. ad Her.12 b, Aduersarij hoc in se facinus admiserunt. I. A.169 b, Tu autem ea in te admisisti, quæ à verecundo inimico audire non posses. pro Mil.121 b, Quodnam cócepi tátum scelus? aut quod in me tátum facinus admisi? cú, &c. Att.145 a, Tñ spes quędá me obtentabat, fore, vt aliquid cóueniret potius, q̃ aut hic tátum sceleris, aut ille tátum flagitij admitteret. pro S.R.28 b, Admittere & committere maleficiú. I. V.75 a, & At.138 b, Admittere dedecus. pro Rab.97 a, Rabirius fraudem capitalé admisit, quod, &c. de Inuen.68 a, Qui illa in se peccauit hoc quoque admisit. Offi. 71 a, Admittere tetrum facinus. * Epist.40 b, Admittere dedecus, & committere facinus.]

ADMITTOR, tis. *assumor.* pro Mar.132 a, Nec ad consilium casus admittitur.

ADMODUM, *valde per.* I. V.217 a, Erat admodum amplum & excelsum signum tum stola. de Na.73 b, Res admodum paucis salutaris. de Finib.137 a, Theophrasti de beata vita liber, in quo multum admodú fortunæ datur. Alibi, Me superiores literæ tuæ admodú delectarút. Epi.57 b, Qui me admodú diligunt. de Na.53 b, A corde in totum corpus distribuitur per venas admodum multas. de Cl.183 b, Curio literarum admodum nihil sciebat. ad Heré.27 b, Elocutio perfecta, quæ maxime admodum oratori accómodata est. de Ami 98 b, Quãobrem vtrique nostrum gratum admodum feceris.

Syntaxis. *Admodum vile, & multum admodum. Literarum admodum nihil scire. Maximè admodum.*

ADMONENDUS, a, um. *cui admonitio facienda.* Top.222 a, & Epist.55 a, Putaui ea de re te esse admonendum.

ADMONENS, tis. *qui monet.* Atti. 98 b, At vellem à principio te audisse amicissime admonentem.

ADMONEO, es. *commoneo, moneo, ad memoriam alicuius rei aliquem excito.* * Commonefacio. Admonitum trado.] Epist 8 b, Scribo tamen, vt te admoneam, qd ipse literis oĩbus à pueritia deditus cognoui, vt discas, &c. Atti.5 b, Etenim ibi sedens hęc ad te scripsi, vt me locus ipse admoneret. de Fin.79 a, Et eá tñ ad aurem admonerent, vt caueret ne, &c. de N 3 a, Qui admonent, amice docédi sunt. de Na.15 a, Ac de forma partim natura nos admonet, partim rõ docet. At 217 a, Quod me amicissime admones, &c. gratú est. Att.143 a, Illud mu præclare admones, vt cú illú videro, &c. Q. Fr.297 b, Sed te illud admoneo, vt, &c. pro Dom.238 b, Neque erat causa, cur prohibédo nó tam deterrere videretur, q̃ admonere. Epi.102 a, Vt ego quoq; te aliquid de vestris rautionibus admoneam. Att.68 a, Núc venio ad tráslatum illum versiculum, in quo me admones de sorore. Epi.128 a, Caninius noster me tuis verbis admonuit, vt scriberem.

ADMONEOR, ris. *doceor, certior fio, reprehendor.* de Diu. 236 a, Multi nullo somnio ad thesaurum inueniendum admonentur. de Na.59 b, Multa enim admonemur. Epist.17 a, Ea tantæ mihi curæ sunt, vt me nullum admoneri. de Ar.254. Discordiæ nostræ, de quibus ipsis his prodigijs recentibus a dijs immortalibus admonemur.

ADMONITIO, onis. *monitum, præceptum.* de Or.139 b, Admonitio quasi lenior obiurgatio. de Or.135 a, Admonitio in consilio dando familiaris. Off.29 b, Quæ facile apparent, nec magnopere admonitionem & pręcepta desiderant. de Fin.124 b, Tanta vis admonitionis est in locis vt non sine causa ex his memoriæ ducta sit disciplina. Epi.2 a, Sed plane nec precibus nostris, nec admonitionibus reliquit locum. Epi. 145 b, Quare si aut aliter sentirá, certe admonitio tua me reprimere, aut si dubitarem, hortatio impellere posset, vt, &c.

ADMONITOR, oris. *qui monet.* Top 221 a, Vt mea diligentia mandatorum tuorum te quoq; etsi admonitore non eges, ad memoriam nostrarum rerum excitarem. Epist. lib.9. Misi autem ad te quatuor admonitores non nimis verecundos.

ADMONITUM, ti. *admonitio.* de Ora.114 a, Præcepta admonita tractanda sunt omnia discretissime. de Ora.124 b, Sed vt vius nostri quædá admonita tradamus.

ADMONITUS, a, um. Att. 127 a, A multis admoniti sumus, vt caueremus, &c. de Na.50 b, Tum admonita à squilla pinna morsu comprimit conchas. Top.221 a, Vt veni Veliam, admonitus huius æris alieni, nolui deesse tacite quidem flagitationi tuæ.

ADMONITUS, tus. *admonitio* I. C 112 a, Atq; interea admonitu Allobrogú missi, qui, &c. Att.208, Ego interea admonitu tuo perfeci sané argutulos libros ad Var. Att.145 b, Quem *φιλόπατριν καὶ πολιτικὸν* hominis prudétis, & amici, talis admonitu, nõ moueret autoritas. de Ar.257 a, Sed tñ huic malo P. R. ipse nullo Aruspicú admonitu sua

spōte prospexit. Epi. 151 a, Recitatis literis oblata religio Cornuto, & pullariorū admonitu, nō satis diligēter eū auspiciis operā dedisse.

☞ Syntaxis. *Ad aurem admonere, ne. Admonere absolutè. Hos praeclare, amice admoneas, & de hoc. Illum admoneo tuis verbis. Multa ex admoneo mur, & à. Locum relinquere nullum admonitionibus: idest, non egere admonitione. Admonita tradere. Admonitus à, vt, etc. Huius rei admonitus. Admonitu alicuius facere.*

ADMOTIO, onis. *applicatio.* de Na. 56 b, Manus apta ad neruorū eliciendos sonos admotione digitorum, *i. admouendis digitis.*

ADMOTVS, ta, tum. *adhibitus.* pro Clu. 24 b, Oppianicus continuò sperare cœpit hoc se Auilio tanquam aliqua machina admota, fortunas Asinij expugnare posse. de Orat. 125 b, Nulla materia, nisi admoto igni, ignem concipere potest.

ADMOVENDVS, a, um. *adhibendus.* Tus. 222 b, Sed alia quædam ad eum est admouenda curatio.

ADMOVEO, ues. *appono, adhibeo, porrigo, extendo.* de Amic. 101 a, Quam qui appetunt applicant sese, & propius admouent. de Orat. 122 b, Admouere aure, & subauscultare. ad Her. 22 a, Admouere prope.)(. *Amouere procul.* Aca. 36 b, Cum autē lęuam manum admouerat, & illum, &c. Tusc. 199 b, Fasciculum ad nares admouebis, incendet odores. Pro Sest. 5 a, Admouere stimulos alicui, *i. excitare aliquem.* de Ora. 90 a, Admouere orationem ad sensus animorū. pro R. P. 126 a, Admouere aspidem ad corpus. de Ami. 215 a, Admouere se ad aliquem rem. ad Her. 21 a, Admouere vultum ad aliquem de Ar. 248 a, Adhibere, animos, ac mentes vestras, non solum aures ad atuspicum vocem admouere. Ora. 202 a, Vtcunque animum audientis moueri voles, ita certum admouebis vocis sonum. I. A. 206 b, Dum me exercitum propius vrbem Romam ccu admoueret. cont. Rul. 63 a, ▪ Admouent manus vectigalibus Populi Rom. * Tusc. 198 a, stimulos admouent, ignis adhibent.}

ADMOVEOR, ris. *adhibeor, adijcior.* Off. 40 b, Dolorum cum admouentur faces præter modum plerique exterrentur. I. V. 269 a, Quid cū ignes ardentesq; laminæ, & cæteri cruciatus admouebantur? Tusc. 287 b, Cum faces ei doloris admouerentur.

☞ Syntaxis. *Applicare se, & propius admouere. Aurem admouere, & subauscultare. Stimulos alicui admouere, & aspidem ad corpus. Ad sensus animorum verba admouere. Se ad aliquid, verò. Vultum ad aliquē & animos admouere ad aliquid. Exercitum ad locum verò. Admouere machinas doloris faces ignes, laminas, & cruciatum admouere multos.*

ADMVRMVRANS, tis. *qui ad murmurationem adit.* pro Pom. 11 a, Idque admurmurante senatu, neque me inuito est factum.

ADMVRMVRATIO, onis. *approbatio, & applausio murmure facta.* pro Pō. 11 a, Vestra admurmuratio facit Quirites, vt, &c. Quin. Frat. 306 b, Clodium accusaui multis & secundis admurmurationibus cunctū senatus. I. V. 74 b, Grata concionis admurmuratio. I. P. 86 a, Qui non admurmuratione, sed voce & clamore furorem illius fregistis. I. V. 305 b, Risus populi atque admurmuratio omnium facta est. I. V. 244 a, O diuina senatus admurmuratio.

☞ Syntaxis. *Grata concionis admurmuratio. Senatus admurmuratio, sancta, diuina. Admurmuratione, ac potius voce, & clamore frangere furorem.*

ADMVRMVRO, as. *admurmurationem facio: proprium concionis aut senatus fauentis.* I. V. 244 a, Memoria tenetis iudices, quam valde vniuersi admurmurarint?

ADNECTO, is. *alligo.* Tus. 128 a, Nauem vt horrisono freto noctem pauentis, timidi adnectunt nautæ.

ADNITOR, tis. *applico, seu applicor, & valde nitor.* de Ami. 112 a, Natura solitarium nihil amat, semperq; ad aliquid tanquam adminiculum adnititur. Att. 97 a, Ego nisi Bibulus adniteretur, de triūpho æquo animo essem. *alias adnumeretur.*

ADNVMERO, as. *numero, ad numerum addo.* pro S. R. 42 b, Omnia sua tibi concessit, adnumeraui, appendit. I. V. 179 a, Dare & adnumerare nummos alicui.

☞ Syntaxis. *Concedo, ad numero, appendo. Do, & adnumero.*

ADNVMEROR, ris. *adijcior, adscribor.* in Sal. 173 a, Si tu vna cum illis adnumeratus esses. Att. 97 a, Nisi Bibulus adnumeretur, de triumpho, &c. *aliàs admitteretur.*

ADNVNCIO, as. *nuncio.* Att 75 b, Tametsi inter ea hæc vellem, quæ mihi ad nunciabantur.

ADOLESCO, scis. *cresco* de Fini. 138 a, Eaque cupiditas agendi aliquid, adolescit vna cum ætatibus. de Leg. 160 b, Ratio cum adoleuit atque perfecta est, nominatur rite sapientia. In Sall. Hinc enim facile intelligetur, quam petulanti pueritia, tam impudicus & procax adoleueris de Natura 21 a, Qui natus sit qui adoleuerit, qui didicerit. de Senec. 87 b, Viriditas herbescens quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit.

☞ Syntaxis. *Ratio adolescit, & perficitur. Ille procax adolescit. Viriditas adolescit.*

ADOLESCENS, tis. *de mare, ac fœmina, ephebus, iuuenis, pubes.* Episto. 26 b, Homo adolescens. Cat. Adolescens bona indole præditus. 7. ad Atti. Puer, nisi forte adolescēs factus est, dū ego absum. de D. 67 a, Aphricani filia adolescens. de Sen. 70 b, Hic & bella gerebat vt adolescens cùm plane grandis esset. li. 1. de Fin. In primis grauis & doctus adolescens. Tus. li. 4. Adolescens perditus ac dissolutus. in Or. Adolescens etiam nunc o Phędre, Isocrates est I. Ant. 184 b, Cæsar adolescens penè potius puer. pro Rab. 95 b, Q. Catulus admodum tū adolescēs. 6. Att. Pueri, siue iam adolescentis. Off. 1, Adolescentis est, maiores natu vereri, exque his deligere optimos, & probatissimos, quorum consilio atq; autoritate nitatur. 11. Fam. Adolescētem vel puerū potius. 6. ad Att. Adolescente illo nihil castius, nihil diligētius. Sermo Cic. lib. 4, Quid autem fuit, q illam hoc tempore, ad viuendum magnopere inuitare posset, &c. vt cum aliquo adolescente primatio cō iuncte ætatem gereret? 1. de Ora. In adolescente optanda fęcūditas orationis. 9. Fam. Adolescentes penè dedici. de Ora. 94 b, Neque hæc dico, vt homines adolescentes à dicendi studio deterreā. Cato, Adolescentes sic moriuntur, vt quum aquæ multitudine vis flammæ opprimitur. Tu sc. q. li. 5, Adolescentium greges Lacedęmone vidimus ipsi incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, vnguib. morsu, denique vt examinarentur, priusquam se victos faterentur. 1. de Na. Qui, concedentibus philosophis antiquis, adolescentibus delectamur. Cato, Quemadmodum poma ex arboribus si cruda sunt, vi auelluntur: si matura & cocta, decidunt: sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas. 9. Fam. 129 b, Adolescentior Academia. * aliàs adolescentioris Academiæ.}

☞ Syntaxis. *Adolescens bona indole. Factus adolescens, Grauis, perditus, dissolutus. Homo adolescens. Academia adolescens, tior.*

ADOLESCENTIA, æ. *iuuentus à XIIII. anno vsq; ad XXV. etiam XXX.* adolescentia, 2 ad Her. Top. 223 b, Adolescentia, flos ætatis. pro Qu. R. 52 b, Magna mea adolescentia indiget illorum bona existimatione, &c. Cato, Adolescentia libidinosa & intemperans effœtum corpus tradit senectuti. de Fi. li. 5, Adolescentia libidinosa & proterua. Cato, Adolescentia multo plures, quam senectus, mortis casus habet. pro Cęl. Adolescentiæ cupiditates aliquā tolerabiles de Sene. 78 a, Qui n. citius adolescentiæ senectus, quam pueritiæ adolescentia obrepit? Off. 1. Adolescentiæ ineunti inest maxima imbecillitas consilij. pro Deiot. Adolescentiæ terrorem inferre alicui. Aca. q. ed. 1. li. 2, Adolescentiam in aliqua re consumere. ad Len. li. 1, Iam a prima adolescentia me Musæ mansuetiores delectarunt.

☞ Syntaxis. *Effœtum corpus tradit senecta adolescentia intemperans, In hac re consumere adolescentiam. A prima adolescentia. Flos ætatis, libidinosa, intemperans, proterua, ineuns.*

ADOLESCENTVLVS, li. *admodum adolescens.* pro Rab. 95 a, Quin. Catulus admodum tum adolescens. pro Dom. 220 b, Imberbis adolescentulos. item I. C. 100, & alibi.

ADONIS, idis. de N. 71 a, Adonidi nupsisse traditum est Venerem quartam, Syria Tyroque conceptam.

ADOPTIO, nis. *adoptandi actio.* pro Dom. 220 a, Quod est Pontifices ius adoptionis? nēpe vt is adoptet, qui neque procreare iam filios possit, & cum potuerit, sit expertus. & ibidem; Quas adoptiones hæreditates nominis, pecuniæ, sacrorum secutæ sunt. de Fi. 54 b, L. Torquatus filium in adoptionem D. Syllano mancipauit. Tusc. 154 b, Quid propagatio nominis? quid adoptiones filiorum?

ADOPTANDVS, a, um. Att. 120 a, Ille ei Clodio adoptando augur.

ADOPTATVS, a, um. de Cla. 183 b, Liciniæ filius Crassi testamento, qui fuit adoptatus. Att. 106 b, Adoptatus à plebeio patricius.

ADOPTIVA, orum. pro Do. 220 a, Neque amissis sacris paternis, in hæc adoptiuam venisti.

ADOPTO, as. *filium facio, filium instituo.* de Cl. 171 a, Filius Scipionis, is qui minorem Scipionem a Paulo adoptauit. pro Do. 220 a, Adoptat annos viginti natus etiam minor senatorem. pro Do. 220 b, Filium senatorē Pop. Rom. sibi adoptare. Epist. 212 b, Adolescens, quem C. Memmius patrēfium legibus adoptium. de Cla. 187 a, C. Statienus, qui se ipse adoptauerat, & de Statieno Aelium fecerat.

¶ *Eligo.* I. A. 180 b, Puteolani C. Cassium patronum adoptarunt. pro Sest. 4 b, Conuentus ille Capuæ me vnum patronū adoptauit Ep. 65 b, Ego aūt, quem adoptem aut inuocem, q̄ illum, quo defendente, vincere didici? I. A. 207 b, Atqui illum quoq; & triginta tribus patronum adoptarunt. I. V. 63 a, & 65 a, Adoptare sibi aliquem defensorem sui iuris, & vltorem iniuriarum, & actorem totius causæ.

☞ Syntaxis. *Is ab illo filium adoptat. Aliquem sibi adoptare & precibus adoptare. Adoptare sibi patronum, ac defensorem.*

ADORIENDVS, a, um. *inuadendus.* ad Heren. 7 a. Occasio idonea ad rem adoriendam.

ADORIOR, iris, vel eris. *aggredior inuado.* I. 116 a, Hominem id ętatis q̄ tumultuosissime adoriuntur. I. V. 254 a, Postremā quoq; nauē piratæ primā adoriebantur pro Sest. 20 b, Adoriri aliquē inermē & imparatū. pro Mil. 107 a, adoriri aliquem a tergo. * 168 b, Imprudentē aliquē ex insidiis adoriri. de Or. 127 a, Ne cōuellere adoriamur ea, q̄ non possunt cōmoueri. Att. 221 b, Hoc quoq; ipsum continuo adoriamur. Att. 252 a, *[illegible]*, si Brundusium salui adoriemur.

☞ Syntaxis. *Occasio ad re adorienda. Adoriri tumultuosissime aliquē.*

ADORNATVS, a, um. *instructus paratus, ornatus.* pro Cl 21 a, Omnis testium copia a matre iamdiu est adornata, a matre nunc instruitur, ac omnibus eius copiis & opibus comparatur. pro Cla. 58 a, Comparatio huius criminis ab illa est & inuēta, & adornata. I. V. 87 b, Vidi forum comitiumq; adornatum magnifico ornatu.

ADORNO, as. *instruo, orno, paro, comparo* pro Pom. 10 b, Pompeius Italiæ duo maria maximis classibus ac præsidiis adornauit. pro Mur. 135 a, Vt idem accusationem & petitionem consulatus diligenter adornat atque instruat.

¶ *Honore afficio.* Epi. 174 b, Lætor mea consilia, measque sententias à te probari de decemuiris, de adornando adolescente.

☞ Syntaxis. *Copia testium ab illo adornata. Adornatus ornatu magnifico. Comparatio criminis a te inuenta & adornata.*

ADPROMITTO, tis. *promitto alienum promissum confirmo.* pro S. R. 22 b, Cum id ad futurum Titus Roscius adpromitteret, crediderant.

ADQVIESCO, scis. *quiesco.* Episto. 51 a, Lectis tuis literis, aliquantum adquieui.

ADRAMYTTENI. *Xenocles. ex Adrimmico Asiæ oppido*. de Cla. 194 b, Item pro Flac. 252 b.

ADRIANVS, a, um. I.P. 99 b, Adrianum mare. & Her. 23.

ADRIMETVM. *oppidum* I.V. 160 b.

ADSCISCO, scis. *ascisco, adprobo, recipio, attribuo*. pro Cor. 19 a, Innumerabiles aliæ leges sunt latæ, quas Latini voluerunt, adsciuerunt. pro Cor. 58 b, Cũ iussisset. Prætor aliquid, id si adsciuissent socii populari ac Latini & si, &c. vt tum legere eadem is populus teneretur I. P. 90 a, Alienam prouinciam sibi adsciscere, Tusc. 180 a, Iouisque numen Mulciberi adsciuit manus.

☞ Syntaxis. *Adsciscere leges. Id populus adsciuit. Alienum sibi adsciscere.*

ADSCITVS, a, um, *receptus*. in Ver. 227 a, Sacra adscita atque accersita ab exteris nationibus.

☞ Syntaxis. *Adscitus, & accersitus ab aliquo.*

ADSCRIBO, bis. *Adscribo. appono, adiungo, addo*. de In. 77 b, Nihil attinuit adscribere, quæ volet. eo enim non ascripto, nihil inest dubij. Epist. 204 a, Sed & Aruncius ita te mandasse aiebat, & tu adscripseras. Epist. 155 a, Sed accepi literas, in quibus erat, te adscripsisse a Lepido non recipi. Antonium. contra Rull. 76 a, Adscribit idem auctioni agros Corinthios. Episto. 75 b, Illud me non animaduertisse molestè ferrem, vt adscriberem, te in fano pecuniam iussu meo deposuisse, nisi, &c. pro Cecin. 303 a, Sylla adscripsit in eandem legem, si qd, &c. & ibi b, Hoc in omnibus legibus adscribitur, contra, Rull. 76 b, P. Seruilius Pompeiu Gnei filio, non credo adscripturum esse magno. de Leg. 160 a, Me quoque adscribito fratris sententiæ. Attic. 50 a, In altera epistola tua præter consuetudinem, diem non adscribis. Attic. 85 a, Adscribit etiam, & quasi calcar admonet, intercessisse se pro ijs magnam pecuniam. de Inuen. 53 b, Adscribere aliquid ad legem Epist. 76 a, Non adscripsi, quod tua nihil referebat. contra Rul. 71 a, Sine accepta lex esset, illum sibi collegam adscriberetis, & cetera.

¶ *Iubeo scribas*. Att. 4 a, Terentia tibi salutem adscribit. Att. 88 b, Filiola tua gratum mihi fecit, quod tibi diligenter mandauit, vt mihi salutem adscriberes. Att. 88 b, Tu quoque salutem vtrique adscribito. & 80 b, Alexis, quod mihi toties salutẽ adscribit, est gratum. sed cur non suis literis idem facit?

ADSCRIPTIO, onis, pro Cecin. 303 b, declarata ista adscriptio esse aliquid. &c.

ADSCRIPTOR, oris, contra Rul. 70 b, Et videlicet collegas suos adscriptores agrariæ legis non repudiabit. L. Nouius.

¶ *Impono*. de In. 59 a, Hoc incommodum Scipioni, adscribendum est. *id est, attribuendum.*

ADSCRIPTVS, a, um, *scriptus, destinatus*. Episto. 218 a, Is enim erat adscriptus in id municipium ante ciuitatem sociis & Latinis datam. Quin. fr. 319 a, b, Antiquior dies in tuis erat adscripta literis, quam in Cesaris *albis adscripta*.

☞ Syntaxis. *Nihil assinat adscribere quamis. Adscribere in legem, Pompeio. Consilio non ascribitur Magno. Me adscribas tuæ sententiæ. In epistola idem adscribo. Ad legem adscribere aliquid.*

ADSERVATVS, a, um, *seruatus*. seruatus. pro Ceci. 292 a, Si omnes in ædibus adseruati ac retenti sint.

ADSERVO, as. *serue*. pro Cecin. 299 a, Negligentius adseruare aliquid.

ADSISTO, stis. *obsisto, obsto, contrà sto, & me oppono*. de leg. lib. 2. Econtra omnes hostium copias, in ponte vnus adsistere. *de Horatio Coclite loquitur.*

ADSTIPVLATOR, oris. *confirmator, defensor*. Octo. 331 a, Quidam cuius auus fuit argentarius, adstipulator. Pacer. Acad. 17 b, Sed illud falsum esse & Stoicis dicsis, & eorum adstipulator Anthiochus. I. P. 83 a, Nemo vnquam isto non modo propugnatore tutiorem se, sed aduocato, aut adstipulatore paratiorem fore putauit.

ADSTITVO, is. *colloco, constituo*. ad Herẽ. 22 b, Aegrotum in lecto cubantem faciemus, & reum ad lectum eius adstituemus.

ADSVM, es. *præsens sum præstò sum, intersum*. de Orat. 11 n a, Cum vos Cn sule & Cæsar non adessetis, pro Dom. 221, Aderat præsens M. Bibulus. Epsto. 242 a, Nunc adest ad imperandum, vel ad parendum potius. Attic. 179 b, Is ex Africa iam affuturi dicuntur, 145 b, Nos qui adsumus, &c. de Clar. 182 b, Oratorem in causa non adesse. I.V. 76 b, Adesse ad iudicium. Att. 78 a, Video enim te, & quasi coram adsis, ita cerno *συμπαθείας*. amoris tui. pro Cl. 35 a, Adest presens in singulari virtute. Epist. 52 a, Ego vero Serui vellem, vt scribis, in meo grauissimo casu affuisses. p R.P. 127 a, Ergo aderat vis, quę, &c. Q. frat. 325 a, Pompeio ad triumphum ad III nonarum Nouemb. volebam adesse. de D. 92 b, Petiit vt mane ad portã adesset. & ibidem: Mane præstò ad portam fuit. pro Flac. 157 b, Siluerunt principes, neque in illa concione adfuerunt, pro Quint. 12 b, Vos qui adestis in consilio. pro Pl. 277 a, Aderat mecum cũctus equester ordo. de Senectut. 93 a, Quo ad mortem proprius adsum. pro Quin. 8 b, Quę mala iam adesse atque impendere videntur. Att. 66 a, Tu aduentare, ac prope adesse iam debes. pro Dom. 252 b, Qui neque adesse sit iussus, neque citatus. de Le. 166 b, Quę cum adsunt, per parua sunt, & quã diu affutura, certum sciri non potest. Att. 249 a, b, Ego autem, si impotuisset aliqd, quod pene fecit, nisi tua malitia affuisset, animo iniquo tulissem. pro Flac. 155 a, Decreto scribendo primum video affuisse Lysaniã. Postq. 225 b, Caput, &c. ne quis pedibus iret, ne scribendo adesset. de Ora. 143 a, Et eũdem, id quod in autoritatib. pscriptis extat, scribendo adfuisse. Episto. 117 a, Scribendo affuerunt Leg. Domitius, Qu. Cælius, &c. Idem. 248 a, & Attic. 67 a, & 99 b, de Na. 4 b, Adsint, cognoscant, animaduertant. de Fin. 85 a, Tanti, autem ad erant morbi & vesicæ & viscerum. vt, &c. Off. 3 a, Bellua ad id solum quod adest, quodque præsens est, se accommodat. * Tuscu. 222 b, Præsens esse atque adesse.]

¶ *Faueo*. pro Qu. 5 a, Recusabant qui aderant tum Quin. Att. 1 b, Adesse alicui cõtra aliquem. Epist. 91 a, Ego tamen tuis rebus adero, vt difficillimis. I.A. 178 a, Semper cum absenti affui. Deiot. Quin. fra. 308 a, Crassus aderat Miloni animo non amico.

¶ *Non timeo*. de Som. 127 a, Ades, inquit, animo, timorẽ omitte. pro Cecin. 290 b, Adesse animo. pro Syll. 173 a, Adestote omnes animis, qui adestis corporibus. in Ant. 219 b, Vigilare, cogitare, adesse animo.

☞ Syntaxis. *Præsens adesse. Ad imperandum adesse. Ex Gallia. In causa. Ad iudicium. Corãm. Ad portam, ad mortem. Propè, propius. Adesse iussum, & citatum. Legibus adesse scribendis. Ad quod adest, quodque præsens est. Adesse alicui. Adesse animo, timorem omittere.*

ADVECTVS, a, um. *importatus, comportatus, conuectus, apportatus*. I.A. 175 a, Inde Cassio celeriter ad vrbem aduectus, Romam rediit. Epist. 55 a, Cum ab Epidauro Piræum naui aduectus essem. de D. 92 b, Cum tu equo aduectus, &c. de D. 138 a, Quidam caricas Cauno aduectas vendens. * Tusc. 173 a, Ita sacerdos aduecta in fanum. &c.]

ADVEHO, his. *apporto, importo, comporto*. I.V. 187 a, Cum frumentum ex decumis mancupes Romam aduexissent. Off. 64 a, Si quis profectus Rhodum, magnum frumenti numerum aduexerit.

☞ Syntaxis. *Ille Romam aduectus est. Naui aduectus, equo.*

ADVENA, æ. *peregrinus hospes*. de Orat. 106 b, Ne in nostra patria peregrini atque aduenæ esse videamur. contra Rul. 85 a, Non autem iam non hospites, sed peregrini atque aduenæ nominabamur. Tusc. 235 a, Zeno Citiæus aduena quidam, & ignobilis verborum opifex.

☞ Syntaxis. *peregrinus, & aduena. Non hospes, sed peregrinus, & aduena.*

ADVENIENS, tis. *accedens, qui venit*. Attic. 93 a, Est aliquid aduenientem non esse peregrinum atque hospitem. pro Mur. 141 b, Quid habet admirationis, tali viro aduenienti obuiam prodisse multos? pro Cecin. 289 b, In aliquem aduenientem cum ferro inuadere Att. 77. a, Appius noster, cum me aduenientem videret, profectus est Tarsum. de Di. 137 b, Medici ex quibusdam rebus, & aduenientes morbos, & crescentes intelligunt.

ADVENIO, nis. *accedo, appropinquo*. de Natu. 71 a, Quem ex Hyperboreis Delphos ferũt aduenisse. ad Her. 3 b, Athenis Megaram vesperi adoenit Simo. de Sen. 72 a, Senectus cum aduenit, apportat secũ multa vitia. I. A. 237 a, Vtque quamcunque in prouinciam eius belli gerendi causa aduenerit, ibi imperium habeat. de Sen. 91 b, Cum enim id aduenerit, tunc illud, &c I. A. 232 a, Sapientis est, quicquid homini accidere possit, id præmeditari ferendum modice, si aduenerit, esse.

☞ Syntaxis. *Aduenient morbus, senectus. Quicquid aduenerit.*

ADVENTITIVS, a, um. *fortuitus, adsperatus, non quæsitus*. Pro Pom. 8 b, Mithridates, magnis aduentitiis multarum nationum copiis iuuabatur. I.V. 219 a, Neque vllum aduentitium requiratur auxilium.

¶ *Alienus. non innatus, externus, adueniens*. de Natur. 31 a, Externus & aduentitius tepor. de Finib. 139 a, Neque sane multum adiumenti externis & aduẽtitiis vteretur. de D. 139 b, Animos externa & aduẽtitia visione pulsari. de Ora. 155 a, Hęc politissima Grecorum trãsmarina & aduentitia doctrina. Att. 18 a, & de Inuent. 70 a, Aduentitia pecunia. pro R.P. 130 a, Aduẽtitia pecunia petitur ab eo, cui sua non redditur. Attic. 18 a, Top. 226 b, Aduentitia bona, Top. Assumpta & aduentitia.)(Innata & insita.

ADVENTANS, tis. *accedens, appropinquans*. de Sen. 77 a, Onus aut iam vrgentis, aut certè aduentantis senectutis.

ADVENTO, as. *aduenio, appropinquo, accedo*. Atti. 66 a, Tu aduentare ac prope adesse iam debes. Epist. 10 a, Nondum erat auditum, te ad Italiam aduentare, cum, &c. Att. 253 b, Legiones aduentare dicũtur. de Ora. 101 b, Quod vere iam tempus aduentat.

ADVENTVS, tus. *accessus*.)(*discessus*. Attic. 23 a, Quid cogites de aduentu tuo, scribe ad nos Atti. 203 a, Vt me leuarat tuus aduentus, sic, discessus afflixit. Attic. 57 a, Aduentus tuus mihi suauissimus, optatissimusque erit, pro Pomp. 6 a, Ipsorum aduentus in vrbes sociorum. Attic. 118 a, & Epusto. 153 a, Ibimus Luceriam, nec eum fortasse delectabit aduentus noster. pro Milon. 111 a, Nocturnus Clodii ad vrbem aduentus.

ADVERSANS, tis. *oppugnans*. Officio. 67 b. & 22 b, Aduersante etiam & repugnante natura. de Or. 125 b, Aduersantem & repugnantem capere. Epi. 42 b, Contentio mea aduersans actionibus aliorum.

ADVERSARIA, orum. *præscriptiones & ephemerides. Tabellæ extraordinariae, in quibus memoriæ causa, vtcunque notamus, vt ea postea in illas fidei tabulas codicesque referamus; sic dicta, quod præstò, & ad manum semper sint, & aduersa, non auersa: vel ab aduertendo, quòd propter animaduersionem, & memoriam (vt dixi) conficerentur*. pro Quint. R. 45 b, Non habere se hoc nomen in codice fatetur, sed in aduersariis patere contendit. & ibi. Non ex tabulis, sed ex aduersariis petere, & ibidem. Suarum præscriptionum & liturarum aduersaria proferre, amentia est. Item ibidem. 46 a, Quid est, quod negligenter scribamus aduersaria? quid est, quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia hæc sunt menstrua, illæ sunt æternæ: hæc delentur statim, illæ seruantur sancte: hæc parui temporis memoriam, illæ perpetuæ existimationis fidem & religionem amplectuntur: hæc sunt deiecta, illæ in ordinem confectæ. Itaque aduersaria in iudicium protulit nemo, codicem protulit, tabulas recitauit.

Adversarius, a, um. *aduersus, oppositus, inimicus, hostis.* de Orato. 123 a, Opinionem istorum studiorum apud eos qui res iudicent, aratori aduersariã esse arbitror. I. A. 187 b, Nec poterat aliter de aduersarijs ducibus iudicari. pro Cec. 286 b, Vis ea, quæ iuri maximè est aduersaria. Sua confirmare, aduersaria euertere. pro Pl. 259 a, Ea res in iudicio aduersaria est Cn. Plancio. pro Clu. 37 a, Tribunus, non modo non seditiosus, sed etiam seditiosis aduersarius. de Ar. 251 a, Theodosius Germachi acerrimus aduersarius. de Fa. 146 a, b, Ergo siue habuerit aduersarium Milo, siue non habuerit, luctabitur, & ibi. Sine aduersario nulla luctatio est. ° De Cl. 175 a, Dolebam qd nõ aduersarium aut obtrectatorem laudum mearum. sed &c. amiseram. De Fin. 113 a, Qui sibi cum capitali aduersario dolore de pugnãdum videret.] pro Mil. 109 a, Octo. Tribuni plebis illius aduersarii, defensores mei. de Ar. 253 a, Acceptis à forti aduersario vulneribus aduersis. de Ar. 255 b, Obtrectatores eorũ atque aduersarii. in Vat. 29 a, Hic refutandus est, vt grauis aduersarius. Brut. 165 a, Aduersarius & obtrectator laudum mearum. Epist. 19 b, Est enim tibi grauis aduersaria constituta, & parata incredibilis quædam expectatio. Epistol. 114 a, Qui se intẽderant aduersarios in eius tribunatum. °. I. V. 55 b, Id mihi erat aduersariũ maxime. Quin. 81, Aduersarii, & pars diuersa. Iniquus vt habere aliquem iniquum id est aduersarium.]

Syntaxis. *Opinio, iudex, res aduersaria. Aduersaria euertere: id est, obiectio, & contraria. & res aduersarii. Aduersarium acerrimus. Aduersarium habere. Obtrectator, & aduersarius. & contrà. Grauis aduersaria expectatio. Intendere se aduersum in alicuius dignitatem.*

Adversor, aris. *repugno, obsisto, contrauenio, contra rem alicuius venio, contrà pugno, contra facio, aduersarius sum, in aliquem eo, resisto, reclamo, obtrecto.*)(. *Suffrago.* I V. 252 b, Hanc Cleon amabat, veruntamẽ huius libidini aduersari nõ audebat. de Ora. 91 b, Aduersari omnibus in disputando. Acad 12 b, Dux causæ perspicuis & euidentibus rebus aduersantur. de Ora. 213 b, Quis Isocrati aduersatus infensis quã Aristoteles? pro Syll 176 b, Ego verò quibus ornamentis aduersor tuis? aut cui dignitati vestræ repugno? Part. 238 a, Neque solum ea sunt quæ nobis suppetunt, sed etiam illa quæ aduersantur videnda.

Adversum & adversus. *contra.* Off. 73 b, Hostis legitimus, aduersus quem totum ius feciale est. Off. 330 a, Aduersus quos aciem struis? Off. 330 a, Aduersum se amare aliquem. I. V. 192 a, Pecuniæ conciliatæ aduersus leges, aduersum rempub. Attic. 228 b, Si duriorem te præbes, non contendam ego aduersus te. Attic. 287 a, Flectere iudicium aduersus aliquos.

¶ *Erga, & in amore.* Offi. 7 b, Officia aduersus eos seruanda, à quibus iniuriam acceperis. Epist. 45 b, Modestus aduersum aliquem. Offic. 47 b, Vtendum est excusatione aduersus eos, quos inuitus offendas, quacunque possis. At. 116 a, Blandus aduersus aliquem. Off. 20 a, Adhibenda est etiam quædam reuerentia aduersus homines. de Nat. b, & 24 a, Pietas aduersus deos. de N. 24 a, Iustitia aduersum deos. ¶Epist. 181 b, Quonam modo me gerere aduersus Cæsarem, vsus tuo consilio sum. Offic. 20 a, Quemadmodum nos aduersus homines geramus. de Di. 101 a, Ara enim ait loquens, [quam septam videmus, aduersum eum locum consecrata est.

Syntaxis. *Aduersum se amare aliquem. Aduersus aliquem flectere iudicium. Seruare officium aduersus aliquem. Aduersus illum est a modestus, blandus. Aduersus homines adhibere modestia, pietate aduersus Deos.*

Adversus, a, um. *contrarius, incommodus, fluctus.*)(. *secundus, prosper.* Topico. 224 b, Quæ ex eodem genere contraria sunt appellantur aduersa, vt celeritas, tarditas. Ora. 18 b, Vt aduersas res, sic secundas immoderate ferre leuitatis est. Att. 275 a, Nihil nobis aduersi euenire potest. pro Syl. 172 b, Omnium mentes improborum mihi vni maxime sunt infensæ & aduersæ. pro Mil. 102 a, Vnum genus est aduersũ
• infensumque nobis. ° Aduersæ res, lites afflictæ. Meis tristissimis temporibus.] Att. 162 b, Omnia secundissima nobis, aduersissima illis acciderunt. pro Syl. 181 a, Per quos res eius secundæ quondam erãt ornatæ, nunc subleuantur aduersæ.

Syntaxis. *Aduersa sunt ex eodem genere contraria. Infensus & aduersus. & contrà.*

Adversus: *oppositus, loci ratione.* de Som. 129 a, Intueri solem nequitis aduersum. Acad. 36 a, b, Zeno cum extensis digitis aduersam manum ostenderat, visum huiusmodi esse I. A. 176 a, Caput in aduersam lecticam inserens, beneficia, quæ venderet, a collega petebat. Acad. 31 a, & 36 a, Antipodes aduersis vestigijs stant contra vestigia. de Som. 129 b, Sed eorum partim obliqui, partim versi, partim etiam aduersi stant nobis. & ibid. Qui aduersa nobis vrgent vestigia. L. Homo. de D. 92 b, Eodemq; equo aduersam ascendit ripam. de Nat. 51 a, Aer ab iis aduersus pellitur. Or. 202 b, Referre paria paribus, aduersa contrariis. de N. 53 a, Dentes aduersi & acuti.)(. intimi.

¶ *In anteriore parte aduersaque corporis.* de Or. 119 b, Iudicibus cicatrices aduersas ostendere. de Ar. 253 a, Acceptis a forti aduersario vulneribus aduersis. de Or. 132 b, & 165 b, Aduersus & auersus impudicus es. I. V. 256 a, Cicatrices aduersu corpore exceptæ.

Syntaxis. *Aduersum intueri solem. Antipodes aduersis vestigiis stant contra nostra vestigia. Stant antipodes nobis aduersi. Aduersi & acuti dentes.*

Adverto, tis. *obseruo, attendo, animaduerto.* Attic. 57 b, De librariis, si
• me amas, diligenter aduerte. ° Epistol. 130 b, Animum aduerte pro tua prudentia.]

Advertor, tis. *ex actiuo notum.* Epi. 2 b, Nam aduertebatur Pompeii familiares assentire Volcatio.

Advesperascit, bat. *fit vespera.* I. V. 234 a, Itaque tum de foro, cum iam aduesperasceret, discessimus. & 224 a, & I. C. 118 b, Item de Fin 114 a Sed quoniam aduesperascit, alic equidem hactenus. Ep. 245 a, Cum aduesperasceret.)(. cum lucesceret.

Advigilatur. de Legibus 175 b, Vt aduigiletur ad custodiam ignis.

Advigilo, as. *vigilo, diligenter vigilo.* de Pet. a. 3 b, Si aduigilamus pro rei dignitate.

Syntaxis. *Aduigilatur ad focum, ad custodiam. Pro rei dignitate aduigilare*

Adulans. tis. de Am. 114 a, Apertè adulantem nemo non videt, nisi admodum est excors.

Adulatio, nis. *assentatio, simulatio.* de Na. 58 a, Canum tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio. de Amic. 113 a, Sic habẽdum, in amicitiis nullam pestem esse maiorem, quam adulationem, blanditias, assentationem.

Adulo, as. & Adulor, aris. *blandior, assentor, auribus. do. omnia ad voluntatem loquor, nihil ad veritatem.* de Amic. 113 b, Ad alterius non modo sensum ac voluntatem, sed etiam vultum ac nutum conuerti. de D. 109 b, Nec adulatus, nec admiratus fortunam sum alterius. I. P. 101 a, Adulans omnes. Offic. 18 b, Cauendum est ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus, in quo falli facile est. Tus. 280 a, Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem. Poetæ.

Syntaxis. *Aperte adulans. Adulatio, blanditia, assentatio. Adulari fortunam alienam. Ne sinas te adulari. Adulari sanguinem alicuius.*

Adulator, ris. *assentator, homo leuis, fallax, ad voluntatem loquens omnia.* ad Her. 31 a, Nolo esse laudator, ne videar adulator,

Adulter, eri. *mœchus, alieni coniugii corruptor.* in Sallust. 271 b, Tu omnium cubiculorum in omni ætate pellex, & idem postea adulter. pro Sest. 11 a, Clodius sororis adulter. I. C 106 a, Quis adulter? quæ mulier infamis?

Adulterinus, a, um *non verus, non naturalis, fucatus adumbratus.* pro Cluent. 25 b, Oppianicus testamẽtum in alias tabulas translatum signis adulterinis obsignauit. Offi. 70 a, Nummos adulterinos pro bonis accipere.

Adulterium, rii. *stuprum.* De Hora. 134 a, Qualem existimas, qui in adulterio reprehẽditur? tardum. de Sen. 85 a, Stupra & adulteria, & omne tale flagitiũ, voluptatis illecebris excitari. Tus. 225 b, Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, incestus denique.

Adultero, as. *corrumpo, stupro.* Part. 237 b, Voluptas boni naturam fallaciter imitãdo adulterat. pro Qu. R. 47 a, Adulterare tabulas. de Am. 113 b, Simulatio tollit iudicium veri, idque adulterat, de Leg. 164 b, Latrocinari, adulterare, testamenta supponere.

Adulterinus, aris, *mobile alterius in re.* Offi. 26 a, Latrocinari, fraudare, adulterari turpe est, sed dicitur non obscœne. pro Cec. 299 a, Ius ciuile pecunia adulterari non potest.

Syntaxis. *Fallaciter imitando aliquid adulterare. Ius pecunia adulteratum.*

Adultus, a, um. *grandior progressa ætas, & alia res maior, confirmatior* de Cla. 167 a. Thucydides & Pericles, qui non nascentibus Athenis sed iam adultis fuerunt. Tus. 139 b, Ab iis ipsis, cum iam essem adultæ, ferrum remouit. de Cla. 196 a, Eamque tueamur, vt adultam virginẽ caste. &c I. V. 184 a, Puer adulta ætate. Tus. 177 b, Philosophia ea mãdat animis, & vt ita dicam, serit, quæ adulta fructus vberrimos ferant. I. C. 103 b, Delebitur hęc tam adulta reipub pestis.

Syntaxis. *Adulta vrbs, virgo. sententia, morbus, arbor, aetas.*

Adumbratio, onis. *leuis, imago, ac species.* Ora. 296 a, Alicuius rei si nõ perfectio, at conatus tamen atque adumbratio.

Adumbratus, a, um. *non absolutus.*)(*expressus.* de Le. 198 a, Principio quasi adumbratas quãsdam intelligentias animo ac mente concipimus. pro Cęl. 59 b, Habuit ille multa maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum.

¶ *Fictus.* Tusc. 190 b, Gloria est solida quædam res expressa, non adumbrata. & ibid. Eminẽs effigies virtutis, adumbrata imago gloriæ. de Finib. 141 b, Adumbrata opinio honestatis. Pro Syl. 177 a, Cornelius etiam nunc de iudicando dubitat, informat adhuc adumbratum indicũ suũ. de N. 16 a, Cedo mihi istorum adumbratorum deorũ formas contra Rul. 72 a, Comitia adumbrata.)(. comitia vera.

¶ *Obscurus.* I. V. 164 b, Hic Aeschrio Pipp[ε] vir adumbratus.

Syntaxis. *Conatus, & adumbratio. Adumbrata virtutum signa habere. Vir adumbratus.*

Adumbro, as. *effingo, imitor, describo.* de Orator. 116 a, Heroum veterum casus imitari, atque adumbrare dicendo. de Orato. 144 a, Id genus summis in eorum sermone adumbrare conati. Orat. 191 a, Excellentis eloquentiæ speciem & formam adumbrabimus, pro Do. 219 a, Qui ne emetiendo quidem poterit autorem adumbrare meliorem.

Adumbror, ris. *fingor. exprimor.* de Finibus. 138 b, in qua hæc honesta, quę intelligimus a natura tanquam adumbrantur, sed in poeriũ expressa.

Syntaxis. *Adumbrare facta alicuius dicendo. Imitari, & adumbrare. Adumbrare speciem ac formam.*

Aduncitas, tis. de Natu. 50 a, Quædam animalia rostrorum aduncitate cibum capessunt.

Aduncus, a, um, *curuatus, tortuosus.* pro Cluen. 55 b, Serrula adunca ex omni parte dentium, & tortuosa. de Na. 14 b, Corpuscula curuata, & quasi adunca Tusc. 180 Aduncis lacerans vnguibus, Iouis satelles.
• ° Ad. Her. 36 b. Dentes adunci. In exempl. Germ.°]

Advocandus, a, um. *inuocandus.* pro Qu. 8 a, Potentes, diserti, nobiles omnes aduocandi sunt.

Advocatio, onis. *aduocati officium.* pro Sest. 35 a, Scinquid

graui-

grenitas vestra, quid hæc aduocatio postulet. Epist. 100 a, In re militari multo es cautior, quàm in aduocationibus. pro Quin. 8 a. Nihil tam copiosa aduocatione vterer, si petendum esset. pro Syl. 180 b, Petens tuus aduocationem hominis improbissimi sella curuli honestauit. pro Cecin. 293 a, Quod exercitus armatos mouet, id aduocationem togatorum non videbitur mouisse? pro Dom 224 e, Cum eorũ aduocationem manibus, ferro, lapidibus discussisti.

☞ Syntaxis. *Aduocationem discutere: id est, repellere, perturbare.*

• ADVOCATVS, ° *Propugnator, Aduocatus. Adstipulator.] qui in iudicio aut ius suggerit, aut præsentiam suam commodat amico.* de Cla. 192 a, Non modo à corona, sed etiam ab aduocatis relinquuntur. ad Qu. fra. 307 b, Milo affuit, & Pomponius aduocatus venit. Att. 11 a Certè ex acclamatione Clodii aduocatorum audisse, quæ consurrectio facta sit. pro Syl. 182 b, Pater tuus Catilinæ reo fuit aduocatus. pro Cl. 40 b, Quis enim vnquam non modo in patronis, sed in laudatoris aut aduocati loco viderat? pro Mur. 126 a, Si turpe existimas te aduocato illum ipsum, quem contra veneris, causa cadere. de Offic. 72 a, Vt si constitueris te cuipiam aduocatum ad esse venturũ. de Or. 126 b, Cum ipsum aduocatum ad communem Imperatorem fortunam defendendam inuocarem.

☞ Syntaxis. *Esse alicui aduocatum. In aduocati loco videre aliquem. Alicui aduocatum venire. Inuocare aliquem aduocatum ad, &c.*

ADVOCATVS, a, um. *vocatus, accersitus.* pro Ceci. 289 b, Ait se Ebutio cum seruis armatis venisse aduocatis. ad Octauium 330 a, Duabus legibus à pernicie patriæ ad salutem aduocatis. Acad. 21 b, Sed adhibes artem aduocatam sensibus. Tusc. 249 b, Sapientis enim cogitatio, non ferme ad inuestigandum adhibet oculos aduocatos.

ADVOCO, as, *accerso, in auxilium voco, conuoco.* Att. 181 a, Nam, quòd nõ aduocarı ad obsignandum, primum mihi non venit in mentem: deinde, &c. pro Quint. 1 b, his, quos tibi aduocasti, viris electissimis ciuitatis summã spem habeo. Tusc. 164 a, Cum a negocio omni seuocamus animum, quid tunquam tum agimus, nisi animum ad seipsum aduocamus? pro Quint. 12, Nævius viros bonos complures aduocat, testatur, &c. ibidem. 13 a, Quia tamen aliquem contra te aduocare poterat. in Ver. 190 a, Aduocare concionem. in Ver. 41 b, Aduocare consilium.

☞ Syntaxis. *Aliquem sibi aduocare. Animum ad seipsum aduocare. Concionem & consilium aduocare.*

ADVOLANS, tis. *qui aduolat, accurrit.* de Nat. 150 a, Auis aduolans ad eas aues, quę, &c.

ADVOLO, as, *accurro, inuado.* pro Clu. 21 a, Ipsa nuper huius opprimendi causa Romam aduolauit. pro Mur. 144 b, Catilina prorumpet: qua minatur, in agros suburbanos repente aduolauit. Epistol. 253 e, Si insulam Britanniam cępero cogitare eius, οἴδ' οἶκον, mihi aduolabis ad pectus. ad Att. 9 a, Hic tibi rostra. Cato aduolat. ibid. 30 a, Aduola in Formianum. ibid. 33 a, Sed ita te para, vt si inclamaro, aduoles. & 57 a, Aduola ad nos.

☞ Syntaxis. *Aduolare Romam. Quę minatur in agros suburbanos aduolabit. Aduolare rostra, in Formianum, ad aliquem.*

ADVOLATVS, tus. *volatus.* Tusc. 180 a, Tristi aduolatus. Poetæ.

ADVRO, is. *vro.* Tuscul. 239 b, Candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurebat. Offic. 37 b, Dyonisius candente carbone si adurebat capillum.

ADVROR, ris, *cremor vror.* Tusc. e43 b, Indi cum ad flammam se applicauerint, sine gemitu aduruntur.

AEACIDES, *Aeaci filius, vel nepos.* de D. 132 b.

Aio te Aeacida Romanos vincere posse. Ennii

de Offi. Regulis & digna Aeacidarum genere sententia. de Di. 123 b, Sane Aeacidarum genus semper fuit stolidum.

ÆDEPOL. *iurandi verbum, per ędem Pollucis.* Epistol. 22 b.

ÆDES, dis *domus, vel templum.* ad Qu. frat. 320 b, Epistol. in que de æde Telluris me admones. I. V. 68 b, Aedium sacrarum, publicorumque operum depopulatio. pro Do. 238 a, Consecrabantur ędes non priuatorum domicilia. pro Fl. 155 b, Pecuniam in ædem sacram reficiẽdam perscribunt I. V. 85 a. Aedes Mineruę in fano Apollinis. Epist. 117 a, In ęde Appollinis S. C. factum est Tuscu. 240 a, Magnificentia ædium regiarum. I. V. 86 a, Quę vidi ego met apud istum in ędibus & ibi. In medii ædibus. de Na. 39 b, Limina profanarum ædium. Q. fra. 320 b, Absolutum offendi in ædibus tuis tectum. de Cl. 172 a, Ex testudine quadam exit in ędes. ad Heren. 40 a, Venit ad ædes quasdam, in quibus sodalitium erat eodem die futurum. ° I. V. 227 b, In & insula sunt ędes sacrę complures, sed duæ, quæ longæ cæteras antecellunt.

☞ Syntaxis. *Aedes consecrare. In ędem sacram reficiendam pecunia. In ædibus medius.*

AEDICVLA, æ. *parua domus.* Par. 125 b, M. Manilius pauper fuit; habuit enim ędiculas in Carinis. pro Dom. 240 b, Eam aram & ædiculam, & puluinar sub saxo sacro dedicauit.

AEDIFICATIO, onis. *constructio.* Qu. fra. 311 a, Aedificationem Arcani ad tuum aduentum sustentari placebat. I. P. 99 a, Immense & intolerabilis ædificatio.

ÆDIFICATIVNCVLA, lę. Qu. fr. 319 a, Quęsiuique ab eo, quid ei de illa ædificatiuncula Lateri mandauisses.

AEDIFICATOR, oris. *qui ædificat, fabricator.* de N. 6 a, Opifex ædificatorque mundi Platonis Deus. de Vn. 196 a, Neque, mundo quicquã pulchrius, neque eius ædificatore pręstantius.

AEDIFICIVM, cii, *structura.* Q. fr. 318 b, Quid si cęmentum non haberem, deturbem ædificium? pro Mil. 115 b. Extruere ædificium in alieno.

AEDIFICANDVS, a, um, *construendus.* Offi. 28 a, Ad domum ° ædificandi descriptio est accommodanda. Episto. 127 a, Si quis adhibere volet non modo vt architectos, verum etiam fabros ad ædificandum rempub.

AEDIFICATVS, a, um. *constructus, vel ædificatus.* I. V. 340 a, Cur carcer ędificatus? pro Syl. 180 b, Ad illius pœnam carcer ędificatus. in Ver. 228 a, Vrbs quæ quia postrema, ædificata est, Neapolis nominatur. Offi. 63 a. Domus bene, & ratione ædificata)(*malè materiata, ruinosa.* Att. 252 a. Prędiola nostra belle ędificata, & satis mœna. de Le. 169 e, Villa lautius ædificata.

AEDIFICO, as. *extruo, ex ædifico constituo, pono, colloco, facio, construo, pariotem duco.* pro Pom. 5 a, Qui maximas ędificasset ornassetque classes. I. V. 244 b, Verres nauim ędificauit. At. 150 a, Aedificare hortos. pro Dom. 236 a, Aedificare porticum. Quin. 311 e, Tribus locis edifico reliqua reconcinno. Tuscu. 161 a, Qui in Timæo mũdum ædificauit Platonis Deus.

AEDIFICOR, ris. *construor.* Off. 35 b, Vrbes sine hominum cętu non potuissent ędificari, nec frequentari. Quint. frat. 209 b, Domus vtriusque nostrum ædificatur strenue.

☞ Syntaxis. *Ædificare Rempub. Carcer ad pœnam ędificatus. Domus bene & ratione ædificata. Prædiola bellè, & villa lautius ædificata. Ædificare & ornare classes, nauem, hortos. Tribus locis ædifico, cætera reconcinno. Deus mundum ædificauit. Domus ædificatur strenuè.*

AEDILIS, lis. de Cla. 190 e, M Cęlius ędilis curulis factus est. de Le. 185 a, Sunto ędiles curatores vrbis, annonę ludorumque sollennium: olliq; ad honoris amplioris gradum, is primus escensi us esto. pro Mur. 133 a, Ego, qui trinos ludos ędilis feceram. I. V. 243 a. Nũc sum ędilis designatus. I. P. 97 b, Me ædilem priorem populus Rom. fecit At. 148 b, Prętoris ius dicunt, ędiles ludos parant. De ędili & magistro & ludis. L. LVDVS. De offi. ędilis, & de eius habitu & insignibus, de toga prætexta, & sella curuli. I. V. 243 a.

AEDILITAS, tis. *Ædilitium munus.* de Off. 45 a, L. Crassus cũ Q. Mutio magnificẽtissima ędilitate functus est. Q. fr. 307 a, Furiosa ędilitas. p Do. 235 b, Hoc simulachrum quidẽ homo nobilis, &c. adornatẽ ędilitatis suę deportauit. Off. 45 e, Splẽdor ædilitatum ab optimis viris postulabat. p Cl. 31 b, Aedilitatem se petere cum hominib. nobiliss. dicebat. de Ar. 250 e, Curulis ędilitas. Att. 22 a, Qui Romę tribunatum pleb. peteret, cùm in Sicilia ædilitatem sępe dictitasset.

☞ Syntaxis. *Fungi ædilitate. Curulis ędilitas, magnificentissima. Ædilitatem dictitare.*

AEDILITIVS, a, um. *quod spectat ad ædilitatẽ, qui ędilis est.* de Cl. 174 b, Sed omnia is summa sperans ędilitius est mortuus. de Officio. 45 e, Crassus functus est ędilitio maximo munere in Vat. 32 a, Vir ædilitius. pro Pla. 269 b, Aedilitia repulsa. Q. fra. 94 b, Iniquo & praui ędilitiorum vectigali Asiam liberasti, pro Cl. 34 a, Homo ædilitius.

☞ Syntaxis. *Ille mortuus est ędilitius. Ædilitia repulsa. Homo ędilitius.*

AEDITIMVS, mi. *ędiũ sacrarũ curator, & custos.* L. POSTLIMINIVM.

AEDITIVVS, tui. *æditimus.* I. V. 222 b, Illi fores ędis effringũt, ęditui custodesq; mature sentiunt, *aliàs, æditimus & forte rectius, vt Gellius probat.*

AEDO, dis. L. ædo. de Cla. 166 b, Quare si tibi est commodum, ęde illa quę cœperas, & Bruto, & mihi.

AEETA, ęde N. 70 b, Solem Colchis Aeetam & Circem procreasse,

AEGER, a, um *ęgrotus.*)(*Valens.* de N. 28 b, No ęgri quidem omnes conualescunt. in Cat. 108 b, Homo æger morbo graui. de Cl. 189 b, Is semp infirma atque etiam, ęgra valetudine fuit. pro Cęl. 41 a, Medea animo ęgra, Tul. 195 a, Corpus etiam si mediocriter ęgrum est sanũ non est. Off. 35 b, Quis ęgris subuenisset? quę esset oblectatio valentium? Postq. 198 b, Qui nũquam ægro corpore fuerunt. Att. 257 a, Familia ęgra est. Att. 89 e, Pinnarium, quem mihi commendas, diligentissime Deiotarus curat, grauiter ęgrum. de D. 91 b, In eo igitur oppido, ita grauiter æger fui, vt oẽs medici diffiderẽt. Atti. 96 b, Tyro ed te dedisset literas nisi eũ grauiter ęgrum Esseq reliquissem. de D. 100 b, Ad ęgros non vates, sed medicos solemus adducere.

¶ *Mœrens afflictus.* in Ver. 77 e, Aegra & prope deposita respu. pars. pro Mil. 114 b, Omnes tibi respu. partes ęgras & labentes, vt eas his armis sanares & confirmares, esse commissas Epistol. 235 a, Mulier ęgra, & corpore, & animo confecta.

☞ Syntaxis. *Æger morbo graui. Infirma, atq; ęt ægra esse valetudine. Animo æger. Mediocriter ægrum corpus. Grauiter ęger. Aegra planè deposita Resp. Aegra, & labans ciuitas. Æger, & corpore & animo confectus.*

AEGEVM, gei. *Mare in quo Cyclades.* de Leg. 191 b, Aegeum mare, & pro Pomp. 14 b,

AEGINA, æ, Off. 61 a, Nimis enim imminebat propter propinquitatem Aegina Pireo. Epist. 50. Post me erat Aegina, ante Megara.

AEGINETAE, *populi.* Off. 16, Aeginetis qui classe valebant, Athenienses sciuerunt, vt pollices præciderentur.

AEGISTHVS, sthi. de N. li. 3, Aegisthi libidinem aut Paridis. videmus.

AEGRE, *grauiter, moleste, vix, difficulter.*)(*facil* . de Di. 95 b, Quẽ cũ non potuisset extrahere, discessit ægre ferens. Tus. 222 a, Vt si qs ęgre ferat, se pauperẽ esse. At. 258 a. Ab hasta ea ęgrè me tenui, itaq; plerũq; sine vlla cõtumelia. de Sen. 92 e, Ois cõglutinatio recẽs ęgre, inueterata facile dissoluit. Tu 227 a, Inueterata vitia ęgrius depelluntur. de Pro. 70 b, Byzãtii totũ põtũ efferuescẽte i Asia ęgre repulsũ sustinuerũt. I. V. 234 a, Nihil ęgrius factũ est multo labore meo, q̃ vt manus ab illo abstinerent. p Pom. 6 a. Eũ propè esse vident, quo ẽt carent ęgrius. Att. 100 a, Nihil eo vidi melius. itaque careo ægrè.

☞ Syntaxis. *Ab hasta ea ęgrè me tenui. Nihil ęgrius factum est multo labore meo, quàm vt. Illeo ęgrè careo.*

AEGRIMONIA, æ. *ęgritudo animi, dolor, mœror, solicitudo, cura.* At. 199 a,

Perrem grauiter, si noue ęgrimoniæ locus esset.

Aegritudo, inis. *ęgrimonia*. Tusc. 203 b, λύπη quasi λύσις, id est solutio totius hominis 227. & 193 b, Qui se ęgritudini dediderũt, miseros calamitosos, afflictos, erumnosos dicere solemus. Tusc. 193 a, In ægritudine esse. Tuscula. 191. Non minus nocent animi ægrotationes, quam corporis.] Tusc q. lib. 3. Ægritudo perturbatio est animi. Tuscu. q. lib. 4, Ægritudo, est animi, aduersante ratione, contractio. Tuscu. q. lib. 4. Stulti autem ægritudo est ea, qua afficiuntur inopinatis malis, animosque demittunt, & contrahunt, rationi non obtemperantes. Tuscu q. lib. 3, Ægritudo est in opinione mali recentis. Tusc. q. lib. 4, Ægritudo, est opinio mali præsentis, & quidem recens opinio talis mali, vt in eo rectum esse videatur angi. Tusc. q lib. 3. Ægritudo est opinio mali præsentis in qua opinione illud insit, vt ægritudinem suscipere oporteat. Tuscu. q lib. 4, Ægritudo, est opinio recẽs mali præsentis, in quo demitti contrahique animo rectum esse videatur. Tuscul. q. lib. 4, Quum omnis perturbatio miseria est, tũ carnificina est ęgritudo. Tuscul. q. lib. 3, Aberit igitur à sapiente ægritudo. 3. Tusc Manat longius ægritudo. 4 Tuscu. Amplificam ægritudo. 4. Tusc. Premens ægritudo est angor. de N. 1, Ægritudo animi, fortunæ magna & graui commota iniuria. Tusco. q. 3, Ægritudo animi simillima est ægris corporibus. Tus. q. 3, Acta ætas honeste, tantam affert consolationem, vt eos qui ita vixerint, aut non tangat ægritudo, aut perleuiter pungat animi dolor. 4. Tus. Ægritudo communis pęna stultitiæ est omnibus enim quorum mens abhorret à ratione, semper aliquis aliis dolor, aliis terror impendet. pro Rosc. Comœdo, Criminis ęgritudo. 4. Tusc. Crucians ægritudo vocatur dolor. 4. Tus. Flebilis ægritudo, est mœror 4. Tus. Laboriosa ęgritudo vocatur ęrumna 3. Tusc. Mœrens ęgritudo. 4. Tusc. Nata esset ęgritudo noua, sed ea modica. 4. Tusc. Permanens ęgritudo, vocatur molestia. 3. Tuscul. Sublata ægritudo 3. Tusc. Aegritudo & motus in malis opinatis versantur, Tuscu. q lib. 4, Aegritudo, & metus tabificæ mentis perturbationes sunt. Tus. q. lib 3, Aegritudo non cadit in sapientem. Tusc. q. lib. 3, Aegritudo non cadit in virum fortem. Tus. q. lib. 3, In quem cadit ægritudo, in eundem timor. 9 ad Att. Aegritudo me somno priuaret. 3. Tus. Ergo ista nec inopinata non habent tantã vim, vt ægritudo ex his omnis oriatur. 3. Tusc. Aegritudo fortitudini repugnat. Tusc. q. lib. 3, Aegritudo habet tabem, cruciatum, afflictionem, fœditatem. Tuscu. q. lib. 3, Vt ægrotatio in corpore, sic ęgritudo in animo nomen habet non seiunctum à dolore. Tuscu. q. lib. 4, Aegritudo si perturbare animum sapiẽtis non potest, nulla poterit. Tuscula. q. lib. 3, Aegritudo tetra res est, misera, detestabilis, omni contentione, velis, vt ita dicam, remisque fugienda. Tusc. q. lib. 3, Aegritudo tũ existit, quum quid ita visum est, vt magnum quoddam malum adesse & vrgere videatur. Tusc. q. lib. 3, Quod ægritudo vetustate tollitur, id nõ est in die. *id est in longinquitate temporis positum, sed in cogitatione diuturna.* Tusc. q. lib. 3, Nam neque omnis ægritudo vna ratione sedatur: alia est enim lugẽti, alia miseranti, alia inuidenti adhibenda medicina. Tus. q. lib. 3, Dum ægritudinis nomen absit, graue, tetrum, funestum, quod cum sapientia esse, atque, vt ita dicam, habitare nullo modo possit. Tuscu. q. lib. 3, Leuationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit, auocatione cogitanda molestia, & renocatione ad contemplandas voluptates. 3. Tusc. Aegritudinis causa nulla alia est, nisi opinio & iudicium magni presentis atque vrgentis mali. Tusc. lib. 4. Aegritudinis effectus, quasi morsus aliquis doloris. Tuscula. q. lib. 3, Tum denique efficitur illa grauis ęgritudinis perturbatio. 4. Tusc. Sedatio, ęgritudinis. 3. Tuscula. Atqui stirpes sunt ægritudinis quàm multæ. quàm amaræ, quæ ipso trunco euerso omnes elidendę sunt, &c. Tusc. q. lib. 4, Et ęgritudinis, & reliquorum animi morborũ vna sanatio est, omnes opinabiles esse, & voluntarios, eaque re suscipi, quòd ita rectum esse videatur. Tusc. 5, Vacuitas ęgritudinis. Tus. q. lib. 3, Aegritudinis verbo Gręci omnem animi perturbationem appellant. Tus. q. lib. 4. At eos qui se ęgritudini dediderunt, miseros, afflictos, ęrumnosos, calamitosos (*appellamus*.) ad Att. li. 9, Sed tamen ne me totum ęgritudini dedam, sumpsi mihi, &c. 3. & 4. Tus. Aegritudini se solent dedere. Tusc. q. lib. 4, Aegritudini subiciuntur inuidia, ęmulatio, obtrectatio, misericordia, angor, luctus, mœror, ęrumna, dolor, lamentatio, sollicitudo, molestia, afflictatio, desperatio, & si qua sunt de genere eodem. Tusc. q. lib. 3, Aegritudinem omnem procul abesse a sapiente, quod inanis sit, quod frustra suscipiatur, quòd non natura exoriatur, sed iudicio, sed opinione, sed inuitatione quadam ad dolendum, quũ id decreuimus ita fieri oportere. Tus. 203 b, Chrysippus ipsam ęgritudinem λύπην quasi λύσιν, id est, solutionem totius hominis appellatam putat. Tusc. 3. Detrahere ęgritudinem. 3. Tusc. 3. Culpa contractum malum, ęgritudinem acriorem facit. 4. Tusc. Ex malis metum & ægritudinem nasci censent. Tuscu. q. lib. 3, Aegritudinem non omni malo effici censent. Cyrenaici, sed insperato nec opinato malo. Tuscu q lib. 3, Aegritudinem Zeno definit opinionem mali pręsentis recentem. Tusc. lib. 3, Depellere ęgritudinem. Tus Efficit hæc res maximam ęgritudinem. 4. Tuscul. quę enim venientia metuuntur, eadem efficiunt ęgritudinem instantia. 4. Tusc. Aegritudinem, quam Stoici vt terram & inanem belluam fugiendam esse dicant, Peripatetici non sine magna vtilitate a natura dicunt constituta, vt homines castigationibus, reprehensionibus ignominiis affici se in delicto dolerent. Tuscu. q. lib. 3, Eleuare ęgritudinem. 3. Tus. Eripiamus huic ęgritudinem. 3. Tu. Extenuare ęgritudinem. Tus. Aegritudinem usũ exuimus, sicut abiiciamus, misera carere non possumus. Tusc. q. lib. 3, Etenim si sapiens in ęgritudinem incidere posset, posset etiam in misericordiam posset in inuidẽtiam. Tus. q. lib. 4, Vt ipsam ęgritudinem leuiri videmus, quum obiicimus mœrentibus imbecillitate animi effœminati: quamque eorũ grauitatem constantiamque laudamus, qui non turbulente humana patiantur. ad Att. lib. 13. Id mihi erat satis ad leniendam ægritudinẽ firmum. 4. Tusc. Si nec mala sint illa, quæ metum ægritudinem-ve, nec bona quę cupiditate lętitiam-ve moueant, tamen sit vitiosa ipsa commotio. Tusc. q. lib. 3, Aegritudinem paruis rebus mouerat Lycon, fortunæ & corporis incommodis, non animi malis. Tusc. q. libr. 3, Nihil est quod tam obtundat eleuetque ęgritudinẽ, quam perpetua in omni vita cogitatio, nihil esse quod accidere non possit, quam meditatio conditionis humanæ, quàm vitæ lex commentatioq; parendi. Tusc. q. 3, Repellere ægritudinem ab aliquo. 3. Tuscul. Sedare ægritudinem. 3. Tus. Aegritudinem ex turpitudine, quàm Cleãthes summum malum fatetur, suscipi posse. Tuscu. q. lib. 3, Voluntate igitur & iudicio suscipi ægritudinem confitendum est. 3. Tuscul. 139 a, Sustulit vniuersam ægritudinem philosophia. Tusc. q. lib. 3, Ex quo intelligitur, non in natura, sed in opinione esse ęgritudinem. Tuscu. q. lib. 4, Tolerare ęgritudinem. 3. Tus. Cum coniicet ęgritudinem vetustate tolli. Tus. lib. 4. Sublata igitur ęgritudine, sublatus & metus. Tuscu. lib. 3, Aegritudine affici. Tusc. q. li. 3, Num in illa re, quæ ęgritudine Alcibiadem afficiebat, mali nihil fuisse? Tusc. lib. 4, Quid est autem non miserius solum, sed fœdius etiam & deformius, quã ęgritudine quis afflictus debilitatusque iacens? 3. Tusc. Confici ægritudine. 4. Tusc. Debilitatus ęgritudine. Tus. q. li. 3, Detracto ab ægritudine hoc, quod totum est voluntarium, ægritudo erit sublata illa mœrens: morsus tamen & contractiuncula quędam animi relinquẽtur. Tusc. q. lib. 3, In ęgritudine lenienda, quam qui-que curationem recipere possit, videndum est. ad Att. lib. 9, Longior verò epistola non me solum, sed meos omnes ęgritudine leuauit. Lucceio, lib. 5. epistol. Quarum enim tu rerum cogitatione nos leuare ęgritudine voluisti, earum etiam commemoratione lenimur. 3. Tus. Opprimi ęgritudine. 3. Tuscula. Neque tamen quum se in media stultitia, qua nihil est peius, hęrere intelligant, ęgritudine premuntur.

☞ Syntaxis. *Ægritudo vna res maximè, &c. Manat longius ægritudo. Commota animi ægritudo. Illum non tangit ægritudo. Versatur ægritudo in malis. In sapientem non cadit ægritudo. Ægritudo vetustate tollitur. Ægritudinis leuatio, vacuitas. Ægritudini se dedere. Ægritudinem detrahere nasci, effici depellere, eleuare, extenuare, alicui eripere, animo leniri. Ægritudine mouere. Obtundere, & eleuare ægritudinem, repellere, sedare suscipere, tollere, tolerare. Confici, debilitari, opprimi, premi ægritudine. Ægritudinem Cic. dicit longiorem, tetram, miseram, detestabilem, fugiendam permanentem, nouam, mœrentem flebilem laboriosam, cruciantem.*

Aegrotatio, nis. *corporis multa constitutio functiones corrumpens, ἀῤῥώστημα, morbus. Animaduerte discrimen morbi, vitij, ægrotationis.* Tuscu. 195 a, Sed proprie vt ęgrotatio in corpore, sic ægritudo in animo. Tusc. lib. 4, Quomodo autem in corpore est morbus, ægrotatio & vitium sic in animo. Morbum appellant totius corporis corruptionem, ægrotationem, morbum cum imbecillitate. Vitium, cùm partes corporis inter se dissident: ex quo prauitas, membrorum distortio deformitas. item ibid. Aegrotationes autem & morbi animorum difficilius euelli posse putantur. &c.

Aegroto, as. *ægro corpore sum, morbo sum affectus.* pro Clu. 54 b, Is ibi in morbum incidit, ac satis vehementer diuque ęgrotauit. de Sen. 91 a, Adolescentes facilius in morbos incidunt, grauius ęgrotant, tristius curantur. de Fin. 73 b, Grauissime ęgrotare.)(*optime valere.* Att. 119 a, Homo quotannis periculose ęgrotans. Tus. 226 b, Vt ea res, ex qua animus ęgrotat, oriatur. Offi. 7 a, Si grauiter ęgrotare filius cœperit. Tusc. 166 b, Pompeio nostro familiari, cum grauiter ægrotaret, Neapoli melius est factum.

☞ Syntaxis. *Vehementer, grauiter grauius, periculose ægrotare. Ægrotanti melius est factum.*

Aegrotus, a, um, *æger.* Epistol. 133 a, Cum ad Leg. Cęsarem ęgrotum Neapolim venissem, quanquam erat oppressus totius corporis doloribus, tamẽ, &c. Item, Vt si medicus, cum ęgrotus alii me dico traditus sit, iraici velit, &c. I. V. 66 a, Hoc remedium est ęgrotæ ac prope desperatæ Reipub.

☞ Syntaxis. *Verè ęgrotus corpore est: per translationem Ratio: vt ægrota Respublic.*

Aegypta, tæ. *viri nomen.* ad Attic. libro 12 & 13, & Episto. familia. libro 16.

Aegyptius, a, um. de N. 10 b, Portenta magorum, Aegyptiorumque dementia. I. P. 90 a, Rex Aegyptius. de N. 67 a, Omne fere bestiarum genus Aegypti consecrarunt. Tuscul. 243 b, Aegyptiorum imbutæ mentes prauitatis errorib. quamuis carnificina prius subierint, quã ibim, aut aspidem, aut felem, aut canem, aut crocodilum violẽt. Tus. 243 b, De Aegyptiorum superstitionibus.

Aegyptus, ti. *regio ab Oriente prima in Africa.* contra Rul. 74 a, Alexandria, cunctaque Aegyptus, L. Nilus, & Isis.

Aelius, lii. *scriptoris nomen.* in Bruto, Aelius scriptitauit orationes multas, orator ipse nũquam fuit. pro Clu. C. Aelius Stalenus. ibid. Aeliorum familia.

Aelia lex. vide Leges varias.

Aelianus, *ab Aelio equite Romano & Stoico.* de Clu. Cottam autem miror summum ipsum oratorem, minimeque ineptum, Aelianas leuis oratiuncula, voluisse existimare suas.

Aemilia *regio*, Epist. 162. Aemilia tribus, Attic. lib. 2.

Aemulatio, onis. *virtutis imitatio, studium.* Tuscula. 212 b, Aemulatio & dupliciter dicitur, vt & in laude & in vitio nomen hoc sit. nam & imitatio virtutis, ęmulatio dicitur: & est æmulatio ægritudo, si eo quod concupierit, alius potiatur, ipse creat. Tuscul. 221 b,

Illa

• Illa vitiosa æmulatio, quæ riualitati similis est. * Tusc. 212 b, Nam & imitatio virtutis æmulatio dicitur.]

AEMULATOR, toris. *imitator, æmulus, riualis.* Att. 23 a, Seruilius æmulator Catonis.

AEMULOR, aris, *imitor, inuideo.* Pro Fla. 159 b, Omnes eius vrbis instituta laudare facilius possunt, quàm æmulari. Tuscu. 157 b, His æmulamur, qui ea habent, quæ nos habere cupimus. Item, Obtrectare alteri, aut illa vitiosa æmulatione, quæ riualitati similis est, æmulari, quid habet vtilitatis? cum sit æmulantis, angi alieno bono, quod ipse non habeat: obtrectantis autem, alieno bono, quod id etiam alius habeat.

Syntaxis. *Aemulatio bona. Alicui æmulari.*

AEMUS, vel Hæmus. *Thraciæ promontorium.* pro Flac. 152 b, Hac classe M. Crassus vir amplissimus ab Hæmo in Asiam, his nauibus Flac. ex Asia in Macedoniam negant.

AEMONENSIS, *ciuitas.* pro Flac. 135 a, Hinc Aemonensis, & Aemonense. ibid. Citat præco voce maxima legatos Aemonenses.

AEMULUS, a, um. *imitator.* pro Mar. 131 a, Ille æmulus atque imitator studiorum meorum. Att. 93 b, Licet Brutum solum ames, me æmulum nõ habebis. de Inu. 51 b, Rei alicuius comprobatores atq; ęmuli. pro Cęl. 44 b, Quin illa Claudia æmula domesticæ laudis. I. A. 66 a, Is me potissimum restatus est, se æmulum mearum laudum extitisse. I. V. 251 b, Si non tanquam virũ, at tanquã æmulũ remouisset.

• pro Mur. 138 b, Stoici æmuli inuentorum Zenonis. * Tuscu. 210 b, Multi eiusdem æmuli rationis multa scripserunt.]

Syntaxis. *Aemulus ac imitator. Comprobator ac æmulus.*

AENARIA, *insula Italiæ proxima.* Att. 167.

AENEAS, æ. I. V. 216 b, Aeneas fugiens à Troia, &c.

AENEUS, a, um. *quod ex ære est.* de N. 65 b, & I. V. 213 b, Lecti ærati, candelabra ęnea. Of. 59 b, Equus æneus. I. A. 223 a, Aenea statua. de Inuen. 71 a, Aeneum tropheum. I. V. 200 a, Signum æneũ, marmoreũ, eburneum. * 3. A. 243 b, Statua pedestris ex ære.]

AENIGMA, tis. *scirpum Latinè dicitur, teste Gellio.* de Orat. 158 a, Ex hoc genere fiunt ea, quæ vocantur ænigmata. non est autem in verbo modus hic, sed in oratione, *i. in continuatione verborum.* Att. 111 a, Aenigma Oppiorum ex Velia plane non intellexi. & ibi. Iam intellexi tuũ ænigma. de Diu. 135 b, Iam vero, quo pertinẽt obscuritates & ænigmata somniorum? Att. 96 a, Literæ Græcæ ἐν αἰνιγμοῖς. Atti. 34 a, b, Cætera erunt ἐν αἰνιγμοῖς.

AEOLAIS, ei. pro Flac. 159 b, Tria Græcorum genera sunt verè: quorum vni sunt Athenienses, quæ gens Ionum habetur. Aeolex alteri: Dores tertij nominabantur.

AEQUABILIS, le. *æquus, par, similis.* de Inu. 70 b, Par, quod inter omnes æquabile est. de Fi. 133 a, Moderati æquabilesq; habitus. Of. 1 b, Aequabile & temperatum orationis genus. de Orat. 113 b, Tractu orationis leni & æquabili perpoliuit illud opus. pro Cęcin. 298 b, Quod æquabile inter omnes & vnum omnibus esse possit. Offic. 41 a, Aequabilis præda partitio. pro Fl. 152 b, Prætoris diligentia requirenda in numero nauium, & in descriptione æquabili sumptus. Qu. Fr. 196 a, Iuris æquabilem tenere rationem. de Nat. 122, Vt omnia omnibus, paria paribus respondeant: hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id est, æquabilem tributionem. de Natu. 30 b, Motus certos, & æquabilis.

Syntaxis. *Habitus æquabiles, ac moderati. Temperamentum ac æquabile genus orationis. Lenis, & æquabilis orationis tractus. Prædæ æquabilis partitio. Iuris æquabilem tenere rationem. Motus certus, & æquabilis.*

AEQUABILITAS. *constantia, tenor vnus, moderatio, ἰσονομία.* de Ora. 128 a, Quidam intolerantius se iactant, & æquabilitatem communis iuris, præstantia dignitatis aut fortunæ suæ transeunt. de Natu. 23 a, & 28 b, Aequabilitas motus. *aliàs æquilibritas.* de Orat. 140 b, In laude iustitiæ explicandũ erit, quid cum fide, quid cum æquabilitate factum sit. Orato. 201 b, Lenitas & æquabilitas orationis. Offic. 22 a, Aequabilitas vniuersæ vitæ, tum singularum actionum maxime decora est. Off. 19 a, In libero populo, & iuris æquabilitate, exercenda etiam est facilitas. Attic. 286 b, Fortis animus siue constantia, & æquabilitate nihil est. Off. 18 b, Præclara est æquabilitas in omni vita, & idem semper vultus, eademque frons.

Syntaxis. *Lenitas, & æquabilitas orationis. Vniuersa vita æquabilitas. Iuris æquabilitas.*

AEQUABILITER. *cum æquabilitate.* de Orato. 128 b, Genus facetiarum æquabiliter in omni sermone fusum. Offic. 41 a, Aequabiliter prædam dispartiri. de Ora. 114 a, Oratio cum leuitate quadam æquabiliter profluens.

AEQUALIS, le. *par, similis.*)(*impar.* de Ora. 91 b, Virtutes ipsas esse inter se æquales & pares. Orat. 215 b, Partem pedis æqualẽ esse alteri parti. Or. 208 a, Oratio par & æqualis rebus ipsis. de Leg. 171 a, Quę vt non modo senior est, quàm ætas populorum, sed æqualis Dei. de Clar. 187 a, Sed ordinem sequens, in memoriam notam & æqualem necessariò incurro. Para. 119 b, Peccata esse æqualia. Ora. 206 a, Demosthenes incessit magnus, & maximos oratores habuit ęquales. de Diui. 88 b. Philisthius æqualis temporum illorum. de Legi. 157 b, Ipse autem æqualem ætatis suæ memoriã deposcit. Orat. 218 a, Et cretici æqualis pęna, qui spacio par est, syllaba longior. de Orato. 160, Quod meriti possumus interuallis æqualibus. de Ar. 252 a, Hoc sacrificium quod à regibus æquale huic vrbi accepimus. de Cla. 171 a, Liuius Ennio æqualis fuit. I. A. 237 b, Deiotarus cuius beneuolẽtia in Populum Romanum est ipsius æqualis ætati. Ora. 217 a, Imparibus an æqualibus? de Legi. 174 b, Paupertatem diuitiis etiam inter homines æqualem esse volumus. Bru. 165 a, Memorię proditum est, poetas nobileis poetarum æqualium morte doluisse. in Salu. 272 a, Aequalem & parem verbis vitam agere.

Coętaneus, eiusdem ætatis, amicus. Cice. desideratur dictum. Tullij.

Syntaxis. *Hi sunt inter æquales. Oratio par, & æqualis rebus ipsis. Aequalis illorum: pro illis. Habere multos ęquales. Ille fuit æquales temporum illorum. Aequalem, & parem verbis vitam agere.*

AEQUALITAS, tis. *æqualium, ac parium conditio, paritas, similitudo.* de Legib. 193 b, Quidam virtutibus exceptis atque vitiis, cætera summa æqualitate posuerunt. de Cla 178 b, Aequalitas vestra & pares honorum gradus. pro Lig 142 b, Quis est, qui horum consensum conspirantem, & pene conflatum in hac prope æqualitate fraterna non nouerit? pro Mur. 134 a, Prætor offensionem vitat æqualitate decernendi. de Ora. 100 b, In rebus causisq; ciuium æqualitatis conseruatio. Par. 231 b, Similitudo æqualitasq; verborum.

Syntaxis. *Aequalitas, & paritas honorum. Conflatus consensus in fraterna æqualitate. Decernendi æqualitate offensionem vitat, Similitudo, æqualitasq; verborum.*

AEQUALITER. *æquè, æquabiliter, æqua parte, æqua conditione, vno tenore, constanter.* de Ami. 106 b, Vt nostra in amicos beneuolentia, illorũ erga nos beneuolentiæ pariter, æqualiterq; respondeat. & de Nat. 49 a, L. N. 110 a. & de Vni. 201 a. & ad Her. 27 b, pro Mil. 116 b, Clodius æqualiter in alienos & in suos irruebat. Qu. Fr. 296 b, Quod Græcis æqualiter Sylla describeret. Epist. 177 a, Aequaliter aut sorte agros legionibus assignari puto oportere. I. V. 184 b, Frumentum, quod ciuitatibus æqualiter esset distributum. pro Fla. 163 a, Communis hęreditas, quæ æqualiter ad vtrunque lege veniebat.

Syntaxis. *Pariter, æqualiterq; respondens beneuolentia. Aequaliter res omnes seruare. Aequaliter, aut sorte distribuere, assignare. Aequaliter ad vtrunque venit legit hæreditas.*

AEQUATIO, onis. *adæquatio, ἰσότης.* pro Mur. 135 b, Aequatio gratię & dignitatis. Off. 48 b, Aequatio bonorum.

AEQUE. *tam pariter, similiter, æqualiter, peræquè.* de Ora. 128 a, Afferendum est aliquid, quod sit grauius, aut æque graue. de Ora. 160 b Nã versus æque prima, & media, & extrema pars attenditur. pro Quin. 16 a, Procurator æque vtriusque necessarius. Epist. 211 b, Id vtrique nostrum æque gratum est. Off. 39 a, Beneuolentia ciuium non ęque omnes egent. pro Clu. 59 a, Quos tamen ipsos æque, & eos qui, &c. hæc cura solicitat. pro Dom. 219 a, Cn Põpeius æque vt vnusquisque vestrum pro salute mea laborauit. de Arusp. 247 b, Qui ęque atque ego non sunt occupati. de Inuen. 51 a, b Maius, minus, ęque magnum. de Fin. 63 a, Neque ipsam amicitiã tueri possumus, nisi æquè amicos & nosmetipsos diligamus. de Fin. 63 a, Nam & lætamur amicorũ lętitia æque ac nostra, & pariter dolemus. I. V. 135 b, Verum ẽt meminerat æque, *i. pariter.* Att. 277 a, Hoc ad officium meum ęquè atque ad vllam aliam rem pertinet. de Diuin. 89 b, Hębes æque ac pecus. de Natu. 68 b, Hi coluntur æque atque illi. pro S. Ros. 37 b, Hoc æque turpe est atque illud. I. V. 56 a, Nihil æque cupio atque bonam famam. Offic. 47 b, Diuites cum magnum aliquid ab aliquo acceperint, æque à se aut postulari, aut expectari aliquid arbitrantur.

Adeo, multùm. de Ora. 147 a, Non æquè quid dicant attendo.

Syntaxis. *Aequè primo, medij, vltimo, mali. Amicus æquè vtriusque fidelis. Quos ipsos æque ac te cura solicitat. Ego æquè ac vnusquisque, vestrum amo. Aequè ac nostra amicorum lętamur lætitia. Hoc pertinet ad officium meum æque atque ad tuum.*

AEQUILIBRITAS, *aliàs Aequabilitas, vel Aequalitas.* de Natu. 23 a, Confugis ad æquilibritatem: sic enim ἰσονομίαν si placet appellemus.

AEQUIMELIUM, lii. pro Dom. 233 b, Sp. Melii regnum appetentis domus est complanata. Et quid aliud æquum occidisse Melio Pop. Romã iudicauit: nomine ipso Aequimelij, stultitia pœna comprobata est. & de Diu. 116 b.

AEQUINOCTIUM, ctij. Att. 169 b, Nunc quidem æquinoctiũ nos moratur, quod valde perturbatũ erat. Att. 195 b, Publius si æquinoctiũ expectat, nauigaturus videtur.

AEQUIPARO, as, *æquo, comparo.* Tusc. 238 a, Nemo est qui factis me æquiparare queat.

AEQUITAS, tis. *æquum & bonum, æquitas iudicialis.* Par. 241 b, Aequitatis vis est duplex, cuius altera directi & veri, & iusti, & (vt dicitur) æqui & boni ratione defenditur: altera ad vicissitudinem referendæ gratiæ pertinet: quod in beneficio gratia, in iniuria vltio nominatur. Offi. 13 b, Difficile est, cum præstare omnibus concupieris, seruare æquitatem, quæ est iustitiæ maxime propria. Att. 67 b, Perspice ęquitatem animi mei. pro Mur. 134 a, Aequitatis largitio. de Cl. 177 b, In explicanda æquitate nihil erat Crasso copiosius. pro Plan. 267 b, Pugistũ sententiam legis, æquitatem omnem reiecisti. de Or. 105 b, Pro ęquitate contra ius dicere. L. P. 85 b, Quo in spectaculo mira Reip. æquitas erat, vter eorum perisset tanquã lanista. de Ora. 99 a, Iudicia in quibus sæpe non de facto, sed de ęquitate & iure quæritur. de Ora. 106 a, Nonne arripuisti patrocinium æquitatis, & defensionem testamentorum ac voluntatis mortuorum? Offic. 50 a, Hoc nullam habet ęquitatem. Att. 263 a, Summa bonitas & æquitas causæ. pro Cęcina 292 a, Omnino sani bene agis: à verbis enim recedis, & ęquitate uteris. Topic. Aequitas paribus in causis, paria iura desiderat.

¶ *Candor probitas, priuatus tranquillitas.* Epist. 17 b, Aequitatem tuã non potui non probare. de Ora. 118 a, Tres personas vnus sustineo summa animi æquitate: meam, aduersarij, iudicis. de Sen. 77 a, Noui

ui enim moderationem animi ioi & æquitatem. Tusc. 169 a, Animi æquitas. *id est, tranquillitas.*

☞ Syntaxis. *Aequitatem seruare. Pro æquitate contra ius dicere. In coniectio de æquitate quæritur.*

AEQVATVS, a, um. *adæquatus, comparatus, assimilatus, par factus.* I.P. 62 a, Productus in concionem ab eo cui sic æquatum præbeas consulatum tuum. de Cla. 177 a, Existimo in his primum cum Græcorum gloria Latine dicendi copiam fuisse æquatam. I. V. 225 a, Aequata agri planicies.

AEQVO, as. *exæquo, assequor, gradu tollo, parem facio, nec maius, nec minus fieri.* L. Minor. Off. 1 b, Hi libri iam se illis ferè æquarunt.

AEQVOR, aris. *conferor, comparor.* I.V. 30 a, Vix cum huius parua parte æquari conferriq; posse. de Leg. 189 a, Inuentum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari se putarent. de In. 42 b, Aequari cum aliquo. * de Inu. 42 b, Vt inter quos posset excellere, cum his pateretur æquari.

☞ Syntaxis. *Cum Græcorum gloria Latinorum copia æquata est. Aequata agri planicies. Hic liber illis se æquat. Tenues cum principibus æquantur temperamento Tribunorum. Cum aliquo æquari.*

AEQVOR, oris. *terra planicies* de Diu. 99 b, Babylonij in camporum patentium æquoribus habitantes. * Cic. Aca. li. 11. Planum e quo etiã æquor illud poetæ vocant.]

AEQVVS, a, um. *habens æquitatem, non iniquus, verus, directus, iustus.* I.V. 234 a, Prætor æquus & sapiens. Att. 130 a, Aequum est me a te impetrare, vt, &c. de Cl. 177 b, Cum de iure ciuili, cum de æquo & bono disputantur ibi. Crassus multa contra scriptum pro æquo & bono dixit & ibi, Scæuola peracutus ad excogitandũ quod in iure aut in æquo, verum aut esset, aut non esset Par. 241 b, Directum, & verum, & iustum, & vt dr̃ æquum & bonum. pro S.R. * Pro Cl. 18 b, Definitio iudiciorum æquorum. & 16. animis aut lubentibus, aut æquis. 19 b.] Aequa atque honesta postulatio. Att. 162 a, Cæsar scripsit Attico, æqua eum postulare. Epist. 179 b, Vt æquum erat, vt par erat pro Q. 2 a, Magistratus æquus reperiri hodie nõ potest, de Inu. 48 a, Præter æquum bonum pro Quin. 8 a, Quis nobis istã tura iam æqua describit? Topic. 226 b, & Offi. 64 a, Aequum bonum, & æquius melius in arbitrio rei vxoriæ. pro Q. 8 a, Quis hoc statuit, qd æquum sit in Quintium, id iniquum esse in Næuium? de Fat. 142 b, Sed Possidonium, sicut æquum est, cum bona gratia dimittamus. pro Cur 67 b, Et erat æqua lex, & omnibus vtilis. pro R. P. 129 b, Satis multa hominibus non iniquis hæc esse debent nimis, etiam multa vobis, quos æquissimos esse confidimus. I.V. 210 b, Par æqua proportio. Offi. 25 a, Priuatum oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere. Epist. 18 a, Quare si iniquus es in me iudex, &c. sin me id facere noles, te mihi æquum præbere debebis. Qu. F. 308 b, Populo à se alienato, nobilitate inimica, non æquo senatu, iuuentute improba. pro Clu. 18 b, Animis aut libentibus aut æquis remittatis. I.V. 267 a, Vide quam me sis vsurus æquo. pro Syl. 177 b, Vtinam hæc non modo iniquorum inuidiæ, sed & æquorum expectationi satisfacere possit. Aequo animo facere aliquid. L. INIQVVS pro S.R. 42 a, Concedo, & quod animus æquus est, & quia necesse est. Q. Frat. 317 a, Ab æquis verò, etiam a propensis in hanc partem diligimur. Episto. 35 a, Vt me tibi amicissimum esse, & æqui & iniqui intelligant. * Epistolarum 18 a, Sin me facere nolides, te mihi æquum præbere debebis.]

¶ *Aequalis conditione.* ad Herenn. 36 b, In æquos & pares fastidiosus.

¶ *Amicus.* Att. 199 b, Consequeris tamen, vt eos ipsos, quos contra statuas, æquos placabilesque dimittas Quin. de Pet. 212 a, Tamen hi possunt abs te placati æquique discedere. Attic. 275 a, Aequo animo te moueri patieris. de Pro. 72 b, Quæ animo æquo videre non possumus. Attico. 97 a, Esse animo æquo de aliqua re. Attic. 105 b, Tranquillissimus autem animus meus, qui totum illud æqui boni facit.

¶ *Planus, æqualis situ.* pro Cæcinna 294 b, Aequus & planus locus.

☞ Syntaxis, *Aequum est me, &c. De æquo & bono disputare. Directu, verum, iustum, æquum & bonum. Aequa & honesta postulatio. Aequum est, par est. Aequum bonum & æquius melius in arbitrio rei vxoriæ. Par, æqua proportio. Aequo & pari cum ciuibus iure frui, viuere. Parum æquo vti iudice. In æquos & pares fastidiosus. Aequos & placabiles omnes dimittere. Aequo animo videre, ferre. Locus æquus & planus. Aequi boni facere.*

AER. aeris. *vnũ ex initiis & elementis mundi. Cœlum, anima spiritus, æther, Iuppiter.* 3. de N. Deor. Aer, nomen grætum, sed receptum iam tamen vsu a nostris 3. de Natu. Deor. Ex aqua oritur aer. 2. de Nat. Aer oritur ex respiratione aquarum: earum enim quasi vapor quidam habendus est. de Nat. Deor. 2. Motu eius caloris qui aquis continetur, aer alitur, & æther expirationibus terræ. 2. de Nat. Deor. Aer annuas frigorum & calorum facit varietates. 2. de Nat. Deo. Aer cœli tenuitate & calore temperatus, vitalem & salutarem spiritum præbet animantibus. Acad. q. edi. 1. lib. 2. Sic nobis aer crassus offunditur. de Natu. Deor. 2. Aer crassissimus circumfundit terram. de Natu. Deor. 2. Eum mari finitimus aer die & nocte distinguitur. Isque tum fusus, & extenuatus sublime fertur, tum autem concretus, in nubes cogitur. Tusc q. lib. 1. Aer & ignis nihil habent proni. Tusc. q. lib. 1. Aer & ignis sursum rectis lineis, in cœlestem locum subuolant. Tusc. q. lib. 1. 35, Aer & ignis supera semper petunt. Aca. q. edi. 2. li. 1. Aer, ignis, aqua & terra, prima sunt initia & elementa rerum. 2. de Natu. Deo. Aer fertur leuitate sublimis. 2. de Nat. Deor. Ipse verò aer, qui natura est maximè frigidus, minimè est expers caloris. 2. de Natu. Deor. Aer tum fusus & extenuatus in sublime fertur, tum concretus in nubem cogitur, humoremque colligens, terram auget imbribus: tum effluens huc & illuc, ventos efficit. 2. de Na. Deo. Aer interiectus inter mare & cœlum. 2. de Nat. Deor. Aer Iunonis nomine consecratur. 2. de Nat. D. Ipseque, aer nobiscum videt, nobiscum audit, nobiscum sonat. 2. de Natu. Deor. Aer purus ac tenuis: cui opponitur. Cœlum crassum ac concretum. Tusc. q. li. 1. Aer, qui est terræ proximus, crassus est & concretus. de Natu. Deor. 2. Aer quem spiritu ducimus. de Natu Deo 2. Aer spiritu ductus, alit & sustentat animantes. 2. de Diui. Non verisimile solum, sed etiam verum esse censent, perinde vtcunque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari, ea eoque ingenia, mores, animum, corpus actionem vitæ, casus cuiusque euentusque fingi. in Arato,

Namque est ales auis lævo sub tegmine cœli,
Quæ volat, & serpens geminis secat aera pennis. de Nat. Deo.

1. Aera deum statuit Anaximenes. de Na. De. 1. Aerem qui per maria manaret, Neptunum esse disputat Chrysippus. * De Na. 72, Aera se semper in motu. de Nat. Deor. 42 b, Neque visionem neque auditum, neque sonum sine aere fieri posse.]

☞ Syntaxis *Aer alitur expirationibus terræ. Oritur ex respiratione aquarum. Aerem spiritu ducimus. Dicitur temperatus, crassus, fusus, extenuatus nil proni habens, maximè frigidus, concretus, effluens huc illuc, purus tenuis crassus aer.*

ÆRARIVM, rii. *pecunia publica, locus vbi ea pecunia asseruabatur.* Atti. 85 a, Ariobarzanes nullum ærarium, nullum vectigal. Offi. 69 b, Cato nimis præfracte ærarium, vectigaliaque defendebat. pro Flac. 255 a, Hi etiam ærarij nostri tabulas falsas esse voluerunt. nam, &c. I. P. 91 b, Rationes ad ærarium retuli. de Ar. 247 a, Meam domum Senatus ex ærario ædificandam putauit. Quin. Fr. 317 a, Drusus a Tribunis ærarij de præuaricatione est absolutus. I.V. 67 a, Depeculator ærarij. I.V. 132 b, Primum mihi literas publicas, quas in ærario sanctiore conditas habebant, proferunt. Att. 13 a, Hirudo ærarij. cont. Rul. 80 b, Pecuniã referre in ærarium lex vetat, exigi prohibet. Att. 99 a, Referre in ærarium ad H-S mille. Attic. 99 a, Vt ego amicior inuenirer Phrygum & Cilicum ærario, quam nostro.

☞ Syntaxis. *Ad ærarium referre rationes. Domus ex ærario ædificata. Ærarij depeculator. Ærarium sanctius. Hirudo ærarij. In ærarium referre pecuniam. Ærario amicus.*

ÆRARIVS, a, um. *quod ad ærarium pertinet.* pro Q. 3 a, Hoc eò per te agebatur, quod propter ærariam rationem non satis erat in tabulis inspexisse quantum deberetur, nisi, &c. de Ora. 133 b, Is qui te ex ærariis exemit, lustrum cõdidit. Atti. 11 a, Milites non tam ærarij, quã, vt appellantur, ærati. pro Cl. 42 b, In ærarios referri & tribu moueri. Q. F. 311 b, Senatorum vrna copiose absoluit, equitum adæquauit, Tribuni ærarij condemnarunt.

☞ Syntaxis. *Ratio æraria. Ex ærariis aliquem eximere. Milites non tam ærarij, quam ærati. Referri in ærarios. Tribuni ærarij.*

ÆRATVS, a, um. *quod ære tectum est.* in Vert. 213 b, Lecti ærati, candelabra ænea. * Cic. Atti. 11 a, Tribuni non ærarij, vt appellantur quam ærati.]

¶ *Obstrictus, alieno ære.* Attic. 11 a, Milites ærati, *id est, ære alieno obstricti.*

ÆRE, *dirutus.* I. V. 242 b, Aleatoris castra, in quibus cum frequens fuisset, tamen ære dirutus est, *id est, euersus, victus & ære alieno obstrictus.*

ÆRIVS, a, um, vel Aereus, a, um. *ex aere, & in aere: animalis, spirabilis, flabilis.* de Vni. 201 a, Erant animantium genera quatuor, quorum vnum diuinum atque cœleste, alterũ pennigerum, aerium, &c. Topi. 227 b, Aeri volatus auium.

ÆRVGO, ginis, *quasi æris quædam scabies ipsum corrumpens.* Tuscul. 215 b, Aes Corinthium in æruginem incidit.

ÆRVMNA. *calamitas, labor.* Tuscu. q lib. 4. Est ægritudo laboriosa. 5. de Fin. Vt vbi virtus sit, ibi esse miseria & ærumna non possit. Tuscu. q. lib. 3 Qui aliorum ærumnam dictis alleuans, &c post Redit in Sen. Quod si mihi æternam esse propositam ærumnam arbitrarer, morte me ipse potius, quam sempiterno dolore multassem. Parad 119 b, Te miseriæ ac ærumnæ premunt omnes de Finib. 147 b, Herculis perpeti ærumnas, pro Syl. Tu ornatus, ærumnis, venis ad eum lacerandum quem interemisti: ego iacentem & spoliatum defendo ac pro ego. *hoc est, ornatus ærumnis & velut spoliis Syllæ.*

☞ Syntaxis. *Miseriæ, & ærumnæ premunt: Perpeti ærumnas. Aerumnis alicuius ornari.*

ÆRVMNOSVS, *calamitosus.* Par. M. Regulus infelix, nec ærumnosus. 7. Verr. Crux infelici & ærumnoso comparabatur. 4. Tus. At eos, qui se ægritudini dederunt, miseros, afflictos, ærumnosos, calamitosos. Atti li. 3. & 9. pro Clu. Ærumnosissimus.

¶ *Discriminæ plenus.* Nec tam ærumnoso nauigassem salo. 3. Tuscul. *id est, per mare, in quo tot labores toleraudi fuerunt.*

☞ Syntaxis. *Miser & ærumnosus. Infelix & ærumnosus, Miser, afflictus, ærumnosus, calamitosus. Salum ærumnosum. Aerumnosissimus.*

Aes, æris, *metalli genus.* de Nat. 65 b, Nihil esset æneum, quod commutari non posset, si commutabilis esset natura æris. I.A. 189 a, Antonius falsas leges in æs incidendas, & in Capitolio figendas curauit, I.A. 223 b, Statua pedestris ex ære. * De Leg. 79 a, Iam æs atq; ferrum duelli instrumenta fuot, non fani. I.V. 233 b, Id non modo tum scripserunt, verum etiam in ære incisum nobis reliquerunt.]

¶ *Debitum, cũ admonitione, vt ex Tullio patet, pecunia debita.* Epis. 251 a,

Multi

Mihi anni sunt, cum ille in meo ære est. in Verr. 202 a, Non modo primum in ære alieno nullo sed in suis summis multos esse, semperque fuisse. I. A. 233 a, O ridiculum hominem, qui se exire ęre alieno putauit posse, cum venderet aliena. Offi. 44 b, Suscipere æs alienum amicorum causa. Epi. 172 b, Meos iam omnes amicos ære alieno obstrinxi. Atti. 25 a, Tuscul. & Pompeianum me valde delectant, nisi q me illum ipsum vindicem æris alieni, ære non Corinthio, sed hoc circumforaneo obruerunt. Atti 277 a, Dyrachini sibi donatum æs alienum à Cęsare dicunt. Att 23 a Multę ciuitates omni ære alieno liberatæ, multæ valde leuatæ sunt. Att. 232 b, Liberare se magno ęre alieno, pro Font. 276 a, Galliā ære alieno esse oppressam. I. V. 205 b, Meruisti ne æs alienum tibi cresceret. in Cat. 108 b, In magnum æs alienum incidi I. V. 202 a, Habes ęs alienum. Et alibi, Magnum & graue æs alienum, Qu. Frat. 294 b, Contrahere nouum æs alienum. Atti. 200 a, Ex quibus mihi etiam æs alienum faciendum puto. I. C. 109 a, Partim etiam sumptibus in vetere ære alieno vacillant. pro Syll. 17 b, Prędiis venditis, æs alienum eiusdem dissolutum. I. C. 105 a, Alicuius ęs alienum contractum in popinam. pro Syll. 178 a, Cuius æs alienum non libidine, sed negocii gerendi studio contractum est.

☞ Syntaxis. *Natura aeris commutabilis. Leges in æs incidere. In ęre alieno esse. In ære alieno nullo esse. Alienum aes suscipere. Alieno aere amicos obstringere, scilicet. Circum. oppressi. alieno aere. Donatum aes alienum alicui. Alieno aere liberari. Liberare se aere alieno. Crescit illi alienum aes. Faciendum est alienum aes. In alienum aes incidere. Aes alienum dissoluere. Contractum aes alienum.*

ÆSCHINES, nis. *Demosthenis æmulus.* 1. de Ora. 24, Aeschines Academic. 2, Ora. Aeschines Demosthenis orationem ut putidam reprehendit. Br. Aeschines Demostheni proximus. Tus q li. 3. Itaque & Aeschines in Demosthenem inuehitur, quòd is septimo die post filię mortem hostias immolasset. *vide orationem Aeschinis inuectiuam in Demosthenem.* Br. Aeschines & Hyperides inter se dissimillimi. 3. de Ora. Aeschines orator, Isocratis discipulus. 3. d. Ora. Aeschines Rhodi, quo propter ignominiam iudicii se contulerat, suam & Demosthenis orationem recitauit. de Opt. genere, Conuerti ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias, Aeschinis, Demosthenisque, Bru. Aeschines Milesii genus dicendi. 3. de Orat. Aeschines oratio sonitum plurimum habuit. 3. de Orat. Aeschinis testimonium de Demosthenis actione. Ora. 14. Aeschini, ne Demosthenes quidem videtur Attice dicere. Ora. 146, Inter Aeschinem & Demosthenem causę inimicitiarum.

ÆSCHYLVS, li. *Poeta.* de Ora. 145 a.

ÆSCVLAPIVS, pii. de N. 70 b, 71 a, Aesculapii multi fuerunt.

ÆSERNIA, æ. *oppidum.* Att. 126.

ÆSERNINVS, ni. de Op. 244 b, Aeschines tanquam Aesernius, vt ait Lucilius, cum Pacideiano hic componitur. Q. F. 327 a, Sicum Aesernino Samnite Pacideianus comparandus videretur.

ÆSOPVS, pi de Ora. 108 a, Aesopus histrio.

ÆSTAS, tis. *anni pars feruentior. æstiuum tempus.* de Diuina. 99 b, Arabes campos & montes hyeme, & æstate peragrantes, &c. de Sen. & 86 b, Refrigeratio in ęstate & vicissim hyeme aut sol, aut ignis hybernus.

ÆSTIFER, a, um. *ex æstu incendens. ardens.* in Arat.

Aestifer os calidis erumpit flatibus ignes. & ibid. Aestifer cancer.

ÆSTIMABILIS, le. de Finib. 94 a, Aestimabile & quod pondus aliquod habeat dignum æstimatione.)(*Inæstimabile.*

ÆSTIMATIO, nis. *precii iudicium, impositio precii.* In Verr. 135 a, In censu habendo potestas omnis ęstimationis habendæ Censori permittitur. & 191 a. item Parad. 125 b, Non ęstimatione census, sed victu atque cultu terminatur diuitiarum modus. Episto. 207 a, A M. Laberio C. Albinus prędia in æstimationem accepit. Quin. F. 298 b, Non est tibi in his solis vtendum ęstimationibus ac iudiciis. pro Cl. 41 b, Aestimatio litis non est iudicium. de Fin. 97 b, Nam cum ęstimatio, quę ἀξία dicitur, neque in bonis numerata sit & ibidem: Dignum • æstimatione, quam ille ἀξίαν vocat. * Acad. 45 b, Quæ secundum naturam essent, ea sumenda ex quadam ęstimatione dignando docebat. Epist. 138. Vendere ęstimationes suas. Episto. 76 b, Accipere ęstimationem ab aliquo.]

☞ Syntaxis. *Aestimationem habere. Aestimatio census. Prædia in æstimationem accipere. Litis æstimatio non est iudicium.*

ÆSTIMANDVS, a, um. Offic. 50 b, Pręficere aliquem ęstimandis posses• sionibus. * Acade. 45 b, Ex iis alia esse pluris æstimanda, alia minoris.]

ÆSTIMATOR, oris *iudex.* I. P. 98 a, Vnus tu dominus, vnus ęstimator, frumenti omnis per triennium fuisti. Parado. 125 b, Callidi rerum æstimatores, prata & areas quasdam magni æstimant. pro Marc. 133 a, Nemo erit tam iniustus rerum ęstimator, qui dubitet, &c. 210 • a, Quis tandem id iustus rerum ęstimator reprehenderit? * De Finib. 61 a, Sed quia te habeo æquissimum eorum studiorum. quæ atque ęstimatorem, & iudicem.]

ÆSTIMATVS, a, um. I. V. 240 a, Deinde crimen sine accusatore, sententia sine consilio, damnatio sine defensione, æstimata harum rerum omnium precia. I. V. 99 b, Illarum ratione ex ea fece legationis illa sunt nomina, quę Dolebellę necessario sunt ęstimata.

ÆSTIMO, as. *ęstimationem habeo.*

¶ *De re venali, aut bonis.* I. V. 196 b, Senatus quaternis H-S. tritici modium ęstimauit. pro Cl. 41 a, Aestimare litem. pro Dom. 236 b, Is domum emit prope dimidio carius, quàm ęstimabat. de Fin. 76, a, Magni æstimabat pecuniam. Episto. 145 b, Aestimare aliquam rem

carius. I. V. 196 b, Eodem tempore Antonius tribus denariis æstimauit post messem. Epi. 59 a, Quanti me illud æstimare putas? I. V. 204 a, Deinde hæc expenduę æstimatæ pecunia. & ibidem, Hac pecunia æstimari non quærunt.

• ¶ *Iudico, existimo, magni vel parui facio.* * Episto. 10 b, Res, quæ omnine putabantur. Tus 229 b, Cæteris omnibus pro nihilo habitis. 246 a, Pro nihilo pecuniam ducere. } pro Quin. Rosc. 49 b, Nemo illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico ęstimabat. Postquam 207 a, Expendunt atque æstimant voluptates. Att. 286 a. Bru. Valde care æstimas tot annos, quos ista ætas recipit, &c. Tusc. 253 a, Tantisper hoc magni æstimabo. Episto. 50 a, Animus callere iā debet atque omnia minoris æstimare. Atti. 4 b, Hoc si quanti æstimes sciam, tum quid mihi elaborandum sit, scire possim. de Fin. 92 b, Ne ego illam gloriosam virtutem non magno æstimandam putem. Att. 112 a, Is autoritatem suam, quam magni æstimat. Parad. 126 a, Si callidi rerum æstimatores prata & areas quasdam magni æstimant, quod ei generi possessionum minime quasi noceri potest: quanti est æstimanda virtus? Tusc. 151 b, Me esse mortuum nihil æstimo. de Finib. 120 b, Valetudinem, quia sit, non nihilo æstimandam. de Fin. 83 b, Nisi voluptatem tanti æstimaretis. in Sal. 27; b. Tanti me fugacē hi æstimauerunt. Attic. 42, Superficiem Coss. ex S. C. ęstimabunt. pro Q. R. 50 a, Vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa ęstimat. de Vn. 103 b, Aestimant vel existimant. de Legi. li. 1. Sisenna omnes adhuc scriptores, nisi qui forte nondum ediderunt. de quibus æstimare non possumus, facile superauit. pro Q. R. 50 a, Vulgus ex veritate pauca, ea opinione multa ęstimat.

ÆSTIMOR, aris. *iam aperta potestas.* Para. 123 b, Quæ seruitus est, si hęc libertas æstimari potest?

☞ Syntaxis. *Aestimandis possessionibus præficere. Frumenti æstimator iustus. Aestimare litem, magni pecuniam. Quanti æstimas? pecuniæ æstimare. Expendere, ac ęstimare voluptates. Care. valde carè ęstimare annos. Magno, & magni æstimare. Se esse mortuum nihil æstimant. Ex veritate, non ex opinione æstimare. De alienis æstimare, idest, ferre iudicium.*

ÆSTIVA, orum. *loca sunt, in quibus æstatis ardorem vitantes, hostes aut milites conuiuunt.*)(*Hyberna.* Epist. 26 a, Mihi erat in animo cum prima ęstiua attigissem, militaremque rem collocassem, decedere ex S. C. Epi. 102, Sin ęstiuorum timor te debilitat, aliquid excogita. Atti. 77 a, Cicerones nostros Deiotari filius secum in regnum, dum in ęstiuis nos essemus. I. V. 255 a, Ac priuato ad illa ęstiua prętoris accedunt. I. P. 100 b, Nulla trina ęstiuis gratulatio.

☞ Syntaxis. *Attingere æstiua. In æstiuis esse.*

ÆSTIVVS, a, um. *quod ad æstatem pertinet.* Att 75 b, erat mihi in animo recta proficisci ad exercitum, ęstiuos menses reliquos rei militari dare. I. V. 252 a, Hic dies ęstiuos sexaginta prætor Populi Rom. sic vixit, vt, &c. Quin. Fra. 318 a, Locus ęstiuus bonus. Quin Fratr. 284 a, Vnus æstiuus dies.

☞ Syntaxis. *Dare dies æstiuos rei militari.*

ÆSTVANDO. Tusc. 182 a, Esuriendo, sitiendo, algendo, ęstuando.

ÆSTVANS, tis. *furens.* de Ami. 243 b, Ille exanguis atq; æstuans se ecitia repente proripuit. pro Fl. 156 b, Hunc ęstuantem & tergiuersantem iudicio ille prosequitur.

ÆSTVO, as. *ardeo, ferueo, angor, crucior, tangor, vexor.*)(*Algeo.* in Verr. 124 a, Itaq; ęstuabat dubitatione, versabat se in vtranque partē Epi. 103 b, Sed magis vt desiderio nostri te ęstuare putarem. Aca. 18 a, Sic ille cum ęstuaret, vmbram secutus est. I. V. 210 a, Quod vbi auditum est, æstuare illi qui dederunt pecuniam.

☞ Syntaxis. *Aestuare corpore, absolutè. Aestuare dubitatione, alicuius desiderio. Exanguis, ac æstuans. Aestuans qui dederunt pecuniam.*

ÆSTVOSVS, a, um. *æstu, caloreq; plenus.* Att. 75 b, Nunc iter conficiebam æstuosa & puluerulenta via.

ÆSTVS, tus. *propriè, feruor. agitatio fluctuum.* de Na. 30 a, Aestus maritimos ortatu aut obitu lunę commoueri. de Di. 155 a, Quid de fretis & æstibus marinis plura dicam? de Nat. 5 a b, Aestus maritimi multum accedentes & recedentes. I. C. 103 b, Cum ęstu febriq; iactantur. de Ora. 157 a, Feruet æstu pelagus.

¶ *Translatione, vis, vehementia.* de Leg. 171 a, Ne æstus nos consuetudinis absorbeat. de Cl. 191 a, Sed hic quoque absorbuit ęstus quidam glorię. de Ora. 156 a, Repente te quasi quidā æstus ingenii tui, procul a terra abripuit.

☞ Syntaxis. *Via puluerulenta, & æstuosa. Aestus maritimi commouentur, accedentes, ac recedentes. Aestu ac febri iactari. Pelagus Aestu feruens. Consuetudinis ęstus absorbet aliquem. Sic æstus gloriæ. Ingenii æstus.*

ÆTAS, tis. *vniuersale, vel antiquum, vel præsens tempus.* de Cl. 172 b, Atticus me inflammauit studio illustrium hominum ętates & tempora persequendi. 5. Tusc. Heroicis etiam ętatibus. Vlyssem, & Nestorem accepimus & fuisse & habitos esse sapientes 14. ad Att. Aetatibus nostris alienat es. de Natura Deor. 2. Vna cum seculis, ętatibusque hominum.

¶ *Particulare, ac certum humanæ vitæ tempus, quod varium est.* Offic. 1, Aetas iniens maxime à libidinibus arcenda est, exercendaque in labore, patientiaque & animi & corporis. Tus. q li. 3. Aetas acta honeste & splendide tantam affert consolationem, vt eos qui ita vixerint, aut non tangat ægritudo, aut perleuiter pungat animi dolor. de Senec. Non cani, non rugæ repentè autoritatem arripere possunt: sed honeste acta superior ętas fructus capit authoritatis extremos. ad B. Ep. 2, De me possum idem quod Plautinus pater in Trinummo.

Mihi

Mihi quidem ætas acta ferme est, tua istbuc referri maxime.

• De nat. 126 b, Illius ætatis, qua erat ipse.] pro Q. 18 b, Propè iam acta ætas decursaque ad Bru. Epist. Videtur enim esse indoles: sed flexibilis ætas, multique ad deprauandum parati. 7. Fami. Aetas & ambitio hortabantur. pro C. Rab. Huic quidem afferet aliquam deprecationem periculi ętas, illa qua tum fuit. Tusc. q. lib. 5, Aetas improuida, cuiusmodi est adolescentia. Orato. 200 b, Quorum ętas in eorum tempora quos, nominaui incidit. de Fini. li. 5, Aetas infirma ad Curionem, lib. 2. Epist. Quare hoc animo in nos esse debebis, vt ętas nostra tam ingrauescens, in amore atque in adolescentia tua conquiescat. ad Heren. 29 b, Aetas maturissima de Senec. Aetas media, & ętas extrema. pro Planc. Aetas non est ad pręcepta. 10. Famil. Aetas optima. Epist. 180 b, Aetas pręcipitata. de Senect. Pręterita enim ętas, quamuis longa, quum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem. Tuscu quęst. lib. 1, Aetas prouecta & decrepita. de Senect. Ita sensim sine sensu ętas senescit, nec subitò frangitur, sed diuturnitate extinguitur. post Reditum ad Quirites, Aetas spectata. 11. Philip. Nihil enim semper floret: ętas succedit ætati. Tusc. q. lib. 1. Aetas volat. Cat. Aetatis quiete & pure & eleganter actę placida ac lenis est senectus. de Senectu. Vt enim infirmitas puerórum & ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis ętatis senectutis maturitas naturale quiddam habet quod suo tempore percipi debeat. pro Ros. Comœdo, Quum illis exactę ętatis seuerissime fructum, quem meruerunt, retribuam. de Senec. Cursus est certus ętatis, & via vna naturę, eaque simplex: suaque cuique parti ætatis tempestiuitas est data 16. Fam. Ciceronis filij, Aetatis meę errata. de Senec. Quę sunt igitur voluptates corporum cum authoritatis præmiis comparandæ quibus qui splendide vsi sunt, ij mihi videntur fabulam ætatis peregisse, nec tanquam in exercitati histriones in extremo actu corruisse. de Senect. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modice, sed erat tamen quidā feruor ætatis: qua progrediente, omnia fiunt etiam in dies mitiora. 1. de Orat. Si infinitus rerum forensium labor, ętatis flexu constitisset. 7. Verr. Si qui senes aut deformes erant, eos in hostium numero ducit: qui aliquid formę, ętatis, artificijque habebant, abducit omnes. 3. Verr Homo qui & summa grauitate, & iam id ætatis, & parens esset, obstupuit hominis improbi dicto 4. Verr. Author est, vt quamprimum agere incipiant, hominemque id ętatis minime litigiosum quam tumultuosissime adoriantur. 1. de Ora. Quoniam id nobis Antoni hominibus id ętatis oneris ab horum adolescentium studijs imponitur, &c. ad Attic. Si hominem id ætatis in tam longo sermone retinuisset. I. V. 89 b, Homo qui iam id ętatis esset. ad Thoranium. lib. 6. Epist. Ita viximus, & id ętatis iam sumus, vt omnia quę non nostra culpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus de Cl. 88 b, Aetatis illius ista fuit laus. 2. de Diui. Anchialum & Cassandrum summos astrologos illius ętatis qua erat ipse. ad Brutum, Aetatis imbecillitas non potuerit grauitatem rerū sustinere. 4. Acad. de Democrito, Quis hunc Philosophum non anteponit Cleanthi, Chrysippo, reliquisque inferioris ętatis? 16. ad Att. Aetatis infirmitas. Offic. 1. Ineuntis ętatis inscitia, senum constituenda & regenda est prudentia. 6. Fam. Aetatis maturitas abest. 2. in Verr. Aetatis nerui. de Sen. a, Senectus autem peractio ętatis est, tanquam fabulę. 1. de Or. Solet idem Roscius dicere, se quò plus sibi ętatis accederet, eò tardiores tibicinis modos, & cantus remissiores esse facturum. pro Rosc. Comœdo. Qui si iam satis ętatis atq; roboris haberet ipse pro Roscio diceret. de Senec. de Valerio Coruino, Itaque quātum spacium ętatis maiores nostri ad senectutis initium esse voluerunt tantus illi cursus honorum fuit. de Senec. Temeritas est videlicet florentis ętatis, prudentia senectutis. de Sen. Breue tempus aetatis satis est longum ad bene honesteq; viuendum. In Vat. Atque illud tenebrosissimum tempus ineuntis aetatis tuae patiar latere. ad Quin. Frat. lib. 3. Angor, mi suauissime frater, angor, nullam esse rempub. nulla iudicia: nostrumq; hoc tempus aetatis, quod in illa authoritate Senatoria florere debet, aut forensi labore iactari, aut domesticis literis sustentari. *pro ætas hæc nostra.* de Sen. Nunquam satis laudari dignè poterit philosophia: cui qui pareat, omne tempus aetatis sine molestia possit degere. 2. de Finib. Neque expectat vltimum tempus aetatis. 2. de Fin. Quum enim summum bonum in voluptate ponat, negat infinito tempore aetatis voluptatem fieri maiorem, quam finito atq; modico. Aca. q. edit. 2. lib. 2. Aetatis tempore infirmissimo pro Cl. Collegi me aliquando, & ita constitui, fortiter esse agendum: illi aetati, qua tum eram, solere laude dari, etiam si in minus firmis causis hominum periculis non defuissem. 5. Tusc. In India qui sapientes habentur, nudi aetatē agunt. 2. de Leg. Hic fere aetatem egit in literis. in Bru. de Theoph. Tulisse eum moleste, se non effugere hospitis speciem quum aetatē ageret Athenis optimeq; loqueretur. Epis. 50 b, Agere aetatē cum aliquo. Off. 1. Quoniam in eo studio aetatem consumpsit. 5. Phil. Legibus annalibus quum grandiorem aetatem ad Consulatum constituebant, adolescentiae temeritatem verebantur. 2. de Leg. vt nollēt aetatem in litibus contereret. 2. de Fin. Degere omnem aetatem sine dolore. Seruius Ciceroni, li. 4. Epist. de obitu Tulliae, Quid autē fuit quod illam hoc tempore ad videndum magnopere inuitare posset? quae res? quae spes? quod animi solatium? vt cum aliquo adolescente primario coniuncta, aetatem gereret? ad Plan. lib. 13. Vt primum per aetatem iudicium facere potueris, *idest, ætatis progressu, & ætate permittente.* de Sen. Quibus facillime rationibus ingrauescentē aetatem ferre possumus. ad Treb. lib. 7. Imperatorem liberalissimū, aetatem opportunissimam, commendationem certe singularem habes. *hoc est commodissimam & qua munia publica adhuc probè vacare possis.* 16. ad Atti. Sed hanc ætatem abesse longè à sepulchro negant oportere. de Sen. Non ne melius multò fuisset, ociosam ætatem, & quietam sine vllo aut labore aut contentione traducere? de Sen. a, de Nestore dictum, qui secūdum poetas, trecentos annos vixit. Tertiam iam enim ætatem hominum viuebat. pro Quin. Quam honestatem in iudicium tuum prope acta iam ætate decursaque attulit. 6. Ver. Affecta iam aetate Matius. de Sen. Multa in nostro Collegio præclara sunt: sed hoc in primis, quod vt quisque aetate antecellit, ita sententiæ principatum tenet. 1. Tusc. Acad. q. edi. 2. libro 1. Nam Galbam, Aphricanum, Lælium, doctos fuisse traditū est, studiosum autem, qui iis ætate anteibat, Catonem in Cati. Tertium genus est aetate iam confectum de Sen. Bene Sophocles, quum ex eo quidam iam cōfecta aetate quæreret, vtereturne rebus veneteis, Dij meliora, inquit. ad Octau. Aetate & vulneribus confecti. 10. Fa. Ego Plance necessitudinem constitutam habui cū domo vestra, ante aliquanto quàm tu natus es: amorem autē erga te ab ineunte pueritia tua confirmata iam ætate familiaritatem cūm studio tuo, tum iudicio tuo constitutam. 8. Fami. Cęlij, Cętera aetate iam sunt decursa. de Senec. M. quidem Valerium Coruinum accepimus ad centesimum annum vitam produxisse, & cum esset exacta iam ętate in agris, eosque coleret. 7. Verr. Hic tam grandis natu Eubulida, tantum exacta ętate, laboris itinerisque suscepit, &c. pro Cælio, Ac multi, & nostra & patrum maiorumque memoria, summi homines & clarissimi ciues fuerunt: quorum quum adolescentiæ cupiditates deferbuissent, eximiæ virtutes firmata iam aetate extiterunt, Aca. q. ed. 1. li. 2. Aetate ineunte. 5. Phi. C. Cęsar ineunte ætate docuit ab excellenti eximiaq; virtute progressum ætatis expectari non oportere, in Bruto, Nam & iisdem exercitationibus ineūte aetate fuimus. 1 de Or. Qui ab ineunte aetate incensus essem studio vtriusq; vestrum. I. A. 203 b. Maior ætate. 11. Fam. Marij Ætate præcipitata commutem, quod adolescens præstiti. 1. ad Q. F. Dignitate & aetate praestat. ille de Sen. 87 b, Liuius vsque ad adolescentiam meam processit aetate. de Sene. Themistocles omnium ciuium nomina perceperat, Nū igitur censetis eum, quum aetate processisset, qui Aristides esset, Lysimachum salutare solitum in Orat. Horum vterq; Isocratem aetate percurrit: *hoc est, Isocrate maior natu fuit.* de Sene. Nisi forte adolescentes pueritiam, paulum aetate progressi, adolescentiam debeant requirere. in Bru. Fimbria temporibus iisdem fere, sed longius aetate prouectus, habitus est sane luculentus patronus. Tusc. q. li. 1. Aetate prouecta mori. 5. de Diui. Equidem ex his etiam fructum capio laboris mei qui iam aetate prouecti in nostris libris acquiescunt. de Inuen. 50 b, Aetate puer. In An. 203 b, Is adolescens tubicinit Reipub. sed aetate multo robustior, de Fin. lib. 5. Aetates confirmatae. Cato, omnium aetatum certus est terminus, senectutis autem nullus est. de Senec. Vt superiorum aetatum studia occidunt, sic occidunt etiam Senect. 5. de Fini. Vt eos in rebus quaerendis explicandisque naturis, aetates conterere videamus. 1. de Ora. Quo in studio, hominum quoq; ingeniosissimorum ociosissimorumque, totas aetates videmus esse contritas.

☞ Syntaxis. *Aetates ac tempora. Aetates ac secula hominum. Ineuns ætas. Aetatem agere. Aetas incidit in hæc tempora. Aetatem omne tempus. Aetatem consumere, conterere, gerere, degere. Aetate præstare, antecellere. Confectus ætate. Præcurrere progredi, prouehi. Aetate puer. Procedere vsque ad nos ætate aliquem. Aetas heroica. Aetas honestè, purè, quietè, eleganter acta. Infirma, ingrauescens, maturissima, media, extrema, optima præcipitata, prouecta, decrepita, spectata, florens, decursa, quieta, opportunissima, affecta, firmata, confirmata. Aetatis infirmitas, maturitas, nerui. Homo id ætatis, idest, hac ætate.*

ÆTATVLA, æ. *tenera ætas.* de Ar. 253 b, Qui primam illam suam aetatulam ad scurrarum locupletum libidines detulit. de Finib. 138 a, In primis puerorum aetatulis.

ÆTERNITAS, tis. *tempus sine termino, immortalitas.* de Diui. 112 a. Nihil fieri, quod non ab omni aeternitate certum fuerit esse futurū rato tempore. de Na. 6 a, Aeternitas, quę nulla temporis circumscriptio metiebatur. de Inuen. 52 a, Tempus est pars aeternitatis. de Nat. D. 23 b, Deum in omni aeternitate nihil aliud cogitantem, nisi, &c de Nat. Deor. 62 b, Quod semper ex omni aeternitate verum fuerit, id esse fatum. de Diui. 106 b, Animus vixit ab omni aeternitate. de Diui. 85 b, Diuinatio est ab omni aeternitate reperta. de Diui 104 a, Ea est ex omni aeternitate fluens veritas. de Diuin. 112 a, Quae fiant ex omni ęternitate, definita esse fataliter. Topic. 225 b, Causae ex aeternitate dependentes. de Vni. 196 a, Quod immutabili aeternitate continetur. de Fa. 144 b, Si alterutrum ex aeternitate verum sit. de Fin 83 a, Cur ita semper Deum appellet Epicurus beatum, & aeternum? dempta enim aeternitate, nihilo beatior Iupiter quam Epicurus. de Na. 6 a, Fuit quaedam ab infinito tempore aeternitas. I. P. 80 b, Mihi P. R. non vnius diei gratulationem, sed aeternitatē immortalitatemq; donauit. In Ant. 264 b, Ea extructio, quae sit ad memoriam aeternitatis, ara Virtutis.

☞ Syntaxis. *Ab omni æternitate. Tēpus pars æternitatis. In omni æternitate Deus. Ex omni æternitate verum. Pendentes causæ ex æternitate. Immutabili æternitate veritas continetur. Ab infinito tempore æternitas. Ad memoriam æternitatis: id est ęternum.*

ÆTERNVS, a, um. *sempiternus, immortalis, perpetuus, quod toto tempore vita durat, quod immutabili æternitate continetur.* de Natu. Deor. 6 a, Nihil quod ortum sit aeternum esse potest. de Finibus 83 a, Deus beatus & aeternus de Na. De. 10 a, Legis perpetuae & aeternae vis. de Som. 128 b, Supra lunam sunt omnia ęterna. de Fa. 145 b, Causę immutabiles & aeternae. de Finib. 52 a, Motum atomorum nullo a

pr.nci-

principio, sed ex æterno tempore intelligi conuenire. Postq. 211 b, Si mihi æternam esse propositum erumnam arbitrarer, morte me ipse potius quam sempiterno dolore mulctassem. de Vni. 177 a, Mundum simulachrum æternum esse alicuius æterni. * Tuscul. 242 a, Causæ ab æterno tempore fluentes in æternum.]

☞ Syntaxis. *Ex æterno tempore id fuit. Aeterna illi proposita est ærumna. Mundus æternum simulachrum alicuius æterni.*

Aether, ris. *elementum, ignis.* 3. de Natu. Deor. Aether & Dies, parentes Cœli, Cœlum verò Saturni. 2. de Nat. Deor. Et quum quatuor genera sint corporum, vicissitudine eorum mundi natura est continuata, Nam ex terra aqua, ex aqua oritur aer, ex aere æther: deinde retrorsum, vicissim ex æthere aer: inde aqua, ex aqua terra infima. 2. de Nat. Deor. Aether immensus aerem amplectitur. 1. de Nat. Deo. Aether nominatur ardor vltimus & certissimus, vndique circumfusus, &c. in Ar.

A propter se aquila ardenti cum corpore portat.

Igniferum mulgens tremebundis æthera pennis.

2. de Nat. Deo. Ex æthere innumerabiles flammæ siderum existunt. 2. de Nat. Deo. In æthere astra gignuntur. 2. de Na. Deur. In æthere autem astra voluuntur.

¶ *Cœlum.* 2. de Natu. Deo. Restat vltimus, & à domiciliis nostri altissimus, omnia cingens & coercens cœli complexus qui idem æther vocatur, extrema ora & determinatio mundi. 2. de Natu. Deo. Non est enim æther ea natura, vt vi sua stellas complexa contorqueat. Nã tenuis ac perlucens, & æquabili calore suffusus æther, nõ satis aptus ad stellas continendas videtur. 2. de Nat. Deor. Quod astrorum ignis & ætheris flamma consumat. 2. de Natu. Deor. Ex nobilissima puraque ætheris parte gignuntur sidera, de Nat Deo. 1. Aethera Chrysippus esse disputat, quem homines Iouem appellant.

¶ *Deus.* 1. de Nat. de Zenone loquitur, Atq; hic (Strabo) idem alio loco æthera deũ dicit esse. Aca. q. ed. 1. li. 2. Aether Zenoni & reliquis ferè Stoicis videtur summus deus, mente præditus, qua omnia reguntur.

☞ Syntaxis. *Ex aere aether. Aerem amplectitur aether. Aether ardor vltimus. Aether ignifer. Cœlum, qui idẽ aether. Ex aethere, vel aethere spectare.*

Aethereus, a, um. de Di. 36 b, Aethereus ignis. de Diu. 37 a, Sphæra ab aetherea coniunctione secreta & libera.

Aethiops. pis. Post. 217 a, Cum homine, aut cum stipite Aethiope, si in foro constitisses, nihil crederes interesse.

Aethra, æ. *idem quod æther.* de Na. 49 a, Summa pars cœli quę æthera dicitur. *aliàs, aether.*

Aetna, æ. *mons Vulcano sacer.* de Di. 117 a, Non enim te puto esse eũ, qui Ioui fulmen fabricatos esse Cyclopas in Aetna putes. de Sene. Onus Aetna grauius sustinere.

Aetnaeus, a, um. de Natu. 45 a, Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione Aetnæorum ignium finitimas regiones obscurauisse dicuntur, &c.

Aetolia, æ. I. P. 99 a, Aetolia medio fere Græciæ gremio continetur.

Aetolus, a, um. pro Ar. 191 a, Fuluius qui cum Aetolis Ennio comite bellauit.

Aeuum, qui. *aetas, diuturnitas.* de Som. 127 b, His est definitus in cœlo locus, vbi beati æuo sempiterno fruuntur. Tus. 154 a.

Romulus in cœlo cum diis agit æuum.

Rectius hic versus sic legitur.

Romulus in cœlo cum dijs genitalibus æuum. *Degit.*

Aeuitatus, vel Aeuitatis, *id est, aetas.* 3. de Leg 185 a, Censores populi æuitates, soboles, familias, pecuniasque censento ibid. Aeuitatem annali lege seruanto.

Afer, a, um. de Natu. 17 b, Alia est nobis, alia Afris Ammonis Iouis species. & 158 a, Item pro Cur. 63 a.

Affabilis, le. *comis, mitis, placidus, præcipue in sermone.* Offic. 53 a, Cũ & mulieribus inseruiret, & in omni sermone omnibus affabilem se esse vellet.

Affabilitas, tis. *facilitas alloquendi, audiendi, lenitas, facilitas in audiendo, comitas sermonis.* de Of. 41, Difficile dictu est, quantopere conciliet animos hominum comitas affabilitasque sermonis.

Affabre, *fabre, pulchre & artificiose.* I. V. 69 a, Deus paulo magis affabrè, atque antiquo artificio factus.

Affaris, re, tor. *alloqueris, & re.* Bru. 166 a, Liber quo me hic affatus quasi iacentem excitauit. de D. 119 a, Et cum affatus est, qui arabat. de Cla. 188 a, Nam, scripsit his verbis, cum hunc nomine esset affatus. de Sen. 77 a, Licet versibus iisdem mihi affari te Attice, &c. I. A. 167 a, Qui locus est tam inhumanus, qui illos cum accesserint, non affari atque appetere videatur?

☞ Syntaxis. *Affari aliquem nomine.*

Affatim, *abunde.* At. 32 a, Puto me Dicæarcho affatim satisfecisse. & 231 b, Tum iecore optimo farta & satiata affatim, clangorem fundit vastum. de Natu. Deor. 51 b, Iisdemque seminibus homines affatim vescuntur. Attic. 251 a, H-S. L X X I I. satis esse affatim prorsus.

☞ Syntaxis. *Affatim satisfacere. Affatim satiatus. Affatim vesci panibus.*

Affectio, nis, *perturbatio, commotio, concitatio animi, affectus,* * *Habitus.*] *motus animi, sensus, impetus, πάθος, animi quidam dolor, studium, cupiditas.* de Vni. 203 a, Cum perturbationem ratione depulerint, & ad primam & optimam affectionem animi peruenerint, * Tuscu. 184 a, Virtus est recta animi affectio.] De Inu. 64 a, Im-

pulsio est, quæ sine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, vt amor, iracundia, ægritudo, violentia, &c. de Inu. 64 a, Ergo accusator, cum aliquid impulsione factum esse dicet, illum impetum, & quandam commotionem animi affectionem, que verbis & sententiis amplificare debebit. de Inuen. 50 b, Affectio est animi & corporis ex tempore aliqua de causa commutatio: vt lætitia, cupiditas, metus, molestia, morbus, debilitas & alia, &c. de Inu. 64 a, Impetus & quædam commotio animi affectioq;. Tus. 215 a, Vita enim affectiones sunt manentes, perturbationes aũt mouentes, vt non possint affectionum manentium partes esse. de Fin 103 b, 104 a, Ex hac animorum affectione testamenta, commendationesq; morientium natæ sunt. Offic. 58 a, Animi talis affectio neminem vt violem commodi mei causa. * De In. 51 a, Affectio animi, hoc est molestia, iracundia, amor.]

¶ *Status, vis, constitutio.* De Inu. 84 a, Affectio est quædam ex tempore, aut ex negociorum euentu, aut administratione, aut studio hominum, commutatio rerum, vt, &c. de Fa. 141 b, Affectio astrorum ad quasdam res valet de Nat. 129 a, In puero refert, &c qua affectione cœli primum spiritum duxerit. * 233 b, Firma corporis affectio.]

☞ Syntaxis. *Animum ad affectionem optimam peruenire. Impetus animi commotio, & affectio. Vitium affectio manens. Animi affectio mea talis est, vt neminem violem.*

Affecto, as. *appeto, quasi arcesso, nimis exquiro.* pro Qu. R. 42 a, Nũc vero quam viam muniter, quod iter affectet, videtis Att. 169 a, Omni diligentia munditiam non affluentem affectabat, ad Her. 31 a, Nam hic in quibusdam verbis quædam similitudo non tam affectanda quã ille superiores, sed tamen adhibenda nonnunquam.

☞ Syntaxis. *Affectare iter. Affectanda res non est, sed aliquando adhibenda.*

Affectus, a, um. *paratus, comparatus, constitutus animo nec non corpore.* de Fini. 63 a, & de Ami. 106 b. Vt eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmetipsos. Epi. 257 b, Non queo ad te scribere qua animo sim affectus Of. 23 b, Cum ita sis affectus animo, &c. Par. 122 b, Nisi qui ita sit affectus, esse liberum neminem. de Legib. 61 a, Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquũtur. pro Mur. 237 a, In his tantis periculis, ita sum animo affectus, vt non queam satis communem omnium nostrorum fortunam miserari. de Diui 93 b, Iubet igitur Plato, sic ad somnum proficisci corporibus affectis, vt nihil sit quod animis errorem afferat. de Finib. 130 a, Aliquem ita affectum esse, vt optime secũdum naturam affectus esse possit. Attic. 211 b, Et mehercule, omne tum ita simus affecti, vt non possimus plane simul viuere. Offi. 56 a, Si enim sic erimus affecti, vt propter suum quisque commodum, &c. necesse est, &c. Par. 136 b, Atque si sint quidem fere quasi quidam habitus animi, sic affecti & constituti, vt sint singuli inter se proprio virtutis genere distincti.

¶ *Commotus.* Or. 202 a, Orator vtcunque se affectum videri, & animum audientis moueri volet, ita certum vocis admouebit sonum. de Fi. 56 b, Qui enim sentit quemadmodum sit affectus eum necesse est aut in voluptate esse, aut in dolore. Ep. 258 a, Varie sum affectus tuis litteris. I. A. 323 a, Est enim ita affectus, vt nemo vnici filii mortẽ magis doluerit, quam ille mæret patris. Tusc. 192 a, Eos sanos intelligi necesse est, quorum mens motu, quasi morbo perturbata nullo sit: qui contra affecti sunt, hos insanos appellari necesse est. de Iou. 64 a, Animus ita videtur affectus fuisse, ut rem cum consilio perspicere non posset Att. 200 b, Auide sum affectus. de Fano. de Or. 92 a, Sic magis affectis animis iudicum, quàm &c. de Off. 46 a, Non vno modo in disparibus casib. affecti esse debemus.

¶ *Praditus.* I. P. 86 b, Cùm tantis à vobis P. C. affectus sim beneficiis, tantis honoribus. Offi. 30 a, & pro Mur. 124 b, Homines aliquo honore aut imperio affecti. I. P. 99 b, Qui erant affecti præmiis, &c. de Nat. 73 a, Magno deorum munere affecti. Epist. 205 b, Affectus magno alicuius beneficio & 15 b, Affectus magna molestia, &c. de Diu. 94 a, Qui sunt morbo graui & mortifero affecti. Atti. 275 a, Magna sum lætitia affectus. & 534 a, Magna desperatione affectus sum. pro Qu. 2 a, Tot tantisque difficultatibus affectus, &c. Episto. 206 a, Affectus summis difficultatibus. de Ora 149 a, Q. Metellus iam affectus Sene. Tusc 227 a, Affectus optima valetudine. Epist. 56 a, Vir clariss. ab, &c. morte affectus est. I. A. 259 b, His vitiis affectus &, &c. Para. 233 a, Animi autem aut quemadmodum affecti sunt virtutibus, vitiis, &c aut quemadmodum compoti, &c. spectantur.

¶ *Vexatus, afflictus, tractatus, & acceptus male.* I. V. 235 a, Syracusanam quidem ciuitatem, vt abs te affecta sit, ita in te esse animatam videmus. Off. 33 a, Affectam ac prosperatam remp. tuis opibus extulisti. Epi. 228 b, Resp. male affecta.

¶ *Grauis:* vt. Affecta ætas, *effœta infirma, senectus ipsa.* in Verr. 222 b, de Orat. 101 b.

¶ *Aegrotans.* Attic. 232 a, L. Cæsarem Neapoli affectum grauiter videram. in Anto. 221 a, Qui cum ita affectus esset, vt si ad grauem valetudinem laborat vitæ accessisset, sibi ipsi diffideret, non recusauit.

¶ *Inchoatus.* de Pro. 73 a, Bellum affectum videmus, & vere vt dicam, penè confectum. Et 74 b, Vt ex quæ per ipsum affecta sunt, perfecta, &c.

¶ *Aptus.* Tustu. 92 a, & 193 b, Oculos conturbatus, non est probe affectus ad suum munus fungendum. de Diui. 138 b, Ad rem pertinet, quomodo cœlo affecto, compositisque sideribus quodque animal oriatur. de Finib. 57 a, Nunquid nam manus tua sic affecta, quemadmodum affecta est, desiderat?

¶ *Cognatus,*

¶ *Cognatus, affinis, quod rem attingit, quod refertur ad aliquid.* Topico. 221 b, & Par. 230 a, Ducuntur etiam argumenta ex iis rebus, quæ quodammodo affectæ sunt ad id de quo quæritur.

AFFECTVS, ctus. *affectio, πάθος, studium, cupiditas.* pro Fla. 150 b, Tusc. 237 b, Qualis cuiusque animi affectus est, talis est homo. & ibi. Affectus animi in bono viro laudabilis. de Or. 127 b, Amor, odium, iracundia, inuidia, misericordia, spes, lætitia, timor, molestia. * de Inuen. 82 b, Non rectus impetus animi.]

☞ Syntaxis. *Erga aliquem male affectum, bene, pessimè esse. Quo animo is affectus? Corpore sic affectio cubitum proficiscere, vt. Affectus, & constitutus. Orator affectus vt est, ita voce vtatur. Variè sum affectus tuis litteris. Auidè sum affectus. Afficere iudicum animos. In dispartibus casibus non vno modo affectus. Honore, Imperio affectus, munere, morbo, desperatione, difficultatibus, senectute, optima valetudine, vitio, virtute. Affecta vrbs à te: id est, vexata. Affectam & prostratam Remp. efferre. Affecta ætas: id est, infirma. Affectus: id est, ægrotus. Bellum affectum, non confectum. Oculus affectus probè: id est, aptus. Affectum, id est, ad illud: id est, affine. Qualis animi affectus talis homo.*

AFFERENDVS, a, um. 5. de Fin. rationes quoq; cur hoc ita sit, afferendas puto. 1. Of. a, Et semper aliquid ad communem vtilitatem afferendum. 2. de Ora Aut si ita non refellas, afferendum est in contrariam partem, quod sit aut grauius, aut æque graue.

AFFERO, fers. *dico, nuncio, profero, induco in medium affero, adfero, defero, infero, deporto, nuncio, apporto, adhibeo.* pro S.R. 19 b, Ego contra breuē postulationem afferre. ad Attic li. 9. Vix enim spero mihi hunc veniā daturum, etsi multa affero iusta ad impetrandum. Atti. li. 11. Quoniam iustas causas affers, quod te hoc tempore videre non possim. 10. ad Att. Affert satis bella. *id est nunciat.* 2 de Or 198 a, An ætatem affert? quadriennio minor est. *id est, in causam vel excusationem adducerent.*

¶ *Præbeo, do, exhibeo.* de Petit. consul. Afferre plurimum dignitatis Tuscu q. lib. 1. Afferre rationem Cato, Afferre res multum & diu cogitatas. 3. de Leg. Afferre salutem Carboni à bonis, reditus ad honos non potuit. Sulpitio, lib. 4. Epi. Vt ea mihi salutem afferre videātur. 2. Phil. Afferre domo scelus mediatum. Tusc. quęst lib. 3. Afferre sedationem mœrendi. 5. Fin. Suam quisque videri afferre sententiā. Lęl. Afferre magnum solatium 9. Fami. Afferre solicitudinem, ad Att. afferre somnum. Tusc. quęst. lib. 1. Afferre spem. pro Sylla, Afferre spiratus, 12. Phil. Afferre suspicionem de Pet. Cons. Afferre alicui maximum metum iudicii ac periculi. ad Qu. Fr. Afferre misericordiam alicui. 1. de Fin. Att li. 1. Iam illud quidem perspicuum est, maximam animi aut voluptatem, aut molestiam plus aut ad beatam, aut ad miseram vitam afferre momenti, quam eorum vtrumuis, si æquè diu sit in corpore. pro Sestio, pro Cluen. 19 a, Moram alicui rei afferre. 7. Verr. 2. de Diuin. Afferre mortem vno ictu. in Par. Motum animis afferre. de Finib. lib. 2. Afferre dulcem motum sensibus 2. de Diuin. Quod enim munus Reipu. afferre maius, melius ve possumus, quàm si docemus atque erudimus iuuentutem? In Vati. de Arusp. resp. Is confessus est, se Cn. Pompeio suis manibus necem afferre voluisse. 10. Philip. Afferre necessitatem. pro Sylla, Afferre neruos & industriam. 7. Verr. Afferre nuntium. pro Sylla, Mihi maiorem hæc res dolorem quam Q. Hortensio, mihi maius odium afferre debet? de Finib. lib. 1. Afferre pacem animis 1. Offi. Afferre periculum patrię. Officior. Afferre perniciem. pro Sylla, Afferre dignitatem vel inuidiam. 2. Tusc Afferre dolorem. Offi. 3. Afferre dubitationem. pro Rosc. Amer. Afferre egestatem & luctum alicui. de Diu. lib. 1. Afferre errorem animis perturbationem. in Epist. Afferre excusationem. pro Quin. 18 b, Vt quam existimationem, quam honestatem in iudicium attulit, ei liceat ex hoc loco afferre. 3. ad Atti. Afferre expectationem. pro Deiota. Afferre familiaritatem. pro Murena, Fastidium alicui. Afferre. 3. Verr. Afferre finem edicto Prætoris. Cato, Afferre mirificos fructus. pro Archia. Vt nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in aspectum lucemque proferre. 1. de Finib. Afferre hilaritatem, vel iucunditatem, aut lętitiam. de Fin. lib. 2 Negat enim summo bono. Afferre incrementum dicen. de Finib. lib. 3. Afferre interitum. Att. lib. 12, Afferre lacrymas alicui. Tuscu. quæst lib. 4. Afferre lætitiam sociis, terrorem hostibus. ibi. Afferre laudem, alicui. pro Mil. Me ad eius causam, parem animi magnitudinem afferre non posse. pro Rosc. Comœdo, Si quam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura. de Finib. lib. 1. Vt enim quum cibo potioneque fames sitisque depulsa est ipsa detractatio molestiæ consecutionem affert voluptatis; sic in omni re doloris amotio successionem efficit voluptatis 1. Offi. Quæ affert cum constantiam, tum etiam dignitatem. in Ora. Hoc authoritatem orationis affert & fidem. 1. de Ora. Qui à scribendi consuetudine ad dicendum venit, hanc affert facultatem, vt etiam subito si dicat, tamen illa quæ dicantur, similia scriptorum esse videantur. ad Att. lib 11. Qui mihi laborem affert in dolore, Quin. Fra. 110 b, Præterea magnam affert laudem & summam dignitatem. de Orat. 141 b, Ordo est qui memorię lumen affert. in Ver. 3. Manus pro se quisque affert. ad Atti. 183 b, Pharnaces quoquo modo agit, affert moram. de Somn. 430 b, Quod motum affert alicui. 1. Tuscu. Nihil necessitatis affert, cur nasceatur animi similitudo. ad Attic. lib. 9. & 6, Permagnum pondus affert beneuolētia erga illum. in Orat. Si enim semper vtare, satietatem affert. de Diuin. lib. 1. Affert autem vetustas omnibus in rebus longinqua obseruatione incredibilem scientiam. de Offi 3. Afferre multam vtilitatem reipub. atque hominum societati. Offic. 1. In hoc naturam ducem debemus sequi, & communes vtilitates in medium afferre mutatione officiorum, dando, accipiendo. ad Gallum lib. 7. Hæc enim duo signa putarem mihi ęs alienum attulisse, ad Att. 111 b, Aliquantum animi mihi videtur attulisse labienus. pro Cecinna, Idque me non ad meam defensionem attulisse, sed illorum defensioni retulisse. App. lib. 3. Collegii quoque coniunctio non mediocre vinculum mihi quidem attulisse videtur ad voluptates nostras copulandas. Attic. 106 b, Taciturnitas tua mihi suspicionem affert. 2. de Nat Deor. Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones, quorum celeritas atque vis nobis ipsis affert vim & celeritatem. ad Qu. Fr. lib. 1. Atque huic tuæ voluntati ac diligentiæ difficultatem magnam afferunt publicani. Offic. 29 b, Non alienum ad ea diligenda quæ dubitationem afferunt, adhibere homines doctos. in Verr. 98 b, Si finem Prætoris edicto afferunt. 3. Offi Ita duæ res quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant, ocium & solitudo. 5. de Fin. Cuius etiam illi hortuli propinqui non memoriam solum mihi afferunt, sed ipsum videntur in conspectu meo ponere. in Verr. 248 b, Naues, quæ prædam Prætori, non quæ prædonibus metum afferunt. 2. Offic. Opinionem afferunt populo, eorum se fore similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. *hoc est, in eam opinionem inducunt populum.* 4. Acad Quod si geometricis rationibus non est crediturus, quæ vim afferunt in docendo. *id est, cogunt credere quædam quæ sequuntur ea, quæ aut incredibilia videntur aut impossibilia.* Qu. Fr. lib. 1. Tibi spem maturæ decessionis afferebam. Qu. Fr. 315 b, Hominum dignitas aliquantum orationi ponderis afferebat. de O. 2. 105 b, Galba autem similitudines afferebat. Epist. 57 b, Reliquum est vt consoler, & afferam rationes quibus conger. 3. de Finibus, Quum vitiorum ista vis non sit, vt causam afferat mortis voluntariæ. *id est, præbeat causam.* Offic. 14 b, Vt tranquillitas animi adsit, quæ afferat tum constantiam, tum etiam benignitatem. 3. de Orat. Vt oratio quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem & tenebras afferat. pro Mur. Eaque res vobis Populoque Roma. pacem, tranquillitatem, ocium concordiamque afferat, pro Mur. 138 b, Nolo accusator in iudicium potentiam afferat. 2. de Nat. Deor. Offi. li. 1, Ad ea eligenda quæ dubitationem afferant, adhibere doctos homines. pro Cl. 135 a, pro Rab. Post. Vt ne cui innocenti mœror tuus calamitatem & falsum crimen afferret. Attic. 265 b, Ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret. 2. de Ora. de Simonide loquutur, Hac tum re admonitus inuenisse fertur, ordinem esse maxime, qui memoriæ lumen afferret. Epist. 56 b, Inuentus est amicus qui ei mortem afferret. Atti. lib. 1. Quid-nam accidisset quod afferret. Qu. fratri meo aut offensionem tam grauem, aut commutationem tantam voluntatis. Attic. 122 b, Lepidus Pompeii literarum ad Coss. exemplum attulit. de Orat. 136 b, Vterque enim istorum non mihi attulit aliquam, sed suam significauit facultatem. pro Quint. Itaq; te obsecrat, C. Aquili, vt quam existimationem, quam honestatem in iudicium tuum attulit, eam liceat ei secum ex hoc loco afferre. Orat. 215 b, Numerus, quasi quandam palęstram & lineamenta extrema oratori attulit. pro S.R. 20 b, Cui non modo luctum mors patris attulit, sed etiam egestatem. 10. Philipp. Sed mihi Patres conscripti, necessitatem attulit paulo plura dicendi, &c. Epist. 172 b; Magnam perturbationem rerum vrbanarum attulit obitus consulum. 6. Verr. Tibi illa Diana in pace atque in ocio religionem nullam attulit? *id est, non iniecit tibi religionis scrupulum?* 2. Offic. Nam Mamerco homini ditissimo prætermissio ædilitatis consulatus repulsam attulit. pro Cæl. 48 b, Atq; ita Cælius ad illam attulit se. At. Batonius autem miros terrores ad me attulit. *id est nunciauit mihi.* 2. de Legi. Sex. Tarquinius vim Lucretiæ Tripicitini filiæ attulit. *hoc est, eam stuprauit.* 1. Offic. Quam quidem ad rem, nos, vt videmur, magnum attulimus adiumentum hominibus nostris. Tuscu. quæst. lib. 1, Aliquid oratoriæ laudi nostra attulimus industria. pro Lege Man. Quæ tanta fuit, vt eā ad aures L. Luculli non ex prælio nuncius, sed ex sermone rumor afferret. Att. lib. 9. Rerum nouarum cupidi victores, pręsertim & armati, vim & manus afferrent de Fato. Quum attulisse nullam causam quæ istam declinationem efficeret. pro C. Rabirio, Quod tu si audisses, aut si per ætatem scire potuisses, nunquā profectò istam imaginem quæ domi posita pestem atque exilium Sex. Titio attulisse, in rostra atque in concionem attulisses. de Offic. 49 b, Vt vnius Imperatoris præda finem attulerit tributorum. de Orat. 97, Si quando in dicendo scriptum attulerit aliquid. Offic. 1. Afferre, *καταφέρειν.* Tusc. Cur credam, afferre possum. Attic. Afferre acerbitatem. 7. Fam. Afferre æs alienum alicui. 1. Offi. Afferre aliquid ad Rempub. 2. de Fin. Negat Epicurus diuturnitatem quidem temporis ad beate viuendum aliquid afferre. Tuscu. q. lib. 2. Afferre aliquid leuationis. Att. lib. 2. Afferre aliquid luci rebus. pro Cælio, 41 a, Afferre ad aliquem. *id est alicui nunciare.* 3. Tusc. Afferre angorem. ibid. Authoritatem in iudicium afferre. 3. de Nat. Deor. Authoritatem peccandi afferre. de Sen Non cani, non rugæ, repente authoritatem afferre possunt. ad Attic. lib. 14, Consilium alicui afferre. ad Atti. lib. 10. Consulationem alicui malo afferre. 2. Philip. Afferre cōsuetudinem. pro Murena, Afferre consulatum in familiam. 3. de Or. Cumulum artibus aliorum. Afferre. de Off. 1, Afferre ancipitem curam cogitandi. Att. lib 7, Et Pilani in idem genus morbi delapsam curam tibi afferre maiorem sentio. Lælius, Afferre curas. & molestias Mario. lib. 7. Epist. 7 a, Afferre delectationem. Atti. lib. 8, Caius Missius familiaris tuus. aliusque complures attulerunt Cæsarem iter habere Capuam. de Vniuer. Attulerunt nobis oculi rerum optimarum cognitiones. pro Deiot. Tuæ res gestæ cæterorum laudibus obscuritatem attulerunt. in Pisonem, Sic odium, quod in ipsum attulerant, id in eius imaginem ac simulachrum profuderunt in Or. Nam etiam poetæ quæstionem attulerunt, quid-nam esset illud, in

quo

quo ipsi differrent ab oratoribus. 2. Philipp. Attulerat iam libera ciuitati, partim metu, partim patientia consuetudinem seruiendi. At. lib. 7. Suspicionem autem eo mihi maiorem tua taciturnitas attulerat. Att. lib. 12. Me, siue ita leuatus sim, vt animum vacuum ad res difficiles scribendas afferam, reprehendendum non esse. At. lib. 7. & 12. Nequeo mihi temperare, quo minus vnum antiquitatis exemplum afferam, *id est, in medium adducam* ad Cornub. lib. 12. Quod si, vt es, tellabis, lacessam: nec sua ignauia mihi etiam inertiam afferet. pro Marcello, Quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum afferet laudibus. pro Mar. 2. de Nat. Deo. Qui risus classe deuicta multas ipsi Claudio lacrymas, magnam P.R. cladem attulit.

¶ *Infero* Att. 46 b, Afferre manum suis vulneribus. 2. Offi. Quum. n. dando egere coeperint, alienis bonis manum afferre coguntur. Offi. 1. Afferre manus socio. 6. Verr. His-ne rebus manus afferre non dubitasti, à quibus etiam oculos cohibere te religionum iura cogebãt? Oct. 330 b, Ego ipse Senatum sibi manus afferre coegi. At. lib. 3. Sed non faciam vt aut tuum animum angam querelis, aut meis vulneribus sæpius manus afferam. pro Cecinna, Sed perinde valebit, quasi armatissimi fuerint, si reperientur ita parati fuisse, vt vim vitæ aut corpori potuerint afferre. de Fin. li. 2. Afferre vim sensibus.

¶ *Adhibeo.* Att. lib. 2. Afferre medicinam.

¶ *Probo* Cato, Nihil igitur afferunt. qui in re gerenda versari senectutem negant. *i. frustra hoc dicunt. frustra garriunt.*

Afferor, ris. *Adhibeo.* Att. 35 b, Tamen medicina nulla affertur. ad Bru. Affertur nihil, quo minus, &c. Att. lib. 1, Nimium raro nobis abs te literæ afferuntur. pro Lege Man. Equitibus Romanis honestissimis viris afferuntur ex Asia quotidie literæ, quorum magnæ, &c. Bithyniæ, quæ nunc vestra prouincia est, vicos exustos esse complures. *i. quotidie nunciatur per literas.* Cic. filius Tironi, li. 16 Gratos tibi optatosque esse, qui de me rumores afferuntur, non dubito. Att. lib. 3. Si accepero literas, quas expecto: si spes erit ea, quæ rumoris afferebantur, ad te me conferam. pro Cecin. Eum detrudi cui manus afferantur. in Verr. 89 b, Vt filiæ suæ vis afferretur. Att. lib. 3. Accessit cum Dyrrhachii essemus, vt duo nuncii afferrentur: vnus, &c. pro Milo. Insidiatori verò & latroni quæ potest afferri iniusta nex. Seruius Sulpi. libro 4 a, Maior mihi leuatio afferri nulla potest. Attico. 14 b, Et plus à vobis præsidii, quam à cæteris opis ad salutem, potest afferri.

☞ Syntaxis. *Afferre post lacessonem, iusta ad impetrandum. Bella afferre, consuetudinem, constantiam, dignitatem, authoritatem, fidem, laborem in dolore, lumen dictis, moram, pondus, satietatem, suspicionem, vim, difficultatem, dubitationem, memoriam. Alicui metum. Nihil affert, fidem facit solidi. Opinionem populo afferre, seditiones, inuidiam, dolorem, egestatem, lachrymas, luctum, animis errorem, perturbationem, existimationẽ, fastidium, hilaritatem, iucunditatem, interitum, laudem. Manum vulneribus afferre. Misericordiam afferre. Motum animis. neruos, industriam. Munus, i. donum afferre. Salutem alicui à bonis afferre. Mærendi sedationem afferre. In mediam vtilitatem afferre mutationem officiorum. Spiritum, animum, aliquantum animi afferre. Vinculum afferre ad copulandas voluntates. Tua ignauia non mihi afferet inertiam. Ex sermone rumor id attulit ad aures nostras. Vim & manus afferre, i. vti vi. Cum authoritatem afferunt. Is attulit. i. nunciauit. Afferre consuetudinem seruiendi. Afferunt oculi multarum rerum cognitiones. Afferre quæstionem, id est, proponere. Ad studia vacuum animum afferre. Is ad scortum se attulit. Terrorẽ, & terrores id aliquem afferre. Virginis vim afferre. Ad hoc tibi attuli adnumeratum. Multum, si quid oratoria laudi tua industria attulisti. Allatum est ad nos, & nobis, de, &c.*

Afficio, cis. *commoueo, permoueo, dispono: absolutè.* Attic. 229 a, Literæ tuæ sic me affecerunt, vt non dare tibi beneficium viderer, sed accipere, &c. pro Mil. 117 a, Quonam modo ille vos viuus affecerat, qui mortuus inani cogitatione percussit?

¶ *Commodè, bene vel male afficio.* pro Mil. 116 b, Milo P. Ro. maxima lætitia Affecit. Atti. 284 b, Studium tuum acuraque de salute mea nulla me noua voluptate affecit. Att. 237 a, O factum male de Alexione, incredibile est quanta me molestia affecerit. Atti. 92 b, Magna igitur, vt vides, solicitudine afficior magna inopia consilii. de Cl. 296 b, Ex te duplex nos afficit solicitudo, quòd & ipse repub. careas, & illa te. Epist. 19 a, Afficere aliquem plurimis maximisque muneribus. Topi. 229 a, Nam aut negari potest id factum esse quod laudetur: aut non eo nomine afficiendum, quo laudator affecerit. pro S.R. 37 a, Qui ignominia mortuũ affecerit. de Nat. 9 b, Res sordidas deorũ honore afficere. * I.V. 78 a, Qui ciues Romanos morte, cruciatu, cruce affecit. pro Quin. 1 b, Magnitudo periculi summo timore hominem afficit.]

Afficior, ris. *com potestas ex actione cognita.* de Fini. 98 a, Quis est qui Africanorum facta, dicta, consilia cognoscens, nullo animo afficiatur voluptate? Br. 91 b, Res quæ ne laude quidem satis idonea affici possit. Orat. 209 a, Satietate affici. pro Sex. Ros. 43 a, Magno honore filius ex patris dignitate afficitur. Para. 181 b, Exilio affici. de Inuen. 50 b, Affici turpi morte. Epi 67 b, Affici à gratia & voluptate. *aliàs, allici, aliàs, flecti.* Epist. 92 b, Affici doloribus pedum. pro S. Ro. 37 a, Qua is tandem pœna Afficietur? & ibid. Macula affici. Attico. 80 a, Ego in vita mea nulla vnquam voluptate tanta sum affectus, quanta afficior hac integritate. de Orat. 92 a, Et vti qui audirent, sic afficerentur animis, ut eos affici vellet orator. * Pro Dom. 219 b, Ciuem tantam calamitate affici sine iudicio. Tuscu. 218 b, Homines castigationibus reprehensionibus, ignominiis affici se in deliberatione dolent.]

☞ Syntaxis. *Sic me in afficis, vt. Afficere aliquem lætitia, voluptate, molestia, muneribus, ignominia, honore deorum. Nullo animo affici tur ex voluptate. Affici laude, satietate, exilio, morte. Affici à gratia, à voluptate. Pœna, macula affici. Animis affici.*

Affigo, gis, xi, xum, *ad aliquid figo, infero, addo.* de Nat. Deor. 71 b, Minerua, cui pinnarum talaria affigunt. de Vniu. 198 a, Itaq; nec ei manus affixit. quia nec capiendum quicquam erat. pro S. R. 27 b, Literam illam ita vehementer ad caput affigent, vt, &c.

☞ Syntaxis. *Mineruæ talaria affigunt. Affigere manus simulacro: id est fingere formare.*

Affingo, gis. *fingo non vera, adorno* in Ant. 154 a, Qui boni aliquid volunt afferre, affingunt aliquid, quo faciant id quod nunciãt lætius. pro Pom. 5 b, Ne illi vera laus detracta oratione nostra, nec falsa afficta esse videatur. Tuscu. 208 a, Sapiens qui nihil opinione affingat assumatque ad ægritudinem.

¶ *Addo, adiungo.* de Oc. 146 a, Sed tantum alteri affinxit, de altero limauit. de Diu. 105 a, Paruis enim momentis natura multa aut affingit, aut detrahit, aut mutat. Or. 203 b, Poeta peccat cum probam orationem affingit improbo, stultoque sapientis. pro Cl. 19 b, faciamque vt intelligatis in tota illa causa, quod res ipsa tulerit, quid error affinxerit, quid inuidia conflarit. * Tuscu 205 a, Quia huic generi malorum non affingitur illa opinio. & ibid. Quod idem affingimus huic ægritudini.]

¶ *Formo.* Orato. 159 b, Nulla pars corporis sine aliqua necessitate affictа est.

☞ Syntaxis. *Orator affingit multa. Falsa affingere. Alicui rei affingere, i. addere. Alicui malè affingere: id est, tribuere.*

Affinis, ne. *propriè viri & vxoris cognati inter se, quòd duæ cognationes inter se diuersa, per nuptias coniunguntur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, coniunctus.* Postq. 107 b. Item alibi, Tu me affinem tuũ constrictum inimicis reipub. tradidisti. Postq. 200 a, Alter mihi affinis erat, alter, &c. Postq. 208 a, Tu affinem tuam, filiam meam, a genibus repulisti. de Oras. 90 b, Marius affinis noster Epist. 184 a, Alter item affinis nouis commentariis Cæsaris delinitus est.

¶ *Particeps, consors, cognatus, conscius, consentiens* I.C. 119 a. Huic facinori si paucos putatis affines esse, vehementer erratis. pro Syl. 170 a, Homines huius affines suspicionis. in Ver. 117 b, Affinis rei capitalis. de Inu. 65 b, Si nulli vitio affinis ostenditur. pro S.R. 21 b, Affinis alicui culpæ. de Inu. 78 b, Affinis alicuius culpæ. ad Her. 26 b, Huius sceleris affines. pro Cl. 44 a, Duos solos video autoritate censorum affines ei turpitudini iudicari.

☞ Syntaxis. *Affines tuo. Facinoris affinis, & suspicionis. Rei capitalis affinis, culpa. Affinis turpitudini iudicatus.*

Affinitas, tis. *coniunctio affinitatis, necessitudo cognatio.* de Cla. 193 a, P. Crassus cum summo illo oratore Ser. Galba, cuius C. filio filiam suam collocauerat, affinitate sese deuinxit. de Fin. 140 b, Serpit sensim foras, cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis, post vicinitatibus, &c. & de Ora. 118 a, Cognationes, affinitates, &c. pro Clu. 58 a, & 59 b, & Epistol. 45 a, Affinitatis coniunctio. Offic. 2 b.

Affirmatio, nis. * *Assertio.*] Offi. 73 a, iusiurandum est affirmatio religiosa. Epist. 155 b, Credidi chirographis eius, & affirmationi præsentis Laserensis. Ep. 147 a, Quo magis iudicares omnia me Reipu. causa præstitisse, quæ & tua exhortatione excepi, & mea affirmatione tibi recepi. * Aca. 42 b, Affirmatione adhibita.]

☞ Syntaxis. *Affirmatio religiosa. Recipere alicui sua affirmatione.*

Affirmate. *asseueranter.* Off. 73 a, Quod affirmate, quasi Deo teste, promiseris, id tenendum est.

Affirmo, as. *io. firmo, assero, affirmo, aio, annuo, comprobo.* de Orat. 123 a, Nihil enim aliud, affirmare possum, nisi sententiam & opinionem meam Atti. 189 b, affirmo tibi nullam consolationem esse talem. de Diui. 106 b, Nam id quidem difficile & affirmare. pro Mar. 131 b, Tamen hoc affirmo, & hoc pace dicam tua, nullam, &c. Attic. 212 a, Omni tibi asseueratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi, &c. de Diu. 110 a, Dicam igitur ad ea quę sunt à te dicta, sed ita, nihil vt affirmem, quæram omnia. Attic. 106 b, Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem? de Inuen. 55 a, Approbatio, per quam id quod breuiter expositum est, rationibus affirmatum probabilius & apertius fit. Att 273 a, Non soleo temere affirmare de altero. * Epist. 160 b, Non ne tibi affirmaui, ne &c. Tusc. 160 b, Affirmare de aliqua re.]

☞ Syntaxis. *Affirmate promittere. Omni asseueratione affirmare. Tam valde affirmem! Rationibus affirmes: id est, comprobes. De altero affirmare.*

Affixus, a, um. *adiunctus, annexus, continuatus, connexus, cohærens. à hærens, infixus.* de Inuen. 50 b, Continentia cum negotio sunt ea, q̃ semper affixa esse uidentur ad rem, neque ab ea possunt separari. Tuscu. 229 b, Prometheus affixus Caucaso. in Ver. 264 a, Hoc in sensu meo penitus affixum & insitum est. de Orato. 101 a, Ithaca in asperrimis saxulis affixa. de Or. 138 b, Vt non tanquam citharœdi procemium affixum aliquod, sed cohærens cum omni corpore membrum esse videatur. Quin. Fra. 321, Iubes illum mihi esse affixum tanquam magistro Epist. 6 b, Habere aliquem sibi affixum. Item, Quæ semper affixa sunt ad aliquam rem. * Epistol. 9 b, Quibus in rebus ne ille sibi affixum habebat.]

☞ Syntaxis. *Continentia cum negotio sunt semper affixa. Affixum saxo. In sensu affixum, ac insitum. Procemium affixum. Affixus alicui tanquam magistro. Aliquem sibi affixum habere. Ad hoc illud affixum, id est, adiunctum.*

Afflatus, tus. *animi inflammatio, quasi furor, instinctus, instinctus, impetus,*

tus anhelitus, is laetitiae quidem: concitatio, incitatio, & promotio mentis. de Natu. Deor. 59 b, Nemo vir magnus sine aliquo afflatu diuino vnquam fuit. Item, Poeta nemo sine inflammatione animi, & sine quodam afflatu, quasi furoris, esse potest. De Diuin. 87 b, Oracula, quę instinctu diuino afflatuque funduntur. de Diu. 132 b, Quid tam diuinum quam afflatus ex terra? mentem ita mouens, vt eam presagam rerum futurarum efficiat. de Diui. 88 b, Potest autem vis illa terrae, quae mentem Pythiae diuino afflatu concitabat, euanuisse vetustate.

☞ Syntaxis. *Diuinus afflatus. Instinctu afflatuque diuino fusa oracula.*

AFFLICTATIO, onis. *ægritudo cum vexatione corporis.* Tusculan. 212 b, & 213 a.

AFFLICTIO, onis. *angor.* Tuscu. 196 b, Habet ardorem libido, &c. Sed ægritudo maiora quaedam, tabem, cruciatum, afflictionem, foeditatem *alias afflictationem.*

AFFLICTO, as. *conficio, crucio iacto.* Att. 44 a, Hic tu me accusas, quòd ▪ me afflictem. * Tuscula. 207 b, cum se Alcibiades afflictaret.

AFFLICTOR, ris. *angor, vexor, affligor.* Tusc. 207 b. item Att. 170 b, Scire nihil potuit de nostris domesticis rebus, de quibus acerbissime afflictor. in Cat. 103 b, Deinde multo grauius vehementiusq; afflictantur. pro Mil. 105 a, Squallent municipia, afflictantur coloniae. de Ac. 253 a, Hoc etiam turpius afflictatur Respub. q, &c.

☞ Syntaxis. *Ille se afflictat. Afflictari acerbe de aliqua re. Afflictari, squallere. Turpius afflictari.*

AFFLICTOR, oris. *qui affligat ac vexat.* I. P. 93 b, Afflictor, proditor senatus.

AFFLICTUS, tus. *afflictatio.* Tuscu. lib. 2. Effeminata virtus afflictu oc▪cidit. * Status.]

AFFLICTUS a, um. *prostratus, iacens, deiectus, fractus.*)(. *florens.* pro Quin. 13 b, Aliquis afflictus, & euersus. Attic. 193 b, Afflictus & fractus animus. 6. Fam. Afflictus, & iam omni spe salutis orbatus. Tusc. quęst. lib. 4. Afflictus debilitatusq; ęgritudine. pro Syl. 169 b, Fractus & afflictus calamitate. 9. Fam. Afflictus grauissime aliquo casu. Attic. lib. 1. Magnis clamoribus afflictus conticuit & concidit. 3. ad Quint. Frat. Afflictus concursu & odio populi. in Pison. 9. Phil. in Catil. Tuscu. qu. lib. 3. Afflictus luctu aut mœrore. pro Flacc. Itaque vt hanc Græciam, quæ iamdiu suis consiliis perculsa & afflicta, est, omittam: illa vetus, quæ quondam opibus, imperio, gloria floruit. hoc vno malo concidit, libertate immoderata ac licentia concionum. pro Sylla, Si nobilitas hominis, si afflicta fortuna, si reliquiæ pristinæ dignitatis, non tam illustres fuissent. ad Lentulum lib. 1. Afflicta salus. 2. de Orat. Afflicta virtus maxime luctuosa. ad Atticum lib. 12. Quòd certe afflicti & fracti animi non fuit. Post reditum in Senatu, Qui mihi primus afflicto & iacenti dextram porrexit. pro Sylla, Hic se ita fractum illa calamitate atque afflictum putauit, vt nihil sibi ex pristina dignitate superesse arbitraretur. pro Lege Manilia, hunc in illo timore & fuga Tygranes rex Armenius excepit: diffidentemque rebus suis confirmauit, & afflictum erexit, perditumque recreauit. in Catil. Quanto tandem illum mœrore afflictum esse & profligatum putatis? de Arusp. resp. Videtis igitur hominem per seipsum iã pridem afflictum ac iacentem, perniciosis optimatium discordiis excitari. pro Quintio, Vt per se afflictum atque euersum propinquum suum non modo honeste patris bonis verumetiam communi luce priuaret. ad Atti li. 12 b, & Fam. 1. Senatum abiectum & afflictum excitaui. 12. Philip. Auxerat autem meam quidem spem, quòd domum Antonii afflictam mœstitia audiebam, lamentari vxorem. pro C. Rab. Nec tuas vnquã rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titii afflictam nauem videres. 5. Verr. Alia sunt sua facta atque consilia, summa laude digna, quibus illam tu prouinciam afflictam & perditam erexisti atque recreasti. pro Quin. Fatetur se non belle dicere, non ad voluntatem loqui posse, non ab afflicta amicitia trãsfugere, atque ad florentem aliam deuolare. pro Dom. sua ad Pontif. Qui me animo nimius fracto esse atque afflicto loquebantur Tusc. q. lib. 2. Atque ita afflicti & exanimati iacent. pro Leg. Man. Hoc iam fere sic fieri solere accepimus, vt regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciant ad misericordiam. 3. ad At. Afflictæ lectu miseriæ. 2. de Leg. Afflictæ, prostratæ æque religiones. At. li. 1. Ego recreaui afflictos animos bonorum, vnumquenque confirmans, excitans. 1. de Orato. Quid tam porro regium, tam liberale, tam munificum, quàm opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare periculis? 1. de Ora. Quid ergo hoc fieri turpius, aut dici potest, quam eum, qui hãc personam susceperit, vt amicorum controuersias causasque tueatur, laborantibus succurrat, ægris medeatur, afflictos excitet, hunc in minimis tenuissimisque rebus ita labi, vt aliis miserã▪dus esse videatur? 6. Fam. afflictior conditio. * Tusc. 216, Aliquis afflictus, debelitatusque, iacens. Tuscu. 206, Afflictus, & stratus. }

☞ Syntaxis. *Afflictus, & euersus. Afflictus, ac debilitatus. Fractus & afflictus. Grauissimè casu aliquo afflictus. Luctu, mœrore, ægritudine afflictus. Græcia perculsa, & afflicta. Afflictus homo, fortuna, salus, virtus, animus. Afflictus, & iacens. Diffidens & afflictus. Mœrore afflictus, & profligatus. Per seipsum afflictus. Afflictus, & euersus. Abiectum & afflictum excitare. Mœstitia afflicta domus. Afflicta nauis ad scopulos. Afflicta, & perdita prouincia. Ab afflicta amicitia ad alt, afflictorum transfugere. Afflictum & exanimatum iacere.*

AFFLIGO, gis. *vexo, perturbo, perdo, proffundo, prosterno, deprimo.*)(. *erigo, recreo.* At. 203 a, Vt me leuarat tuus aduentus, sic discessus afflixit. de Clu. 168 b, Rem laudando augere.)(. vituperando rursus affligere. contra Rul. 83 b, Non solum afflixerunt, sed etiã ne quando recreata exurgere & erigere se possent, funditus sustulerunt. Tuscu. 216 b, ▪ Curæ animos affligunt. * Ibid. Perturbationes animos affligunt, & debilitant metu.] Pro Mar. 145 a, Si hunc vestris sententiis afflixeritis. de Sen. 83 b, Senectus eneruiat & affligit homines. pro Domo. 234 b, Alicuius domum nõ solùm affligere, sed etiam religione sempiterna obligare. pro Cæl. 54 b, Adolescentiam plenam spei maxime perculisse atque afflixisse videamini. I. P. 96 b, Illi statum illius deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant. pro Cæl. 54 a, Qui Catuli monumentum afflixit. de Vni. 197 b, Nullis morbus mundum potest, ciues suos perdidit & afflixit aut senectus affligere.

AFFLO, as. *spiro, expiro, respiro, exhalo* ad Her. 39 b, Si quem reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare possit. Att. lib. 16. Sed tamen rumo▪ris nescio quid afflauerat, &c. * Att. 253 b, Sed tamen rumoris nescio quid afflauerat.]

AFFLOR, ris *funder, spiror, afflor, audior.* I. V. 83 a, Sperat sibi auram post aliquam afflari in hoc crimine. de Sen. 89 b, Suauitates odorum, quã afflantur e floribus.

¶ *Incitor, excitor, commtor, agitor.* pro Archi. 180 a Poetas mentis viribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu afflari.

☞ Syntaxis. *Afflare alicui malum. Rumor afflat: id est, auditur. In hoc sibi afflabitur aura aliqua. Odor è floribus afflatur.*

AFFLUENS, tis. *abundans, refertus, plenus.* * Profluens.] pro Archi. ▪ 186 a, Vrbs eruditissimis hominibus, liberalissimisq; studiis affluẽs. de Finib. 83 b, Vita affluens voluptatibus. de Ami. 106 a, Homo diuitiis affluens. con. Rull. 82 b, Opibus & copiis affluens. Of. 31 b, Omnium rerum affluentibus copiis ditari. pro Q. R. 49 b, Homo bonitate affluens. de Na. 12 a, Affluens bonis omnibus. pro Sest. 6 b, Consul vnguentis affluens. I. V. 265 a. Homo affluens omni lepore & venustate, pro Cl. 157 b, Domus scelere omni affluens, de Orat. 148 a, Homines ocio nimio, & ingeniis vberrimis affluentes.

AFFLUENTIA, æ. *vbertas.* contra Rull. 85 b, Copia atque affluentia rerum omnium.

AFFLUENTIUS, *cumulatius.* Tusc. 231 b, Quo affluentius voluptates vndique hauriat.

AFFLUO, is. *accedo, audior, afferor.* de Finibus 57 a, Si ea sola voluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, vt ita dicam, & ad eos cum suauitate afflueret & illaberetur. Qu. F. 323 a. Iamdiu nihil à te ex istis lo▪cis non modo literarum, sed ne rumoris quidem affluxit. * De Diui. 93 a, Ea parte anni nec inopia enecta, nec satietate affluenti. }

☞ Syntaxis. *Vrbs affluens hominibus, & studiis. Voluptatibus affluens vita. Diuitiis affluens, copiis. Opibus & copiis affluens. Ditari rerum omnium affluentibus copiis. Homo bonitate affluens. Vnguentis affluens. Lepore, ac venustate affluens. Domus omni scelere affluens. Ocio, & vberrimis ingeniis affluere. Copia & affluentia omnium rerum. Affluentius voluptates haurire. Ad sensus affluit, & illabetur voluptas. Rumor inde ad nos affluxit.*

AFFORE. Epist. 52 a. Maior mihi ratio affore nulla potest, quàm, &c. aliàs, *Leuatio afferri, & quidem melius.* Episto. 143 a, Non mehercule suspicatus sum illam affore.

AFRANIA. *fabula.* pro Cæl. 52 b; Vt illa vetus Afrania fabula refrigeretur.

AFRICA, ce. *pars orbis tertia meridionalis.* pro Sex. Rosc. 35 b, Africa tertia pars orbis terrarum. Postq. 201 b, Marius cum parua nauicula traiecit in Africam. contra Rull. 76 a; Carthago vetus in Africa. in Sal. 275 a, Sallustius Africam interiorem obtinens. de Nat. Deor. 18 a, Vulcanus in Africa. de Ora. 258 a.

Africa terribili tremit horrida terra tumultu. Ennii.

AFRICUS, a, um. *venti genus, qui Libs etiam dicitur.* de Natu. Deo. 21 b, Cum volucres angues ex vastitate Libyæ, vento Africo inuectas interficiuntur.

AFRICANUS. *Scipionis cognomen.* 4. in Verr. Africanus, homo existimationis retinendæ cupidissimus, quomodo cuidam familiari responderit. 2. de Ora. Africanus Aemilianus *Cicero,* 1. de Inuen. Africanus, Catonis & Lælij discipulus. 1. ad Q. Fr. Africanos libros Xenophontis de Cyro, ponere de manibus nõ solebat 2. de Legibus, Africanus in libris de Repu. Ciceronis persuadere conatur rerum publicarum omnium veterem fuisse optimam. Tuscu q. lib. 4. Africanus M. Allienum Pelignum scuto protexit, gladiumque hosti in pectus infixit. 2. de Nat. Deor. Africanus 2. lib. Punico. Tuscu. q. lib. 2. Africanus Socraticum Xenophontem semper in manibus habuit, Tuscul. q. lib. 2. Africanus Socratici Xenophontis in primis laudabat illud, quod diceret eosdem labores non esse æque graues imperatori & militi, quòd ipso honos laborem leuiorem faceret Imperatorium. pro Mur. 138 a, P. Africanus maior Senatui primum locum ludis assignauit. de Arusp. respon. P. Africanus duos terrores Imperij Romani, Carthaginem, Numantiamque deleuerat in Rull. P. Africanus veterem Carthaginem consecrauit. 1. in Verr. P. Africanus L. Cottam in iudiciũ vocauit Pro Mil. P. Africanus quid de Tiberij Gracchi morte senserit. 4 in Verr. Africanus, Carthagine deleta. Siculorum vrbes monumentis pulcherrimis exornauit. pro Mil. P. Africanus, domi suę quiescens, interfectus de Na. 2. P. Africanus, sol alter, eo anno extinctus, quo sol geminatus apparuit. Tusc. q lib. 1. Africani fratris nepos omnium perditorum ita similis fuit, vt esse facile deterrimus. 1. de Inu. Africani laus. 7. in Verr. Africani superioris celeritas in re gerenda. 7. in Verr. Africani minoris singulare consilium. pro Rosc. Amer. Africani cognomen declarat tertiam orbis partem eum subegisse. 10. ad Attic. Nox Africano acerba. de Clar. 172 b, Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest. 2. ad Q. Fra. Africanum C. Carbo interemit. 3. de Nat. Deo. Cur. Africanum domestici parietes non texerunt?

teterunt? 5. Fam. Africano multo maior Cn. Pomp. Acad. q. edi. 1. lib. 2. In Africano dissimulationem, quam Græci *εἰρωνείαν* uocant, fuisse, ait Fannius. ad Oct. Africani, Maximi, Pauli, Scipiones.

AFRICANVS, a, um. *id quod est Africæ, vel ad Africam spectat* 6. Famil. Africanæ causæ iratior Cæsar. pro Deiot. Secutum est bellum Africanum. ibi. At eo tempore ipso Nicenam Ephesumque mittebat, • qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se referretur. * Epi. 159 b, Si Africanæ legiones venerint.]

AGE *interiectio, hortantis vel uerbi ad unum.* Attic 98 b, Age hoc malum quod mihi commune est cum omnibus, nihil tibi mando, vt de eo cogites. pro S. R. 26 a, Age nunc refer animum. &c de Finib. 83 b, Age, inquies, &c. I. A. 199 b, Age si paruerit, possumus, &c. de Ora. 233 a, Age verò, inquit pro Fon. 183 a, Age verò nunc inferte oculos, &c. de Inuē. 42 b, Age verò, vrbibus constitutis. Epist. 85 b, Age verò, laudo aliquem, num offendo? de Finib. 326 a, Et ille ridens, Age age, inquit, &c. de Finib. 89 b, Age sane, inquam. de Inuen. 79 a, Age porro, quid si nec in Verr. 147 a, Age porro tu, &c. de Natu. 27 b, Age, & his vocabulis deos esse facimus, &c. pro Clu. 34 b, Age • quoniam, &c. * Epi. 43 b, Age esto hoc, commune est. Atti. 120 b, Age iam has compedes.]

AGEDVM pro Syl. 180 b, Agedum, conferte nunc cum illius, vitam P. Syllæ.

AGESIS, *idest age si vis hortantis vox.* Part. 233 b.

AGITE de Oratore 142 b, Agite verò, ille inquit, vt vultis. Tusculan. 184.

AGELLVS, li de Natu. 77 a, Dii nec agellos singulorum, nec viticulas persequuntur. & in Verr 166 b.

AGENS, tis. *efficacissimo. propriis, vim habentibus.* de Ora. 148 b, Vtendum est imaginibus agentibus, acribus, insignitis.

AGERENSIS, *ager.* contra Rul. 76.

AGER, gri. *territorium. solum, campus, saltus.* 5. Philipp. Cognoscerent qui ager colonus esset, quo milites veterani deducti essent, qui contra legem Iuliam possideretur, vt his militibus veteranis diuideretur. *id est. in quem colonia deducta esset, & qui colonus esset assignatus.* Tusco. q. lib 2. Vt ager, quamuis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest, sic sine doctrina animus. Tus. q lib. 2. Ager frugifer pro Q R. 50 b, Tum erat ager incultus sine tecto, nunc est cultissimus cum optima villa. contra Rul. 88 b, Fundus Irpinus, siue ager Irpinus: totum enim possidet. pro Qu. R. 50 b, Qui ager neque villam habuit, neque vlla ex parte fuit cultus. de Senect. Num igitur horum senectus miserabilis fuit, qui se agricultione oblectabant? in Vat. 218 b, Fines agri. 2. de Diuin. Ita aqua Albana deducta ad vtilitatem agri suburbani, non ad arcem vrbemque retinendam. de Na. Deor. 2, Vt agro a Senatu & vacatione donatus est. Cato, Agro bene culto nil potest esse nec vsu vberius, nec specie ornatius. 2. de Legib. Ex agro culto, vel qui coli possit, vllam partem sepulchro sumi vetat Plato, sed quæ natura agri tantummodo efficere possit, vt mortuorum corpora sine detrimento viuorum recipiat, ea potissimum vt compleatur. Quæ aut terra fruges ferre, & vt mater cibos suppeditare possit, eam ne quis minuat, neve viuus, neve mortuus. de Na. D. 2. Vite atque agro exterminatus. 3. ad Att. Ex agro tuo tantum mihi assignes, quantum meo corpore occupari potest. pro Qu. 4 b, Quintius de saltu agroque communi vi detruditur. Epist. 104 b, Is habet in Volaterrano possessionem. *idest, in agro Volaterr.* Of. 1 Agri fertiles, *qui multo plus afferunt, quàm acceperunt.* 8. Fam. in Epist. Cælii, Agri fructuarii. 2. de Leg. Agri ne consecrentur, Platoni assentior. Tus. q. lib. 2. Vt agri non omnes frugiferi sunt qui coluntur, sic animi non omnes culti fructum ferunt. 3. de Nat. Deor. Quum essent agri deorum immortalium excepti lege Censoria. de Lege Agrar. Adiecribit idē auctioni Corinthios agros opimos & fertiles. 4. Verr. Quid, qui agros immunes liberosque arant, cur oderunt? pro Fla. 161 b, Agros habent & natura per bonos, & diligentia culturaque meliores. 11. Fam. in Epist. D. Bruti, agros legionibus assignari puto oportere æqualiter, aut sorte. 13. Fam. De agris eorum legem iniquissimam promulgassent.

☞ Syntaxis. *Ager colonus: idest, in quem colonia deducitur, vel coloniæ assignandus. Ager fertilis, fructuosus, frugifer, incultus, non habens villam. Agricultione se oblectare. Agro donatus, exterminatus. Ex agro tuo tantum illi assignes. De saltu, agroque communi trudi. In agro Romano possessio. Ager fertilis, fructuarius. Ager opimus, immunis, liber, natura per bonus.*

AGGER, ris. *terra aut incensus vel congeriatio ad loca munienda, nec non oppugnanda.* in Ant. 196 a, Aditus hostium castellis & aggeribus prohibetur. Att. 79 b, Oppidum cinximus vallo & fossa, aggere maximo. in Ant. 226 a, Græcia esset vel receptaculum pulso Antonio, vel agger oppugnandæ Italiæ.

AGYRIVM, *oppidum.* in Ver. 162 a.

AGYRINENSIS, e. I. V. 162 a, Agyrinensis ager. I. V. 170, Agyrinensium beneuolentia.

AGGLVTINO, as. *aduello.* Attic 255 a, Tu illud desecabis, & hoc agglutinabis.

AGRINAE, *populi.* I. P. 99 a.

AGRIGENTVM, ti. *vrbs Siciliæ.* I. V. 181 b.

AGRIGENTINVS. I. V. 133 b.

AGGREDIOR, ris. *inuado, adorior.* I. A. 244 b, Quis audeat bene comitatum aggredi?

¶ *Alloquor, me conuerto ad.* pro Cæc. 198 b, Quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, non habet.

¶ *suscipio.* de Ora. 125 b, Cum aggredior ancipitem causam.

¶ *Conuenio.* Att. 197 b, Si & Silius is fuerit quem tu putas, nec Drusus facilem se præbuerit, Damasippum velim aggrediare.

¶ *Accedo, incipio.* de Natu. 13 a, Antequam aggrediar ad ea quæ a te disputata sunt, de teipso dicam aliquid. *aliàs, Aggrediar ea.* de Natu. 61 a, Sic aggredior ad hanc disputationem, quasi, &c. Qu. Fr. 354 b, Aggredi ad historiam. Offi. 5 b, Quidam aggrediuntur ad iniuriā faciendam, vt, &c de Ora. 109 b, Quod hoc etiam spe aggredior maiore ad probandum, quia, &c de Cl. 177 a, Antonius imparatus semper aggredi ad dicēdum videbatur. pro Cl. 19 a, Sed ne diutius vos teneam, aggrediar ad crimen. pro Mur. 127 a, His rebus fretum ad consulatus petitionem aggredi par est. Off. 15 a, In omnibus negotiis priusquam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. de Ora. 148 b, Non repelletur inde, quò aggredi cupiet.

☞ Syntaxis. *Bene comitatum aggredi. Non habeo quomodo illum aggrediar. Aggredi causam, ad causam, ad historiam, ad iniuriam faciendam, ad probandum.*

AGGREGO, as. *adiicio, coniungo, congrego, addo, cogo.* Episto. 12 a, Si meam voluntatem ad dignitatem alterius aggregassem. I. C. 103 b, Si tecū suos eduxerit, eodemque cæteros vndique collectos naufragos aggregauerit. pro Mur. 127 a, Quare ego te semper in nostrū numerū aggregare soleo. in Vat. 34 a, Huius filium eodem crimine ad patris interitum aggregare voluisti.

☞ Syntaxis. *Studium suum ad voluntatem, ac dignitatem alicuius aggregare. Aliquem in numerum aggregare. Aliquem aggregare eod. in crimine ad interitum alicuius.*

AGGRESSIO, onis. *principium, exordium.* de Orat. 201 b, Cumque animos prima aggressione occupauerit, infirmabit excluderque contraria.

AGILITAS, tis. *agendi dexteritas, habilitas.* Att. 14 b, Agilitas, vt ita dicam, molitiesque naturæ.

AGITANS, tis. *percurrens, agnoscens, persequens.* de Nat. 65 a, Natura omnia ciens & agitans motibus suis.

AGITATIO, onis. *commotio & corporis & animi.* de Diu. 125 a, Nunquā animus agitatione & motu vacuus esse potest. de Na. 53 a, Agitatione & motibus linguæ cibus depellitur. Off. 4 b, ad quod adhibenda est quædam actio, non solum mentis agitatio. pro Mure. 132 a, Motus & agitatio fluctuum. de Sen. 81 b, In omnibus his studiorū agitatio vitæ æqualis fuit. de Ora. 151 a, Ita fit vt agitatione rerum sit infinita cognitio. de Nat. 11 a, Actio mentis & agitatio in deo.

☞ Syntaxis. *Animus agitatione & motu vacuus. Agitatione & motibus linguæ cibus depellitur. Mentis agitatio. Motus, & agitatio fluctuū. Actio mentis & agitatio in Deo.*

AGITATOR, oris. *auriga, qui equos currumq; agit.* Att. 210 b, Nec est melius quicquam, quam vt Lucullus sustineat currum equosque, vt bonus sæpe agitator. Aca. 33 b, Ego enim vt agitator callidus, priusquam ad finem veniam, equos sustinebo.

AGITATVS, a, um. *tractatus, iactatus, versatus, fatiat, actus, agnitus, & perspectus.* pro Cluen. 28 b, Res agitata in concionibus, iactata in iudiciis, commemorata in senatu. de Som. 131 a, Agitatus & exercitatus in optimis curis. pro Quint. 2 a, Vt æquitas multis iniuriis iactata atque agitata in hoc tandem iudicio consistere & confirmari possit. de Orato. 147 b, Quæ omnia oratori tractata atque agitata esse debent. de Vniue. 196 b, Immoderatè agitatus & fluctuans)(quietus & tranquillus. Off. 16 b, Est viri magnanimi, rebus agitatis punire sontes, multitudinem conseruare. pro Cluent. 35 a, Omnia quæ ad eam rem pertinent, ex huius & ex aliorum tabulis agitatis, tractatis, inquisitis. Tuscu 241 a, Mens agitandis exquirendisque rationibus alitur. pro Corn. 67 a, Adoptio Theophanis agitata est, persæquam, &c. pro Dom. 214 b, Sententia quæ erat superioribus diebus agitata in senatu.

☞ Syntaxis. *Agitatus, & exercitatus in optimis curis. Agitatus immoderatè, & fluctuans. Rebus agitatis. i. perspectis.*

AGITO, as *vexo, disturbo.* de Legi. 163 b, Furiæ agitant, & insectantur, impios, pro S. R. 29 a, Tamen eos agitant furiæ, nec vsquam consistere patiuntur. de Diu. 138 a, Aquila insectatur & agitat alias aues. Of. 65 b, Excitare & agitare feras.

AGITOR, ris. *vexor.* pro Sex. Ros. 29 a, Agitari & perterreri furiarum tedis ardentibus. de Nat. 24 a, Cum Deus pulsetur agiteturque incursione atomorum.

¶ *Tractor.* Att. 18 a, Agraria lex à Flauio Trib. pleb. vehementer agitabatur, authore Pompeio.

¶ *Versor, concutior.* de Nat 73 a, Atomos pellere seipsos, & agitari inter se concursu fortuito.

☞ Syntaxis. *Natura omnia ciens & agitans motibus suis. Mens agitandis & exquirendis rationibus alitur. Agitata in Senatu sententia. Furiis agitari. Excitare, & agitare feras. Agitari cuncta, & pulsari atomos.*

AGMEN, nis. *copiarum ordo incedens.* I. P. 90 b, A Brundusio usque Romam agmen perpetuum totius Italiæ vidi. Attic. 243 b, Nec duces simus, nec agmen cogamus. I. A. 180 b, Agmine quadrato cum gladiis sequuntur scutati milites. I. A. 127 b, Ad hanc pestem agmen armatorum sequebatur. & ibid. Certum agminis locum tenebant barbari sagittarij.

¶ *Disceptatio literaria, & forensis.* L. A. 197 b, Educere dictionem ea vmbratili exercitatione in medium agmen & puluerem.

☞ Syntaxis. *Agmen perpetuum. Cogere agmen. Dictionem educere in medium agmen & puluerem.*

AGNASCENDO, *iuxta, vel post, vel mox nascendo.* de Orat. 106 a, Nemo hæreditatem petit eo testamento, quod pater fecit antequam ei filius

lius natus est:nam constat agnascendo rumpi testamentum.

AGNASCOR, sceris. *post, vel rursum nasci, vt frater fratri agnascitur. quod si ad patrem referas, agnasci dicitur qui post factum testamentum, patri nascitur.* pro Cæcin. 298 b, Cui filius agnatus sit, eius testamentum esse ruptum.

AGNATIO, nis. *sanguinis cognatio, & familiarum.* ad Her. 5 a, Lex agnationis de Ora. 99 a, Gentilitatum & agnationum Ora. de Leg. 160 b, In ciuitatibus ratione quadam agnationibus familiarum distinguuntur status.

¶ *Communio & affinitas naturæ siue societas, & propinquitas.* de Legibus 160 b, Ex quo vere vel agnatio nobis cum cœlestibus, vel genus, vel stirps appellari potest. & ibid. Homines deorum agnatione & genti geniti.

AGNATUS, a. *Agnati, qui dicantur, ex iis quæ in verbo. Agnascor dicta sunt, intelligi potest. Dicuntur enim qui per virilis sexus personas, cognationis coniuncti sunt, quasi à patre cognatis (vt Caius ait) veluti frater eodem patre natus, filius, nepos ve ex eo. Inter agnatos autem & cognatos hoc interest, quod inter genus & speciem. Nam qui est agnatus, & cognatus est: non vtique qui cognatus est, & agnatus est. Cognationis enim nomen naturale est: agnationis verò, ciuile. Propterea enim ciuilis cognatio, agnatio vocatur: videlicet, quæ per mares coniungit.* de Vni. 101 b, Iupiter, Iuno, & reliqui, quos fratres inter se & agnatos appellare videmus. de Inué. 80 b, Agnati & gentiles. ad Heren. 5 a, Lex, si furiosus est, agnatorum gentiliumque in eos, pecuniæque eius potestas esto.

☞ Syntaxis. *Agnascendo rumpitur testamentum: hic vsus est absolutus. Cui filius agnatus est, eius rumpetur testamentum. Gentilitatum & agnationum iure. Nobis cum cælestibus agnatio est. Nos tenemus Deorum agnatione, & genere.*

AGNITIO, onis. *cognitio.* de Nat. 1 a, Quæstio, quæ ad agnitionem animi pulcherrima est.

AGNOMEN, nis. *idem quod cognomen.* de Inuentione 65 a, Nomen autem cùm dicimus, cognomen quoque, & agnomen intelligatur oportet.

AGNOSCENDO. *noscendo, intelligendo.* Acá 21 a, Ecquæ poterit in agnoscendo esse distinctio?

AGNOSCO, is. *intelligo, nosco, sentio, audio, reperio percipio, assequor, perspicio.* de Nat. 11 b, Hæc sunt dicta subtilius, quam vt quiuis ea possit agnoscere. de Amic. 115 a, Aspicere & agnoscere aliquid. pro Flac. 165 a, Sex Scholæ, qui & rem agnoscit, neque hominem ignorat. L. P. 82 a, Ipse certe agnoscet & recordabitur. pro Plan. 266. Agnosco enim ex ioco: *idest, coniecto.* de Ami. 109 b, Tantum cuique tribuere debemus, quantum is cui tribuimus, possit agnoscere, & sustinere. Epist. 8 b, Quod mihi de filia gratularis, agnosco humanitatem tuá Episto. 47 a, Dolorem tuum, meum quodammodo agnosco. Ora. 213 b, Et apud Græcos quidem iam anni prope quadringenti sunt cùm hoc probatur, nos nuper agnouimus. Tuscula. 163 a, Vt deum agnoscis ex operibus eius, sic ex memoria rerum, & inuentione, & celeritate motus, omniq. pulchritudine virtutis vim diuinam mentis agnoscimus. Attic. 260 b, In tuis quoque epistolis Alexim videor agnoscere. pro Mar. 109 a, Cum tota Italia facti illius gloriam libenter agnoscere. pro Pl 268 a, Sequestrem-ne Plancium respuerunt aures, agnosceret nemo, repudiaretur. pro Plan. 265 a, Iacis adulteria, quæ nemo non modo nomine, sed ne suspicione quidem possit agnoscere. de Amicit. 97 a, Tu autem Fanni, quod tantum mihi tribuisti, quantum ego, nec agnosco, nec postulo, facis amice. Epistol. 48 b, Quod dicis, &c. nec nosco, nec probo: quod autem scribit, &c. illud quidem agnosco. * Episto. 48 b, Accipio excusationem tuam ex ea parte quatenus &c. illam partem excusationis, quæ scribis, &c nec agnosco, nec postulo.] De Orato. 148 a, Humanitatem & facilitatem agnoscimus tuam. de Na. 19 a, b, Deorum cognationem libenter agnoscerem. Epist 134 b, Moriar, si præter te quenquam reliquum habeo, in quo possim imaginem antiquæ & vernacula festiuitatis agnoscere de Som. 127 a, Quod vt agnoui, equidem cohorrui. Epistol 75 b, Id ego agnoui meo iussu esse factum. pro Ra. 93 b, Ego, si mihi esset integrum, susciperem hoc crimen, agnoscerem, confiterer. Attic 174 b, Causam tuam nosco. *idest, agnosco, vel accipio.* Attic 251 a, Agnoui erratum meum. de Finib. 71 b, Leuiter agnoscere ali quid.

¶ *Laudo.* de Diuina. 108 a, Nec psychomantiam agnosco: *idest, probo.*

AGNOSCOR, ris. *ex actione pondus habetur.* Academic. 21 b, Simul inflauit tibicen, a perito carmen agnoscitur. Orato. 218 a, Primum enim numerus agnoscitur, deinde satiat, postea cognita facilitate contemnitur.

AGNUS gui. *oue natus ouium grex.* de Na. 73 b, Agnus inter pecudes aurea clarus coma. & de Diu. 116 b, bis de Sen. 89 a, Villa abundet porco, hœdo, agno.

AGENDUM. *procurandum, curandum, tentandum.* Attic. 197 b, Tuam in agendis rebus nostris diligentiam amo. pro Domit. 315 a, Nonne id agendum nobis fuit, vt materiem subtraheremus furori tuo? in Anton. 190 a, Quod agendum & faciendum est, non recuso.

AGO, gis. *Facio, tracto curo, procuro, tento, molior, gero. agito, contendo, transigo, aggredior.* de Off. 6 b, Sunt qui studio rei familiaris tuendæ suum se negocium egere dicant. Offi. 70 a, Quid si pater fana expilet, cuniculo agat de ærarium. de Di. 100 a, Nostri nihil in bello sine extis agunt, nihil sine auspiciis domi habent. Att. 130 b, Te animo magno & fortitem illam agere existimo. Att. 288 a, Cicero eò tendit, id agit, ad eum exitum properat, vt sit illi Octauius propitius, &c. pro Lig. 140 a, Tua quid aliud arma voluerunt, quid egit ille tuus inuictus exercitus, nisi vt, &c. Epist. 35 b, Quàm vellem Romæ mansisses, quod egisses profecto, si &c. pro Mur. 143 b, Id mihi crede, & agunt & moliuntur. Q. F. 324 b, Ego mihi ipsi illa per quem agam non habeo. nam confici nisi per hominem peritum non possunt. de Nat. Deor. 34 b, Mihi enim, qui nihil agit, esse omnino non videtur. de N. 37 b, Non cessans deus, nec quæ agit moliens cum labore operoso ac molesto. de Na. 16 b, Agere & moliri aliquid. At. 51 a, Cum Egnatio de re tua vehementer egiss grauiter se acturum cum Aquilio confirmauit. Offi. 1 b, Neque si tecum agas, neque si cum altero contrahas. de Orat. 93 a, Cum & per me ipsum egissem, & per Brutum sæpe tentassem. Att. 254 a. Is egit mecum accurate multis verbis, vt tibi responderem. Att. 36 b, & 37 a, Cum hoc Pompeius egit & vehementer egit, cum diceret, &c. Att. 53 b, Agere cum aliquo, vt aliquam rem suscipiat. Epi. 25 b, Agere cum aliquo de aliqua re. Att. 264 b, Cũ aliquo de eadem re agere sæpius. de Cl 191 a, Quæ ego cum Crasso sæpe egi, cum eum vehementer hortarer, &c. Epi. 46 b, Vt ad te scriberem, mecum egerunt. de Ami. 96 a, Cum sæpe mecum egisses, Attice, vt de amicitia aliquid scriberem. Q. F. 198 a, Non hortatione, neque præceptis, sed precibus tecum fraternis agam. de Ora. 124 a, Neq; enim nunc id agimus, vt explicemus, &c. Att. 125 a, Dominatio quæsita ab vtroque est, non id actum, beata ciuitas vt esset. de Ora. 126 a, Magna vis est earũ sententiarum atq; eorum locorum, quos agas tractesque dicendo. I. V. 210 b, Hic nolite expectare, dum ego hoc crimen agam hostiatim. Offi. 9 a, Qui tum cum maxime fallunt, id agunt, vt viri boni esse videantur. Tus. 266 a, Sed quid necesse est, cum id agam, ne post mortem miseros nos putemus fore, vitam etiam efficere deplorando miseriorem? Att. 139 b, Ego enim non iam id ago, vt prosperos exitus consequar. Epi. 5 a b, Ego id semper egi, ne bellis interessem.

¶ *Disceptio. litigo, contendo, decerto, præsertim iudicio.* pro Cæcin. 291 a, Omnino iam bene agis a verbis enim recedis, & æquitate vteris. Q. F. 306 b, Non gladiis mecũ, sed litibus agetur. pro Cęc. 291 a, Quid agas mecum ex iure ciuili ac prætorio, non habes. pro Mure. 132 a, Agere cum aliquo ex syngrapha. pro Quint. 5 b, Agere ex sponso. L. A. 263 b, Sed facile est bene agere cum iis, à quibus etiam tacentibus flagitari videamur.

¶ *Tractor, sine gero.* pro Sest. 14 a, Præclare cum iis agimus quos pecatos esse patimur.

¶ *Promiscua: vbi adagia, inanis operæ, aliud curandi, & negligendi. Sunt formulæ certe ætatis, vanendi, impellendi, & simulandi: gratias agendi, tollendi, venandi. Frustra operam tero, ludor.* de Amici. 112 a, Præposteris enim vtimur consiliis, & acta agimus, quę vetamur veteri prouerbio. Att. 139 a, Sed acta ne agamus reliqua paremus, At. 153 a, Tu mallem, inquies, actum ne agas. Episto. 254 a, Itaque facio me alias res agere, ne conuicium Platonis audiam pro S. R. 28 a, Vsque eo animaduerti iudices eum iocari atque alias res agere. Ora. 205 b, Ridiculum, cuius genera plura sunt, sed nunc aliud agimus. pro Cl. 55 b, Oppius aliud agens, & nihil huiusmodi cogitans. pro Flac. 154 b, Quiescant igitur & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. de Or. 147 b, Atqui vides, inquit Antonius, cum alias res agamus, quam te inuiti audiamus, qui, &c. Tuscul. 168 a, Virtutem necessario gloria, etiamsi id tu non agas, consequitur. Or. 214 Quæ sua sponte, etiamsi id non agas, caduot. de Cla. 186 a, Miror tam alias res agere populum, vt sit insano inter desertos locus. Tuscu. 152 a, Nam & agere animam, & efflare dicimus. pro Quin. Rest. 48 b, Eodem tempore & gestum, & animam ageres. Episto. 123 a, Quin. Hortensius cum has literas scripsi, animam agebat. de Orato. 107 a, Agere vocem. pro Cæcin. 294 b, Neminem statu detrusum, qui non adhibita vi, manu demotus, & actus præceps intelligatur. in Verr. 225 a, Agere diem festum: *idest, celebrare.* pro Arch. 188 Hæc studia adolescentiam agunt. *idest, ducunt.* de Senectute 78 b, Si octuagesimum annum agerent. Tusculan. 154 a, Agere æuum in cœlo: *idest, videre.* de Oratore 132 a, Asellum agas: *idest, ducas.* in Verrem 77 a, Agunt eum præcipitem pœnæ: *idest, impellunt.* De Senectute 76 b, Moderati senes tolerabilem agunt senectutem: *idest, traducunt.* Tusculan. 229 a, Agere vnum diem bene vel male ex præceptis sapientum; *idest, viuere, & traducere.* in Verr. 270 a, & de Fin. 146 b, Agi in crucem: *idest, tolli.* Attic. 13 b, Agere gratias alicui nomine alicuius. Episto. 226 b, Nero meus mirificas apud me tibi gratias egit.

AGOR, ris. *ex actione varia vires agnoscuntur: transigor, procuror, curor.* ad Herenn 21 a, Vt res ex animo agi videatur, pro Se. Ro. 19 b, Aliud agitur nihil. nisi vt, &c. Episto. 5 a, Hic quæ agantur, quæque acta sint, ea te literis multorum cognoscere arbitror. de Orato. 138 a, Sic omnia quæ fiunt, quæque aguntur acerrime, lenioribus principiis natura ipsa prætexuit. Episto. 244 a, Mar. Mancio, imperaui, vt coacto in vnum locum exercitu castra in Lycaonia apud Iconium faceret. quod cum ab illo diligenter esset actum, ego in castra ad VII. Calend. Septembris veni. Epistola prima a, Res agitur per eosdem creditores, per quos cum tu aderas agebatur.

¶ *Tractor, habeor, accipior bene, vel malè.* De Amici. 98 a, Cum illo quidem actum optime est, mecum autem incommodius. in Verr. 161 b, Hæc conditio fuit aratorum, vt secum præclari agi putarent, si vacuos agros Apronio tradere liceret. de Amicit. 97 b, Cum illo quis neget actum esse præclare? Epist. 50 a, Hisce temporibus non pessime cum iis esse actum, quibus sine dolore licitum est mortem

cum

cum vita commutare. Epist. 73 b, Vt optime actum cum eo uideatur esse, qui quàm leuissima pœna ab hac republica discesserit. in Verr. 174 a, & 173 b, Cum senserit populus istum, &c. intelliget secum actum esse pessime. in Ant. 161 a, Secum male actum putet. item, Male enim mecum ageretur, si, &c. in Verr. 77 b, Qui hoc nõ perspicit, præclare nobiscum actum iri.

☞ Syntaxis. *Id nobis agendum, vt. Agendum, ac faciendum. Summo negotium agere. In erarium agere cuniculos. Nihil agimus nisi extus: ad ost, nil aggrediamur. Animo forti rem agere. Agere & moliri. Quæ agit, moliter cum labore. Ego meis ipsa ista per quem agam, non habeo. Vehementer de re agere grauiterque. Per seipsum agere. Agere accuratè, diligenter. Nunc id ago, vt. Agere, tractareq; dicendo. Hostiatem agere crimen Non gladijs, sed litibus agere, ex iure ciuili, cum aliquo ex syngrapha, ex sponso. Præclarè cum aliquo agere. Actum, & acta agere. Aliud res, aliud agere. Agere annum trigesimum, ætatem, annum, iumentum. Agi præcipitem. Agere cuncta diem bene. Agere, & agi in crucem. Agere gratias. Ex animo agere. Quæ fiunt, quæque aguntur acerrimè. Per oratores acta res. Cum illo optimè actum, incommodius, præclarè, pessimè. Agere diem festum, animam.*

Agragianae. *porta.* L. Porta.

Agrarivs, a, um. *ad agros pertinens.* 2. ad Att. agraria facultas. 8. Fam. Celii, agraria lex Rulli. Attic. lib. 1. agraria lex à Flauio Tribuno plebis vehementer agitabatur. ad Atti. lib. 1. Huic toti rationi agrariæ Senatus obseruabatur. Offi. 2, Ob eamque causam aut agrariã rem tentant.

☞ Syntaxis. *Agraria lex, ratio, res.*

Agrarivs, rii. *agripeta. Agrarij, pro ijs qui agros cupiebant, vt subuenirent sua inopiæ, 1. ad Att. & xvi. Alibi Agripetas appellat.* in Catil. Qui agrarios concitare conatus est. 7. Philipp. Non sollicitabit rursus agrarios.

☞ Syntaxis. *Agrarios concitare, solicitare.*

Agrestis, ste. *quod ad agros pertinet, rusticanum, incultum, asperũ, syluestre. per translationem, durum, acerbum, inhumanum.* Tuscul. 243 b, Quæ barbaria India uastior, aut agrestior? contra R. 85 a, Ligures montani duri & agrestes. in Verr. 253 b, Palmarum agrestium multitudo in Sicilia, pro Mur. 138 b, Aut in aliquo conuentu agrestium de Orat. 87 b, Fera agrestisque uita Part. 237 b, Genus hominum indoctum & agreste. de Offi. 46, agrestis & inhumana negligentia. de Ora. 87 b, Rustica vox & agrestis. pro Milo. 108 a, Serui agrestes & barbari. de Sen. 87 a, agrestis & furiosus dominus. de Ora. 94 b, Quidam vultu motuque corporis vasti atque agrestes. Attic. 202 a, Isto enim animo nihil agreste, nihil inhumanum est. de Orat. 64 a, A principio clamare, agreste quiddam est.

☞ Syntaxis. *Durus, & agrestis. Fera, & agrestis vita. Indoctus, & agrestis. Agrestis, & inhumana negligentia. Rustica vox, & agrestis. Homo agrestis, & furiosus. Vultu, motuque corporis vastus, & agrestis. Clamare agreste quiddam est.*

Agricola, *æ. agricultor.* pro Deiota. 148 b, Deiotarus diligentissimus agricola, & pecuarius habebatur. de Orat. 112 a, Si de rusticis rebus agricola quispiam diserte dixerit. pro S. R. 25 b, Qui suos filios agricolas assiduos esse cupiunt. pro S. R. 34 b, At ego agricola & rusticus, &c.

☞ Syntaxis. *Assiduus agricola, Agricola, & rusticus.*

Agricvltvra, *æ. cultura agri, cultio agri, scientia atque ars agricolarũ.* de Orat. 106 b, Si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico sit. Off. 30 b, Omnium rerum ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius. de Ora. 106 b, Libri Magonis Carthaginensis de agricultura. de Fin. 90 b, Quinetiam agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia, tamen eas res, in quibus uersatur, nominibus notauit nouis. * De Fin. 134 a, Arborum augendarum & alendarum quandam cultricem esse, sit scientia, atque ars agricolarum.]

Agripeta, *æ. agri competitor.* de Natu. 15 b, Io Samum pater Epicuri Neocles agripeta venerat. At. 250 b, agripetas ejectos a Buthrotiis & li. 16. agripetas concisos.

Ah, *vox lamantis interiectio.* de Ora. 235 a, ah, inquit, patre, conscripti, non ego mihi illum iniquum egero, verum omnibus.

Ain. Att. 88 a, A in tu? & 91 b, A in tandem? de Legib. 186 b, A in tandem etiam a Stoicis ista tractata sunt? Or. 211 a. A in, pro ais-ne. * Ex Epi. ad Pætum. A in tandem iosanire tibi uideris?]

Aio, ais. *affirmo dico, loquor.*)(*nego.* de Diui. 123 a, Quid ergo, A ius iste quando eum nemo norat, aiebat & loquebatur, &c. posteaquàm & sedem, & aram inuenit, obmutuit. de Di. 132 b,

Aio te Aeacida Romanos uincere posse.

De Fin. 76 a, Quasi ego id curem, quid ille aiat aut neget. Aca. 26 a, Vt neque neget aliquid, neque aiat. de Of. 70 a, Diogenes ait, Antipater negat. de Or. 130 a. Docebo sus (vt aiunt) oratorem eum, quẽ &c. I. P. 94 b, Iste Claudius (quomodo aiunt) pilam retinere, &c. pro Pompe: 8 a, aiunt, dicunt, dicitur, prædicant.

Aivs, *Deus quem Titus Liuius Allocutium vocat.* de Diu. 123 a, Quid ergo Aius iste loquens quando cum nemo norat, aiebat & loquebatur, & ex eo nomen inuenit. & ibidem: Aio loquenti ara consecrata est. & de Diui. lib. 1.

Ala, a. *propriè qua volant aues.* de Diuin. 120 a, Galli cantu plausuque premunt alas.

¶ *Turma, ordoq; equitum, per translationem.* Offi. 42 a, Quo in bello te Pompeius alæ alteri, præfecit. Orato. 211 a, Quomodo enim uester axilla ala factus est? fuga literæ vastioris.

Alabandvs, di. *Deus, & Alabandi populi.* de N. 76 a, Alabandi, Alabandum consecrauerunt.

Alabandevs. de Cl. 195 b.

Alabandensis. Epist. 224 de Ora. 95. 117 de Na. 69

Alabaster, stri. *myrothecium.* L. Pvthro.

Alacer, cris, cre. *erectus, hilaris, paratissimus.*)(*perterritus.* pro Cæcin. 51 b, pro Mur. 136 a, Catilina alacer atque lætus. Epistola. 69 a, alacres animo sumus, vt. &c. *id est, cupimus.* de Ora 100 a, Alacri & prompto ore, & vultu huc atque illuc intueri. ad Her. 11 b, Alacres & erectæ vadunt, vt alteri noceant. de Somn. 127 b, Quo sis lacrior ad tutandam rempubl. de Diuina. 95 b, Respexitque, & equum alacrem lætus aspexit. de Inuent. 60 a, Quartus locus per quem demonstramus multos alacres expectare quid statuatur, ut ex eo, &c. ad Herenn. 15 b, Si huic sit remissum, multos alacriores ad maleficia futuros.

☞ Syntaxis. *Alacer ac lætus. Alacres animo. Alacri & prompto ore & vultu. Alacer & erectus Alacrior ad maleficia.*

Alacritas, tis. *lætitia gestiens, ac nimia facilitas, & studium, aut cupiditas, hilaritas.* Tusc. 216 b, Sic hilariores tuæ perturbationes, cupiditas auide semper aliquid expectans, & inanis alacritas, non multum differunt ab amentia. de Diu. 120 a, Galli uictores alacritate & lætitia ad canẽdum excitantur. Bru 91 b, Quæ lætitia senatus, quæ alacritas erat? Att. 253 b, audis mihi scribendi alacritatem. in Ant. 191 b, Frequentia uestrum Quirites, alacritatem mihi summam affert defendendæ reipublicæ. de Clar. 58 a, Canum mira alacritas in venandu. Epist. 13 b, Qui & summa voluntate cessertt, & egregia animi alacritate abfuerit. Q. R. 326 a, Opus est quadam animi alacritate. * Tusc. 217 a, Alacritas futilis. }

☞ Syntaxis. *Alacritate & lætitia aliquid agere. Addere alicui scribendi alacritatem. In venando alacritas. Egredi animi alacritate.*

Alarii, *milites.* Episto. 29 a, & ibidem, Quod autem meum erat proprium, ut alariis transpadanis vti negarem, id etiam populo se remisisse scribit.

Alavde, arum. *nomen militum certorum in legione.* Att. 257 b, Antonius cum legione alaudarum ad urbem pergit I. A. 246 b, Hinc accedunt alaudæ, cæterique veterani. I. A. 196 b, Antesignanos, & manipulares, & alaudes iudices se constituisse dicebat. & 156 b, Legio alaudarum.

Alba, *urbs.* L. A. 184. 192.

Albanvs, *mons.* de Diuinat. 84 a, & de Diuinatio. 122 b, & Albanus lacus.

Albatvs, a, um. *albo indutus.*)(*atratus.* in Vat. 35 a, Cum ipse epuli dominus. Q. Arrius albatus esset.

Albensis. ad Heren. 16.

Albescit, *fit album.* Acad 26 b, Mare nunc quia à sole collucet, albescit & uibrat.

Albinvs, ni. *viri nomen.* de Clar. 171 b, Albinus, is qui Græcè scripsit historiam.

Albvm, bi. *tabula vel matrix (vt hodie loquuntur) in qua nomina alicuius ordinis, vel res gesta breuiter notabantur, ut fieret populo copia.* de Orat. 113 Pontifex Maxim. res omnes singulorum annorum mandabat literis, efferebatque in album, & proponebat tabulam domi, potestas vt esset populo cognoscendi.

Albvs, a, um. *candidus.*)(*niger, ater.* de Diu. 100 a, Quæ alba sint, quæ nigra dicere. Epi. 108 b, Quod quasi autem albã videntur bene sentientem ciuem uidere. Tusc. 250 a, Democritus alba & atra discernere non poterat, de Leg. 179 a, Color albus præcipue decorus deo est, cum in cæteris, tum maxime in textili. L. A. 168 a, Qui albus aterve fuerit, ignorans fratris filium præterit.

☞ Syntaxis. *Album auem videre: prouerbium de rara aliqua re. Albus color Deo decorus.*

Alcevs, cæi. *Poeta lyricus.* de Na. 17 a, Næuus in articulo pueri delectat Alcæum. * Tuscula. 225 a, Quæ de iuuenum amore scripsit Alcæus.]

Alea, leæ. *omnis ludus, in quo temeritas & casus, non ratio nec consilium valet, qualis est talorum, & tesserarum.* de Diuinat. 126 a, & in Anto. 171 b, Homo nequissimus, qui non dubitaret uel in foro aleã ludere, lege ea qua est de alea condẽnatus. I. C. 106 b, In uino & alea, comessationes & scorta quærere. pro Arch. 158 a, Quantum alii temporis tribuunt aleæ, quantum pilæ: tantum ego &c. L. A. 171 a, Licinium de alea condemnatum collusorem suum restituit, ut quod in alea perdiderat, beneficio legis dissolueret.

¶ *Fortuna casus.* de Diu. 115 b, Non perspicitis aleam quandam inesse hostiis deligendis. *aleam, i. fortunam, & casum. Legitur etiam Alienũ quandam vim, &c.*

☞ Syntaxis. *Alea ludere. De alea condemnatus. In alea comessationes quærere. Multum temporis aleæ tribuere. In alea multum perdere.*

Aleator, oris. *aleæ lusor, aleæ cupidus.* in Antonium 173 b, Domus erat aleatoribus referta. in Cat. 109 a, Omnes aleatores, omnes adulteri, &c in Verr. 242 a, Aleatoris Placentini castra commemorabuntur. Att. 224 a, Ab aleatore φωνὸς πολύς.

Alei. *campi.* Tusc. 204.

Aleatorivs, a, um. I. A. 173 a, Suggerebantur etiam sæpe damna aleatoria.

Aletrinas. *municipium.* pro Clu. 26.

Aletrinensis, pro Cor. 65.

Ales, alitis. *volucer.* de Diuina. 105 a, Aues quæ tum huc, tum illuc uolant: alites, quæ cum à dextra, tum à sinistra parte canunt.

ofcines.de Nat.58 b, Aues & alites,& ofcines,vt augures nostra appellant.de Inuen.48 a, Angues ingentes alites iuncti iugo. de Nat.
• Deor.48 a, * Epi.83 b,Ex alitis volatu antiquari.]
Inde: est ales auis lato sub tegmine cæli.
in Arat. Ales nuncius Iouis.
Syntaxis. *Aues, & alites, & oscines. Angues ingentes alites. Auis ales. Nuncius Iouis ales.*

ALEXANDER dri *Rex Macedonum*.de Diui.90 a,Att.214 a.Alexander Babylone est mortuus.

ALEXANDRIA,driæ. *vrbs Ægypti ad Nilum*. Atti.25 a, Cupio Alexandriam reliquamque Ægyptum visere.contra Rul.74 a, Alexandria. cuncta que Ægyptus. & Epist.lib.7.

ALEXANDRINVS,a,um.contra Rul.74 a,Rex Alexandrinus.

ALEXIS,idis. *Attici amanuensis*. At. 106 b,In tuis quoque epistolis Alexim videor agnoscere. Att.100 a, Nam Alexidis manum amabam, quod,&c.

ALGEO,es. *frigeo*.de Ora.135 a,Sapiens, si algebis,tremes.& Tus.181 Algere.)(. Æstuare.Epist.125 b,Nostri milites facile algere & esurire consueuerunt.

ALGIDVS,a,um. *frigidus*. Or.211 a,Vos qui accolitis Histrum fluuiū, atque algidam,&c *algidam regionem scilicet : vt Catullus, Algida loca, de Borea*.

ALIAS. *aliquando de præterito*. de Clar. 177 b, Idque cum sæpe aliàs, tum apud centumuiros cognitum est.Off. 6 b,Cum sępe aliàs,tum maxime bello Punico secundo.de Orat.88 a,Quorum pater & sæpe aliàs,& maxime censor saluti reipubl.fuit.Acade.3.a,b,Quibus de rebus & aliàs sępe nobis multa quæsita sunt,& quondam in Hortensio, que,&c.

¶ *De futuro, & præsenti*.de Sen.87 b,Terra nunquam sine vsura reddit quod accepit:sed alias minore, plerunque maiore cum fœnore. de Ora.162 a, Geminatio verborum habet interdum vim,leporem aliàs.de Orat. 124 b,Et ex iisdem illis locis interdum concludere, relinquere alias,alioq; transire.de Ora.111 a,Itaque illi alias aliud iisdem de rebus iudicant. Orato.216 b, Quorum descriptus ordo aliàs alia terminatione concluditur. de Diuin. 109 b, Sed hæc alias pluribus,nunc,&c.de Ora.111 b, Vt vterque vestrum eadem de re alias aliud defendat.de Diuin. 131 b,Vt iidem versus alias in aliam rem accommodari possint. Episto.99 a,Sed plura scribam aliàs.Epi. 102 a,Sed alias iocabimur.At.8 b, Hoc ad te scribā alias subtilius. Atti.210 a,Huic epistolæ quam tu misisti rescribam aliàs,nunc alias malo.de Fin.143 a, Ego vero volo in virtute vim esse quam maximam:sed quanta sit,alias, nunc tantum,&c.Att.54 a,Si vnquam in dicendo fuimus aliquid, aut etiam si vnquam alias futuri sumus,tū profecto,&c.Att.259 a, Alii enim sunt alias,nostrique familiares fere demortui.Orat.211 b, Alias ita loquor vt concessum est,alias vt necesse est.de Fin.83 a,Nemo potest alias beatus esse,alias miser.de Ora.162 b,Alias contentius,alias remissius.in Ver. 110 b,Alias reuocabat,alias decernebat, &c.Tus.216 b,Ex quo intelligitur qualis ille sit, quem tum moderatum,alias modestum & temperantē,alias constantem continentemque dicimus.de Inu.60 b, Atque hic item, vt in nostra persona licebit alias singulatim transire omnes argumentationes.alias ad partitiones singula genera referre, aliàs ab auditore,quid desideret, quærere,alias hæc facere pro comparatione suarum,& contrariarum argumentationum de Amic. 102 a,Mutantur etiam sępe hominum mores, alias aduersis rebus,alias ętate ingrauescente.de Ora.106 a,Cum in eiusmodi causis alias scriptum,alias
• æquitatem defendere doceamur. * De Inu. 58 a, Quare illa nobis alio tempore facultas erit,explicabuntur, id est alias.]
Syntaxis. *Is cum sæpe alias, tum apud illos cognitum. Cum sæpe alias, tum maxime bello ciuili. Ille & sæpe alias, & maximè censor dixit. Alias minor, plerunque maior. Interdum vis, alias ingenium. Ille alias aliud ait. Hæc alias dixerunt. Idem alias in aliam rem commodari. Quanta sit, alias (scilicet dicam.) Alias vt volo, alias vt queo. Aliàs beatus, alias miser.*

ALIBI. *in alio loco*. Atti.222 a,Cum Cæsar præteriret,omnis armatorum copia,dextra sinistra ad equum,nec vsquam alibi. Acade.lib.4.
• Nusquam alibi. * Atti. 26 a, Non inesse in his propriam, quæ nusquam alibi esset veri notam.]

ALICVBI, *vspiam, vsquam*.pro Flac.161 a,Si te Crassi agri delectabāt,
• hic alicubi in Crustumino, aut in Capenati parauisses. * Acade.43 b,Nihil est enim,quod non alicubi esse cogatur.]

ALIVNDE, *ex alio loco*. de Orat.117 a, Aliunde arripere aliquid.& pro Cæc.293 b, aliunde discedere.

ALIENATIO, tionis. *defectio, deductio, animorum diuisio disiunctioque*. Qu.F. 305 b,Subita defectio Pompeii, alienatio consulum.pro An. 106 a,Tuamque à me alienationem ad ciues impios tibi gloriæ fore putasti.de Amic. 110 b,Statim alienatio disiunctioque facienda est.Orato.210 a,& de Legibus 193 b,Quibus uerbis sacrorum alienatio fiat.

ALIENATVS,a,um. *abhorrens, alienus*.ad Atti. 269 a, Gaudeo mihi causam oblatam,in qua omnes sentiant me ab alio alienatum. Atti.15 a, Animus alienatus & offensus.
Syntaxis. *Tua a me ad illum alienatio, Ego à te sum alienatus. Animus alienatus, & offensus.*

ALIENIGENA,næ. *peregrinus, alienus, externus, alia ex gente*. pro Deiot. 145 b,Homo longinquus & alienigena. de Leg.174 b, Deos alienigena coli,confusionem habet religionum. pro Cor.59 b, Alienigenarum nos hominum studiis atque externa uirtute priuari. pro Fon.280 b,& 284 a,alienigenas domesticis anteferre. L. C. 133 a,

Hostes alienigenę)(. Hostes domestici.
Syntaxis. *Homo longinquus, & alienigena. Dij Alienigenæ. Alienigena, & na, absolutè. Alienigena hostes.*

ALIENO as, *abalieno, vendo, abhorreo*. in Verr. 231 a, Precio paruo, ea quæ à maioribus acceperis, uendere atque alienare. contra Rul.72
• b, Alienare uectigalia. * Epist.18 b,uoluntatem alicuius abhorrere ab aliquo.]

¶ *Disiungo, & animo studium*. Episto.34 b,Maleuoli ignari constantiæ meæ,conantur alienare à te uoluntatem meam.de Pro. 73 a, Quibus cum omnibus eadem resp.me reconciliauit,quæ alienarat.Epi. 26 a,Hominem adolescentem non tam alicere uolui,quàm alienare uolui.Epist.64 a,Qui & te nonnunquam à me alienarunt, & me immutarunt tibi.

ALIENOR,aris. *auersor, abhorreo, caueo malum aliquod*. de Finib. 93 b, Simul atque natum sit animal, ipsum sibi conciliari, & commendari ad se conseruandum, &c. alienari autem ab interitu, iisque rebus quæ interitum uideantur afferre.

¶ *Vendor, abducor*. contra Rul.77 a,Venite uestras res proprias, & in perpetuum à uobis alienari. Att.15 b,Summum erat periculum,ne si nihil impetrarent,à senatu alienarentur.
Syntaxis. *Bona paruo precio vendere & alienare. A me volunt alienare voluntatem tuam. Animal alienatur ab interitu. Venire, & in perpetuum alienari ab aliquo rem aliquam. Alienantur illi a nobis: id est, recedunt à nostra consuetudine ac studio.*

ALIENVS, a, um. *quod alterius est*. Offic.6 b, Difficilis est cura rerum alienarum.

¶ *Non amicus, remotus, auersus, discrepans, abhorrens, alienatus*. in Ver. 121 b.Lentulus homo non alienus à literis. Episto.129 a, Sin ille à me est alienior,nihil tibi literæ meæ proderunt. pro Mur.137 b,Cato à Murena nulla re unquam alienus fuit.pro Plan. 261 a, Allicere uoluntates alienas. *id est, alienatas*. pro Deiot.147 b,Cum is à te animo esset alieno. de Amic. 101 a, Ab altero non alienos animos habemus. pro S.R.41 a, Non uereor,ne quis alienum me animum habuisse à causa nobilitatis existimet. Episto.73 a, Non putaui esse alienum institutis meis,hæc ad te scribere. Q. de Pet. 205 a, Tamen amore nostro non sum arbitratus alienum hæc ad te scribere.Epist.181 b, Sū admiratus te quicquam à me commissum quod esset alienum nostra amicitia credidisse.de Diuin. 98 a, Neque hoc dii alienum ducunt maiestate sua.de Pro. 72 b,Sed alienum mihi uidetur dignitate imperii,quo,&c.Epi.52 a,Quæ non aliena esse ducerem à dignitate tua. de Fin.51 a,Quis alienum putet eius esse dignitatis quem mihi quisque tribuit,quod in omni munere vitę optimum & verissimum sit exquirere? Epist.182 a, Quo nec mihi grauius quicquam potest esse,nec à te alienius. pro Plan.259 b,Id ab hoc alienum est. Attic.252 b, Nauigatio labor alienus ab ætate nostra. pro Cæc. 289 b,Id dicis quod illi causæ maxime est alienum. Epist. 14 a, Tantum enitor,vt neque amicis,neque etiam alienioribus desim. Epist. 34 a, Vt tuum factum alieni hominis, (ut leuissime dicam) meum uero coniunctissimi, & amicissimi esse videatur. pro D. 227 a, Homines alienissimi a P. Clodio: *id est, minimè coniuncti & propinqui*. de Finib.
• 52 a, Epicurus in Physicis totus est alienus.)(. Suus. * Acade.47 a, Omnia quæ essent aliena formæ, & constantis opinionis.]
Syntaxis. *Non alienus a literis: id est, non expers literarum. Ille a me alienior. Nulla re a te fuit alienus. Alienas, id est, alienatas voluntates allicere. Animo sum a te alieno. Habere alienum ab aliquo animum. Alienum ab institutis tuis, ab amore nostro, a nostra amicitia. Maiestate Deorum alienum. Alienum id est tua dignitate. Nihil à te alienius. Id ab hoc alienum. Neque amicis, neque alienioribus desis. Alienus homo: id est, non amicus. Alienissimus homo à P. Clodio. Totus est alienus ille in Medicis: id est, ab Auctoribus pendens.*

ALIMENTARIVS,a,um. *ad alimenta pertinens*. Epistola 117 a, Lex alimentaria.

ALIMENTVM,ti. *nutrimentum*.de Vni.198 a, Nec uerò mundus desiderat alimenta corporis.

ALIO, *in alias terras, ad aliam rem, ad alium vsum*. Att lib.9. Ex illis sermone statuam, Arpinum ne mihi eundem sit,an quo alio.de Orat. 96 a, Sed si placet, sermonem alio transferamus. pro Clu. 30 b, Tamen vocat me alio iamdudum tacita uestra expectatio. I. V. 104 a, L. Dominus alio responsionem suam deriuauit. de Fin.70 b, Appellet hæc desideria naturæ,cupiditatis nomen seruet alio.
Syntaxis. *Huc venimus, an quo alio? Sermonem alio transferre. Alio responsionem deriuare. Cupiditatis nomen seruas alio.*

ALIOQVIN & alioquin: *aliàs cætero quin*. Orato. 201 b, Quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur. alioquin quomodo ille in bonis hærebit & habitabit suis? Or. 204 b.de Leg. 128 b, Minima olim istius rei fuit cupiditas, alioquin multa extarent exempla maiorum.

ALIPHANVS, *ager*. contra Rul.79. pro Plan.263.

ALIPHERA. *vrbs*. Att 90.

ALIPTES,tæ. *unctor*. Epi.13 b, Sed uellem non solùm salutis meæ quēadmodum medici. sed etiam ut aliptæ uirium & coloris rationem habere uoluissent.

ALIQVANDO. *aliàs, nonnunquam, interdum, quodam tempore, tandem, aliquo tempore*. Att.195 b, Velim aliquando puerum uisas. pro Cæl. 39 b, Quis bonis uiris quodam tempore coniunctior? quis ciuis meliorum partium aliquando? Academ.4 a, Num hæc ex illo audiuisti aliquando? pro Cæcin. 187 b, Magis opportuna opera nonnunquam, quam aliquando fideli. Episto.64 a, Et te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi. Off.8 a, Et maxime

si aliquando alio domino solita est frequentari. pro Mil. 114 b, Erit illud profecto tempus, & illucescet aliquando ille dies, cum tu, &c. de At. 154 b, Sit discordiarum finis aliquando. de Orat. 96 a, Et nostro more aliquando, non rhetorico loquamur. pro Quin. 7 b, De cõtrouersiis vult diiudicari serò, verum aliquando tamen. pro Qu. 17 b, Spes est hunc miserum aliquando tandem posse consistere. pro Fl. 346 a, Sed si fortè aliquando beneficii huius obtrectator extitisset, &c. de Orat. 92 b, Non despero fore aliquem aliquando, qui, &c. Or. at 2 a, Aliquando, idque sero mihi extorta veritas est. * Cice. pro Clu. 22 b, Sed aliquandiu incolumem fuisse miramini.]

ALIQVANDIV, *satis diu.* Aca 41 a, Nam Aristum Athenis audiuit aliquandiu. & Att. 29 b, pro Cl. 22 b, Off. 109 b.

ALIQVANTO *paulum.* pro Syll. 177 b, Cincius profectus est aliquanto ante furorem Catilinæ. Epist. 143 a, Non modo non contra legem, sed etiam intra legem, & quidem aliquanto. Attic. 83 b, Literas tuas minus paulo expecto, quàm si Romę esses, id est, aliquanto minus. de Inu. 81 b, Postea aliquantu ipsos quoque tempestas vehementius iactare cępit.

ALIQVANTVLVM. *paululum, paulum, nonnihil, leniter, paulisper, aliqua ex parte.* de Inuen. 65 b, Et de natura licet aliquantulum ducere suspicionis. ad Herenn. 26 a, In mediocri figura versabitur oratio, si hæc aliquantulum demiserimus, &c. pro Quint. 3 a, Cùm æris alieni aliquantulum relictum esset. de Diuinat. 65 b, Cum aliquantulum progressus esset. de Amicit. 104 a, Aliquantulum deflectere de spacio.

ALIQVANTVM. Parad. 119 a, Auri nauem euertat gubernator, an paleæ, in te aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil interest. Epis. 51 a, & 69 b. Lectis tuis litteris aliquantum acquieui. At. 111 a, Aliquãtum animi videtur nobis attulisse Labienus.

Syntaxis. *De natura ducere aliquantum suspicionis. Aliquantulum æris alieni relictum. De spacio aliquantulum deflectere. Aliquantum acquiesco. Animi aliquantum afferre alicui. Abiit aliquantò antè.*

ALIQVID *aliqua res.*)(*nulla pars.* pro Deiotaro 150 a, Nihil à me arbitro, prętermissum, sed aliquid ad extremam causæ partem reseruatum: id autem aliquid est, te ut plane Deiotaro, reconciliet oratio mea. Offi. 41 a, Qui cuipiam furatur aliquid. Pro Deiota. 151 a, Ne tibi illum succensere aliquid suscipere.

ALIQVIS, qua, quod. *quidam quispiam, aliquispiã vllus, nonnullus, vnus aliquis. non nemo, aliquot parum, paucus. quis.* in Verr. 134 b, Est consuetudo Siculorum, vt nonnunquam eximant vnum aliquem diem, aut summum biduum ex mense. pro Mar. 134 a, Neque enim culpa tua est, si te aliqui timuerunt. de Orato. 109 b, Bene dicere non habet definitam aliquam regionem. Attic. 47 b, Meque vt facis, velis esse aliquem: quoniam qui fui, esse non possum. Att. 120 a, Nullus priuatorum dolor bonorum erat aliquis, sed hebes in Verr. 59 a b, Alicuius facti si non bonam, vt aliquam rationem afferre. pro Lig. 140 a, Atque is tamen aliquis Ligarius non fuit. de Natu. Deor. 45 b, Cum machinatione quadam moueri aliquid videmus. Offi. 41 a, Confugere ad unum aliquem virtute præstantem, pro Cluent. 57 a, Atque istam ipsam quæstionem dicitæ, quis obsignauit: vnum aliquem nominate de Ora. 112 a, Multi sine doctrina, aliquid omnium generum atque artium consequuntur. de Legib. 187 a, Puto posse & quidem aliquem de tribus nobis. pro Cæcin. aliquis de familia. Epis. 187 b, Sed gesta res expectatur, quam quidem aut iam esse aliquã, aut appropinquare confido. de Orato. 93 b, Quid mihi tanquam alicui Gręculo quæstiunculam ponitis? de Orato. 122 b, Timide tanquam ad aliquem scopulum libidinis, sic tuam mentem ad philosophiam appulisti. Acad. 9 b, Illos, &c. quasi desperatos aliquos relinquamus. de Finib. 77 b, Leonidas, Epaminondas, tres aliqui, aut quatuor. Att. 208 b, Quo die has dabam, expectabam aliquem meorum. Attic 208 b, Et si tuæ literæ rectè sperare iubent, tamen expecto recens aliquid. Tus. 194 a, Num aliquod quodpiam membrum tumidum ac turgidum non vitiose se habet? attic. 208 b, Nunc eadem illa, quid Brutus cogitet, aut si aliquid egit, &c. de Amic. 112 a, Si aliquis. * Pro Plan. 208 a, aliquorum dierum viam in Macedoniam perrexi. Tusc. 159 a, Corpus est quasi vas, aut aliquod animi receptaculum.]

Syntaxis. *Aliquid alicui succensere. Exime vnum aliquem diem, aut summum biduum ex mense. Velis me esse aliquem, quoniam qui fui non sum. Confugere ad vnum aliquem. Aliquis de tribus nobis. Tres aliqui, aut quatuor. Expecto recens aliquid. Num aliquod quodpiam membrum tumidum est?*

ALIQVOT. *numerum significat, non variatur.* atti. 147 b, aliquot sunt anni, cum vos duos elegi, quos pręcipue colerem. de Diu. 135 a, Aliquot somnia verà, inquit Ennius, sed oĩa non est necesse. de Vn. 105 a, Disciplina Pythagoreorum aliquot secula in Italia Siciliaque viguit. Epi. 103 b, Accepi à te aliquot epistolas vno tempore.

Syntaxis. *Aliquot sunt anni, cum te, &c. Id aliquot annos viguit.*

ALIQVOTIENS, vel aliquoties. *aduerbium numeri.* pro Quint. 1 a, M. Iunius qui hanc causam aliquotiens apud te egit. de Legibus 171 a, Aliquoties iam iste locus a te tactus est. pro Font. 281 a, Quod ego profecto non crederem, nisi aliquotiens ex ipsis accusatoribus audiuissem, cum præciperent, &c. * Acad. 7 b, Nam aliter appetitum moueri non potest. de Fi. 99 a, Nobis aliter videtur recte secus ne postea. de Fin. 118 b, Hic loquebatur atq; omnes, sentiebat idem quod cæteri.]

ALITER. *secus, alio pacto, alio modo, non eodem modo, non perinde.* pro Domi. 219 b, Quod certo scio aliter esse. Attic. 259 a, Ne sim saluus, si aliter scribo ac sentio. Offic. 63 b, Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias. Attic. 260 a, De antonii itineribus nescio quid aliter audio, atque vt ad te scripseram. Orato. 219 b, Tantumque abest ne eneruetur oratio compositione verborum, vt aliter in ea nec impetus vllus, nec vis esse possit. pro Domi. 219 b, Proinde quasi isti de illo, aliter atque ego existimo, sentiant. pro Domi. 241 b, Omnia aliter ac vos in monimentis habetis, pronunciauit. Epistola. 92 b, Sed tamen aliquid videbimus in quo sit spes: aliter quidem non modo non appetendum, sed etiam fugiendum puto. de Amici. 110 a, Aliter enim amicitiæ stabiles permanere non possunt. pro Rom. Pop. 127 a, Si qui in prædones inciderint, aliter quidpiam coacti faciant: *id est turpiter vel indecore.* attic. 93 b, Quo maiorem spem habeo nihil fore aliter ac deceat. Attic. 65 b, Assentior, fieri non potuit aliter. de Diuin. 138 b, cum eadem somnia, & aliis aliter euadant, & eisdem non semper eodem modo. * De Finibus 68 a, Aperiendum est igitur, quod sit voluptas. Aliter enim explicari quod quæritur non potest.]

Syntaxis. *Ne sim saluus, si aliter scribo, ac sentio. Aliter audio atqui putaram. Id agas, aliter quidem accidet, &c. Fieri non potest aliter. Eadem somnia aliis aliter euadunt.*

ALIVNDE, *ex alio loco, vel ex alia re* pro Lig. 137 a, Cùm id neque per te scires, neque aliud scire potuisses. Epistol. 69 b, Aliunde pendere. de Orato. 112 a, Hic nisi domesticis se instruxerit copiis, aliunde dicendi copiam petere non possit. & ibidem. Aliunde assumptum bonum. Orato. 204 a, In alienis aut translatum, aut factum aliunde, vt mutuo. * Tuscu. 209 a, Studia doctrina aliunde accersita.]

ALIVS, alia, aliud. *non idem vel aliquis, alter.* de Inuen. 63 a, Cum communiter quædam de omnibus præcipi possint, separatim tamen sunt aliæ cuiusque generis, & diuersæ præceptiones. de Finib. 130 b, Sed naturas esse diuersas, vt aliud equo sit natura, aliud boui, aliud homini. de Diui. 114 b, Si eadem hora aliæ pecudis iecur nitidum atque plenum est, aliæ horridum & exile de Natu. 50 b, Quibus bestiis eratis cibus, vt alius generis bestiis vescerentur. *aliàs, Alii generis. Nam alii & alia in genitiuo apud Cice. vetustum esse, testis est Priscian. lib. 6.* Epist. 168 b, Nos ab initio spectasse otium, nec quicquam aliud à libertate communi quæsisse, exitus declarat. Tusc. 150 b, Ita nihil aliud est discere, nisi recordari. de Legi. 258 b, Aliud ex alio quærere. Epistol. 138 b, Me quotidie aliud ex alio impedit. Ora. 200 a, aliud aliis videtur optimum. Epist. 107 a, Habes Sardos venales, alium alio nequiorem. *hic, Alius de duobus dici videtur.* Qu. Frat. 321 b, Multa in epistolam conieci, aliud alio tempore. de Diu. 126 b, Orbis vnamquamque partem aliam alio modo mouere atque immutare cœlum. & alibi: Signa alia alio in loco lachrimantes intuebantur. Attic. 260 b, Sed vt aliud ex alio, mihi non potest dubium, quin. &c. Attic. 114 b, Nec vnquam aliud ex alio peccare destitit I. V. 89 b, Hic tũ alius ex alio partus, &c. pro Sest. 19 b, Omnes certatim alius alio grauius atque ornatius de mea salute dixerunt. attic. 200 a, accepi epistolas tuas aliam alia iucundiorem. de Orat. 111 a, Itaque illi aliàs aliud iisdem de rebus iudicant. de Diuinat. 69 a, Simia omnia disturbauit, & aliud alio dissipauit. Orato. 216 b, Quorum descriptus ordo alias alia terminatione concluditur. de Somn. 126 a, Vt nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit. de Diuin. 231 b, Vt iidem versus aliàs in aliam rem accommodari possint. Orato. 303 b, Res alio atque alio clara verbo. Orato. 203, In alio ponitur, aliudque totum est, verum oportere an dicere dicas. Orato. 217. Cum aliud videatur esse numerus, aliud numerosum, quid intersit. pro Cæl. 38 b, Aliud est maledicere, aliud accusare. de Orato. 106 b, Aliud est esse artificem, & cæte. aliud non esse hebetem, &c. de Legibus 166 b, Videtis-ne quanta series rerum sit? atque vt ex alio alia nectantur? Tuscu. 242 a, Causæ aliæ ex aliis aptæ, & necessitate nexæ. de Orato. 98 b, Aliquem ita labi, vt alius miserandus alius irridendus. ibidem 104 a, Sed aliud quiddam longe aliud Crasse quærimus. Attic. 218 b, Aliud tu honestum in hac causa iudicas, atque ego existimem. de Orato. 162 a, Alia dicere ac significare, Sal. in Cicero. 271 b, Aliud stans, aliud sedens, de republi. sentis, de Legibus 172 a, In aliis rebus versor atque tu. ibid. 105 a, Tantum dico aliud esse illud atque hoc. ibidem 121 b, Quid sit quare alii melius quam alii dicant. de Orato. 149 a, Virtus habet plures partes, quarum alia est ad laudationem aptior, I. V. * Tuscula. 220 b, Sed declarant communes notiones alia magis alia.] 206 a, Siciliæ cum essem, sic ab omnibus audiebam, tam te has phaleras à Philarcho Centuripino abstulisse dicebant, quàm alias item nobiles ab Aristo Panormitano, quàm tertias à Cratippo Tyndaritano. Topicor. 228 a, Comparationum duo genera sunt: unum de eodem & alio, alterum, &c. & ibidem b, Huic generi finitimum est illud, quod appellari de eodem & altero diximus. de Somn. 128 b, Alios, reliquos, cæteros, idem. de Oratore 149 a, Alia, & bona, & mala videntur Stoicos, & cæteris gentibus. pro Cęcinna 295 b, Non alia causa est æquitatis in vno, & pluribus. de Officiis 64 a, Alia causa est eius qui calamitate præmitur, & eius qui res meliores quærit. pro Cęl. 52 a, Lux longe alia est solis, & lychnorum. Orator. 220 b, aliud mihi ac videri potest. pro Planc. 269 a, Nec erit hæc alia ratio Plancio ac Laterensi. Item alibi, Cum alia dicuntur ac sentias. * De Finib. 92 a, Cæteræ Philosophorum disciplinæ, omnino alia magis, alia minus, sed tamen omnes nihil adiuuare arbitur.]

Syntaxis. *Aliud equo est natura, aliud boui. Aliud pecudis. id est, alius, patrio casu. Me quotidie aliud ex alio impedit. Habes alium alio meliorem. Aliud alio tempore agendum. Orbis vnamquamque partem aliam alio modo cœlũ immutat. Signa alia alio in loco intueri. Aliud*

ex alio pectus. Hic certatim alius alio grauius obiurgat. Idem aliàs aliud iudicant. Aliud alio dissipat puer. Idem versus aliàs in aliam rem accommodatur. Res alio atque alia olata verbo. Ex alio alia nexa sunt. Aliud quiddam, longè aliud quam. Aliud atque ego dixis. In alia re, atque ego. Alia & bona & mala mihi sunt, & tibi. Lux longè alia est solis, & lichnorum.

ALIVSMODI. *alia ratione, aliter.* de Inuent. 64 a, Nam opinio dupliciter facit homines: cum aut res aliusmodi est, ac putatur: aut nõ is euentus est, quem arbitrati sunt.

ALLABOR, ris. *accedo, adhæreo.* de Diuinat. 120 b, Et humor allapsus extrinsecus, vt in tectoriis videmus austro, sudorem imitari potest.

ALLECTO, as. *prælecto, allicio, inuito blandè.* de Sen. 89 a, Ad agrum fruendum non modò non retardat, verum etiam inuitat atque allectat senectus. de Amici. 114 b, Qui ipsi illam allectant & inuitant: *id est, assentationem.*

☞ Syntaxis. *Ad agrum fruendum inuitat, & allectat, &c. Allectare, & inuitare.*

ALLEGATIO, onis. *priuata quædam legatio.* I. V. 130 b, Cum sibi omnes ad istum allegationes difficile, omnes aditus arduos ac potius interclusos viderent. L. EXPVGNO. * Pro Cl. 25 b, Crimen. iudicio probatur in quo inter Allegatos Oppianici nomen esse constabat.]

ALLEGO, as, *lego, mitto.* I V. 160 a, Petit à me Rabonius, & amicos allegat, facile impetrat. Epist. 247 a, Extremum illud est, vt philosophiã ad te allegem. & 249 b, Allegarem ad te illos, &c. pro S. R 22 b, Homines nobiles allegat iis, qui peterent, ne ad Syllam adirent. Q. Frat. 306 a, Sed idem Nerius iudex edidit ad alligatos Cn. Lentulum, & C. Cornelium. * Pro Clu. 205 b, Ni rogandi sunt omnes, & ad eos allegandum, & I. A. 197 a, Iudex Græcus is qui nequissimus, quemadmodum ad huuc reus alleget, quemadmodum accedat.]

☞ Syntaxis. *Allegando amico: id est, mittendo. Ad aliquem allegare medicinam. Allegare alicui aliquem: id est, ad. Edere ad allegatum, Tullium.*

ALLEGORIA, æ. Or. 205 b, Iam tum fluxerunt continuæ plures translationes, alia plane fit oratio: itaq; genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν nomine recte: genere melius ille, qui ista omnia translationes vocat. Atti. 35 a, Si erunt mihi plura ad te scribenda, ἀλληγορίαις obscurabo.

ALLEVAMENTVM, ti. *alleuatio.* pro Syl. 179 b, In aduersis sine vllo remedio atq; alleuamento permanere.

☞ Syntaxis. *Remedium & alleuamentum. Permanere in alleuamento.*

ALLEVATIO, nis. *alleuamentum.* Epi. 126 a, Et si tot tantisque rebus vrgemur, vt nullam alleuationem quisquam non stultissimus sperare debeat. de Finibus 57 a, Vt doloris diuturnitatem alleuatio consoletur.

ALLEVOR, is. *hebetor, leue reddor.* de In. 57 a, Reprehensio est, per quam argumentando aduersariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut alleuiatur, *aliàs alleuatur: & fortasse rectius, eleuatur.* vide ELEVO.

ALLEVATVS, a, um. Att. 98 a, Acastus quæ vellem de alleuato corpore tuo nunciauit.

ALLEVO, as. *leue facio, lenio, mitigo.* de Clar. 166 a, Quod aliqua ex parte sollicitudines alleuaret meas. pro S. R 20 a, Hoc onus si vos aliqua ex parte alleuabitis, feram ut potero. * Tuscu. 206 a, Aliorum ærumnam dictis alleuans.]

ALLEVOR, aris, *demulceor.* Attic. 99 b, Alleuor cum loquor tecum absens.

☞ Syntaxis. *Alleuatum corpus, meglioratu. Alleuare sollicitudines: id est, lenire, demulcere. Alleuare onus id est, minuere. Alleuor, id est, experior minus angor.*

ALLIENSIS, se Att. 137 b, Alliensis pugna.

ALLICIO, cis. *allecto, inuito, capio, capto, prolecto, traho, duco, attraho induco, excito, titillo, illicio.* de Inuen. 82 a, Est quiddam quod sua vi nos alliciat ad sese, non emolumento captans aliquo sed trahens sua dignitate. de Ora. 138 a, Eum qui audit permulcere atque allicere. Epist. 26 a, Hominem adolescentem non tam allicere volui, quàm alienare nolui. de Ora. 87 b, Dicendo tenere hominum cœtus, mentes allicere. pro Plan. 261 a, Allicere voluntates alienas, retinere partas. I. V. 273 a. Nullis nostris studiis beneuolentiam illorum allicere possumus. pro Pom. 8 b, Regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciunt ad misericordiam. de Am. 101 a, Virtus allicit homines ad diligendum. I. A. 182 a, Si te laos allicere ad recte faciendum non poteit, ne metus quidem à fœdissimis factis potest auocare. de Fini. 71 b, Ea voluptas quæ in motu est, & paruos allicit & bestias. Offi. 36 b, Hominum studia ad nostras vtilitates allicere & excitare. Off. 42 b, Oratione benigna multitudinis animos ad beneuolentiam allicere. Off. 11 b, 12 a, Omnis virtus nos ad se allicit. de Diuin. 98 b, Magnes lapis est, qui ferrum ad se allicit & trahit. Tuscul. 149 a, Qui cogitationes suas, nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem. * 128 a, de Fin. vt ipsam per se muitaret, & alliceret appetitum animi.]

ALLICIOR, ris. *inuitor.* pro Mur. 141 b, Cato negat verum esse, allici beneuolentiam cibo. Quin. de Pet. 213 b, Hoc & tenentur homines Romæ, & aliciuntur. Epist. 16 a, Cum in hunc sensum & alliciar beneficiis hominum, & compellar iniuriis, facile patior, &c. pro Mur. 142 b Nulla re allici mentes hominum oportet ad magistratũ mandandum.

☞ Syntaxis, *Eum qui audit, permulcere, atque allicere. Dicendo mentes allicere, & alienatas mentes. Alicuius beneuolentiam studiis allicere. Allicere ad misericordiam. Virtus nos allicit ad diligendum. Voluptas allicit & bestias. Ad se allicit & trahit ferrum magnes. Alliciuntur ac tenentur homines.*

ALLIGANDVS, a, um, de Dom. 133 b, Alligandi essent omnes, qui cubitum irent.

ALLIGATVS, a, um. *astrictus, & colligatus.*)(*solutus.* de Amic. 104 a, Ne existiment ita se alligatos, vt ab amicis peccantibus non discedant. pro Dom. 221 a, b, Vbi per suum tribunatum Cæsaris actis alligatus teneretur. de Orato. 159 a, Neque verba alligata sint, quasi certa aliqua lege versus, neque ita soluta vt vagentur. Arc. 33 a, Cum videas voluntatem ciuitatis solutam, virtutem alligatam.

ALLIGO, as. *obstringo deuincio, constringo.* pro Clu. 49 a, & pro R. P. 125 a, Lex ubi omnes mortales alligat, ita loquitur, &c. pro Pl 276 b. beneficio alligari. pro Fl. 155 a, Metuit ne, L. Flaccus nunc se scelere alliget. pro Quint. Rosc. 51 a, Aliquem stipulatione alligare. * de Fin. 81 a, Tamen ne sine fructu alligatus sis, vt moriatur amicos optabis. Tuscu. 186 b, C. Marius, cum secaretur, principio vetuit se alligare.]

ALLIGOR, ris. *obstringor, ligor, deuincior.* in Verr. 238 a, Producuntur. & ad palum alligantur. de Leg. 180 a, Sacris alligati. Att. 134 a, Cedendum est celeritate, ne forte qua in re impediar atque alliger.

☞ Syntaxis. *Ad palum alligari. Sacris alligari. Impeditus & alligatus.*

ALLINO, nis. *lino, applico.* I. V. 89 b, Nullæ sordes videbantur his sententiis allini posse.

ALLISVS, a, um. Q. Fr. 311 b, Damnationes inimicorum, in quibus, me perlubente, Seruius allisus est. *id est, læsus, vel impegit.*

ALLOBROX, gis. *vulgò. Sabaudiensis. Galli sunt Heluetiis finitimi.* de Diuinat. 84 b.

Ad clades patriæ flamma ferroq; parata.
Vocibus Allobrogum patribus populoq; patebat.

de Pro. 75 b, C. Pomtinios Allobroges domuit. in Cat. 111. 112. 113.

ALLOQVOR, ris. *compello. προσφωνεῖν, affaris.* ad Her. 28 b. Te nunc alloquor Africane, cuius, &c. pro Cl. 54.

ALLVDO, dis. *alludere, est ludere, & aliò quod dicas referre.* de Orato. 205 b, Galba autem alludens variè & copiosè, multa similitudines afferebat.

ALLVO, is, *iuxta, fluo, lauo.* de Legib. 170 a, Fluuius diuisus latera insulę alluit.

ALLVOR, ris. *abluor, affluor.* in Verr. 255 a, Non alluitur à mari mœnia extrema, sed influit in vrbis sinum portus. Orato. 206 b, Ita iactantur fluctibus, vt nunquam alluantur. pro Flac. 159 b, Cùm hæc ciuitas barbariæ fluctibus alluatur.

ALLVVIO, onis. *eluuio.* de Orat. 99 a, Alluuionum & circumluuionum iura.

ALMO, onis. *flu. prope Romam. non Anien, neque Anio legendum.* de Nat. 70 a, Lucanus:

Et lotum paruo reuocant. Almone Cybellem.

ALMVS, a, um. *sanctus, augustus.* Offic. 73 a, O fides alma. ex Ennio. in Arat. *Hanc ille tribuunt pęnam Nereides alma.*

ALO, is. *educo, nutrio, sustento.* de Nat. Deo. 15 b, Cum agellus eum non satis aleret. p Deio. 147 b, Deiotarus antea maiores copias alere poterat, nunc exiguas vix tueri potest. Par. 124 a, Alere exercitum suis fructibus. de Vni. 198 a, Ita se ipse consumptione & senio alebat sui. Att. 272 a, Nam mihi stat alere morbum desinere. Atti. 104 b, Sero resistimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos. de Clar. 167 a, Intraque parietes aluit eam gloriam, &c. de Inuent 82 b, Alere aliquid & maius facere. pro Mar. 135 b, Illa est vita tua Cæsar, q̃ vigebit, &c. quam posteritas alet. de Inuen. 42 b, Dicendi assiduitas aluit audaciam. I. C. 103 a Qui spem Catilinæ cum mollibus sententiis aluerunt. * Tusc. 157 b, In quo nulla re egens animus aletur, & sustentabitur iisdem rebus, quibus astra sustentantur, & aluntur.]

ALOR, ris. *nutrior.* de Nat. Deor. 30 b, Omnia quæ aluntur & crescunt, continent in se vim caloris. & 36 a, Multa, quibus animantes alantur augescantque & pubescant. in Verr. 150 a, Hac pecunia alimur & sustinemur. de Nat. Deor. 51 b, Animantes quę lactę aluntur. pro S. R. 27 b, Anseribus cibaria publice locantur, & canes aluntur in Capitolio. pro Se. 21 a, Quorum effrenatus furor alitur impunitate diuturna. Orat. 200 a, Ab hac & verborum copia alitur. pro Cęc. 287 a, Ebutius istæ Cesenniæ viduitate alitur. I. C. 116 b, Memoria vestra Quirites, nostrę res alentur, sermonibus crescent, &c. de Ami. 115 b Sed nec illa extincta sunt, alunturq; potius & augentur cogitatio & memoria. Off. 21 b, Hominis mens discendo alitur.

ALTVS, a, um. *educatus* de Nat. 49 b, Vapores, quibus altæ renouatæq; stellæ, atq; omnis æther, refundunt eosdem. pro Plan. 276 b, Locus ille mutus, vbi quisq; altus aut doctus est. de Cl. 168 a, Vrbs in qua nata & alta est eloquentia. Epi. 79 a, In ea vrbe es, vbi nata & alta est ratio & vitę moderatio.

☞ Syntaxis. *Me agellus alit. Alere copias. Suis fructibus exercitum alere. Alere sui senio. Mihi stat alere morbum. Aliquem contra nos alere. Alere gloriam. Alere, & maius facere. Alet posteritas vitam huius. Spem alere cum sententiis mollibus. Aluntur animantes, augescunt, putrescunt. Ali ac sustineri. Furor impunitate alitur. Mens discendo alitur. Stella alta, renouataque vaporibus. Hic nata & alta est eloquentia.*

ALPES, pium. *montes altissimi, Galliam ab Italia discriminantes.* de Pro. 76 a, Alpibus Italiam munierat ante natura, &c. Episto. 172 b, Antonius Apennino alpibusque se tenet. I. P. 79 a, Vallum alpium contra ascensum transgressionemque Gallorum. I. A. 201 b,

Vt eius furorem ne alpinum quidem muro cohibere possemus. I. C. 119 a, Hoc malum manauit non solum per Italiam, verum etiã transcendit alpes.

☞ Syntaxis. *Alpibus se tenere. Alpinum vallum contra transgressionem Galborum. Alpium muras. Malam hoc. Alpes transcendit.*

ALSIVM, sii. *oppidum Thuscorum* Att. 21.

ALSIENSIS, ager. *ab Alsio dictus.* pro Mil. 111 b, Pompeium vt videret? sciebat in Alsiensi esse procul inde.

ALSVS, a, um. *frigidus.* Qu. Fra. 319 a, Iam *ἐπιδευτερίαν*, nihil alsius, nihil muscosius. Attic. 59 a, Antio nihil quietius est, nihil alsius nihil amœnius.

ALTARE, ris. *ara.* Antequam. 196 b, A deorum quondam altaribus impiam manum ciuium remoui. I. C. 102 a, A cuius altaribus sæpe te ad necem ciuium transtulisti. de Ar. 245 b, ab altaribus religiosissimis fugatus.

ALTE. *sublimè* I. A. 165 b, altè extollere manum. Tus. 235 b, altè à terra. de Nat. 51 b, Tollere se à terra altius. Orato. 204 b, cùm verbum aliquod altius transfertur. de Ar. 251 a, Tollere tectum altius. de Som. 130 a, altè spectare atque ad cœlum conuerti de Diuin. 119 a, cùm terra araretur, & sulcus altius esset impressus. In Verrem 70 a, Indignum videbatur iis qui altius perspiciebant. Orato. 105 b, alte enim cadere non potest, *id est, ex alto.* * De cl. 107 b, Posteriorum quasi exaggerata altius oratio. Orato. 207 b, Excelsius, & magnificentius dicere.]

ALTER, a, um. *alius de duobus. ac pluribus, secundus.* Tus. 154 b, agricola serit arbores, quæ alteri seculo prosint. de clu. 183 a, O magnam, inquit, artem, Brutus, siquidẽ istis, cum summi essent oratores, duæ res maximæ, altera alteri defuit. att. 233 b, Vt factum Dolabellę tantopere laudarem, adductus sum tuis & vnis & alteris literis. att. 211 b, alteris iam literis nihil ad me de Atti. pro cla. 25 a, cum is vnum iam & alterum diem desideraretur. de cla. 165 a, Sed contra semper alter ab altero adiutus Orato. 214 a, Id est genus, ex tribus collocationis partibus alterum. de Na. 58 a, Ergo alter alterius, vbicunq; nactus est oua frangit. de Sene. 82 b, Nec nunc quidem adolescentis vires desidero: is enim locus erat alter de vitiis senectutis. Offi. 59 a, Ptolomęus, qui tum regnabat alter post Alexandriam conditam. I. A. 159 a, Quo Senatus die Latino, proximo, altero, tertio, denique reliquis consecutis diebus, nõ intermittebas, &c. in Ant. 227 a, Equitatus qui in Syriam ducebatur bipartitò: alter eum à quo ducebatur, reliquit: alterũ Cn. Domitius à legato Syriaco abduxit. pro Deiota. 44 a, accedit vt accusatorum alterius crudelitate alterius in dignitate perturber. Episto. 6 a, Quorum alterum mihi facere necesse est, alterum facio libenter. Tuscu. 169 b, Necesse est enim alterum sit de duobus, vt aut, &c. Tus. 251 b, Ad Brutum nostrum hos libros alteros quinque mittamus. de Di. 96 b, Non modò his tribus, qui, &c. sed etiam alteris tribus, qui, &c. in Ant. 248 a, In altero pudor, in illis libidines, scelera, &c. de Inu. 63 b, caupo cum illum alterum, videlicet qui nummos haberet, animaduertisset, gladium prope appositum e vagina eduxit, & illum alterum occidit. Atti. 46 b, Me ipsum accenso, deinde te, quasi me alterum. att. 53 b, ad omnia me alterum se fore dixit. Epist. 98. Vide quam mihi persuaserim te esse me alterum. Att. 282 a, Ad te tanquam ad alterum me proficiscens. Episto. 26 a, Quem si reliquissem, dicerent iniqui ob me plane post annum ex prouincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem. Topico. 228 b, De eodem & altero. altero tanto maior, id est, duplo. L. Sesqui. atti. 224 b, Ego è Formiano exiens aut a calendarum, vt inde altero die in Tusculanum scripsi hæc. * Tus. 177 b, Ita est vtraque res vna sine altera debilis.

☞ Syntaxis. *Duobus oratoribus duæ res desunt, altera alteri. Tuę vna & altera litero. Alteris iam literis: id est, secundis. Iam desideratus vnum ac alterũ diẽ Contrà semper alter ab altero adiutus Ex tribus partibus altera. Alter alterius oua frãgit. Hic regnat alter à condita vrbe, i. secundus. Hos alteros quinque libres mitte. Te accuso, te amo, quasi me alterum. Ero ad omnia tu alter. Spero te fore me alterum, & alterum me. Maior hic altero tanto, id est duplo.*

ALTERCANDO. *contendendo.* de cla. 178, Iam in altercando inuenit parem neminem. Item 180.

ALTERCATIO, onis. *iurgium, disceptatio, lis, concertatio, contentio, ἀγών, studium, contentionis.* Atti 12 b, Redeo ad altercationem, surgit Pulchellus, &c. de Na. Deorum 5 a, Oritur mihi magna de re altercatio cum Velleio. de cla. 179 a, Nulla est altercatio clamoribus vnquam habita maioribus. Atti. 61 b, altercationes, quas in senatu factas audio. Episto. 32, Idibus Ianuariis in Senatu nihil est confectum, propterea quod dies magna ex parte consumptus est altercatione Lentuli & Caninii.

☞ Syntaxis. *Altercatio mihi oritur de hac cum illo. Habita clamoribus altercatio, Facta altercatio. Altercationibus dies consumeres.*

ALTERNVS, a, um. *quod vicissim fit, aut vicissitudinem habet.* In Verrem 125 a, Senatus ex aliqua ciuitate qui iudicet, datur cùm alternæ ciuitates reiectæ sunt. In Vat. 34 b, Lex de alternis consiliis reiiciendis. pro arch. 190 b, Epigramma in aliquem alternis versibus longiusculis. Tusculan. 226 a, alternis enim versibus intorquentur inter fratres grauissimæ contumeliæ. pro clientu. 47 a, Ex duabus orationibus capita alterna contraria inter se recitanda curauit. de Orato. 161 a, Pedes aut heroos, aut chorios, aut alternos esse oportet. nam horum vicissitudine efficient, vt, &cæte. pro Planc. 266 b, Senatus de ambitu, de reiectione fieri voluit iudicium alternorum.

☞ Syntaxis. *Alterna ciuitates; Versus alterni. Alterna capita inter se contraria. Pedes alterni. Iudicium alternorum.*

ALTERVTER, a. um. *è duobus alter.* Atti. 129 b, Duellio mandaueram vt alteruter vestrum ad me veniret. de Iouentione 64 a, Nam horum in genus alterutrum illa quoque incident, in quibus, etcęte. In Verrem 64 a, Video esse necesse alterutrum. de Natura Deorum 15 a, Attic. 154 b, Solon capite sanxit, si quis seditione non alterutrius partis esset. Attic. 142 a, b, Non est tuæ dignitatis atque fidei, vt contra alterutrum, cùm vtrique sis coniunctissimus, arma feras. pro Milo. 134 a, Si in alterutro sit peccandum, malim videri nimis timidus; quàm parum prudens. Epistol. 49 b, Si alterutrum necesse sit, audire ea malis quam videre. Epist. 118 b, Alterutrum ad conditionem descendere vult cæsar, vt aut, &c. Epistol. 115 b, Pompeium puto alterutrum de filiis ad te missurum. Episto. 190 b, Dum ipsorum alteruter venit. de Di. 121 a, b, cur alterutrum emiserit. *Alterius vtrius ex Prisciano.*

☞ Syntaxis. *Ne quis in seditione non alterutrius sit partis. Si in alterutro peccandum. Alterutrum de filiis mitte.*

ALTISONVS, a, um. *ex alto sonans.* de Diu. 102 a.

Hic Iouis altisoni subitò pennata satelles, &c. Poetæ.

ALTITONANS, tis. *ex alto tonans: pro Ioue ponitur.* De Diui. 84 a.

Nam pater altitonans, &c. Poetæ.

ALTITVDO, nis. *excelsitas vel celsitas.* In Verrem 149 b, Latumiæ opus ingens in mirandam altitudinem depressum. de Diuinatio. 100 b, Labes agri Priuernatis cum terra ad infinitam altitudinem desedisset. In Verrem 215 a, Spelunca conuersa ad aquilonem infinita altitudine. de Natura Deorum 45 b, Speluncarum concauæ altitudines. de Natura Deorum 12 b, In hac immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. contra Rull. 76 b, Altitudo montium. Atti. 250 b, Altitudo maris. Offic. 65 a, Demoliri ædes, quarum altitudo officeret auspiciis. de Natu. 45 b, Impendentium montium altitudinis. de Cla. 170 b, Elatio atque altitudo orationis. Orat. 110 b; Omnium magnarum artium sicut arborum altitudo nos delectat. Par. 236 b, altitudo animis in capiendis incommodis. Offi. 18 a, In liberis populis exercenda est etiam facilitas & altitudo animi quæ dicitur. pro R. P. 129 b, Altitudo fortunæ & gloriæ alicuius, de Vniuer. 203 b, cum speculorum leuitas hinc illincque altitudinem assumpsit.

☞ Syntaxis. *Depressum opus in altitudinem. Labes agri de infinitam altitudinem descendit. Concaua speluncarum altitudines. Altitudo maris. Montium impendentium altitudines. Elatio & altitudo orationis. In capiendis incommodis animi altitudo. Animi altitudo & facilioris exercenda. Fortuna & gloria altitudo.*

ALTIVOLANS, tis. *altè sublimè volans volucris.* de Diu. 102 b, & de Natu. 102 b, Ennii: — *Cernens genus altiuolantum.*

ALTOR, *qui alit, educator* de Nat. 43 a, Omnium autem rerum quę natura administrantur, seminator, & sator, & parens, vt ita dicam, atq; educator, & altor est mundus.

ALTRIX, cis. *educatrix, nutrix, alumna.* pro Flac. 159 a, Et eorum terra parens, altrix patria dicitur. de Diu. 84 b, Romani nominis altrix, Martia, &c. de Voi. 201 b, Terra altrix nostra, &c.

☞ Syntaxis. *Altor & educator mundus. Altrix, patria, terraque.*

ALTVM, ti. *mare longè à littore* de Inu 74 a, cùm nautæ in alto iactarentur, & ibi. b, cum magna in alto tempestas esset. de Fin. 120 b, Si plures ex alto emergere velint, &c. I. V. 242 b, & 253 a, In ore portus, vbi primum ex alto sinus ad vrbem à littore inflectetur.

☞ Syntaxis. *In alto nautæ iactantur. In alto tempestas. Ex alto emergere. Ex alto sinus ad vrbem à littore inflexus.*

ALTVS, a, um. tior. ssimus. *sublimis, excelsus, præcelsus, erectus. in altum editus, excitatus humo.*)(. *abiectus, humilis.* de Orato. 156 a, Procul à terra abripi, atque in altum à conspectu pene omnium abstrahi. I. V. 169 a, Sic est hic ordo quasi propositus atque editus in altum, vt ab omnibus ventis inuidiæ circumstari posse videatur. de Legi. 183 b, columellam non altiorem tribus cubitis super tumulum statuere. de N, 46 a, Vltimus, & à domiciliis nostris altissimus cœli complexus. de Ora. 144 b, Hoc est altius quàm vt id nos humi strati suspicere possimus. pro S. R. 33 a, Sua virtute in altiorem locum peruenire. pro Domi. 23 a b, Præcipitari ex altissimo dignitatis gradu. amic. 101 a, Nihil enim altum, nihil magnificum suscipere possunt, qui, &c. Orato. 215 a, Alta & exaggerata oratio.)(. *humilis & abiecta.* pro Mil. 105 b, Homo sapiens & alta quadam mente præditus. pro Clu. 49 b, Altiorem gradum dignitatis assequi. pro Ses. 7 a, In altissimo gradu poni. Tusc. 234 b, Magnus & altus vir. de Fin. 96 a, Vir altus & excellens. Tus. 177 a, altus, excelsus, humana despiciens. I. A. 155 b, altissimus dignitate gradus.

¶ *Pro fundus* Tusc. 193 a, Ita sunt stirpes altæ stultitiæ. I. A. 93 b, Virtus est altissimis defixa radicibus. * 190 b, De Cla. Orat. is quorum altior est oratio, actioque est ardentior, furere, & bacchari videatur. Offi. 13 b, altissimus, animus, & gloriæ cupidus.]

☞ Syntaxis. *Abstrahi in altum. Ordo in altum editus (de senatorio,) Cœli altissimus complexus. Hoc est altius, quam vt, etc. Sua virtute peruenire in altiorem locum. Ex gradu dignitatis altissimo præcipitari. Altum aliquid, & nihil, aut magnificum suscipere. Alta, et exaggerata oratio. Magnus & altus vir. Alta præditus mente. Altus & excellens. Altus & excelsus.*

ALVEARIVM, rii. *apium cubile.* Cic. in Oeconomico, teste Charisio: apes in aluearum concesserant.

ALVEOLVS, li. *tabula in qua tesseris, & talis luditur.* de Fin. 138 a, Et cum re nulla impediantur necessaria, aut alueolum poscere, aut quærere quempiam ludum.

ALVEVS, vei. *vas amplum, quo in balneis vtebantur.* pro Cęl. 59 a, Ex quibus requiram quonam modo latuerint, alueus-ne ille, an equus Troianus fuerit. ad Herenn. 27 a, Deinde vbi visum, in alueum descendit.

ALVMNVS, a, um *qui alit, quique alitur: fautor, procurator.* de Clar. 168 a, Eloquentia bene constitutæ ciuitatis, quasi alumna quædam. I. A. 210 b, Ego itaque pacis, vt ita dicam, alumnus, &c. de Fin. 122 b, Aristoteles cęteriq. Platonis alumni. Epi. 133 a, Aliquis quasi alumnus disciplinæ alicuius. de Diu. 83 a.

Vos quoque signa videtis aquæ dulcis alumnæ.

☞ Syntaxis. *Eloquentia ciuitatis alumna. Pacis vir alumnus. Platonis alumni, id est, discipuli. Disciplina alicuius alumnus. Aqua dulcis alumnæ.*

ALVVS, ui. *venter, intestina, vterus.* de Nat. 53 b, & 21 a, Aluus subiecta stomacho, cibi & potionis est receptaculum: est autem multiplex & tortuosa. pro Clu. 24 b, Spes illa quam mulier in aluo commendatam à viro continebat. de Diui. 88 b, cum mater filium aluo contineret. de Nat. 71 a, Aesculapius primus purgationem alui, dentisque euulsionem inuenit. de N. 31 a, Vomitione canis purgare aluos ibes Ægyptiæ curant.

☞ Syntaxis. *Aluus multiplex, ac tortuosa. In aluo mulier spem habet. Mater aluo filium continet. Alui purgatio.*

ALEZIA. *vrbs.* Epist. 257.

AMABILIS, le. *quod dignum est amari, dulce, suaue.* Att. 78 b, Filiolam tuā amo, & amabilem esse certò scio. Epist. 175 a, Mihi autem nihil amabilius officio tuo. de Nat. 25 a, Nihil est virtute amabilius. At. 261 b, & 188 b, & 252 b, Nihil iucundius literis Sexti, nihil amabilius. Par. 231 b, Oratio quæ significat oratoris ipsius amabiles mores.

AMABILITER, *animo amans, suauiter, humaniter.* Atti. 228 b, Sed mehercle si humaniter & sapienter & amabiliter in me cogitare vis, facilem te profectò prębebis. M. Antonij.

☞ Syntaxis. *In aliquo homine cogitare amabiliter sapienter, humaniter.*

AMABO, *si me amas, rogantis est.* Atti. 23 b, cura, amabo te, Ciceronem nostrum. Atti. 24 b, & 27 a, cura, amabo te, vt cum Titinio transigas. Epist. 110 a, Vrbanitatis possessionem, amabo, quibusuis interdictis defendamus. Atti. 47. Nostra autem negocia, quoniam Romæ commoraris, amabo te, explica. Att. 98 b, & Q. Fr. 305 a, Expecta, amabo te, dum Atticum conueniam. Epi. 21 b, Sed amabo te, cura ac cogita nihil noui. Epist. 116 a, & 354 a, amabo te, si quid, quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam. Atti. 77 a, amabo te, incumbe in eam rem.

☞ Syntaxis. *Cura, amabo te. Amabo absolutè. Amabo te, si, &c. In principio.*

AMALTHEA, vel Amalthion. *vocat Cice. Attici bibliothecam, propter variam & magnam bonorum librorum copiam: quasi dicas copia cornu, nam præterquam quòd Amalthea Iouem nutrisse fertur. Amaltheam cornu habuisse tradunt mira natura, vt quam quis sibi potum expetijsset, siue cibum, sine vllo omnis labore esset, compos fieret, non mirum igitur, si Cicero Attici sui bibliothecam tam variè copiosèque instructam, Amaltheam appellauit.* Atti. 22 a, Amalthea mea te expectat, & indiget tui. & 13 b, Velim ad me scribas cuiusmodi sit. *Ἀμαλθεῖον* tuum, quo ornatu, quæ *τοποθεσία*, &c. 7 a.

AMANDATIO, onis. *rejectio, relegatio.* pro Ros. 25 b, Tamen ne hæc vita rusticana relegatio atq. amandatio appellabitur?

AMANDATVS, a, um. *rejectus.* pro Dom. 226 a, expulso, catone amandato. Postquam 220 b, Re quidem infra omnes mortuos amandatus esset.

AMANDO, as. *ablego, remoueo, relego, dimitto, mando.* I. V. 249 b, amandat hominem quo? Lilybeum. de Na. 54 b, Sic natura res similes procul amandauit a sensibus. pro S. R. 25 a, An amandarat hunc sic, vt esset in agro, ac tantummodo aleretur ad villam?

☞ Syntaxis. *Vita rusticana non est relegatio, nec amandatio. Amandato Catone. Tullio expulso. Quò amandas hominem. Amandare procul à sensibus.*

AMANDVS, a. um. *colendus.* pro Domi. 226 a, Hunc modò amandum esse.

AMANS, amantior, amantissimus. *diligens, obseruans, cupidus, studiosus, gratiosus, fautor.* R. P. 129 b, Equitem Romanum veterem amicum suum studiosum, amantem, obseruantem, sui habentem excipit. Episto. 71 a, Me, lenissimis & amantissimis verbis vtens, re, grauiter accusas. Atti. 118 a, Gallus Fabius amantissimus vtriusque nostrum. I. C. 118 b, Frater carissimus atque amantissimus. Quint. Frat. 292 b, Si quem forte tui cognouisti amantiorem quam temporis. Attic. 354 a, ciuis amans patrię. Epistlo. 257 a, ad nos tui amantissimos veni. Tusculan. 214 b, aliud est, esse amatorem: aliud, amantem. Episto. 5 a, Quint. Scilicio neminem esse amantiorem tui. pro cluent. 20 a, Quo enim fuit ipsum nomen amantius, indulgentiusque maternum, hoc. &c.

☞ Syntaxis. *Studiosus, amicus, amans, obseruans. Verba lenissima, & amantissima, Charissimus & amantissimus.*

AMANTER, *peramanter, studiosè.* Att. 24 b, Valde hoc velim amanter diligenterque conficias. Epi 744 a, Literę tuę quibus expectatum meū aduentum abs te amanter videbam. Quin. Frat. 327 b, Nihil fuit faciendum istorum, quæ amantissime cogitata sunt. Att. 88 b, Deinde me obsecras, amantissime, ne, &c. de Ami. 95 b, coniunctissime & amantissime viuere cum aliquo.

☞ Syntaxis. *Amanter aliquid diligenterque conficere. Expectare amici aduentum. Amanter. Maternum nomen amantius, indulgentiusq. Amanter obsecrare cogitare. Viuere cum aliquo coniunctissimè, & amantissimè.*

AMANTIA, tiæ. *vrbs.* I. A. 236 a.

AMANVS, ni. *mons.* Atti. 79 a, Amanus Syriam à cilicia quarum diuortio diuidit. Epi. 23.

AMANIENSES. Epi. 23.

AMARVS, a, um. *& amarior, propriè, sapore præditum, dulci aduersum, translatione morosum, calamitosum, insuaue* de Nat. 65 b, Animal sentit calida & frigida, dulcia & amara. de Finib. 72 b, Sensus iudicat dulce, amarum, &c. pro clu. 32 a, Itaque minime amarus is visus est. Atti. 236 a, Amariorem me senectus facit, stomachor omnia ad Her. 28 a, amari • iucundum est, si curetur ne quid insit amari. * De Fin. 58 a, Ex quo vitam amantissimam necesse est effici.]

☞ Syntaxis. *Amarum facit senectus hominem.*

AMATOR, oris. *cultor, obseruator, amicus.* I. V. 181 a, Albatius non solùm amicus. sed etiam amator. Tuscula. 214 b, aliud est, esse amatorem: aliud, amantem. Postquam 206 b, Aliter à me catilinam amatorem suum reposcebat. de Natu. 71 a, amatores puerorum Quin. catulus, & Alcæus poeta. pro cel. 47 b, Vtrum hic tibi adulter an amator videtur? de Vni. 204 a, Qui sapientiæ amatorem se profitetur. de cla. 170 a, amatores catoni desunt, sicuti multis iam ante seculis Thucydidi. Attic. 20 b, L. Papyrius Pętus vir bonus & amator noster. • * Epist. 111 a, Viuamque tecum, & cum communibus nostris amatoribus.]

☞ Syntaxis. *Non solùm amicus, sed amator: in malam partem. Sapientiæ amator: in optimam partem. Vir bonus, & amator noster, in bonam partem. Vox ergo anceps.*

AMATORIE. *amatorum more.* I. A. 165 a, Epist. amatoriè scripta.

AMATORIVS, a, um. *quod ad amorem pertinet, quod ad amorem allicit.* Tusc. 225 a, Anacreontis tota poesis est amatoria. & 225 a, amatoria voluptas. & 206 a, amatorius sermo. Att. 144 b, *ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς.* • * De Finib. 61 b, Alij amatorijs leuitatibus dediti. Tusculan. 206 a, Quod in amatorio sermone dici solet, vt quisquam plus alterum diligat.]

☞ Syntaxis. *Amatoriè scribere. Poesis amatoria, voluptas sermo.*

AMBIGENDI. *dubitandi, vel dubium faciendi.* de Orat. 153, Omnis res eandem habet naturam ambigendi, de qua quęri & disceptari solet, siue, &c.

AMBIGO, is. *dubito, contendo, dissentio.* de In. 167 b, Ambigunt agnati cum eo qui est secundus hæres. de Inu. 70 a, Si plures ambigent, &c. Top. 224 a, Ambigere de aliqua re. de Fin. 64 b, Vt inter eos qui ambigūt, conueniat quid sit id de quo agatur.

AMBIGOR, ris. *in controuersiam venio, adducor, suspendor.* de Orat. 118 b, Quæ propter scriptum ambiguntur. I. V. 100 a, Si de hæreditate ambigitur. pro cęcin. 288 b, Fundus de quo ambigitur, &c. de Ora. 106 a, In eo autem iure, quod ambigitur inter peritissimos non est difficile, &c. de Ora. 118 a, Nihil est enim quod inter homines ambigatur, in quo, &c. Ora. 208 a, Nihil ambigi potest, in quo non, &c. Ora. 208 b, Nisi cum de vero ambigitur, quod quæri coniectura solet. de Ora. 118 b, Ex contrarijs scriptis, si quid ambigitur.

☞ Syntaxis. *Ambigere cum aliquo. Id naturam habet ambigendi. De hoc ambigo. Hoc inter nos ambigitur. Hoc non ambigi potest, id est, non trahi in dubium.*

AMBIGVE, *dubie.* Or. 207 a, Ambigue dicta diuidere & explanare oportet. de Nat. Deorum 18 a, ambigue loqui. de Orato. 96 b, Ambigue scriptum hoc contrarie. pro cęcin. 300 b, Verbum ambigue positum.

AMBIGVITAS, tis. *amphibologia, anceps, dubia, incerta, multiplex verborum potestas.* Par. 221 b, Obscurum autem aut longitudine, aut contractione orationis, aut ambiguitate, aut inflexione atque immutatione verborum. de Inuen. 56 b, Sed nobis ambiguitate nominis videntur errare. L. AMPHIBOLOGIA.

AMBIGVVS, a, um. *anceps, dubius, incertus, multiplex.* de Orat. 118 b, Ambiguorum complura sunt genera, quæ, &c. de Ora. 118 a, Statim occurrit animo quæ sit causa ambigui. Topi. 227 a, Ambiguum est, cum duæ differentes sententiæ accipi possunt. Orat. 208 a, Nam si quando aliud in sententia videtur esse, aliud in verbis, genus est quoddam ambigui, quod ex præterito verbo fieri solet: in quo, quod est ambiguorum proprium, res duas significari videmus. Episto. 175 a, Ego tamen non habui ambiguum, & statim, &c. *id est, non dubitaui.* de cla. 178 a, Rem ambiguam distinguere. de Ora. 132 a, Ex ambiguo dicta vel argutissima putantur. de Orat. 206 a, Verba ambigua distinguere. de Diuinat. 104 b, Oraculis, quod erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitæ sunt. Tusculan. 194 b, Vt effugiam nomen ambiguum inuidiæ de Diuin. 132 a, Oracula partim flexiloqua, & obscura, partim ambigua, & quæ ad dialecticam referenda sunt. ad Herenn. 41 a, Ambigua quemadmodum vitanda sunt, quæ obscuram reddunt orationem: ita hæc consequenda, quæ conficiunt huiusmodi significationem ea reperientur, si nouerimus verborum ancipites aut multiplices significationes. Topic. 229 a, Id autem contingit, cum scriptum ambiguum est, & duę differentes sententiæ accipi possunt.

☞ Syntaxis. *Non habeo ambiguum, id est, non dubito. Rem ambiguam distinguere. Ex ambiguo dicta argutissima. Obscurum, ambiguum oraculum. Inuidiæ nomen ambiguum.*

AMBIO, bis. *circumeo prenso.* Atti. 56 a, Clodius vicatim ambire, seruis aperte spē libertatis ostēdere. de Vn. 200 a, Vt terrā lunę cursus pxime ambiret. I. A. 234 b, Quòd si cōmitia placet in senatu haberi petamus, ambiamus: tabula mō noua detur nobis, sicut populo data est.

AMBITIO,

AMBIOR, ris. *prensor circumuentus.* pro Planc. 260 b, Populus facit eos à quibus est maximè ambitus.

☞ Syntaxis. *Ambire vicatim. Luna cursu terram ambit. Populus ab isto ambitus.*

AMBITIO, onis. *Ambitus, studium cupiditasque honorum, conciliatio gratiæ & amicorum.* I. V. 135 a, Vt studia cupiditatesque honorum ambitionesque ex omnibus ciuitatibus tolleret. de Cla. 187 a, Non puto existimare te, ambitione me labi, quippe de mortuis. Tuscula. 188 b, Quid de nostris ambitionibus? quid cupiditate honorum loquar? Offic. 17 b, Miserrima & omnino ambitio, honorumque contentio. pro Mur. 141 a, Hæc siue ambitio, siue liberalitas, &c. I. A. 234 b, L. Cæsar comnia & ambitionem introduxit in senatum. pro Mil. 109 b, Scio enim quam timida sit ambitio, quantaque & quam solicita cupiditas consulatus. in Sall. 173 a, Non dico hanc popularem ambitionem, sed illam perniciosam contra leges, Att. 14 b, Me ambitio quædam ad honorum studium duxit. Att. 1 b, Domitus, in quo vno maxime ambitio nostra nititur. Qu. fr. 291 b, Præsertim cum ii mores ad nimiam ambitionem incubuerit. * Epist. 211 a, Qui religiose & sine ambitione commendant. 244 a, Ommitto quæ patiantur ambitiosi honoris causa.]

☞ Syntaxis. *Ambitione labi. Ambitio, honorum contentio. Timida ambitio, popularis, cõtra leges, perniciosa. In illo nititur, nostra ambitio. Hi mores ad nimiam incumbunt ambitionem.*

AMBITIOSE, *& ambitiosius, cum ambitione.* Epist. 35 a, Cum in isto genere multo etiam ambitiosius facere soleam, quàm bonos meus & dignitas postulat, Att. 238 a, Petiuit à me, eius orationem ne ambitioné corrigerem.

☞ Syntaxis. *Ambitiosè facere in aliqua re.*

AMBITIOSVS, a, um, *ambitionis plenus.* Att. 16 a, illæ ambitiosæ nostræ fucosæque amicitię sunt in quodam splendore forensi. in Sal. 273 a, In honoribus petendis nimis ambitiosus. pro Murę. 123 b, Ambitiosus imperator. Qu. fra. 300 a, Ne forte me in Græcos tam ambitiosum factum esse mirere, pro Fla. 155 a, Qui ita ambitiosus, vt omnes nos quotidie persalutet.

☞ Syntaxis. *Ambitiosa, fucosaque amicitia. Ambitiosus quotidie persalutat.*

AMBITVS, tus. *conuersio, circuitus orbis.* Topi. 222 b, Qu. Scæuola id solum esse ambitus ædium dixit, quantum parietis communis tegendi causa tectum proiiceretur. de Vniuer. 200 b, Cum se octo ambitus confectis suis cursibus ad idem caput retulerint de Natu. 35 b, Stellarum rotũdi ambitus. de Vn. 200 a, Secundus supra terram ambitus. de Vniuers. 199 b, Sic animus extremitatem cœli à suprema regione rotundo ambitu circumiecit.

☞ Syntaxis. *Domus ambitus. Rotundi stellarum ambitus. Circumiecit animus cœlum rotundo ambitu.*

AMBITVS, tus. *ambitio, ambitionis crimen.* pro Mur. 124 b, M. Cicero legis ambitus lator. Q. fra. 312 a, S. C. factum est de ambitu in Afranii sentẽtiam. pro Clu. 41 a, Iudicium ambitus. de Ora. 118 a, Raro illud datur, vt possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione seiungere. Epist. 175 b, Sed is ambitus extat, vt omnia pertimescam. & totam Lamię petitionem mihi sustinendam putem. Q. fra. 316 b, Ambitus redit immanis, nunquam fuit par.

¶ *Circuitus orationis seu verborum.* de Ora. 160 a Ille quasi verborum ambitus: sic enim has orationis conuersiones Gręci vocant. de Cla. 279 a Comprehensio ambitus ille verborum, si sic periodum appellari placet. de Orato. 200 a, Arguti certique & circumscripti verborũ ambitus. Orato. 213 a, Meæ aures perfecto completoque verborum ambitu gaudent. I. PERIODVS.

☞ Syntaxis. *Periodus, comprehensio, & ambitus verborum. Arguti, certi circumscripti verborum ambitus: insuper completus, perfectus.*

AMBO, orum, *vterque duo.* de D. 95 a, Quorum amborum generum vna ratio est. Att. 39 b, Sumus enim ambo curiosi. de clar. 171 b, De ipsius Scipionis & Ælii ingenio ea iam est laus, vt plurimum tribuatur ambobus. Atti. 131 b, Epistolæ duæ prid. cal. ambæ date. de N. 61 b, Idẽ obtutus amborum oculorum. Epi. 132 a, Hos igitur ambos tibi commendo. Epi. 64 b, Quos ego ambos vnicè diligo. ad Heren. 35 b, Horũ amborum generum exempla subiiciemus. Ora. 198 b, Vicinus amborum, in neutro excellens, vtriusque particeps.

☞ Syntaxis. *Epistola duæ Cal. ambæ datæ.*

AMBRACIA. *vrbs in Epyro ad mare.* I. P. 99 a, Ambraciæ sedens. & ad Brutum: Ambraciam ducere equites per Thessaliam Bruti.

AMBRACIOTA. *qui ex vrbe Ambracia.* Tusc. 166 a, Callimachi quidem epigramma, in Ambraciotam Cleombrotum est.

AMBROSIA, siæ. *herba & cibus deorum.* de Or. 130 b, Pręsertim cum ita dicat ipse, vt ambrosia alendus esse videatur. Tusc. 161 b, Non enim ambrosia aut nectare deos lætari arbitror

AMBVLANS, tis. *deambulans.* de Cl. 182 a, Adolescens dilicatus in littore ambulans de Orat. 155 a, M. Manlium nos etiam vidimus transuerso ambulantem foro.

AMBVLATIO, onis. *Ipsa ambulandi actio.* de Orato. 87 a, Postero autem die cum illi maiores natu satis qui essent, in ambulationem ventum esse diceba, tum Scæuolam duobus spaciis tribusve factis dixisse, &c. de Fin. 114 a, Constituimus inter nos, vt ambulationem in Academia conficeremus. Attic. 24 b, Sed hæc ambulationibus compitalitiis reseruemus.

¶ *Locus ipse, & ambulacrum.* pro Dom. 137 b, Ibi enim postis est, vbi aditus templi est, & valuæ ambulationis, Attico. 60 b, & 61 a, Nostrã ambulationem velim, cum poteris, inuisas. Quint. frat. 318 a, Nihil ei restabat præter balnearia & ambulationem & auiarium. Quint. frat. 319 a, Edera conuestiuit quà basim villæ, quà inter columnia ambulationis.

AMBVLATIVNCVLA, læ. Att. 214 b, & Epist. 24 b.

Syntaxis. *Venire in ambulationem. Conficere ambulationem. Compitalitia ambulationes.*

AMBVLO, as. *vado, eo, iter facio, deambulo, inambulo, contendo, decurro, pedibus peragro, vel ab eo.* Attic. 137 a, Si enim recte ambulauit is qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit. de Fin. 88 a, Xerxes tãtis classibus Hellesponto iuncto Athoque perfosso maria ambulauit, terramque nauigauit. Acad. 13 b, Ambulare cum aliquo. de Orat. 114 a Ambulare in sole, Attic. 98 a, Sed vt philosophi ambulant, has tibi redditum iri putabam prius. Attic. 132 a, Eo autem modo ambulat. Cæsar, ut timeam ne citius ad Brundusium, quam opus sit, accesserit. pro Quint. 14 b, Triduo septingenta millia passuum ambulare.

☞ Syntaxis. *Rectè tabellarius ambulauit, Maria ambulare in sole ambulare. Cæsar ambulat eo modo, vt, id est, contendit. Transuerso foro ambulare.*

AMBVRO, ris, *circumuro.* pro Mil. 118 a, Vt clodius sine exequutis ambureretur.

AMBVSTVS, a, um. *circumustus, adustus.* I. V. 90 a, Hic sociorum ambustus incendio tamen euolauit. pro Dom. 136 a, & de Ar. 224 a, Qui ambustas fortunarum mearum reliquias domos suus comportarent. pro Sest. Herculis corpus ambustum. pro Mil. 103 b, Huius ambusti Tribuni pl. illæ inter mortuæ conciones.

☞ Syntaxis. *Ambustę fortunarum reliquia.*

AMERIA. *oppidum & municipium.* pro S. R. 31.

AMERINVS, na, num. pro. S. R. 21.

AMENS, tis, & ssimus. *mente motus, perturbatus.* pro Sex. Rosc. 25 a, Pater igitur amens, qui odisset filium sina causa. Orat. 219 a, Incurristi amens in columnas. I. A. 201 b, Homo amentissimus, atque omnibus consiliis præceps ac deuius. I. P. 83 b, Cùm tu ò vecors atque amens complexus illud fuoestum animal, &c. pro Fla. 166 a, Quem posthac tam amentem fore putatis qui, &c.

☞ Syntaxis. *Homo amens, & consilio præceps, ac deuius. Vecors, & amens.*

AMENTATVS, a, um. *amentis, id est loris ligatum, ad aretius accelerandum & ferendum.* de Or. 102 a, Amentatas hastas ab aliquo accipere, & eas oratoris lacertis viribusque torquere. de Cl. 189 b, Vt hastæ velitibus amentatæ traduntur, sic argumenta, &c.

☞ Syntaxis. *In epitheto. Hastas amentatas accipere, tradere.*

AMENTIA, tiæ. *insania.* dementia. Tusc. 192 a, Amentia est animi affectio, lumine mentis carens. I. C. 109 b, Mens sana confligit cũ amẽtia. Antequam. 195 b, Ego inimicorum amentiæ paucorum omnium salutis causa decedam, de Aruspi. 254 a, Hanc ob amentiam arreptus est vnus ex patriciis, cui, &c.

☞ Syntaxis. *Amentia alicuius decedere.*

AMICA, cæ. *impudica, amata mulier.* I. A. 171 b, Mater amicam filii tanquam ouum sequebatur, Amicor. 164 b, Hic tamen Citherida secum lectica aperta portat, altera vxorem, septem præterea coniunctæ lecticæ amicarum. de Diuin. 138 a, Alcibiades amicæ amictus amiculo.

AMICE, *beneuol.* Offic. 19 a, Viuere simpliciter, fideliter, vitaque hominum amice. I. V. 99 b, Familiarissime & amicissime viuere cum aliquo. de Fin. 59 b, Amice & beneuole fecisti de Amic. 97 a, & pro Pl. 274 b, Tu autem, quod mihi tantum tribuis, &c. facis amice. Part. 232 a, Vt amicè, vt intelligenter, vt attente audiamus.

☞ Syntaxis. *Vita hominum amicè viuere. Simpliciter, fideliter, amicè. Amicè, & beneuole facere. Amicè, familiariterq́; Amicè, intelligenter, & attentè audire.*

AMICTVS, a, um. *vestitus indutus.* de Cla. 169 b. M. Pupilius, vt erat lana amictus, ita venit in concionem. I. A. 267 a, cæsar amictus toga purpurea. de Orato. 154 b. Hippias gloriatus est pallium quo amictus, saccos quibus indutus esset, se manu sua confecisse. I. C. 109 a, Velis amicti, non togis. I. P. 193 a, Hæc toga qua sum amictus. de Diuin. 118 a, Alcibiades Paulo ante interitum visus est in somnis amicæ amictus amiculo.

☞ Syntaxis. *Amictus lana, toga, pallio, saccis, velis, amiculo.*

* AMICITIA. tiæ. *beneuolentiæ coniunctio, familiaritas, necessitudo.* * con suetudo]. de Iuuẽ. Amicitia, voluntas erga aliquem, rerum bonarum, illius ipsius causa, quem diligit, cum eius pari voluntate. Lel. Amicitia nihil aliud est, nisi omnium diuinarum humanarumque rerum cum beneuolentia & charitate summa consensio. ibidem. Amicitia virtutum adiutrix à natura data est, non vitiorum comes. ibidem, Nihil est tam naturæ aptum, tam conueniens ad res secundas vel aduersas, quam amicitia. ibidem. Amicitia hoc præstat propinquitati, quod ex propinquitate beneuolentia tolli potest, ex amicitia non potest. 3 Fam. Amicitia tua mihi ampla est. 1. de Fin. Amicitia claudicare videtur. pro Quint. Si amicitia veritate colitur, qui amicum prodit, vanus sit necesse est. 1. de leg. Amicitia per se colenda est. 10. Fa. amicitia sanctissime colenda. 15. Fa. amicitia nostra quę summis officiis ab vtroque culta est. 1. de Fin. amicitia cum voluptate connectitur. pro Domo sua, Amicitia Consularis. Lęl. Amicitia verum propter imbecillitatem atque inopiam desiderata. ibi. Vera amicitia mihi ditior & affluentior. videtur esse. pro Clu. Mihi cum viris fortibus, qui Censores proxime fuerunt, ambobus est amicitia. pro Pla. Amicitia inter ingratos esse non potest. Lęl. Amicitia nisi in bonis esse non potest. ibidem. amicitia sine virtute nullo modo esse potest. ibidem. Ex ardescit amicitia. 2. de Inuent. Expetenda amicitia. Lęl. Amicitia

& secundas

amicis, non potest esse iucunda. Offic. 11 a, ut in Græcorum prouerbio est. Amicorum omnia esse communia. de Le. 162 b, Vnde enim illa Pythagorea vox, τὰ τῶν φίλων κοινὰ καὶ φιλίαν ἰσότητα, Qu. frat. 303 a, Tribuni pl. designati sunt nobis amici, consules se optime ostendunt, prætores habemus amicissimos, Episto. 32 a, Vt omnes intelligant, nec me beneuolentiori cuiquam succedere, nec amiciori potuisse prouinciã tradere. I. A. 137 b, Deiotarus vnus in toto orbe terrarum ex animo amicus, vereque beneuolus, vnus fidelis pop. Rom. de amic. 98 b, Ex omnibus seculis vix tria aut quatuor nominãtur amicorum paria pro Quint. 10 b, amicos obseruantia retinere, de Am. 115 a, Acquirere amicos. de ami. 111 a, Est enim is amicus quidem, qui tanquam alter idem. Offic. 13 a, Vir bonus & simplicis veritatis amicus. pro cl. 36 a, amicus necessariusque communis. pro Fla. 149 a, amicus & per necessarius meus. Offi. 11 a, Illud enim honestũ nos mouet, atque illi in quo est, amicos facit. Tusculan. 240 b, Vtinã ego vobis tertius amicus adscriberer. Att. 190 a, Nihil est mihi amicus solitudine. Atti. 99 a, Vt ego amicior inuenirer Cilicum ærarus, quàm nostro. Att. 4 b, Iste noster amicus. de Orato. 115 a, Vbi iudex amicus aduersario, & inimicus tibi est. Att, 36 a, Ille noster amicus semper in laude versatur. Epi. 6 b, Præterea nemini de consularibus, amici animi erga te possum esse testis. * Episto. 109 a, Sed amice magnæ noli, &c.]

☞ Syntaxis. *Amici conspiratione consentientes. Amicior, iucundior, charior. Reddere aliquem alicui amiciorem. Vita inculta, & deserta ab amicis. Habere aliquem amicum Ex animo amicus. Amicorum paria. Retinendi sunt obseruantia amici. Amicus, necessariusq́. Amicus & per necessarius: Adscribe me tibi tertium amicum. Nihil mihi solitudine amicius. Illi animi erga te sum testis.*

AMISSIO, nis. *detrimentum in amittendo*. I. P. 88 a, Oppidorum turpis amissio. Episto. 47 b, amissio omnium rerum, desperatio recuperandi. I. P. 88 b, amissio dignitatis. * De Fin. 101 a, amissio sensuum. Tusc. 234 a, amissio suarum.]

AMISSVS, a, um. *perditus elapsus*. Attico. 137 b, Causam reip. amissam puto. & 342 b, Occasio amissa. pro Mur. 134 b, amisso iam tempore.) (. *Res integra* I. V 68 b, Classes amissæ ac perditę. & pro Mur. 134 b, Hoc tempore amisso annus est integer expectandus. Postq. nunquã amiserim. de Nat. 66 b, Corpora intereunt humore aut spiritu amisso. & 77 b, Quasi ego non sim questus de amissa salute. I. V. 209 b, Prẹda de manibus amissa: *id est, elapsa.*

AMITA, tæ. *soror patris*. pro Cluent. 23 b, Cluentia, quæ amitta Habitus fuit.

AMITTO, tis. *dimitto, offendo iacturam facio perdo*. I. A. 224 b, Omne ius imperii & exercitus amisisti, pro S. R. 37 b, Omnẽ honestatem amittere de Orat. 100 b, amittere ciuitatem. *id est, perdere ius ciuitatis.* p Cecin. 287 b, amittere occasionem. pro Deiot. 145 b, amittere receptum. I. RECEPTVM. amittere memoriam alicuius. *id est, obliuisci.* de Ar. 251 a, amittere mentem. *id est, insanire.* pro Mil. 108 b, amittere vitam. pro Mar. 133 b, Quos amisimus ciues. *id est, propter mortem.* pro Cæl. 51 a, cur Licinium de manibus amiserunt? pro Qu. R. 46 b, Totam litem aut obtinere, aut amittere. pro Sest. Ros. 23 b, Per summum dedecus vitam amittere. Episto. 51 b, amittere ornamenta. Episto. 51 b, Qui filium consularem magnis rebus gestis amisit. Tusculan. 250 a, amittere lamina. Offic. 79 a, Mea opera, Q. Fabi, Tarentum recepisti. Certe, inquit, ridens: nam nisi tu amisisses, nunquam recepissem. ad Heren. 38 a, Decius emisit vitam, at non perdidit; Accepit patriam, amisit animam. Tusculan. 163 b, Cum acriter oculis deficientem solem intuerentur, vt aspectum omnino amitterent. Episto. 107 b, Cogito commorari, quoad me reficiam. nam & vires & corpus amisi. * Epistol. 138 a, amittere valetudinem.]

¶ *Dimitto.* de Na. 51 b, amittere aliquem captum.

¶ *Abiicio.* pro S. R. 44 b, Assiduitate malorum sensum omnem humanitatis ex animo amisimus.

AMITTOR, tis. *perdor.* de Ora. 118 a, Quarum rerum negligentia plerasque causas videmus amitti.

☞ Syntaxis. *Amissa occasio, tempus. Classis amissa, & perdita. Præda de manibus amissa. Amittere dignitatem, ciuitatem, ius imperij, memoriam, mentem, vitam, litem. Per dedecus vitam amittere. Vitam amittit bonus, non perdit. Aspectum amittere. Amissa vires, & corpus ægritudine. Amittere captiuum: id est, dimittere. Ex animo sensum humanitatis amittere: id est, obducere callum. Amissa caussa.*

AMMON, onis. *Iupiter, qui in arenosa. Libya templum habebat.* de Di. 80 b, ammonis oraculum, & 100 a, & de N. lib. 1.

AMNIS, nis. *fluuius*. de Natura. 45 b, Liquores perlucidi amnium, riparum vestitus viridissimi. Orato. 200 b, alter sine vllis salebris quasi sedatus amnis fluit, alter incitatior fertur. de Diui. 88 b, Quosdam exarruisse amnes, aut alium cursum contortos & deflexos videmus.

☞ Syntaxis. *Amnium liquor perlucidus. Fluit sedatus. Fertur incitatior contortus, & deflexus in alium cursum amnis.*

AMO, as. *diligo, charum, habeo, studio, prosequor, beneuolentia complector, magno amore vel studio in aliquem sum vel existo, faueo, in delicijs habeo, in oculis fero, amore captus sum.* Atti. 37 a, Pompeius amat nos, charosque habet. Episto. 133 b, Mihi denique nunc amare videor, ante dilexisse. ad Brut. Episto. 1. Clodius valde me diligit, vel vt ἐμφατικώτερον dicam, valde me amat. *Ex hoc apparet, aliquanto plus esse amare, quàm diligere: verùm hoc non semper obseruatur.* Attico. 28 b, Volo ames constantiam meam. Offic. 14 a, amare diuitias. Quint. fra. 293 b, Amare ex animo. Attic. 86 b, Cicerones pueri amant inter se, discunt. I. AMAVI. attico. 8 a, Diligere, amplecti, amare, aperte laudare aliquem. de amic. 115 a, amare nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla vtilitate quęsita. Episto. 8 a, Magnitudinem animi tui semper sum admiratus, semperque amaui. * De amic. 114 a, Qui ipse sibi assententur, & se maxime ipse delectat. Offic. 59 a, Aliquis ipse de se bene existimans, & se sequi diligens. Epist. 255 a, Neque ames amore illo tuo singulari. Qu. frat. 328 a, De mancipiis, quod mihi polliceris, valde te amo.] Epist 135 a, Delectauerunt me litteræ tuæ, in quibus primum amaui amorem tuum. Attico. 100 a, Nam Alexidis manum amabam, quod, &c. I. C. 113 a, Auus tuus clarissimus vir, amauit vnicè patriam & ciues suos. I. A. 187 a, Quem ego & frater meus certatim amamus, omnibus horis, oculis, auribus, complexu tenemus. de Ar. 243 a, Quàm volumus P. C. licet ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos superamus. Attic. 58 a, Brutum abiectum quantum potui excitaui, quem non minus amo quàm tu, pene dixi, quam te. Offi. 6 b, Facile quod cuiusque temporis officium sit, poterimus, nisi nosmetipsos valde amabimus, iudicare. Topic. 265 a, Nimium se amare. At. 65 a, Et in eo me valde amo. Attic. 83 b, Habeo meam causam, quæ si Bruto non probatur, nescio cur illum amemus. Qu. frat. 313 a, Adduc (si me amas) Marium, Attic. 77 a, Si quicquam me amas, hunc locum ama. I. C. 106 a, Qui alios ipse amabat turpissime, aliorum amorum flagitiosissime seruiebat. Quin. fra. 326 b, Pompeius quàm sui ipse amans sine riuali. Attic. 189 b, Perierunt ea quæ amabas. Att. 191 a, De Rauduscul o multum te amo. Att. 2 b, Signa quę nobis curasti, ea sunt ad Caietam exposita: te multum amamus, quòd ea ab te diligenter paruoque curata sunt. Episto. Sensi ex litteris tuis valde te laborasse, amo, igitur voluntatem. Epistola. 126 b, Et in Attilii negocio te amaui.

☞ Syntaxis. *Amo, charumque habeo. Iam dilexi, nunc amo. Amare ex animo. Amo in tuis litteris amorem tuum. Vnicè amo, certatim. In hoc me valde amo. Si quicquam me amas. De Cæsar, multum te amo. Quòd ita dicas, te amo. Amo voluntatem: id est de studio gratiam ago. In hoc negocio te amo.*

AMOENITAS, tis. *suauitas locorum*. de Natura. 46 a, Amœnitates orarum & littorum, Qu. frat. 250 b, Domus suppeditat hortorum amœnitatem. de Pro. 74 b, amœnitas locorum. Episto. 94 b. Ocio tibi perfrui mirifice licuit, cum esses in ista amœnitate pene solus relictus, pro Pomp. 11 b, Non illum amœnitas ad delectationem reuocauit, Quin. fra. 317 b. Summa amœnitas fluminis. Parad. 117 b, Cogitatio amœnitatum ad delectationem.

AMOENVS, a, um. *voluntarius iucundus*. I. V. 252 a, amœnus sane & arbitris semotus locus. de Or. 135 b, Nec amœnum nec salubrem locum censet. de D. 89 a, Peramœna salicta, Att. 252 a, Prædiola nostra belle ædificata, & satis amœna.

☞ Syntaxis. *Amœnitas in littore, hortis. Locorum, & fluminis amœnitas. Locus amœnus, & semotus arbitris. Salictum peramœnum. Prædiola bellè ædificata, & amœna.*

AMOR, aris. *diligor.* I. V. 211 b, Homoq. & amari & diligi vellet. I. A. 259 a, Amari & charum esse.

☞ Syntaxis. *Amari, & diligi. Amari, & charum esse.*

AMOR, oris. *beneuolentia gratia, & studium. charitas pietas.* Tusculano. q. lib. 4, Amor est conatus amicitiæ faciundæ ex pulchritudinis specie, iuxta Stoicos. de Amic. 101 b, amor, ex quo amicitia est nominata, princeps est ad beneuolentiam coniungendam. *Hic agnoscis amorem principium esse & beneuolentiæ & amicitiæ.* Tusculano. q. lib. 4. Amor flagitii & leuitatis author. Tusculan. q. lib. 4, amor si naturalis esset, & amarent omnes, & amarentur, & semper amarent, & idem amarent: neque alium pudor, alium cogitatio, alium satietas deterreret. 13. Fam. Noster in te amor ab his initiis profectus. 4. Tuscula. Amor amicitiæ. *id est, præstantia illa beneuolentia.* de Natu 8 b, Canum amor in dominum, odium externos. de Fin. lib. 4, amor cognitionis insitus menti. *studium intelligens.* pro Sylla. amor consulatus. *cupiditas.* Lxl. Amor confirmatur & beneficio accepto, & studio perspecto, & consuetudine adiuncta. 6. Fam. Amor cultus ab aliquo diligentissimè. 13. Fam. Amor eius. *actiue.* 9. ad Attic. Amor non emergit, nunc desiderium ferre non possum. 2. ad Heren. Amor peccatum non excusat. pro Archia poeta, amor glorię nimis acer. pro Flac. Pietas & amor in patriam. *Hic vides amoris grauitatem, cum à pietate ponatur.* Curioni, lib. 2, Epistol. Incredibilis amor & in te meus cogit me, &c. 10. Fam. Amor meus. *actiue.* de Vniuers. Amor voluptate & molestia mixtus. 4. Tusculan. Muliebris amor. Off. 2, amor multitudinis vehementer commouetur. *id est, augetur, & confirmatur.* ipsa fama & opinione libertatis, beneficentiæ, iustitiæ, fidei, omniumque earum virtutum quę pertinent ad mansuetudinem morum ac facilitatem. 4 ad Att. Si amor noster ac tuorum in te est. 12. Fa. Amor ex eo inter nos natus. de Fin. lib. 1, Amor patrius. *id est, erga patriam.* Lęl. Amor quatenus in amicitia progredi debeat. *Hic amicitiam quasi virtutis habitum intellige, amorem, affectum.* 3. ad Quint. frat. Amor quem ad me scribit. ad Dolabellam, lib. 6. Episto. Nam & oratio prudens & amor erga me singularis, multum lęuaret. 2. ad Att. Amor omnis solicitus atque anxius. 2. ad Att. Amor tantus fuit, vt exhauriri nulla possit iniuria. 14. Fam. Amor tantus, ut nihil suprà possit. 5. Fam. Amor tuus se ostendit. 9. Fam. Amor verus & fictus non facile diiudicatur, 1. Fa. Amoris abundantia. *pro singulari numero.* 15 Fam. Amoris declarationem habet liber iste. Tusculan. q. lib 4, Omnibus ex animi perturbationibus est profecto nulla vehementior amoris furore. *de libidinoso intelligendum.* ad Planc. lib. 10. Episto. 14 a, Illud autem erat amoris mei, quem a tua pueritia susceptum non seruaui, solum, sed auxi, &c.

4. ad Att

4 ad Att. Amoris iter interrumpere. 1. ad Att. Amoris notis insignes epistolæ. 1. ad Qu. frat. Amoris plenissimæ obiurgationes. 8. ad Attic. Amoris primas alicui deferre. 5. Fam. Si quid residet in te amoris erga me 1. de Orato. Studium & ardor quidam amoris. *Hic animaduertas phrasim studium amoris*. 5. ad Attico. Amoris tui. *συμπάθεια*, de Nat. deor. 1, Charum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitiæ nomen est ductus. 7. Fam. Amoris tui vestigia, quoquo me verto. 6. Fa. Amoris nostri vetustas. Curioni, lib. 2. Episto. Magnitudo & vis amoris mei efficerer, te ut consilio possem iuuare. Att. lib. 6, De isto hactenus. dixerim, me vel plurima uincla tecum summæ coniunctionis optare, & si sunt amoris arctissima. 5. Fam. Amori nostro plusculum etiam, quàm concedit veritas, largiare. lib. 1. de Fini. amori patrio & ipsi naturæ præferre ius maiestatis atque imperii. 15. Fa. Cui amori, utinam ceteris, rebus possem, amore certe respondebo in Cat. Seruire amori aliorum flagitiosissime. 10. Fam. 45. in Episto. Planci. Tantùm te rogo, in Hircii locum me subdas, & ad tuum amorem & ad meam obseruantiam. 4 Tuscula. Mundum totum se ad amorê suum subleuandum conuectsurum putat. ad Dolabell. lib. 9. Epistol. Quis erat qui putaret, ad eum amorem, quem erga te habebã, posse aliquid accedere? a Philip. Omnê se amorem abiecisse illinc. *id est, abduxisse amouisse*. atque in hanc transfudisse. 61 ad Attic. Amorem erga aliquem cum hæreditate cernere. 7. ad Attico. Amorem tuum omnem, quo me es amplexus, omnemque tuam prudentiam conuerto ad eam curam de 2. Orato. Hæc res magis amorem conciliat illa virtutis defensio charitatem. 2. de Orat. Amorem conciliari sentimus. 11. Fam. Amorem tuum conseruabis. 1. Fam. Amorem debere. Tusculan. 225 b, Stoici, amorem ipsum, conatum amicitiæ faciundæ ex pulchritudinis specie definiunt: *& ibi præclara multa de amore turpe fugiendo*. 16. ad Attic. Datum tempus in quo amorem tuum experiret. Curioni. lib. 2. Episto. Perspectum mihi quidem, sed tamen dulcem & optatum amorem tuum prætulerres. ad Qu. fr. Quem certò scio ita laborare de existimatione sua, vt propter amorem in nos fraternum, etiam de nostra laborent. 10. Fam. Amorem cum aliquo constitutum habere. 9. Fam. Amorem erga aliquem habere. pro Domo sua, Amorem habere in tempu. de Inuen. 58 b, Nemo potest vno aspectu, neque prætereuns in amorem incedere. Tusculano. q. libr. 4, Amorem stupri esse negant philosophi ad Plan. lib. 10. Episto. Vt tibi ostenderem meum amorem. 14. ad Att. in Episto. ad Antoniû, Amorem meum erga te ex vultu, & oculis, & fronte perspicere potuisses. 22. Fam. Cassi, Amorem tuum erga me recognoui in tuis litteris. 10. Fam. Amorem suscipere. 9. Attic. Ab amore auertere. 6. Att. Ex amore eo quo astricti sumus laxari aliquid velim. * Attic. 86 b, Dionysius mihi quidem in amoribus est.] 15. Fam. Amore illo tuo singulari me ames. 4. Verr. Ardebat amore illius hospitæ. in Partit. 47, Amicitiæ autem charitate & amore cernuntur. *Hic perpende, ipsius amicitiæ affecta, notaq; charitatem esse, & amorem*. 5. Tusculan. Habebam adolescentes amore coniunctos more Græciæ. ibidem. Coniuges autem, & liberi, & fratres, & alii, quos vsus familiaritasque coniunxit, quanquam etiam charitate ipsa, tamen amore maxime continentur. 9 a, ad Att. Amore omni exuere. Post reditum ad Quirites. Extitit tanto in me amore frater, vt, &c. 4. Tuscula. Flagrare amore. ad Planc lib. 10. Episto. Amore impulsus hæc ad te scribenda putaui. 3. ad Quint. frat. In amore solemus ea, quæ minime volumus, cogitare. Tusculano. q lib. 4. Perturbatur ipsa mentis in amore fœda per se est. 6. Verr. Vnde igitur potius incipiam, quam ab ea ciuitate, quæ tibi vnà in amore atque in deliciis fuit? ibidem. & pro Flac. In amore esse. 10. Fam. In amore habere. ad Brut. Nihil mihi minus hominis videtur, quàm non respondere in amore iis à quibus prouocere. 1. de Orato. Amore inflamari esse debemus in patriam. 12. Fam. Treboniii, Pro amore nostro veterrimo verissimoque. Trebonius Ciceroni, lib. 12. Episto. Filio tuo nos & charitate & amore tuum officium præstituros non debes dubitare. ad Brut. Amore prouehor. Offic. 8 b, Catonis filius Tuiro amore pugnandi in exercitu remansit. 4. Tus. Etiam nouo quodam amore veterem amorem tãquam clauo clauũ eiiciendum putant. pro Cælio, Sæuo amore saucia Medea. pro Cloë. Amore generi sur capta socrus. 5. Fam. Citius amore tui fratrem tuũ odisse desinam, quàm illius odii quicquam de nostra beneuolentia detrahatur. 7. Fam. Amore vti. pro Cælio. 47 b, Amores autem & hæ deliciæ quæ vocantur, firmiore animo præditis diurius molestæ non solent esse Diuin. lib. 1, Quid amores ac deliciæ tuæ Roscius? Tuscu. quæst. lib. 4, Amores adolescentulorum in Græcorum gymnasiis liberi & concessi. Tusculan. quæstio. lib. 4. Amores adolescentulorum vt sint pudici, solliciti tamen & anxii sunt, eoque magis, quod se ipsi continent, & coercent. de Fin. lib. 2. Amores ardentes. 5 ad Attico. Amores hominum in te. Tusculan. q. lib. 4, Amores libidinosi. 2. ad Attico. Pompeius nostri amores. pro Cælio. Amorum fœdera. 1. Off. Quæ *forma & honesti facies* si oculis cerneretur, vt ait Plato, mirabiles amores excitaret sapientiæ. Tusculan. quæstio. lib. 4, Atque vt muliebres amores omittam, quibus maiorem licentiam natura concessit, *quàm adolescentulorum amoribus*. 6. Philipp. Sed redeo ad amores deliciasque nostras. L. Antonius. 7. Fam. In amoribus mihi est. 16. ad Att, Deliciis atque amoribus meis. * pro Mar. 135 b, Qui sine amore, & sine cupiditate, rursusque sine odio, & sine inuidia iudicabunt. Episto. 110 b, Est enim mihi (vt scis) in amoribus. Tusculan. 239 b, Habebam etiam more Græciæ adolescentes amore coniunctos. Episto. 161 a, Quæ tu in ore, & amore semper habuisti. I. A. 169 a, Ipse autem amore ardens confirmabat, quod desiderium tui diutidu ferre non posset, se in exilium esse iturum.]

☞ Syntaxis. *Amor est princeps ad beneuolentiam coniungendam. Amor amicitia. Canum amor in dominos. Amorem colere. Pietas & amor Amor noster: id est, quo nos amas, vel amare debes. Patrius amor. Amor tuus se ostendit. Amoris abundantia. Amoris iter interrumpere. Insignes epistola notis amoris. Studium, & ardor amoris, Amoris συμπάθεια, Charum amoris verbum. Amori amore respondere. Aliorum amori seruire. Nihil ad meum erga te amorem accedere potest. Illinc amorem abycere, & in hanc transfundere. Amplecti amore aliquem. Amorem conciliare, debere. Amorem cum aliquo constitutum habere, & amorem in & erga aliquem habere. Incidere in amorem. Ex vultu perspicere amorem, ex oculis, ex fronte. In litteris amorem recognoscere, suscipere. Ab amore auertere. Aliquid ex amore laxari. Amore amare singulari. Amore ardere: in malam partem. Coniuges ac liberi, quanquam charitate ipsa, tamen etiam amore continentur. Amor solicitus, anxius, singularis. Amorem exhaurire id est, abolere. In amore, & in deliciis esse. Amore flagrare, inflammari patriam. Amor veterrimus, ac verissimus. Amore impelli, prouehi. Pugnandi amor. Amore capi: in malam partem. Amore vti. Roscius amores, & delicia tua. Amores hominum in te. Pompeius nostri amores. In Amoribus esse alicui. Delicia, meique amores: in bonam partem. Amor acer gloria. Amor tuus se ostendit. Dulcis & optatus, prospectusq; amor, Amore omni exuere. In amore habere, & respondere alicui. Amore tuo illum odero.*

Amotio, onis. *remotio*. de Finib. 61 b, Augendæ voluptatis finis, est doloris omnis amotio, de Fin. 65 b, in omni re doloris amotio, successionem efficit voluptatis.

Amoveo, ues. *arceo, remoueo, prohibeo*. Att. 6. b, Nebulonem illum ex istis locis amoue. pro Clu. 51 b, Odium, inuidiam, metum, cupiditatesq; omnes amoue. pro Rab. 92 b, Portia lex virgas ab omnium ciuium Rom. corpore amouit. de Ar. 254 a, Senatus amouit Saturninum quæstorem à sua frumentaria procuratione, eiq; rei M. Scaurum perfecit. de pro. 69 b, Et proprium illum sensum doloris mei a sententia dicenda amouebo. de Leg. 173 a, Feriis iurgia amouento. ad Herẽ. 2 a 2, Procul amouere.)(*propè admouere*.

Amphiaraus, rai. de D. 98 b, Amphiaraum sic honorauit fama, Græciæ deus vt haberetur, atque vt ab eius solo in quo est humatus, oracula peterentur. & de N. 69 a.

Amphiologia, *vel amphologia, aut rectius amphibolia, ambiguitas est*, de D. 132 b, Nam illa amphibolia quæ Cræsum decepit, vel Chrysippum potuisset fallere. & ibidem. Tamen hanc amphiboliam versus intelligere potuisset. ad Heren. 92, Cognitionem amphiboliarum eã, quæ à dialecticis profertur, non modo nullo adiumento esse, sed potius maximo impedimento; omnes. n. illi amphibolias occupantur, eas etiam quæ ex altera parte sententiam nullam possunt interpretari: itaque &c. *& ibi multa contra dialecticos*.

Amphictyonas, num. de Inuẽ. 71 a, Accusantur apud Amphictyonas: *id est, apud commune Græcia concilium*.

Amphilochia. I. P. 100.

Amphilochus, & Mopsus Argiuorum reges & augures, de D. 98 b.

Amphora, ræ. *vasis genus & mensura*. I. V. 145 b, Iam non quæro vnde CCCCC amphoras mellis habueris. pro Fon. 278 a, Titurium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse.

Ample, & amplissimè. *magnificè, honorificè, honestè.*)(*abiectè, demissè, obscurè, turpiter, miserè, humiliter*. de Cl. 182 b, Sublate ampleque dicere. pro Dom. 228 a, Omnia collegia amplissime de salute mea decreuerunt. I. V. 214 a, Ample magnificeque triclinium exornare. I. V. 131 a, Honores amplissime & magnificentissime gessit. I. A. 205 a, Quibus militibus agri amplissimè dati assignati essent. I. A. 224 a, Aliquem supremo die suo quàm amplissime efferre. Tusculan. 233 a, Elate & ample loqui.)(*demissè & humiliter sentire*.

☞ Syntaxis. *Sublatè, ampleque dicere. Senatus amplissimè decernens. Honores Amplissimè & magnificentissimè gerere. Elate & amplissimè loqui*.

Amplector, ris. *amplexu circumplico, amplexor, comprehendo*. de Som. 227 b, Ille me amplexus atque osculans flere prohibebat. Episto. 63 b, Cæsar fauet ingeniis, in nobilitatem & dignitatem hominum amplectitur. I. A. 213 a, An Antonius equites Rom. amplectetur? Att. 8. a, Diligere, amare, amplecti, laudare aliquem. pro Mil. 115 a, Quia nimis amplecti plebem putabatur. Episto. 85 a, Me amicissime quotidie magis Cæsar amplectitur. * ibidem. Familiares quidem eius sicuti neminem.] pro Cecin. 292 b, Constituere actionem, quæ nequaquam satis verbis causam & rationem iuris amplectatur. pro Fõ. 379 a, Quę si iudex non amplectetur omnia consilio, non animo ac mente circumspiciat, profectò, &c. pro Qu. R. 51 a, Quod ego pluribus verbis amplecterer, si, &c. I. C. 118 b, Paruulus filius, qui mihi videtur amplecti rempu. de Ora. 105 a, Nam quod ius ciuile tam vehementer amplexus es, video quid egeris. pro Sylla. 178 a, Qui tanto amore suas possessiones amplexi tenebant, vt, &c. pro Quin. R. 51 a, Quod ego pluribus verbis amplecterer, si non, &c. Episto. 74 b, Cum vero ea tua sit voluntas erga me, libenter amplector talem animum. de Orat. 94 a, assentior tibi, qui non ita amplecteris artem vt alii solent, pro S. R. 46 a, Hæc parui temporis memoriam, illę perpetuę existimationis fidem & religionem amplectuntur.

☞ Syntaxis. *Amplecti aliquem: id est, amare. Ingenia amplecti, Diligere, amare, amplecti, laudare, Pluribus verbis amplecti. Amplecti vehementer scientias: id est aggredi. Amplexos aliquos tenere amore.*

Amplexor, aris. *amplector, amo, amplexibus, excipio, sinu foueo, in manibus habeo*. Episto. 12 a, Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, sic me præsente osculabantur, vt, &c. Episto.

Epist. 15 a, Neque inspectante sæpe inimicum meum modò in senatu seuere seducunt, modò familiariter atque hilarem amplexantur. Quin. F. 353 b, Appius totum me amplexatur. Att 280 a, Quo magis amplexetur ac tueatur iudicium suum. *dicitur ergo de rebus non corporeis.* de Fin 124 b, Aut ipsius animi cognitionem amplexarentur, actionem relinquerent. pro Sest. 23 a, Neque vllum amplexari ocium, quod abhorreat a dignitate. Ac. 45 a, Species, quas Plato mirifice erat amplexatus.

☞ Syntaxis. *Amplexari, in manibus habere fouere, osculari aliquem. Amplexari iudicium, cognitionem, ocium. Plato species amplexatur: idest docet, ac magni facit.*

AMPLEXVS, xus. de D. 97 a, Puer circumplicatus serpentis amplexu.

AMPLIFICANDVS, da, dum. *augendus. locupletandus.* de Ora. 96 b, Quæ pro nobis sunt, amplificanda atq; augenda: quæ pro aduersariis, infirmanda atque frangenda.

AMPLIFICATIO, onis. *exaggeratio, augmentum, accessio, cumulus.* Offi. 6 a, Nec verè amplificatio rei familiaris nemini nocens vituperanda est. Part. 232 a, Est enim amplificatio, vehemens quædam argumentatio. item 234 b, Est igitur amplificatio grauior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem. ad Heren. 15 a, Amplificatio est res quæ per locum communem instigationis auditorum causa sumitur. ad Heren. 20 b, Amplificatio, quæ aut ad iracundiam inducit, aut ad misericordiam trahit auditoris animum. de D 215 a, Si extis pecuniæ mihi amplificatio ostenditur. Ora. 206 a, Ergo in omni genere amplificationis exarsimus. Offic. 41 a, Amplificatio honoris & gloriæ.

☞ Syntaxis. *Rei familiaris amplificatio, pecuniæ honoris, gloriæ.*

AMPLIFICATOR, oris. *exaggerator, locupletator* Tuscu. 23na, Pythagoras non solum nominis inuentor, sed etiam rerum ipsarum amplificator fuit. Epist. 151 b Maximæ dignitatis non modo fautorem, sed etiam amplificatorem cognosces.

AMPLIFICATVS, a, um. *auctus.* I. C. 11t a, Qui hanc urbem conditam amplificatamque seruauit. de Natu. 27 b, Respublica amplificata. de Leg. 190 b, Pauci honore & gloria amplificati, uel corrumpere mores ciuitatis, uel corrigere possunt. pro Dom. 231 a, A populo semper sum defensus, amplificatus, & ornatus. Epist. 29 a, Dignitas tua, quæ quidem à te ipso integritate & clementia tua sic amplificata est, ut nihil addi posse uideatur.

AMPLIFICO, as. *augeo, amplum facio, dilato, multiplico, verbis paruam rē magnificam facio, verbis maius facio, collocupleto.*)(. *infirmo. extenuo, minuo.* de Orat. 152 b, Amplificare rem ornando, quod ualet non solum ad augendum & tollendum aliquid dicendo, sed etiam ad extenuandum atque abiiciendum. pro Pom. 13 b, Conseruare atq; amplificare rempub. Antequam, 193 a, Alicuius amplitudinem ac gloriam laude atque honoribus amplificare. de Nat. 56 b, Eamque facultatem differendi amplificauit academia. de Orat. 104 a, Aliquid dicendo amplificare atque ornare. de Am. 107 a, Amplificare fortunam. Tusc. 186 a, Nam attrectatu & quasi sensum amplificatis dolorem. Ora. 208 a, Augere & amplificare res. Acad. 22, Ac uereor ne talium personarum cum amplificare uelim, imminuam gloriam.

AMPLIFICOR, ris. *ex actiuo patet potestas.* de Finib. 97 a, Vt postea voluptas augeri amplificarique non possit. de Na. 55 a, His naturis relatus amplificatur sonus.

☞ Syntaxis. *Amplificare, & augere. Auctor & amplificator. Vrbs amplificata Honore & gloria amplificatus. Defensus, amplificatus, ornatus. Rem ornando amplificare Rempu.*

AMPLIO, as. *comperendino, amplius prorsus, ampliandi facultatem concedo, rem profero* pro Cec. 290 a. Cum causam non audisset, & potestas esset ampliandi, dixit sibi liquere. I. V. 81 a, Vt etiamsi lex ampliandi faciat potestatem, tamen illi sibi turpe existiment, non primo iudicare. ad Heren. 35 b, Quid tum iudices, quare illum nefarium, ampliaueritis?

☞ Syntaxis. *Ampliant iudices rerum.*

AMPLITVDO, nis. *gloria, dignitas, splendor, pondus, autoritas grauitas, claritudo præstantia, maiestas, claritas.* de Inuen. 83 a, Amplitudo est potentiæ, aut maiestatis aut aliquarum copiarum magna abundantia. de Orat. 123 b, Maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis. ad Her. 9 b, Maiestatem is minuit, qui amplitudinem ciuitatis detrimento afficit. pro S. R. 19 a, Vir in quo summa autoritas est atque amplitudo. pro Mur. 127 b, Q. Pompeius posteris suis amplitudinem nominis, quam non acceperat, tradidit. de Cla. 191 a, Ad summam amplitudinem peruenire. pro Mur. 127 b, Quod uirtute perfecisti, vt summa amplitudine dignus putareris. Antequam. 193 b, Amplitudinem & gloriam alicuius laude atque honoribus amplificare. Offic. 14 b, Horum sententia ad claritatem amplitudinemque aptior est. Offi. 13 b, Harum rerum duarum splendor omnis & amplitudo est. pro S. R. 41 a, humilitas cum dignitate de amplitudine contendit. I V. 226 a, Signum fuit quoddam ex ære modica amplitudine, singulari opere. Epist. 172, b, Illud ad tuam amplitudinem & dignitatem pertinet, te, &c. I. V. 131 a, Vt omnes huius honores inter suos & amplitudinem possent cognoscere. Epist. 144 a, Vt omne nostrum consilium, &c. ad amplitudinem tuam conferamus. Epist. 4 b, Possum confirmare, te summo omnium studio amplitudinem tuam retenturum. Epistò. 6 a, Illustrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum.

☞ Syntaxis. *Amplitudo nominis potentię, maiestatis, copiarum. Amplitudo, ac dignitas. Autoritas, & amplitudo. Ad summam amplitudinem peruenire. Amplitudo & gloria. Claritas, & amplitudo Splendor, & amplitudo, ac dignitas. Honores, & amplitudo. Consilium omne ad pro tua amplitudinem conferre. Retinere suam amplitudinem. Iniuria hominum illustrata amplitudo.*

AMPLIVASVS. ad Her. 22 a, ampliuagas imagines reddunt.

AMPLIVS, *plus quàm, tam. præterea. supra, magis insuper.* de Ora 91 a, Nō luctabor, inquit, tecum Crasse amplius: id enim, &c. Att. 4 b, Ille satisdari amplius abs te non petit. Tusculano. 47 b, Eo contenti non quęrunt amplius. pro Sex. Ros 42 b, Quid vis amplius? & ibi. Quid quæris amplius? de In 60 b, Quidnam amplius desideratis? Acad. 20 b, At amplius non desideramus. I. C. 98 b, Etenim quid est Catilina, quod iam amplius expectes? pro Plan. 273 b, Quæris quid prohiberis meis amplius quàm pro Plancio facio, facere possem. de Nat. 32 b, Stirpibus natura nihil tribuit amplius, quam vt eas alendo atque augendo tueretur, bestiis autem sensum & motum dedit, &c. homini hoc amplius, quòd addidit rationem. Atti. 476 a, Cui cum eisem assensus, decrem hoc amplius, vt, &c. pro Cec. 305 a Habetis eum, vt nihil dicam amplius, qui se, &c. pro Mar 133 a, Alterius vero partim, nihil amplius dicam, nisi quod, &c. in Verr. 261 b, Scipsum abs te repetit nihil amplius. pro Cecin. 290 a, Illi se suos armatos adduxisse dixerunt, etiam hoc amplius Cecinnam, &c. pro Pis. 292 b, Nihil dico amplius, hoc tamen miror, cur, &c. de Fin 126 b, Cum vterque eorum scripsisset, hoc amplius Theophrastus, quæ essent, &c. I. V. 73 b, Ego ero ædilis hoc est, paulo amplius quam priuatus. & Epist. 142 a, Itaque obtemperare cogito præceptis tuis hoc amplius nauicularum habere aliquid, &c. Attic 130 b, Itaque non amplius XIIII cohortes Luceriam coegi. I. V 78 b, Cum enim amplius centum ciues Rom. cognoscerent I. V. 133 b, Leges in quibus eadem illa sunt, & hoc amplius, cum, &c. de Cl. 170 a, Orationes amplius. C. I. Ac. 20 a, Mathematici confirmant solem amplius duodeuiginti partib. maiorem esse quam terram. Epist. 172 b, Mihi fuit sestertiū quatuor millibus amplius. Attico. 31 a, Qui ager, &c. non amplius hominum quinque millia potest sustinere Epist. 190 a, Interim cognoui in Cilicia esse classem Dolabellæ, amplius quàm centum naues onerarias. I. V. 124 b, Quibus ne reiiciendi quidem amplius, quàm trium iudicium præclaræ leges Corneliæ faciunt potestatē. I. V 113 b, Amplius H-S. quadringēties accepisse te arguo. I. A. 168 a, Ego amplius H-S. ducenties acceptum hæreditatibus retuli. I. V. 212 b, Hora amplius iam in demoliendo signo per multi homines moliebantur. pro Q. R. 46 b, Si amplius H-S. nummo petisti, quàm tibi debitum est, causam perdidisti. Orat 219 a, Sæpe singulis vtendum est, plerunque binis, non fere ternis amplius. pro Fl. 156 a, Qui septingentos iam annos amplius regnant. pro Qu. R. 44 b a, Tu hoc nomen in aduersariis triennium amplius iacere pateris. & ibidem. Hoc nomē triennio amplius aduersariis relinquebas. & ibidem. Amplius sunt sex mēses. & ibidem. Amplius triennium est. Clar. 162 a, Cōsules re audita amplius de consiliis sententiam pronunciant de Ar. 256 a, Quid enim si illi inimicissimus esset, amplius ad eius laudem minuendam facere potuisset? in Verro. 123 a, Facite quod libet. daturus non sum amplius. in Verro. 105 b, At erat & esset amplius, si uelles populo cautum.

☞ Syntaxis. *Tibi hoc amplius dabo, quòd litteras mittam Etiam hoc amplius: idest præterea. Hoc amplius Theophrastus, idest super cæteros docuit. &c. Paulò amplius quàm priuatus. Tuis præceptis hoc amplius obtempero. Non amplius dotem nummos habeo. Amplius duobus partibus maius. Non amplius hominum millia habet. Habet classem amplius quàm centum naues. Hora amplius iam laborare. Vtare binis non fere ternis amplius. Triennium amplius ægrotare, & triennio amplius Amplius sex menses. Amplius triennium est.*

AMPLVS, amplior, & amplissimus. *magnus & potens.* I. V. 217 a, Erat admodum amplum & excelsum signum cum stola. Quin Fr. 295 a, Theatrum celebritate refertissimum, magnitudine amplissimum. I. V. 239 a, Amplissimas fortunas amittere Off. 23 a, Ampla domus. I. V 228 a, Amplissima curia & gymnasium, amplissimum.

¶ *Præclarus, ingens præstans dignitate, illustris. honestus.* Pro Pom. 4 a, Locus ad agendū amplissimus, ad dicendum ornatissimus. pro Mar. 135 a, Quicquid est quamuis amplum sit, id parum est, tum, cū est aliquid amplius. ad Herē. 22 a, Loci præter modum ampli. I. V. 235 b, Amplissimum collegium Decemuirale, I. V. 100 b, In amplissima ciuitate amplissimo loco natus. Attic. 110 b, Amplissimus ciuis, pro Cecinn. 305 a, Homo uirtute cognita, & spectata fide amplissimus. Ora. 199 b, Amplus & grandis orator. de Cl. 186 b, Pompeius erat oratione satis amplus de In. 83 a, Ampla & potens ciuitas. Att. 123 b, Pro tuis rebus gestis amplissimis amplioribus ne quæ est tuis, quā Africani? pro S. R. 32 b, Is mihi uidetur amplissimus, qui sua uirtute in altiorem locum peruenit. Epist. 86 a, Quanquam id magnum & amplum est. de In. 43 a, Eius quædam magna & ampla pars est artificiola eloquentia Atti 43 b, Quis vnquam ex tam amplo statu concidit? I. V. 79 a, Nullum munus amplius aut gratius mihi esse poterat. Epist. 3 b. A. Trebonius qui in tua prouincia magna negocia, & ampla, & expedita habet. de Orat. 86 a Ac ne illud quidem uere dici potest, aut plures ceteri artibus inseruire, aut præmiis ad perdiscendum amplioribus commoueri. de Pro 74 b, Ampliorem honorem alteri tribuebat, quam ipse erat consecutus pro Murena 127 a, Ampla & honesta familia. contra Rul. 67 b, Omnia quæ chara nobis atque ampla sunt. de Am. 109 a, Suosque omnes per se esse ampliores uolebat. Att. 124 b, Vt respub. opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. pro Mu. 112 a, Parum amplis præmiis afficere aliquem.

☞ Syntaxis. *Signum amplum, & excelsum cum stola. Theatrum amplissimum magnitudine. Fortuna, domus ampla. Amplissimus locus ad dicendum*

diendum. Collegium amplum, ciuitas, ciuis. Amplissimo natus loco. Vir spectata fide amplissimus. Amplus & grandis orator. Vir concione amplus. Id magnum & amplum est. Munera ampla, & grata. Negocia & ampla, & expedita. Ampla & honesta familia. Chara, & ampla sunt hæc nobis. Volo meos per me ampliores esse. Ampla sit gloria Reipub.

AMPVLLA, læ. *vas vitreum, ventre amplo & inflato.* de Fin. 113 a, Si ampulla aut strigil accedat.

AMPVTATIO, onis. de Sen. 88 a, Sarmentorum amputatio.

AMPVTATVS, a, um. *circumcisus, mancus.* Oratore 213 b, Infracta & amputata loqui. de Fin. 58 a, Amputata & circumcisa omni inanitate & errore.

AMPVTO, as. *circumcido, reseco, reijcio, refello.* Orato. 119 b, Volo esse in adolescente, vnde aliquid amputem. de Orato. 90 b, Licet hinc quantum cuique videbitur, circumcidat atque amputet. Atticor. 35 a, Chrysippus testatur treis solas esse sententias, quæ defendi possint de finibus bonorum circumcidit, & amputat multitudinem: *idest ablegat, & refellit.*

AMPVTOR, ris. *circumcidor.* I. A. 217 a, Sic in reipub. corpore, ut totum saluum sit, quicquid est pestiferum, amputetur. Orat. Membra quædam amputantur, si, &c.

☞ Syntaxis. *Amputata loqui, & infracta. Inanitas amputata. Multitudinem circumcidit & amputat. Amputare pestiferum: idest, morbidũ, contagiosum, affectum.*

AN, ne. *vtrum, an ne, nonnum, ecquid.* de Ora. 162 b, Refert etiam qui audiant, senatus, an populus, an iudices, frequentes an pauci, an singuli. In quo quæsitum est, in totone circuitu, an in principijs solum an in extremis, an in vtraque parte numerus tenendus sit. Tusculano. 251 a, An tu dialecticisne imbutus quidem es? I. P. 80 a, Nam quid ego de consolatu loquor, parto vis, an ne gesto. Acad. 25 b, Tria pauca sunt, an ne multa. Acad. 34 b, Nescio an ne quinque vtrum quidem quenquam. Orat. 217 a, Quærendumque, vtrum vna species, an ne plures. pro Cor. 66 a, An-ne licebit fœderatis istæc, uobis non licet? Attic. 139 b, Scire velim quomodo dicat spopondisse, pro patre, an-ne pro filio? de Diuina. 85 b, An nam imperatorum scientia nihil est? de Orat. 107 a, An verò si de re ipsa, & necessario perdiscimus? Epistol. 8 a, Multum interest, vtrum laus minuatur, an salus deferatur. Epist. 103 b, Id utrum more Romano locutus sit, an quomodo Stoici dicunt, postea uidero. Tus. 291 a, Vtrum quod minus, &c. an quod corpora, &c. pro Q. 14 b, Tamen ne uereris, ut, &c. de Diu. 98 b, Fiat necne fiat, id quæritur.

☞ Syntaxis. *Refert qui audiant, senatus, an populus. An tupiùs ne quidem es? Tria pauca sunt, anne multa? Vtrum vna res, anne plures? Anne licebit cunctis, tibi non licebit? Annum prouidentia nihil est? Multum interest, vtrum, &c. an. Tamen ne vereris?*

ANACTES, dũ. de N. 70 a, *Sunt qui Anaces legant.*

ANACREON, tis. *poeta.* Tusculano 225. a, Anacreontis tota poesis est amatoria.

ANAGNIA, iæ. *oppidum.* pro Dom. 229. item. I. A 180.

ANAGNINVS, na. pro Dom. 229 item I. A. 180.

ANAGNOSTES, stæ. *lector, alicuis seruiens.* At. 7 a, Puer festiuus anagnostes noster Sositheus decesserat. Epi. 65 b, Dicitur mihi tuus seruus anagnostes fugitiuus. Vardæi esse.

ANALOGIA, giæ. *proportio.* Atti. 90 b, Phliasios dici sciebam, sed primò me ἀναλογία deceperat, φλιοῦς, ὀπουῦς, σιπουῦς, ὀπούντιοι, σιπούντιοι. sed hoc continuò correximus. *Vide Proportio.*

ANAPAESTICVS, a, um. Ora. 215 b, Anapæsticos versus ex libris Isocratis elegit Hieronymus peripateticus.

ANAPAESTVM, sti. & anapæstus, sti. *modo pedem in versu, modò versum anapæstum significat.* Tuscul. 202 b, Nec siletur illud potentissimi regis anapæstum: qui laudat senem quòd &c. de Finib. 68 a, Omnes Danai aut Mycenenses, Attica pubes reliquique Græci, qui hoc anapæsto citantur. Tuscu. 182 b, Nec adhibetur vlla sine anapæstis pedibus hortatio. de Orato. 159 b, Quare primùm ad heroum nos dactyli, & anapæsti, & spondei pedem inuitat. de Orat. 160 a, Ex illis modis, quibus hic usitatus uersus efficitur, post anapæstus procerior quidam numerus effloruit. Orato. 215 b, Ita factus est anapæstus, is qui Aristophaneus dicitur.

ANAS, tis. *auis aquatilis.* de Nat. 50 b, Anatum oua gallinis sæpe supponimus. *Anas est à nando dicta.*

ANATICVLA, læ. de Fin. 135 b. Nare anaticulas.

ANATOCISMVS, mi. *fœnus quod ex fœnore capitur.* Att. 83 b, Nihil impudentius Scaptio, qui centesimis cum anatocismo contentus non esset. L. CENTESIMAE.

ANAXAGORAS, ræ. *Philosophus.* Ora. 198 a, Pericles Anaxagoræ physici auditor. Acad. 18 b, Anaxagoras niuem nigram dixit esse.

ANCEPS, pitis. *dubius, incertus, ambiguus.* pro Mar. 133 b, Incertus est exitus, & anceps fortuna belli. Orat. 205 b, Dicendi ancipites incertique casus. pro Pomp. 5 b, Vos ancipiti contentione distracti de imperio dimicaretis. Epist. 68 a, Ancipites variique casus habent admirationem. de Somn. 127 a, Ancipitem viden quasi fatorum viam. Offic. 3 a, Fit ut distrahatur in deliberando animus, afferatque ancipitẽ curam cogitandi. Or. 125 a, Anceps caosa. & 153 b, Anceps disputatio & Epist. 187 a, Anceps cura. Her. 41 a, In ambiguis ancipitem & multiplicem verborum potestatem esse.

¶ *Vtrinsque, vel geminæ naturæ.* de Natu. 22 a, Bestiæ quasi ancipites in vtraque sede viuentes.

☞ Syntaxis. *Belli exitus, & fortuna anceps. Anceps & incertus casus. Contentio anceps. Casus anceps ac varius. Anceps fatorum via, causa, disputatio, cura. Anceps & multiplex verborum potestas.*

ANCHORA, ræ. *ferrum aduncum ad sistendas naues.* I. V. 253 b, Malum erigi, uela fieri, anchoras præcidit imperat. Att. 7 a, Epist. quam (ut scribis) anchoris solutis de Phaselo dedisti.

☞ Syntaxis. *Anchoras præcidere, ac soluere.*

ANCILE, lis. *breue scutum, quod à Cic. sic describitur.* I. A. 238 a. Brutus ita conseruandus est, ut id signum quod cœlo delapsum, Vestę custodia continetur, quo saluo salui sumus futuri.

ANCILLA, læ. *pedissequa, famula* in Verr. 149 b, Hunc serui ancillaque amant. de Finib. 51 a, An partus ancillæ in fructu sit habendus. pro Mur. 106 b, Muliebris & delitatus ancillarum puerorumque comitatus. Or. 134 b, Ancillam domini iussu aliquid facere.

ANCILLARIS, re. *ancillarum propriam.* Tuscula. 239 b, Itaque ancillari sordidoque artificio regiæ uirgines, ut tonstriculæ tondebant barbam, &c.

ANCILLOR, aris. *famulor, adstringor.* in Sall. 273 b, Non n. vni priuatim ancillatus sum, neque me addixi, &c.

ANCILLVLA, læ. de Or. 105 b, Iuris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam pedisequamque addixisti, & de Fin. 79 a.

ANCONA, & Ancon. *vrbs in Piceno.* I. A. 244 a. Episto. 261. Attic. 108 b, Anconem amisimus.

ANDABATA, tæ. *gladiatorum genus.* Episto. 100 a. Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus. *idest, in tenebris agentem vel oculos clausos tenentem, Andabatarum more: qua gens in tenebris pugnare consueuerat* [illegible] *Andabata apud Non.* 1276. 54

ANDROGYNVS, ni. *qui utrumque sexum habet.* de D. 100 b, Quid ortus androgyni? nonne fatale quoddam monstrum fuit?

ANDROMEDA, dæ. *signum cæleste.* de N. 48 a.

ANDROS, *insula.* Att. 143.

ANELLVS. L. ANNELVS.

ANFRACTVS, ctus. *circuitio, flexus ambitus,* de Na. 35 a, Figura nihil habens incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil, &c. Par. 231 b, Oratio circumscripta longo anfractu. de Di. 134 b, Iam verò quid opus circuitione & anfractu? de Som. 127 a, Cum ætas tua septenos octies solis anfractus reditusque conuerterit. de Leg. 175 a, Itaque ut ita cadat in annuis anfractibus descriptum esto.

☞ Syntaxis. *Oratio longo anfracta. Circuitio & anfractus. Ætas tua conuertit iam decem anfractus, reditusq; solis. Annui anfractus.*

ANGIPORTVS, *vicus, angusta via & compendiaria inter domos.* in Ver. 237 a, Vt omnibus in angiportis prædonis improbissimi statuæ ponantur. de D. 95 a, Ex horreis effusum frumẽtum vias omnes angiportusque constrauit. ad Her. 40 a, Ait eos angiporto toto deerasse. pro Milo. 113 b, Nullum in urbe vicum, nullum angiportum esse dicebant, in quo Miloni non esset conducta domus.

ANGO, gis. *constringo, crucio, premo, sollicito, vexo, torqueo, discrucio.* Attic. 19 a, Multa sunt quæ me solicitant anguntque. Q. Fr. 322 a, Me illa cura solicitat angitque vehementer. de Senect. 91 a, Hoc me maxime angit & solicitum habet.

ANGOR, eris. *discrucior.* Atti. 134 b, Tamen angebar singularum horarũ expectatione. Offic. 37 b, Dionysius maximo cruciatu timoris angi solitus. Atti. 33 b, De Statio angor equidem. Attic. 115 b, Non possum sine dolore accusare eum, de quo angor & crucior. pro Archid. 291 a, Neque tot curis vigilijsque angeretur, si, &c. Att. 72 b, Angor intimis sensibus. de C. 165 b, Equidem angor animo, reimp. &c. Epi. 262 b, Audio te animo angi, & medicum dicere ex eo te laborare. Epist. 47 a, Vehementer esse solicitum, & in communibus miserijs præcipuo quodam dolore angi. de Am. 97 a, Amicorum decessu angi. Att. 138 b, Antea solicitus eram & angebar, quo vti consilio possem. * Tusculan. 121 b, Quis enim potest, in quo angor sit, non anxius esset.]

☞ Syntaxis. *Solicitor & angor. Cura me angit, habetq; sollicitum. De amico angi. Angi & cruciari. Intimis sensibus, animo, præcipuo dolore.*

ANGOR, oris. *vexans ægritudo, premens, ac discrucians solitudo.* Offic. 33 a, Nec me angoribus dedi, quibus essem confectus, nisi restitissem, nec rursum indignis homine docto voluptatibus. Tusculan. 213 a, Angor est ægritudo premens. I. A. 197 b, Angoribus conficiar. Epist. 70 a, Me ab omnibus molestijs angoribusque abducam. Offic. 69 a, Angores, solicitudines, nocturni diurnique metus. Att. 16 a, Cura & angor animi.

☞ Syntaxis. *Angoribus se dare, confici. Abducere se à molestijs & angoribus. Cura & angor animi.*

ANGVICVLVS, li. de Fin. 134 a, b, Serpere anguiculos.

ANGVINVS, a, um. *anguis peculiaris, & proprius.* de D. 136 a, Ceruix anguina. Pacuuius.

ANGVIS, nis. *serpens.* de D. 83. item 121 a, Tib. Gracchus duobus anguibus domi comprehensis aruspices conuocauit. de D. 95 b, Ab infima ara subito anguis emersit. Inuen. 48 a, Angues ingentes alites iuncti iugo. de N. d. 21 b, Angues uolucres in Libya.

☞ Syntaxis. *Anguis emersit. Angues alites, & alatas, volucres.*

ANGVITENENS, tis. *Ophiuchus. signum cæleste, quòd teneat anguem.* de Natur. 47 b,

Anguitenens, quem clarè Ophiuchum nomine Graij.

ANGVLATVS, a, um. de Na. 14 b, Corpuscula rotunda alia, partim angulata. *idest, angulis prædita.*

ANGVLVS, li. *figura est ex linearum adiunctione per se distinctarum.* de N. 35 a, Figura nihil habẽs incisum angulis, nihil anfractibus, nihil, &c. & de Vn. 198 b, Tuscula. 156 b, Terrena & humida, suopte nutu & suo pondere ad pares angulos in terram & in mare feruntur. I. C. 106 a, Nemo non modo Romę, sed ne ullo in angulo totius Italiæ fuit, quem, &c. pro Cæcin. 302 a, Et me ad omnes verborum angustias,

ftias, & ad omnes litterarum angulos reuocas.

☞ Syntaxis. *Ad pares angulos ferunt in terram terrenum.*

ANGVSTATVS, a, um. *coarctatus.* de Som. 129 b, Terra angustata verticibus, lateribus latior.

ANGVSTE, angustius. *arctè, strictè, exiguè, axiliter, tenuiter, presè, ieiunè.*)(. *latè, fusim liberius.* Or. 207 b, Presse & anguste definire. de Nat. 30 a, Breuius, angustius. de Or. 98 a, Quæ Crassus coarctauit, & peranguste referfit in oratione sua. de Clar. 192 a, Anguste & exiliter dicere. de Partit. 147 a, Hi enim vrgentur angustius.

☞ Syntaxis. *Presse, & angustè definire. Breuius & angustius, Coarctata, & per angustè referta in libro. anguste & exiliter dicere. Hostem vrgerè angustè.*

ANGVSTIAE, arum. *fauces, terræ, maris.* contra Rull. 83 b, Corinthus erat posita in angustiis atque in faucibus Græciæ. de Natu. 30 a, Fretorum angustiæ.

¶ *Paupertas.* Epistola. 264 b, Ex meis angustiis aliis sustento tenuitatem. Partit. 240. Angustia rei familiaris, contra Rull. 73 b, & pro Corn. 67 b, Et multa alia, quæ senatus propter angustias ærarii vendenda censuit.

¶ *Difficultas.* Acad. 28 a, Cum sit campus in quo possit exultare oratio cur eam in tantas angustias, & in Stoicorum dumeta compellimus? de Or. 154 a, Quantis ex angustiis oratorem educere ausus es pro Plan. 270 b, Etenim verebantur credo angustias, quasi res, &c. pro Cec. 301 a, Et me ex hoc (vt ita dicam) campo æquitatis ad istas verborum angustias. & ad omnes literarum angulos reuocat.

¶ *Infirmitas.* I. P. 84 b, Non capiunt angustiæ pectoris tui, non egestas animi recipit tantam personam. pro Mar. 135 a, b, Tuus animus nunquam angustiis, quas natura nobis ad viuendum dedit, contentus fuit.

¶ *Ærumnæ.* de Finibus. 125 b, Quæ igitur causa tantarum angustiarum? pro Qu. 3 b, Tum iste, qui hunc in summas angustias adductum putaret, negat, &c. Epistol. 265 a, Excusationem angustiarum tui temporis accepio. de Orato. 164 b, Angustiæ temporis. de Orat. 85 a, In his vel aspernatibus rerū, vel angustiis temporis obsequar studiis nostris.

ANGVSTVS, a, um. *arctus, breuis hoc præcipuè.* de Leg. 159 b, In paruum quendam, & angustum locum concludi. de L. 101 b, Pontes etiam lex Maria fecit angustos. Or. 215 a, Angusta quædam atque concisa, & alia est collatata, & diffusa oratio. * de Or. 92 a, [Nimis exiguum, & angustum tempus.]

¶ *Numeri pauciores.* Off. 11 b, Ab illa enim immensa societate humani generis in exiguum angustumque concludi. de Am. 99 b, Ex infinita societate generis humani ita contracta est, & addicta in angustum, vt omnis charitas aut inter duos, aut inter paucos iungatur. Aca. 46 b, Illi perturbationes animi ex homine non tollunt, sed eas contrahunt, in angustumque deducunt.

¶ *Abiectus.* Off. 14 a, Nihil est tam angusti animi, tamque, parui, quā amare diuitias. de Fin. 61 a, Ecce autem alii minuti & angusti, aut omnia semper desperantes.

¶ *Difficilis.* pro Rab. 92 a, Illam alteram partem nimis exiguam & angustam esse voluisti pro Pl. 270 a, b, Nunc ab vtroque eas cautius aio, ne in angustum venirent. Acad. 23 a, Latum.)(. *Angustum.*

☞ Syntaxis. *Corinthus in angustiis, & in faucibus. Ex suis angustiis aliorum sustentare tenuitatem. Angustia pectoris, & animi egestas. Temporis angustia. Res in angustum contracta. animus angustus, paruus. angusti minutique id erat.*

ANHELANS, tis. de Nat. 48 a,

Dum gelidum valido pectore frigus anhelans.

Capricornus. ——— I. C. 104 a, Catilina furens audacia, scelus anhelans. ad Heren. 41 b, Ille anhelans ex infimo pectore crudelitatem ad Heren. 34 b, Itaque anhelans ex imis pulmonibus præ cura spiritus deducebatur.

☞ Syntaxis. *De pectore anhelans frigus gelidum. Ex infimo pectore scelus anhelare, crudelitatem. Ex imis pectoribus anhelanti spiritus ducitur.*

ANHELATVS, a, um, de Or. 146 b. Verba inflata & anhelata grauius.

ANHELITVS, tus. *spiritus, respiratio.* Off. 26 b. Quæ cum fiūt, anhelitus mouentur, vultus mutantur, ora torquentur. Postquam. 270 b, Nōre vnguentorum odor, non vini anhelitus in eam cognitionem adducebat? vt, &c. I. A. 246 b, Quam vim anhelitus fore censetis.

¶ *Terræ vapor.* de Diu. 104 a, Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatæ mētes oracula funderent. de D. 117 a, Placet Stoicis eos anhelitus terræ, qui frigidi sint, cum fluere cœperint ventos esse. de D. 132 b, Euanuit autem vetustate vim loci eius, vnde anhelitus ille terræ fieret.

☞ Syntaxis. *Anhelitum mouere, & vo. Vini anhelitus, Terrarum anhelitu inflabant mentes.*

ANICVLA, æ. *anus, vetula mulier.* de Natur. 12 b, Cui tanquam Aniculis, & quidem in doctis fato fieri omnia videntur. Tus. 18 b, & de Cl. 180 a, Aniculæ sæpe inediam biduum aut triduum ferunt. de Di. li. 2, Hæc mihi iam crede, ne aniculæ quidem existimant. de Nat. lib. 1, Vix digna sunt lucubratione anicularum.

ANIO, enis. *fluuius ad III. ad vrbe miliarium.* de Clar. 169 a. L. PLEBS. Offi. 75 a.

ANIENSIS tribus. pro Pl. 275 a.

ANILIS, le. *quod aniculam potius quàm virum decet.* Tuscu. 168 a, Pellātur ergo ineptiæ istæ pene aniles. & de D. 134 b, Omnem superstitionem imbecilli animi, atque anilis esse.

ANILITER. *anicularum instar.* de Nat. 78 b, Superstitiosè atque aniliter dicere aliquid.

ANIMA, æ. *animus, ac vitæ prima causa.* de Somn. 131 a, Hæc est natura propria animæ atque vis, vt ipsa à se ipsa moueatur: quæ si est vna ex omnibus quæ sese moueat, neque nata est certe, & æterna est. de N. 65 a, Quærit apud Xenophontem Socrates, vnde animam arripuerimus, si nullus fuerit in mundo Deus. Tuscu. 152 a, Animus anima continetur. pro S. R. 45 a, Is tibi omnia sua præter animam tradidit. I. C. 122 b, Præterea de vestra vita, de coniugum vestrarum ac liberorum anima, hodierno die iudicandum est. pro Sest. 21 a, Si P. Sestius animam, quam vix retinuit, edidisset. Epi. 238 a. Vos meæ charissimæ animæ, quam sæpissime ad me scribere. * ibidem. Tulliæ Terentiæ, & pater Tulliolæ, duabus animis suis.] Episto. 239 a, Considerandum vobis etiam atque etiam animæ meæ, diligenter puto, quod faciatis an Arat.

¶ *Hæc aurem anima vitalis flamine mulcet.* Tusc. 152 a, Nam & agere animam, & efflare dicimus. Att. 119 a, In vnius hominis quotannis periculose ægrotantis anima, positas nostras omnes spes habemus. pro Qu R. 48 b, Eodem tempore & gestum & animam ageres. pro Mil. 111 a, Amittere animam, *id est, mori.* ad Heren. 38 a, Efflare animam *id est, mori.* Episto. 123 a, Agere animam *id est, mori.* I. V. 264 a, Reliqua est causa, quæ non delata ad me, sed in anima sensuq; meo penitus affixa atque insita est. Attico. 145 a, Ægroto dum anima est spes esse dicitur. de Natur. 18 b, Anima consilii rationisque particeps. in Verro. 178 a, Apronius, qui non modo animum integrum, sed ne animam quidem puram conseruare potuisset. Tuscu. 152 a, Animus ab anima dictus est.

¶ *Spiritus, vitæq;, & anhelitus.* pro S. R 30 a, Ducere animā de cœlo. Ora. 206 b, Ita viuunt dum possunt, vt ducere animam de cœlo nō queant. de N. 58 a, Sui, ne putresceret, anima pro sale data est. de Or. 159 a, Interclusio animæ & angustiæ spiritus.

¶ *Aer.* Ac 31 a, Si simplex animus, vtrum sit ignis, an anima, an sanguis. de Vn. 107 a, Inter ignem & terram, aquam Deus animamque posuit. de Nat. 53 a, & 54 a, Aspera arteria excipit animam meam, quæ ducta est spiritu, eamque a pulmonibus respirat, ac reddit. de Orato. 108 a, Anima quæ spirita in pulmones ducitur. item, Continere animam.

☞ Syntaxis. *Animam arripere. Animus anima continetur. Vos meæ animæ. Animam agere, amittere, efflare. In anima, sensuque infixum. animus ab anima dictus.*

ANIMVLA, æ. *pusilla anima & vita infirma.* Epis. 50 b, In animula vnius mulierculæ iactura.

ANIMADVERSIO, onis. *consideratio, attentio, notatio.* de Or. 122 a, Excitanda est animaduersio & diligentia, vt ne, &c. *id est, adhibenda, adducienda.* de Or. 122 a, Atq; hoc totum est, siue artis, siue animaduersionis, siue consuetudinis, nosse regiones, &c. Orato. 215 a, Notatio naturæ atque animaduersio peperit artem. pro Cecin. 291 b, Quid ad actoris notationem & animaduersionem ages. pro Ar. 188 b, Tamen hanc animaduersionem humanissimum ac liberalissimum iudicaretis.

¶ *Reprehensio.* Ora 216 a, Nec enim effugere possemus animaduersionem, si semper iisdem pedibus vteremur.

¶ *Pœna. & castigatio.* Officio. 74 b, Notationes animaduersionesque censorum. Atti. 282 a, In animaduersione pœnaque esse duriorem. Offi. 18 a, Omnis animaduersio & castigatio contumelia vacare debet. de Fin. 56 a, Continere aliquem metu animaduersionis. I. A. 153 b, Animaduersio Dolabellæ in sceleratos seruos. pro Cluen. 44 a, Animaduersio vitiorum. Epist. 66 a, Meam animaduersionem & supplicium, quo vsurus etiam in eum quem cepissem, remitto tibi. I. A. 164 a, Comprehensio sontium orea, animaduersio senatus fuit. pro S. R. 23 b, Animaduersionis paternæ metus.

☞ Syntaxis. *Excitare animaduersionem, ac diligentiam. Notatio & animaduersio pariunt artes. Animaduersio humana, & liberalis. Notatio & animaduersio. Censorum. Animaduersio & castigatio. Animaduersio & supplicium. Remittere alicui suam animaduersionem & supplicium, quo, &c. actiuè. Vti animaduersione in aliquem. Animaduersio senatus actiuè.*

ANIMADVERSOR, oris O. fi. 19 b, Sic nos si acres & diligentes iudices esse volumus, animaduersoresque vitiorum, magna intelligemus sæpe ex paruis.

ANIMADVERSVS, a, um, *agnitus.* de Or. 94 a, Hæc ab hominibus callidis, à peritis animaduersa ac notata sunt. de Ora. 95 a Oratoris peccatum; si quod est animaduersum, stultitia peccatum videtur.

ANIMADVERTENDVS, a, um. I. V. 77 b, Atque ea sunt animaduertenda peccata, quæ difficillime præcauentur.

ANIMADVERTO, & animum aduerto. *noto, attendo, animum attendo, deprehendo, sentio. intelligo.* de Natu. 2 b, Sin autem dii non possunt nos iuuare, nec volunt, nec curant omnino, nec quod agimus animaduertunt, quid est, &c. I. C. 291 b, Quid est Catilina? quid attendis? quid animaduertis horum silentium? & 33 a, Animaduerti enim & didici ex tuis literis, te, &c. Attic. 88 b, Deinde me obsecras amantissime, ne obliuiscar vigilare, & vt animaduertam quæ fiant, de Na. 4 b, Qum adsint, cognoscant, animaduertāt. & 78 a, Nonne animaduertis? Att. 130 b, Etiam illud pro tua prudentia debes animaduertere, quot cohortes, &c. Q. de Pet. 210 a, Cum vident vnum esse aliquem, qui hæc officia maxime animaduertat. Epistol. 130 b, Quam obrem quidam ille sperare possit, aut tu, animum aduerte pro tua prudentia.

¶ *Punio, castigo.* I. C. 103 b, & Epist. 60 b, Crudeliter animaduertere in aliquem. I. V. 85 a, Cum ille non daret, animaduc. tit. genus animaduersionis

maduersionis videre. I.V.120 b, Tu qui instituceras in eos animaduertere, qui perperam iudicassent. * 194 a, Apollonium in notandis animaduertendisque nitens, prudentissimus.]

ANIMADVERTOR, ris. de Am. 101 a, Quod quidem quale sit, etiam in bestiis animaduerti potest. Episto. 185 a, Dignitas tua facit, vt animaduertatur quicquid facias.

Syntaxis. *Animaduersa & notata. Peccatum animaduertendum. Ades, agnosce, animaduerte. Pro tua prudentia animaduerte. Crudeliter animaduertere in aliquem. Animaduertere absolute.*

ANIMAL, lis. *animans.*)(*inanimatum, inanimum.* Acad. q. ed. 1, lib. 2, Animal & inanimum hoc maxime discrepant, quod inanimum nihil agit, animal agit aliquid. de Som. 131 b, Inanimatum est omne, quod motu agitatur externo: quod autem animal est, id motu cietur interiore. de Di. 120 b, Cum hoc animal tam sit canorum sua sponte. *id est gallus.* de Fin. 73 b, Homo, diuinum animal. de Natu. d. 1, Siue animal, siue e terra editum. de Nat. 95 b, Mortale igitur omne animal & dissolubile, & diuiduum sit necesse est. ad Att. 87 b, Fecisset per eius possessionem, in qua animal nullum reliquum est. de Leg. 160 b, Ex tot generibus nullum est animal, praeter hominem, quod habeat notitiam aliquam. de Diu. lib. 1, Nullum animal, quod sanguinem habet, sine corde esse pot. de Nat. d. 3, Animal nullum sempiternum. 2. de Natu. d. Omne animal naturam patibilem habet. de Fin. li. 2, Omne animal simul vt ortum est, & seipsum, & oes partes suas diligit. de Diu. 105 b, Omne animal vt vult, ita vtitur motu sui corporis. 1. de Leg. Animal prouidum & sagax homo. de Vniuers. Vt animal quod uidemus, esset illi animali quod tenemus ad aeternitatis imitationem simillimum. in Ant. 173 b, Charybdim dico, quae si fuit animal vinum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. Quo non potest animal vllum non appetere, id quod accommodatum ad naturam appareat, sic non potest obiectam rem perspicuam nō approbare. de Vniuer. Animal visum aspectabile, in quo alia omnia animalia continerentur, mūdus. de Vniuers. Animal esse mundum hunc intelligens, & diuina prouidentia constitutum. de Nat d. Si mentem istam quasi animal aliquod esse voluerit. in Pis. 84 b, Cum tu complexus es illud funestum animal, ex nefariis stupris concretum. de Nat. 51 b, Cum autem in locis semen insedit, rapit omnem ferè cibum ad sese, eoque septum fingit animal. de Fin. lib. 5. Omni animali illud quod appetit positum est in eo quod naturae est accommodatum. in Pi. 83 b, Consul ille, quem ego in hoc animali inuenire non possem. 3. de Natu. deor. In omni animali est appetitio & declinatio naturalis. de Fi. 114 b, Alii summum bonum in eo genere ponunt, quod sit extra nostram potestatem, tanquam de animali aliquo loquantur. de Nat. 50 b, Iam vero alia animalia gradiendo, alia serpendo, ad pastum accedunt. Off. 35 b, Animalia habent suos impetus, & rerum appetitus. 2. de Nat. d. Animalium alia fugiunt, alia carpūt, alia vorant, alia mandunt cibum. de Fin. lib. 5, Omnium animalium commune est, secundū naturam viuere. de Vniuers. Animaliū genera quatuor. de Vni. Quot formas animalium mens in speciem rerum intuens poterat cernere, totidem & tales in hoc mundo secum cogitauit effingere. Tusculan. quaest. lib. 1, Animalia & inanimata frustra appellare censuit Dicaearchus. * de amic. 109 a, Nec modo in equo, quod est animal, sed etiam in iis, quae sunt inanimata consuetudo ualet.]

Syntaxis. *Animal vote canorum, dissolubile, diuiduum, natura patibile, prouidum, sagax. aspectabile, id est, praestantissimum & spectabile dignum, intelligens, funestum, ex stupris concretum.*

ANIMALIS, le. *spirabilis, aereus.* de N. 66 a, Natura animantis vel terrena, vel ignea, vel animalis, vel humida. Tusc. 156 b, Reliquae duae partes, vna ignea, altera animalis, &c. &, ibid. Siue illi sint animales, id est, spirabiles, siue ignei, &c. de Nat. 44 a, Principio enim terra sita in media parte mūdi, circūfusa vndique est hac animali spirabilique natura, cui nomen est aer. *Sunt qui, animabile, hoc loco probent, pro eo vnde anima, ut spirabilis vnde spiramus ducatur.*

Anima praeditum, ab anima viuens, vitale. animam probent 4. Aca. Erit enim persuasum, etiam solem, lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse, quod quaedam animalis intelligentia per omnia permeet & transeat. de Diuin. 136 a, Exsecrata inanima cum animali sono. de Vniuersi 10 a, Corpora colligata vinculis animalibus. de Inuent. 62 b, Vt mutum in simulachrum ex animali exemplo veritas transferretur.

Syntaxis. *Natura animantis terrena, ignea, animalis humida. Animalis spirabilisq; natura, cui nomen aer, animabilis. Animal intelligentia per omnia meant. Animalis sonus. Exemplum animale. f. vatum.*

ANIMANS, tis. *animal, absolute.* de Natura. 9 b, Aristot. dubitat, omnino Deus animans nec ne sit. de Nat. 2. Nihil quod (inquit) generare ex se potest animantem, compotemque rationis. de Vniu. A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figurauit, qua una omnes reliquae formae concluduntur. de Vni. Animantes, qui animo cernuntur, & ratione intelliguntur. 2. de Na. d. Animantes multae infectantes odoris intolerabili foeditate depellunt. de Vniu. Animantes oriuntur, quos & omnes alatas, & consimiles sunt recipiatis. 2. de Nat d. Animantes aspiratione aeris sustinentur. 1. de Leg. Nam quum caeteras animantes abiecisset ad pastū, solum hominem erexit. in Lael. Deinde vt requirant atque appetant aliquas alias animantes, ad quas se applicent. de Vniue. Animantia diuina sunt infixa coelo sidera, ob eamque causam suis sedibus inhaerent, & perpetuo manent. de Vniue. Animantia omnia sunt in quaedam genera partita aut inchoata. de Vniuer. 201 b, Animantiū genera quatuor, quorum vnum diuinum atque coeleste, alterū pennigerum & aereum, aquatile tertium, terrestre quartum. Offi. 1, Commune animantium omnium est coniunctionis appetitus procreandi causa, & cura quaedam eorum quae procreata sunt. Offi. 1, Animantium generi omni a natura tributum est, vt se, vitam, corpusq; tueatur, declinetque ea quae nocitura videantur, omniaque quae sint ad viuendum necessaria, acquirat, & paret. Off. 1, Animantium hoc natura commune est, vt habeant libidinem procreandi. de Nat. deor. 2. Animantium varius ortus. 2. de Natu. deor. Animantium aliae coriis tectae, aliae villis vestitae, aliae spinis hirsutae. 2, de Nat. deor. Animantibus quantam custodiam conseruandi sui ingenuit natura. * De Cl. 161. Valtus, qui nullo inanimante esse praeter hominem potest & ibidem. Natura caeteras animantes abiectis, ad pastum, solum hominem erexit.]

Consensu Vtuens, & sentiens aut animatum. de Natu. deor. 1. Qui mundum ipsum animantem sapientemque esse dixerunt. de Natu. 30 a, Animans est igitur mundus, compotque rationis. de Na. deor. 1, Quae autem animans natura, nihil curans. de Natu, deor. 1, Animantem legem efficit aeno.

Syntaxis. *Animantia diuina, infixa caelo sidera. Mundus, natura. Lex animans.*

ANIMATIO, onis. de Vniu. 201 a, Diuinae animationis speciem maxime faciebat ex igne. *Coelum intelligit, seu astera.*

ANIMATVS, a, um. *vitam animale.* Tuscul. 159 b, Animatum est quod motu cietur interiore & suo. de Somn. 128 a, Stellae diuinis animatae mentibus.

Affectus bene, vel male. I. V. 135 a, Ciuitatem vt abs te affecta sit, ita mate esse animatam videmus. Epist. 180 b, Si aliter essem animatus, nunquam quod facerem negarem. Episto. 240 b, Intelligebam socios infimo animatos esse. de Amic 107 a, Vt quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus. I. A. 223 a, Qui quanquam afflictus luctu non adest, tamen sic animati esse debetis, vt si ille adesset. Antequam. 196 a, Sic enim ab initio fui animatus, vt me respu. procreatum putarem. Antequā. 207 b, Erga nos omni tēpore optime fui animatus. Epist 34 a Pompeius animatus melius quam paratus. de Ora. 137 b, Ita animati homines sunt, vt nihil ad eorum mentes oratione flectendas proficere possemus. * de ar. 223 a, Clodius in me fuit eodem animo, quo Catilina, si uicisset fuisset.]

Syntaxis, *Stellae animatae mentibus in aliquem bene, vel male animatum esse: melius, optime, sic fit, vt, &c.*

ANIMO, as. *animatum facio, anima dono.* de D. 107 b, Quicquid est hoc, omnia animat, format, alit, auget. de N. 23 a, Atomi formare, figurare, colorare, animare non possunt.

ANIMOR, ris. *anima donor.* de D. 127 a, Perinde vtcunque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari.

ANIMOSE. *intrepide.* in Ant. 192 a, Animose & fortiter facere aliquid. Offi. 19 a, Haec praescripta seruantem licet magnifice, grauiter, animoseque viuere. * Tusc. 129 a, Quae vehementer, acriter, animose fiunt.]

ANIMOSVS, & animosior. *plenus animi, plenus roboris non timidus.* pro Mil. 119 b, Vir fortis & animosus. Tusc. 152 a, Nam & animosos, & bene animatos dicimus. de Senect. 92 a, Senectus animosior est quam adolescentia & fortior.

Syntaxis. *Fortis, & animosus. Senectus animosior, ac fortior.*

ANIMVS, mi. *mens anima, audacia, superbia.* Tuscu. q. lib. 1. Quid sit animus aut vbi, aut vnde, magna dissensio est. Acad. 31 b, Animus, est mēs sine corpore ullo, vt dixit Xenocrates. de Sen. Est enim animus coelestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram, locum diuinae naturae aeternitatique contrarium. de Som. 130 b, Animus est qui viget, qui sentit, qui meminit, qui praeuidet & moderatur, & mouet id corpus, cui praepositus est. de Vniuers. Animus vnus ex omnibus rationis, concentionisque sempiternarum rerū & sub intelligentiam cadentium compos & particeps, quo nihil ab optimo genitore melius procreatum: quippe qui ex eadem victus, alteraque natura, adiuncta materia temperatione trium partiū, proportione compacta, se ipse conseruans, cum materiam mutabilem attingit, & cum rursus indiuiduam atque simplicem, per quā omnis mouetur, discernitque quid sit eiusdem generis, & quid alterius & caetera diiudicat, quid cuique rei sit maxime aptum, quid quoque loco, aut modo, aut tempore contingat, quaeque distinctio sit inter ea quae gignantur, & ea quae semper sint eadem. Tuscu. q. lib. 1, Animus accipit quae videmus. 2. de Ora. Acer & praesens animus. Tusc. q. lib. 3. Animus aeger (vt ait Ennius) semper errat, neque pati neq; perpeti potest, cupere nunquam desinit. Tusc. q. lib. 4. Animus aegritudine ac perturbationibus reliquis omnibus vacuus, perfecte atq; absolute beatos efficit. pro Rosc. Amer. Animus aequus. Tuscul. q. lib. 1. Animus seipsum semper mouet, atque ideirco non est natus, sed aeternus. 12. ad Att. Animus afflictus & fractus. de Fin. lib. 1, Animus semper agit aliquid, neque ulla conditione quietem sempiternam potest pati. 12. ad Att. Scire enim uis quo imo animus alitur. Offi. 1. Animus altissimus, & gloriae cupidus. 1. de Inuent. Amplus & excelsus, & potens incōmodorum in Pis. Angustus atque demissus. Epi. 57 b, Animus & solicitus. ad Lent. lib. 1, Apertus & simplex. Tusc. q. lib. 1, Vt oculus, sic animus sese non vidēs, alia cernit. 3. ad Heren. Animus nulla nisi noua aut admirabili re cōmouetur. 16. Fam. Ciceronis filii. Non solum animus à factis, sed aures quoque à commemoratione abhorreant. de Vn. Animus a medio profectus extremitatem coeli a suprema regione rotundo ambitu circumiecit, sese que ipse uersans, diuinae sempiternae sapientiaeq; vitae induxit exordium. de Fin. 1, Animus à se ipse dissidens, secumq; discordans. Tuscu. q. lib. 1, Animus ab anima dictus, idest ad Quin. Fr. Animus ab iracundia

iracundia ante occupatur, quàm pro videre ratio potuit nec occupa- retur. Tusc.q.li. 1, Animus hominis habet memoriam, & eam infinitam rerum innumerabilium. de D.li. 1, Animus hominis nunquam naturaliter diuinat, nisi cũ ita solutus est & vacuus, vt ei plane nihil sit cũ corpore. 1. de Leg. Animus hominis quibus rebus beatus fiat. de Na.d. 1, Cur animus hominis quicquam ignoraret, si esset Deus? Tus.q.li. 1, Animus hominis, si nihil esset in eo, nisi vt per eũ viueremus, esset nobis cũ bestiis plantisque cõmunis. Tusc.q li. 1, Bestiæ.n. plantæ animam vegetatiuam seu vitalem habent, per quam viuunt. Animus hominis si nihil haberet, nisi vt appeteret aut refugeret, id ei esset commune cum bestiis. Nam & bestiæ appetunt quæ sunt bona, refugiunt contraria. Tus.q.li. 1, Animus humanus decerptus ex mẽte diuina, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo, si hoc fas est dictu, comparari põt. Tus.q li. 1, Animus humanus sic, vt natura celestis, & terra vacat & humore. Tus.q.li. 1, Animus humanus si est excultus, & si eius acies ita curata est, vt ne cæcetur erroribus, fit perfecta mens. i. absoluta ratio, quæ est idẽ quod virtus. de Fin. 59 b, Humilis atque imbecillis. ad Marce. 4. 77 a, Humilis & pertinax. *contraria* D. li. 2, Imbecillis atque anilis. D.li. 2, Imbecillus, remissusque. 14. Philip. Acutus, vel angustus. Tus.q li. 1, In corpore inclusus. Tus.q.li. 1, In corpore tanquam alienæ domi. *propria enim eius sedes, est cœlum.* Att. li. 12, Animus est in hortis. Tusc.q.li. 2, Animus in partes duas distributus est, quarũ altera rõnis, est particeps, altera expers. Tusc. q.li. 2, Ex hoc ille animus in præliis paratus ad vulnera. 2. de Inuen. 152, Animus ad inuẽctionem facilius incedet. de D. 2, Furore diuino incitatus. Tus.q.li. 3, Inflatus & tumẽs. ad Brut. Infixus in patriæ charitate. de N.d. 1, Se iniciens & intendens in immensum. Tus.q.li. 4, Intẽtus. Tus.q. li. 2, Vt onera contẽtis corporibus facilius feruntur, remissis opprimũt: simillime animus intẽtione sua depellit pressum omnem ponderum, remissione autem sic vrgetur, vt se nequeat extollere. Tus.q.lib. 1, Si animus vnà cum corpore interit, nullus in eo sensus remanet, ipse enim nusquam est. Tus.q.li. 1, Iudex omnium. Tus.q.lib. 1, Animus iunctus ex anima tenui: *id est aere, & ardore solis temperato.* Tusc.q.lib. 1, Animus iuxta Empedoclem est cordi suffusus sanguis. Tusc.q.lib. 1, Leuis & calidus. Offic. 1, Magnus elatusq; humanasque res despiciens. de Fin.li. 5, Magnus, erectusque. Offic. 3. 30. Lentulo, li. 1, Magnus & excelsus. Att.lib. 8, Magnus & fortis. Tusc. 185 b, Mollis, demissus, humilis, eneruatus, languens. 1. ad Attic. Mollis: *id est facilis*, & ad accipiendam & ad deponendam offensionem. Acad.q.ed. 2.lib. 1, Animus mundi. Acad.q.ed. 2.lib. 1, Vult & Plato in Timæo mundum esse animantem, & omnium qui sub aspectum cadunt, animãtium perfectissimum. Animus mundi omnium rerum quæ sunt ei subiectæ quasi prudentiã quandam, procurans cælestia humana, secũdum Academicos. Tus q.li. 1, Animus nec secerni, nec diuidi, nec discerpi, nec distrahi potest: nec interire igitur. de Fin.li. 4, Cum præsertim ipse quoq; animus non inane nescio quid sit, sed in quodam genere corporis. Tus.q.li. 1, Animus, numerus, secundum Xenocratem. Offic. 1. Animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non vtilitate cõmuni impellitur, audaciæ potius nomen habeat, quam fortitudinis. Offi. 1, Animus paruus. pro Rosc. Amer. Animus patrius. de N.d. 1, animus late longeque peregrinatur. Tus. q.li. 3, Perturbatus. Tusc.q li. 4, Vt qui e Leucade se præcipitauerit sustinere se cùm velit, nõ potest: sic animus perturbatus & incitatus nec cohibere se potest, nec quo loco vult, insistere omnino. ad App. Pulchrum, li. 3, Promptus & alacris ad defendendam Rempub. Tus. q.li. 4, Vt optima quisque valetudine affectus potest videri aliis, vt natura ad aliquem morbum procliuior. sic animus alius ad alia vitia propensior. 2. Fam. animus pusillus. de Som.Scip. animus piis omnibus retinẽdus est in custodia corporis, nec iniussu eius, a quo ille est nobis datus, ex hominum vita migrandum est. de Fin.lib. 1, animus robustus & excelsus. Tus.q.li. 3, animus qui est in aliquo morbo, nõ magis est sanus, quàm id corpus quod in morbo est. Tus.q.li. 3. Illud quidem sic habeto, nisi sanatus animus sit, quod sine philosophia fieri non potest, finem miseriarum nullum fore. Tus.q.li. 3. animus sapientis ita semper est affectus, vt ratione optime vtatur. Tusc.q.li. 3, animus sapientis nunquam est perturbatus. Tus.q.li. 3, animus sapientis semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet. 8. ad Att. animus saucius. de Som.Scip. Vt ipsum mũdum ex quadam parte mortalem ipse Deus æternus, sic fragile corpus animus sempiternus mouet. de D.li. 1, animus somno seuocatus a societate & contagione corporis, meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prouidet. Tus.q.lib. 1, animus si est horũ quatuor generũ, ex quibus omnia constare dicuntur, *id est elementorum*, ex inflammata anima constat, atque idcirco superiora capessat necesse est. Tusc.q.li. 1, animus sit numerus, vt sensit Xenocrates vel ἐνδελέχεια, vt Aristotelem multo integrior ac purior est, quàm igneus, aut animalis, lõgissimeque a terra se efferet. Tuscul. q. lib. 1, animus siue anima sit, id est, spiritalis & aerius, siue ignis, diuinus est. 8. ad Attic. Quò animus spectat; & quo res vocat. pro Sest. 78, Etenim animus eius vultu, flagitia parietibus tegebantur. 5. Fam. animus tenerior. attico. lib. 7, Tranquillissimus. Officio. 3. Turpificatus. 14. ad attic. in Episto. ad Ticonium, animus tuus mihi magis patuit, quàm domus. Tuscul. quæst. lib. 1, Vacans corpore. de Diuin.lib. 2. Sensibus, *id est, commotionibus sensuum*, & curis vacuus. de Diu.lib. 2, animus natura insistens, agitatione & motu, nunquam vacuus esse potest. Tusc. quæstio. lib. 1, animus Zenoni Stoico ignis videtur. 3. de Orat. animi est omnis actio. de Orato. 215 b, actio varia, vehemens plena animi, plena spiritus, plena doloris, plena veritatis. 6. Fam. ad animi æquitatem extollere. 7. ad attic. aliquantum animi nobis attulisse.

3. Fam. Animi altitudo.)(*animi deiectio.* 2. Tusc. Amplitudo animi & quasi quædam exaggeratio quàm altissima. de N.d. 1, Animi appetitus ratione reguntur. Tuscul.q.lib. 3. Animi auxilium non vt in corporis morbis petendum est foris. Acad.q.ed. 2.lib. 1, Animi bona ab Academicis in naturam & mores diuidebantur. Acad.q ed. 2.lib. 1, Animi bona dicebant Academici, quę essent ad comprehendendã animi virtutem idonea. 12. ad Att. Animi leniendi & sanandi causa. 7. Philip. Et qui illud animi causa fecerit, hunc prædæ causa quid facturum putatis? in Pis. Sed planè animi sui causa ludos nobis idiotis relinquet. Tusc. q.lib. 1, Animi celeritas. Tuscul.q.lib. 4, Animi & corporis inter se comparatio. 1. ad Qu.Fr. Animi concitatio. de Na. d. 1, Omnem animi conformationem, cæteri philosophi motum inanem vocant: vos aduentum in animos & introitum imaginum dicitis. 13. ad Att. Ait me animi conscientia de se suspicari. Tuscu.q.lib. 2, In omnibus officiis persequendis animi est: *id est, perspicacia, vis.* de Vniu. Animi creatio vnde a Deo facta. *perpende phrasim. Facere creationem.* 3. ad Att. Animi defectio. Tuscu.q.lib. 1, Domus, cęlum in Pis. Egestas. 12. ad Attic. Firmitas ad Luceium, lib. 5, Firmitudo grauitasque. Off 1, Animi fortis & constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantẽ de gradu deiici, sed præsenti animo vti & consilio, nec a rõne discedere. Off. 1 2, animi fortis magnique ducendum est, ea quæ eximia plerisq; & præclara videntur, praua ducere. ad Nig. Figulum lib. 4, Grauitas & altitudo animi ad Brut. 8. in Ep. Bruti, Animi hostilis in remp. 3 de Or. Imago animi, vultus est: indices, oculi. 2. ad Att. Omni animi impetu, dolori & iracundiæ pareat. 11. ad Att. Magis quodam animi impetu vti quàm cogitatione. 1, ad Herẽ. 3. de Inu. Animi ingenium. 1. Fam. Animi ingenui est, cui multum debeas, ei plurimum velle debere. Tuscul.q.lib. 1, Animi intelligẽtia, quid aut qualis sit, difficilis. 13. Fam. animi labor. 16. Fam. Q. Ciceronis, Quos ego noui languoris animi effœminatissimi plenos. 2. de Inu. Animi & laus honesta vituperatio vehemens est. 4. ad At. Locus animi, stomachus vbi habitabat, olim concaluit. Tuscu.q.lib. 3, Qui magni animi est, eum necesse est esse inuictum. 4. Fam. Magni animi fuit, non esse supplicem victori. 1. Epist. Magnitudinem animi tui ne vnquam inflectas cuiusquam iniuria. pro Fonteio, Homo maximi animi. 1. ad Heren. Animi moderatio definita. Tuscula.q. lib. 3, Animi & plures & perniciosiores morbi quàm corporis. 3. de Nat d. Animi motus & cogitatio. *id est ratio.* de Vniuer. Animi motus qui ratione rexerit, iuste vixerit: qui sut ẽ his se dederit, iniustè. 1. ad Qu.Fr. animi motum & dolorem tenere in sua potestate. Tuscul.q.lib. 3, Munus animi est, ratione bene vti. Tusc.q.lib. 1, Animi propria natura atque vis est motu cieri interiore & suo. de Nat.de. 1, In animi notione reponere tanquam in vestigio. de Orat. 94 b, artes in quibus animi libera quædã oblectatio quæritur. de Clar. 180 b, Plena animi terroris oratio. de Diu.lib. 1, Animi pars in qua feritas quædam est, atq; agrestis immanitas. de D.li. 1, Græci θυμικὸν seu θυμοειδὲς, vocant: Animi pars, in qua irarum existit ardor. de D.li. 1, Animi pars, quæ & mẽtis & cõsilii est. de D.li. 1, Græci νοῦν καὶ λόγον vocant. Animi pars, quæ mẽtis & rõnis particeps est. Di.li. 1, Græci ἐπιθυμητικὸν vocãt: Animi pars, quę voluptate alitur. D.li. 1, ἐπιθυμητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς Græcis dicitur, Animi pars rõnis atq; intelligẽtiæ particeps, tũ maxime viget, cũ plurimũ abest a corpore. Diui. lib. 1, Animi partes duę temerariç, *nempe θυμὸς καὶ ἐπιθυμία.* de Fi. 133 b, Animi aũt, & eius animi partes, quæ princeps est, quęq; mens nominatur, plures sunt virtutes: sed duo prima genera, vnum, &c. 8. Fam. Cælii, Animi pẽdeo vehemẽter. 11. ad Att. Animi te pendere, quam rationẽ sim allaturus illi. *Frequentius absolute ponitur hoc locutio.* 1. de Orato. Animi permotiones. 2. de Inuen. Animi propositio. Læl. Animi bene constituti proprium est, & lætari bonis rebus, & dolere cõtrariis. 10. ad Att. Quid animi mihi in nauigando cẽses fore? Tusc.q.lib. 1, Animi sedes naturalis. Tusc.q.lib. 1, animi sedẽ & locũ in corde esse dixerunt Stoici: in cerebro, Pythagoras, & eum secutus Plato. 5. Fa. animi remissio ac dissolutio, cui opponitur altitudo animi. Turq.lib. 6, Neruus atque robur animi. pro Mil. Incredibili robore animi septos. Off. 1. animi robusti est, magnæque constantiæ, ea quæ videtur acerba, ita ferre, vt nihil statu naturæ discedas, nihil a dignitate sapiẽtis. de Nat.deo. 1, In animi securitate vitam beatã ponimus. pro S.R. Hęc ego, pro me ipso & animi mei seu ac dolore pronũcio. 2. de Ora. ex animi tui sentẽtia. Tusc.q.lib. 2, Sunt.n. quædam animi similitudines cum corporibus. Tusc.q.li. 5, Vt maris trãquillitas intelligitur, nulla ne minima quidem aura fluctus commouente: sic animi quietus & placatus status cernitur cum perturbatio nulla est, qua moueri queat. 5. Verr. Tantum animi habuit ad audaciam, vt dicere in concione non dubitaret. pro Funt. 282 b, Si quantam habẽt ad maledicẽdum licẽtiam, tantum haberent ad euentiẽ duos animi. 8. Fam. Cælii, Tantum animi habuisset in vestro Dominio. 10. Fam. Declaratio animi tui quẽ haberes. de Rep. * Epi. 178 a, Vt magis ex animo petere non possim, ad Ter 43 a, Quare meo quidẽ animo nihil minus eloquẽtiæ studẽdum est i. meo iudicio.] 1. de L. animi turpitudo vitiis ipse facillime percipitur. Or. animi in Cic. vis magna. Tu.q.li. 1, Singularis est quædã natura atq; vis animi seiũcta ab his vsitatis notisq; naturis. *f. terrena, humida, aerea, & ignea.* 3. ad att. Animi atq; ingenii mei vires oẽs profudi. 3. ad Her. animi virtutes quatuor. 5. Fam. Pro animi mei volũtate 8. Philip. Animo adesse. de N. d. 1, animo diuinitatem dedit Alcmæo Crotoniates. 12. ad att. animo exculto nihil agreste, nihil inhumanum est 10. Fa. Lepido, Animo meo fixa perpetuò manebũt. 1. ad Q.f. animo & orationi moderari. pro Fon. animum alicuius supplicare. 12. ad att. Non ad animum, sed ad vultũ ipsum reiiciẽdũ. Tuscu q.li. 1, animũ ad seipsum,

aduocare, fecum effe cogere, maxime à corpore abducere. Tuſ.q.lib. 1, Aoimum Ariſtoteles appellat. *ἐντελέχειαν* nouo nomine Acad. ed. 2. li. 2, Aoimum mundi Academici Deum appellant. 3. I. V. Animum attendere. Acad.q.ed. 1. li. 2. 3, Neceſſe eſt animum perſpicuis cedere, vt lancem in libra ponderibus impoſitis deprimi. de Vni. Animum Deus us in medio mundi collocauit, ita per totum tetēdit. Ac. queſtio.ed. 1. lib. 2, Vt animum ſapientis commoueri & conturbari negarent. 2. ad Quint. frat. 3. Animum ne contrahas aut demittas. 12. ad At. animum contendere. 1. Fa. animum debere. Aca. q. ed. 1. lib. 2, animum degere, & intendere in rem aliquam. 7. Verr. Animū illis, non copias defuiſſe. Tuſ.q. lib. 1, Qui animum à corpore diſcedere cenſent, alii ſtatim diſſipari, ot Democrits & Epicuri: alii diu permanere, ut Stoici: alii ſemper, ut Platonici. Tuſcu q lib. 1, animū diuinum, corpore liberatum, cogitatione cumplecti non poſſumus. 1. ad Q. fr. animum erigere, & contrahere, ſeu dimittere, *contraria*. de N. d. 1, animum Deum eſſe Pythagoras cenſuit, per naturā rerū omnem intentum, & commeantem, ex quo animi noſtri caperētur. Tuſc.q. lib. 1, Nihil omnino eſſe animum, & hoc eſſe nomen totum inane ſenſit. Dicæarchus. pro Mil. 118 b, aniuoum noſtrum eſſe licet non appareat, nec cernatur. *ibi argumenta id probantia*. Tuſc.q.lib. 1. animum cum corpore extingui, ſunt qui cenſent, quales ſunt Epicurei. de Vniu. Cum animum procreator mundi Deus ex ſua mente & diuinitate genoiſſet, tom denique omne quod erat cōcretum atque corporeum, ſubſternebat animo, interiuſque faciebat. Antequam. Sueuodem in cæterorum periculis haberemus animum, quē in noſtris difficultatibus. 1. ad Q. fr. Animum habeas & ſpem bonam Epiſt. 13. b, Maiorem etiam animom, quàm unquam habuiſſem, daret de am. Alienum animum habere ab re aliqua. ad Q. Ligarium, li. 6. Habere fortem animom. 11. Fam. D. Bruti, Tamen tribus tantis exercitibus propriis Reipu. valentibus, magnum animum habere debebas, quem & ſemper habuiſti. 15 ad At. Nec tam animum me quam ſtomachū non habere arbitrabātur. de Vniu. Animum mundi haud tum denique, cū corpus ei effecit, inchoauit: Deus enim & ortu & virtute antiquiorem genuit animum, eumque vt dominum atque imperantē obedienti præfecit corpori. ad Att. 128 b, Antonius induxit animum ſibi licere, quod oellet ad Marcellum, lib. 4, Tu quoque animum inducas, ſi ſit aliqua Reſpu. in ea te eſſe oportere. pro S. R. 27 b, Qui potuit animum inducere, vt exhæredaret filium. Toſ.q.lib. 1. animum vel animam ineſſe in homine, & in beſtia, negauit Dicæarchus. 2. in Verr. animum aliquò intendere. 9. ad Att. animum laudo, conſiliom reprehendo. Tuſc. q.lib. 1, Licet etiam mortalem animum iudicantem, æterna moliri, non gloriȩ cupiditate, quam ſenſurus non ſit: ſed virtutis, quàm neceſſario gloria conſequatur. 1. ad Q. fra. Animum mutare difficile eſt. 4. ad Att. animum alicui offendere. 10. Philipp. Animum placare & mitigare. Epi. 43 b, Animum tuum promptum & alacrem perſpexi ad defendendam Rempub. ad Lentulom, lib. 1, Quorum quidem animum tu oon perſpexiſti ſolū, quum de me ageres, ſed etiam confirmaſti atque tenuiſti. 1. ad Quin. fra. animum ponere in aliqua re facienda. de Vniu. 198 b, Deus animū vt dominum atque imperatorem obedienti præfecit corpori. ad Lentulum, li. 1, Præſtare animom. Tuſc.q.lib. 1, Cùm nihil erit præter animum, nulla res obiecta impediet, quo minus percipiat quale quidque ſit. pro Marcel. animom armatum retinere. Tuſcu.q.lib. 1. Animum à corpore ſecernere, nec quicquam aliud eſt, quam emori diſcere. Tuſcula. q. lib. 1, Cum animum a negocio omni ſeuocamus. nihil aliud agimus, quàm animū ad ſe ipſum aduocamus ſecum eſſe cogimus, maximeque à corpore abducimus. de Natu. deor. 2, animum ſpirabilē ſumpſimus ab aere, eo, quem ſpiritu ducimus. 5. Ve. Quum eius animom ad perſequendum non negligentia tardaret, ſed conſcientia ſceleris auaritiæque frænaret. 12. ad Att. animum vacuum ad res difficiles ſcribendas afferam. de Sen. 83 b, Non enim dum eram vobiſcum, animum meum videbatis, ſed ex iis rebus, quas gerebā, intelligebatis. Tuſcul.q. lib. 1, animum videre & audire, non eas partes quæ quaſi feneſtræ ſunt animi: vt ſunt oculi & aures. Tuſcu. q. lib. 1, animum, antequā corpus intrauit in rerum cognitione viguiſſe. *Sententia Socratis apud Platonem in Phadone*. 12. ad Atti. Animum vincere. Terentiæ, Animæ mi. Tuſcu.queſ.lib. 1, ab animo tanquam ab oculis caliginem diſpellere. Tuſcul. q. lib. 1, a b animo tuo quicquid agitur, id agitur à te. 7. Philip. Ex quo intelligi poteſt, animo illos abhorruiſſe ſemper ab optimo ciuitatis ſtatu, nō uoluntate fuiſſe populares. ad Lent. lib. 1, abiectiore animo me futurum: quum Reſpub. maiorem etiam mihi animum, quàm unquam habuiſſem, daret. 1. de Fin. acri & attento animo intueri. Epiſt. 55 b, facile & ęquo animo carere aliqua. ad Q. fr. 296 b, Æquo animo facere aliquid. ad Attic. 25 b, Interea quidem cum Muſis nos delectabimus animo æquo, imo verò etiam gaudenti ac libenti. Epiſt. 68 b, Æquo animo mori. ad Torquatum, lib. 6, agitare aliquid animo. *id eſt, cogitare*. Cato, In eum locum ſępe profectus alacri animo & erecto, &c. 10. ad Att. Animo meo ab ſuis rationibus alieniſſimo. 5. de Fin. Qui altiore animo ſunt, capeſſum Rempu. honoribus imperiiſque adipiſcendis. Offi. 1, Facillime ad res iniuſtas impellitur, vt quiſque altiſſimo eſt animo, & gloriæ cupido. Att. li. 5, Quare bono animo es: video enim, &c. de Fin. lib. 1, Quicquid animo cernimus, id omne oritur à ſenſibus. de Vniu. Qui animo cernuntur, & ratione intelliguotur animantes. p Q. Animo certo & confirmato. 6. Fam. animo perturbatione aliquid cogitare. 5. Fam. Quæ animo complectitur, non minus oostra ſunt, quam quæ oculis intuemur. Acad. quæſt. ed. 1. lib. 2, animo comprehendere & tenere. Acad. quæſt. ed. 1 libro. 2. animo comprehenſum atque perceptum habere. 14. Fam. Animo confectus. Tuſcula. q. lib.

5. Animo moltis modis uariiſque delectari licet, etiamſi non adhibeas ut aſpectus. Tuſcula.q.lib. 5, Huic diſcendi quęrendique diuinę delectationi toto ſe animo dodidiſſent. 7. Verr. Ita diſſident à uobis animo ac voluntate. 3. ad Qu. fr. Animo diſtentus. de Vniue. Animo diuino in homine influēte atque affluente ambitus illigabant. ad Q. frat. 293 b, amare aliquem ex animo. Epi. 299 b. 16. ad Att. 46 b, Cuius tibi negocia, ita commēdo, vt maiore ſtudio, magis-ve ex animo commendare non poſſim. Tuſcu.q.li. 3, Cùm conſtemus ex animo & corpore. in Piſ. 97 b, Equidem dicam ex animo quod ſentio. 9 Fami. Ex animo vereque diligi. 7. Fam. Ex animo tuo effluam. 3. de Nat. d. Ex animo exire hoc mihi non poteſt. de Peti. Hos tu homines. vt ex animo, atque ex illa ſumma voluntate tui ſtudioſi ſint, laborato. 3. de Natu. deo. Siue ex animo id ſit, ſiue ſimulate. Parad Si quidem animo excelſo & alto, & virtutibus exaggerato ſumus. Offi. 2, Animo excelſo, magnoque deſpicere aliquid. 9. ad Att. animo excubare. Tuſculan. quęſt. li. 1, Animo fidenti gradi ad mortem. 12. ad Attico. animo fractus & debilitatus. 1. Fam. animo fracto & demiſſo fuiſſe. de Pet. 209 b, Poſtea totam Italiam fac vt in animo ac memoria diſtributam comprehenſamque habeas. de Vn. 196 b, Deus intelligentiam in animo, animum concluſit in corpore. I. V. 93 b, Dicis tibi in animo eſſe alio tempore perſequi. in V. 122 b, Habeo in animo pecuniam Prætori dare. pro S R. 33 b, Pater iſtum exhæredare in animo habebat. ad Atti. 124 b, Rogaui vt diceret, qui haberet in animo. Ep. 270 b, Cum tribuni haberent in animo, de præſidio. Conſulum deſignatorum referre. Epiſto. 154 b, Quid enim in animo habuerim, cū Lernus diſceſſit à me ex literis quas ei dedi, potuiſti cognoſcere. ad Att. 15 b, Lucceium ſcito conſulatum habere in animo ſtatim petere. Acad.q.ed. 1. lib. 2, In animo res inſculptas habere. 2. de Leg. In animo meo ineſt neſcio quid, quo me plus hic locus delectet. 1. ad Qu. Frat. Animo incitari. Tuſcul.q.lib. 4, animo inflammato aliquid concupiſcere. 1. ad Qu. frat. Animo iniquo aliquid ſuſtinere. lib. 1. de Fi. Negat ſatis eſſe, quid bonum ſit, aut quid malum, ſenſu iudicari, ſed animo etiam ac ratione intelligi poſſe. 2. de Leg. Animo in quo ſunt omnia, iubet lex caſte ad deos adire. 16, ad At. animo libenti prolixoque aliquod facere. At. lib. 8, Magno ac forti animo rem agere. Tuſc. q.lib. 2, Ex Pacuuio, Nimis eſt pene animo molli. 10. Fam. Planci, animo ita paratus ſe quò Reſp. nocet. 1. ad Att. Conſul ipſe paruo animo & paruo. 12. Fam. animo periniquo periebar tu à me digredi. Tuſculan.q.li. 3, In animo perturbato, ſicut in corpore, ſanitas eſſe non poteſt. de Natu. d. 1, Animo & ſenſibus preditus mundus. Para. animo nihil præſtantius, neque diuinius. 2. Philipp. animo relaxari. 8. ad Att. animo ſedatione ſcripſi. de Fin. 1, animo & præterita & futura ſentimus. Att. li. 1, Sine animo miles. 9, ad Attic. animo ſoluto ſcribere. 11. ad Atti. Sed velim hæc aliquando animo ſolutiore. 3. de Fin. Stabili animo & firmo & magno. I. V. 178 b, ſic habeo ſtatutum cum animo ac liberatum. 1. de Inuent. Quare meo quidem animo nihilominus eloquentiæ ſtudendum. Epiſt. 55 b, Gratulatio tua mihi eſt probatiſſima, quod ab optimo eſt animo. 3. Fam. Nos quo animo inter nos ſumus, eſſe nollent. ad At. 178 b, Quod certior fieri vis, quo quiſque in me animo ſit, neminem alieno intellexi. Epiſt. 18 b, Quapropter eo animo ſumus inter nos, quo ſemper ſuimus. ad Lucceium. lib. 5, Alacrem eſſe animo. 5. de Fin. Tamen ex illa inueſtigatione naturæ conſequi uolebat, ut eſſe bono animo. Epiſt. 18 b, Quare hoc animo in nos eſſe debebis, vt ætas noſtra in amore conqeſcat tuo. de Fi. 81 b, Et quidam prodeſt, inquit, mihi in eo eſſe animo. Tuſcula. quæſt. lib. 2, Animo elato eſſe Attico. lib. 11. Erectiorem animo eſſe. 11. ad Atti. Animo eſſe fractiorem. ad Appium, lib. 3, Quod quibus adhuc non ſatis eſt perſpectum nos, is mihi nolle magis hoc animo nos eſſe, quàm non intelligere videntur. ad Qu. Lig. lib. 6, Magno fortique animo eſſe. 5. Fam. in Epiſ. Q. Metelli, Animo mobili eſſe in aliquem. 5. Fam. Animo mobili eſſe, & animo ſtabili, *contraria*. Att. lib. 3, Perculſo & abiecto eſſe animo. Cato, Animo tranquillo eſſe. Aca. q. ed. 1. lib. 2, Animo iam hæc tenemus cumprehenſa. ad Meſcinum, lib. 5, Teneriore animo mihi videbare. Tuſcu. q. 250 b, Toto animo dedere ſe alicui rei. ad Q. fr. Animo tremere. 3. ad Qu. fr. Plura ad te animo vacuo ſcribam. Acad. qu. ed. 1. lib. 2, animo uacuo audire aliquem, & magno ſtudio. 16. Fam. Animo te valere opus eſt ut corpore poſſis. Toſcul. q. lib. 1, Nihil animo velocius. de Natura. d. 1, Non modò uiderat animo res obſcuras. Tuſ.q. lib. 1, Animo ipſo animū videre. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Animo aliquid uidere, ut faciunt dormiētes, ad Att. 14, Acta. n. res eſt animo virili, conſilio puerili. Tu. q. lib. 1, Animi ſeipſos mouent: ergo æterni Tuſ.q.lib. 1, Animi beſtiarum ſunt rōnis expertes. *Hic animus & beſtia datur* 2. de Or. Animi quib. reconcilientur. Tuſ.q.lib. 1, Vt agri non omnes frugiferi ſunt qui coluntur: ſic animi non omnes culti fructum ferunt 1. de D. Animi hominum ſemper fuerunt futurique ſunt. Acad. q. ed. 2. lib. 1. Animi imbecilles. Tu. q. li. 4, Animi, quo maior eſt in eis pręſtantia & diuinior, eo maiore indigent diligentia. Tuſ.q.lib. 1, Ne ſi interirent quidem animi, quicquam mali eſſe in morte. Tuſ.q.lib. 1, Ipſi animi magni refert quali in corpore locati ſint: multa. n. e corpore exiſtūt, quæ acuant mentem, multa quę obtundant. de Sen. 84 b, Et corpora quidē defatigatione ingraueſcunt, animi ſe exercendo leuantur. Tuſculan. q. li. 1, Si animi mortales ſunt, tantus interitus eſt in morte, vt ne minima quidem ſuſpicio ſenſus relinquatur. de Diuin. lib. 1, Animi cū corpore permiſti. Diui. lib. 1, Aoimi quibus rebus pellantur ſępe vehementius. Tuſcula. quæſtio. lib. 4, Animi valentes: *id eſt, bene constituti ac ſani, qui nulla perturbatione tentari poſſunt, qualis eſt animus ſapientis*. Tuſcul. quæſtio. lib. 1, Animi per ſeipſos uiuentes. Tuſc q. lib. 1, Animorum æternitas cur nonnullis videatur incredibilis. pro

C. Rab.

G.Rab. Animorum æternitas quo argumento probetur. Tuscul.q. lib.1, Cum de animorum æternitate dicitur, de mente dicitur, quę omni turbido motu sēper vacet, non de partibus iis, in quibus ægritudines, iræ, libidinesque versantur. 16 ad Att. Animorum commutatio. 14. ad Att. Animorum dicta. Tuscul.q.libr 4, Illud animorum corporumque dissimile est, quòd animi valentes morbo tentari nō possunt corpora possunt. 2. de Leg. De animorū immortalitate Plato eadem dicit 5. Fam. Animorum magnus est motus factus Tuscu. q.lib.4, Animorū omnes morbi & perturbationes ex aspernatione rationis eueniunt. Tusc.q.lib. 3, Sed sumendum tempus est non minus in animorum morbis, quàm in corporum. de Leg. 160 b, Genus humanū sparsum in terras atque satum, diuino auctum est animorum munere. de Vniu. Animorum parem numerum sideribus distribuit Deus, & singulos adiunxit ad singula. Tusc.q.lib.1, Animorum nulla in terris origo inueniri potest. Acad.q ed. 2.lib.2, Animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum consideratio cōtemplatioque naturę. 9. Fa. Animorum remissio maximè efficitur sermone familiari Tusc.q.lib. 1, Animorum e corpore excedentium duas esse vias, duplicesque cursus dixerunt Socrates. Offi. 1. Animorum vis duplex est: vna pars in appetitu posita est, quæ est ὁρμὴ Græcè, quæ hominem huc atque illuc rapit: altera in ratione, quę docet & explanat quid faciendum fugiendumque. de Diu. 137 b, Animorum est ea vis atque natura, vt vigeant vigilantes nullo aduentitio pulsu, sed suo motu, incredibili quadam celeritate. de Nat. deor. 1, Naturis quæ sine animis sunt, locus est proprius. 2. in Vert. Animos abstinere. 7. ad Att. Hæc opinor sunt in libris, quos tu laudando animos mihi addidisti. pro Leg. Man. Quæ ciuitas in Asia, quæ non modò vnius Imperatoris aut legati, sed vnius tribuni militum animos ac spem capere possit? pro Flac. 157 b, Remittant spiritus, comprimant animos, sedent arrogantiam. 5. Acad. Aduersantur enim primum, quòd parum defigunt animos, & intendunt in ea quæ perspicua sunt. de Fin. 125 b, Victi debilitantur, animosque demittūt. pro Dom. sua, Efferre animos insolentia dominatus. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Animos ad audiendum ereximus. Offi. 3 b, Quæ cura exuscitat etiā animos, & maiores ad rem gerendam facit. Tusc. quæstio. lib. 1, Animos, siue dissipentur procul a terris, siue permaneant & conseruent habitum suum, necesse est ad cælum ferri. Tuscul. q. libe. 1, Animos siue animales sint, id est, spirabiles, siue ignei, in sublime ferri perspicuum est. Lælius, Ab altero non nimis alienos animos habemus. de Sen. 93 b, Ex vniuersa mente diuina delibatos animos habemus. Tusc. q. lib. 1, Das-ne aut manere animos post mortē, aut morte ipsa interire? 11. ad Att. Animos omniū occupare desperatio rerū eius. Tuscul. q. lib. 1. Animos permanere arbitramur consensu omnium nationum. 1. ad Att. Animos optimorū hominum irritabiles, & eosdem placabiles. Tuscu. q. libr. 1, Posse animos, cùm e corporibus excesserint in cælum quasi in domicilium suum peruenire. de Somn. 128 b, Infra lunam nihil est nisi mortale, & caducum, præter animos generi hominum munere deorum datos. pro Sest. 13 b, Alij dicunt animos hominum sensusque morte restingui: alij autē eos tū maximè, cum e corpore excesserint, sentire ac vigere. de Natu. d. 1, Animos deos esse dicit Plato in Timæo & in Legibus. 2. de Leg. Animos omnium hominum immortales esse, sed fortium, bonorumque diuinos. Tusc. q. lib. 1, Animos esse mortales, quibus rationibus probet Panætius 6. Fam. Animis cadere. de Nat. deor. 1, Ab animis cōsuetudine imbutis. de Nat. d. 1, Ex animis conatur euellere cognitionem deor. 1. Tusc. Idque in maximis ingenijs, altissimisque animis & existit maxime, & apparet facillime. de Finibus. libr. 2, In animis doctissimi illi veteres inesse quiddam celeste & diuinum putauerunt. de Nat. deor. 1, In animis hominum, deorum notionem impressit ipsa natura. Acad. q. ed. 2. lib. 1, In animis imprimuntur. de N. deor. 2, In solis animis motum, qui sua sponte fit, ponit Plato. Tusc. q lib. 2, Est in animis omnium fere natura molle quiddā, demissum, humile, eneruatum quodammodo & languidum. Offic. 1. In maximis animis splendidissimisque ingenijs plerūque exsistunt honoris, imperij, potentiæ, gloriæ cupiditates. Tuscu. q. lib. 3, Sed est naturale in animis tenerum quiddam atque molle, quod ægritudine, quasi tempestate, quatiatur. Tusc. q. lib. 1, Animis nihil admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. in Philip. Animis & armis infestus & inimicus. 2. de Nat. deor. Animis tanquam oculis, totam hanc lustrare terram. 2. de Natu. deor. Nosmetipsi, qui animis mouemus & sēsibus. I.V. 197 b, Videte Iudices, & prospicite animis quid futurum sit 5. ad Att. Animis stare. Acad. 71 a, Animus est mens sine vllo corpore, vt dixit Xenocrates. de Vni. 198 b, Deus animum vt dominum atque imperatorem obedienti præfecit corpori. de D. 137 a, Animorum est ea vis atque natura, vt vigeant vigilantes, nullo aduentitio pulsu, sed suo motu, incredibili quadam celeritate. de Natur. 7 b, Animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem. Tuscu. 162 a, Animus, vt Euripides ait, Deus est. Acad. 44 b, Animus mundi, quem Deum appellāt. de Di. 93 b, Cum est animus seuocatus à societate & cōtagione corporis, tum meminit præteritorū, præsentia cernit, futura prouidet. de Natu. deor. 9 b, Totius naturæ mens atque animus. de Som. Scip. 128 a, Hominibus animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quę vos sidera stellasque vocatis. de Diuin. 93 b, Tū euenit duabus animi temerarijs partibus compressis vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat. & ibidem, Ea pars animi quæ voluptate alitur. & ibidem. Ea pars animi, in qua irarum exsistit ardor. Offic. 33 a, Si non vna cum corpore sensus omnis vno atque eodem cōsumptus est igni. de Ora. 121 a, Omnia quæ sunt in rerum natura, celeriter animo comprehendere. de Ora. 165 b, Mens, & animus, & consilium, & sententia ciuitatis, posita est in legibus. Offic. 3 b, Quæ cura exuscitat etiā animos, & maiores ad rem gerendam facit. I.V. 60 a, Animos atque impetus alicuius retardare. pro Clu. 40 a, Noratis animos eius, & spiritus tribunitios. Attic. 100 b, Hæc opinor sunt in his libris, quos tu laudando animos mihi addidisti. Attic. 112 b, Labieni aduentu noster Cn. multo animi plus habet. de Or. 215 a, Actio varia vehemens plena animi, plena spiritus, plena doloris, plena veritatis. pro Fon. 282 a, Si quantum habent ad maledicendum licentiam, tantum haberēt ad ementiendum animi. Att. 236 b, Acta enim res est animo virili, consilio puerili. I.V. 138 b, Itaque uno genere, opinor, circumscribere habetis in animo genus hoc oratorum, &c. I.A. 237 b, Aliquis ex animo amicus, vereque beneuolus ac fidelis cuipiam. Epistto. 157 a, Confiteor imprudentia me lapsum, si vnquā Lepido ex animo credidissem, &c. Q. de Pe. 207 b, Hos tu homines vt ex animo atque vt ex illa summa voluntate tui studiosi sint, laborato. & ibidem. Ex animo agere. Off. 73 b, Quod ex animi sententia iurauerit. Attic. 75 b, Erat mihi in animo proficisci ad exercitum. pro S. R. 33 b, Sed in animo est leuiter transire. de Nat. 30 a, Vt mihi est in animo facere. in Verrem 197 a, Videte iudices, & prospicite animis quid futurum sit. in Cato. 101 b, Perspicite quęso diligenter quę dicam, & ea penitus animis vestris mentibusque mandate. in Verrem 178 a, Sic habeo statutum cum animo ac deliberatum. de Am. 101 a, Ab altero nō alienos animos habemus. de Senect. 84 a, Et corpora quidem defatigatione ingrauescunt, animi autem se exercendo leuantur. I.P 93 b, Sed plane animi sui causa ludos nobis idiotis relinquet. de Ora. 94 b, Artes in quibus animi libera quædam oblectatio quæritur. in Anto. 12 b, Qui illud animi causa fecerit. pro Sext. Rosc. 40 b Habet etiam animi causa rus amœnum. Attic. 130 b, Te animo magno ac forti illam rem agere existimo. Epist. 91 a, Fac animo magno fortique sis. Epistol. 57 b, Te hortor & obsecro, animo vt maximo sis. Attico. 168 a, Quod me me audis erectiorem esse animo, quid putas? Epist. 90 b, Fac habeas fortem animum. Epi. 133 a, Hoc animo esse debes, vt nihil huc reiicias. Epi. 178 b, Magnum animum habere debes. Epist. 18 b, Quare hoc animo in nos esse debebis, vt ætas nostra in amore conquiescat tuo. Ep. 18 b, Quapropter eo animo simus inter nos, quo semper fuimus. Epi. 34 a, Nescio quo animo sitis inter vos. Epi. 39 a, Multi sunt, qui nos quo animo inter nos simus, esse volent. Ep. 16 a, Animus magnus & excelsus. & ibidem, Animus apertus & simplex Episto. 57 a, Grauitas & altitudo animi. Ora. 116 b, Animus acer & præsens. Epist. 16 a, Magnitudo animi. de Finib. 138 b, Animus altus. de Fini. 138 b, Qui altiore animo sunt. de Finib. 59 b, Humilis atque imbecillus animus.)(. *robustus, excelsus*. Epist. 77 b, Verum enim scribam, teneriore mihi animo uidebare. Epi. 77 b, Sed plane animus, qui dubiis rebus forsitan fuerit infirmior, desperatis confirmatus est. Epi. 78 b, Cadere animus. Att. 40 a, Sum animo perculso & abiecto. Epi. 43 b, Animum tuum promptum & alacrem perspexi ad defendendā Remp. Epi. 55 b, Facile & æquo animo carere aliqua re. Q. fr. 295 b, Æquo animo facere aliquid.)(. *iniquo animo facere aliquid*. Epi. 62 a, & ibidem, Æquo animo mori. Epi. 69 a, Alacres animo sumus, vt & ceteri, &c. de Fin. 60 b, Acri & attento animo intueri aliquid. Epist. 73 b, Complecti aliquid animo. de N. 75 b, Cōprehendere aliquid animo. de D. 117 b, Tu igitur animū induces causam hanc defendere? De Cla. 69 b, Angor animo. Epi. 98 a, Agitare animo de aliqua re, *id est, cogitare*. Epi. 146 a, Oī animo impetu facere aliquid. de Fin. 81 a, Et quidem prodest, inquis, mihi in eo esse animo. Fon. 10 b, Reip. eū animum eamq; voluntatem, q̄ debemus præstare. Tusc. q. li. 2. Animus callidior est, vel potius ardentior, q̄ est acer atque peracutus.

¶ *Spes, virtus, audacia*. ad Att. 78 b, Nostris animus accessit, hostibus timor iniectus est.

¶ *Tum vires, fortitudo*. I. V. Alicuius animos atque impetus retardare. pro Do. 141 b, Quanquam insolentia dominatus exulcerat animos. Att. 78 a, Nostris animus accessit, hostibus timor iniectus est.

¶ *Ingenium & natura*. pro Cl. Nosse alicuius animum ac spiritus.

☞ Syntaxis. *Animus est in ore, Animus vigit, se mouet alitur, sententias ab iracundia occupatur, habet memoriam, naturaliter uno diuinat. Datur ex sempiternis ignibus. Ex mente diuina decerptus. Est in horore animi, & suscit, & intendit in immensum. Ex animo tenus: id est, aere iungitur, & ardore solis temperato. Latè longeq; peregrinatur. Actio animi plena. Afferre animum, animi multum. Animi causa, i. solatij. Animi conscientia se spiceri. Animi contentionem adhibere. Vis præsentis animi. Maximi animi homo. Animi motus, & cogitatio. Implere animos magnitudinem. Tenere in sua potestate animi motum & dolorem. In animi ratione reponere. Animi pars, id est facultas. Animum erigere, contrahere, demittere. Animum & spem bonam habere. Alienum habere animum ab. Animum inducere, contendere: statu defigere, mutare. Animum alicuis offendere, placare, mitigare, in aliqua re, ponere præstare. Retinere armatum animum. A corpore animum abducere, seuocare, ad se aduocare. Depellere caliginem ab animo. Æquo, facilique animo aliqua re carere, facere ferre, Animo agitare. Animo bono es: pro sis, Cernere animo, comprehendere, complecti, comprehendere & tenere. Animo dissensus, confectus. Toto se animo dedere. Animo & voluntate diffidere. Ex animo amare. Maiore studio, maiore voce animo commendare. Ex animo, vereque diligere Ex animo efflare. Animo excubare. Habere, & esse in animo. id est, cupere, decernere. Animo & ratione intelligere. Libenti & prolixo animo facere. Animo relaxari. Animo frangi. Animo tremere. Animo stare, valere, prospicere, uidere. Comprimere animos; id est, audaciam, temeritatem. Animi propositio, nerui, & robur. Ex animi sententia. Animum demittere efferre, erigere. Animo cadere. Animus nihil admixtum, nihil*

concertum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. In animo conclusa intelligentia. Videre animos animum. Alicuius animos & spiritus nostros. Pro animi mei voluntate. Moderari animo & oratione. Animo alicuius supplicare. Considerare cum animo suo. Animi pendere. Praestare quae debemus, animum & voluntatem alicui. Animum attendere. Animum debere. Animis & armis infestus, & inimicus. Perspicere, confirmare, tenere, i. conservare. Animus acer, praesens, armatus, attentus, aeger, aegritudine vacuus, aequus, aeternus, altus, afflictus, & fractus, gloriae cupidus, amplus, excelsus, incommoderatum patens, angustus, demissus, anxius & sollicitus, apertus & simplex, concitatus, à se ipse dissidens, secumque discordans, solutus, vacuus. Humilis ac pertinax. Imbecillus & anilis, imbecillus remissusque, ieiunus & angustus, ingenuus, furore divino incitatus, inflatus ac tumens: in patria charitate infixus, invictus, lenis, calidus, magnus, magnus & erectus, magnus & excelsus, magnus & fortis, mollis, demissus, enervatus, languens, perturbatus, promptus, alacer, pusillus, robustus, proclivus, propensus ad vitia, morbum: sanctus, à corporis contagione se vocans, tener, spiritualis, aereus, tranquillus, torpificatus, corpore vacans, sensibus & curis vacuus, nunquam agitatione vacuus, facilis, certus, confirmatus, virentibus exaggeratus, fidens, inflammatus, incitatus, prolixus, perculsus, relaxatus, valens, per se ignotus, irritabilis, placabilis, demum, temperator, pernatuma omnem incertus, & commeans: spirabilis, depressus ac dimersus in terram ingeneratus à Deo. Animus concitatus, sanatus, spiritalis, igneus, excultus. Animi altitudo, aequitas, amplitudo, exaggeratio, quam altissima, celeritas confirmatio, conscientia, contentio, defectio, egestas, firmitas, firmitudo, gravitas. Impetus animi potius quam ingenii. Animi intelligentia, languor.

ANNALES, lium. *memoria publica, monumenta vetustatis.* de Orato. 133 Erat enim historia nihil aliud nisi annalium confectio, cuius rei memoriaque publicae retinendae causa, res omnes singulorum annorũ mandabat literis Pont. Max. *& ibidem de annalibus multa.* pro Mure 127 b, Itaque non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuę. pro Rabir. 93 a, Ista omnes & suppliciorum, & verborum acerbitates non ex memoria vestra & patrum vestrorum, sed ex annalium monumentis, atque ex regum commentariis cõquisivit, pro Dom. 230 a, Vt annales popu. Rom. & monumenta vetustatis loquuntur. de Leg. 157 a, Annales Pontificum Maximorum, quibus nihil potest esse iucundius. Epist. 68 a, Etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet, quasi enumeratione fastorum.

☞ Syntaxis. *Annalium vetustas & ordo.*

ANNALIS, le. in Ant. 203 b, Legibus annalibus num grandiorem aetate ad consulatum constituebant, adolescentiae temeritaté verebantur? I. A. 203 b, Maiores nostri leges annales non habebant. de Leg. 185 a, Consules civitaté annali lege servanto. de Or. 233 a, Lex annalis. *id est, quae annorum numerum praefiniebat ad capiendos magistratus*

ANNALE, lis. Att. 193 b, Scriptum est in tuo annali. de Clar. 169 b, Ennius in novo annali.

AN-NE, an. pro Cor. 66 a, An ne de nobis trahere spolia foederatis licebit? de hostibus non licebit? L. AN. ° de Fin. 121 b, Quin interest haec bona dicas, an ne praeposita? I. P. 80 a, Nam quid ego de consulatu loquar. partu'ne, an ne gesto?]

ANNECTO, *ctis. agglutino.* de Natura. d. 53 a, Stomachus ad linguam annectitur.

ANNELLVS, li. *annulus parvus.* de Finibus. 125 a, Epicuri imaginem non modo in tabulis, sed etiam in poculis, & in annellis habebant. ex Nonio.

ANNEXVS, a, um. *alligatus.* de Inuent. 81 b, Funiculis à puppi religatus scapham annexam trahebat. de Inuen. 48 a, Separatum est, quod nõ ex ipsa causa ductum est, nec sicut aliquod membrum annexum orationi. & Top. 225 a.

ANNIVERSARIVS, a, um. *quod singulis recurrit annis.* I. V. 219 b, Mercurius sacris anniversariis apud Tyndaritanos summa religione colebatur. I. V. 215 a, Syracusani festos dies anniversarios agunt. de Arus. 251 a, & I. V. 230 a, Qui sacrificia gentilia anniversaria factitarunt. Att. 26 b, Sacra anniversaria. de Nat deo. 45 b, Impetus coeli constãtissimé conficiens vicissitudines anniversarias.

☞ Syntaxis. *Anniversaria sacra. Agere festos dies anniversarios. Anniversaria sacrificia gentilia factitare. Sacra anniversaria. Anniversariq vicissitudines.*

ANNICERII. *philosophi ab Aristippo.* Off. 75 b.

ANNOMINATIO onis. Graece. *παρονομασία, ut nobilior, mobilior.* de Or. 132 b, & ad Heren. 30 b.

ANNONA, nae. *res frumentaria, aut aliae res quae ad annum requiruntur.* pro Pom 13 b, Repente vilitas annonae, ex summa inopia & caritate rei frumentariae consecuta est. de Di. 120 b, Annona in macello cara est. Epist. 237 a, Fundo Arpinati bene poteris uti cum familia urbana, si annona carior fuerit. I. V. 199 a, Annona precium nõ habet. pro Do. 216 a, Subito illo die carissimam annonam nec opinata vilitas consecuta est. pro Do. 215 b, Difficultas annonę summa, inopia, rei frumẽtariae, pro Dom. 219 a, Cum ingravesceret annona, ut iam plane inopia ac fames, non caritas timeretur. pro Milo. 115 a, Levare annonã. pro Do. 216 a, Adventu meo vilitas facta est. & ibid. Commutata est annona. pro Dom. 216 a, Annona in meo reditu facta erat durior.

☞ Syntaxis. *Annonae vilitas caritas. Annona precium non habet, Annonae difficultas, inopia rei frumentariae (unà Cic.) Annona ingravescens. Annonam levare. Annona commutata durior.*

ANNUTARE. *notare, observare. Columella & Nonius ex Oeconomico Xenophontis, quem Cicero è Graeco vertit sed desideratur.*

ANNVLARIVS, rii. *artifex annulorum.* Aca. 2 1 a, An tibi erit quaerendus annularius aliquis? quoniam gallinarium invenisti.

ANNVLVS, li. I. V. 108 a, Annulus aureus scribae tui me deterret. Aca. 21 b, Si in eiusmodi cera centum sigilla hoc annulo impressero. Qu. Fr. 292 a, Sit annulus tuus non minister alienae voluntatis, sed testis tuae. Off. 9 b, Foribus apertis hominis mortui vidit corpus, annulumque aureum in digito: quem ut detraxit, ipse induit. & ibid. Cum palam eius annuli ad palmam converterat, à nullo videbatur. ° de Fin. 125 a, Epicuri imaginem non modo in tabulis, sed etiam in poculis, & in annulis habent.]

☞ Syntaxis. *In cera sigillum annulo imprimere. Detraxit annulum, & ipse induit.*

ANNVMERANDVS, a, um. *in numerum addendus.* de D. 109 a, Atque his libris annumerandi sunt sex de Rep.

ANNVMERATVS. a, um. de Inuen. 58 a, Si infirmum aliquod annumeratum dicemus.

ANNVMERO, as. *in aliquorum numero pono, in eundem numerum refero.* de N. 1 a, Qui vero deos esse dixerunt. tãta sunt in varietate cõstituti, ut eorum molestum sit annumerare sententias. de Op. 244 a, Verba non ma annumerare lectori putavi oportere, sed tanquam appendere. I. V. 63 b, Annumerare & reddere pecuniam alicui.

ANNVMEROR, ris. *numeror.* de Cla. 182 a, His duobus annumerabatur nemo tertius. pro S. R. 33 a, Verum forsitan in grege annumerer.

☞ Syntaxis. *Annumerandi sunt hi libri, &c. Annumerare pecuniam alicui. His annumeratur ille tertius. In grege annumerari.*

ANNVNCIO, as. *nuncio, denuncio.* Att. 185 b, Eique interea salutem annunciabis, itemque Pyliae.

ANNVO, is. *nutu capitis assensio.* in Ver. 196 a, Hoc mihi significasse & annuisse visus est. de Or. 135 a, Id quoque toto capite annuit. de Nat. 23 b, Annueru te video. pro Q. 3 b, Simulatque sibi hic annuisset, numeraturum se dicebat. I. C. 113 a, Tum ostendit tabulas Lentulo, & quaesivi cognosceret ne signum? annuit in Antonium 247, Si annuerit? ne ego istam sapientiam non audiam.

☞ Syntaxis. *Significat, & annuit. Toto capite annuere. Annuere, absolute.*

ANNVS, ni. de N. deor. 36 b, Magnus annus, qui tum efficitur, cum Solis & Lunae, & quinque errãtium ad eandem inter se comparationẽ confectis omnium spaciis, est facta cõversio. de Vni. Annus perfectus & absolutus perfecto numero tẽporis tũ cõpletur: denique cum se octo ambitus cõfectis suis cursibus ad idẽ caput retulerũt, cumque eos permensus est idẽ & semper sui similis orbis. Bru. Annus iudicialis Som. Scip. Annus vertens vere appellari potest tum, cum ad idẽ, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierunt, eandemque totius coeli descriptionẽ, lõgis intervallis retulerint. 13. Philip. Apparuisse numen deorũ intra finẽ anni vertẽtis. 3. de Na. de. Anni peracti mẽsis apud Aegyptios ad Q. F. lib. 1, Addere annũ labori. de Sen. 83 b, Quartum annum ago & octuagesimũ. Som. Scip. Annũ homines populariter tantũ modo solis, i. unius astri reditu metiuntur. 10. Fa. Annũ petitionis suae non obierunt, 1. de D. Quinto autẽ anno exeunte ad Syracusas occidit. Ep. 72 b, Hoc gravissimo & pestilentissimo anno. pro Q. 7 b, Anno vertente sine controversia verbum nullũ facis. 15. Fa. In hoc annõ nõ solet addi in hoc interdicto. 3. de Le. Ni anni decem interfuerint, ne quis eundẽm magistratum capito. Off. 2, Nondum centum & decem anni sunt, cum, &c. 15. Fa. Anni multi sunt, cumque &c. de D. 88 b, Babylonii cccclxx. millia annorum, ut ipsi dicunt, monumentis cõprehensa tenent. de Sen. Agere annos. 7. Fam. Annos multos nihil aliud commẽtariis. pro Cec. Iam annos vigin tã habere. 9. ad Att. Annos decem peditum & equitũ polliceri. 13. Att. Annis legitimis eum curules magistratus perfacile cepisse.

Tempestas, & praesens constitutio, vel pars una ex quatuor anni. 10. ad Att. Anni tempore duro. *cui opponit aestatem.* de Nat. d. 2, Anni tempora quomodo ex solis inflexione fiant.

☞ Syntaxis. *Annus perfectus & absolutus, iudicialis vertens. Agere annum 20. Anni multi sunt, cum. Annos habere 20.* centum.

ANNVS, a, um. *quod totius anni spatio continetur.* Att. 95 a, Nos annuum tempus prope iam emeritum habebamus. Att. 68 a, Ut hoc desiderium nostrum plus sit annuum. de Leg. 175 b, Idque ne cõmitti possit, ad eam rationem cursus annos sacerdotes finiunto. pro Flac. 165 a, Annui temporis criminatio. de Inu. 51 a, annuum spacium. Attic. 245 b, Sic. n. annuum tempus conficitur. de In. 54 a, Et annuae cõmutationes quaedam ex necessitate semper eodem modo fiunt.

☞ Syntaxis. *Cursus annuos finire ad rationem solis. Annuae commutationes.*

ANQVIRO, ris. *inquiro, quaero.* de Or. lib. 1, Omnes natis ioci anquirentibus novis, omnique acie ingenii contemplantibus, ostendunt se.

ANQVIROR, ris. *quaeror, investigor.* de Fat. In qua quid valeat ad quod geri possit, anquiritur.

ANSA, ae. *manubrium, aut id quo res haud aliud manu capi tenerique solet hanc per translationẽ occasio dicitur.* de Am. 107 b, Quam ẽe necesse erat cupere, ut quàm saepissime peccet amicus, quo plures det sibi tãquã ansas ad reprehendendũ. pro Caec. 201 a, Iste hac sententia se ansam retinere olim controversiarũ putat. pro Plan. 277 a, Si locus habet ● reprehensionis ansam aliquã, nescio cur, &c. ° pro Sest. 7 b, Denique sermonis ansas dabat, quib. reconditos eius sensus tenere possemus.]

☞ Syntaxis. *Dare ansam ad agendum. Ansam tenere.*

ANSANTI, in *Hirpinis populi.* de D. 97 a.

ANSER, ris pro S. R. 27 b, Anseribus cibaria publice locantur, & canes aluntur in Capitolio, ut significent si fures venerint. & I. A. 248 a, Anseres de Falerno depellantur. *id est, Anser, poeta, qui Antonius fuit* ...

ANTANDRVS, a, um. *ab Antandro insula.* 300 a.

ANTAXON. Tusculan. 163 b, Ora australis ignota nobis, quam vocant Græci. ἀνταξονα.

ANTE, *præ. pro. à fronte, ob, in conspectu.* * præter prima. Tuscu. 172 a, Ante enim Salaminam ipsam Neptunus obruet, quam &c. & ibi priusque Bœotea leuctra tollentur, quam &c.]

¶ *Loci ratione.* pro S. R. 20 b, Vt non modò clàm, verum etiam hic in foro, ante tribunal tuum M. Fanni, ante pedes vestros iudices, inter ipsa subsellia cædes futuræ sint. & ibidem. Ne hic ibidem ante oculos vestros trucidetur. pro Mil. 106 b, Clodius ante suum fundũ Miloni insidias collocauit. de D. 95 b, Cũ Sylla in agro Nolano immolaret ante prætorium, tum ante oppidum Nolam Samnitum castra cepit. I. V. 246 b, Hi ne in freto ante sua tecta & domus nauigarent, precio abs te ius fœderis emerunt. de Fin. 132 b, Vt si ante manibus ingrediatur quis aut non antè, sed retrò, fugere plane se ipse videatur. de Orat. 101 a, Omnia enim sum posita ante oculos. I. V. 549 a, Hominem nostri, qui ducem prædonum ceperit, quam libenter eũ palàm ante oculos omnium esse patiatur. ad Her. 5. 2. At in senatũ, aut ante Imperatorem, & in consilium talis causa potest venire.

¶ *Temporis.* Att. 234 a, Id ipsum quod me moues, quatriduo ante cogitatam de Inu. 64 a, Ille multo ante lucem surrexit. de Fin. 71 a, Vt qui asoti esse velint, philosophi ante fiant. Epist. 35 b, Mandaoitque vtrique eorum, vt ante ad me excurrerent; & alibi, Multũ interesse mihi est visum inter eum qui tum erat, & qui anno ante fuerat. Tuscu. 196 b, Quæ venientia longe ante videris. Post quã. 199 a, C. Marius tertius ante me consularis subijt, &c. Att. 121 b, De quibus antea ad te falsum scripseram. I. A. 203 b, Vt ei triennium ante legitimum tẽpus petere liceat. I. V. 99 b, Minutius mortuus est ante istũ prætorem. I. V. 68 a, Qui, dum hic quæ opus essent, compararet, causam interea ante eum diceret. de Natu. 38 a, Vt Fides, vt Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus proxime a M. Æmilio, ante autem ab Attilio Calatino erat Fides consecrata.

¶ *Magis.* Att. 133 b, Crucior, quod eum quem ante me diligo, video in consulatu quiduis potius esse, quàm Cos.

☞ Syntaxis. *Ante pedes, ante oculos. Non antè sed retrò. Quatriduo ante, anno antè, longe ante. Tertius ante me Consul. Ante istum Prætorem ille obijt: id est, ante eius magistratum. Illum ante me diligo.*

ANTEA *ante hac, ante hoc tempus. superioribus diebus, superioribus temporibus.* Att. 102 b, Posthac neque hercule antea negligentes, fuimus: Att. 244 a, Quod ad te antea, atque adeo prius scripsi (sic enim nanis ad scribendum tibi vera dicere) fecisti me acriorem. de Inuent. 66 a, Si integer antea fuisse demonstrabitur. Epist. 5 b, Nactusque tempus hoc magis idoneum, quam vnquam antea, ita sum cum illo locutus, &c.

☞ Syntaxis. *Ad te antea, atque adeò prius scripsi. Id magis nũc aptum quam vnquam antea.*

ANTEACTVS, a, um. *superior.* de Inu. 66 b, Ex anteacta vita facere iudicium, &c. & I. V. act. 5. & pro Marcel.

ANTECANIS, nis. *procyon.* de Nat. 48 b, L. PROCYON.

ANTECAPTVS, a, um. *antè conceptus.* de Nat. 10 b, antecapta animo rei quædam informatio, Græce πρόληψις.

ANTECEDENS, tis. *præcurrens, antegrediens, antegressus, prapositus, antepositus.*)(*quod consequitur.* de Fat. 145 a, Omnia quæ fiant, fieri causis antecedentibus & ibidem. Voluntatis nostræ non esse causas externas & antecedentes. de Orat. 230 a, Ex ijs rebus quæ quodammodo affectæ sunt ad id de quo quæritur, alia ex antecedentibus appellantur, alia ex consequentibus, alia ex repugnãtibus. de Inu. 70 b, Obseruantia, per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur. de Fat. 141 b, Causæ naturales & antecedentes. de Inuen. 85 b, Homines aliqua dignitate antecedentes. Octa. 329 b, Et quæ non insequens hora antecedente calamitosior pop. Ro. illuxit? de Cla. 171 b, Sed inter hos paululũ ætate his antecedens Galba, eloquentia præstitit. de Clar. 174 a, M. Pennus Paulum Gracchum ætate antecedens.

☞ Syntaxis. *Externa causa & antecedens. Antecedens, ætate, dignitate, sapientia. Insequens antecedente hora calamitosior. Antecedens ætate illis, & illum.*

ANTECEDO, dis. *ante eo, præeo, præcurro, progredior, antegredior, anteuerto.* • * præcedo.) (. subsequor.] Topic. 228 b, Si huic rei illa antecedit, huic non antecedit. Topi. 225 a, Quicquid antecedit quamque rẽ, id cohæret cũ re necessario. de Fat. 147 a, Non sic causa intelligi debet, vt quod cuique antecedat, id & causa sit, sed quod cuique efficienter antecedat. de Fat. 149 a, In omnibus quæcunque fiunt, verisimile est causã antecedere. Ep. 147 a, antecedere aliquẽ ætate. Biduo me Antonius antecessit. Att. 154 a, Pópeius expeditus antecesserat legiones. Acad. 39 b, Ea res lõge cæteris antecedit. de Vni. 199 a, Septima, quæ septẽ & viginti partibus antecederet primæ. de In. 58 a, Si id quod sequitur, non videatur necessario cũ eo quod antecessit, cohærere. in Verr. 232 a, Incipit is loqui, qui & autoritate & ætate, &, vt mihi visum est, vsu rerum antecedebat Timarchides.

☞ Syntaxis. *Antecedere motu, tempore, natura, illum illi.*

ANTECELLO, lis. *excello, præsto, antesto.* in Verr. 150 a, Hæc causa magnitudine iniuriæ criminibus cæteris antecellit. I. V. 227 b, In ea sunt ædes sacræ complures, sed duę quę longe cæteris antecellunt. de In. 43 a, Præclarum mihi quiddã videtur adeptus is, qui qua re homines bellijs præstẽt, ea in re hominibus ipsis antecellat. de Nat. 55 b, Sensus hominum multo antecellit sensibus bestiarum. ad Her. 15 b, Inferiores, qui omnibus his rebus antecellit. pro Mur. 130 b, Dicẽdi consuetudo longe & multum illi vestrę exercitationi ad honorẽ antecellit. pro Mu. 139 a, Sũma dignitas est in ijs qui militari laude antecellunt. pro Mur. 133 a, Vir humanitate, sapientia, integritate antecellens. de Sen. 90 b, Vt quisque ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet. de D. 99 a, Chaldæi in Syria cognitione astrorũ antecellunt. pro Arc. 186 a, antecellere omnibus ingenij gloria.

☞ Syntaxis. *Antecellere alicui. In aliqua re antecellere. Antecellere ad honorem. Aliqua re antecellere, ætate sapientia.*

ANTECEPTVS, a, um. de Nat. 10 b, L. ANTICIPATIO.

ANTECESSIO, onis. *præcursio, progressio, progressus.*)(*consequentio.* Off. 3. Homo autem qui rationis est particeps, per quam cõsequentia cernit, principia, & causas rerum videt, earumque progressus quasi antecessiones non ignorat. Top. 255 a, Tripartito igitur distribuitur locus hic, in consecutionem, antecessionem, & repugnantiam.

ANTEDICO, cis. *prædico, ante prædico.* de D. 113 a, Hæc qui antedicunt quàm rationẽ sequantur, vides. I. A. 158 a, & 157 b, Atque ego hoc dico de futuris, quod est augurum, antedicere ea quę vitari possunt.

ANTEEO, is, *antecedo, præeo. præcedo.* contra Rull 85 b, Lictores prætoribus anteibant cum fascibus duobus. Tusc. 149 a, Cato qui hos ætate anteibat. I. A. 221 a, Seruius ætate illis anteibat, sapientia omnib. de Finib. 149 b, Præstantiam animi omnibus bonis corporis anteire dicimus. de Fa. 149 a, Si illi fateantur assensiones nõ sine visu antecedente fieri, alia ratio est. sed si concedunt anteire visu, &c. vide ne idem dicant. de Cla. 185 b, Consules, qui omnes intelligẽtia anteibant. Tusc. 124 a, Fortunam ipsam anteibo fortunis meis. pro Sylla. 161 a, Nec se æquales tui propter istam causam abs te anteira putant. Off. 402 a, Qui anteire cæteros uirtute putantur.

☞ Syntaxis. *Anteire tempore, dignitate, aliquem, alicui: fortuna, fortunis. Illi se à te anteiri dicunt.*

ANTEFERO, fers. *antepono, præpono* Par. 229 b, Deinde ista tua studia uel maximis meis occupationibus anteferens libenter. Episto. 83 b, Vel iniquissimam pacem iustissimo bello anteferrem. pro Cor 64 a, Quis dubitaret de toto iure pacis & belli omnibus iurisperitissimis imperatores nostros anteferre? cont. Rull. 67 a, Vos qui me autem iuuenilitati nobilitati. Epist. 74 b, Tamen ita existimes velim, me antelatum fuisse, si ad me venisses, voluntatem tuam commodo meo. Ora. 198 b, Sed ego idem, qui, &c. recordor longe omnibus unum anteferre Demosthenem. Q. F. 306 b, Comitia iudicijs anteferre. Att. 96 b, Qui se solet anteferre puero sororis tuę filio. de Cla. 180 a, Anteferre se alicui. pro Syl. 184 b, Vt nemo ei se honore anteferret. Epi. 29 b, Præsertim cum sine cuiusquam reprehensione, legatis quæ vitorem possis anteferre. Ep. 11 a, Bibuli fortunam, quam ille afflictam putat, omnium triumphis victorijs anteferro.

¶ *Procuro prouideo* Epist. 72 b, Certe nos quod est dies allatura, id cõ-
• silio anteferre debemus. * Tuscu. 201 a, Epicurus tenuem uictum antefert copioso.]

☞ Syntaxis. *Hoc isti rei antefero. Se honore alicui anteferre. Consilio futura anteferre: id est, prouidere.*

ANTEGREDIOR, ris. *progredior, antecedo, anteuerto.*)(*sequor.* de Nat. 36 b. Lucifer latine dicitur, cum antegreditur solem: cum subsequitur autem, hesperus. de Fat. 144 b, Quod si ita est, omnia quæ fiunt, causis fiunt antegressis. & ibid. a, Causæ fortuito antegressæ. & de D. 85 b, Iisdem signis antegressit. Offic. 19 a, Id tum apparet, cum antegressa est honestas.

☞ Syntaxis. *Antegredi, aliquem. Quæ fiunt, causis antegressis fiunt.*

ANTEHAC *antea.* Epist. 197 a, Atque antehac sperare quidem licebat, nunc etiam illud ereptum est. Epist. 7 b, Simul quod video, non ut antehac putabam, nouitati esse inuisum meæ.

ANTELATVS, a, um. de Pro. 74 b, Cum ipse cæteris omnibus esset omni honore antelatus.

ANTELVCANVS, a, um. *quod ante lucem est, vel fit.* Fini. 245 a, Ex antelucano tempore usque ad horam diei decimam. Tusc. 218 b, Qui dolore se aiebat, si quando opificum antelucana uictui esset industria. I. C. 109 a, Antelucanæ cœnæ.

☞ Syntaxis. *Antelucana opificum industria. Tempus antelucanum. Cœna antelucana.*

ANTEMERIDIANVS, a, um. *quod ante meridiem est, vel fit.*)(*pomeridianus.* Att. 221 b, Antemeridianis tuis literis heri statim rescripsi, nũc respondebo vespertinis. de Orato. 144 b, Antemeridianus sermo. L. POMERIDIANVS.

ANTENNA, næ. *transuersum in naui lignum ad malum, alicui velum alligatur.* de Ora. 159 b, Quid tam in nauigio necessarium, quam prora? quam puppis? quàm antennæ? quam vela? mali? &c.

ANTEOCCVPATIO, onis. *Rhetorica exornatio est. alias ab occupatione.* de Or. 162 a, Erroris inductio, in hilaritatẽ impulsio, ante occupatio, &c.

ANTEOCCVPO, as *præoccupo* Or. 209 b, Vt ante occupet quod putat opponi. *de eadem ante occupatione loquitur.*

ANTEPONO, nis. *præpono, præfero, antefero, præstabilius puto, primas summum alicui do, aliquid primum & summum habeo.* * potius habeo.
• Att. 14 b, Vera quidẽ laude probitatis, neque me tibi, neque quenquam antepono. Q. F. 300 b, Si te illis anteponis, valde magnum facis. de Orato. 93 a, Et longe Academiæ illi & Lyceo tum hoc suburbanum antepono. Tuscul. 203 b, Cuius iudicium longe antepono tuo. Epist. 52 a, Ex te sapientiam esse iudico, vt meum consilium non anteponam tuo. Episto. 36 a, Nec mehercule aliter vidi existimare Cn. Pompeium, quem omnibus qui unquam fuerunt, uel P. Lentulum, quem mihi ipsi antepono. de Cla. 168 a, Hanc autem gloriam, testimoniumque Cæsaris, tuæ quidem supplicationi, nõ solum, sed triumphis multorum antepono. in Vat. Nemo se anteponet qui
• minus reus fac. * de Finib. 110 a, Cum animum quadam infinita laude anteponerent corpori.]

Syntaxis. *Hoc isti reuiuiscerepotio. Te illi antepdno. Se antepdnere, absolutè.*

ANTEPRÆDICO, cis. *prædico.* I.A.206 b, Itaque quod paulo ante feci in Senatu, faciam apud vos, testificor, denuncio, ante prædico.

ANTEQVAM, *priusquam.* Att.75 a, Antequam aliquo loco consedero, literas à me non habebis. Attic.26 b, Equidem antequam tuas legi literas, in hominem ire cupiebam. pro Dom.241 b, Præsertim illo magistro, qui cogeretur docere, antequā ipse didicisset. I.V. 246 a, Nunquam in Sicilia frumentum publice est emptum, antequā iste hoc præclarum consilium dedit, vt, &c. de Orat.156 a, Neque de statu gabor antequam percepero, &c. I.V.136 b, Neque in hac re solùm fuit eiusmodi, sed antequam ego in Siciliam veni, in maximis rebus ac plurimis. Parad.124 b, Nunquam eris diues, antequam tibi tantū ex tuis possessionibus reficiatur, vt tueri sex legiones possis. Episto.102 a, Sin nostri oblitus es, dabo operam ut illuc veniam, antequā plane ex animo tuo effluo. I.A.244 a, Cui fui sæpe amicus, antequā ille reip. est factus inimicus. Qu.Fr. 301 b, Ne quid de bonis quæ L.Octauij fuissent, diminuerent, antequam Cn.Fundanio pecuniam soluissent. pro Milon.121 b, Vtinam, dij immortales, vt P. Clodius viueret, antequam hoc spectaculum viderem. I.A.218 b, Dixitque se non antea renunciaturum senatu, nisi prius sibi respondisset quid facturus esset, quam ex illa circumscriptione excederet.

Syntaxis. *Scribam antequam, discedo; & discedam. Antequam legi scribebam. Nunquam dixit, antequam ille dictaret.*

ANTEROS, *Veneris & Martis filius.* de D.71 a, & b, Tertius cupido quidem & Anteros. & de Natu.lib.3.

ANTESIGNANVS, ni. *primipilus, miles qui ante signum in acie collocatur.* I.A.174 a, & 196 b, Fueras in acie Pharsalica antesignanus. Antesignanos iudices constituere.

Syntaxis. *Antesignanus miles. Antesignanus, absolutè. Iudex antesignanus.*

ANTESTO, as. *præsto, antecello, excello.* de In.62 b, Crotoniatæ quondam omnibus corporis viribus & dignitatibus antesteterunt.

Syntaxis. *Antestare viribus dignitate.*

ANTEVERTENS, tis. *præcedens,* de Nat.36 b, Stellatum ante vertens solem, tuum subsequens.

ANTEVERTO, tis. *præuerto, antecedo.* de Ami.98 b, Atque id ipsum cùm tecum agere conarer, Fannius anteuertit. pro Mil 110 a, Vidit necesse esse Miloni proficisci Lanuuium, illo ipso quo profectus est die itaque anteuertit.

Syntaxis. *Ille anteuertit, absolutè.*

ANTICIPATIO, onis. *Græcè πρόληψις.* de Nat.10 b, Quis non habet sine doctrina anticipationem quandam deorum: *id est, anteceptam animo rei quandam informationem, &c.* L. PRÆNOTIO.

ANTICIPATVS, a, um. *ante conceptum, prænotum, insitum.* de N.16 a, Ita est informatum, anticipatumque mentibus nostris.

ANTICIPO, as *anteoccupo, anteuerto.* Att.132 a, Dices, quid igitur proficis? quis anticipes eius rei molestiam, quam triduo sciturus sis.

Antinoica contraria lex. L. LEX.

ANTILIBANVS, *mons.* Att.31 b.

ANTIOCHIA. æ. *vrbs.* 244 b.

ANTIOCHII, *philosophi ab Antiocho.* Acad.18 a.

ANTIPODES, dum. *aduersi orbis gentes* Acad.31 a, Antipodes è regione nobis, è contraria parte terræ aduersis vestigijs stant contra vestigia, quos Antipodas vocatis. de Som.129 b, Sed eorū partim obliquos partim versos, partim etiā aduersos stare nobis. & ibidem. Qui aduersa nobis vrgent vestigia.

Syntaxis. *Stant Antipodes vestigijs aduersis contra vestigia. Vrgent aduersa nobis vestigia Antipodes.*

ANTIQVITAS, tis. *vetustas.* de Leg.175 a, Antiquitas proximè accedit ad deos. item: In exemplis autoritatem habet antiquitas. de Orat. 146 b, Quo magis antiquitatē eorum sermo retinere videatur. pro Font.292 b, Generis antiquitas ex clarissimo municipio profecta.

¶ *Priscorum facta & mores.* Ora.211 b, A quibusdam serió iam emendatur antiquitas, qui, &c. pro R.P.127 a, P.Rutilius, qui documentum fuit hominibus nostris virtutis, antiquitatis, prudētiæ. de Ora. 101 a, Plurima in XII. tabulis antiquitatis effigies. de Diuin.123 a, Errabat enim multis in rebus antiquitas, quam vel vsu iam, vel doctrina, vel vetustate immutatam videmus. ad Heren.24 b, Non omnia antiquitati concedenda esse.

Syntaxis. *Habet autoritatem antiquitas. Generis antiquitas. Vir documentum antiquitatis: id est, prisca probitatis.*

ANTIQVIOR, ius. & Antiquissimus, a, um. *carior, melior, potior, carissimus, optimus, potissimus.* Epist.178 b, Si in aduentu tuo bellum cōfici potest, nihil sit antiquius. Attic.192 a, Me id multo magis mouet, quod mihi est sanctius & antiquius. Attic.101 b, Ne dubitaris, quin quod honestius, id mihi futurum sit antiquius. Qu.Fr.294 b, Quod tibi & antiquissimum esse, & ab initio fuisse, omnium sermone celebratum est. Att.37 a, Nihil mihi antiquius amicitia nostra est. de D.124 b, Antiquiorem Deiotaro fuisse laudem & gloriam, quam regnum & possessiones suas. Ep.170 a, Nec quicquā habui antiquius, quam vt Pansam statuo conuenirē. Attic.187 b, De Tullia mea tibi antiquissimum esse video. Q.F.306 b, Is iudiciorū causam suscepit, antiquissimamque se habiturum dixit. de In.55 b, Hoc trophęo nihil carius, nihil antiquius habere conuenit. Att.160 b, Naualis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. Att.238 b, Id quidem sic susceptū est mihi, vt nihil sim habiturus antiquius. ad Her.32 a, At salus antiquior est militum, quàm impedimentorum. Epist.166 a, Nihil antiquius cōmuni salute iudicaui. de In.57 a, Qui pauperes sunt, ijs antiquior officiū pecunia est. I.A.247 a, Nihil vita antiquius existimare, omnia posteriora libertate ducere.

Syntaxis. *Nihil sit antiquius: id est, esse potest. Sanctius, & antiquius.* Hic adoerte, post sāctius, esse antiquius. *Id mihi antiquissimum est. De te mihi antiquissimum est. Habere aliquid antiquissimum. Nihil carius, nihil antiquius. Huius rei mihi semper antiquissima cura fuit.*

* ad Her.17 a, Antiquiorem mortem turpitudine haberi.]

ANTIQVO, as. *abrogo.* de Leg.191 b, Vos demum, vt uideo, legem antiquastis sine tabella. Attic.9 b, Et populum vt rogationem antiquaret, rogabant.

ANTIQVOR, aris. *abrogor.* Attic.8 a, Piso operam dat, vt ea rogatio, &c. & de religione antiquetur. Off 48 b, Philippus legem agrariam tulit, quam tamen antiquari passus est.

ANTIQVVS, antiquior, antiquissimus. *priscus, vetus.*) (*recens.* I.V.87 a, Hæc nimis antiqua & obsoleta sunt. Att.142 b, Igitur antiquissimæ cuique epistolæ primum respondebo. Q.F.319 a, Antiquior dies in tuis erat ascripta literis. pro Rab.95 b, Causam suscepisti antiquiorem memoria tua. de Vni.198 b, Animus & ortu & virtute est antiquior corpore. de Am.101 a, Antiquior & pulchrior & magis à natura pfecta causa amicitiæ. de Clar.172 a, Sed multo tamē antiquior & horridior ille quàm Scipio. * pro Plan.262 b, Tu es ex municipio antiquissimo Tusc. hic est e præfectura Atinati non tam prisca.]

¶ *Simplex ac purus.* pro S.R.12 b, Homines antiqui, qui ex sua natura cæteros fingerent, crediderunt. pro S.R.23 a, In qua muliere vestigia antiqui officij remanent. * Att.151 b, Vide quam sim antiquorum hominum, id est simplicis ingenij, & minime callidi, quales antiqui homines erant.

Syntaxis. *Antiquum & obsoletum. Antiquissima epistola. Dies ascripta antiquior. Ille antiquior, & horridior quam tu.*

ANTISTES, tis. *primarius vnius templi sacerdos.* pro Do.234 a, Vos qui estis antistites ceremoniarum & sacrorū, autorē habetis & magistratum publicę religionis. de At.246 b, Antistites sacrorū. de Di.131 b, Cū antistitibus agamus, vt proferant, &c. pro Do.243 a, Alij antistites deorum immortalium, alij interpretes religionum requirendi.

¶ *Princeps autor.* de Orat.102 a, Eum, quærimus, qui sit eius artis antistes, cuius esse Deus putatur.

ANTISTITA. æ. *primaria sacerdos & vates.* I.V.223 b, & 229 b, Cereris sacerdotes atque illius fani antistitæ. *Sic enim legendum est, non antistites. autore Gellio & Prisciano. Significat enim fœminam sacerdotem.*

ANTISTHENES, nis. de Oc.148 b, Ab Antisthene, qui patientiam & duriciam in Socratico sermone adamauit Cynici.

ANTITHETON. Oc.213 a, Græci ἀντίθετα nominant, cùm contrarijs cōtraria opponuntur. Id quod scis, prodest nihil: id qđ nescis, obest.

ANTIVM. oppidum. Att.242. Hinc Antiates. ibid.26 a.

ANTONIANVS, a, um. *quod est Antonij.* Epist.lib.12, Antonianæ leges: in epistola Lentuli. & eodem libro, Antonianum latrocinium in Verr. Antoniana vetus dicendi ratio. sed id de Antonio illo Orato.

ANTONIASTER, *ab Antonio per contemptum factū nomen, vt ab olea oleaster, vt à pyro pyraster.* Pro Varrone, citante Prisciano.

ANTRONIANVS, a, um. Att.lib.1. Autroniana domus.

ANVS, ani. *podex.* Epist.140 a, Anum appellas alieno nomine, cur non suo potius? una excrementorum via.

ANVS, anus. *vetula mulier* Tuscu.214 b, Quæ est anus tam delira, quæ ista timeat? de Diu.137 b, An tu censes vllam anum tam deliram futuram fuisse, vt somnijs crederet?

ANXIETAS, tis. *procliuitas ad angorem.* Tusc.214 b, Ex quo in alijs anxietas, vnde anxij: in alijs iracundia dicitur, quæ ab ira differt. Estque aliud, iracundum esse: aliud, iratum: vt differt anxietas ab angore. Neque enim omnes anxiæ, qui anguntur aliquando, neque anxij semper anguntur, vt inter ebrietatem & ebriositatem interest.

ANXIFER, a, um *quod anxietatem affert.* de D.85 a.

Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

Tusc.179 b, Anxiferi vertices.

ANXITVDO, nis. *anxietas.* de Repub.lib.2, Quartaque anxitudo prona ad luctum & mœrens, semperque ipsa se solicitans. ex Nonio.

ANXIVS, a, um. *qui natura procliuior est ad angorem.* Tusc.214 b, Nō omnes anxij sunt qui anguntur aliquando, nec anxij semper anguntur. Tusc.216 a, Ægritudo anxia atque acerba. de Sen.90 b, At sunt morosi, & anxij, & iracundi, & difficiles senes. Att.38 a, Solicitus & anxius amor. de Finib.76 a, Anxio & solicito animo esse. Off.15 a, Si quidem nec anxij futuri, & cum grauitate constantiaque victuri.

Syntaxis. *Anxietas non est angor. Anxius non semper angitur. Cura anxifera, & vertices anxiferi. Anxitudo semper se sollicitat. Anxia, & acerba ægritudo. Senex morosus, anxius. Amor difficilis, et anxius. Anxius, & solicitus animus. Anxius, absolutè.*

AONIVM, *oppidum.* Att.82 a.

APAMEA, æ. *oppidum.* Att.76 b, & Epist.lib.2. Cassij.

APAMENSIS. At.82 a, 30 a.

APAMEVS, a, um. *aliàs Apamenus.* Epist.39.

APAGE, & apagete. *abigentis vox, & fastidientis aliquid.* Ep.66 a, De Cattio nescio quid ad me scripsisti deprecationis diligentissime, apage te cum nostro Sexto Seruilio. * ad Her.40 a, Apagete inquit, ædes commodans, argentum quoque vult.]

Syntaxis. *Apagete cum illo: de uno.*

APENNINVS, ni. *mons Italiam in longitudinem disterminans.* in Ant. 244 b. Num idem in Apennini tramitibus potero facere? Epi.172 b, Antonius Apennino alpibusque se tenet. I.C.109 b.

APER, pri. *sylvester porcus.* I.V.222 b, Aiebāt in labores Herculis nō minus hunc immanissimum Verrem, quàm illum aprū Erymanthium

referri

referri oportere. Tusculan. 219 b, Iratum ne Herculem censes conflixisse cum Erymanthio apro?

APERIENS, tis. *patefaciens.* de Nat 36 b, Stellatum delitescens, tum rursum se aperiens.

APERIENDVS, a, um. *exponendus.* de Fin. 68 a, Aperiendum est igitur quid sit voluptas: aliter. o. explicari quod quæritur, non potest.

Patefaciendus. de Nat. 54 b, Palpebræ aptissimæ & ad claudendas pupillas & ad aperiendas. *Animaduertas dici posse, Fores atrium apertum labra dentes ac linguam.*

● APERIO, ris. *clausum patefacio* * effero.] Att. 74 a, Epistolam aperui legi. At. 7 b, & 11 a, rursus. At. 166 a, Aperire literas. de D. 96 a, & 121 b, In templo Herculis valuæ clausæ repagulis subito se ipsæ aperuerunt, Off. 44 b, Quamobrem nec ita claudenda est res familiaris, vt eam benignitas aperire non possit: nec ita referenda, vt pateat om● nibus. * ad Heren. 6 a, Si de clementia, & misericordia nostra aperiemus.]

Declaro, indico, demonstro, explico, pando, differo aperte facio reddo Ep. 88 b, Tibi virtus tua reditum ad tuos aperuit. At. 179 a, Nec in senatu sceleratissimorum consiliorum fontes aperire dubitaui. Antiqu. 194 a, Aperuerunt non fortes esse se amicos, &c ad He. 25 b, & 16 a, Aperire fontes penitus absconditos. I. A. 262 a, Si de clementia, qua in alios vsi sumus, aperiemus. pro Cl. 31 a, Quæ in diuturna obscuritate latuerunt, si aperiam, vt ea cernere oculis videamini. Tuscu. 146 b, Multo studiosius philosophiæ fontes aperiemus. de Ora. 91 b, Carneades verò multo vberius iisdem de rebus loquebatur, non quò aperiret sententiam suam (hic enim mos patrius Academiæ, aduersari semper omnibus in disputando) sed &c.

Promiscua. detego, instituo paratus sum adsoluendum. I. A. 215 a, Cum mulier fleret vberius, is caput aperuit, in collum inuasit. Epist 137 b, Dionysius Corinthi dicitur ludum aperuisse. Att. 68 a, De Oppio factum est vt volui, & maximè quod DCCC. aperuisti.

APERIOR, ris. *detegor, exponor, denudor.* Officio 16 a, Verentur ne si quo casu euenerit, vt corporis partes quædam aperiantur, aspiciantur non decorè.

Explicor. pro S. R. 39 a, Id quod postea aperietur.

☞ Syntaxis. *Stella nunc se aperiens. Palpebræ pupillas aperiunt. Rem familiarem aperit benignitas. Consilia aperire. Aperto me esse amicum. De sapientia aperio. Aperire caput, ludum.*

APERTE, apertius, apertissime. *planè, non obscurè, non dissimulanter, rectè*)(*circuitione, ex insidiis, soctè.* I. V. 99 b, Apertè palàmq; dicere aliquid. pro Q. R. 52 a, Planius & apertius dicam. de Fin. 67 a, Plane & apertè loqui. I. V. 140 b, Apertissime & planissime explicare quidpiã. de Or. 137 a, Ponere aliquid aperte falsum. de Cl. 190 a, Numeri nõ apertè, sed dissimulanter cõclusi. Or. 200 a, Non ex insidiis, sed aperte & palam facere aliquid. pro Pl. 266 a, Sed eum ipsum dolorẽ hic tulit paulo apertius. Att. 117 b, Letitiam apertissime tulimus omnes. Att. 276 b, Quæ verba apertè indicant, posse rationem haberi etiam non præsentis. Att. 92, Et tamen ab illo aperte, recte, quicquid est, datum
● libenter accepi * Epist. 59 b, Aperte & ingenue confiteri aliquid.]

☞ Syntaxis: *Apertè, palamque Planius & apertius. Apertissimè, & planissimè. Apertè falsum. Non apertè, sed dissimulanter. Apertius ferre dolorem.*

APERTVS, a, um. *apertissimus, patens, manifestus, planus. ante oculos positus.*)(*obscurus, abditus, ex insidiis, tectus, insidiosus* in Verr. 209 b, Statuerunt se nihil tam clausum neque tam reconditum posse habere, quod nõ istius cupiditati apertissimum promptissimumque esse pro S. R. 24 b, Vtrum hoc sumo, quod mihi apertum tuum scelus, resq; manifesta dat. I. C. 104 a, Cum illum ex occultis insidiis in apertũ latrocinium coniecimus, pro Pom. 17 b, multas simultates, partim obscuras, partim apertas suscepi. Or. 217 b, Dochimus iteratus numerum apertum, & nimis insignem facit. pro C. 57 a, Nemo vnquam apertior in iudicium adductus est. de N. 26 b, Nihil potest esse tam apertum, tanque perspicuum. Att. 120, Apertus dolor.)(*. tobes.* de Am. 514 a, apertum pectus, vt dicitur, videre & ostendere. Epi. 3 b, Quod iam omnibus est apertum. Par. 216 b, In apertum referre aliquod opus. *id est, edere.*

Serenus, tranquillus. de Di. 80 a, Assyrii cœlum ex omni parte patens atque apertum intuentur.

Facilis, perspicuus, perspicuus, patens. de Inuent. 48 b, Aperta & lucida narratio. de Fin. 55 a, altera occulta quædam & quasi inuoluta aperiuntur altera prompta & aperta indicantur. I. A. 262 a, Multus apertus cursus ad laudem.

Audax. pro Mu. 136 a, Atque ille, vt semper fuit apertissimus, nõ se purgauit, sed indicauit.

☞ Syntaxis. *Apertum & promptum. Apertum scelus: id est, notum. In apertum coniicere latrocinium, id est, cogere aliquem vt palam efficiat. Rẽ istam facit apertum & insignem Cæsar: i. detegit. Apertum ac perspicuum. Videre ostendereq; pectus apertum. In apertum referre librum. i. edere. Ex omni parte cœlum patens & apertum. Aperta & lucida narratio. Apertus ad laudem cursus multus, Homo apertissimus.*

APEX, cis. *fastigium.* de Sen. 90 a, Apex senectutis est autoritas: *id est, summa dignitas.*

Diadema, insigne regium. de Leg. 150 b, Nec dubio quin ab aquila tarquinio apicem impositum putent. *id est, diadema, regis insigne.*

APHRACTVM, cti, & Aphractus, cti. *genus nauigii quo Rhodii vtebantur.* Att. 74 b, Nauigauimus tardius propter aphractorum Rhodiorum imbecillitatem. At. 97 aphractis cæterisque longis nauibus tranquillitatem aucupaturi eramus. At. 96 b, Detraxit viginti ipsos dies etiã aphractus Rhodiorum. L. DICRONVM.

APIANI, *legati.* Episto. 35 a.

Απροία, L. INPRVDENTIA.

APIS, pis. *insectum mellis opifex.* Off 31 a, Apum examina non fingẽdorum fauorum causa congregantur, sed cũ congregabilia natura sint, fingunt fauos. Tus. 186 b, Cum liquescimus fluimusq; mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus. de Arusp. 249 b, & D. 95 b, Si examen apium ludis in scenam venisset. Offi. 35 a, Apes quorum opere efficitur aliquid ad hominum vsum atque vitam.

APISCI. *pro adipisci.* Epist. 51 a, Sulpitii. & de Leg. 166 b, apiscendi causa. Att. Mai ii adipiscendi causa.

APIS. de N. 17 b, Apis ille sanctus Ægyptiorum bos.

Απόδειξις, *demonstratio.* L. ARGVMENTVM, & DEMONSTRATIO.

APODYTERIVM, rii. *locus vbi balneaturum ingressuri, se expoliabant.* Q. fra. 318 a, In balneariis assa. in alterum apodyterii angelum promoui. Q. fr. 319 a, Iam ἀποδυτηρίου nihil alsius.

APOLLINARES, ludi, *id est, Appollini dicati.* Att. 34 a, & Philip. 10.

APOLLO, inis. de Natu. 39 b, Iam Apollinis nomen est Græcum, quem solem esse volunt & 71 a, Apollinum antiquissimus. & ibidem. de Apollinibus multis. I. V. 228 a, Apollo Theimotes, vel Temnites. pro Font. 280 a, Hæ sunt nationes, quæ quondam Delphos vsque ad Apollinem Pythium, atque ad oraculum orbis terræ vexandum profectæ sunt.

APOLLONIA, niæ. *vrbs Macedoniæ.* Att. 273 b, Epi. 218 a.

APOLLONIANSIS, se. pro Flac. 161 a, Att. 301 b.

APOLLONIATAS, *Diogenes.* de N. 8 a, I. P. 98 a.

APOLLONICENSIS. Att. 75 a, Apollonicẽsem Xenonem commendaui.

APOLLONIVS, nii. de Or. 91 a, 95 b.

APOLOGVS, gi. *fabula, in qua bruta animalia inducuntur loquentia.* de Or. 133 b, Ad hoc genus adscribuntur etiam narrationes apologorũ. de In. 47 b, & ad Her. 2 b, Ab aliqua re iam parta incipere, quæ vel apologum, vel fabulam, vel aliquam contineat irrisionem.

Αποφατικά. L. NEGANS.

APOPHTEGMA, tis. L. DICTVM. Ep. 135 b, Sic audio Cæsarem, cùm uolumina iam confecerit ἀποφθεγμάτων.

APOPROEGMENON: *id est, reiectum*)(*. Proegmenon, id est, propositum.* de Fi. 93 a. L. REIECTVS.

APOTHECA, cæ. *taberna, vel potius cella vinaria* in Vat. 31 a, Cum omnium domos, apothecas, nauesque furacissime scrutarere. in Antonium 173 a, Apothecæ totæ hominibus nequissimis condonabantur.

APPARATE. *cum apparatus magnificè.* Attic. 231 a, Itaque edit & bibit ἀδεῶς, & iucunde, opiparè sane & apparate.

☞ Syntaxis. *ἀδεῶς, iucunde, opiparè. apparatè edere ac bibere.*

APPARATIO, onis.)(*. Inapparatio, onis.* Offi. 44 b, Magnificentia & apparatio popularium munerum. ad Her. 3 a, Genus est narrationis, quod intercurrit nonnunquam aut fidei, aut criminationis, aut alicuius apparationis, vel laudationis causã.

APPARATVS, a, um. *adornatus, comparatus* pro Sest. 55 a, & I. A. 259 b, Qui ludos apparatissimos magnificentissimosque fecit, ad Heren. 3 a, Quod nimium apparatis verbis compositum est. de Inu. 54 a, Domus omnibus rebus instructa & apparata. ad Heren. 3 a, Vt non apparata oratio videatur.

APPARATVS, tus. *apparatio, magnificentia* Offi. 7 a, Delectant etiam magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia & copia. Orato. 204 b, Apparatos epularum a magnificẽtia recedens de Som. 126 b, Post autem regio apparatu accepti, &c. in Vat. 35 a, Omisso festum diem argento, veste, omni apparatu ornatuque, visendo. I. A. 179 b, Quid prandiorum apparatus proferam? Episto. 95 a, apparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem. de Cl. 189 b, Præcepta, quæ maiorem habent apparatum de Natu. 6 a, Omni totius orbis designatio & apparatus. de Ora. 104 b, Dixit Q. Mutius more suo, nullo appara● tu, pure & dilucide. * Acad. 12 a, Belli instrumenta & apparatus.]

☞ Syntaxis. *Magnifici apparatus Epularum apparatus à magnificẽtia recedens. Regio accepi apparatu. Apparatus & ornatus. Præceptorum apparatus. Dicere nullo apparatu, purè, & dilucidè.*

APPAREO, res. *ad sum, videor, præsto sum, comparare, exto. existo, speciem habe● beo, in conspectu sum.* * prodeo.] pro Cluen. 48 b, Quid cæteri, quos apparere huic quæstioni video, volunt? pro Syll. 267 b, An vero in quibus subsellius hęc ornamenta reipub. viderem, in his me apparere nollem? de Natu. 9 b, Ita fit Deus ille nusquam prorsus appareat. de Clar. 171 b, Itaque exaruerunt vix iam vt appareant. de Diuin. 122 a, Anguis ille, qui Syllę apparuit immolanti. Episto. 162 a, Cum equites Antonii apparuissent. pro Fl. 152 a, Nulla vspiam prędonum nauis apparuit. de Orat. 88 a, Quid in Numa Pompilio? num quod eloquentiæ vestigium apparet? Attico. 228 a, Tamen illud apparebit, verba rebus esse contraria. de Diuin. 137 a, Equus in quo vehebar, mecum vnà demersus, rursus apparuit. I. A. 189 a, Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum. Parado. 116 b, Quoniam illud maiorum vigiliarum opus in tuo nomine apparuit. de Finibus 95 a, Membra nobis ita data sunt, vt ad quandam rationem viuendi data esse appareant.

Pateo liqueo de Cla. 137 b, Aulus Porcinna fuit, ut apparet ex orationibus, scriptor sane bonus. Orato 204 b, Idque apparet ex genere & granditate verborum. Item: Aliquid manifeste de[illegible] apparere. Epistola 15 a, Illud odium omne repente apparuit. [illegible] Flac. 155 a, Siue hoc Romæ confictum est, ut apparet: siue missum domo est, ut dicitur. de Natura. 29 b, Hoc si quis quærat, vnde habemus, apparet quòd à terra sumpsimus. Episto. 52 b, De quo quid sentiam, nihil attinet dicere, cum appareat ipse quid fecerim. de

Orat. 91 a, Tamen apparet atque extat, utrum simus earum rerum rudes, an didicerimus. Ep. 74 b, Quid rectum sit, apparet: quid expediat, incertum est. pro S. R. 38 b, Quod quo studiosius ab ipsis opprimitur & absconditur, eo magis eminet & apparet.

☞ Syntaxis. *Apparere quæstionis, concioni: id est, adesse. Id amplius ubi apparet, id est, neque extat vestigium. Apparuit angelus. Nulla nomis apparet. In illo nihil apparet honestum, Membra apparent ad metam constituta sine Vt apparet: id est, ut patet. Apparet & extat, an. Id quo magis opprimitur, & absconditur, eo magis eminet & apparet.*

Apparitio, onis. *apparitoris officium.* Epist. 223 b, Quod in longa eius
• apparitione singularem eius fidem abstinentiamque cognoui. * Q. fra. 291 b, Aut ex necessariis apparitionibus &c. & Epistola 223 b, Quod in longa apparitione singularem eius fidem cognoui.]

Apparitor, oris. *satelles, stipator, minister.* I V. 160 b, Mittit ad eũ Venerios: id est, apparitores a prætore assignatos. Q. fr. 292 a, Si lector non sit, sed tuæ leuitatis apparitor. I. A. 176 b, Quis unquam apparitor tam humilis, tam abiectus?

Apparo, as. *comparo, paro* in Verr. 210 a, Ornare & apparare conuiuium. pro Pom. 11 a, Pompeius extrema hyeme bellum apparauit, ineunte vere suscepit, media æstate cõfecit. in Ant. 205 a, Facilius apparabitis ea quæ necessitas flagitat. pro Mil. 106 b, qui iter illud ad cædem faciendam apparasset. Q. fr. 327 b, Is ludos apparat magnificentissimos, sic, inquam, ut nemo sumptuosiores.

Apparor, aris. *Preparor, comparor, adornor.* Qu. frat. 300 a, Crimina quæ in Sestium apparabantur. ad Here. 1 b, Animus iudicis constituitur vel apparatur ad audiendum.

☞ Syntaxis. *Conuiuium ornare & apparare. Bellum apparare, iter, ludos crimina in aliquem, auditorum iudicis.*

Appellatio, onis *compellatio.* pro R. P. 124 b, Qua appellatione litis? in qua Pellionis mentio facta nulla est. pro Q. 12 a, Videtur ne
* intercessisse appellatio Tribunorum. * De Fin. 71 a, Cætera addet, quæ si apelles, bonos præfandus sit.]

Pronunciatio de Cla. 183 b, Lenis appellatio.

Creatio. pro Dom. 239 a, Regum appellationes venales erant.

☞ Syntaxis. *Literarum appellatio: id est, prolatio. Regum appellationes venales.*

Appellandus, a, um. *inuocandus.* pro Quint. 27 b, Sin, &c. quid agendum est? qui Deus appellandus est? cuius hominis fides implorand a est?

Conueniendus Epi 3 a, Quod tum dicendo, tum singulis appellandis rogandisque perspexeram.

Pronunciandus de Clar. 176 b, Nam de sono vocis & suauitate appellandarum literarum, quoniam filium cognouisti, noli expectare quid dicam.

Appellans, tis. de Or. 126 b, Cum ego illum crebro appellans collegam ei tuum commendarem.

Appellator. oris in Verro. 234 a, Nihil ægrius factum multo labore meo, quàm ut manus ab illo appellatore abstinerentur.

Appellatus, a, um. *dictus pronunciatus.* Attico. 77 a, Deiotarus filius, qui rex ab senatu appellatus est. Attico. 77 a, Qui rex ab senatu est appellatus. Epistola. 23 b, Ita uictoria iusta imperator appellatus apud Issum.

Citatus, in iudicium vocatus pro R. P. 134 a, Neminem unquam quò ea pecunia peruenisset, causam dixisse, qui in æstimandis litibus appellatus non esset. In litibus autem nemo appellabatur, nisi ex testium dictis, &c. I. A. 174 a, Appellatus es de pecunia, quam pro sectione debebas.

Appello, as. *voco, compello, alloquor.* de Na. 7 b, Hunc Ægyptii Thoyt appellant. de Vn. 201 b, Iupiter, Iuno, & reliqui, quos fratres inter se agnatosque vsurpare & appellare videmus. pro Cecinna. 295 b, Seruos non numero distinguunt, sed appellant uno familiæ nomine, & ibidem. De liberis quisquis est procuratoris nomine appellatur. Epistol. 29 b, Accedit etiam molesta hæc pompa lictorum meorum. nomenque imperii quo appellor. I. A. 252 a, O Spartace: quem enim te potius appellem? Epistola 140 a, Appellare rem suo nomine. de Vniuers. 200 b, Cæterorum autem siderum ambitus ignorantes homines præter admodum paucos, neque nomen appellant, neque inter se numero commetiuntur. Tuscul. 232 b, 233 a, Ex maiore parte una quæque res appellari spectarique debet. pro Clu. 322 a, Tum appellat hilari vultu hominem Balbus, ut blandissime potest: Quid tu inquit, Pacete? Quint. frat. 312 b, Tu ut me & appelles, & interpelles, & colloquare, & obloquare velim, I A. 246 b, Salutare benigne, comiter appellare unumquenque. de Leg. 191 b, Ne quis inspiciat tabellam, ne roget, ne appellet. Offic. 42 b, Appellare milites blando sermone. de Iuuent. 72 a, Appellare nomen alicuius identidem. I. A. 158 b, Te autem M. Antonii absentem appello, nonne &c. pro Cl. 31 a. Te appello Oppianice, te T. Acti, audete negare, &c. pro Mure. 143 b, Te appello Cato, nonne perspicis? &c. I. V. 195 b, C. Marcelle te appello, nam, &c. pro Pomp. 5 b, Appellare aliquem superbius. contra Rull. 78 b, Appellare aliquem asperius, I. V. 178 a, Appellare aliquem verbo grauiore. Epistol. 15 a, Quidam homines, & iidem illi, quos sæpenumero significatione que appello. *id est, indico significo, demonstro.* pro Flac. 166 b, Qui etiam me vultu appellat
• ac repetit etiam, &c. * pro Sest. R. 31 a, Te nunc appello P. Scipio, meministis ne, &c. de Ar. 245 b, Te appello Lentule, & Philippe, potestis ne referre de mea domo? con. R. 389 a, Quos idcirco non appello hoc loco.]

Nomino, nuncupo, Epist. 84 a, Cæsar nunquam nisi honorificentissime Pompeium appellat. de Orato. 103 a, Vt enim testem Galba uidit, nomine appellauit & Acad. 4 b, Me autem nomine appellabat. Episto. 61 a, Is cum agere cœpisset, tertio quoque verbo orationis suæ me appellabat.

In ius voco, debitum reposco. contra Rul. 86 b, A me petere quod debeo, me ipsum appellare debetis. Att. 189 b, Cocceium velim appelles: quod enim dixerat, non fecit pro Qu. 7 a, cum tibi quotidie potestas fuisset admonendi, verbum nullum facis: biennio iam confecto fere appellas. Epi. 266 b, Dolabellæ procuratores fac, ut admoneant, appellabis etiam Appium. Att. 6 a, Tulliola tibi diem dat, sponsorem appellat. Att. 5 a, Tulliola tuum munusculum flagitat, me sponsorẽ appellat. de Clari. 166 b, Videos enim iam te sui iuris esse appellare, quoniam &c. At. 261 a, Possumus n. ut sponsorem appellemus, procuratorem introducere. At. 78 b, De Attiliano nomine scripsi ad Philotimum, ne appellaret Messalam.

Inuoco, & confugio ad. de L. 164 a, Quæ si appellare audent impii, quo tandem studio colletur à bonis? pro Fla. 146 b, Quem. n. alium appellem? quẽ obtester? quem imploerem? I. V. 274 b, Vos etiam imploro atq; appello sanctissimæ deæ. pro S. R. 31 a, Te nunc appello P. Scipio meministine? &c. pro Q. 18 a, Ab unius magistratu agitatus, quem præter te appellet, habet neminem. Ant eq. 195 a, Vos ego appello, quorum maxima est potestas. pro Qui. 11 b, Cuius procuratores a prætore ac tribunos appellare ausus sit. I. V. 233 b, Quis igitur prætorẽ appellat? qui quæstor illius fuerat Cæcilius. I. V. 35 b, Appellasti Tribunos plebis, ne causam diceres, pro Planc. 346 a, Appellaui populum, tribubus me submisi.

Appellor, aris. *in ius uocor citor.* pro Cecin. 295 a. Aedes quæ in lege non appellantur. Offic. 18 a, Cauẽdum est ne iidem de causis alii plectantur, alii ne appellentur quidem pro Cl. 21 a, Hæc omnia nisi perspexeritis in causa, temere a nobis illam appellari putatote.

Inuocor. pro Q. 5 a, Appellantur Tribuni a quibus cum esset certũ auxilium petitum, tamen, &c. I. V. 233 b, Atq; adeo cum tam diuersio facta esset, prætor appellatur.

☞ Syntaxis. *Appellandus Deus. Literas appellare suauiter. Rex appellatur ille a Senatu. Appellari de pecunia. Quo te appellem nomine. Nomine aliquem appellare. Aliquem superbius, asperius, verbo grauiore appellare Nutu, significatione, vultu appellare. Appellare sponsorem aliquem: id est in ius uocare. Vos appello iudices, tribunos, populum. Tribunos, Prætor appellatur: id est, aliquis ad eos confugit.*

Appello, lis. *applico, admoueo, accedo.* I. V. 85 b, Cum per se mille numero nauium classem ad Delum appulissent. de Or. 122 b, Tamde tanquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad Philosophiam appulisti. pro Rab. 95 b, Nec tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisset, ad quos S. Titii afflictam nauem videras. de Di. 89 b, Visus est in somnis pastor ad me appellere.

Appellor, ris. *applicor, admoueor.* Att. 201 a, Cum ad ullam nostrã nauis appelleretur. I. V. 248 b, Appellitur nauis Syracusas.

Appulsus, a, um. *admotus.* I. V. 244 b, Nauis appulsa Veliam est. & 250 a, Quos in Siciliam appulsos esse nauigiis dicebat. & 224 a, & 265 b Classe ad eum locum appulsa.

☞ Syntaxis. *Hostes classem ad urbem appulerunt. Mentem ad philosophiam appellere. Rationes suas ad scopulos appellere. &c. id est, fortunas amittere: translatione ad naufragium. Is ad me appulit: id est, venit. Appellitur Syracusas nauis. Appulsi hostes nauibus in Siciliam. Classis appulsa ad promontorium.*

Appendicula, læ. *corollarium.* pro R. P. 123 b, Est enim hæc causa, quo ea pecunia peruenerit, quasi quædam appendicula causæ iudicatæ atque damnatæ.

Appendix, cis. *additamentum, corollarium.* in Hort. Vide enim quod videndum fuit, appendicem animi esse corpus.

Appendo, dis. *penso, suspendo.* L. Appensus. I. V. 212 b, L. Piso auruifici palam appendit aurũ pro S. R. 42 b, Omnia tua tibi concessit, adnumerauit, appendit. de Opt. 144. Non verba me annumerare lectori putaui oportere, sed tanquam appendere.

Appendor, ris. *suspendor.* ad I. A. 178 b, Tanti acerui nummorum apud istum constituuntur, ut iam appendantur, non numerentur pecuniæ.

Appensus, a, um. Tuscu. 240 a, Gladium è lacunari seta equina appensum demitti iussit.

☞ Syntaxis. *Appendere alicui diuitias: id est, adiungere, largiri, Non tam numerantur, sed appenduntur pecuniæ.*

Appetendus, a, um, *desiderandus, optandus* pro Milo. 115 a, Sp. Melius in suspicionem incidit regni appetendi. I. A. 280 a, Qui propter suspicionem regni appetendi sunt necati.

Appetens, tis. *auidus, cupidus* pro Pomp. 5 a, Quoniam semper appetentes gloriæ præter cæteras gẽtes atque auidi laudis fuistis. de Ami. 105 b, Nihil est tam appetens similium sui, nihil tam rapax quam natura. pro Dom. 233 a, Sp. Melii regnum appetentis domus est complanata. Tusculan. 187 b, Studiosissimus appetentissimusque honestatis. de Natu. 46 a, Mare terram appetens litoribus eludit. de Di. 126 a, Puer lactens mammam appetens.

¶ *Auarus.* de Orat. 124 a, Gratus animus, non appetens, non auidus. contra Rul. 70 a, Homo cupidus atque appetens.

Appeto, is, *auspico, opto, peropto, desidero, expeto, amo.* I. A. 167 a, Hanc uel ipsi parietes affari atque appetere videntur. pro Syllan. 132 b, Graue si appetimus aliquid, &c. I. A. 290 a, Hos non modo non recuso, sed appeto etiam atque deposco. de Arusp. 245 a, Is inimicitias non solum suscepit propter salutem meam, sed etiam appetiuit. de Finibus. 54 b, & 55 a, Omne animal simul atque natum est, voluptatem appetit, atque gaudet ut summo bono, dolorem

dolorem aspernatur vt summum malum, & quantum potest a se repellit. pro Mil. 111 a, Ego inimicitias putentium pro te appetiui. pro S.R. 26 b, Suos agros studiose colebant, non alienos cupide appetebant. de Ora. 114 b, Multum illi de præclarissimis artibus sibi appetierunt. contra Rul. 85 a, Nonne arbitramini paucos fuisse consulum nomen appetituros? Offic. 7 b, Cum vtrisque separatim locutus est, ne cupide quid agerent, nec appeterent, atque vt regredi quàm progredi mallent. de Amic. 111 a, Deinde requirunt atque appetunt ad quas eiusdem generis se applicent animantes. pro Sest. 15 b, Ea sibi ille non colendi, sed violandi causa appetierat. de Nat. 52 a, Animalia moueri, & sentire, & appetere possunt. pro Dom. 233 b, M. Manlius regnum appetisse est iudicatus.

Confugio ad de Leg. 180 b, Quid est quod ad ius pontificium ciuile appetatis? * Att. 273 b, Vt is, qui ex Asia fugere dicebatur Europam, appetere conetur, & I.A. 167 a, Hunc vel ipsi parietes assari, atque appetere videntur.]

Accedo. prehendo. de Diuin. 90 a, Inter solem frustra appetiuit manibus, cum se conuoluens ille elaberetur.

Appeto, eris. *expeto. exoptor* Att. 125 a, Genus illud Syllani regni iampridem appetitur, multis qui vnà sunt cupientibus. de Nat. 66 a, Appetuntur quæ secundum naturam sunt, declinantur contraria. de Senec. 90 a, Salutari, appeti, decedi, assurgi, &c.* Appetitio, onis. Græce ὄρεξις)(. declinatio Tusc. 216 b, Appetitio nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus.]

Appetitvs, a, um. *exoptatus desideratus.* I. P. 94 a, Hic non fugit eius amicitiam, cum esset præsertim appetitus.

Inuasus. pro Di. 215 b, A quibus die se lapidibus appetitum & percussum esse dixit. pro Plan. 274 b, Vitam meam inimicorum molestia non esse appetitam. pro S.R. 23 a, Filii vita infesta, sæpe ferro atque insidiis appetita.

☞ Syntaxis. *Appetitus gloriæ, & auidus laudis. Studiosus, & appetens honestatis. Mare terram appetens. Gratus animus non appetens, non auidus. Homo cupidus, & appetens. Appeto atque deposco id. Sicilium appetere conari. Solem manibus frustra appetiuit. Salutari, appeti, decedi, assurgi. Lapidibus appetere aliquem ferro, insidiis.*

Appingo, gis. Att. 27 b, Epistolam superiorem restitue nobis, & appinge aliquid noui. *id est, adde, adiunge.*

Appivs Claudius Cæcus pacem Pyrrhi diremit, aquam adduxit, viā muniuit. pro Cæl. 44 b.

Appias, appiados. ab Appio. Epist. 30 b.

Appietas, atis. Epist. 36 a, Vllam appietatem aut Lentulitatem valere apud me plus, quàm ornamenta virtutis existimas. *id est, vllam Appij aut Lentuli nobilitatem.*

Applavditvr. *impersonale.* pro Sest. 15 a, Cui generi ciuium maximè applauditur.

Applavsvs, us. *fauor. popularis* de Diu. 130 a, Ennius, qui magno applausu loquitur, assentiente populo, &c.

Applicatio, onis. *adiunctio, adhesio.* de Amic. 101 a, A natura mihi videtur potius, quàm ab indigentia orta amicitia, applicatione magis animi cum quodam sensu amandi, quàm cogitatione, quantum illa, &c. de Orat. 99 b, Ius applicationis.

Applicatvs, a, um. de Inu. 50 b, Occupatio vehemens ad aliquam rē magna cum voluntate applicata. & de Fin. 113 b, L. Applico.

Applico, as, applicui & applicaui. *adiungo.* Offi. 23 b, Itaque alii ad philosophiam, alii ad ius ciuile applicant. Acad. 6 b, Ad hanc potissimum philosophiam me applicaui. de Orat. 113 b, Qui ad scribēdam historiam maxime applicauerunt. de Inu. 67 a, Amicum erit, quod in itinere se tam familiariter applicauerit. de Cla. 194 a, Meque ad Milonem applicaui. pro Clu. 31 b, & 27 a, Oppianicus se ad Scalenum familiaritatem applicauit. I.V. 109 a, Sicilia se ad amicitiam fidemque Pop. Rom. applicuit. de Amic. 105 b, Applicare & adiungere se ad virtutē. de Fat. 148 a, Chrysippus medium se fieri voluit, sed applicat se ad eos potius, qui, &c. Epist. 43 b, Omnes vires ciuitatis se ad Pompeii ductum applicauerunt. de Fin. 113 b, Oē animal applicatum est ad se diligendum, & ad id quod in eo est optimum. de Amic. 113 a, Quam qui appetunt, applicant sese, & propius admouēt. de Amic. 111 a, Deinde requirunt atque impetunt ad quas se applicēt eiusdem generis animantes. Tusc. 243 b, Indi cum ad flammam se applicuerint, sine gemitu aduruntur. ad Heren. 13 a, Fortuna nihil cernit, quò sese applicet. de Inu. 81 b, Nautæ nauim ad eam applicauerunt. de Ora. 99 b, Cui Romæ exulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicuisset. I. A. 165 b, Si ille ad eam ripam quam constituerat, non ad contrariam nauim applicuisset. * De Diu. 97 a, Noctu lumine apposito nutrix animaduertit.]

Applicor, ris. *iungor.* de Fin. 72 b, Voluptas non potest ad honestatem applicari.

☞ Syntaxis. *Ad scientiam se applicare. Voluptas non applicatur ad honestatem. Applica te ad eos. Sicilia se applicat ad amicitiam pop. Romani. Applicare & adiungere se. Omnes vires vrbis se ad vnius ductum applicant. Applicare ad nauim. Se ad ignem applicare, Nauem nauem ad Imperatorem applicant.*

Appono, is. *assigno. adscribo, addo, adiungo, antepono, pono, admoueo, adduco.* I.P. 95 a, Aristarchus, qui notam apponebat ad malum versum. Epitho. 205 a, Reliquis epistolis tantum faciam, vt notam apponam eam, quæ mihi tecum conuenit. I. V. 113 b, Verres calumniatores apponebat. I.A. 165 a, Apponere sibi præuaricatorē. I.V. 304 b, Apponere mancipem in locatione. I.V. 211 a, Argentum illi cæterum purum apposuerat, ne purus ipse relinqueretur. Tusc. 246 a, & a 26 a, Xenocrates adduxit legatos ad cœnam in Academiam, iis apposuit tantum quod satis esset, nullo apparatu. I.V. 211 a, Is cœnā isti dabat, apposuit patellam in qua sigilla erāt egregia. Att. 87 a, Quid te in vasis fictilibus appositurum putem? I.V. 24 a, Reticulumq; ad nares sibi apponebat, plenum rosæ. Offi. 64 a, Non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor apponat. Epist. 136 b, Volo enim videre animum, qui mihi audeat ista quæ scribis apponere. * Tusc. 218 b, Qui vitijs modum apponit, is partem suscipit vitiorum. Epist. 69 a. Apponere licitatorem in venditione. Episto. 112 a, Quid Domitius, cum manus ad os apposuit.

Apponor, ris. *adducor.* I.V. 90 a, Accusator apponitur ciuis Rom.

Apportans, tis. *comportans, aduehens.* Off. 30 b, Mercatura magna & copiosa, multa vndique apportans, &c.

Apportatvs, a, um. *comportatus.* I.V. 261 b, Quæ non ab hostibus victis capta & apportata sit.

Apporto, as. *affero* I.V. 87 b, P. Seruilius ornamēta hostium Pop. Ro. apportauit. I.V. 191 a, Apportare frumentum ad difficillima loca. de Sen. 82 a, ex Cæcilio, Senectus apportat secum multa vitia.

☞ Syntaxis. *Mercatura apportans vndique copiosa. Ab hoste capere & apportare suis ornamenta. Senectus malum apportat secum.*

Apposite, *aptè. accommodatè* de In. 43 a, Dicere apposite ad persuasionem. & ibi Curare apposite ad sanandum.

Appositio, onis. *additio, adiunctio.* Par. 117 a, Sed hæc videri possunt obscuriora, cum sine appositione exemplorum lentius disputantur.

Appositvs, a, um. *propinquus, finitimus.* de Diuin. 97 a, Noctu lumine apposito nutrix animaduertit puerum, &c. de In. 82 b, 83 a, Propter se fugienda sunt etiam illa, quæ propinqua videntur ac finitima esse, absunt autem longissimè. quod genus fidentiæ contrarium est diffidentia: audacia autem non contrarium, sed appositum ac propinquum est. Attic. 224 b, Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa. de Inu. 63 b, Cauponi alterius gladium propè appositum e vagina eduxit. I.V. 105 a, Omnes illæ columnæ machina apposita, nulla impensa deiecta. Bru. 91 b, Nec signum tuum in epistola, nec dies appositus est. * Academ. 21 a, Nullum est visum verum cui non appositū sit visum aliud.]

Aptus accommodatus. de Inu. 76 a, Loci appositi ad præmij quæstionem. de Inuen. 77 a, Si quid ad id appositum sit, quod nos interpretemur. ad Her. 39 a, Forma apposita ad dignitatem. I.V. 82 a, Menses tres ad dicendum maxime appositos mihi eripuistis. Att. 41 a, Locus minimè appositus ad tolerandam calamitatem. I.V. 220 b, Oneratius appositior ad deferenda, quam ad auferenda signa. & 257 b, Homo bene appositus ad istius audaciam. Atti. 123 a, Cætera apposita tibi mandabo. Q. Fr. 307 a, Habet quiddam Sardinia appositum ad reuelationem præteritæ memoriæ.

☞ Syntaxis. *Notam appone in literis, quæ conuenit inter nos. Notam adimendam appone. Nomen tuum & diem appone. Machinam secundam mensam apponere. Locus minimè appositus ad pietatem. Homo bene appositus ad furta. Nullus ad malum te appositior.*

Apprehendens, tis. *tenens, capiens, retinens.* de Nat. 12 b, Atomi cohærescunt inter se, & aliæ alias apprehendentes continuantur.

Apprehendo, is. *arripio, apprehendo.* de Nat. 50 a, Vites claniculis adminicula tanquam manibus apprehendunt. pro Qu. 18 a, Ipsius S. Næuij lachrymans manum apprehendit. Attic. 160 a, Necesse est illum apprehendere historias. pro Clu. 18 a, Quicquid ego apprehenderam, statim accusator extorquebat e manibus.

☞ Syntaxis. *Atomi alia alias apprehendentes continuantur. Manum apprehendere alicuius.*

Apprime, *valdè, multum, perquàm.* de Fin. 97 a, Id apprime recte dī.

Approbans, tis. *comprobans.* Episto. 15 a, Dijs hominibusque approbantibus.

Approbatio, onis. *comprobatio.* de Cla. 181 a, Id vulgi assensu & populari approbatione iudicari solet. Aca. 10 b, Nūc de assensione atque approbatione, quam Græci συγκατάθεσιν vocant, pauca dicemus. Tuscu. 175 b, Effectus eloquentiæ est audientium approbatio. de Cl. 189 b, Præsertim tantis plausibus tanta approbatione infimorum. Offi. 30 a, & 29 a, Sic hoc decorum mouet approbationem eorum, quibus cum viuitur. * Offic. 16, At hoc idem Sophocles si in Athletarum approbatione dixisset, iusta reprehensione caruisset. Heren. 8 a, Hæc & ad improbationem, & approbationem totum pertinebunt.

¶ *Argumentando confirmatio facta.*

Approbator, oris. *autor. comprobator.* Att. 256 a, Quamuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certe fuisti.

Approbatvs, a, um. *probatus, confirmatus, roboratus, commendatus.* pro Deiot. 149 a, Si hoc a tanta autoritate approbatum fuerit. de Fin. 96 a, Quo posito, & omnium consensu approbato, illud assumitur.

Approbo, as. *comprobo. laudo. fidem alicui rei tribuo. confirmo* Acad. 24 a, Hoc negas & te nosse, nec approbare, nec improbare. Qu. Fr. 324 b, Ego meum consilium vehementer approbo. pro Arc. 190 b, Milites magno illud clamore approbauerunt. Qu. Fr. 306 b, Approbare sententiam alicuius. pro Sest. 19 b, Cn. Pomp. approbauit ac laudauit sententiam Cottæ. I.P. 80 b, Populus meum iusiurandum vna voce & consensu approbauit. * Epi. 165 b, In te spes est Dijs approbantibus. Et 105 a Meque Dijs inuenientibus ante brumam expectabis.]

Assentio. At. 97 a, Id etiam videbatur approbare quod erat in extremo, febriculam tum te habentem scripsisse, &c.

☞ Syntaxis. *Assensio & approbatio. Decorum approbationem mouet cum æqualibus. Non suasor aut impulsor, sed approbator. Hoc posito, & approbato. Nec approbo, nec improbo. Concio magno approbata clamore. Approbare & laudare. Quod aliunt, Deus approbet.*

Approbato

Approbabo tibi meum consilium, efficiam.

APPROMITTO, is. Att. 68 a, de Oppio factum est, vt volui, & maxime quod DXX appromisisti: *aliàs apromisisti: & rectius.*

APPROPERO, as. *propero* Att. 58 b, Luciumque vt approperet, adhortabor. pro Mil. 110 a, Quem diem ille nisi ad cogitatum facinus approperaret, nunquam reliquisset. Qu. Fr. 313 a, Adhuc, si me ama, Marium, sed approperate.

APPROPINQVATIO, onis. de Senect. 91 a, Appropinquatio mortis. de Finib. 132 a.

APPROPINQVO, as, *accedo, aduento, propè, propius, proximè accedo, propè, propè sum, propè, propiùs adsum, vicinus sum ad faciendum aliquid. admoueo, propius admoueo. immineo, pedem confero, vt annus. subsum.*) (*longè absum.* Qu. Fr. 327 a, Sed eius rei maturitas nondum venit & tamē iam appropinquat. I. C. 106 b, Quibus ego confido impendere fatū aliquod, aut instare iam plane, aut certe iam appropinquare. & 115 a, Totius vrbis occasus appropinquat. Episto. 20 a, Sed tamen, cum appropinquare tuus aduentus putaretur, magnitudo rei fecit, ut, &c. & 52 a, Quamquam sperabam tuum aduentum (sic enim audiebam) appropinquare. pro Clu. 58 a, Cum appropinquare huius iudicium ei nunciatum esset. de Finibus. 131 b, Quis est enim, cui mors cum appropinquet, nō refugiat, &c. de Fin. 120 b, Propius esse eos ad respirandum, qui ad summam iam aquam appropinquant. de Finibus 200 a, Nec catulus ille, qui iam appropinquat. vt videat, plus cernit, quam is qui modo est natus. I. A. 193 a, Illi pœna, libertas nobis appropinquat. Cæsar. 44 a, Hos item alij ex primis proximis nauibus cum cōspexissent, subsecuti hostibus appropinquarūt.

☞ Syntaxis. *Appropinquat aduentus. Alicui, ad aliquem appropinquare. Subsequentes hostibus appropinquare.*

APPVLSVS, *vicinus accessio.* de Natu. 7 a, Pars terræ appulsu solis exarsit.) (*longinquo solis abscessu obriguit.* de Nat. 56 b. Vt omnes istius omnesque eximios & frigoris & caloris appulsos sentire possimus. de Natu. Deor. 54 b, Tactus omnes appulsus nimios & frigoris & caloris sentit.

¶ *Instinctus, commotio, incitatio.* de Diuin. 94 a, Tribus modis deorum appulsu homines somniant.

☞ Syntaxis. *Solis appulsu calescimus. Dei appulsu somniat Vates.*

APRICATIO, onis. Attic. 108 b, Vnam mehercule tecum apricationē in illo Lucretino tuo sole malim, quàm omnia istiusmodi regna. de Sen. 89 a, Calescere, vel apricatione, vel igni.

APRICANS, tis. *ad solem manens.* Tusc. 246 a, b, Diogenes Alexandro roganti, vt diceret, si quid sibi opus esset: Nunc quidem paululum, inquit, à sole absis. offecerat videlicet apricanti.

APRICVS, a, um. *ad solem apertus.* Epi. 263 b, Helluo nequissimus. H-S. CC. dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla causa. Par. 233 a, Locus apricus.) (*locus opacus.*

☞ Syntaxis. *Apricatione calescere. Apricanti officiebat Alexander.*

APRILIS. L. MENSIS.

APTATVS, a, um. *aptus, accommodatus.* de Or. 159 b, Hoc verbum est ad id aptatum, quod ante dixerat. *id est, accommodatum.*

APTE, *appositè, accommodatè, congruenter* de Finib. 100 a, vt si cothurnis laus illa esset, ad pedē aptè cōuenire. de Or. 163 b, Oculi sunt quorum tum intentione, tum remissione, motus animorū significemus apte cum genere ipso orationis. Par. 232 a, Dicere aliquid ad tēpus apte. Offic. 29 b, Facile indicabimus quid eorum apte fiat, quiqua ab officio naturaque discrepet. de Orato. 96 b, Loqui ad rerum dignitatem apte & quasi decore. Ora. 218 b, & 220 a, Apte numerosèque dicere. *De Di. 125 b, Si quis aliquid dixerit, & eius aliquod verbum apte ceciderit ad id, quod ages, aut cogitabis. ad Cæl. 42 b, Omnia turpia in istum apte quadrant. 4. de Diu. 87 b, Sortes eductæ in rem apte cadere possunt.]

APTVS, APTIOR, APTISSIMVS, *accommodatus, appositus, conueniens, congruens, quod decet, consentaneus, habilis, idoneus, consentaneus.* I. V. 135 b, Reperiebam hunc ad istius libidines natum atque aptum fuisse. de Orato. 93 a, Cum te vnum ex omnibus ad dicendum maxime natum aptumque cognossem. Par. 234 b, Actio congruens & apta ad animos permouendos. de Op. 144 a, Verba apta ad nostram consuetudinem. Att. 121 a, Vir minime aptus ad docendum. Attic. 147 b, Ad eam rationem existimabam satis aptam esse naturam & personam meam, Orat. 216 a, Pæan minime est aptus ad versum. de Nat. 54 b, Palpebræ aptissimæ factæ & ad claudendas pupillas, & ad aperiendas. pro Milo. 111 a, Vtri locus ad insidias aptior fuerit. de Nat. 76 b, Cum id pallium esse aptum ad omne anni tempus diceret. Tuscul. 149 a, Non eruditus, sed tamen aptus ad dicendum. de Ora. 85 a, Explicatio apta ad id quod requiris. de Ora. 105 a, Calceis Sicyoniis non vterer, quamuis essent habiles atque apti ad pedem. de Di. 127 a, Prædicere ad quam quisque maxime rem aptus futurus sit. Epist. 53 b, Qui locus ad cauendum est aptissimus. de Ami. 99 a, Nihil est tam aptum, tam cōueniens ad res vel secundas, uel aduersas, quam amicitia. de Nat. 35 a, Epicurus homo non aptissimus ad iocandum. & 34 a, Ossa commissuras habent & ad stabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas. de Fin. 116 b, Initia apta & accommodata ad naturam. Epist. 34 a, Etsi ille aduentus ad multas res mihi minus erat aptus. de Finib. 107 a, Ita nati sumus, vt communiter ad virtutem apti simus. * 236 a, Non sane optabilis ista quidem est rudentibus apta fortuna. de Inuen. 76 a, Causas cæteris partibus aptas inter se omnes, & aliam ex alia implicatam videbit. Orat. 220 a, Facilius est enim apta dissoluere, quam dissipata connectere. Tu. cu. 242 a, Cum rerum causas alias ex alijs aptas, & necessitate nexus videt.] Par. 228 b, Omnes illi loci, quos sup. diximus, ad plerasque sunt, sed alij ad alias quæstiones aptiores. Qu. Fr 305 b, Quod certe & ad honestatē, & ad effugiendos dolores fuit aptissimum. Tusc. 193 b, Animus conturbatus non est aptus ad exequendum munus suum. Tuscu. 167 a, Cum id non habeas quod tibi nec vsu nec natura aptum sit, non careas, etiam si sentias te non habere. Offic. 20 b, Neque enim solum corporis qui ad naturam apti sunt, sed multo etiam magis animi motus probandi, qui item ad naturam accommodati sunt de Clar. 185 a, Aptior enim Palicanus auribus imperitorum. & 195 b, Hæc genera dicendi aptiora sunt adolescentibus. Att. 196 a, Huic meo cōsilio nihil est isto loco aptius. Att. 41 a. Aut enim huic ætati hoc maxime aptum est, aut iis rebus, si quas dignas laude gessimus, hoc in primis consentaneum. Ora. 203 b, Decere quasi aptum esse consentaneumque tempori & personæ. I. A. 188 a, In sortitione prouinciarū, quæ cuique apta erat, ea cuique obuenit. Off. 16 a, Nec histrionibus concedendū est, vt his hæc apta sint, nobis dissoluta. de Ora. 169 a, Hunc ille numerum clausulis aptum putat. in Sal. 275 a, Cylones nulla in parte castris apti. de Ora. 161 b, Nunc quid aptum sit, id est, quid maxime deceat in oratione, videamus. de Sen. 78 b, Aptissima sunt omnino arma senectutis, artes exercitationesque virtutum. Attic. 217 a, Nihil fieri potest nec commodius nec aptius, quam vt scribis. Offi. 29 a, Ordo est cōpositio rerum aptis & accommodatis locis. Offi. 26 a, Quemadmodū in oratione constante, sic in vita omnia sunt apta, & inter se conuenientia. de Legib. 167 b, Ex natura viuere, summum bonum est. *i. vita modica & apta virtute perfrui.* de Orat. 147 b, Ij sunt in eo genere laudandi laudis, quod ego aptum & congruens nominem.

Commensuratus. Para. 150 b, Vita quæ omni gestu moderatior, & omni versu aptior esse debet. de Ora. 96 a, Neminem nec motu corporis, nec ipso habitu atque forma aptiorem vidi.

Vtilis proficuus. pro Mil. 114 b, Simulatio apta ad tempus.

Præstans. Offi. 3 b, Quod verum simplexque est, id est naturæ hominum aptissimum.

Coharens consentiens. de Nat. 60 a, Balbus multa dixit, etiamsi minus vera, apta tū apta inter se & cohærentia. in A. Orbes vincti inter se, & nodis cœlestibus apti. pro Cæc. 295 a, Non ex verbis aptū pendere ius. de Fat. 147 a, Si ea causa non ex æternis causis apta dicatur Tusc. 235 b, Nā cui viro ex seipso apta sunt omnia quæ ad beate viuendum ferunt, nec suspensa aliorum aut bono casu, aut cōtrario, pendere ex alterius euentis, & errare cogitur, huic, &c. de Ora. 113 b, Thucydides verbis aptus & pressus. Par. 242 a, Tanta series artis est, sic inter se sunt pleraque connexa & apta, vt, &c. Para. 118 b, Is beatissimus est, qui est totus aptus ex sese, qui in se uno sua ponit omnia. de Fini. 118 a, Est apud illos ordo rerum conseruatus, & omnia inter se apta, & connexa. de Inu. 67 a, Hæc & illa inter se apta sunt. Ora. 220 a, Facilius est apta dissoluere, quam dissipata connectere. de Vni. 202 b, Qui recte vixerit, ad illum astrum, quo cum aptus fuerit, reuertetur. & ibi. 197 b, Qua ex coniunctione cœlum ita aptum est, vt sub aspectum, & tactum cadat.

☞ Syntaxis. *Ad tempus apte dicere. Apte & decorè ad rei dignitatem. Apte numerosèque. Ad rem qua agitur, aptè, congruenterque dicere. Ad hanc orationem aptus. Tibi hoc aptum est ad laudem. Ad insidias locus aptus. Non eruditus, sed aptus ad dicendum. Calceus habilis & aptus ad pedem. Locus ad cauendum aptus. Aptum & conueniens. Homo non aptissimus ad iocandum. Aptum & accommodatum. Commodum & aptum. In vita omnia apta, & inter se conuenientia. Aptum, & congruens. Vita omni versu aptior. Simulatio apta ad tempus. Si minus vera, tamen apta dicere, & coharentia. Nodis cœlestibus aptiores. Connexa, & apta vincula corporis. Apta dissoluere.*) (*dissipata connectere. Is totus ex seipso aptus. Cœlum ex coniunctione aptum.*

APVD. *Propinquitatem loci significat, propè, iuxta, ad locum & personam, non procul.*

Prope. Att. 131 a, Cæsar apud Corfinium castra posuit. Epist. 244 a, Apud oppidum Cybistra castra feci. contra Rull. 62 a, Agri in Hispania apud Carthaginem nouam. de Orato. 109 b, Cum etiam tum Crassus in lecto esset, & apud eum Sulpitius sederet.

Cum vel domi, vel intus. de Legi. 178 a, Alexander in Cilicia deposuisse apud Solem in delubro pecuniam dicitur. Qu. Fr. 318 a, Apud herum recte erat. Atti. 4 b, Apud matrem recte est. & ibidem, apud te est, vt volumus. Tusc. 150 a, Triceps apud inferos Cerberus. Epis. 25 b, Crassus cum mihi condixisset, cenauit apud me in mei generi Crassipedis hortis. Attic. 67 b, Si me amas, apud me cū tuis maneas. Att. 71 a, Pompeius a me petierat vt secum, & apud eo essem quotidie. Epi. 3 a, Eo die calu apud Pompeium cœnauit. Att. 60 b, Malo te cum apud te ambulare, quam cum eo, quo cum video esse ambulandum. de Orat. 103 a, M. vero Scaurus, quem non longe ruri apud se esse audio, iam credo huc veniet. *apud se id est, domi suæ.* Episto. 229 a, Apud eum sic Ephesi fui, quotiescunque fui, tanquam domi meæ. pro Sest. 12 a, Eiusque vitæ a me insidias apud me domi positas esse dixerunt.

Vt vocabulum Coram, & aliquo audiente. Att. 54 a, Secuta est contentio de domo nostra, diximus apud Pontifices. de Inuen. 91 a, Thebani accusantur apud Amphictiones. I. A. 96 b, Apud iudicem pro reo dicere. de Ora. 217 b, in ea causa quam ille contra me apud centumuiros pro fratribus, Cossis dixit. de Orat. 129 b, Nulla vnquam apud populum grauior oratio. I. V. 118 b, Facere verba apud Senatum. pro Quin. 1 b, Si apud hoc consilium ex operibus, nō ex veritate causa pendetur. I. V. 111 a, Eupolemum, qui nunc apud exercitum cum L. Lucullo est. Atti. 245 a, Is tibi apud me gratias egit. pro Sest. 4 b, Cōuentus ille hunc apud me P. Sestio maximas gratias egit. At. 39 b,

29 b, Cum aliquem apud te laudaro tuorum familiarium, volam illam scire ex te, me id fecisse. Att. 12 a, Non enim mihi uideor insolenter gloriari, cum de me apud te loquor, in ea præsertim epistola quam nolo alius legi. Att. 83 b, Lucius quæsitur apud me per literas, esse, &c.

¶ *Ratione assensus, animiq; affectis.* Offi. 12 a, Non compellar præmiis, quæ apud me minimum valent. At. 142 b, Plus apud me valere beneficii gratiam, quam iniuriæ dolorem volo. pro S. R. 19 b, Qui apud me amicitia, & beneficiis, & dignitate plurimum possunt. pro Ro. Pop. 129 a, Tum subinuisum apud maleuolos Posthumi nomen. de Ora. 92 b, Apud mediocres homines ex communi quadam hominum opinione dicere.

¶ *Ratione autoritatis, ac seculi præteriti. futuriq;* de Dom. 90 b, Apud Agatoclem scriptum in historia est, eum, &c. de Finib. 131 a, vt ille apud Terentium, qui decreuit. &c. de Fin. 74 b, Apud cæteros philosophos qui quæsiuit aliquid, tacere. de Or. 100 a, Quæsitum est apud maiores nostros, num, &c. de Offi. 61 a, vt Petronius apud patres nostros, Papius nuper. pro Mur. 142 a, Fuit eodem ex studio uir eruditus apud patres nostros. Q. Tubero pro Dom. 233 b, Vt apud posteros nostros conuiuaticiais autor fuisse videatur.

☞ Syntaxis. *Apud Romam castra facere. Apud aliquem sedere. Apud Solem: id est, in ede Solis. Apud nos, matrem, amicos recte est. Apud amicum cœnare, esse. Ambulare apud se. Apud te semper eris: id est, esse domi. Dicere apud iudices. Apud aliquem agere gratias. Aliquem laudare, de aliquo loqui queri per literas. Apud me minimum valet imperium. Apud Cato. id est, eius operibus. Apud priscos quæsitum est. Apud posteros nota efficieris.*

Apulia, liæ. *pars Italiæ ultima ad Ionium, ac superum mare.* Att. 120 a, apulia inanissima pars Italiæ. de Diu. 110 b, apulia maximis terræmotibus conquassata est. I. C. 105 b, Video cui Apulia sit attributa.

Apulus, la. pro Clu. 23 a, 59 a.

Aqua, aquæ. *humor gelidus, rimus.* 2. de Diuina. aqua albana deductæ ad vtilitatem agri suburbani. 2. de Natu. aqua conclusa facile corrumpitur. de Nat. 2. aqua frigoribus conglaciat, niue pruinaque concrescit. Tusc. q. lib. 1. aqua & terra in medium locum mundi grauitate feruntur & pondere. 2. de Natu. Deor. aqua ex terra oritur, & contra. 3. Off. Dicit ille quidem multa multis locis: sed aqua hæret, vt aiunt. *Vide Chil. Erasmi.* ad Q. Fr. li. 2. In hac causa mihi aqua hæret. de Diui. li. 2. aqua ingis. 3. ad Q. Fr. aqua quam inducebant non longè à villa. aca. q. ed. 1. li. 2. aqua nigra anaxagoræ. Tus. q. lib. 5. aqua turbida, & cadaueribus inquinata, 1. de Diui.

Vos quoque videtis aquas dulces alumna.

aca. 25 a, anaxagoras dixit aquam nigram esse, vnde nix congregata est.] de Nat. Deor. 2, aquæ admixtum esse calorem primum ipse liquor, tum aquæ declarat effusio. 3. ad Q. Fr. Colligere vberiorem aquam. de Nat. deor. 1. Aquam dixit esse initium rerum Thales Milesius. pro Qu. 318 b, Ducere aquam per fundum alterius. de Natu. Deor. 2. aquam calidam ex puteis iugibus trahi, & id maxime fieri hybernis temporibus. pro Quin. 47 b, Ignis in aquam coniectus continuo restinguitur. 3. ad Q. F. aquam belle fluentem vidi. 3. ad Q. F. De aqua per fundum eius ducenda rogabo. 11. Fam. 1. in Ep. D. Brut. aqua & igni nobis interdicatur. 2. ad Q. F. aqua madidus. 12. Fami. Lentuli, aqua denique prohiberentur milites nostri. Lælius, Non aqua, non igni (vt aiunt) pluribus locis vtimur, quàm amicitia. 1. ad Att. aquæ arpinates, aquæ marinæ, aquæ calidæ. pro Mure. 19 a, in Top. Ille tenet & scit vt ostium copiæ, vt aquæ pluuiæ arceantur. in Ant. 216 b, aquæ puteolanæ. 2. de Na. Deor. 2. Ex aquarum respiratione & vapore fit aer. & ibi. 20, Motu eius caloris qui aquis continetur. pro Plan. ad aquas venire. 3. de Nat. Deor. aquis alia dulcibus, alia marinis Lælius, quo utamur quasi aquis tentatis, sic amicitiis.

☞ Syntaxis. *Aquas deducere ad vtilitatem agri. Aqua conclusa conglaciat, concrescit. Aqua hæret. In hoc mihi aqua hæret. Ducere aquam. Aqua turbida conquinata alumna, bellè fluens. Aqua & igne interdictum, alicui interdico, interdicere. Aqua madidus. Hostes aqua prohibere. Ex aquis respiratione aer. Aquas tentare, & amicitias.*

Aquæductus, tus. *ductus aquæ, tubus, canalis.* Att. 205 a, De aquæductu probè fecisti. pro Cæc. 299 a, aquæductus, haustus, iter, actus.

Aquaintercus, tis. *aquosus, morbus.* Offic. 70 b, Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. *id est, ad hydropem curandam.*

Aquarius, ria, rium. in Vat. 51 a, Cum tibi aquaria prouincia sorte obtigisset. *id est, aquarum, & aquæductuum cura.*

Aquarius, *substantiuum, significat, aquarum, & aquæductuum curatorem, qui Plinio aquilex dicitur.* Ep. 115 b, Nisi ego cum tabernariis, & aquariis pugnarem, veternus ciuitatem occupasset.

Aquarius. *signum cœleste, vir fundens aquam.* in Ar.

Et gelidum riuum fundens aquarius

de Nat. 48 a, — *Capiti equi*

Proximus aquarij dextra, totumq; deinceps Aquarius.

Aquatilis, le. *aquarum incola in aquis degens, viuens.* de Natu. 22 a, & 50 b, Bestiæ aquatiles, quæ in terra gignuntur. & 56 b, Bestiæ terrenæ, aquatiles, & volatiles.

Aquatio, onis. Officio. 63 b, Hic aquatio, hac villa ista carere non possunt.

☞ Syntaxis. *Aquaria prouincia obtigit: id est, aquis copiosa. Aquarius fundit riuum gelidum.*

Aquila, læ. *ales maximus Iouis, pennata Iouis satelles.* de Diu. 128 a, Cursor ad interpretem detulit, aquilam se in somnis visum esse factum: at ille, Vicisti: ista enim aui volat nulla vehementius. de Diu. 85 b, Deiotarus ex itinere iam constitutio reuertit, aquilæ admonitus volatu. Epist. 162 b, Aquilæ duæ, signa sexaginta sunt relata Antonii. I. C. 102 a, A quo etiam aquilam illam argenteam scio esse præmissam. I. A. 263 a, Cum Hircius ipse aquilam quartæ legionis inferret & 243 a, Atque hic idè latio Italiæ cum aquilæ primipili aureos nummos daret, de meis bonis se dare dixit.

☞ Syntaxis. *Aquilam inferre: id est, signum, aquilæ.*

Aquileia, æ. *vrbs.* I. V. 36 a.

Aquilo, onis. *septentrionalis mundi pars & ventus ex ea flans.* de Legib. 156 b, Orithiam Aquilo sustulit. de Som. 129 b, In aquilonis austriue partibus. I. V. 125 a, Spelunca conuersa ad aquilonem infinita altitudine. de Natu. Deor. 31 a, aquilonibus & reliquis frigoribus durescit humor.

Aquilonaris, re. de Natura Deorum 36 a, Regio aquilonaris. *Australis.*

Aquinum, ni. *vrbs.* I. A. 180 b.

Aquinates, atium. pro Cl. 58 a, I. A. 180 b.

Aquula, læ. *exigua aqua.* de Or. 87 a, Platanus, quæ mihi videtur non tam ipsa aquula quæ describitur, quam Platonis oratione creuisse. 123 b, L. Seclusus.

Ara, aræ. *altare.* de Diu. 123 a, Ex eo aio loquenti ara in noua via consecrata est & 101 a, pro Dom. 204 b, Licinia virgo vestalis aram & ædiculam sub saxo sacro dedicauit. de Ar. 250 a, Qui sacerdotem ab ipsis aris puluinaribusque detraxisti pro Fla. 163 a, Is si aram tenens iuraret, crederet nemo. de Natu. 64 b, Quod vos cum facere non potestis, tanquam in aram confugitis ad Deum. & 68 b, aras delubraque Hecatesio Græcia vidimus. pro Q. Ros. 50 a, Erotes sicut in aram confugit in huius domum. Epist. 245 a, Castra in radicibus Amani habuimus apud aras alexandri. Postq. 206 a, Qui nisi in aram Tribunatus confugisset, vim prætoris effugere potuisset. I. A. 246 b, Eaque extructio, quæ sit ad memoriam æternitatis, ara virtutis. de Na. Deor. 79 a, Pro aris focisque certare. antequam. 197 b, Innocens ab aris focisque proiectus.

¶ *Cœleste sydus.* de Natu. 48 b, aram, quam flatu permulcet spiritus austri.

☞ Syntaxis. *Aram tenere. In aram confugere, ara virtutis. Pro aris, focisq; certare. Ab aris focisq; proijci.*

Abaria, æ. *regio.* Atti. 147 a.

Arabs, bis. de Diu. lib. 1, arabes, & Phryges, & Cilices cantus auium & uolatus notauerunt: & qua occasione. Diu. lib. 1. arabes & Phryges, & Cilices pastu pecudum maxime vsi. secundo de Legibus. arabum, Phrygum, Lycaonum, Cilicum, nationes vatum, seu augurum nomina cum disciplina ad tempora Ciceronis retinuerunt.

Arabarches, *id est, Pompeius.* Att. 32 b, Velim è Theophane expiscere, quonam in me animo sit Arabarches.

Araneola, læ, de Natu. 50 b, Vt in araneolis aliæ quasi retexerunt, aliæ ex inopinato obseruant.

Aratea, a, um. *ab arato astronomo.* de Diuinat. 111 a, Nostra quædam arathea, &c.

Aratio, onis. *agricultura, agri cultio.* I. V. 199 b, arationes tota Sicilia desertas, atque à dominis relictas esse cognoscitis. & 193 a, Tusculana. 245 a, aratio fructuosa I. A. 181 b, arationes glandiferæ, & fructuosæ.

Arator, oris. *colonus, bubulcus.* I. A. 187 b, Ex aratore oratore fieri. I. V. 99 b, Coloni populi Romani atque aratores in agros suos reuertantur.

Aratrum, tri. contra Rull. 79 b, Quod solum tam exile & macrum est quod aratro perstringi non possit. I. A. 179 b, Vt aratrum circumduceres, cuius quidem vomere portam Capuæ penè perstrinxisti. pro S. R. 26 a, Cum ab aratro arcessebantur qui consules fierent. de Nat. 58 a, Boum vires ad aratra extrahenda.

☞ Syntaxis. *Arcessere ab aratro Consules. Aratum extrahere.*

Aratus, ti. de Or. 90 b, L. Astrologia.

Arbiter, tri. *præsens, testis, disceptator, domesticus.* Off. 74 b, Pomponius surrexit e lectulo, remotisque arbitris ad se illum iussit venire. ad. Heren. 7 b, Spes celandi quæritur ex consciis arbitris, adiutoribus, &c. contra Rull. 77 a, Decemuiri vestra uectigalia non modo ne nobis quidem arbitris, sed ne præcone quidem teste uendent. I. V. 274 a, Castor & Pollux legum iudiciorumque arbitri & testes celeberrimo in loco prætorii locati. Topi. 224 a, Adigere arbitrum. *In.* Epist. 215 a, Sic enim præscripsimus iis, quibus ea negocia mandauimus, ut omnibus in rebus, quæ in aliquam controuersiam vocarentur, te arbitro, & quod commodo tuo fieri possit, te disceptatore vterentur. Tuscul. 252 b, Quorum controuersiam solebat tanquam honorarius arbiter iudicare Carneades. Offic. 7 b, Qu. Fab. Labeo arbiter Nolanis & Neapolitanis de finibus agri a senatu datus. de Leg. 166 b, Sed ego plane uellem me arbitrum inter antiquam academiam, & Zenonem datum. Attic. 237 b, antonius arbitrum me statuebat non modo huius rei sed totius consulatus sui. pro S. R. 37 b, Damnatus per arbitrum, & rem restituit, & honestatem omnem amittit. pro Cæci. 288 b, Is nomine hæredis arbitrum herciscundæ familiæ postulauit. pro Q. R. 46 b, Quis in hanc rē fuit arbiter? Off. 65 a, Itaque Calphurnius arbitrum illum adegit, quicquid sibi de ea re facere oporteret ex fide bona, *alias, ad arbitrum.* pro Q. R. 46 b, De arbitro & arbitrio, & compromisso, multa præclara dicuntur.

¶ *Frequentia ratione.* Att. 246 a, Loca ab arbitris remota. I. V. 252 a, Locus amœnus & ab arbitris remotus.

☞ Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Indiciorum arbitri, ac testes. Honorarius arbiter indicar. Datus est arbiter a Principe tibi, & illi. Statuo te huius rei arbitrum. Per arbitrum damnatus. In hanc rem est ille arbiter. Locus arbitrio remotus.*

ARBITRATVS, tus. *sententia, opinio, iudicium.* de Orato. 93 b, Qui mihi nunc quæstiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponit? de Ami. 96 a, Quas sententias in hoc libro exposui meo arbitratu.

¶ *Libitum, desiderium, optatum.* de Fin. 64 a, Quæ mihi facultas, ut id meo arbitratu facerem, ante hoc tempus nunquam est data. de Finib. 106 b, Quo loco nisi iniquum postulo, responde arbitratu meo. contra Rul. 79 a, Cum summam tantæ pecuniæ nullo teste, sibi ipse suo arbitratu & sua voluntate fecisset. Epist. 95 b, Quæro causas omnis aliquando viuendi arbitratu meo. Att. 251 a, Ego literas ipsius arbitratu dabo, ex te ne moueant. Q. Fr. 316 a, Tribunitii candidati compromiserunt H-S. CCCC in singulos apud M. Catonem depositis petere eius arbitratu, vt quid contra fecisset, ab eo condemnaretur. Att. 153 a, Veni igitur & age de pace, meone, inquam, arbitratu? an tibi, inquit, ego præscribam?

¶ *Institutio & disciplina.* de Inuēt. 50 b, Apud quos, quo more, cuius arbitratu sit educatus.

☞ Syntaxis. *Loqui suo arbitratu. Facere arbitratu suo. Tuo arbitratu & voluntate facias. Viuere arbitratu suo. Viri probi arbitratu educatus.*

ARBITRIVM, trii. *arbitratus, voluntas, libido.* I. V. 72 a, Ad nostrum arbitrium libidinemque aduersariorum minas eludemus. I. V. 255 a, Hic Heracleo ad arbitrium suum nauigauit. I. V. 269 b, Secundum arbitrium tuum testes dabo. pro Mur. 182 a, Ad alienum arbitrium viuere, non ad suum. in Vat. 34 a, Cum Vectius ad arbitrium tuum perorasset. de Ora. 115 a, Mentes iudicum ad arbitrium suum mouere posse. de Fin. 50 a, Quid Epicurei num desistunt de iisdem, de quibus ab Epicuro scriptum est, ad arbitrium suum scribere? Orat. 199 a, Ad alicuius arbitrium & nutum, totū se fingere, & accommodare. Epist. 94 b, Delectationes, quas tibi ipsi ad arbitrium tuum cōpares. ad Her. 22 a, Et in ea situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricari. Att. 275 a, Quod senatum nondum censuit, id arrogantes non præiudico, nec ad arbitrium meum reuoco. Epist. 177 a, Omnia ad arbitrium vnius collata sunt. Para. 122 b, Animus fractus & abiectus, & arbitrio carens suo. Att. 115 b, Sed video quorum arbitrio sit acturus. de Ora. 94 a, Res ab opinionis arbitrio seiunctæ scientia cōprehensæ. I. V. 242 b, Maximas res arbitrio multitudinis agi. Iura omnia nutu atque arbitrio alicuius gubernari. I. A. 206 a, Antonius in sua potestate nunquam fuit, nihil vnquam arbitrio suo fecit, semper eo tractus, quo rapuit libido. pro S. R. 40, Iouis nutu & arbitrio omnia regi. pro Do. 214 b, Puto arbitrio suo quenque timere oportere. Attic. 243 b, Eius orationes custodiendæ & proferendæ arbitrium tuum sit.

¶ *Iudicium honorarium arbitri sententia.* Att. 225 a, b, Antonius postulat, esse arbitrium suum. de Repu. Att. 6 a, Tametsi iactat ille quidem illud suum arbitrium. pro Q. R. 46 b, aliud est iudicium, aliud arbitrium: iudicium est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. & ibid. de iudicio & arbitrio multa Offic. 64 a, & Top. 126 b, In arbitrio rei vxoriæ melius, æquius in fiducia, inter bonos bene agier, &c. pro Q. Rosc. 49 b, Cur non arbitrum pro socio adegeris, Quin. Rosc. quæro. *aliàs arbitrium.* pro Quin. 2 b, Quasi si qui magna fide societatem gererent, arbitrium pro socio condemnari solerent. I. P. 84 a, Eodem in templo arbitraria non mei solum, sed patriæ funeris abstulisti. *id est præmium.* Postquam. 208 a, Nondum palam factum erat concidisse rempu. cum tibi arbitria funeris soluebantur. pro Dom. 232 b, Vidi prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris. de Fat. 544 a, Qui introducunt causarum seriem sempiternam, hi mentem hominis voluntate libera, *vel, vt alij, libero arbitrio,* spoliant, necessitate fati deuinciunt.

☞ Syntaxis. *Ad nostrum arbitrium, libidinemq; impietatem vitabimus. Ad arbitrium suum nauigare. Secundum arbitrium tuum testes dabo. Ad arbitrium alterius dicere. Aliud est arbitrium, aliud iudicium. Voluntate, vel arbitrio libero mentione spoliare.*

ARBITROR, aris. *puto, iudico, æstimo, censeo.* Qu. Fr. 306 b, Ego quod ad me attinet, idemque arbitror cæteros, idcirco taceo, quod, &c. Attic. 273 a, Quinque cohortibus quid se nam facturum arbitratur? Attic. 273 a, Nō soleo mi Brute (quod tibi notum esse arbitror) temerè affirmare de altero. pro Cl. 55 a, Tamen (vt arbitror) autoritate aduocatorum adducti in veritate manserunt. de Diu. 81 a, Atque hæc, vt ego arbitror, veteres rerum magis euentis moniti, quam ratione docti putauerunt.

ARBOR, ris. de Ora. 159 b, In arboribus trunci, rami, folia, &c. de Senectu. 81 b, Serere arbores, quæ alteri seculo prosint. de Senect. 89 b, Multæ istarum arborum mea manu sunt satæ. de Fin. 133 b, Itaq; & viuere vitem & mori dicimus, arboremq; & nouellam, & vetulam, & vigere & senescere. Att. 239 b, Excisa est arbor, non euulsa: itaque quam fructicetur vides. de Senec. 89 b, Proceritates arborū & directi in quincuncem ordines. de Diui. 115 a, Arbores simul cum luna senescentes tempestiuè cedi, quia tum exsiccatæ sint. pro Rab. 92 b, Da mihi ex ista arbore, quos feram surculos. pro Rab. 92 b, Caput obnubito, arbori infelici suspendito. de Di. 83 b, Ne hoc quidē quæro, cur hęc arbor vna ter floreat, aut cur arandi maturitatem ad signum floris admoneat. *id est, lentiscus.* pro Fla. 145 b, Hō Phryx qui arborem fici nunquam viderat. * Tusc. 160 a, Tam natura vita hominis sustentatur quamuis vitis, quàm arboris. de Fin. 132 a, De hominum genere aut omnino de animalium loquor? cum arborum & stirpium eadem natura sit.]

ARBVSTVM, sti. *arbores multæ ad fructum consitæ.* de Senec. 88 a, Segetibus, pratis, vineis, arbustis, res rusticæ lætæ sunt. in Arat. Arbusta ornata tegmine foliorum. de Diu. 90 b, Tum visam belluam, quacunque incederet, omnia arbusta, virgulta, tecta peruertere.

ARCA, cæ. *armarium, capsa.* de Diui. 126 a, Eorum iussu ex illa olea, arcam esse factam. Top. 221 a, Argentum in arca positum. & pro Do. 225 b, Parad. 124 b, Animus hominis diues, non arca appellari solet. pro Milo. 113 a, Serui in arcas coniiciuntur, ne quis cum eis colloqui possit. Att. 5 a, Quicquid eius generis habebis, ne dubites mittere, & arcæ nostræ confidito. de Or. 134 b, Cato percussus ab eo qui arcam ferebat.

ARCADIA, æ. *regio.* de Nat. 70 a.

ARCADA, dum. de Nat. 70 b.

ARCANO, *pro arcanò dictum hoc loco esse, testis est Charisius.* Att. 255 a, *Lege arcano, hoc etiam modo vsurpatum a Cæsare de bello ciuili. li. 1. Domitius arcanò cum paucis familiaribus suis colloquitur. Alij legunt. In arcano: vt de villa intelligamus.*

ARCANVM. *villa.* Att. 68, Prandimus in arcano.

ARCANVS, a, um. *commissum, occultus* de Fin. 82 b, Qui cum ioca, seria, vt dicitur, quis cum arcana, quis cum occulta omnia.

ARCENDVS, a, um. *pellendus, remouendus, prohibendus, auertendus, coercendus.* Top. 224 a, Si aliqua pluuia in vrbe nocet, quoniam res tota magis agrorum est, aquæ pluuiæ arcendæ adiuere non possis arbitrum. Offic. 25 a, Adolescentia a libidinibus arcenda est.

ARCENS, tis. *pellens, prohibens.* Tusc. 167 a, Non L. Brutus arcens eum reditu tyrannum, quem ipse expulerat.

¶ *Agens, tenens, cohibens.* de Som. 128 a, Orbis extimus arcens & continens cæteros.

ARCEO. *defendo, tueor.* de Leg. 164 a, Natura, non pœna debet arcere homines ab iniuria.

¶ *Prohibeo, pello.* de Legib. 174 b, Cur paupertatem, sumptu ad sacra adhibito, deorum aditu arceamus? I. 2. 251 a, Brutus inuadentem in Asiam a progressu arcuit, a reditu refrænauit. I. A. 203 b, Brutus illum non vt consulem recepit, sed vt hostem arcuit. I. A. 180 a, Omnes te illis sedibus arcebunt. de Nat. 52 a, Nos flumina arcemus, dirigimus, auertimus. I. C. 104 a, Tum tu Iupiter hunc ab vrbis mœnibus arcebis.

¶ *Coerceo.* Tusc. 185 b, Ergo hos quidem, vt famulos vinculis & custodia arceamus.

¶ *Seruo, cohibeo, amplector.* de Nat. 53 b, aluus arcet & continet illud, quod recipit.

ARCEOR, ris. *remoueor, pellor, prohibeor.* de Ar. 244 b, Videbam illud scelus non posse, arceri ociis finibus, sed erupturum aliquando ad perniciem ciuitatis. pro Mure. 129 a, Ille scit vt hostium copiæ, vt aquæ pluuiæ arceantur.

☞ Syntaxis. *Arcenda aqua pluuia adjcere arbitrum. Arcendi omnes a vestigijs. Orbis extimus alios arcet & continet. Ab iniuria pœna arcere. Aditu arcere pauperes. Arcere aliquem, absolute. & Arcere sedibus. Arcere flumina: id est, remouere, propellere, cohibere, cogere. Arcere famulos custodia. Aluus arcet atque continet ea quæ recipit.*

ARCERA, ræ. *plaustrum, rusticum vndique tectum & munitum, quasi arca quædam magna vestimentis instrata, qua nimis ægri, aut senes portari cubantes solebant. vocabulum ex XII. tabulis sumptum. est apud Ciceronem, autore Nonio. vide Gellium & Nonium.*

ARCESSO, sis, *voco, aduoco, accerso.* Qu. Fr. 318 b, Chilonem arcessiuerā Venafro. Postquam. 210 a, Quo die nos P. Lentulus comitiis centuriatis arcessiuit in patriam. pro Sex. Rosc. 31 a, arcessiuit aliquem, at quando?

ARCESSITVS, a, um. *longius captatus, affectatus.* de Orat. 132 b, Cauendum est, ne arcessitum dictum putetur.

ARCESSOR, ris. *aduocor.* Attic. 224 a, Interea narras eadem, Bassum arcessi, Cassium expectari.

ARCESSO, sis. *aduoco.* pro S. R. 26 a, Cum ab aratro arcessebantur, qui consules fierent. pro Dom. 214 a, Cum P. Lentulus, Quint. Metellus me arcesserent in senatum, non venire me. Att. 225 a, Pelopem ad te arcesse. de Orat. 119 a, A capite quod velimus arcessere, & vnde omnia manant, videre. Topic. 224 a, Non est necesse id vsque a capite arcessere.

¶ *Accuso.* Off. 43 b, arcessere aliquem in iudicium capitis. pro Deiot. 149 b, arcessere aliquem capitis. pro Rab. 96 a, Deinde non intelligis quos eodem crimine in summum capitis periculum accersis. pro Fl. 149 a, Vt hunc hoc iudicio arcesseret.

☞ Syntaxis. *Arcessere in patriam. Verbum arcessitum. In iudicium & capitis arcessere aliquem. Magno crimine in summum capitis periculum accersere. Hoc iudicium istum arcessere.*

ARCHETYPVS, pi. *primo forma, exemplar.* Attic. 258 b, Archetypus crebris locis inculcatus & refectus.

ARCHILOCHIVS, a, um. Att. 36 a, Archilochia edicta Bibuli.

ARCHILOCHVS, chi. *poeta Iambis faciendis nobilissimus, verum acerbitate in lacerandis hominibus præter modum prodigus fuit. Idcirco Horat. in Poetica arte inquit.*

Archilochum proprio rabies armauit Iambo.

Hinc Bibuli edicta, Cicero. Archilochia vocat: id est, felle, acerbitate, & maledictis, tincta. Att. 258 b, Mihi vt Aristophani Archilochi Iambus sic epistola longissima quæque optima videtur.

ARCHIMEDES, dis. *mathematicus nobilissimus fuit, cuius eruditissima opera diu ab omnibus desiderata, nuper primum ab Heruagio typographo Basiliensi, Græcè & Latinè, vnà cum explicatione, præclarè edita sunt.*

Tusc.

Tusculan.161 b,& de Finib.157 a.

ARCHIPIRATA,tæ. *princeps piratarum*. Offic.41 a, Ille autem qui archipirata dicitur, nisi æqualiter prædam dispertiat, aut occiditur a sociis,aut relinquitur.Postquam 200 b, Cum a latrone archipirata productus esset.I.V.24 b,Omnes sic habent persuasum istum clam a piratis ob hunc archipirata pecuniam accepisse.

ARCHITECTOR,aris. *fabricor*. de Finib.75 b, An quòd illa callida esse vt optimè possit architectari voluptates? ad Her.22 a, Mens potest in ea regione situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricari & architectari.

☞ Syntaxis. *Architectari voluptates. Ad suum arbitrium fabricare, & architectari aliquid.*

ARCHITECTVRA,ræ. *architectandi, ars*.Offic.30 b, Quibus autem artibus aut prudẽtia maior inest, aut non mediocris vtilitas quæritur, vt medicina, architectura, &c. hæ sunt his, quorum ordini conueniunt, honestæ.

ARCHITECTVS,cti.*princeps architectandi,machinator*. de Natu.Deor. 15 b, Mali ædificii dominus glorians se architectum non habuisse. de Ora.90 a,Philo architectus,qui Atheniensibus armamentarium fecit. Epist. 129 a. Si quis adhibere volet non modo vt architectos, verum etiam vt fabros ad ædificandam Rempubl. pro Milo. 115 b, Qui cum architectis & decempedis villas multorum hortosq; peragrauit. Attic. 223 b, Torumbus bellus esse dicitur architectus. pro S.Ros.40 b, Scio omnium architectum & machinatorem vnum esse Chrysogonum.

¶ *Autor,magister,translatione*.de Cla.75 a, Stoici sunt architecti pene verborum. de Fin.55 b, Epicurus inuentor veritatis, & quasi architectus beatæ vitæ. pro Clu.29 b,Princeps & architectus alicuius sceleris. pro Do.223 a, Architecti operum.

☞ Syntaxis. *Ille omnium architectum vnius est. Architectus, & machinator. Stoici verborum architecti. Epicurus beatę vitæ architectus. Princeps & architectus rebellionis.*

ARCHONTE.*id est, imperante*. de Fat.144 a.

ARCITENENS,tis.*sagittarius*. in Arat.

ARCTE.*strictè*.de Diui.101 a, arctè complecti aliquem. de Diui.93 a, arctè & grauiter dormire. de Fat. 146 b, Hæc arctius astringi ratio non potest. Para. 118 a, Illud tamen arctè tenent, accurateque defendunt.

☞ Syntaxis. *Arctè grauiterq; dormire. Rationem arctè astringere: id est, confirmare. Arctè tenere, accurateq; defendere pietatem.*

ARCTOPHYLAX,cis.*vrsæ custos*. de Nat.47 b, & in Arat.

Arcto phylax vulgo qui dicitur esse Bootes.

Quòd quasi temone adiunctam præ se quatit Arctum.

ARCTOS, *vrsæ signum*. de Nat.46 b, Circum polum ἄρκτοι duæ feruntur tanquam occidentes, altera Cynosura, altera Helice. in Arat. 388 a, Arctos minor.

ARCTVRVS,ri.de Nat.46 b.

Bootis subter præcordia fixa videtur.

Stella micans radijs, arcturus nomine claro.

ARCTATVS,ta.pro R.P.130 a, Nauis arctata.

ARCTVS,ARCTIOR,ARCTISSIMVS, *astrictus, deuinctus, ligatus,obstrictus.*)(*laxatus, lenis*. Or. 218 b, Nec tamen hæc ita sunt arcta & astricta, vt ea cum velimus, laxare, nequeamus. de Somn.136 b, arctius summus me complexus est. in Verr. 78 b, arctioribus laqueis teneri.Att.89 b,Vincula amoris arctissima.Off.37 b,Cuius societas arctissimum vinculum est magis arbitrari, &c.

☞ Syntaxis. *Arctum & astrictum. Arctius me summus complectitur. Teneri arctiore laqueo.*

ARCVLANVM,vel ACVLANVM,*villa*.Attic.252.

ARCVLA,læ. *parua. arca, capsula*. de Off.38 a, Dionysius præmittebat de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres. Att.21 a, Meus liber totum Isocratis μυροθήκιον, & omnes eius discipulorum arculas consumpsit.

ARCVS, cus. *iaculandi instrumentum*. de Senect.84 b, Appius animum intẽtum tanquã arcum habebat pro Sest.6 a,Fuerat ille animus,&c.
• tanquam intentus arcus in me vnum. * Acad. 2 A b, Intendis Apollo arcum luna innixus.]

Iris.de Nat.69 b, Cur arcus species non in deorum numero reponitur? est enim pulchra,& ob eam causam, quia speciem habeat admirabilem, Thaumante dicitur esse nata. & ibi. Arcus ipse ex nubibus efficitur quodammodo coloratus.

☞ Syntaxis. *Intentus arcus. Effectus ex nubibus arcus quodammodo coloratus.*

ARDEAS,tis.*ab Ardea vrbe*. de Nat.68 b, In agro ardeati.

ARDENS,tis. *inflammatus flagrans, vexatus,incitatus,percitus: omnia per translationem*.Attic.226 a, Matri ardentes in eum literas ad me misit.Orat.209 a, Nisi ardens ad eum perueniret oratio. I.A.192 a, An tonsus ardens odio vestri de Orat.154 b, Græci ardentes his studiis. pro S.R.33 a,Qui ardens auaritia fertur, &c. Quint.Frat.315 b,de Finib.77 b, ardenti studio facere aliquid. I.A.179 a, Autore ardens, & cæt. I.A. 139 b, ardens & erectus ad libertatem recuperandam. de Legib. 178 b, Vidimus eos ardentes tum cupiditate, tum metu, tum conscientia.

ARDENTER, tius. *vehementer, intensius, maiorem in modum cupere aliquid* Tusc.217 a,& 233 b.

ARDEO,es.*flagro,conflagro, deflagro*. de Diu.105 b, caput arsisse Seruio Tullio dormienti, quæ historia non prodidit? pro Dom.225 b, Domus ardebat in palatio, non fortuito, sed oblato incendio.

Translatione, vexor, agor, angor. Attic. 34 b, Is ardet dolore & ira noster Pompeius.de Orat,125 b, To mihi non solum incendere iudices,sed ipse ardere videris. in Verr.254 b, Cum spumas ageret in ore,arderent oculi. Attic.95 a, Cum arderet Syria bello. Epist.46 a, Orbem terrarum distributis imperiis ardere bello. Orat.200 a, Vna Gallia communi non ardet incendio. in Ver. 138 b, Verres ardebat amore illius hospitæ. pro Cæl.45 a, Nunc enim mihi animus ardet, & meum cor cumulatur ira.ex Cæcilio.I.P.91 b, Ardere cupiditate alicuius rei.Attic.269 a, Ardeo studio historiæ. Quint.Fr.301, Nostra antiqua manus bonorum ardet, & studio nostri atque amore. Qu.Fr.316 b,Res ardet inuidia. Attic.138 b, Non augor, sed ardeo dolore. pro Mil. 109 a, Omnia tum in illum odia ciuium ardebant desiderio. de Fin. 147 a, Is cum arderet podagræ doloribus, Mane quæso, inquit, &c.

☞ Syntaxis. *Ardentes literę, oratio. Ardere odio, studio, auaritia, amore. Ardens & erectus ad libertatem. Ardere metu cupiditate, ira, dolore, conscientia. Caput ardet puero: id est, aduritur sine noxa. Oblato incendio, non fortuito domus ardet. Oculi ardent illi in Gallia bello ardet. Ardet mihi animus, & cor ira cumulatur. Res ardet inuidia. Non angor, sed ardeo dolore. Omnia bonorum odia in te ardent. Ardere podagra doloribus.*

ARDOR,oris.*incendium, flagratus,æstus*. de Som.120 b,Solis ardore torreri.de Fat.147 a,Ignis est causa ardoris.de Diu.117 a,Si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit,id esse fulmen. de Senec. 88 a, Vua vestita pampinis, nimios solis defendit ardores. I. C.115 a,Omitto visas iam nocturno tempore faces, ardoremque cęli, fulminum ictus, &c. Anteq. 191 b, Ne omnes ardore flammæ confla-
• grarent, mei capitis periculo non dubitaui prouidere. * 196 a, Habet ardorem libido.]

¶ *Cœlum stellatum*. de Nat.34 a, Astra,quæ oriuntur in ardore cęlesti,qui æther, vel cęlum nominatur.

¶ *Fulgor,splendor*.de Diuin.84 a,Concursus grauis stellarum ardore micantis.pro Cor.65 a, Ille imperatorius ardor oculorum. de Diui. 97 b, In Æsopo sæpe vidi tantum ardorem vultuum atque motuum, vt, &c.

Vehementia, vis ingens. pro Cæl.48 b, Impetus animi, cupiditas vincendi, ardor mentis ad gloriam. Orat.206 b, Nec vero hic tantus erat ardor in nobis, vt hoc modo omnia diceremus. Brut.91 b, Repressit impetum,ardoremque restrinxit.de Finib 58 a,Omnium cupiditatum ardore restrinctio. de Cla. 173 a, Ardor animi consedit. de Orato.96 a, Offic. 102, Studium & ardor quidam amoris, sine quo, & cæt.

☞ Syntaxis. *Defendere solis ardores: id est, arcere. Flamma ardor. Cœlestis ardor æther. Imperatorius oculorum ardor. Ardor in illo vultuum ac motuum. Ardor mentis ad gloriam. Restringe ardorem cupiditatum. Consedit ardor animi. Studium, & ardor amoris.*

ARDVVS,a, um. *ascensu accliuis, & aspero, propriè, ac germana potestate*. in Verr.311 b,Oppidum difficili ascensu atque arduo.

Translatè, difficilis. Ora.199 b, Magnum opus omnino & arduum. Brute conamur:sed nihil difficile amanti puto.de Inu.58 a,Hoc longi temporis, & magnæ arduæque cogitationis indiget. de Inu.82 b,
• & de Leg.63 b,Res arduæ & difficiles. * Tusc.208 b, Magnum opus & difficile. Quid autem præclarum non idem arduum.]

☞ Epithetum. *Oppidum ascensu arduo. Magnum & arduum opus. Hoc magna arduaq; indiget cogitationis. Arduum & difficile.*

AREA, reæ. *locus sine ædificio in vrbe, in rure, ager, & vbi frumenta excutiuntur*. Attic.54 a, Pontifices si religionem sustulerint, aream pulchram habebimus. Par.125 b, Æstimatores prata & areas quasdam magni æstimãt,&c.I.V.151 b,Vt neque in segetibus,neque in areis, neque in horreis arator posset fraudare Decumanum. Q.F. 310 A, A puero tuo vt discessi, in aream tuam veni.I.V.155 a, Exoritur edictum, ne quis frumentum de area tolleret. Epist.138 b, Nos iam ex area tantum habebimus, vt Valerium tuum vocare sæpius audeamus. Att.153 a, area scelerum: *id est, copia*.

☞ Syntaxis. *Ex area tollere frumentum. Scelerum area. i. copia.*

ARENA, næ. contra Rull. 80 b, arenam aliquam aut paludes emere.
• * Tusc.185 a, Cum barbarus in arena videris grauissimas excipiendas plagas.]

ARENARIÆ, arum. *arenæ fodinæ*. pro Clu.25 a, Arenariæ quædam extra portam Exquilinam.

AREOPAGITES,tæ. *Areopagita, senatores erant Athenis, & iudices causarum capitalium*. I.A. 197 a, Si Lysiades citatus iudex non responderit, excuseturque Areopagites esse, &c. Offic.15 b, Solonis cõsilium, quo primum constituit Areopagitas. pro Cor.60 b, Vidi nonnullos nostros ciues in numero iudicum atque Areopagitarum, certa tribu, certo numero. Epis.211 a, Decretum illud Areopagitarum, quem ὑπομνηματισμὸν illi vocant. Att.5 A a, Ex quo intellectum est, τοὺς Ἀρεοπαγίτας totam rempublicam flocci non facere. Attic.94 a, Non enim dubitabat Zeno, quin ab Areopagitis nutu Memmio impetrari non posset. Att.13 b, Præclari Areopagitæ.

• AREOPAGVS,gi. * vel Ariopagus,vel Ariuspagus per a, scribi debet.] *Martis vicus Athenis, vbi curia & forum Areopagitarum*. de Nat.40 b, Atheniensium Rempublicam regi consilio Areopagi. de Diuin.91 b, Sophocles ascendit in Areopagum, detulit rem. Offic.15 b, Et Themistocles quidem nihil dixit, in quo ipse Areopagum adiuuaret. Attic.74 a, Patro mecum egit, vt peterem a vestro Areopago ὑπομνηματισμὸν tollerent, quem Polycharmo prætore fecerant. Att.9 a, Senatus Ἄρειος πάγος.

ARESCO,scis.*viriditatem amittere*. Parad.234 b, & de Inuen. 6A a, Cito arescit lachryma, præsertim in alienis malis. ad Heren. 16 a, Commiserationem

miserationem

miserationem breuem esse oportet, nihil enim lachrima citius arescit.

ARETIVM. *urbs in Etruscis*. Epist. 261 a, de Nat. 96 b.

ARETINI, orum. *Aretij ciues*. pro Cec. 303 b.

ARGENTARIA. *argentariorum, ministerium*. pro Cæcin. 287 a, Mar. Fulcinius, qui Romæ argentariam non ignobilem fecit. in Verrem 169, Qui argentariam Rhegii maximam fecit. in Verrem 267 b, Herennius, quem ille argentariam Lepti fecisse dicit. pro Cæcinn. argentariam dissoluere.

☞ Syntaxis. *Argentariam facere, atque dissoluere.*

ARGENTARIVS, *qui argentariam facit mensarius*. pro Cæcin 288 a, Cuius rei putat iste rationem reddi non posse, quod ipse tabulas auerterit: se autem habere argentarii tabulas, in quibus sibi expensa pecunia lata sit, acceptaque relata, &c. ad Heren. 9 b, Quod argentario obtuleris expensum, a socio eius recte repetere possis. Offic. 331 a, augusti auus fuit argentarius, adstipulator pater.

ARGENTEVS, a, um. de Pro. 69 b, Ita gentes hæ, ut pace uterentur, varia argenteam dederunt præclaro Imperatori nostro. L.C. 100 a, Aquila argentea.

ARGENTEVM flumen. Epist. lib. 166 b.

ARGENTVM, ti. *pecunia ex summo metallum, argentea vasa*. in Pison. argentum ἄχρηστον, Part. argentum cælatum. 9. Ver. Quum essent triclinia strata, argentumque expositum in ædibus. Top. 22 b, Quoniam argentum omne mulieri legatum est, non potest ei pecunia, quæ numerata domi relicta est, non esse legata. Tusc. q. lib. 5. argentum plenum artis. 13. Fam. argentum signaretur. 4. ad Att. argenti scrupulum vllum esse in illa insula. 7. Ver. Erat ea nauis plena iuuentutis formosissimæ, plena argenti facti atque signati, multa cum stragula veste.

☞ Syntaxis. *Argentum cælatum. Argentum expositum: id est, argentea vasa. Argentum artis plenum. Argentum signare. Argenti scrupulus hic non est. Argentum factum, atque signatum.*

ARGILLA, læ. *terra tenax*. I. P. 92 b, Hic homulus ex argilla & luto fictus.

ARGILETVM, ti. *oppidum*. Att. 196 a.

ARGILETANVS, a, um. Attic. 10 a.

ARGINVSÆ, sarum. *insulæ*. de Offic. 17 a.

ARGIVVS, a, um. *Græcus*. de Cla. 196 a, Argiuus orator. de Nat. 17 b, & Tusc. lib. 1. Argiui delecti viri.

ARGO, *nauis Argonautarum*. in Arat.

Sit conuersa vetus super æthera vertitur Argo.

ad Her. 22 b, Nauis, quæ nunc nominatur nomine Argo, qua vecti, Argiui delecti viri, petebant illam pellem inauratam arietis, &c.

ARGOLICVS, ca, cum. in Ar. Argolica nauis. de Diu. 121 b.

ARGONAVTA, tæ. de Orat. 99 a, Nauis Argonautarum. & de Nat. 43 b, Argonautis & naui eorum.

Ἀργὸς λογός. L. IGNAVVS.

ARGVMENTANDO, ARGVMENTANDVM. de Finib. 55 a, Sed & argumentandum, & accurate differendum, & rationibus conquisitis de voluptate & dolore disputandum. de Nat. 61 a, Rem minime dubiam argumentando dubiam facis.

ARGVMENTATIO, onis. *ratio, argumentum, inuenti artificiosa expolitio*. Par. 233 b, argumentationem quærere videtur, quæ est argumenti explicatio. de Inu. 56 b, argumentatio nomine vno res duas significat, ideo quod & inuentum aliquam in rem probabile aut necessarium, argumentatio vocatur, & eius inuenti artificiosa expolitio. de Orat. 122 b, Loci ex quibus omnis argumentatio ad omnem disputationem inuenitur. de Inu. 51 b, argumentatio est inuentum ex aliquo genere, rem aliquam aut probabiliter ostendens, aut necessarie demonstrans. pro S.R. 31 a, Etiamne in tam perspicuis rebus argumentatio quærenda, aut coniectura capienda est? de Fin. 126 b, Peripatetici multa non modo probabili argumentatione, sed etiam necessaria mathematicorum ratione concluserunt. ad Her. 6 b, argumentationes, quas Græci ἐπιχειρήματα appellant. de Inu. 53 b, Si extremum concedetur, concludenda est argumentatio.

☞ Syntaxis. *Argumentatio est argumenti explicatio. Argumentatio vel probabiliter ostendit, vel necessario demonstrat. Argumentationem concludere.*

ARGVMENTOR, aris. *argumentis ostendo, probo, argumentis vel coniecturis persequor*. de Nat. 61 b, Neque ego in causis, si quid est euidens, argumentari soleo. I. V. 132 b, Quid porro argumentor, qua de re dubitare nemo possit. pro Clu. 31 a, atque ego illa non argumentabor, quæ sunt grauia vehementer, eum corrupisse, qui, &c. pro Dom. 237 b, Cum etiam es argumentatus amoris hoc esse signum, cum nominibus tantum vteretur, neque scriberet Proconsul, Trib. plebis. de Cl. 190 b, Cum essem argumentatus quantum res ferebat, hoc ipsum etiam posui pro argumento, quod ille cum indicia mortis suæ se comperisse manifesto diceret, tam solute egisset, tam leniter, &c. de Inu. 78 b, argumentari de voluntate alicuius. *id est, argumentis vel argumentando ostendere*. Att. 44 a, Tu quidem sedulo argumentaris, quid sit sperandum. in Verr. 106 b, Nonne argumentamur quo illa pecunia peruenerit? ad Her. 8 a, Et præterea si cæteri falsi soleant esse, argumentabimur hunc esse verum. pro Mil. 110 a, Sed quid ego argumentor? quid plura disputo? ad Her. 35 a, Quare si tettem, præterquam quid sciat, aut audierit, argumentari & coniectura prosequi patieris, ius accusatoris cum iure testimonii commiscebis.

☞ Syntaxis. *In hoc argumentor. Hoc argumentor. Argumentor quantum opus est. Argumentor de hoc. Argumentor quid sit sperandum. Nonne argumentamur quo ista pecunia peruenerit? Quid argumentor? quid plura disputo?*

ARGVMENTVM, ti, *ratio*. Topic. 221 b, argumentum est ratio rei dubiæ faciens fidem. Parad. 230 a, Argumentum est probabile inuentum ad faciendam fidem. Acad. 8 a, Argumenti conclusio, quæ est Græce ἀπόδειξις ita definitur, ratio quæ ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur, adducit. de Nat. 61 b, Multis & grauibus argumentis deos esse doces. & ibi. Affers omnia argumenta, cur dii sint. Tuscul. 167 a, Hoc premendum etiam atque etiam est argumentum. Tuscul. 193 a, Stoici qui breuiter astringere solent argumenta. de Or. 92 a, Ei Menedemus exemplis magis, quam argumentis conabatur refellere. de Diuin. 114 a, Argumentis & rationibus oportet quare quicque ita sit docere, non euentis. de Ora. 125 b, Ex coniunctis argumenta ducere. de Cla. 100 a, Excogitare argumenta firma ad probandum. Par. 116 a, Dilatare argumentum. * ad Her. 7 b, argumentum est quo res coarguitur certioribus argumentis, & magis firma suspicione.]

Signum, nota, indicium, causa, occasio, coniectura. pro R.P. 158 a, Omnia ab his nummorum argumenta nota sunt. de Leg. 171 b, argumentis docere aliquid. Acad. 45 a, Post argumentis & quasi rerum notis vtebantur ad probandum. pro Cæl. 31 b, & 42 a, Argumentis agemus, & signis omni luce clarioribus crimina refellimus. pro Qu. Ros. 52 a, Est hoc primum, & ex conditione iuris, & ex consuetudine cautionis grauissimum & firmissimum argumentum. pro Cæl. 39 a, Quis non possit isti ætati quam velit petulanter etiam, si sine vlla suspicione, at non sine argumento maledicere? L.A. 168 a, Quod autem, &c. ad magno argumento sit, me in vtroque fuisse moderatum. de Nat. 105 a, Quod ne dubitare possimus, maximo est argumento, quod nuper contigit, &c. pro S.R. 30 b, Hoc mihi maximo argumento ad huius innocentiam poterat esse. Offi. 31 a, Idque hoc argumento confirmari potest, quod, &c. pro Cæl. 52 a, Scire velim quod habeat argumenti ista manumissio. L.C. 113 b, Certissima argumenta atque indicia sceleris. de Orat. 118 b, argumentum simul atque positum est, arripitur. & ibid. argumentum ratio ipsa confirmat, &c. pro Quin. 72, Satis est argumenti, nihil esse debitum Nævio. Offic. 50 b, Tabulæ vero nouæ quid habent argumenti? nisi vt tu fundum habeas, ego non habeam pecuniam? in Verr. 69 b, Quæ res peruenit nobis argumento indicioque patefacta est. in Verr. 112 a, atque intelligatis, &c. certissimum accipite argumentum. in Verr. 145 b, Si argumento est Mamertinos dedisse, &c. quia, sit argumentum gratis constare nam, quia, &c. Epist. 32 b, Quod egomet multis iam argumentis antea indicaram.

Emblema. I. V. 220 a, Ex ebore diligentissime perfecta argumenta erant in valuis.

Poematis materia, vel fabula in comœdia, vel tragœdia. de Inuent. 48 a, argumentum est ficta res, quæ tamen fieri potuit. de Natu. 12 b, Tragici poetæ cum explicare argumenti exitum non possunt, confugiunt ad deos.

Quæcunque res de qua agendum, subiecta materia tractandæ. Episto. 67 b, Si vno in argumento vnaque in persona mens tota versabitur. Attic. 17 b, Nullam a me epistolam ad te sine absque argumento ac sententia venire. Atti. 167 a, Seruius mihi dabat argumentum ad te epistolæ. Epist. 265 b, Scribis ad me, vt mihi tu scribas epistolæ argumentum. Attic. 140 b, argumentum ad scribendum mihi iam deest. Att. 114 b, Hoc nescio quid nullo argumento proposito scribere institui. Att. 213 b, Quid enim aliud argumentum epistolæ nostræ nisi collatio fuit? Attic. 240 a, At inquies, ἐπιχειρήματα aliquod: non recuso id quidem, sed & componendum argumentum est, & scribendi expectandum tempus maturius. de Diui. lib. 2. Statim initio librorum Ciceronis argumenta. Q.F. 313 a, Nam res ipsa, & is dies quo tu es profectus, nihil mihi ad scribendum argumenti sane dabat. & ibid. b, Nec tamen habuissem scribendi nunc quidem vllum argumentum, nisi tuas accepissem. Attic. 163 b, Ego ex argumento epistolarum, &c. Attic. 245 a, Cuius concionis primum vniuersum argumentum, sententiamque audite.

☞ Syntaxis. *Argumentum est ratio. Argumenti conclusio est ratio. Argumentum affero, cur. Astringere argumenta. Non argumentis, verum exemplis. Argumentis & rationibus, non euentis. Firmum ad probandum argumentum. Dilatare argumentum. Argumenta, & quasi rerum notæ. Argumenta, & signa. Non sine argumento maledicere. Hoc est magno argumento, vt, &c. vel, me fore, &c. Hoc magno est argumento ad imperatorem noscendum. Quid istud habet argumenti? Argumentum atque indicium. Argumentum ratio confirmat. Argumentum in valuis. Sine argumento ac sententia epistola. Mihi nascitur epistolæ argumentum. Nullo proposito argumento scribo? Componere argumentum.*

ARGVENDVS, a, um. *confirmandus, probandus, demonstrandus*. ad Her. 14 a, Hoc tametsi rei arguendæ causa potest sine malitia dici, tamen, &c.

ARGVO, is. *accuso, insimulo, incuso*. pro S.R. 32 a, De quibus cum verbo arguit, verbo satis est negare. & 38 b, Seruos ipsos neque arguo, neque purgo. pro Rab. 96 b, An non intelligis quales viros mortuos summi sceleris arguas? pro Cæl. 37 b, Arguere aliquem alicuius facinoris. I. V. 244 b, Nunc non modo te hoc crimine non arguo, sed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. de Finib. 73 b, Quos nisi arguimus, vera laus deferenda. de Fin. 55 b, Is filium, Macedonum legatis accusantibus, quod pecunias prætorem in prouincia cepisse arguerent, causam apud se dicere iussit. ad Her. 15 a, Vel si quis quem arguat hominem occidisse, &c.

Affirmo. I. A. 167 b, Tantum dico te gaudere, fecisse non arguo. ad Heren. 22 b, Vt si accusator dixerit, ab eo hominem veneno necatum, & hæreditatis causa factum arguit. L. V. 143 b, Amplius

H-S. decies accepisse arguo contra leges.

ARGVOR, eris. *accusor* pro Cæcin. 285 a, Non dubitauit idipsum quod arguitur cõfiteri. I.V. 63 b, Pericles autor iniuriæ illius fuisse arguebatur. de Inue. 66 b, Negare oportebit de vita eius & moribus quæri, sed te eo crimine, quo de arguatur. pro S.R. 24 b, Occidisse patrẽ Sex. Rosc. arguitur.

¶ *Assenuor, affirmor, obijcior.* Par. 119 b, Quod non licet, id hoc vno tenetur, si arguitur non licere. pro S.R. 31 a, Multa sunt falsa iudices, quæ tamen argui suspiciosè possunt.

☞ Syntaxis. *Hoc deco vos arguendi causa. Verbo arguo, crimine. Argui scelere. Id quod argueris, confiteris? De hoc scelere argueris. Multa argui suspiciosè possunt.*

ARGVS, gi. *monstrum centum oculis (vt in fabulis est) præditum.* de Natu. 70 b, Mercurius, qui argum dicitur interemisse.

ARGVTE, ARGVTISSIME. pro Cæl. 41 b, Si mihi acutè arguteque responderit. de Cl. 195 a, Breuiter arguteque incluso aduersario laxare iudicum animos. de Or. 110 a, & Aca. 40 a, De rebus difficillimis argutissime disputare de Cl. 169 a, Acute argutéque coniicere aliquid. Or. 205 b, Callidè arguteque dicere.

ARGVTIÆ, arum. *acumen, elegantia, vrbanitas, ioeus.* de Cl. 179 b, Huius orationes multum argutiarum & vrbanitatis habebant. Orato. 296 b, argutiæ & acumen Hyperidis. de Ami. 104 b, Sed nihil est, quod illi non persequantur suis argutijs.

Celeritas. Orato. 202, Nulla mollitia ceruicum, nullæ argutiæ digitorum.

ARGVTVLVS, a, um. Attic. 208 b, Perfeci sanè argutulos libros ad Varronem.

ARGVTVS, a, um. ARGVTIOR, ARGVTISSIMVS. *qui argutias habet, callet, festiuus, vrbanus, concinnus, vel elegans.* de Orato. 131 a, Ex ambiguo dictat vel argutissim putatur. I.P. 94 b, Poema fecit ita festiuũ, concinnum, elegans, vt nihil fieri possit argutius. de Opt. 243 a, Sententiæ delectandi quasi argutæ.

Grauis, præclarus, elegans. de Cla. 170 a, Quis in sentẽtijs argutior? in docendo edisserendoque subtilior?

Magna significationis, certus, solidus de Diu. 114 a, Gallinaceum fel: sunt enim qui vel argutissima hæc esse dicunt.

Sonans. At. 94 b, Literæ quam argutissimæ. Epist. 110 b, Vereor ne tibi arguta nimium hæc sedulitas videatur.

Mobilis. de Leg. 161 a, Oculi nimis arguti, quemadmodũ animo affecti simus, loquuntur. de Ora. 263 b, Manus minus arguta digitis subsequens, verba non exprimens.

☞ Syntaxis. *Acutè, argutéq; respondere. Breuiter & arguté, callidè & argutè dicere. Multum argutiarum & vrbanitatis habere. Liber argutulus. Digitorum argutia. Extra argutissima: litera, oculi. Manus digitis minus arguta.*

ARIDVS, a, um. *exiccatus.* de Diu. 175 a, Poleium aridum florescere dicitur ipso brumali die. de Fa. 141 b, Exiccatus atque aridus.) (*. Pituitosus, & quasi redundans.* I.P. 110 b, Folia arida.

Abiectus, tenuis, horridus. pro S.R. 30 b, In rusticis moribus, in victu arido, in hac horrida incultaq; vita. de Ora. 123 a, Genus sermonis exile, aridum, concisum, minutum.) (*Liquidum, fusum, profluens.*

• pro Q. 17 b, Vita horrida atque arida mihi cordi est. * ad Her. 27 b, aridum, & exangue genus orationis.]

☞ Syntaxis. *Arida planta. Homo exiccatus & aridus. Victus, & vita arida. Dicendi genus aridum.*

ARIES, tis. *animal notum, signum caleste, & bellica machina ad euertendos muros.* de Nat. 48 a, *Exin contortis aries cum cornibus haret.* Ora. 112 b, Auratus aries Colchorum. & de Din. 89 b, ad Her. 12 a, Pellis inaurata arietis. Off. 8 a, Quamuis murum aries percusserit.

ARIETINVS, a, um. ad Her. 12 b, Testiculi arietini.

ARIETO, as. *cornibus impeto.* de Diu. 89 b, Deinde eius germanum cornibus conniti et in me arietare. Accij poetæ.

ARIMINVM, ni. *Vrbs in Vmbria.* Qu. Fr. 315 a, Epistola ex arimino data. I.V. 83 b.

ARIMINENSIS, I.V. 83 b, pro Cæcin. 304 b.

ARIOLANS, tis. *diuinans.* Att. 185 a, Προτεσπίζω igitur noster attice, non ariolans vt illa, cui nemo credidit, sed coniectura prospiciens iam iamque maiora.

ARIOLATIO, onis. *diuinationis genus.* de Diu. 94 b, Superstitiosæ ariolationes Accij.

ARIOLOR, ris. *diuino, pradico.* de Diu. 108 a, Nec eos, qui quæstus causa ariolantur, agnosco.

ARIOLVS, li. *diuinator.* de Nat. 11 b, aruspices, augures, arioli, vates, cõiectores, &c. de Din. 80 b, Ariolorum & vatum furibundæ prædictiones. ad Her. 39 b, Iste qui diuitias suas iactat, sicut Gallus e Phrygia, aut ariolus quispiam, &c.

ARION. Tus. 189 b, Eijce te de naui, præstò est qui excipiat delphinus, vt Arionem Methymneum.

ARISTA, stæ. *qua vt acus tenuis è grani gluma eminet.* de Sen. 88 a, Viriditas herbescens cum e vaginis emerserit, fundit frugem spicæ ordine structam, & contra auium minorum morsum munitur vallo aristarum.

ARISTÆVS, stæi. de Natu. Deor. 58 b, Quid Aristæus, qui oliuæ inuentor dicitur, Apollinis filius. I.V. 230 a, Aristæus Liberi filius, olei inuentor.

ARISTARCHVS, chi. L. CRITICVS. I.P. 95 a, Quoniam te non Aristarchum, sed Phalarim grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum versum, sed poetam armis prosequare. Attic. 9 a, Orationes quarum tu Aristarchus es. *id est, index censor.* Epist. lib. 3.

a, Aristarchus Homeri versus esse negabat, quos non probabat.

• * Epist. 131 a, Alter Aristarchus hos ὀβελίζει.]

ARISTIDES, dis. pro Sest. 87 a, & de Offi. 69 b, aristides, qui vnus omnium iustissimus fuisse traditur.

ARISTIPPVS. *passim, voluptatis defensor.*

ARISTIPPEVS, a, um. de Fin. 68 a, illud aristippeum, &c.

ARISTOCRATIA, tiæ. *optimatum Respublica.* Att. 9 a, Totum hunc locum, quem in aristocratia ego varie meis orationibus soleo pingere, de flamma, de ferro, &c. valde grauiter pertexuit.

ARISTOGITON, nis. Tus. 174 a, Harmodius & aristogiton.

ARISTOLOCHIA, chiæ. *herba.* de Diu. 83 b, Quid aristolochia ad morsus serpentum possit, quæ nomen ex inuentore reperit, rem ipsam inuentor ex somnio. de Diui. 118 a, Scammoneam aristolochiamque radicem.

ARISTONEVS, a, um. *ab Aristone philosopho.* de Finib. 115 a, In aristonea vitia incidemus.

ARISTOPHANES, nis. *facetissimus poeta veteris comædia.* de Leg. 177 a.

ARISTOPHANEVS, a, um. Orato. 215 b, Ita factus est anapæstus is, qui Aristophaneus nominatur.

ARISTOTELES. lib. 3. de Orato. aristoteles alexandro doctor accitus. Ora. aristoteles Isocrati aduersatus infensissime. Tus. q. lib. 1. aristoteles ait omnes ingeniosos melancholicos esse. Orat. aristoteles optimus author. Tusc. q. lib. 1. Aristoteles quintam quãdam naturam, præter quatuor elementa, censet esse, e qua sit mens. *tempo. adhuc.* de Diui. lib. 1. aristoteles eos qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur, censebat aliquid habere in animis præsagiens atque diuinum. 3. de Orat. aristoteles Isocrates æmulatione, totam penè formam disciplinæ suæ commutauit. de Finib. lib. 2. aristoteles virtutis vsum cum vitæ perfectæ prosperitate coniunxit. Tusc. q. li. 1. aristoteles, cùm motus esset Isocratis rhetoris gloria, dicere etiã cœpit adolescentes docere, & prudentiam cum eloquentia iungere. 2. de Ora. aristoteles artem dicendi despiciebat. de Diu. lib. 2. aristoteles & Theophrastus cum philosophis etiam dicendi præcepta coniunxerunt. 1. de Leg. aristoteles & Theophrastus cum academia vetere re congruente, genere docendi paulum differẽtes. 4. Aca. Flumen orationis aureum fundès aristoteles. Orat. aristoteles in thesi adolescentes exercuit. Topi. aristoteles philosophis ipsis ignotus. 3. de Legib. aristoteles illustrauit omnem hunc ciuilem in disputandum locum. 1. de Inuen. 11. aristoteles artem Rhetoricã plurimum iuuit. Ora. aristoteles Isocratem ipsum orationis ornatu lacessiuit. Acad. q. edit. 2. lib. 1. aristoteles primus species seu ideas labefactauit. Tusc. q. lib. 1. aristoteles, magister aristoxeni. de Fini. lib. 5. aristoteles, Peripateticorũ princeps, excepto Platone. de Finib. libr. 5. aristoteles persecutus est animantium omnium ortus, victus, figuras. Acad. q. edi. 2. lib. 1. aristoteles ingenij abundantia præstitit. Tusca. q. lib. 1. aristoteles longe omnibus (Platonem semper excipio) præstans & ingenio & diligentia. Topic. aristoteles vtriusque partis dialecticæ princeps. Orat. 218 b, aristoteles peana ut optimum probat, a quo dissentio. 2. de Nat. Deor. 94. aristoteles quæ in gruibus animaduerterit. Acad. q. edi. 2. li. 1. aristoteles cœlum diuersum à quatuor elementis ratus est. de Orat. 122 & 123 & 255 b, aristoteles is, quem maximè admiror, proposuit quosdã locos, ex quibus omnis argumentatio inueniretur. Acad. q. edi. li. 1. Aristoteles sensit mundum nunquam esse ortum. Acad. q. edit. 1. li. 2. Aristot. in philosophia prope singularis. 1. de Inuen. Aristoteles Rhetoricæ plurima ornamenta atque adiumenta subministrauit. Acad. q. edit. 2. libr. 1. Aristoteles Stagirites, & Xenocrates Chalcedonius præstantissimo studio atque doctrina. Orato. Aristoteles disserendi plurima præcepta tradidit. 2. de Orat. Aristoteles acie mentis omnium rerum vim naturas viderat. Diuin. lib. 1. Aristoteles singulari vir ingenio, & penè diuino. Tusc. q. lib. 1. Aristoteles vir summo ingenio, scientiæ copia. Diui. lib. 2. Aristoteles & Theoprastus excellẽtes viri, cùm subtilitate, tum copia. Tuscu. q. lib. 1, Aristoteles animum ἐνδελέχειαν vocat nouo nomine, quasi quandam continuatam motionem & perennem. Tusc. q. lib. 2. Aristoteles vsus est cõsuetudine de omnibus rebus in contrarias partes disserendi. 4. ad Atti. Aristoteles in singulis eorum librorum quos ἐξωτερικοὺς vocat, procemijs vsus. Orato. Aristoteles vult in oratione non versum, sed numerum esse. de Nat. Deo. 1. 25. Aristoteles condiscipulus Xenocratis. 13. ad Atti. Aristotelis discipulus Alexander. Topi. Aristotelis dicendi copia & suauitas incredibilis. 3. de Orat. aristotelis dictum de Isocrat. 4. ad Attic. Sedula quam sub aristotelis imagine habes. 2. de Inu. 1. de Ora. aristotelis laus. de Natu. deor. 2. aristotelis laus in eo quod scripsit de motu astrorũ. 2. de Orat. aristotelis libri Rhetorici. ibid. aristotelis locis cõmunes. de Nat. Deor. Aristotelis magister Plato. 12. ad Atti. aristotelis ratio dialogorum scribendorum. de Natu. Deor. 1. aristotelis varia de Dei diffinitione sententia ex tertio de Philosophia libro repetita. Topic. aristotelis Topic. de Natu. Deor. 2. absurdum esse aristoteli videtur in ea parte quæ sit ad gignenda animalia aptissima, animal gigni nullum putare. Acad. q. edi. 1. libr. 2. aut ipsum aristotelem non deterruit à scribendo Platonis amplitudo. de Finibus lib. 5. Ab aristotele de singulis rebus in vtramque partem dicendi exercitatio est instituta. Acad. q. edit. 2. lib. 1. Qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt. Offic. 17. Eodemque modo de aristotele & Isocrate iudico, quorum vterque suo studio delectatus, contempsit alterum. Orat. 113 b, Quis omnium doctior? quis acutior? quis in rebus vel inueniendis, vel iudicandis aptior Aristotele? Bru.

• Aristotele nemo neruosior in scribendo. • Tusc. 165 a, Cõtra problemata aristotelis.

☞ Attributa.

☞ Syntaxis. *Arripere familiar, maledictam ex triuio facultatem ledendi. Arripere philosophiam Qua docuantur arripere,animum. Causam belli arripere,atque tempus. Arripi dolore.*

ARRODO,dit.*rodo,consumo,perdo,translatione*.pro Sest.192, Vt illa ex re proculis extracta nitedula rempublicam conaretur arrodera.

ARROGANS,tis.*insolens*.pro Fon.281 a,Induciomaro isti minaci atque arrogāti pro Dom.119 b,Quid enim est tam arrogans,quàm de religione pontificum collegium docere conari?de Ar.247 a,b, Nec vereor,ne hæc mea vestrorum beneficiorum prædicatio non grata potius,quàm arrogās videator. 3.A.228 a,Quorum si essent arrogantes,non possem ferre sententiam.

ARROGANTER,& ARROGANTIVS,*superbè,contumaciter*.Attic.96 a, Ad me autem contumaciter,arroganter,*ἀκοινωνήτως*,solet scribere.de Inu.63 a,Nam cui rei temere atque arroganter assentiamur. pro Lig.142 a,Si nemo impetrauit,arroganter peto. Att.275 a,Id non arroganter,præiudico,neq; reuoco ad arbitrium meum.Off. 1 a,Nec hoc dictum arroganter existimari velim. pro Mur.143 a, Audita consulem iudices,nihil dicam arrogantius: tantundem dicem, totos dies ac noctes de iapu.cogitantem.

ARROGANTIA,tia *superbia,insolentia,intolerantia, fastidium,contumacia*.Q F.236 b,Et illud,*γνῶθι σεαυτόν*, noli putare ad arrogantiam minuendam solùm esse dictum, verùm etiam vt bona nostra norimus.de Inuen 91 a,In superbiam & arrogantiam odium concitatur.& 51 b,Ex arrogantia odium,ex insolentia arrogātia oritur.pro Q.R.52 a,Dic,aude,est tuæ contumaciæ, arrogantiæ, vitæq; vniuersæ vox.Ora.209 a,Dicarem perfectum,si ita existimarem,nec in veritate crimen arrogantiæ extimescerem.de Cla.191 a,Vir grauis, sine arrogantia,& sine segnitia verecundus.pro Mura.136 a,Sermo arrogantiæ plenus.pro Clu.40 a, Quam grauis & intolerabilis arrogantia.de Ora.106 b,& 99 a,Qui eius artis arrogantia,quasi difficillima sit,subnixi ambulāt.ad Her.1 a, Quas ob res illa,quę Græci inanis arrogantiæ causa sibi assumpserūt,re-
a liquimus & 1 a,Si nostrū officiū sine arrogantia laudabimus. *I. V.60 b, Nam cum omnis arrogantia odiosa est,tum illa ingenii atque eloquentiæ multo molestissima.}

ARROGO,at *postulo,assumo, vendico, sumo, tribuo,ascisco.*)(.*Derogo*.de Cla.198 a,Est enim inceti hominis cùm de sapientia disceptatur, hanc sibi ipsum detrahere,eis tribuere illudentē, qui ea sibi arrogant.pro S.R.33 a.Neque ego non possum,non enim tm mihi derogo,tametsi nihil arrogo, vt ea copiosius, quàm ne potem possa dicera pro Q 10 a,Qm tibi id arrogar & concedi postulas. pro Pl. 172 a,Non vereor ne mihi aliquid videar arrogasse,si de quæstura mea dixero.pro Plan 259 a,Mihi non sumo tantum iudices,neque arrogo,vt,&c.Epi.46 a,Ego tibi tantum tribuo,quantū mihi fortasse arrogo.Acad 28 b,Tu cùm id plenissimū temeritatis esse dicas,tantum tibi arrogas,vt exponas disciplinam sapientiæ, &c.

☞ Syntaxis. *Minax & arrogans.Quid est tam arrogans?Contumaciter & arroganter. Temerè & arroganter. Dictum arroganter existimatum.Superbia & arrogantia. Ex insolentia & arrogantia. Contumacia & arrogantia. Belli arrogantia superbus. Mihi tantum non sumo neque arrogo.*

Ἀῤῥωστία. Vide ÆGROTATIO.

ARS,tis.*artificium,ratio.faciendi,facultas,doctrina,scientia.studium disciplina,via*.de Ora.92 b, Ars est quę cognitis penitusq; perspectis & in vnum exitū spectantibus & nunquam fallentibus rebus continetur.& 111 a,Res mihi videtur esse, inquit,facultate pręclara, arte mediocris ars enim earum rerum est,quæ sciuntur: oratoris autem actio opinionibus,non scientia continetur.ad Her.1 b,Ars est præceptio,quæ dat certam viam rationemq; faciendi.de Fin. 100 b,Artes efficiantur ex cognitionibus comprehensionibusque rerum.de Clar.189 a,Ars dat rationes certas & præcepta faciendi aliquid , quæ habent ordinem , & quasdā artera in faciendo non
a patientes viar.a Ars non ex vna,aut ex duabus,sed ex pluribus animi præceptionibus constat.} Acad.7 a,de Ora.94 a, Ars definitur ex rebus penitus perspectis,planeque cognitis,atque ab opinionibus arbitrio seiunctis,scientiaque comprehensis.Orato.215 a,Notatio naturæ & animaduersio peperit artem.de Ora.161 a,Artem a natura proficisci Offic.34 a,Nullam dicere maximarum rerum esse artem,cùm minimarum sine arte nulla sit, hominum est parum considerate loquentium.de Nat.27 a,Artis maximè propriū est,creare & gignere.de Diuina.85 b,An medicina ars non putanda est?quam tamen multa fallunt , & gubernatores falluntur . de Finibus 130 a,Omnes artes in aliqua scientia versantur. & 108 b, Ars est dux certior quàm natura , & 57 b , Gubernatoris ars bene nauigandi rationem habet.de Orato.100 b,Nihil est, quod ad artem redigi possit,nisi ille prius qui illa tenet,quorum artem instituere volt, habet illam scientiam,vt ex iis rebus quarum ars nōdum sit,artem efficere possit.de Ora.119 b,Hæc omnia artem & præcepta requirunt. & 112 b,Non omnia, quæcunque loquimur mihi videntur & ad præcepta esse reuocanda.pro Cæl.49 a, Vir illa humanitate præditus,illis studiis,artibus,atque doctrina.Quin. Fratr. 295 b,Studia & artes quæ sunt nobis Græciæ monumentis disciplinisque traditæ.de Orato.154 b,Artes quibus liberalis doctrinæ atque ingenuæ continentur , Geometrica , Musica,literarum cognitio,& poetarum.Episto.43 a, Artes ingenuæ.pro Arch. 186 a,Erat tum Italia plena Græcarum artium & disciplinarum, studiaq; hæc in Latio colebantur,& hic Romæ,&c.Off 34 a,Si est aliqua disciplina virtutis. id est, ars. Colere bonas artes, & colere disciplinā Stoicā.L.Con p.pro Arc.87 b,Iiō mediocris,& aut nulla, aut humili aliqua arte præditus. Epist.96 b,Habere scientiam magnarum.Offic.30 b, Opifices omnes in sordida arte versantur. de Diuin.85 b,Ars gubernandi,scientia Imperatorum , ratio atque prudentia reip.gerendæ.de Orato.85 b,Reconditis in arte & multiplici subtilique versari.& 145 a,Vna fingendi est ars,in qua,&c. ibidem. Vna est ars ratioque picturæ. de Oratore 122 a,Ad inueniendum in dicendo hæc tria sunt : acumen , deinde ratio, quam licet(si volumus)appellemus artem,tertium diligentia,& ibidem, Atque hoc totum est,siue artis,siue animaduersionis , siue consuetudinis,nosse regiones. intra quas,&c.de Finib.123 b, Omnibus artibus volumus attributam esse eam, quæ communis appellatur prudentia,quam omnes,qui cuique artificio præsunt , debent habere.de Inuen.42 a,Hæc res,quæ vocatur eloquentia,siue ars , siue studium,siue exercitatio quædam, siue facultas à natura profecta.Orat.210 b,Versus ille,qui vetat artem pudere proloqui , quā factites.de Orat.124,Tradere artem disserendi,& dare præcepta. Epist.95 b,Libenter mehercule artem desinerem.Aca.7 a,Artium aliud eiusmodi genus est,vt tātummodo animo rem cernat, aliud vt moliatur aliquid & faciat.& ibid.Artes quarum omne opus est in faciendo & agendo. & ibid.Quid enim est quod arte effici possit,nisi is qui artem tractabit,multa perceperit ? Parc.233 a,Animi quemadmodum affecti sint,virtutibus,vitiis,artibus , inertiis spectātur.de Senec.78 b, Aptissima sunt omnino arma senectutis, artes exercitationesque virtutum.Offi.35 a,Innumera pleraque sunt hominum effecta operis,quæ non haberemus,nisi manus & ars accederent:neq; enim valetudinis curatio,neq; nauigatio , neq; agricultura,siue hominum opera vlla esse potuisset.Tuscu.129 b,
a Leon quæsiuit ex eo,qua maximè arte confideret.*ibi.At ille artem sa scire nullam respondit.} Epist.104 b,Nulla ars literis, sine doctore & interprete percipi potest.

☞ Syntaxis. *Ars est præceptio, constat ex perceptionibus animi, Artes, studia, doctrinę.Artes quibus doctrina liberales continentur. Artium habere scientiam. Omnis ars in aliqua scientia. Opifex in arte sordida. Vna est,ars & ratio. Acumen ratio, vel ars, ac diligentia. Artes quibus opus est in faciendo, & agendo. Artem tractare. Animi artibus.)(.inertiis,vitiis. Artes exercitationesq; virtutum. Manus, & arte accedente.*

ARSINOA,æ.*vrbs*.I.P.99 a.

ARTSMITANVS,na,num.Att.18 a.

ARTATA,pro R.P.129 a.*aliàs arctata, & melius.*

ARTERIA,riæ.de Nat.53 a,Aspera arteria(sic enim à medicis appellatur)ostium habet adiunctum linguæ radicibus,paulo supra quā ad linguam stomachus annectitur:eaque ad pulmones vsque pertinet,excipitque animam eam,quę ducta sit spiritu,eandemque à pulmonibus respirat & reddit.ad Her.192 a, Nam læduntur arteriæ,si antequam leni voce permulsæ sunt,acri clamore compleantur. & ibidem. Recreatur enim vox spiritu , & arteriæ reticendo acquiescunt. L.VENV.

☞ Syntaxis. *Arteria pluratiuo numero,sæpius quàm arteria.*

ARTEMISIA,Mausoli Cariæ regis vxor,quæ nobile illud Halicarnassi fecit sepulchrum. Tuscu.206 b.

ARTHRITICVS,a,um.*qui articulorum dolores habet*.Epist.141 a.

ARTICVLATIM *separatim,seorsum*.de Leg.173 a quę fusa olim disputabantur ac liberè,ea nunc articulatim distincteque dicuntur da Nat.73 a, Membraq; articulatim diuidit.

ARTICVLATE.*cum primis*.At.95 a,Valebit igitur & puellæ salutem articulate dicet.

☞ Syntaxis.*Articulatim distincteq; dicere. Articulatim membra diuidere. Articulatè salutabis Cæsarem:id est seorsum, cum primis.*

ARTICVLVS,li *nodus,iunctura,nodus naturaq; in animante,caplāta*.At. 42 a,Terentia magnos articulorum dolores habet. de Senect. 88 a, Ineunte vere in vitibus existit tanquam ad articulos sarmentorum,ea quæ gemma dicitur.da Nat.17 a, Nęuus in articulo pueri delectat Alcæum.

¶ *In oratione duplex,vt ex Tullio patet*.de Ora.141 b,Verba, q̃ quasi articuli connectunt membra orationis,& 160 a. Oratio articulis membrisq; distincta.ad Her.27 a,Oratio fluctuans & dissoluta quæ sine neruis & articulis fluctuat huc & illuc. Or.202 a,Ad numerum articulus cadens.ad Her.39 a, Articulus dicitur,cùm singula verba interuallis distinguuntur,cæsa oratione.

¶ *Momentum,occasio,opportunitas,punctum,temporis* . pro Quin. 3 b, Tum esse,qui hunc in summas angustias adductum putaret , vt eis conditionibus in ipso articulo temporis astringeret,assem sese negat daturum ,

☞ Syntaxis. *Articulorū dolor. In articulo sarmentorum gemma. Verba quasi articuli,nectentia orationis membra. Oratio articulis,membrisq; distincta,& sine neruis sine articulis. Ad numerum articulus cadens. Inops astringitur in ipso temporis articulo.*

ARTIFEX.*opifex sciens & peritus*.pro Mur.130 a,Vt aiunt in Græcis artificibus eos auledos esse,qui citharœdi fieri nō potuerunt. Aca da.lib.2. Artificem non fortuito, sed quem præcepta & comprehensa tenere videmus,appellamus.& ibidem. Artificem ab inscio non est distinguere,si artem subtraxeris. Epist.68 b, Atque illi artifices corporis simulachra ignotis nota faciebant. *id est, Appelles & Lysippus*.I.V.200 b, Nimirum didici etiam artificum nomina, *.i.eorum qui statuas fecerant.*

¶ *Gubernator,fabricator*.de Vulu.195 b, Artifex mundi.*id est, Deus.*

¶ *Autor,magister, præcipuus doctor*.de Orato.87 a , Græci dicendi artifices & doctores.Orato.213 b,Theodectes politus scriptor at-

que artifex. pro Ar. 187. b, Scenicus artifex, *i. histrio*. de Fin. 89. a, Artifex callidus comparandarum voluptatum. Q. de Pet. e 1 e. a, C. Cotta in ambitione artifex dicere solebat, se, &c. pro Qu. 14 a, Ne quid mihi eiusmodi accideret, cum contra talem artificem dicturus, essem, verebar.

¶ *Causa*. Ora. 212 b, Consuetudo artifex suauitatis.

☞ Syntaxis. *Deus mundi artifex. Dicendi artifex, & doctor. Politus scriptor, & artifex. Scenicus artifex. Artifex callidus comparandarum voluptatum. Cotta in ambitione artifex. Consuetudo artifex.*

ARTIFICIOSIUS, *cum maiori arte, accuratius*. de Nat. 37 a, Quod in operibus nostrarum artium manus efficiet, id multo artificiosius naturam efficere.

ARTIFICIOSUS, a, um. *habens artem vim artificij*. de Nat. 37. a, Ipsius verò mundi natura non artificiosa solùm, sed planè artifex, &c. de N. 57 a, Zeno ita naturam definit, vt eam dicat ignem esse artificiosum, ad gignendum progredientem via, & ibid. Natura, i. vt dixi, ignis artificiosus, magister artium reliquarum.

¶ *Artificio praeditus*. de Nat. 54 a, Artificiosum & diuinum opus. de Fin. 67 a, Mathematici de re artificiosa loquuntur. {de Diui 95. b, & 103 a, & 113 b, Ea genera diuinandi artificiosa dicuntur. Item artificiosa praesensio.} (*naturalis diuinatio*.

ARTIFICIUM, cii. *opificis industria, opus, actio, praestātia, opera, ars ipsa*. in Verr. 214 a, Offi. 30 a, Iam de artificiis & quaestibus qui liberales habendi, qui sordidi sint, hoc ferè accepimus. de Orato. 95 b, Atqui vide, inquit, in artificio & opere q̃ tenui & leui quāto plus adhibeatur diligentiae, quàm. &c. pro Sex. R. e 6 a, Obliuisci artificium. de Fin. 60 b, Ne opifices quidem tueri sua artificia possant, nisi, &c. Aca. 26 a, Quò. n. spectat illud? cùm artificia tolli quereris à nobis, nisi vt opifices concirentur? in Ver. e 16 b, Simulachrum singulari opera artificioq́, perfectum. in Verr. e 10 b, Haec omnia antiquo opere & summo artificio facta, & summa arte. in Verr. a 10 a, Vt intelligatis hominem artificii cupidum, non argēti fuisse. ● Epi. 101 b, Metuo ne artificium tuum tibi parum prosit. }

¶ *Astus, dolus*. Epi. 135 a, Non iam satis est consilio pugnare, artificium quoddam excogitandum est. pro Pl. 263 b, Vicinitas non fallax, non erudita artificio, simulationis.

¶ *Ratio, prouinciaq́, grauis, disciplina, praeceptio, institutio, affectata diligentia, studium, apparatus*. de Ora 97 a, Non esse eloquentiā ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum. de Ora. 92 b, Artificiū dicendi. Att 64 a, Reliqui libri τεχνολογίαν habent. de Ora. 123 a, Suspicio artificii imminuit oratoris autoritatem oratoris fidem. de Ora. 116 a, Componere artificium de iure ciuili. Acad. 9 a, Natura maximo quasi artificio fabricata est primum animal oē, &c. de Fin. 123 b, Qui cuique artificio praesunt, eam quae communis appellatur prudentia, debent habere. pro S.R. 26 a, Non tu in isto artificio accusatorio callidior es quàm hic in suo.

☞ Syntaxis. *Ignis artificiosus: id est, artium magister. Artificium & opera naturae. Artificij, non argenti cupidus. Artificio pugna, si consilium desit. Artificium ex eloquentia natum, non contrà. De iure ciuili componere artificium. Artificium accusatorium*.

ARTOLAGANUS, ni *panis genus delicati, qualia sunt liba, seu placentae*. Epi. 138 b, Dediscendae tibi sunt sportellae & artolagani tui.

ARTUS, tus. *membrum*. de Fin. 84 a, Quos diis immortales illa, cùm omnes artus ardere viderentur, cruciatus perferebat? Tusc. 188 a, Cùm audiuisset eum grauiter esse aegrum, quòd vehemētar eius artus laborarent.

¶ *Articulus, commissura, nodus*. de Cla. 184 a, Cn. Octauius qui multis medicamentis arar propter dolorem artuū delibutus. de Ora. 95 a, Et tota mente, atque omnibus artubus contremisco. de Natu. Deor. 56 a, Digitorum molles commissurae & artus. Quint. de Pet. e 11 a, Nerui atque artus sapientiae sunt, non temere credere. de Diuina. 88 b.

Excita cum tremulis anus attulit artubus lumen.

☞ Syntaxis. *Artuum dolor. Mente tota, & artubus tremere. Digitorum artus. Nerui & artus disciplinae*.

ARUSPEX, cis. *extispex, qui volatibus auium inspiciendis futura praedicit*. de Na. 12 b, Aruspices, augures, arioli, vates, coniectores, &c. de Di. 124 a, Persuaderi igitur cuiquam potest, ea quae significari dicuntur extis, cognita esse ab aruspicibus obseruatione diuturna? I.C. 155 a, Cùm aruspices ex tota Hetruria conuenissent, totius vrbis atq; imperii occasum appropinquare dixerunt de Diui. 89 a Aruspices nuptiarū. Att. 26 b, Latores & aruspices legis curiatę.

ARUSPICINA, nae *diuinationis genus, ars extispicum*. de Diuin. 114 a, Vt ordiar ab aruspicina, quam ego reipublicae communisq; religionis causa colendam censeo. Epist. 91 b, Cùm qui hodie aruspicinam facerent, in senatu Romae legerentur. de Diu. 118 b, De ortu aruspicinae & de Tage.

ARUSPICINUS, a, um. *artis aruspicum*. de Diu. 95 b, Quod Hetruscorum declarant & aruspicini, & fulgurales & rituales libri.

ARUUM. ui *campus, ager*. Ora. a 1a b, Frugifera & ferta arua Asiae Ennii. de Nat. 55 a.

ARX, cis. *castellum*. de Ora. 234 a, Tarēto amisso arcem tamē Liuius Salinator retinuit. de Senec. 79 a, Salinator amisso oppido fugerat in arcem. I.P. 97 b, Qui cùm oppido desperassent, munita arcē ceperunt. de Legib. 156 a, Nisi fortè Athenae iure solae sempiternā in arce oleam tenere potuerunt. Par. 216 b, Nō enim tale est, vt in arce poni possit, quasi illa Minerua Phidiae. pro Syl. 18e a, Munire communē arcem bonorū, obstruire perfugia improborū. Antequā 395 b, Arcem vrbis ad incendio liberaui. I.P. 81 b, Cui templum illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculum veterum Catilinae militum, castellum forensis latrocinii. pro Lig. 140 b, Africa omnium prouinciarum arx. contra Rull. 64 a, & I.C. 160 b, Hoc templum Iouis Opt. Maxim. atque haec vrbs ara omnium gentiū. pro Cluen. 51 a, In arce legis praesidia defensionis suae constituere. ² I.V. 57 b, Hanc habent arcem minus aliquanto munitā quā antea. Episto. 11 a, Non potui magis in arcem illius causam inuadere. }

☞ Syntaxis. *Arcem retinere, id est, seruare. Translatione, Romam Cice. vocat bonorum & gentium arcem. Africam arcem prouinciarum & legis arcem esse praesidia defensionis*.

AS, assis. *libra, siue libella, pondo*. Offi 45 b, M. Seius in caritate annonae asse modium populo dedit.

¶ *Minimus nummus*. pro Quin. 3 b, Tum iste assem sese negat datusum. pro Q. Rosc. 53 a, Dic H S. CCCLIII dedisse, qui assem nullum dedit.

¶ *Totum, cuius est diuisio in partes assis*. pro Cęcin. 288 a, Facit haeredem ex deunce & semiuncia Cęcinnā, ex duabus sextulis Mar. Fulcinium, Ebutio sextulam aspergit. Episto. 217 a, Testamento, quod Antistius Romae fecerat, haeres ex parte dimidia & tertia Capito est: in sextante sunt hi, qui, &c. *Vide Budęum de Asse, & Georgium Agricolam*.

☞ Syntaxis. *Dedit Seius modium asse*.

ASCENDENS. de Cla. 191 a, Is ascendens gradibus magistratuum ad summam amplitudinem peruenit.

ASCENDO, dis. *scando*. Episto. 245 a, Expedito exercitu ita noctu iter feci, vt ad III. Idus Octobris cum lucesceret, in Amanum ascenderem. Att. 13 a, Ascenderem castellum. de Finib. 80 a, Ascendere in concionem. Tuscula. 163 b, Is ita locutus est, vt non ad mortem trudi, verùm in coelum videretur ascendere. pro Domi. 228 a, Quibus tanquam gradibus mihi videor in coelū ascendisse. pro Mil. 120 b, Gloriae cuius gradibus homines videntur in coelū ascēdere. de Ami. 12 b, Si quis coelum ascendisset, &c. Aca. 37 a, Nos ad nauiculas nostras ascendimus. in Ver. 211 b, Ascendit in oppidum Archagatus. de Orato. 117 b, Lex peregrinum vetat in murū ascendere. & 59 b, Sol sensim ascendens in diuersam partem. pro S.R. 52 a, Crescere, ascendere sua virtute in altiorem locū peruenire. pro Clu. 40 b, In altiorem locum ascendere. de Diu. 9e b, Eodē equo in diuersam ascendit ripam. pro Mur. 137 a, Ex continuis honoribus familiae maiorumque suorū, vnum ascendere gradum dignitatis conatus est. Off. 46 a, Non solùm vt ne affligantur, sed ēt vt ad altiorem gradum ascendant. Ora. 208 b, Ornatus ille admirabilis, propter quem ascendit in tantum honorem eloquētia. de Cla. 187 a, Ascendere ad honores. de Sen. 83 a, Cùm ingressus iter pedibus sit, in equū omnino non ascendere. pro Clu. 49 b, In summum locū ciuitatis ascendere. Par. a 30 b, Aut à minoribus ad maiora ascendimus. de Orat. 164 a, In omni voce est quiddā mediū, sed suum cuiq; voci: hinc gradatim ascendere vocē vtile & suaue est. Artic. e 75 b, Timeo de consulatu, ne Caesar tuus altius se ascendisse putet decretis tuis, quàm inde, si consul factus sit descensurum.

☞ Syntaxis. *Ascendere in concionē, in coelum & coelum, tanquam gradibus. Ad nauiculam ascendere. In diuersam partem sol ascendit. Crescere, ascendere, in altiorem locum peruenire virtute. Ascendere ad honores, in equum, in summum ciuitatis locum*.

ASCENSUS, sus. pro Dom. 224 a, Homines audaces ab eius tēpli aditu atque ascensu repulisti. in Vert. 211 b, Ipse in oppidū accedere noluit, q̃ erat difficili ascensu atq; arduo. de Ar. e 53 b, Atque hic ei gradus ad rempublicam, hic primus est aditus ascensus ad popularem iactationem. de Leg. 185 a, Olliśq; ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto. de Ora. 108 a, Neque is consistens in loco, sed inambulans, atque ascensu grediens arduo.

☞ Syntaxis. *Aditu & ascensu templi pellere aliquem. Oppidum arduo ascensu. Hic primus gradus, aditus, & ascensus ad honores. Ingredi arduo ascensu*.

ASCIA, asciae. *dolabra, instrumentum quo ligna dolantur, & poliuntur*. de Leg. 181 a, Hoc plus, inquit, ne facito rogum, ascia ne polito.

ASCISCENDUS, a, um. *ascribendus*. pro Arch. 86 a, Aliquem non modò non segregandum, cùm sit ciuis, à numero ciuium, sed etiam si non esset, asciscendum esse.

¶ *Comparandus*. pro Dom. 232 a, Nihil vnquam de me dixi sublatius asciscendae laudis causa.

ASCISCO, scis. *appeto, approbo* de Fin. 53 a, Natura ipsa, vt ait Epicurus, asciscit, & reprobat, *id est, voluptatem, & dolorem*. de Legi. 173 b, Alterum quod interpretarum fatidicorū effata incognita, cùm senatus populusque asciuerit. de Nat. 27 a, Hos augures ne ipsae quidem fabulae asciuissent, si res omnino repudiarent. ● de Finib. 128 a, Alii censent primum ascitum doloris vacuitatem, & primum declinatum dolorem. }

¶ *Ascribo, adiungo, adiicio, annumero, seligo*. I.C. 160 a, Omnes perditos ad hoc incredibile sceleris foedus asciuit. de Amic. 105 b, Bonos boni diligunt asciscuntq; sibi, quasi propinquitate cō iunctos. pro Dom. 251 b, Sed tamen ego mihi sororem virginem ascisco, vt sororem tuam virginem esse non siuisti. I.P. 85 a, Me patronum vnum asciuerant.

¶ *Retineo, comparo*. Att. 286 a, Qui tyranni nomen asciuit sibi. de Cl. 189 b, Is quę clarorū virorū esset, non dubitabat asciscere. epi. 66 a, Viginti oppida sunt Dalmatię antiqua, q̃ ipsis sibi asciuerūt, amplius sexaginta. Orat. 19 a, Asciuerūt aptum suis auribus optimum

num quoddam dictionis genus. pro Cor. 59 e, Innumerabiles aliæ leges sunt latæ: quas Latini voluerunt, asciuerunt. in Verr. 204 b, Asciuerunt sibi illud oppidum piratæ. de Cle. 183 b, Idcirco hanc consuetudinem libenter esciuimus.

¶ *Tribuo, arrogo.* pro Do. 23 e b, Neque istam mihi escisco sapientiam, quam nonnulli in me requirebant. de Ore. 9e a, Eos expertes esse illius prudentiæ quam sibi esciscerent.

ASCISCOR, ris. *appeter.* de Fi. 105 e, Minimè verò probatur huic disciplinæ, de qua loquor, aut amicitiam aut iustitiā propter vtilitates asciscí aut probari. de Leg. 162 b, Id enim vt suauitete delectās sic ab errore mentis tanquam salutare aliquid asciscitur, similiq; inscitia mors fugitur, vita expetitur.

¶ *Aduocor, excipior.* pro Cor. 60 a, Omnes mutare ciuitatē possunt modo asciscatur ab ea ciuitate.

ASCITVS, a, um. *assumptus, habitus, deductus.* de Ar. 250 e, Sacra ista ascite ex Phrygia fuerūt. in Ver. 274 b, Sacra Cereris a Græcia ascita & accepta. de Na. 93 b, Illa, quæ naturæ prima sunt ascita, natura diligimus.

¶ *Acquisitus.* de Nat. 93 b, Cor. Nep. in vita Atti. Amitti ciuitatem Romanam, alia ascita.

¶ *Expetitus.* de Fin. 128 a, Alii censent primum ascitum doloris vacuitatem, primum declinatum dolorem,

¶ *Alienus, fictus, adulterinus, simulatus.* de Nat. 93 b, Vt appareret in eo natiuum quendam leporem esse, non ascitum.

☞ Syntaxis. *Sumi boni in ciuitatem asciscendi. Non id ego laudis asciscendę gratia. Natura bonum asciscit, malum reprobat. Ad fœdus asciscere bonos. Boni bonos asciscunt sibi. Ille tyranni nomen sibi asciscet. Hostes asciuerunt sibi oppidum. Id mihi certè non ascisco. Asciscitur id vt salutare, fugitur mors. Is ascitus à ciuitate, id est, cooptatus. Sacra ascita à Gręcia, ex Græcia. Amisit Romam, ascita Alba. Non natiuus, sed ascitus candor.*

ASCLEPIADES, *medicus & amicus. L. Crassi oratoris.* de Ora. 90 a.

ASCRIBO, bis. *adiungo, assigno, ascisco.* Att. 232 b, & Episto. 133 e, Gaudeo quòd vulgò hominum opinio socium me escribat tuis laudibus. pro R.P. 122 b, Ascribe ad iudicium tuum meam quoque sententiam. de Opt. 224 a, Qui Thucydidem laudauit, ascribet suæ nostram sententiam. Q.F. 292 a, Hunc ad tuum numerum libenter ascribito. de Ora. 133 b, Et ad hoc genus ascribamus etiam narrationes apologorum. I. A. 167 a, Tu verò ascribe me talem in numerum. Tusc. 240 b, Vtinam ego tertio vobis amicus ascriberer. I. A. 261 a, Tyrannus petiuit vt se in amicitiam tertium ascriberent. pro Dom. 236 b, Hic non est ausus nomen suum emptioni illi ascribere. I. A. 207 b, Altera statua ab equitibus Ro. equo publico, qui idem ascribunt patrono. Att. 90 a, Quid ed Statium ascripserit, nescio. pro Corn. 58 b, Ascribere pœnam fœderatis. de Leg. 171 b, Ostenderunt ea se scripturos atq; laturos, quibus ascriptis susceptisq; beatè viuerent.

¶ *Acceptum refero, tribuo.* de Diui. 86 a, At illud minimè fuit auguris quod ascripsit, ob eam causam R.P. calamitatē cepisse. de Nat. 78 a, Bonos exitus bonorum ascribimus attribuimusq; sine vlla ratione diis immortalibus.

ASCRIBOR, ris. *annumeror, collocor.* de Arusp. 157 a, In certam sedem ciuitatis ascribuntur.

☞ Attributa. *Bona Deo ascribas. Ad iudicium tuum meam sententiam ascribe. Ascribe me tibi socium, ad tuum numerum, in numerum. Ascribi in certam ciuitatis sedem.*

ASCRIPTITIVS, a, um. *ascriptus.* de Na. 67 e, Quosdam quasi nouos, & escriptitios ciues in cœlum receptos fuisse.

ASCRIPTOR, oris. *qui in exemplum ducit scripta. Secundum quosdam idem est, quod subscriptor, qui & causidicus est causam adiuuans.* Postquam 210 a, Itaq; is fuit non modo salutis defensor, verùm etiam ascriptor dignitatis meæ. Postq. 206 a, Cùm eum in me restituēdo autorem fuisse ascriptoremq; videatis. pro Dom. 223 a, Ille nouitius Ligur venalis ascriptor tuus & subscriptor.

☞ Syntaxis. *Et defensor, & ascriptor dignitatis alicuius. Autor & ascriptor. Ascriptor tuus, & subscriptor.*

ASCRIPTVS, a, um. pro Arch. 187 a, Qui eum ascriptum Heracliensem dicunt. pro Arc. 187 a, Archias Heracliæ ascriptus est. & ibi. b, Præsertim cùm in aliis ciuitatibus fuerit ascriptus. & 186 b, Qui fœderatis ciuitatibus ascripti essent.

☞ Syntaxis. *Ille ascriptus est Basiliensis, nimirum ciuis. Ascribi fœderatis ciuitatibus.*

ASCVLVM, li. *vrbs* pro Clu. 81 b, de Cle. 179 b.

ASCVLANVS, a, um. de Cla. 179 b, pro Fon. 282 b.

ASELLVS, li. Att. 13 a, Asellus onustus auro.

ASIA, siæ pro Fla. 159 b, Asia vestra constat ex Phrygia, Misia, Caria, Lydia, & ibidem: Asiæ ora maritime. cont. Rul. 74 a, Pergamum, Smyrna, Trallis, Ephesus, Miletus, Cizicus. tota denique Asia. pro Flac. 162 a, Cùm Asiam prouinciam consulari imperio obtineres. Att. 82 a, Ipse in Asiam profectus sum Tharlo non. Ian. & ibi de Asia. Attic.

ASIANVS, na, num. *ex Asia.* Att. 15 b, & pro Flac.

ASIATICVS, a, um. *ex Asia, & ad Asiam attinens.* de Cla. 195 b, Genera Asiaticæ orationis duo sunt. &c. pro Po m. 7 b, Asiaticę pecunię. de Cl. 169 a, Asiatici oratores non cōtemnendi quidem, nec celeritate, nec copia, sed parum pressi & nimis redundantes. Ora. 199 a, Inclinatè vlulantiq; voce Asiatico more canere. de Ora. 146 b, De Asiaticis & Atticis.

ASINVS, ni. *notum animal, contumeliosè asinus dicitur, & homo segnis.*

de Nat. 58 e, Longum est mulorum persequi vtilitates & asinorū. in Piso. 95 e, Quid nunc te sine literis ducam? non opus est verbis, sed fustibus.

Ἀσώματον, sine corpore, expers corporis. L. Devs.

ASOTVS. *prodigus effusus.*)(*acerbus.* de Fin 69 a, Atqui reperiemus asotos, ita non religiosos vt edant de patella. de Fi. 69 b, Asoti mūdi elegantes optimos cocis, pistoribus, piscatum, aucupio, venatione. de Nat. Deor. 75 b, Posse asotos ex Aristippi, acerbos à Zenonis schola exire.

ASPECTABILIS, le. *quod sub sensum oculorum cadit, visibile dicimus.* de Vni. 197 a, Corporeum & aspectabile, itemq; tractabile omne necesse est esse quod natum est. & 196 b, Deus animal vnū aspectabile, in quo omnia animalia continerentur, effecit.

ASPECTO, *intueor, aspicio.* pro Plan. 280 b, Quid me espectas? quid meca promissa repetis? Epist. 143 a, Cicero ille quem aspectabāt, cuius ob os Graii ora obuertebant sua.}

ASPECTVS, ctus. *acies, quod visum appellant.* de Nat. Deor. 54 b, Oculi aspectum, quò volunt, facile contorquent. de Pro. 77 a, Referre aspectum aliquò. de Ora. 141 b, Omnes res quæ sub aspectum veniunt. Off. 3 b, Quæ aspectu fruuntur. de Vni. 197 b, Qua ex coniunctione cœlum ita aptum est, vt sub aspectū & tactum cadat. ad Heren. 7 b, Aut denique nūquid aliquo sensu perceptum sit, aspectu, auditu, tactu, &c. de Nat. Deo. 58 e, Pomorum iucundus non gustatus solùm, sed odoratus ēt & aspectus. I. Anto. 174 a, Aucinuis vero aspectus miserabilis. de Ora. 141 b, Res cæcæ, & ab aspectus iudicio remotæ. Or. 219 b, Res ad aspectū pulchra. pro Syl. 181 e, Hominū aspectū lucemq; vitare. pro Cęc. 293 b, Aspectus armatorū ad vim faciendam valet, incursus & impetus non valebit. de Ar. 245 b, Qui sacra Bonæ deæ espectu virili violent. ad Herē. 25 a, In conuentione per distributioné acri & defixo aspectu vti oportet. de Ora. 151 b, Quæ primo espectu nos ceperunt. de Cl. 182 b, Non essidens & attentè audiens, sed vno aspectu & præteriēs sępe iudicat. de Cla. 166 a, Eorum aspectu omnes cura consedit. de Na. 44 a, Primo aspectu inanimum quiddam se putat videre, post autem, &c. 10 Verr. 227 b, Situs vrbis cōmunitus & præclarus ad espectum. Q. de Per. 205 a, Vt ea quæ in re dispersa atq; omnia viderentur esse, ratione distributione sub vno espectu ponerentur. Tuscu. 163 b, Cùm acriter oculis deficientem solem intuerentur, vt aspectum omnino amitterent. de Diui. 127 b, Illi orbes, qui aspectum nostrum definiunt. Att. 101 b, Ex literis tuis hanc primo aspectu voluptatem cepi, quòd, &c.

¶ *Præsentia, conspectus.* Epi. 157 a, Adducere copias in aspectum hostium. I. C. 100 b, Alicuius aspectum præsentiamq; vitare. & ibidem: Carere me aspectu ciuium malo. Episto. 54 b, Noli rempublicam multis claris viris orbatam priuare etiam aspectu tuo. I. C. 120 b, Versatur ante oculos aspectus Cethegi, & furor in vestra cæde bacchantis.

¶ *In aspectum, id est, publicè.* pro Ar. 88 a, Ex literis aliquid in aspectum lucemque proferre.

☞ Syntaxis. *Contorquere, referre, vitare, aspectum. Sentiri, percipi aspectu. In aspectum venire. Aspectus acer, defixus, miserabilis. Ad aspectum remotum. Sub aspectu cadere. In aspectum adduci, & proferri. Primo aspectu.*

ASPELLOR, leris. Tusc. 180 a.

Sed longè à lato nomine aspellor Ioniis, i. expellor, arceor. Poetæ.

ASPENDVM. *oppidum.* I. V. 86 b.

ASPENDIVS. *citharista.* I. V. 86 b.

ASPER, a, um. & Asperior. *scaber, durus, habens aliquid asperitatis. Ea enim aspera propriè sunt quorum partes aliæ eminent, aliæ superantur.*)(*lenis, leuis.* de Fi. 72 b, Sensus iudicat dulce, amarū, leue, asperum, propè, longè, &c. Par. 233 a, In locis spectetur, leues an speri, salubres an pestilentes. de Fi. 124 a, Homo asper & durus orone & moribus. pro Pla. 267 e, Homo natura asper, & omnibus iniquus. de Cl. 176 a, Lacinius esper, maledicus, genere toto paulo feruidior atq; commotior. pro Mur. 138 b, Accessit his tor, doctrinæ nō moderata nec mitis, sed paulo asperior ac durior. pro Cor. 59 e, In periculis & asperis tēporib⁹. Or. 298 b, Aspere, tristis, & horrida oro.

☞ Syntaxis. *Asper homo, oratio, locus, tempus. Asper natura, moribus, oratione.*

ASPERE, & Asperius. *durè, seuerè, rigidè, acerbè.* de Or. 104 b, M. Cato apud Po. R. aspere & vehementer est locutus. Q.F. 311 b, Marcellinus Pompeium nimis asperè tractat. At. 151 b, Asperius quàm tui patiantur mores, de Dionysio scripsisti. Ept. 5 b, Acerbè & asperè accusare aliquem. pro Pl. 266 a, Maledicta in aliquem esperè & ferociter & liberè dicta. pro Plan. 265 b, Asperius, inquit, locutus est, &c. imo fortasse liberius.

☞ Syntaxis. *Asperè & vehementer. Nimis asperè. Acerbè & asperè. Asperè, ferociter, liberè, dicere, tractare, maledicere.*

ASPERGO, gis. *respergo.* de Na. 77 b, Hostiam immolare noluit, ne arā sanguine asperge et. ad Heren. 39 b, Quem ore attingere, dentibus insecare, lingua aspergere possit.

¶ *Inficio, lædo* I. V. 37 a, Miloni nonnullam laudatione tua labeculam aspergit. pro Plan. 265 a, Hunc tu vitæ splendorem maculis aspergis tuis?

¶ *Attingo, misceo.* Epi. 27 b, Hæc aspersi, vt scires me tā in stomacho solere ridere. Q.F. 312 b, Nūc mihi iucunditatis plena epistola, hoc aspergit molestiæ, q; &c. pro Clu. 32 a, Atque etiam ipse conditor totius negocii guttam aspergit huic Bulbo. pro Mur. 140 a, Si illius comitatem facilitatemq; tuæ grauitati & seueritati asperseris.

AVIDE, & Auidissimè. *cupidè.* Att. 258 a, Auidè expecto literas tuas. & 27 b, de Sen. 82 a, Literas Græcas sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. & ibid. Auidè appetere aliquid. & Att. 220 b, Auidè sum affectus. de Fato. I. A. 258 b, Ea res, quā auidissimè ciuitas expectat. * Tuscu. 216 b, Cupiditas auidè semper aliquid expetens.}

☞ Syntaxis. *Auidè appeto, sum affectus de Cæsare.*

AVIDITAS, tis. *cupiditas, desiderium.* de Sen. 86 b, Senectus mihi sermonis auiditatem auxit, potionis & cibi sustulit. Q. F. 299 a, Me quædam tenet infinita in te auiditas gloriæ. de Fi. 91 a, Erat in M. Catone inexhausta auiditas legendi, nec satiari poterat.

¶ *Auaritia.* Offi. 40 b, Ad diuitias plerique inflammati auiditate rapiuntur. Par. 124 a, Auiditas pecuniæ. I. A. 198 a, Huius mendicitas auiditati coniuncta in fortunas nostras imminebat.

AVIDVS, a, um. & Auidissimus, *valde appetens, cupidus.* pro Pom. 5 a, Quoniam semper appetentes gloriæ præter cæteras gentes, atque auidi laudis fuistis. pro Mar. 135 a, Auidissimus gloriæ. de Ora. 96 a, Non enim sumus omnis auidi, ista tua mediocri eloquentia contenti sumus. Or. 206 a, Demosthenes uō semp implet aures meas, ita sunt auidæ & capaces, & semper aliquid immensum infinitūque desiderant. de Sen. 85 a, Voluptatis auidæ libidines, effrenatæ ad potiundū incitantur. I. A. 283 b, Mea festinatio non solùm victoriæ auida est, sed etiam celeritatis.

¶ *Auarus.* I. A. 198 b, Antonius valde auidus in pecuniis locupletū. de Ora. 125 a, Animus non appetens, non auidus. pro Qu. R. 48 a, Liberalis auidum fraudasse dicitur.

☞ Syntaxis. *Gloria auidus, victoria. Auidus pecuniis. Absolutè, non auidus.*

AVIS, uis. de Di. 138 a, Ista enim aui volat nulla vehementius. de Na. 58 b, aues quædam & alites, & oscines, vt nostri augures appellāt. ad Her. 30 b, Auium dulcedo ducit ad auiū. Epi. 108 b, Quod quasi auem albam videntur bene sentientem ciuem videre. de Diu. 86 b, Auersa aui soluere.

AVITVS, a, um. *quod aui fuit.* con. Rul. 82 b, Paternæ atque auitæ possessiones. I. V. 68 b, Res patria & auita. Tus. 157 b, Patria & auita philosophia. Epi. 219 a, Auitum mihi hospitium est cum Lysone.

☞ Syntaxis. *Paternum & auitum, patrium & auitum in possessione, scientia, hospitio, vsurpamus.*

AVIVM, ii. *vbi nulla est via.* ad Heren. 30 b, Auium dulcedo ducit ad auium.

AVLA, læ. *atrium, regia.* pro Dom. 225 b, In fundū vicini consulis non instrumentum aut ornamentum aulæ, sed etiam arbores transferebantur. Epis. 224 b, Rex omni authoritate aulæ communita regnū cum dignitate obtinuit.

AVLAEVM, læi. *aulæ ornamentum, peripetasma, peristroma, stragula, & stragula vestis.* pro Cæl. 51 b, Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.

AVLIS, dis. *oppidum & portus in Bœotia, in quo contra Troiam Græci coniurarunt* Tus. 174 a, de Di. 121 b.

AVLOEDVS, di. *tibicen* pro Mur. 130 b, Vt aiunt in Græcis artificibus, eos aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuerint. *auledos, habent exemplaria emendatoria.*

AVOCAMENTVM (?) de Leg. 178 a, Lex vim habet ad rectè facta vocandi, & a peccatis auocandi.

AVOCO, as. *traduco, abstraho, remoueo, arceo, abduco.*)(*Voco.* de Sena. 80 a Senectus auocat a rebus agendis. de Ar. 247 a, Literæ, q̄ nostros animos deterrent, atq; auocant a religione. Epi. 50 b, Ab hisce rebus animum ad cogitationem tuam auoca. I. A. 156 a, Ego nihil prætermisi, quin Pompeium a Cæsaris coniunctione auocarem. & 182 a, Si te iam allicere ad rectè faciendum non potest, ne metus quidē a fœdissimis factis pōt auocare. pro Ar. 188 a, A nullius ma vnquā tēpore, nullius aut commodū aut ociū abstraxit, aut voluptas auocauit, aut deniq; somnus retardauit. pro Cor. 67 a, Auocare aliquem ab aliqua contentione, à discordiis. Prato. 201 a, A propriis personis & tēporibus auocare controuersiā. pro S. R. 33 a, Mammæi quos iam ætas a prœliis auocabat. & de D. 103 a, Qui se a corporis auocent. de Fi. 49 b, Auocare aliquē a philosophia Aca. 14 b, Auocare philosophiam a rebus occultis. *de Socrate.*

☞ Syntaxis. *Auocare animos à vitiis, contentione, prælio. Insuper philosophiam ab occultis rebus auocare, id est reducere, eruere, seternere.*

AVOCATIO, onis. Tus. 197 b, Auocatio a cogitanda molestia.)(*Reuocatio ad contemplandas voluptates.*

AVOLO, as. Att. 145 a, Experiar certè vt hinc auolem. de Diui. 116 a, Cor enim potuit subitò nescio quò auolare.

AVRA, ræ. *lenior ventorū flatus. Cic. sententia sunt de valido vento.* in Ar.

Et claniata magis Paulo est aquilonis ad auras. & ibid. Nisi

• ara subitis auris nubem deduxerit. * Tusc. 231 b, Nulla ne minima quidem aura fluctus commouente.}

¶ *Fauor leuis, ac popularis.* de Arus. 254 a, Sulpitium longius quam voluit populari aura prouectū. pro Sest. 24 a, Quem neque periculi tempestas, nec honoris aura potuit vnquam de suo cursu dimouere. pro Mur. 132 a, Totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris.

☞ Syntaxis. *Aura aquilonis. Aura subita. Popularis aura, rumoris, honoris.*

AVRATVS, a, um. *inauratus.* Ora. 152 b, Auratus aries Colchorum, ad Her. 12 a, Pellis inaurata arietis. Postq. 210 b, Currus auratus. Par. 225 b, Aurata tecta in villis. Aca. li. 2. Auratus arcus.

AVRELIA, *via Romæ.* I. C. 105 b.

AVRELIVM, *tribunal.* pro Sest. 10 a.

AVRELII, *gradus*, pro Clu. 27 a, pro Fla. 160 a.

AVREOLVS, a, um. Aca. 34 a, Est enim non magnus, verùm aureolus libellus. & de Na. 68 a, Aureola oratiuncula.

AVREVS, a, um. *ex auro.* I. A. 176 b, Sedebat in rostris Cæsar in sella aurea coronatus. pro S. R. 39 a, Venio nunc ad illud nomen aureū Chrysogoni. Oct. 33 b, Cum te matris tuæ partum aureum esse dixi. I. A. 243 a, Aureus nummus. de Na. lib. 2, Illo aureo genere, vt poetæ loquuntur.

AVRICVLA, læ *quod circum foramen auris eminet.* Q. Fr. 316 a, Ita me & esse, & iam auricula infima scito molliorem. ad Her. 27 a, Cui etiam nunc pædagogi lites ad auriculas versarētur. Q. F. 324 a, Auriculam fortasse mordicus abstulisset.

☞ Syntaxis. *Auricula infima. Mollior auricula.*

AVRIFER, a, um *ferens aurum.* Tus. 179 b, Aurifera arbor. Poetæ.

AVRIFEX, cis. in Ver. 212 b, Cum vellet sibi anulum facere, aurificē iussit vocari. de Or. 123 a, Aurificis statera.

AVRIGA, gæ *curruum rector, signum cœleste.* de Na. 47 b, Auriga sub læua geminorum obductus parte feretur.

AVRIGER, a, um. de Diu. 121 b.

Aurigeris diuum placantes numina tauris. Poetæ.

AVRIS, ris. *pars capitis, qua vocem haurimus, accipimus, audimus.* de N. 54 b, Aures cum sonum recipere debeant, qui natura in sublime

• fertur, rectè in altis corporum partibus collocatæ sunt. • de Nat. 55 a, Extra autem eminent quæ appellantur aures, & tegendi causa factæ, tutādique sensus, & ne adiectæ voces laberent atq; errarēt prius quā sensus ab iis pulsus esset.} Ora. 211 a, Graues enim incōditis verbis elatæ offendunt aures. quarū est iudiciū superbissimū. ad Her. 31 b, Aurium sensus fastidiosissimus. In Verr. 18 a, Erigere Aures, & attendere animum. pro Fon. 278 b, Verum est n. & simplex aurium iudiciū, & promiscuè, & communiter stultis ac sapiētibus a natura datum. pro Plan. 273 a, Popu. Rom. aures hebetiores, oculos acres & acutos habet. I. A. 219 a, Hæc vos non dico animo ferre, sed auribus accipere potuistis? Ep. 37 a, Si cuius aures ad hācq; disputationē patent. I. A. 262 a, Meæ aures semper omniū præceptis & monitis patuerunt. de Ora. 103 b, Est boni oratoris, multa auribus accepisse. Q. F. 294 b, Regum aures patere debent querelis omnium. cont. Rul. 87 b, Completi sunt animi auresque omnium, me, &c. pro Syl. 169 a, Vix ad meas aures istius suspicionis fama peruenit. pro Arch. 190 b, Vt etiam malis poetis aures suas dederet. Anteq. 194 b, Æqui auditores adhibebuntur, aures nō obtusæ criminatione, sed vacuæ præbebuntur. pro Clu. 31 a, Profectò nihil a me dicetur, quod non dignum vestris studiis atq; auribus esse videatur. de Ora. 95 a, Qui nihil pōt dignum hominū auribus efficere atque edere. & 140 b, Hæc enim ferunt aures hominum. Oct. 329 b, Deos frustra appello. quorum auris atq; animus a nobis abhorret. Att. 3 b, Dare aures suas alicui. Ora. 199 a, Atticorum aures teretes & religiosæ de Opt. 244 a, Qui teretes aures habent, intelligensque iudiciū. de Cla. 175 b, Tritæ nostrorū hominum aures, intelligensq; iudicium. de Fin. 79 a, Admouere aliquē ad aurem. Epist 194 a, Dare auribus: *id est adulari prouerbium,*

• Trebonii. • de Ami. Cuius aures clausæ sunt veritati.}

☞ Syntaxis. *Aures hebetiores, obtusæ, vacuæ, teretes. Aures erigere. Auribus accipere. Adhibere, dare aures. Ad aures venit. Ad aurem admouere. Dare auribus.*

AVRORA, ræ. *diluculum.* in Ar.

Humida non sese vestris aurora querelis
Ocyus ostendit, clari prænuncia solis. de Diu. 83 a.
Cùm primùm gelidos rores aurora remittet.

AVRVM, ri. *metallum omnium præstantissimum* 2. de Leg. Aurum & argentum in vrbibus & priuatim, & in fanis, inuidiosa res est. Tus. q. li. 5. Para. Aurū cælatum: χρυσὸν ἐντετορευμένον. *Græci vocant.* in Pis. Mitto aurū coronariū, quod te diutissimè torsit, quū modo velles, modò nolles. 9. Fami. Quasi aurū igne, sic beneuolentia fidelis periculo aliquo perspici possit. pro Flac. Pergami non multū auri

satis

hementer sequor. de Natu. 4 a, Non enim tam autores in disputando, quàm rationis momenta quærenda sunt, Att. 103 a, Cæcilius malus autor Latinitatis. pro Font. 277 a, Quis est ex eo numero qui vobis autor placeat? eo nos iam laudatore & teste vtemur. de Cla. 168 b, Thucydides autor locuples. I. V. 166 b, Habes autorem idoneum. de Cla. 165 a, b, Cum Appius Cæcus da plebe consulem non acciperet, M. Curius patres antè autores fieri coegit. Orato. 197 b, Non solùm intelligendi, sed & dicendi grauissimus autor & magister Pla. de Cla. 169 b, M. Cethegus, cuius eloquentiæ est autor, & idoneus quidem, mea sententia. Quint. Ennius Offic. 75 a, Polybius bonus autor in primis scribit, &c. Off. 71 b, Apud Homerum optimum autorem, talis de Vlysse nulla suspicio est. Ora. 216 a, Aristoteles autor optimus. Att. 166 a, & 167 b, Autor locuplétus: *id est, exploratus certus.* & 190 b, Habeo nónullos ex iis, quos nunc lectito autores, qui dicant fieri id oportere. de Finib. 128 b, Fruendi rebus his, quas, &c. princeps Carneades, non ille quidem autor, sed defensor disserendi causa fuit. Acad. 2 a, b, Ego cum Græcas literas M. Catonem in senectute didicisse acceperim, nullum iam Græcarum literarum autorem requiro. Att. 90 a, Cum mihi autor placeret (a at enim *ἱστορικώτατος*, & vixerat in Peloponneso) admirabar tamen, &c. • Tuscul. 239 a, Atqui de hoc homine a bonis auctoribus sic scriptum accepimus. de Diui. 121 a, Chrysippus autor diuinationis. }

¶[*Caput princeps, dux.* Att. 118 b, Autor reipublicæ. epi. 146 b, Præbere se autorem principem, & ducem senatui. Orat. 192 b, Definirem hunc reipu. & rectorem publici consilii autem esse habendú, Item: Cn. Pompeius, qui voluit me sui facti, sui iudicii, sui beneficii esse & prædicatorem & autorem. de Clar. 174 a, Autor legis.) (*. Dissuasor.* Offic. 74 a, Atque huius deditionis ipse suasor & autor fuit. Part. 238 b, Non enim supplex vt ad iudicem venit orator, sed hortator atque autor. • pro Dom. 228 b, Nemo ciuis Roma. amittere potest ciuitatem nisi ipsi autor sit factus. pro Planc. 260 b, Tum enim magistratum non gerebat is, qui cœperat si patres autores non erant facti. }

¶[*Nuncius, & narrans.* Att. 225 a, Id certis autoribus comperi. Att. 44 a, Quidam boni nuncii, non optimis tamen autoribus.

☞ Syntaxis. *Autor grauis, idoneus. Autor fui patu. Senatui autor, vt, &c. Autor est vehementer, valde, magnopere. Autor ad faciendum. Autor illius interficiendi. Iudices autoribus. Cõsiliarius, & autor. Autor socius, adiutor. Autor & magister. Autor locuplé tus locuples exploratus: certus: de scriptore. Autorem se præbere, ducem, principem, rectorë suasorem ascriptorem alicui; Nuncii certis, non optimis autoribus.*

Avtoramentvm, ti. *obligatio, & nexus.* Offi. 30 b, Est enim in mercenariis ipsa merces autoramentum seruitutis.

Avtoritas, tis. *pondus, momentum, testimonium, existimatio, vis, fides.* I. V. 123 b, Existimatio atque autoritas nominis populi Romani imminuta. de Diui. 93 b, Hunc ergo antepones Platoni, qui vt rationem non redderet, autoritate tamen hos minutos philosophos vinceret. de Na. deor. 61 b, Tu autoritates omnes contemnis, ratione pugnas. de Natu. deor. 4 a, Autoritas sine ratione plerunque obest, de Cla. 196 b, Id autoritatis habet parum. Offic. 39 b, Iustitia sine prudentia satis habet autoritas. de Senec. 90 a, Senectus honorata maximam habet autoritatem. de Diu. 81 a, Pythagoras diuinationi magnam autoritatem tribuit. Epis. 2 b, Nos in causa eam minoré autoritaté habemus, quod tibi dabemus. & Att. 118 a, Quá enim ille autoritaté habeat in hac causa. de Diu 31 b, & 132 a, Autoritatem nullá debemus nec fidem commentitiis rebus adiungere. Epi. 6 b, Nostra defensio dignitatis tuæ propter magnitudiné beneficii tui plerisque officii maioré autoritaté habere videtur, quá sententiæ. de Nat. deo. 78 b, Stoici poetis dederunt autoritaté. de Na. deor. 77 a, Inuita hoc loco versatur oratio: vt enim autoritatem afferat peccandi. de Senec. 90 a, Non cani, non rugæ repéte autoritaté afferre possunt pro Deio. 149 b, Si hoc à tanta autoritate fuerit approbatum. de Senec. 90 a, Apex senectutis est autoritas. Atti. 145 b, Peducei autoritas multum apud me valet. Attic. 242 a, Peducei autoritas magna quidé apud me, & in primis grauis. I. A. 215 a, Quam igitur municipiis ad excludendú Antoniú Autoritaté damus? Off. 18 b, Hisq; etiam maior q̃ aoté attribuenda est, autoritas, I. A. 186 a, Vt præstantissimus ducibus à nobis detur autoritas. de Diu. 137 a, Neminé cognouit qui maiora autoritate nihil diceret. I. A. 236 a, Opus est nobis homine, qui habeat autoritaté, nomen, &c. de Senec. 77 b, Vt maioré autoritatem haberet oro. I. A. 243 b, Legionis Cæsaris Septemuiralis autoritas. pro Font. 278 b, Ne cupido tam autoritas attributa videatur. de Sen. 77 b, Ne parú autoritatis esset in fabula. Of. 74 a, Vtilitatis species falsa ab honestatis autoritate superata est. de Sen. 84 b, Appius tenebat non mó autoritatem, sed et imperium in suos. de Di. 87 a, Gracchus auspiciorum autoritatem confessione errati sui cóprobauit. & ibid. Auspicú disciplinæ magna accessit autoritas. & ibi. b, Sors contemnenda non est, si autoritatem habet vetustatis. pro Cor. 61 a, Autoritate & exemplo alicuius facere aliquid. Atti. 124 a, Tua auté autoritas vehementius mouet. pro Cor. 67 b, Si mea autoritas satis apud illos in hac re póderis haberet. de Ar. 254 b, Et eo fecisse autore dicebat, cuius autoritatis neminé possit pœnitere. de Orat. 101 a, Bibliothecas omnium philosophorú vnus mihi vr. 213. Tabularú libellus, & autoritatis pódere, & vtilitatis vbertate superare. & ibidem. Autoritate nutuq; legú docemur coercere oés cupiditates. de Senec. 90 a, Quorum non in sententia solùm, sed etiam in nutu residebat autoritas. Orato. 208 a, Hoc & autoritatem orationi affert, & fidem. de Orat. 123 a, Suspicio artificii imminuit & oratoris autoritatem, & orationis fidem. pro Fla. 150 b, Nunc verò quàm habere autoritatem, aut quam fidem possunt. & 159 a, Habere autoritatem, apud aliquem. At 154 b, Eius igitur mihi viuit autoritas, & filius eodem est apud me pondere. & 123 b, Quò plus in senatendo autoritatis haber. • de Sen. 77 b, Ne parum autoritatis esset in fabula. de Fin. 73 b, Populus autoritaté minimá habet, maximam vim. } & 262 b, Non dubitabam quin consulum literæ apud te plurimam autoritatem haberent. Orat. e 13 a, Habet autem vt in ætatibus authoritatem senectus, sic in exéplis antiquitas. pro Syll. 168 b, Nec testimonio fidé tribuit cóuenit, nec defensioni autoritatem. pro S. R. 45 b, Non eádé vim & autoritaté habent aduersaria quam tabulæ. pro Flac. 148 a, Huius rei quæ sit vis, quæ autoritas, quod pondus, ignorauit. pro Pomp. 13 b, Tá etsi cognoscitis autoritates contrarias clarissimorum virorú, tamen omissis autoritatibus, ipsa re & ratione possumus exquirere veritatem. Tuscul. 153 b, Autoritas ad aliquid probádum & solet & debet valere plurimum ad Her. 24 b, Quòd si illorú autoritate remora, res omnes volent cú re comparare, intelligent, &c. & ibidem. De autoritate & vetustate autorú. pro Mur. 140 a, Tolle mihi é causa nomen Catonis, remoue ac prætermitte autoritaté, cógredere mecum criminibus ipsis. pro Mure. 140 a, Si autoritatibus hanc cãm confirmandam putatis, est vobis autor vir bellorú peritissimus, &c. pro Pomp. 12 a, De quo homine vos, id quod maximè facit autoritatem, tanta & tam præclara iudicia fecistis. • pro Pomp. 12 a, Autoritas ex fama, ex opinione hominú, & ex magnis & præclaris iudiciis. } pro Fla. 154 b, & pro Mur. 145 b, Quia de tabulis publicis recitat, quæ in accusatoris potestate fuerunt, nó debet habere autoritatem. pro Arch. 187 a, Tabulæ, quę solę obtinuêt publicarum tabularú autoritatem. Anteq. 195 a, Nemo tam perdita autoritate, tam facinorosa vita iuuentus est, qui, &c. & ibid. Qui neque tanta valetis autoritate, neq;, &c. pro Dom. 136 b, Posuerat enim autoritaté in vno, quæ in his omnibus pro Domi. 237 a, Autoritas propter coniunctioné affinitatis uxoor est putanda. pro S. R. 18 b, Vt in qua summa autoritas est & amplitudo. de Ion. 60 a, Grauissima autoritas. de Ora. 12a b, Vir autoritate grauis, gloria clarus. cont. Rul. 75 a, Homines autoritate tenui. Epi. 67 a, Autoritas testimonii tui. Atti. 106 a, Tanta autoritate dux, tanta audacia. Att. 173 a, Habere pondus, id est, autoritatem. Epi 6 b, De autoritate & sententia alicuius scribere aliquid: *id est, ex autoritate.* Epist. 54 a, Ex autoritate alicuius gerere magistratum. I. A. 201 b, Cæsar nondum interposita autoritate vestra, suo consilio atque iudicio Antonium vt hostem arcuit. Epist. 7 a, Offensioné esse periculosam propter interpositam autoritaté, religionemque video. Epist. 3 a, De his rebus, pridie quam hęc scripsi, senatus autoritas grauissima intercesserat. Offi. 74 a, Sine autoritate senatus facere aliquid. pro Cec. 299 a, Rata authoritas harum rerum à iure ciuili sumitur. Offi. 8 b, Aduersus hostem æterna autoritas. I. V. 67 b, Legationes cum publicis autoritatibus ac testimoniis venerunt. Itë, in tabellis nihil erat autoritatis. I. V. 33 b, In rostris, quo autoritatis exquirendæ causa cæteri. Tribuni plebis principes ciuitatis ducere consueuerunt. pro A. Cęc. 295 a, Lex vsum & autoritaté fundi iubet esse biennium. Topi. 222 b, Vsus autoritas fundi biennium est. Quæ autem extrinsecus assumuntur, ea maximè ex autoritate ducuntur. Top. 227 a, Ad faciendá o. fidem autoritas quæritur. de Arus. 256 b, & 247 a, Multæ sunt domus in hac vrbe iure optimo, sed tamen iura priuato, iure autoritatis, iure mácipii, &c. Epi. 6 b, 7 a, Eaque quæ de ea re dictiona scripta autoritas tantá vim habet, vt &c. & 118 b, Si quis huic senatusconsulto intercessisset, autoritas perscriberetur. de Orat. 143 a, Et eundem, id qđ autoritatibus perscriptis extat, scribêdo assuisse. • Top. autoritatem aut natura, aut tempus affert. naturæ autoritas in virtute est maxime, in tempore multa sunt quæ afferant autoritatem, ingenium, opes ætas, are, vsus, necessitas, concursio rerum fortuitarum. }

☞ Syntaxis. *Autoritas maxima, rata, æterna, cõtraria, remota. Habere autoritatem, dare, afferre, concedere. Autoritate vincere, pugnare. Ab autoritate approbari. Dicere autoritate superari, facere, docere. Autoritate tenui homo. Autoritas ac fides. Exemplum et autoritas. Valens autoritas, & grauis. Nomen & autoritas. Autoritas & imperium. Autoritatis pondus. Autoritas, & nutus. Vis & autoritas. Vis, autoritas, pondus. Autoritas & vetustas. Autoritas & amplitudo. Autoritas & audacia. Autoritas & sententia. Interposita autoritas. Intercedens autoritas. Vsus & autoritas fundi. Autoritas ad fidem faciendam. Domus iure autoritatis. Autoritas perscripta.*

Avtoro or, atis. *militia sacramento, obligor* Epi. 164 b, Quia cùm depressus in ludum bis gratis depugnasset, autorari sitę nolebat, & ad populum confugerat. *aliàs, & quidem melius, auctore.*

Avtomedon, ontis. pro S. R. 35 a, Automedôtem illum sui sceleris acerbissimum, nefariæque victoriæ nuncium.

Avtvmnalis, le. tu Ara. Autumnale lumen.)(*. Vernum.*

Avtvmnvs, ni. Part. 233 a, Vt hyems ver, æstas, autumnus.

Avtvmno, as. *opinor, censeo, puto.* Or. 313 a, Bene quam meritam esse autumas dicere malè mereri. Topi. 225 b.

Avvncvlvs, culi. *matris meæ frater.* de Ora. 140 a, P. Tubero Africanum auunculum laudauit. & de Finib. 91 a, de Cla. 194 a, Drusus tuus magnus auunculus.

Avvs, ui. *patris, & matris pater.* pro Mure. 120 a, Proauus L. Murenæ & auus Prætores fuerunt.

Avxiliarivs, a, um. Epist. 165 a, Militem non modò legionariũ, sed

sed ne auxiliarium quidem allum quoquam misi. Asinii Pollionis. de Pro.72 a, Res in Sardinia à pro prætore vna cohorte auxiliaria gesta.

AVXILIVM,lii.*subsidium,præsidium,adiumentum,ope adminiculum,venium.*de Ora.127 a,Nihil mihi ad existimationem turpius, quam si is,qui alienissimis à me salutem existimare fuisse,sodali meo auxilium ferre non possim.Ora.210 a,Petere auxilium ab aliquo.I.C. 208 b,Deos immortales nobis contra istam vim auxilium esse laturos.in Verr.110 b,Ferte opem & auxiliũ alicui. & pro Do.218 b,Academici quæstio 22 b,Ferre auxilium.pro S.R.37 b,Auxiliũ sibi se putat adiunxisse,qui cum altero rẽ communicauit.pro Cor. 95 a,Qui nostros duces auxilio laboris,commeatus,periculo suo iuuerit. Antequam. 196 b,In meis miseriis diuinũ aliquod auxilium & numen ostendite.I.A.236 a, Non ut ex ea acie auxilium haberemus, sed vt ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum.ad Her.2 a,Esse auxilio alicui.Epis.56 b, In quo debeat esse, aut promissio auxilii alicuius,aut consolatio doloris tui.pro Rab.

● 91 a,Dii quorum ope & auxilio hæc resp. gubernatur. ● Tus.175 b, Magna habere possit auxilia reliquorum philosophorum disciplinis. }

¶*Copiæ plurativo tamen numero.*Parad.124 b, Magna equitum ac peditum auxilia.pro Deiota.48 a, Et Imperatoribus nostris auxilia mitteret.

☞Syntaxis. *Auxilium, ferre petere, adiungere, sibi, ostendere. Ope & auxilia. Auxilium & numen ostendere. Auxilia equitum,et peditum.*

AVXILIOR,aris.*adiuuo.suffragor,opitulor,opem auxiliumque fero, auxilio sum,auxilio succurro,subsidio eo vel venio,præsto sum,subuenio.sublevo,ad sum.præsidium fero,adiumento.subsidio sum.fidem dexteramq; porrigo.subsidio proficiscor.*Epi.62 a,Auxiliari cuipiam, & ad Heré. 32 b,Nihil Numantinis aires corporis auxiliatæ sunt.

ΑΥΞΗΣΙΣ.*id est,amplificatio.*Orat.208 b, Tum sunt maximè luminosæ & quasi actuosæ partes duæ: quarum alteram in vniuersi generis quæstione pono,quàm(vt suprà dixi)Græci appellant *θέσιν*,alteram in augendis amplificandisque rebus, quæ ab eisdem *αὔξησις*, est nominata.

AXIA L.ÆSTIMATIO.

AXIA.*castellum.*pro Cæcin.288 b.

AXILLA,læ.*locus subter brachium concauus.*Ora.211 a, Quomodo.n. vestrat Axilla Ala factus est,nisi fuga literæ vastioris?

AXIOMA,tis.de Fat.140 a,Enunciationes,quas Græci *ἀξιώματα* vocant.de Na.25 a,Epicurus totum hoc,aut est,aut non negauit esse necessarium. Nempe fundamentum dialecticæ est, quicquid enunciatur,id autem appellatur *ἀξίωμα*, quod est quasi effatum, aut verum esse,aut falsum.L.PRONVNCIATVM.

AXIS,xis.*linea quædam per mundi centrum ducta, circum quam mundus ipse perpetuò conuertitur.* de Vniu.201 b, Terra altrix nostra, q̃ traiecto axe sustinetur. & Acad.31 a,Terram circum axem conuerti.in Arat.

Hos ſeque quo ſpatio deuinctos ſustinet axis. de Nat. 52 a,Versari circum axem cœli admirabili celeritate.

B

B *Litera Latinorum secunda,muta: pro β, Græcorum.*

BABYLON,nis.*vrbs Chaldææ gentis caput in Syria.* de Diuin.90 a, Alexander Babylone est mortuus.pro D.225 b, Alteri Syriam, Babylonẽ, Persas tradidisti.

BABYLONIVS,a,um.de Diui.128 b, ibidem. 81 a,Tuscu.210 a.

BACCA,cæ.*fructus arborum,quales sunt corni,olea.* de Diu.111 b,Agricola cum florẽ oleæ vidat, baccam quoque se vidare putat. Tuscul. 154 b, Ergo arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipsa nunquam.de Diu.161 a, Quæ frugibus atque baccis terræ fœtu profunditur.& 104 a,Nec fruges terræ,baccas ve arborum dedisset,nisi &c.de Sen.78 a,& de leg.173 a,Baccæ arborum terræque fruges.

BACCHÆ,arum.*signa Thracum mulierum bacchantium, à quibus Orpheus discerptus,legitur.*Epist.106 a, Bacchis verò vbi est apud me locus? at pulchellæ sunt,noui optimè,&c.& Episto. lib.7.Bacchas istas cum Musis Metelli comparas.

BACCHANALIA,orum.*Bacchi sacra.*177 a,Senatus autoritas de bacchanalibus,&c.

BACCHANS,tis.*qui bacchatur, furiosus* I.C.120 b, Versatur ante oculos aspectus Cethegi,& furor in vestra cæde bacchantis.

BACCHATIO,onis.*bacchantium furor propriè, vel alia quæuis insaniendi ratio.*in Verr.82 b,Nocturnæ bacchationes & vigiliæ.

BACCHOR,aris.*furo,insanio.*de Cla.190 b,Eos quorum altior oratio actioque esset ardentior,furere & bacchari arbitrabatur.in Catilina.102 b,Hic tu quibus gaudiis exultabis, quanta in voluptate bacchabere.

BACCHVS,chi.*Liber* pro Fla.156 a, Euchius, Bromius, Nysius, Bacchus, Liber.

BACILLVM,li.*baculus & virga.*de Diuin.86 b,Lituus id est,incuruũ & leuiter à summo inflexum bacillum.de Finib.71 b,Vt bacillum aliud est inflexum & incuruatum de industria,aliud ita natum.ad Attic.193 a,Quos ego cum bacillis in turbam conieci. cont. Rull. a,Lictores non cũ bacillis,sed cum fascibus anteibãt.in Ver.264

● b,Bacillo oculos alicuius tundere.* Tuscula.171 a, Sed bacillum prope me ponitote. }

BACCHIS,Bœotius.*vates.*de D.87 b.

BAIÆ,arum.*oppidum.* pro Cæl.43 a, Qui vnguenta sumpserit, qui Baias viderit.pro Cæl 44 b,& Att.222 a,Conuiuia Baiis acta,comessationes. Item 228 a.

BAIANVS,na.Att.225 a,Baiana negocia.

BAIVLVS,li.*operarius appositus ad ferenda onera.*de Ora. 112 a,Remigem aliquem aut baiulum nobis oratorem descripseras. Tusc.207 b,Nihil inter Alcibiadem summo loco natum, & quamuis baiulum interesset.de Cla.188 a,Operarii autem baiuli deesse nõ possunt.Parad.120 a, Operarii & baiuli.

BALANS,tis.*quod ouium vocem emittit.*de Diui. 89 a, Rex ipse Priamus,&c.ea sacrificabat hostiis balantibus. Ennii.

BALBVS,a,um.*lingua hæsitans ratus, lingua inhæret: ita vt ægrè loqui possit.*de Ora.109 a,Demosthenes ita balbus fuit,vt Rhetoricæ primam literam non posset dicere.Epi.29 a,Balbus enim sum, quod non putaram.& ibid.Sed balbi non sumus.

BALBVTIENS,tis.*ineptè tractans,disserens.* Aca 55 a,Sed illa noster est planè, vt suprà dixi,Stoicus,per pauca balbutiens.

BALBVTIO,tis.*lingua hæsito, translatione,ineptè dissero, malè doceo,tracto,ago,vel obscurè,ambigueq; pronuncio,dico.* Tus.243 a,Academici balbutire desinant aliquando, aperteque & clara voce audeant dicere,&c.de Diu.81 a, Epicurum balbutiens de Nat.deor.

BALEARES.*insulæ.*Att. 186 a.

BALEARICVS,ca.de Diu.81 a.

BALEARIS.*id est, Balearicus.*pro S.R.43 a.

BALISTA,stæ.*arcus magnus,cum manubria.*Tusc.187 a,Balistæ lapidum & reliqua tormenta telorũ eo grauiores ictus habent, quo sunt contenta & adducta vehementius.

BALNEÆ,arum.*erant bina ædificia coniuncta,alterum vbi viri, alterũ vbi mulieres publicè lauabantur: autor Varro.*pro S.R.21 b, Occiditur ad balneas Palatinas rediens à cœna Roscius. ad Heren. 27 a, Nam vt forte hic in balneas venit,cœpit, postquam perfusus est, defricari.de Ora.120 a, q̃ multa de balneis quas nuper ille vendiderat,dixit & ibidem: Modò enim existi de balneis. pro Cœl. 50 b,Balneæ senis.& ibid.Balneæ publicæ.

☞Syntaxis. *Balneæ senia, publica. In balneas venire.*

BALNEARIA,orum.*locus balnearum.*Q.F.318 a, Nihil restabat præter balnearia,& ambulationem,& auiarium,& ibidem,balnearius assa in alterum apodyterii angulum promoui. Att. 214 b.

BALNEATOR,oris.*balnearum præfectus.*pro Cœl.51 a,Mulier familiaris facta erat balneatori.I.A.252 a, Balneator temperans.

BALNEVM,siue BALINEVM,nei. *locus vbi quisque priuatim domi suæ lauabatur.* Atti.24 b,Balneum calefieri iubeo. Atti. 246 b, Cùm è balneo,exissem,accepi literas tuas.pro Deiot.146 b, Huc te è Balneo,priusquam accumberes,ducere volebat. Att.222 a, Cæsar inde ambulauit in littore,post hæc in balneum.

BAMBALIO,onis.*contumeliosum cognomen.*Phil.3. Tuæ coniugia bonæ fœminæ atque locupletis quidem certè, Bambalio quidam pater,homo nullo numero nihil illo contemptius, qui propter hæsitantiam linguæ stuporemque cordis cognomen ex cõtumelia traxit.*Locus est ex Notatione.*

BARBA,æ.*viri villus ad mentum.* Tuscula.239 b, Regiæ virgines vt tonstriculæ tondebant barbam, & capillum patris.de Natu. 76 b, Dionysius Æsculapii barbam auream demi iussit.cont.Rul.68 b, Aliquis capillatior quàm antè,barbaq; maiore.de Fin.94 a,Viris mammæ atque barba.

BARBARE,*inquinate.* Tuscu.177 b, vt si Grammaticum se professus quispiam barbarè loquatur.

BARBARIA,riæ.*locus barbarus,vel fera gens.*I P.83 a, Quod nulla in barbaria quispiam tyrannus fecit.de Fin.126 b, Omnes ciuitates non Græciæ solùm,sed etiam barbariæ.de Fin.75 a, A quo nõ solùm Italia & Græcia,sed etiam omnis barbaria commota est. ●

● Tusc.243 b,Quæ barbaria India vastior. }

¶*Mores duri feri, vita barbara, crudelitas, barbaries.* pro Corn.65 a, C.Cæsar inueteratam quandam barbariam ex Gaditanorũ moribus disciplinaq; deleuit.de Or.94 b, Hæc turba & barbaria forensis dat locũ vel vitiosissimis oratoribus.pro Fon.283 a,Illi immani ac intolerandæ barbariæ resistamus.

BARBARICVS,ca,cum. Tusc.166 b,200 a,Poetæ.

BARBARIES,ei.*Barbaria populi, & regiones feræ,alienæ.*de Nat. 27 b, Ægypti & Syri,& ferè cuncta barbaries.

¶*Vitiosa locutio,aliena que à Latinitate.*de Clar.188 b,Omnes tum ferè,qui nec extra vrbem hanc vixerant,nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat,& rectè loquebantur.

BARBARISMVS,mi. *vitium in locutione.*ad Her.27 b, Barbarismus est,cùm verbum aliquod vitiosè effertur.

BARBARVS,a,um.*immanis,Brutus,agrestis,ferus,crudelis,atrox)(Humanus* pro Mur.132 a,Gentes immanitate barbaræ.pro Fon.280 b,Immanis ac barbara consuetudo hominũ immolandorum. pro Mil.108 a,Serui agrestes & barbari.de Fi.120 b, Antiqui illi quasi barbari,vt nos de nostris solemus dicere.in Verr.226 b, Neq; iam barbari lingua & natione illi, quam tu natura & moribus. Attic. 274 b,Auxiliis barbaris fallacissimæ gentis non esse Remp. defendendam.de Natu.Deor.20 a, Vos Tusci ac barbari.I.C.166 a, Al-

● lobroges barbari. ● Tuscu.248 b, Quos, singulos sicut operarios barbarosque contemnas. }

¶*Incomptus, inelegans, ineptus.* Acade. 39 b, De Amafanio & Rabirio

birijs inductis & barbaris scriptoribus. Tuscula. 176 a, contra barbaros philosophos.

☞ Syntaxis. *Gens barbara immunitate. Consuetudo serui, auxilia barbara. Agrestis ac barbarus. Barbarus lingua, & natione, natura, & moribus.*

BARBATVLVS, a, um. *ferè imberbis, vel cum parua barba.* At. 9 a, conuersabant barbatuli iuuenes. Par. 123 a, Barbatulus mullulus.

BARBATVS, a, um. de Nat. 17 b, & 76 b, Iupiter barbatus, Appollo imberbis. pro Muręna 130 a, Hęc iam tum apud illos barbatos ridicula credo videbantur. pro cęl. 44 a, Aliquis ex barbatis illis ex barba illa horrida, quam in statuis antiquis videmus. pro Sestio. 6 b, Barbati illi veteres. Att. 22 a, Mulus barbatus.

BARBVLA, lę. pro cęl. 44 a, Vnus ex barbatis illis non hac barbula, qua ista delectatur, sed, &c.

BARDVS, a, um. *stupidus, hebes, tardus.* de. Fat. 242 a, Zopyrus physiognomon stupidum Socratem esse dixit & bardum.

BARGILAETAE, *populus.* Epist. 224 b.

BARO, onis. *mulier philosophia studiosa, autore Suida, ex qua interdum Cicero philosophos effœminatos & molles, Barones appellat.* Epistn. 143 a, Ille Baro te putabat quęsiturum, vnum cœlom esset, an innumerabilia. *Videtur etiam & stupidum significare.* de Finibus. 80 b, Hęc cum loqueris, nos Barones stupemus: tu videlicet tecum ipse rides. item de Diuinat. 138 a, Huic quidem Antipho, Baro, inquit, victum te esse non vides.

¶ *Princeps vir.* Atti. 74 a, Apud Patronem & reliquos Barones te in maxima gratia posui.

BASILICA, cę. *locus publicus, & magnificè ornatus.* Attic. 66 b. Paulus in medio foro Basilicam texuit iisdem antiquis columnis. in Verr. 120 a, Qui forum & Basilicas ornarent, & 266 a, Eorum plenum & basilicas videmus. pro Mur. 141 b, Si vno basilicę spacio honestamur. Att. 30 b, Basilicam habeo non villam frequentia Formianorum.

BASIS, sis. *radix, pes, sma pars fulmentorum.* in Ver. 149 a, Videmus in basi statuarum maximis literis incisum communi Sicilia datas. I. A. 224 a, *bis.* Vtique consules eā basim statuamque faciendam locent. I. P. 96 b, Vt esset, quod in basi tropęorū incidi inscribique liceret I. V. 141 a, Statua ablata, basim tamen in foro manere voluerūt. Tuscu. 241 a, Quò cum patefactus esset aditus in aduersam basim, accessimus. in Verr. 217, Hęc statua erat posita Segestę, sane excelsa in basi. de N. 51 a, Basis trianguli, quam graues efficiunt. Qu. fr. 319 a, Ędeta conuestruit basim villæ.

BATVO, is. Epistol. 140 b, Batuit, inquit, impudenter: depsit multo impudentius.

BAVLI, orum. *locus in littore Neapolitano* Epist. 111 a, Ego qui scirem. Quin. Pompeium Baulis embęneticam facere, *id est, nauicularium.* L. EVBARBETICA. Acad. 3 b, 31 b.

BEATE. *feliciter.* in Parad. Acad. q. ed. 2. li 1. Profectò nihil est aliud bene beateque viuere, nisi honeste & rectè viuere. *Beatè viuere idem quod apud Græcos εὖ καὶ καλῶς ζῆν* Tuscu. quæst. li. 2. Beate viuere in una uirtute positum est, iuxta Stoicos. Tuscu. q. li. 5. Quid potest ad beate viuendum deesse ei, quem fortitudo ab ęgritudine & à metu vindicet, temperantia tum à libidine auocet, tum insolenti alacritate gestire non finat? 2. de Fin. Quoniam igitur omnis summa philosophię ad beate viuendum refertur, &c.

BEATITAS. tis. *beatitudo.* de N. 20 a. L. BEATITVDO.

BEATITVDO, nis. *beatitas.* de N. d. 20 a, At ista siue beatitas, siue beatitudo dicenda sit (utrunque omnino durum sed vsu mollēda nobis verba sunt) verum ea, quęcunque est, cur aut in solem illum, aut in hūc mundum, aut in aliquam mentem ęternam figura membrisque corporis uacuam cadere non potest? nihil aliud dicis, nisi nunquam vidi solem, aut mundum beatum, quòd, &c.

BEATVS, & BEATISSIMVS. *cui bene est. felix.* de Fin. li. 2.

BEATVS, iuxta Metrodum, est, cum corpus bene constitutum sit, & sit exploratum ita futurum. 1. Philipp. de Finibus. 6. Verr. pro cęl. Beatus est nemo qui ea lege uiuit, vt non modo impune, sed etiam
* cum summa interfectoris gloria interfici possit. * De Finib. 137 b, Beatorum insulæ.] Tuscula. quęst. li. 5. Nam qui beatus est, non intelligo, quid requirat ut si beatior: si est enim quod desit, ne beatus quidem est. 10. ad Attic. Opto ut beatus sis. *id est, Omnia tibi prosperè eueniant.* Tuscu. quę. li. 5. Volumus enim eum qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum atque munitum, non ut paruo metu prędituus sit, sed ut nullo, de Finib. li. 2. Beatus esse in maximarum rerum timore nemo potest. Tusculan. quęstio. li. 5. Mihi enim non videbatur quisquam esse beatus posse, cum in malis esset. de Natura deorum. 1, Beatus esse sine virtute nemo potest. de Natura. deorum 1, Quod beatū & immortale est, id nec habet, nec exhibet cuiquam negocium. *Epicuri dictum.* Tusculan. quęstio. lib. 5. Quo (honesto) detracto quid poterit beatum intelligi? Tusculan. quęstio. li. 5, Nomen beati longe & late patet. Tusculan. quęstio. lib. 5. Nec vlla alia huic uerbo, cum beatum dicimus, subiecta notio est, nisi secretis malis omnibus cumulata bonorum complexio. Tuscu. an. quęstio. lib. 5. His tam grauibus concitationibus, tamque ipsis inter se dissentientibus atque distractis (ęgritudine uidelicet, metu, lętitia gestiente, & libidine) quem vacuum, solutum, liberum uideris, hunc dubitabis beatum dicere? Tusculan. quæstio. lib. 5. Beatum ex bonis, quæ sola honesta sunt, efficiendum. de Natura deorum 1, Beatam vitam in animi securitate, & in omnium uacatione munerū ponimus. 2. de Finibus. Nos beatam uitam non depulsione mali, sed adeptione boni iudicemus. Acad. quęstio. ed. 2. lib. 1, Zeno in una uirtute positam beatam vitam putat. Quid Antiochus: Etiam, inquit, beatā, sed non beatissimam. Partit. Ex beato miser, miserabile est. Messenio. lib. 6. 21. 11 a, Io libera & in beata ciuitate viximus. Tusculan. quæstio. li. 5. Beati dicuntur, qui sunt in bonis, nullo adiuncto malo, 2. de Inuent. Crotoniatę quondam quum florerent omnibus copiis, & in Italia quā in primis beati nominarentur. de Somn. 127 b, Sint florētes, sint beati. Tusculan. quęstio. lib. 5. sic contrà illi beati, quos nulli metus terrerent nullę ęgritudines exedunt, nullę libidines incitant, nullæ futiles lętitię languidis liquefaciunt voluptatibus. 1. de Leg. beati qui honorati sunt, videntur propter honestatis & glorię similitudinem miseri, qui in gloria. in Parad. Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese, quique in se vno sua ponit omnia. 3. de Natu. deorum. Duodequadraginta Dionysius tyrannus annos fuit opulentissimę & beatissimę ciuitatis. 1. ad Qui. frat. beatissimum aliquem velle: *hoc est, nihil ex eius commodis, detrahere.* 5. Famil. beatissimi, & minus miseri, in Sallust. Vnde tu, qui modò ne paternam quidem domum redimere potueris, repente tanquam somnio beatus, hortos preciosissimos, &c. paraueris? ad Attico. 124 b, Moderatori ciuitatis beata ciuium vita proposita est. de Ami. Ex quo illorum beata mors uidetur, & horum vita laudabilis. de Finibus lib. 2. beatum, si modò sit aliquid esse beatum, id totum positū est in potestate sapientis Tusculan. quest. li. 5. Si omne beatum est, cui nihil deest, & quod in suo genere expletum atque cumulatum est. idque uirtutis est proprium:
* certè omnes virtutis compotes beati sunt. * Epist. 232 b, & 233 a, Quod si nostris consiliis vsi essemus beatissimi viueremus. Vos uideo esse miserrimas quos ego beatissimos semper esse uolui.]

☞ Syntaxis. *Beatus & beatissimus. Cumulatissime beata ciuitas, vita more. Beatum te volo. Beatus munitus, septus, inexpugnabilis. Nihil beatum, honesto detracto. Florens & beatus. In primis beatus.*

BELGAE. *Galli Septentrionales.* pro Font. 279 b.

BELVS. *id est Hercules quintus in India natus.* de N. 60 a.

BELLATOR, oris. *bellicosus.* de Cl. 189 b, Is minus vehemens orator quā bellator fuit. pro Corn. 66 a, Tusculan. 218 a, Nec verò de bellatoribus solùm disputant. Att. 128 b, Ecquę pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia.

BELLATRIX, cis. *bellicosa.* Tusc. 220, Ista bellatrix iracundia.

BELLE, & BELLISSIME. *bene, aptè, prosperè, commodè, æquo animo.* Qui. frat. 317 b, Aqua non longe à uilla belle sane fluens. Attic. 89 b, Sumus enim ambo belle furiosi. Attic. 11 a, Hermathena tua posita ita bellè est, vt totum gymnasium ἡλιακὸν esse videatur. de Orato. 152 a, bene & pręclarè quamuis sępe dicatur, belle & festiue nimium sępe nolo. de Diuinat. 122 a, Hęc non tam admirabilia sunt, quàm coniecta belle. Episto. 159 a, bellissime nauigauimus. & 238 a, bellissimè mecum esse poteritis. Attic. 65 a, Hęc quomodo fers? bellè hercule. Att. 216 a, Horum ego uix attigi penulam, tamen remanserunt: cecidit belle.

BELLICOSVS, a, um. *armis, & bellica virtute valens.* Epist. 67 a, Dalmatę semper habiti sunt bellicosi. & de Pro. 75 b, Gentes bellicosæ.

BELLICOSISSIMVS. ma. pro Pomp.

BELLICVM, ci. *cantus ad arma vocans.* I. A. 210 a, Atqui iidem bellicum me cecinisse dicunt. Ora. 200 b, Thucydides incitator fert, & de bellicis rebus canit quodā modo bellicum. pro Mur. 131 a, Simulatque motus aliquis nouus bellicum canere cœpit.

BELLICVS, a, um. *militaris.* de Clar. 172 a, Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest de Diuin. 124 a, Rem bellicam administrare. de Nat. 58 b, Vt exerceantur in venando ad similitudinem bellicæ disciplinæ pro Mur. 129 a, Virtus bellicosa. Offic. 73 b, Ius bellicum hosti seruandum.

☞ Syntaxis. *Laus, res disciplina, virtus, ius bellica.*

BELLIGERANDO. *pugnando.* pro Font. 281 a, C. Marius, qui isti par in belligerando esse possit.

BELLIGERANDVM, *bellum gerendum.* Postquam. 202 a, Quoniam nobis cum fortuna belligerandum fuit.

BELLIGERO, as. *bello, bellum vel bella gero.* ad Heren. 27 a, belligerare cum hostibus.

BELLIPOTENS, tis. *bellator.* de D. 132 b, Aecidę belli potentes sunt magis, quàm sapientia potentes Ennii.

BELLO, as. *belligero, bellum gero.* pro Arc. 191 a, Fuluius, qui cum Ætolis bellauit. de Sen 78 a, & Offi. 16 b, Gigantum more bellare cum diis. in Ver. 216 b, Cum illa ciuitas cum Pœnis suo nomine ac sua sponte bellaret. pro Pomp. 10 a, Longè à domo bellare.

BELLOVACI, *populi in Belgio.* Episto. 111 a.

BELLVA, ę. *Bestia.* Acad. quęstio. ed. 1. lib. 2. bellua fera & immanis 4. Tusc. q. Vt tetra & immanis bellua, fugienda ægritudo D. li 1. bellua vasta & immanis. Tusc. q. li. 2. bellua vastifica. 3. de Leg. belluæ impurę furor multis inflammatus furorib. 3. de Offic. Sic illa in figura hominis feritas & immanitas bellulę, à communi tamen humanitatis corporis segreganda est. Episto. 95 b, Est quędam illi belluæ cum humano genere societas: *id est, elephanto.* 7. Verr. Sed quid ego hospitii iura in hacc tam immani bellua commemoro? 7. Verr. Cum homine enim crudeli nobis res est, an cū fera atque immani bellua? 8. Phili. Quinetiam de illo homine queri solebat, quid te facturum de bellua putas? 2. de N. d. bellulę ad saxa natantis testib. adhærentes. 2. de Na. d. belluarum disparia genera *in mari* partim submersarum, partim fluitantium & innatantiū. 1. de Nat. d. Ea genera belluarū quę in rubro mari Indiave gignantur. de N. d. 3, belluarum nomine appellare singulas stellas, vt caprā, vt lupam, vt tāurum, vt leonē. 1. de N. d. Elephāto belluarum nulla prudentior: de bestiis loquur. de Nat. d. 3, Belluas multas in numero deorum reponebāt barbari. 2. de N. d. belluis sensum & appetitum natura cur dederit.

☞ Syntaxis. *Bellua terra, & immanis. Vasta & immanis, importuna fera. Bellua feritas & immanitas.*

BELLVM, li. *duellum, Mars, belli contentio, certamen belli, tempus belli, arma.* Ora. 211 a, Nam vt duellum bellum, & duis bis: sic Duelliũ eum qui Pœnos classe deuicit, Bellium nominauerũt: cum superiores appellati essent semper Duellii. Offi. 1, bellum ita suscipiatur, vt nihil aliud nisi pax quæsita videatur. *Sic Plato de Leg. ὅτ' ἂν τις αὐτῶν ἀφιδὼν καὶ χάριν εἰρήνης τὰ πολέμια νομοθετοῖ μᾶλλον, ἢ τῶν πολεμικῶν πολεμικὰ ἕνεκα τῆς εἰρήνης.* 8. Philip. bellum aliquando sine tumultu: at sine bello tumultus nunquam. 5. Verro. Nam quum quadriẽnio post in Siciliam venissem, sic mihi affecta visa est, vt hæ terræ solent, in quibus bellum acerbum, diuturnumque versatum est. pro Sylla. Cum omnibus improbis æternum bellum esse susceptum. de Pro. 73 b, bellum affectum, &, vt vera dicam, pene confectum videmus. 9. ad Attic. bellum ἄσπονδον. Dolab. 9, Quod bellum commotũ a Scapula, ita postea cõfirmatum est a Pompeio, vt nulla ratione ab illa miseria se eripere posset. Attic. lib. 9, Deinde bellum crudele & exitiosum suscipi a Pompeio, intelligebam. 10. Fam. Planci, bellum detrusum in Hispaniam. Diuin. lib. 1. Bellum domesticum, triste, ac turbulentum. pro Corn. Balbo, Durissimum bellum. Attic. lib. 8, Video enim quantum id bellum, & quàm pestiferum futurum sit. 2. in Catil. 46 a, bellum intestinum. *pro domestico.* in Catil. bellum iustum cum hoste. Offi. 1, Ex quo intelligi potest, nullum bellum esse iustũ, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denũciatum antè sit, & indictum. 9. ad Attic. bellum merum loqui. Tuscula. quæst. lib. 3, bellum mortiferum. Diuin. lib. 1, bellum nefarium. 8. Fam. 36. in Epist. Cælii, bellum occultum mihi indixit. de Nat. deor. 3, bellum Octauianum. 10. Fam. Planci, & bellum oppressum 1. Philip. bellũ quod ab opinione plerunque & fama gubernatur. 11. Fam. bellum renatum 11. Fam. 30, bellum non restinctum, sed etiam inflammatum. 11. Philip. Sertorianum bellum a Senatu priuato datum est. Planc. 10. Teterrimum & periculosissimum bellum. Acad. quæst. ed. 1. li. 2, belli apparatus, *παρασκευὴν τοῦ πολέμου Græci vocant.* pro Sest. 5 b, Communem martem bellique casum nimium timens. 5. Philip. belli celeritatem morabitur. 11. Fam. Planci, belli certamen. pro Sest. 36 a, Antiochum illum magnum maiores nostri magna belli contẽtione terra marique superatum intra montem. Taurum regnare iusserunt. I. A. 237 b, Incertos exitus esse belli, martemq; communem 8. ad Attic. belli me expertem fuisse. de Arusp. respub. Tum verò est ratus se posse, quoniam togatum domestici belli extinctorem nefario scelere fœdasset, illum etiam, illum externorum bellorum, hostiumque victorem affligere 5. Fam. belli ciuilis historia a L. Luceio scripta. 4. Fam belli ciuilis initia inuitum suscipere, extrema non libenter persequi. Acad. quæst. ed. 1. lib. 1, belli instrumenta. 2. de Leg. pro Corn. Balbo, belli ius, in quo & suscipiendo, & gerendo, & deponendo ius vt plurimum valet, & fides. 1. Famil. belli reliquiæ extinguendæ Planc. 10, Qui reliquias huius belli oppresserit, cum totius belli confectorem fore. 2. de Diuin. 116 a, 1, de Orat. de reliquis rebus, quæ essent propriæ belli administrandi, &c. 6. Fam. belli ciuilis tubam appellabant Axium Balbum. de Nat. deor 2, bello Ligustico Q. Maximus dedicauit templũ Honoris & Virtutis. 2. Fam. Quòd nunquam bello ciuili interfuisset, gloriari solitus Q. Hortẽsius. 12. Fam. 52, Ad bellum denũciandum legatos miserat Senatus. 8. Fam. Cælii, vbi ad bellum & castra ventum sit. pro Leg. Manil. Idem cum Theutonis bellum administraret, &c. pro Pomp 15 b, Administrare bellum cum aliquo. *id est, gerere bellum contra aliquem* Plancus Ciceroni, lib. 10, Verebar ne cui obtrectationem viderer & nimium pertinaciter Lepido offensus, & mea patientia etiã alere bellum. 10. ad Attic. Ferro bellum terra & mari comparat. in Piso. bellum conficere, Mario, lib. 7, Deinde quum ab ea sententia Pompeius valde abhorreret, suadere instirui vt bellum duceret. ad Atti. 113 b, Tum ad te scribam plura, si erit bellum. 10. Fam. Planci, bellum extinguere. L. V. 259 b, Si fugitiui bellum in Sicilia facerent. in Catil. 66. pro Milo. 113 b, bellum facere alicui 12. Fam. bellum gerimus, sed non pari conditione, contra arma verbis. Lęl. Nihil turpius, quàm cum eo bellum gerere, qui cum familiariter vixeris. 11. Philip. Populus Romanus Crasso consuli bellum gerendum dedit. pro Leg. Agrar. bellum habet nescio quod susceptũ Consulatus cum Tribunatu. 4. ad Atti. In bellum confugere. 2. de Orat. Quos quum haberes authores Antoni, miror cur philosophiæ, sicut Zethus ille Pacuuianus, prope bellum indixeris. pro Deiot. Indicere bellum nefarium. 3. Verr. Nisi publice satisfactum sit, rei ciuitati bellum indici atq; inferri solere. pro Domo sua, Sed quid ego vestram crudelitatem expromo, quam in ipsum me ac meos adhibuistis, qui parietibus, qui tectis, qui columnis ac postibus meis horrificum quoddam & nefarium, omni imbutum, odio bellum intulistis? in Anton. 170 b, Inferre bellum contra patriam 15. Fam. bellum in prouinciã inferre. pro Leg. Agrar. Vrbs quæ facere atque instruere bellum possit. 8. Philipp. Inter bellum & pacem medium nihil. ad Attic. 158 b, Mouere bellum. de Nat. deo. 1, bellum, discordiam, cupiditatem, cæteraque generis eiusdem, ad Deum reuocat Parmenides. 16. Fam. bellum sustinere. 6. ad Attic. 4. Fam. bello arderet Syria. de Nat. deor. 2, bello Latinorum, &c. cum Octauio. Mamilio, Tusculano prælio dimicaret, &c. 7. ad Attic. Bello flagraturam Italiam. Offi. 1, In bello mouendo summa fuit apud priscos Romanos obseruatio. 10. Fam. 47. in Episto. Planci, In bello pudor est maxime periculosus. 12. Famil. In bello titubari solet. ad Brut. 9 b, Persequi aliquem bello. 14. Fam. bello profligato ac penè sublato, renouatum bellum gerere conamur. Diui. lib. 2, bello Punico secundo exercitus pop. Rom. ad lacum Thrasimenũ interiit. Offic. 1, bello gloriam quærere. 7 ad Att. bello vti. de N. d. 2, bella, quibus Resp. salus continetur. ad Brut. bella ciuilia nunquam deerunt, si dementes esse voluerimus. Offi. 1, Itaque eorum cõsilio sæpe aut non suscepta, aut confecta bella sunt, non nunquam etiam illata. de Sen. bella domestica & externa. Offi. 1, bella, quibus imperii gloria proposita est, minus acerbè gerenda sunt. 5. Fam bella hostilia & externa. Offic. 1, bella suscipienda sunt ob eam causam, vt sine iniuria in pace viuatur. 12. Fam. bellorum ciuiliũ exitus quales. 6. Fam. bellorum omnium exitus incerti. de Arusp. respon. bellorum victor. de N. d. 1, Tum enim nostri duces bella gerere incipiunt, &c. pro Cor. Balbo, Si tanta bella legisset, quanta gessit & confecit, &c. omnia iura belli perdiscere ac nosse potuisset. Orat. 199 b, Thucydides res gestas & bella narrat & prælia. 2. de N. d. bellis præliisque dii non caruerunt. 4. Fam. In bellis ciuilibus nihil miserius victoria.

¶ *Discordia naturarum.* 2. de Nat. deo. Quasi naturale bellum est miluo cum coruo.

☞ Syntaxis. *Bellum acerbum æternum, affectum, non confectum, commotum, confirmatum, perniciosum, exitiosum, crudele, domesticum, triste, turbulentum, durissimum, pestiferum, intestinum, iustum, denunciatum, indictum, merum, mortiferum, nefarium, occultum, oppressum, renatum, restinctum, inflammatum, teterrimum, periculosum, externum, profligatum, hostile. Bellum suscipere, indicere, facere, gerere, comparare, conficere. Belli instrumenta, celeritas, reliquiæ. Si est bellum. In bellum confugere. Bello ardere prouinciam.*

BELLVS, a, um: & BELLISSIMVS. *aptus, conueniens.* Att. 77 a, Illum pueris locum bellissimum esse duximus.

¶ *Lepidus.* Att. 94 b, Pyliæ & puellæ Cæciliæ bellissimæ salutem dicas. Epist. 237 a, Cicero bellissimus tibi salutem dicit. Attic. 209 b, Theatrum quidem sane bellum habuisti. de Leg. lib. 1, Successere huic bello, Clodius, Asellio, &c. ad Her. lib. 4, belli montes. Episto. lib. 15, Gratissimæ & bellæ literæ.

¶ *Tranquillus* Attic. 65 a, Recordor, quam bella paulisper nobis gubernantibus ciuitas fuerit.

¶ *Hilaris.* Att. 73 b, Hæc ipsa fero equidem fronte ac vultu bellis, sed angor intimis sensibus.

¶ *Tutus, laudabilis.* de Orat. 106 b, Quàm sit bellum, cauere malum, nemo ignorat.

¶ *Præstans, bonus.* Epist. 12 b, Mihi in mentem venit bellum esse, aliquò exire.

¶ *Suauis, urbanus.* Attic. 2 a, Durius accipere hoc mihi visus esse, quẽ vellem, & quam homines velle solent.

¶ *Honestus* Attic lib. 15, bella iuris licentia.

CAPAX, cis. *quod aliquid capere potest*. Or. 206 a, Demosthenes non semper implet aures meas, ita sunt auidæ & capaces, & semper aliquid immensum infinitumque desiderant.

CAPEDO, nis. *vas quo vtebantur antiqui in sacris deorum*. Par. 117 a, capedines & fictiles vrnulæ.

CAPEDVNCVLA, æ. *parua capedo*. de Nat. 68 a, capedunculis quas Numa reliquit.

CAPELLA, æ. *capra*. I. V. 129 a.

CAPENA, atis. *ager Capenas*. I. V. 114 b, Epist. 137.

CAPENA. *porta*. Att. 134.

CAPESSANDVS, a, um. I. A. 228 b, Ecquod principium putatis libertatis capessendæ? de Natu. 50 a, Partes corporis ad pastum capessendum conficiendumque. Att. 257 a, Illud ad remp. capessendam venit. Epist. 9 a, Sitne sapienti capessenda respub.

CAPESSENS, tis. de Orat. 118 b, & 153 a, Vt eidem carboni Trib. pleb. alia tum mente remp. capessenti P. Africanus respōderat. de Nat. 49 a. Partes terræ vndique medium locum capessentes nituntur æqualiter.

CAPESSO, sis. *peto, obtineo, appeto, consector, assequor, teneo*. de Diuinat. 89 a.

Post illa germana soror errare videbar,

Tardaq; vestigare & quærere te, neque posse.

Corde capessere. — de Rep. lib. 4. teste August. de Ciuitat. Dei, lib. 2 c. 10, Æschines ciuis Atheniensis, vir eloquentissimus, cū adolescens

lescens tragœdia actitauisset. Remp. capessiuit. Tusc. 157 a, Is autem animus, superiora capessat necesse est. Attic. 162 b, Melitam igitur, opinor, capessemus.

Capiendus, a, um. de Ora. 160 b, Sæpe capienda membris minutioribus oratio est. de clar. 180 b, Aliquis in capiẽdo aduersario versutus. Ora. 202 b, Philosophi docendi causa, non capiendi loquuntur. Or. 136 a, Non fugiendi hostis, sed capiendi loci causa cadere. Orat. 213 a, Adhibere insidias ad capiendas aures.

Capillatus, a, um. Capillatior. contra Rull. 68 b, Aliquis corpore inculto atque horrido capillatior quàm antè, barbaque maiore. & 77 b. Adolescens non minus bene nummatus, quàm bene capillatus.

Capillus, li. *capitis, pilus* in P. 84 b, Erant illi compti capilli & madentes cincinnorum fimbriæ. pro S. R. 41 a, capillus compositus & delibutus. pro Sest. 6 b, capillus horridus.

Capio, is, cepi, captum. *comprehendo, fero, prehendo, decipio.* in Ver. 78 a, Probabo Verrem contra leges pecunias cepisse. pro R. 97 a, Nemo tam fuit pubes quin arma ceperit. Episto. 66 b, Sex oppida vi oppugnanda cepi. I. V. 75 b, Si Glabrionis patris uim & acrimoniam ceperis ad resistendum hominibus audacissimis. I. A. 231 b, capere documentum ex aliquo. i. Documentum. de Diui. 85 b, Nec tuendi satietas capere poterat. I. A. 189 a, Aliquando patrium animum virtutemque capiamus. Offi. 8 a, Qui nationes deuictas bello in fidem cepissent. pro Pomp. 15 b, Antequam magistratum per leges capere licuisset. de Leg. 185 a, Eundem magistratum, ne interfuerint decẽ anni, ne quis capito. I. C. 98 a, Decreuit senatus, ut cõsules viderẽt, ne quid respu. detrimenti caperet. I. A. 177 b, Tantum te cepisse odiam regni uidebatur. I. C. 109 a, Sunt ita multi, ut eos capere carcer non possit. pro Mil. 128 b, capere eius amentiam ciuitas nõ poterat. Att. 216 b, Vrbs ei parum magna visa, quę etiam ipsum capere potuerit. pro Pomp. 16 b, Quæ ciuitas est in Asia, quæ vnius Tribuni militum animos ac spiritus capere possit? Offi. 12 b, capere consuetudinem & exercitationem faciendi aliquid. Episto. 115 a, Scitè & commode capere tempus adeundi ad aliquẽ. pro Plan. 259 a, capiebam animo non mediocrem voluptatem, quod, &c. de Senect. 88 b, Laertes leniens desiderium quod capiebat ex filio. & Att. 230 a, Lætitia quam oculis cepi iusto interitu tyranni. Epist. 145 b, Ex litteris tuis cepi fructum duplicem, mihique, &c. & 15 a, b, cum sui maximum fructum cepisse dicerent ex libertate mea. At. 3 a, Multo maiorem fructum ex Populi Romani existimatione illo damnato cepimus, quàm ex ipsius, si absolutus esset, gratia cepissemus. cõtra Rul. 77 b, Vix iam videtur locus esse, qui tantos aceruos pecunię capiat. Off. 55 a, Inest in his aliquid probi quod capiat ignaros. Atti. 120 a, Iouiię cepi Capuam, non quo, &c. & pro Qu. 18 a, Vt aliquando misericordiam caperet aliquam ætatis suæ. de Natu. 11. In eas imagines mentem intentam infixamque nostram intelligentiam capere. *i. intelligere.* quid sit Deus. pro Mar. 131 b, Quæ tam magna sunt, vt ea uix cuiusquam mẽs aut cogitatio capere possit. Offi. 11 b, Sequuntur fratrum coniunctiones, post cõsobrinorum sobrinorumque, qui cum una in domo iam capi non possint, in alias domos tanquã in colonias exeunt. de Ami. 101 a, Qui ob amicitiam summam fide constantiaque seruatam maximam gloriam ceperit. Epist. 206 a, Nulla est gratia, quam vel non caperet animus meus capiendo, vel remunerando cumulandoque illustrare possis.

Capior, ris. *prehendor.* Aca 17 a, Decipi, falli, capi, idem. de Orato. 99 a, cum obsignes tabellas clientis tui, quibus id sit scriptum quo ille capiatur, ego tibi ullam causam maiorem committendam putem? pro cęcin. 301 a, Æquitatem rei verbi laqueo capi non oportet. pro clu. 20 b, Ea animum adolescẽtis pellexit, his omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac deliniri potest. I. A. 102 a, Illi eam gloriam consecuti sunt, quæ vix cœlo capi posse uideatur. Ant equã 196 a, Mors quæ ob rempublicam capitur.

Captus, a, um. *affectus, victus, captiuus.* de Orato. 129 b, captus sum misericordiam. I. C. 114 a, Belli duces captos iam & comprehensos tenetis.

☞ Syntaxis. *Pecunias, arma, oppida, mortem, tempus, desiderium, fructum ignaros, misericordiam capere. Capi blanditys.*

Capital, lis. *capitale, vetustum verbum.* de Leg. 174 a, Quique non paruerit, capital esto.

Capitalis, le & Capitalior, *perniciosus, crimen quod aut libertatis, aut ciuitatis amissio sequeretur.* in Att. 192 a, capitalem & pestiferũ à Brundusio M. Antonij reditum timebamus. Offic. 40 b, capitalis omnino oratio est, ad adæquationem bonorum pertinens. Offi. 6 a, Totius iniustitiæ nulla capitalior est, quam eorum, qui, &c. in Verrem 127 b, Facere aliquem reum rei capitalis. pro cęcin. 289 b, Aliquem rei capitalis esse damnatum. pro Domi. 229 a, & pro Sest. 21 b, Qui erant rerum capitalium condemnati. de Senec. 85 b, Qui in vinculis essent damnati rei capitalis. I. V. 22 b. Sopater rei capitalis accusatus. pro R. 96 b, Rabirius fraudem capitalem admisit. de Ora. 215 b, Erat enim Athenis reo damnato, si fraus capitalis esset, quasi pœnæ æstimatio. de Leg. 185 a, Vincula fontium seruanto, capitalia vindicanto. de Inuen. 74 a, Lacedæmonijs lex erat, vt capitale esset, nisi, &c. de Natu. 4 b, Facinora capitalia. Qu. Fr. 314 b, capitalis creber, acutus Thucydides. Offic. 68 b, capitalis Eteocles, qui, &c. *id est, sceleratus.* I. A. 200 b, capitalis homo. I. C. 105 a, Hostis tam capitalis. de Ami. 95 b, Odio capitali ab aliquo dissidere. I. V. 12 a b, & • 257 b, Rerum capitalium quæstiones.* de Fin. 113 a, Cùm sibi cum capitali aduersario dolore depugnandum videret.]

☞ Syntaxis. *Capitalis homo, oratio, inimicus, res fraus, facinus, odium, hostis. Capitalis rei accusatus, damnatus. Admittere capitalem fraudem. Capitale est, nisi.*

Capitinus, na. pro Syll.

Capito, nis. *à nimis magno capite* de Nat. 17 a, Sili, Flacci, Frontones, Capitones.

Capitolinus, a, um. pro Domi. 242 b, Iuppiter capitolinus. & pro Rosc. 97 a, cliuus capitolinus. Quint. Frat. 312 a, Capitolini & Mercuriales.

Capitolium, lij. *templum ac sedes Iouis Opt. Max. in cliuo.* Antequam 298 b, Dij deæque immortales, qui excellente tumulo ciuitatis sedem capitolij in saxo incolitis constitutam. contra Rosc. 64 a. Hoc tẽplum Iouis Opt. Max. atque hæc ars omnium gentium. I. V. 216 a, capitolium flamma consumptum. Acad. 34 b, & 36 a, cum ambo ad senatum in capitolio starent.

Capitulum, li. de Leg. 100 a, Nec verò ferent, si audierint te primum capitulum optimum prodidisse. *aliàs caput libri optimi.*

Cappadocia, æ. *regio Ponti.* Epist. 244 a, & pro Pomp. 5 a.

Cappadox, cis. Postquam 207 a, cappadocem modò abreptũ de grege venalium diceres.

Capra, æ. de Amic. 108 a, capras & oues quot quisque habet dicere posse, quot amicos habeat non posse dicere. de Natur. Deor. 51 b, capræ in Creta ferè cum sunt confixæ venenatis sagittis, dictamum quærunt. de Natura Deorum 47 b, At capra leuum humerum claro obtinet.

Capricornus, ni. *brumale signum.* in Arat.

Quem cum perpetuo vestiuit lumine Titan,
Brumali flectens conto queat tempore currum...
Hoc caue te ponto studeas committere mense, de Ora. 48 a.
Corpore semifero magno capricornus in orbe,

Caprinus, a, um. vt pellis caprina. de Nat. 17 b.

Capsa, æ. *arca.* in Verrem 62 b, Si te semel ad meas capsas admisero.

Capsis, *id est, cape si vis.* de Orato. 211 a, Iam in vno uerbo capsis, tria verba sunt.

Captatio, *verborum, aucupium, & pugna verborum, logomachia.* Part. 273 a, Et illam disputandi prudentiam, concertatio captatioque verborum imitatur.

Captio, onis. *deceptio, argutia sophisma.* Aca. 12 b, Maiore quadam opus est vel arte, vel diligentia, ne ab ijs quæ clara sint ipsa per se, quasi præstigijs quibusdam & captionibus depellamur. de Diu. 116 b, Cur igitur vos induxistis in eas captiones, quas nunquam explicetis? de Fat. 416 b, Omnes istius generis captiones eodem modo refelluntur. de Fin. 67 b, captiones dialecticas. de Clar. 68 a, Quanta esset in verbis captio, si, &c. Att. 168 a, Omnes captiones in omni sententia occurrunt.

☞ Syntaxis. *Captiones inducere. Captiones depellere.*

Captiose. *vafrè, argutè.* Aca. 21 b, captiose interrogare.

Captiosus, Captiosior, Captiosissimus. Aca. 12 b, Alterũ est, quòd fallacibus & captiosis interrogationibus circumscripti & decepti quidam, cum eas dissoluere non possunt, deficiunt a veritate. Acad. 13 a, Stoici captiosissimo genere interrogationis vtuntur. pro Q. R. 53 b, Quo nihil captiosius neque indignius dici potest, & 49 b, O captiosam societatem. de Fin. 53 a, Epicurus nõ qua uia captiosa soluantur, ambigua distinguantur ostendit.

☞ Syntaxis. *Captiosa interrogatio, societas. Absolutè, Captiosa. i. captiones. Captiosa dissoluere.*

Captiuncula, æ. Atti. 241 b, Videtur obiisse legationem, & omnes captiunculas pertimescere.

Captiuus, a, um. *i. uinctus, & captus.* Att. 274 b, Hoc S. C. ad tuos siue captiuos, siue deditios pertinet. de Nat. 76 b, Plures captiuos acerbe, quam prędones necari. ad Heren. 16 b, Redimere captiuos ab hostib. Offi. 46 a, Redimere captiuos e seruitute. Ep. 66 b, Ducere aliquem captiuum in triumpho. I. A. 220 a, Diutius seruitutẽ perpessi sumus quam capiui frugi & diligentes solent. Offic. 9 a, Pyrrhi sententia de captiuis reddendis.

Capto, as. *allicio, aucupor, obseruo, consector, peto.* Acad. 23 b, Quid enim ad illum, qui te captare vult, vtrum tacentem irretiat, an loquentẽ? de Inu. 5 a b, Inductio, quæ rebus non dubijs captat assensionẽ eius, qui, &c. Epist. 157 a, b, Lepidus despectato aduentu meo, quem non mediocriter captabat, se cum Antonio coniunxit. de Inu. 82 a, captare aliquem aliquo emolumento. *i. allicere.* in Antonium 176 b, At etiam misericordiã captabas. de Orat. 111 b, captare voluntates hominum. *i. quasi aucupari, &c. Excipere.* de Inuen. 68 a, captare misericordiam. I. P. 92 b, captare plausus. Epist. 169 a, captare nomen imperatorium. ad Her. 2 a, captare beneuolentiam à persona aduersariorum. Tusc. 178 a, captare risus.

Captor, ris. *prehendor.* de Arch. 256 b, Dissidens princeps, captatur occasio.

☞ Syntaxis. *Captare aliquem misericordiam, voluntates, plausus, risus, occasionem.*

Captus, a, um. *captiuus, victus, superatus, iacens.* Attic. 138 a, Plane interclusi captique sumus. Epi. 112 b, Mihi visus sum captus esse. pro Do. 218 a, Oppressa captaque rep. pro Cla. 20 a, Socrus, generi cõtra • quàm fas erat, amore capta.* Offi. 44 b, Redimere captos a prædonibus. ad Her. 31 a, Saturninus fide captus.]

¶ *Mancus lęsus, priuatus.* Tuscu. 251 a, Vt idem oculis & auribus captus sit. I. V. 223 b, Tametsi ne oculis quidem captus in hanc fraudem tam sceleratam decidisti. pro R. 94 b, Quin. Scæuola mancus & mẽbris omnibus captus ac debilis. de Ami. 112 a, & Aca. 14 a, Tam

dedecet

dedecet, quàm delirare & mente captum esse.

¶ *Deceptus*. Offi. 65 b, Vt ne propter te captus fraudatusve sim. in Anto. 240 b, Pansa eodem captus errore quo nos.

☞ Syntaxis. *Captus amore, oculis, auribus, membris, mente, errore.*

CAPTVS, tus. *ingenium, natura.* Tuscu. 189 a, Græci homines non satis animosi, prudentes, vt est captus hominum, satis hostem aspicere non possunt.

CAPVA, æ. *vrbs.* contra Rul. 64 b, Luxuries Annibalem Capuæ corrupit. Postq. 207 b, Capua, in qua vrbe domicilium quondã superbiæ fuit. I. A. 240 b, Capua, quæ his temporibus altera Roma est.

CAPVLVS li. *manubrium gladij* de Fat. 141 a, Philippus hasce in capulo quadrigulas vitare monebatur: quasi verò capulo sit occisus.

CAPVT, is. *principale in animali corpore membrum* de Senect. 83 b, Masinissa nullo imbre, nullo frigore adduci potest, vt capite operto sit. I. A. 231 b, Post autem ceruicibus caput abscidit, idq; suum gestari iussit in pilo. Epi. 109 b, Nec caput, nec pedes. L. P̄.

¶ *Vita, salus.* de Or. 100 a, Capitis nostri sæpe accidere potest vt causæ versentur in iure. & ibidem, Quam possumus reperire ex omnib. rebus ciuilibus causam contentionemque maiorem, quàm de ordine, de ciuitate, de libertate, de capite hominis cõsularis? de Cl. 186 b, causa capitis de Ora. 105 a, Socratis responsa sic exarserunt iudices, vt capitis hominem innocentissimum condemnarent. & 104 a, Socratem in iudicio capitis pro se dixisse. pro Dom. 120 a, Nihil de capite ciuis aut de bonis sine iudicio detrahi potest. pro Qu. F. 47 b, Iudicia summæ existimationis, & penè dicam capitis. de Cla. 176 b, In iudicium capitis aliquem vocare. I. V. 128 b, Cum verò abs te sui capitis causa peteret, hominesq; certos domo misisset, ne eum quidem, &c. i. *sua existimationis & salutis.* Offi. 73 b, Vt si prędonibus pactum pro capite precium non attuleris pro Q. 1 b, Ego qui caput alterius, famam, fortunasque defendo.

¶ *Initium, principium, pars præcipua origo.* contra Rul. 69 a, A primo capite legis usque ad extremum, reperio nihil aliud cogitatum, &c. Et quod maxime rem continet. L. CONTINEO. pro Pla. 171 a, Si qd sine capite manabit, & cuius autor non extet. de Ora. 88 b, Iam ab illo fonte & capite Socrate, &c. pro Fla. 155 a, caput est omniũ Græcorum concitandorum Heraclides ille Temnites, contra Rull. 71 b, Qui quod secundo capite scriptum est, non meminit in tertio. Postquam 205 a, Cum caput meę proscriptionis recitaretur. de Or. 129 a, Capita de republica in duabus orationibus contraria inter sese. Epi. 37 a, Caput est quod pertinet ad minuendos sumptus ciuitatũ. & 36 b, Sed prima duo capita epistolæ tuę tacita mihi quodammodo prætereunda sunt Acade 25 b, Ex uno Epicuri capite, altero vestro, pręceptio & comprehensio tollitur, quod est caput Epicuri: si vllum sensibus visum falsum est, nihil percipi potest: quod vestrum, sunt falsa sensus visa. de Clar. 179 a, Quod ex quibusdam capitibus expositis nec explicatis intelligi potest. & ibi. a, Illa verò censoria cõtra Cn. Domitium non est oratio, sed quasi capita rerum & orationis commentarium paulò plenius. Att. 158 b, Ad caluum scripsi, vt ad me τὰ ὑπομνήματα mitteret. de Orat. 139 b, Ad consilium de republica dandum, caput est nosse rempublicam. de Amic. 104 b, Caput esse ad beate viuendum, securitatem, &c. de Inuent. 164 b, In hoc loco caput illuderit accusatori, si demonstrare poterit, &c. secundarium, si, &c. & 84 a, Atque in hoc loco mihi caput illud videtur esse, ut quæramus, &c. de Ora. 91 a, Caput enim esse arbitrabatur oratoris, vt & ipsis, apud quos ageret, talis, qualem se ipse optare videretur. I. A. 175 a, caput autẽ literarum, sibi cum illa Mama nihil posthac futurum. Epist. 35 b, An tibi obuiam nõ prodirem? primum Appio Claudio? deinde Imperatori? deinde more maiorum, deinde, quod caput est, amico? At. 14 b, Et id quod caput est, nobis inter nos nostra uitia sunt toleranda. & 26 a, Et quod caput est, mihi quęuis satis iusta causa cessandi est. Att. 211 a, Valde probo hominem, domum, facultates: quod caput est, ipsum non noui.

¶ *Status Capitis enim diminutio, est prioris status mutatio.* Topi. Si ea mulier testamẽtum fecit quæ se capite nunquam diminuit. i. *quæ per conuentum nunquam viri conuenit in manum*.

¶ *Summa frumenti decumani præcipua.* in Verr. 78 a, & 173 b, Verres aliquod nominibus de capite, quantum commodum fuerit, frumenti Decumani detraxit. & 166 a, In illo reprehenditur, q̃ ex ea pecunia remiserit quam ipse quęsierat: tibi concedetur, qui de capite vectigalium P. R. remisisti.

CARBASEVS, a, um. *Carbasus, lini optimi genus; unde vela carbasea & carbasa dicta.* in Verro. 241 b, Tabernacula carbaseis intenta velis. & 252 a.

CARBO, onis. Offic. 37 b, Dionysius candente carbone sibi adurebat capillum.

CARBVNCVLVS, li. ad Heren. 25 b, Ipse à vicinis cum testa ambulans carbunculos corrogaret.

CARCER, is. *custodia, vincula, locus in quo asseruantur rei.* I. C. 101 a, b, Nõ longe a carcere atque a vinculis abest, qui sespsum iam dignum custodia iudicat. pro Syll. 180 b, Ad illius pœnam carcer ędificatus esse videtur. in Ver. 240 a, Cur carcer ædificatus? I. C. 110 b, Carcer vindex nefariorum scelerum. & 121 a, Cum filium eius impuberẽ ligatum à prætore missum in carcerem, necandum esse dixit. Atti. 28 b, Vectius, quod confessus est cum telo fuisse, in carcerem coniectus est. Tuf 164 a, Nec tamen illa vincula carceris rupers. I. V. 249 b, Contrudi in carcerem. & 251 a, Condi in carcerem. & 251 b, Duci in carcerem. pro Pl. 195 b, Emitti è carcere. * In V. 266 a, Cedo rationem carceris, quę diligentissime conficitur, quo quisque die datus in custodiam, quo mortuus, quo necatus sit.]

¶ *Locus, vnde cursus initium.* de Sene. 94 b, Nec verò velim quasi decurso spacio à calce ad carceres reuocari. de Amic. 115 a, Quibus cũ tanquam e carceribus emissus, cum iisdem ad calcem (vt dicitur) peruenire possis. ad Her. 14 b, Quasi si quis ad Olympiacum venerit cursum & steterit vt mittatur, impudentesq; illos dicat esse, qui currere cœperint, ipse intra carcerem stet, & narret aliis quomodo Ladas aut Boius cum Sicyoniis cursitarint. de Cl. 180 a, Nec in quadrigis, qui uix è carceribus exierit, eum, &c.

☞ Syntaxis. *Carcer vindex scelerum, in carcerem mitti, conijci, contrudi, condi, duci, E carcere emitti. A carceribus emissus, i. ab initio cursus. Intra carcerem stare. E carceribus exire.*

CARDIACVS, ci. de Natu. 97 b, Nec cardiacis hoc tribuendum est, nec phreneticis. *id est, ijs qui ore ventriculi affecti sunt, qui morbus cardiacus dicitur.*

CARDO, inis. de Nat. 46 b.

Extremusq́ adeò duplici de cardine vertex
Dicitur esse polus. — —

CARE, *magno, precio, nimio, magna mercede.* Attic. 286 b. Valde care æstimare aliquid. pro Domi. 186 b, Emit domum pene dimidio charius quam æstimabat.

CARENDO, Postquam 198 b, Amicitię quid haberent voluptatis, carẽdo magis intellexi quam fruendo. Ora. 211 b, Quàm chara sint quę post carendo intelligitur.

CARENDVM, Tusculan. 153 b, Non dico carere sensu, sed carendum esse.

CAREO, es. *vaco, vacuus sum, deficior, deferor, absum.*)(. *Abundo, potior, fruor* Tuscu. 167 a, Carere igitur hoc significat egere eo, quod habere velis. inest enim velle in carendo: nisi cum sic tanquam in febri dicitur, alia quadam notione verbi. Dicitur enim alio modo etiam carere, cum aliquid non habeas, & non habere te sentias, etiam si id facile patiare. carere enim in malo non dicitur, non enim esset dolendum. dicitur illud bono carere, quod est malum. sed ne viuus quidem bono caret, si eo non indiget: sed in viuo intelligi tamen potest regno carere. dici autem hoc in satis subtiliter non potest: posset in Tarquinio, cum regno esset expulsus, at in mortuo ne intelligi quidem potest. carere enim sentientia est: nec sensus in mortuo. ne carere quidem igitur in mortuo est. de Senect. 87 a, Quanquam non caret is, qui non desiderat. de Finib. 36 b, Cum omni dolore caret. Epist. 262 a, Ægypta mihi nunciauit, te plane febri carere, & belle habere. pro Milo. 105 a, Caruit foro postea Pompeius, caruit senatu, &c. 153 b, Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini togam puram dedi. Acad. 12, Magnum ingenium Luculli, &c. caruit omnino rebus vrbanis. pro Ra. 96 b, Quid iam ista C. Mario nocere possunt? quoniam sensu & vita caret? Atti. 21 a, Neque nos te fruimur, & tu nobis cares. Off. 20 b, Appetitus omni perturbatione animi carere debent. pro Lig. 137 b, Ergo hęc duo tempora carent crimine. * Tusc. 146 b, Secundum genus cupiditatum nec ad potiendum difficile censet, nec vero ad carendum.]

☞ Syntaxis. *Absolute, ille caret. Carere febri, foro, vrbe. Carendo noscimus.*

CARIA, æ. *regio.* Orato. 109 a, Caria, Phrygia, & mysia. pro Flac. 160 a, Prouerbium, Si quid cum periculo experiri velis, in Caria id potissimum esse faciendum.

CARINA, næ. *nauis dorsum, nauis pars ima.* Orat. 159 b, In nauigio latera, carinæ prora, puppis.

CARINÆ, arum. *locus Romæ.* Parad. 125 b, Mar. Manlius habuit ædiculas in Carinis. & Quint. Frat. 309 a, de Arc. 255 b, Cum diceret velle se in Carinis ædificare alteram porticum, quę palatio responderet.

CARITAS, tis. *inopia frumenti, vel alterius rei.*)(. *vtilitas, vbertas, copia.* Off. 45 b, M. Seius in caritate annonę asse modium populo dedit. in Verr. 157 a, & 197 a, Biennio prouinciam obtinui, cum alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuerit. Offi. 61 a, In Rhodiorum inopia & fame summaque annonæ caritate. de Arch. 251 a, Caritas annonę, sterilitas agrorum, inopia frugum. pro Pomp. 12 a, Repente vtilitas annonæ ex summa inopia & caritate rei frumentarię conseruta est. pro Dom. 215 b, Erat igitur pręsens caritas & futura fames. in Verrem. 197 a, Aut vberiora cibaria facta sunt caritate. pro Dom. 215 b, Caritas, difficultas annonę, summa inopia rei frumentarię. Attic. 144 a, Nunc omnia ista tacere puto propter nummorum caritatem.

☞ Syntaxis. *In caritate annus. Inopia, fames, & annona caritas. Annona caritas, & frugum inopia. Caritas pręsens, & futura fames. nummorum caritas.*

CARMEN, nis. *versus, argumentum carmine tractatum.* de Amic. 100 a, Empedoclem quidem carminibus Græcis vaticinatum ferunt quæ, &c. pro Arc. 191 a, Aditus templorum carminibus exornauit. Tusc. 161 b, Poeta graue plerumque carmen non sine cœlesti aliquo mentis instinctu fundit. de Diuin. 135 b, Non esse autem carmen illud furentis, ipsum poema declarat. Epist. 16 b, Scripsi etiam carmina quędã, &c. de Cl. 171 a, Illa carmina, quæ multis seculis ante suam ętatem in epulis esse cantitata à singulis conuiuis, & de clarorũ virorũ laudibus, scriptum reliquit. Cato. Ac. 21 b, Simul inflauit tibicen, à perito carmen agnoscitur. i. *Antiopa comœdia vel tragœdia.* de Clar. 170 b, Quod ex eis carminibus intelligi potest, quæ apud Homerũ in Phęacum epulis canuntur. de Ora. 141 a, bis, Cum Simonides cecinisset id carmen, quod in Scopam scripsisset, &cę. pro R. P. Hæc laus carminibus poetarum celebratur. de Ora. 111 b, Quod carmen artificiosa verborum constructione aptius? & 161 a, Quorum illa

laus-

summa ut carminibus est aptior & cantibus. *id est numerorum & vocum.* Tusc. 209 b, Condere carmina. contra Rul. 80 a, Atque hoc carmen iste non vobis, sed sibi intus canit. de Orat. 106 b, Vt totum illud uti lingua nuncuparat, non in XII Tabulis, sed in magistri carmina scriptum viderunt. pro Rabi. 92 b, I lictor, colliga manus, &c. Tarquini superbissimi ac crudelissimi ista sunt cruciatus carmina. pro Mur. 130 a, Prætor interea ne pulchrum se ac beatum putaret, atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est. pro Cæl. 41 a, Ac longius quidem mihi contexere hoc carmen liceret. de Fi. 135 a, Sunt enim prima elementa naturæ. quibus • auctis virtutis quasi carmen efficitur. * Tus. 200 b, Præclarum carmen, est enim & rebus, & verbis, & modis lugubre.]

☞ Syntaxis. *Carmine tractare, vaticinari. Carmen fundere, contexere efficere.*

Carmentalis. L. Flamen.

Carneades, is. de Orato. 149 a, Diuina quadam celeritate ingenii dicendique copia Carneades. de Orato 123 b, Carneadis uis incredibilis dicendi. de Di. 119 a, Num ergo opus est ad hęc refellenda Carneade? & Acad. 5 b, Carneades xc. vixit annos. de Orat. 122 b, De Carneade, Critolao & Diogene, qui ab Atheniensibus legati, Romam venerunt.

Carneadeus, dea. Aca. 37 a, de Fi. 128 a.

Carneadius, dia. de Or. 149 b.

Carnifex, cis. *tortor, lictor.* in Ver. 77 b, Non sicarium, sed crudelissimum carnificem in iudicium adduximus. de Arus. 251 b, Quales ipsum carnifices habere putamus? qui medicis suis non ad salutem, sed ad necem vtatur? I. P. 81 b, Hæc sunt ô carnifex in gremio sepultæ consulatus tui. I. A. 232 a, Ponite ante oculos carnificem tortoréque Samarium. pro Qui. 9 a, Quò bonorum emptores conueniunt, vt carnifices ad reliquias vitæ lacerandas & distrahendas. I. V. 259 a, Sextius carnifex Verris.

Carnificina, næ. *supplicij & cruciatus locus, cruciatus, crudelitas.* Tuscu. 243 b, Aegyptiorum imbutæ mentes prauitatis erroribus, quâuis carnificinam prius subierint, quam ibim, aut felem, aut aspidem aut canem violent. Tusc. 196 a, Cum omnis perturbatio misera est, tunc carnificina est ægritudo. pro Sest. 26 a, Non ea est medicina, sed carnificina atque crudelitas.

Caro, nis. in Pis. 94 a, Mense extructa non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subransida. pro Plan. 263 a, Quibus e municipus vix iam, qui carnem Latinis petant, inueniuntur. I. P. 83 a, Caro putrida.

Carpens, tis. *capiens* de Or. 100 b, Vel passim licet carpentem & colligentem vndique repleri ista suris ciuilis scientia.

Carpo, is. *detraho sugillo maledico, lacero* pro Corn. 67 a, Qui more hominum inuidens, in conuicus rodunt, in sciculis vellicant, non illo inimico, sed hoc maledico dente carpunt.

¶ *Eligo.* pro Clu. 44 a, Non animaduertes in omnes? sed carpes vt velis? & paucos ex multis ad ignominiam sortiere?

¶ *Curiosius lego.* pro Sest. 25 a, Non sum tam insolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper, & omnes vndique flosculos carpam ac delibem.

Carpor, eris. *laceror verbis, incusor.* Quin Fr. 308 a, Pompeius carpebatur a Bibulo

¶ *Discerpor.* Parad. 118 b, Cum corpus Reguli carperetur, carpi ipse certè non potuit. *hic tum caperetur, & Carpo, habent veteres codices.*

¶ *Trahor.* pro Cl. 44 b, In multorum peccato, carpi paucos ad supplicium non oportet.

☞ Syntaxis. *Carpere hominem flosculos. Dente carpere. Ad supplicium carpere. Carpitur corpus.*

Carthaginensis, se. contra Rul. 85 a, Carthaginenses fraudulenti & mendaces, &c.

Carthago, nis. cōtra Rul. 62 a, Agri in Hispania apud Carthaginem nouam. & 76 a Chartago uetus in Africa.

Carthago, *Iouis filia.* de Na. 68 a.

Carteium, *oppidum.* Att. 201 b.

Caruncula, æ. *caro.* de Di. 119 a, Caruncula vitulina.

Carus, Carior, Carissimus. *non vilis.* de Diui. 120 b, Aut si Epicuri de voluptate liber corrosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore. Do. 316 a, Subitò illo die carissimam annonam necopinata vilitas consecuta est.

Carica, cæ. *ficus genus.* de Diu. 126 a, Quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat.

Casa, sę. *tugurium, & domus rustica, & vilis.* Tuscu. 247 a, Ptolemęo peragranti Aegyptum comitibus non secutis cibarius in casa panis datus est. Episto 263 b, Helluo nequissimus H-C.CC. dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla causa.

Cascus, a, um. *senex vetus.* Tusc. 113 b, Illud erat insitum priscis illis, quos cascos Ennius appellat.

Caseus, ei. de Sen 80 a, Villa abundat lacte, caseo, melle.

Casinum, ni. *oppidum.* I A. 180 a, de Inu. 83 b.

Cassandra, vates. de Diu 98 a.

Cassiienensis, nense. de Iou. 38 b.

Cassia, æ. *via media vrbs Roma ad Mutinam, inter superum & inferum mar.* I. A. 175 a, L. Via.

Cassianus, a, um. *a Cassio iudice seuero* L. Cassius. pro Milo. 107 b, Itaque illud Cassianū, Cui bono fuerit, in his personis valeat. I. A. 367 a, Si quis vsurpet illud Cassianum, cui bono fuerit.

Cassinum, *oppidum.* I. A. 259.

Cassinas, atis. *à Cassino.* contra Ru. 79 a, & I. A. 180 a.

Cassiope, es. *portus* Epist. 259 b.

Cassiopea, æ. de Natu. Deor. 48 a, Obscura specie stellarum Cassiopea.

Cassius, ii. pro S. R. 23 b, L. Cassius ille, quem Pop. Ro. verissimum & sapientissimum putabat.

Cassus, a, um. *carens, inanis.* de Diu. 136 a, Terrigenam, tardigradam, • demiportam sanguine cassam. in Arat. Cassus luminis. * Tuscula. 151 a, Omne quod honestum nos dicimus, id illi cassum quiddam, & inani vocis sono decoratum esse dicunt.]

Caste, & Castissime. *integrè, purè.* de Legib. 173 b, Ad diuos castè adeunto. de Natu. 1 b, Pure & caste deos venerari. pro Do. 140 b, Is nihil rite, nihil caste perfecit. pro Pom. 4 a, In amicorum periculis caste integréque versari. de Cla. 196 a, Tueamurque eam, vt adultam virginem caste. Epi. Fam. lib. 14. Castissime colere deos. de Ar. Religione sua aliquid castissime tueri.

☞ Syntaxis. *Purè & Castè. Castè & integrè.*

Castellanus, a, um. *vt, triumphus castellanus, i. de castello capto actus.* de Cla. 188 a.

Castellum, li. *vicus, sine rusticorum domus in agris clausę mœnibus. Sunt iam castella, munitiones ligneę castrensę, pro vallis erecta ad arcendos hostes.* pro Cęc. 288 b, Cecinna ad diem venit in castellum Axiā. & pro Deiot. 146 b, Cum in castellum Luceium venisset. Epi. 169 b, Multa castella cepi, multa vastaui. Att. 41 a, Castellum natura munitum. de Cl. 169 a, Qui Ligurum castella expugnauerunt. I. A. 196 a, Aditus hostium castellis & aggeribus prohibetur. I. P. 81 b, Cui templum illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculum veterum Catilinę militum, castellum forensis latrocinii. de Di. 116 a, Vrbé phi- • losophiæ mihi crede proditis, dum castella defenditis. * Epi. 245 b, oppidum sex castellis castrisque maximis cepi.]

Castigandus, a, um. *coercendus.* de Offic. 66 a, Qui non verbis sunt & disputatione philosophorum, sed vinculu & carcere castigandi.

Castigatio, nis. *obiurgatio, animaduersio.* Off. 18 a, Omnis & animaduersio & castigatio contumelia vacare debet. L. Obiurgatio, & Reprehensio.

Castigatus, a, um. Tus. 168 a, Videsne vt obmutuerit non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor?

Castigo, as. *obiurgo, mulco* de Orato. 100 a, Et quoniam de impudentia dixi, castigemus etiam segnitiem hominum. Tuscu. 204 b, Pueros, matres & magistri castigare solent, nec verbis solum sed etiam verberibus. Offic. 18 a, & 27 b, Qui punit aliquem, aut verbis castigat. de Legib. 186 b, Castigare improbos. Tuscul. 228 a, Sed in hoc me ipse castigo.

☞ Syntaxis. *Non sedatus, sed castigatus. Verbis, & verberibus castigare. in hoc me castigo.*

Castimonia, niæ. *castitas.* I. V. 424 a, Quæ sacra per summam castimoniam virorum ac mulierum erāt, eadem per istius stuprum esse violata. pro Cęl. 39 b, & de Le. 174 b, Caste iubet lex ire ad deos, animo. s. nec tollit castimoniam corporis.

Castitas, tis. *castimonia, virginitas.* de Leg 175 b, Vt seotiant mulieres in natura fœminarum omnium Deum castitatem pati.

Castor, & Pollux. *fratres, dij.* de Di. 96 a, Stellę aureę insignia Castoris & Pollucis pro Mil. 119 b, Qui cum falcibus ad castoris concurrerunt. I. V. 274 a, Vosque omnium rerum forensium, consiliorum maximorum, legum iudiciorumq; arbitri & testes celeberrimo in loco pretorii locati Castor & Pollux.

Castor. L. Fiber.

Castrum, stri. *oppidum.* Atti. 180 a, Audiui Cæsarem firmo progressu in castrum Tarentinum venisse.

Castra, orum, *locus vbi exercitus in tentorijs manet.* I. V. 241 b, Iste nouus imperator pulcherrimus Syracusarum loco statiua sibi castra faciebat. de Diu. 132 a, Castra enim in Thessalia castris collata audiebamus. Atti. 530 b, Castra propter anni tempus & militum animos facere non possum. I. A. 245 a, Cn. Pompeius cum P. Vectio inter bina castra collocutus est. Epist. 245 a, His rebus ita gestis castra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri qua triduum. Atti. 250 b, Nos ad portas castra habemus. & 127 a, Cum Cęsar ad oppidum castra haberet. & 181 a, Cesar apud Corfinium castra posuit. de Inu. 78 a, Hostes prope muros castra habent. Atti. 150 a, Ad murum castra posui. de Diu. 96 b, Cum Arcium versus castra mouisset. I. A. 223 a, Saxa castrorum antea metator, nunc (vt sperat) vrbis. Epi 240 b, Pacorus Euphratem transiuit, & castra posuit Tybæ. & 241 b, Castraque ad Cybistra, quod oppidum est ad montem Taurum, locaui. & 166 b, Itaque continuis itineribus ad forum Voconium veni, & vltra castra ad flumen argenteum contra Antonianos feci. & 244 a, Castra in Lycaonia apud Iconium feci. & 138 b, In Epicuri nos aduersarii in nostri castra coniecimus.

☞ Syntaxis. *Castra facere collocare, habere, ponere, mouere, locare.*

Castrensis, se. *militaris.* pro Cęl. 29 b, Eadem erat castrensis ratio & militaris. I. C. 114 b, Nisi cum ex domesticis insidijs in castrense latrocinium compulissem.

Castratus, a, um. *excisus.* de Orat. 157 b, Nolo morte dicit Africani castratam esse rempub. Ennii.

Castulonensis. *saltus.* Epist. 163.

Castus, & Castissimus. *purus, integer, incorruptus.* Att. 173 b, Pompeius uir integer, castus, & grauis. & ad Heren. 7 a, de Diuin. 105 b, Castus animus & purus. ad Her. 29 a, corpus castum, animus corruptus. pro Font. 280 b, Mens casta & integra. de Inuent. 66 b, Integer & castissimus. vir. I. A. 186 a, Adolescens castus & modestus. de Inu.

76 b, Præmia virtutis sancta & casta esse oportet. de Ar. 250 a Fœminæ, quæ matronarum castissima putabatur. & ibi. Qui castissimos ludos ol flagitio pollueres. pro Cæl. 39 a, M. Crassi castissima domus. pro Rab. 92 a, Qui castam cócionem, sanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Ro. integrum ius libertatis seruari oportere defendo. de Leg. 179 a, Ebur laudat satis castum donum Deo. I. A. 147 b, Res familiaris cum ampla, tum casta a cruore ciuili. Tuscu. 263 b, Qui se integros castosque seruauissent, his, &c. pro Q. R. 58 a, Petinrium castus fraudasse dicitur.

☞ Syntaxis. *Castus vir. Casta, animus, corpus, mens, iuuenis, præmium, nudus, domus, concio, donum. Castus, & integer. Castus ac purus. Castus, & modestus. Vir a sanguine castus.*

CASVS, sus. *fortuna. euentus. sors. fors.* de Diu. 131 b, Quomodo ergo id quod fit cæso casu & volubilitate fortunæ, præsentiri potest? de Diu. 258 b, Casus potest imitari veritatem. & 85 a, Nūquam perfecte veritatem casus imitatur & 232 a, casum prælii omnes timebamus. pro Cl. 33 a, Atq; etiam casu tum Stalenus ipse non aderat. de Fat. 140 a, Id in hac disputatione de fato casus quidam ne facerem impediuit. de Orat. 140 b, Ferre sapienter casus aduersos. & 128 a, casus humanarum miseriarum varii sunt. pro Pomp. 15 a, Maiores nostri semper ad nouos casus temporum nouorum consiliorum rationes accommodabant. I. A. 309 a, Fuit aliquis fatalis casus, vt ita dicam, quem tulimus, &c. nunc si quis erit, erit voluntarius. de Nat 192, Illud quæro, quæ fuerit tanta fortuna, quis tantus casus, vt, &c. ad Heren. Hæc res magnum casum habet. Off. 36 b, Hæc igitur fortuna cæteros casus rariores habet. de Sen 91 a, Ætas illa multo plures quàm nostra, mortis casus habet. Ep. 156 b, Si casus inciderit, pro vobis mori paratus sum. Att. 248 b, casus consilium nostri itineris iudicabit. L. C. 117 a, Vt ea virtute, non casu gesta esse videantur. pro Syll. 183 b, Aliquid casu magis & felicitate ab aliquo, quàm virtute & consilio gestum esse. pro Sest. 5 a, communis Mars bellique casus est incertus. pro Fl. 15 a b, casus est enim in capiendo locus, euentus, occasio. de Diu. 173 b, Nisi ista casu nonnunquā forte temere conuerterent. Ep. 61 a, Quis esset, qui me in consulatu non casu potius existimaret, quam consilio fortem fuisse? & 218 b, Iudicio. n. tuo, non casu in ipsum discrimen rerum contulisti tribunatum tuum. & 307 a, Et casu permulti sunt in ea societate valde mihi familiares. de Na. 27 a, Idq; euenit non temere, nec casu, sed quod, &c. de D. 112 a, Quid est tandem, quod casu fieri fortuna putemus. de Di. 112 b, Ne io deum quidem cadere videtur, vt sciat, quid casu & fortuitu futurum sit. Offi. 43 a, Habere aliquid aliquo casu atque fortuna pro Pl. 266 b, Si fortis, nullum crimen est in casu. Att. 179 a, Is meliore in casu est, quód iam receptus, &c. Epist. 98 a, casus vero mirificus quidam intercuenit, quasi vel testis opinionis meæ, vel sponsor humanitatis tuæ.

¶ *Interitum.* pro S. R. 35 a, Ille miser ignarus casus sui &c. Antequam 194 a, In nostro euentu aliorum reminiscentes casus. pro Syl. 178 b, Eū tamen in hoc casu, quo afflictus iacet, coseruare cupiunt. pro Syl. 167 a, Sed quoniam ita tulit casus infestus, vt, &c. Epi. 56 b, Aliorum opibus casus meos sustentabam. de Ora. 85 a, Quam spem cum graues cōium temporum, tum varii nostri casus fefellerunt. Q. F. 305 b, Si releuare potes cōem casum. de Cl. 191 a, Ita grauissimo suo casu dū Alexandri similis esse voluit, L. Crassi & multorū Crassorum inuētus est dissimillimus. pro S. 15 a, Cum ocii illum casum tam horribilem, tam grauem, tam repentinum non solum homines, sed tecta vrbis ac templa lugerēt. de Or. 126 b, Grauis & miserabilis casus alicuius. Episto 51 a, Vellem vt scribis in meo grauissimo casu affuisses. pro Do. 230 a, At vide, quid intersit inter illum iniquissimum patriæ tui casum, & hanc fortunam conditionemq; nostram.

¶ *Status anceps.* Epist. 147 b, Sed cum in eum casum me fortuna demisisset, vt ant, &c.

¶ *Ruina.* pro Cæl. 46 a, Via lubrica, qua insistere aut ingredi sicut in casu aliquo aut prolapsione vix possis. de Diuin. 89 b, Deinde eius germanum cornibus conniti in me arietare, eosque ictu me ad casum dari.

¶ *Inflexio vocabuli.* Ora. 212 a, Absurdum erat, aut tantum barbaris casibus Græcam literam adhibere, aut recto casu solū Græce loqui. & ibid. b, Verba quæ habent casus in exitu similes. ad Her. 30 b, Verba quæ similiter iisdem casibus efferūtur. de Nat. 38 a, Iupiter quasi iuuans pater: quem conuersis casibus appellamus a iuuando Iouem. de Or. 141 b, Verba immutata casibus.

☞ Syntaxis. *Cæcus casus, aduersus, varius, nouus. fatalis magnus, incertus. Casum ornare, ferre, sustentare. Casu gerere, fieri aliquid. Aliquo casu habere quippiam. Res habet magnum casum. Casus & fortuna. Fortuna casus habet. Si casus incidat, pro te occumbet. Casus & fortuitu factum. Ille in bono casu est. Casum releuare. i. ærumnas leuare. In casum demittere. i. præcipitem dare. Ad casum dare. i. ad ruinam impellere.*

CATACHRESIS, sis. *abusio.* Attic. lib. 9. Illa tamen κατάχρησις illius est odiosa, quam pene præterii. L. ABVSIO.

CATADVPA, duporum. *quæ alio nomine cataracta nominantur, sunt loca vbi Nilus se præcipitat ingentibus fontis* de Som. Scip. 129 a, Sicut vbi Nilus ad illa quæ catadupa nominātur, præcipitat ex altissimis montibus, ea gens quæ illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus, sensu audiendi caret.

Καταγραφή. L. DESCRIPTIO.

Κατάληπτον. L. COMPREHENSIBILIS.

Κατάληψις. L. COMPREHENSIO.

CATAMITVS, ti. *Ganymedes puer meritorius.* I. A. 175 a, Vt te catamitū præter spem mulier aspiceret, &c.

CATEGOREMA, tis. Tuscul. 213 b, Res, quæ dicuntur de quodam aut quibusdam, quas κατηγορήματα dialectici appellant.

CATELLA, æ. de Diuinatio. 101 a, Erat autem mortua catella eo nomine.

CATENA, æ. *vinculum ex connexis annulis.* I. V. 257 a, Iste hominib. innocentibus inici catenas iubet. & pro Mur. 134 a. pro Sest. 6 a, clodius legum sacrarum catenis constrictus. ad Heren. 36 a, Iste sicut aliqua bestia soluta ex catenis volitat & vagatur toto foro.

CATENATVS, ta, tum *catena, vinctus.* lib. 4. Epist. Fam 8. Cælii.

CATERVA, æ. *turba.* I. P. 91 a, Lictores tegulas acceperunt, & cateruam imperatori suo nouam præbuerunt. pro Dom. 235 b, Cum forum armatis cateruis perditorum hominum possideres. de Ora. 100 a, Vagari magna caterua toto foro. & 161 a, Cateruæ atque conuentus hominum. Tusc. 164 b, cateruæ veniunt contradicentium. I. V. 258 b, Testium cateruas in iudicium tuum esse venturas. pro S. R. 41 a, & pro Mur. 140 b, Magna caterua togatorum.

Καθῆκον, L. OFFICIVM.

CATINA, *vrbs* I. A. 146 a, Epist. 218 a.

CATINENSIS, se. I. V. 132 b, Epist. 218 a.

CATO, nis. de Cla. 175 a, Vnum excipio catonem, in quo perfectissimo Stoico summam eloquentiam non desiderem. & de eo rur us, 170 a, & de Amic. 96 b, Cato quasi cognomen iam habebat in senectute sapientis. de Clar. 171 b, Cato annos quinque & LXXX natus, excessit e vita.

CATONIANVS, a, um. *vt Catoniana familia.* Q. F. 311 b.

CATORTHOMA, tis. *rectum factum* Offi. 8 b. Perfectum autem officiū, rectum opinor vocemus, quod Græci κατόρθωμα. de Fin. 99 b, Sic recta (κατόρθωσιν eum in appello, quoniam rectum factum κατόρθωμα) recta igitur effectio, &c. & 95 a, Quæ autem nos aut recta, aut recte facta dicamus, si piacet, illi autem appellant κατορθώματα, omnes numeros virtutis continent.

CATORTHOSIS, sis. *recta effectio.* de Fin 99 b, L. CATORTHOMA.

CATVLVS, li. de Nat. 33 b, Chrysippus docet omnia in perfectis & maturis esse meliora, vt in equo quàm in equulo, in cane quam in catulo, &c. de Fin. 121 a, Catuli, qui iam despecturi sunt, cæci æque, vt hi qui modo nati.

CATVS, a, um. *cautus, acutus, callidus, prudens.* de Legi. 165 a, Prudens & (vt ita dicam) catus. de Orat. 101 b, Egregiè cordatus homo catus Ælius Sextus.

CATE, *aduerbium.* in Arat.

Tum tornare catè, contortus possidet orbis.

CAVATVS, a, um. L. CAVO.

CAVDA, æ. de Finib. 94 a, Cauda pauoni a natura donata est adornatum. in Arat.

Atque auis, sed summam caudam primasq́; retodit.

Pennas. —— L. PENIS.

* Epist. 140 a, Caudam antiqui penem vocabant, ex quo est propter similitudinem penicillus.

CAVDINVM. *prælium.* de Sen. 85 b.

CAVDIVM, dii. *oppidum.* de Offic 74 a.

CAVCASVS, si. *mons.* Tuscula. 180 a, 286 b, 243 b, de Diuinat. 88. de Som. 129 b.

CAVEA, æ. *septum in quo aues & bestiæ includuntur. & locus vbi tantum sedentes ludos spectabant.* de Diuin. 123 b, Auis inclusa cauea. de Nat. 27 b, Cum caueā liberati pulli non pascerentur ad Her. 36 a, Quod si istum liberaueritis. statim sicut e cauea leo missus, aut aliqua teterrima bellua soluta ex catenis volitabit. de Diuin. 123 b, Attulit, inquit, in cauea pullo is qui ex eo nominatur pullarius. itē, Magis delectatur, qui in prima cauea spectat, quàm qui in vltima. de Amic. 100 b, Qui clamores tota cauea nuper in noua fabula M. Pacuuii? de Legi. 177 a, Ludi publici sunt cauea circoq; diuisi. de Ar. 249 b, Illi cum ludos facerent, seruos de cauea exire iubebant, tu in alteram seruos immisisti.

CAVENDVM. de Orato. 136 a, Hoc ego oratori maxime cauendum, & prouidendum puto, de Clar. 177 a, Non satis paratus ad cauendum fui.

CAVEO, es. *vito, fugio, cautionem adhibeo, declino.* de Clar. 166 a, At tibi ego Brute non soluam, nisi prius a te cauero, amplius eo nomine neminem cui petitio sit, periturum. pro Dom. 219 a, Metuere, & cauere aliquem. Epist. 8 a, Vt considerares quibus crederes, & quos caueres. & 177 b, Nec metuam quicquam, & omnia cauebo. Postquam 202 b, Nihil credam, & omnia cauebo. Attic. 216 b, Caue facias: inquit: nam ista lex perferretur. Episto. 45 a, Caue ne cui suspicionem des fictæ reconciliatæ gratiæ & 142 a, Sed caue, si me amas, existimes me, &c. & 120 b, Caue enim putes, vllas literas vnquam gratiores, q̄ tuas in senatu esse recitatas. Att. 282 a, 281 b, Caue enim existimes Brute, quamquam es, sed tamen, &c. Caue putes quicquam illi, &c. pro Qu. 44 a, Cauere per deos immortales iudices, ne, &c Atti 258 a, Caleni interuentum & Caluenæ cauebis. de Ar. 249 b, Monere aliquem vt caueat ab aliquo. in Antoniū 144 b, Qui ab homine nefario non cauerit. de Fin. 140 a, Cauere a veneno. de Or. 106 b, Nā sine cognitione iuris, quam sit bellum cauere malum, scire possumus. * de Fin. 79 b, Nemo pius est qui pietatem caueat.]

¶ *Consulo.* de Fin. 86 a. Epicurus diligenter cauet & sancit, vt hæredes sui dent, &c. de Iou. 77 b, Amentia est cum hæredi velis cauere, id ascribere quo non ascripto nihilominus hæredi caueatur. Off 46 b, In iure cauere, & consilio iuuare. Epist. 85 b, Augea etiam tu mihi timorem, qui in oratore tuo caues tibi per Brutum, & ad excusationem socium quæris. de Leg. 182 b, Altera lex priuatorū ædificiis, altera sepulchris cauet. Topi. 221 a, Tu mihi meisq; multa sæpe cauisti.

sti. At. 65 a, Pompeius clementer id fert, fortè cauet vsuræ. pro Q. R. 50 b, Quid ita Flauio sibi cauere non venit in mentem. Epi. 31 a, Melius ei cauere volo quàm ipse alius solet. item: Cauerat enim ille sibi, vt si tibi prouinciam dedisset, omnium suorum scelerum adiutorem te præberes.

Cavbor, eris. *prouideor*. de In. 79 b, Quædam tacitis exceptionibus caueantur. pro Cęc 300 b, Nulla res est, quæ aut comprehendi satis, aut caueri, aut excipi possit. Att. 169 a, Cætera quæ quidem cōsilio prouideri poterunt, cauebuntur.

Cavtvm, *prospicitur* Att. 71 b, Deinde vt Faostæ, cui cautum ille esse voluisset, ratum esset. I. A. 219 a, Caoeri vult iis qoi secum sunt, Mustellæ & Tyroni prospicit contra Rull. 62 b, Agri de quibus cautum est fœdere. de Inuen. 79, Ita diligenter perscripta lex est, ita cautum vnaqu que de re, & ita quod oportuit exceptum, vt, &c. Epist. 28 b, Vt & tibi populo cautum sit. I. V. 105 a, Prædibus & prælus populo cautum est.

☞ Syntaxis. *Cauere damna omnia. Ab aliquo cauere. Caue re, caue facias. Cauere, & sancire: absolutè. Sibi cauere, Cautum alicui velle. Cautum est de agris fœdero. Populo cautum iam est.*

Caverna, æ. *locus in terra cauus, antrum, spelunca*. de Natu. 56 b, Nos è terra cauernis ferrum elicimus. de Diu. 97 a, in Arat.

Dicitur & latè coeli lustrare cauernas.

de Na. 31 a, Magnam vim caloris, terræ cauernis contineri. Tuscul. 242 a, Vnde terra & quibus liberata ponderibus, quibus cauernis maria sustineantur.

Cavillatio, onis. *iocus, facetię, vrbanitas, dictum, ridiculum*. de Orato. 128 b, Illa superior cauillatio, hæc dicacitas vocatur. L. Dicacitas.

Cavillator, oris. Att. 7 b, Consuli ipse paruo animo & paruo, tantum cauillator genere illo moroso.

Cavillor, aris. *iocor, ludo, dicta dico*. Att. 22 a, Iam familiariter cum ipso cauillor etiam ac iocor. apud Non. 126. 133. de Natu. 76 b, Atq; in eo etiam cauillatus est, ęstate graue esse aureum amiculum, hyeme frigidum de Ora. 154 a, Aut irridentes oratorem, vt ille in Gorgia Socrates cauillatur. Q. F. 313 b, Sed præterea togam eius prętextam magno hominum in risu cauillatus sum.

☞ Syntaxis. *Cum aliquo cauillari. In aliquo, & aliquid. Iocari & cauillari.*

Cavla, æ. *stabulum*. pro Sest. 5 b, cùm catilina Italiæ caulas & pastorum stabula pręclara cepisset. *aliàs Cadillu, pro Calles.*

Cavlis, lis. *brasica*. de Nat. 50 a, Vites à caulibus brassicis si prope sati sint, vt à pestiferis & nocentibus refugere dicuntur, nec eos vlla ex parte contingere.

Cavneas. *pro Caue ne eas, fortè dixerunt veteres*. de Diui. 26 a, Quum M. crassos exercitum Brundusii imponeret, quidam in portu caticas cauno aduecta vendens cauneas calamitabat. Dicamus, si placet, monitum ab eo crassum, caueret ne iret. Ominis exemplum est.

Cavnvs, ni. *oppidum* de Diu. 126 a.

Cavnevs, ei. ibidem.

Cavnii, orum. *populi*. Att. 296 b, Epi. 224 b.

Cavo, as. *excauo* de Leg. 179 a, Lignum autem quodcunque voluerit, vno e ligno cauato, itemque lapideum.

Cavpo, onis. *copo, tabernarius*. de Diu. 92 b, cum duo quidam Arcades iter vna facerent, alter ad cauponem diuerterit, alter ad hospitem. pro cl. 52 b, A Binnius quidam copo multorum hospitum de via Latina, qui sibi ab huius seruis in sua taberna manus allatas esse dixit.

Cavpona, næ. *taberna*. I. P. 91 a, Tibi solitudo erat pro frequentia, caupona pro oppido.

Cavponor, aris. *lucri causa quiduis facio*. Offi. 9.

Non cauponantes bellum sed belligerantes. – Ex ennio.

Cavpvnvla. læ. I. A. 257 a, Is delituit in quadam cauponula.

Cavsa, sæ. *caput, origo, fons, radix. principium occasio, stirps, ratio, nomen.* Topi. 225 b, Par. 238 a, Causarum dialecticarum siue philosophicarum, plena & perfecta diuisio. de Diu. 120 b, Quicquid oritur, qualecunque est, causam habeat à natura necesse est, vt etiamsi præter consuetudinem acciderit, præter naturam: tamen non possit existere. de Fat. 147 a, causa est, quæ efficit id cuius est causa: vt vulnus mortis, crudelitas morbi, ignis ardoris, & ibi. b, Nulla igitur earum causa est, quoniam nullam rem sua vi efficit, cuius dicitur causa, nec id sine quo quidpiam non fit, causa est, sed quod cum accessit, id cuius causa est, efficit necessariò. & 148 b, causarum aliæ sunt perfectæ & principales, aliæ adiuuantes & proximæ. & 149 a, Proxima & continens causa mouet assensionem. & ibidem, Causæ antecedentes & necessariæ. de Na. 1 a, causam, id est, principium philosophiæ esse scientiam. de Diui. 121 a, Nihil fieri potest sine causa. de Vni. 195 b, Nullius rei causa remota reperiri origo potest. pro S. R. 30 b, Nemo ne minimum quidem maleficium sine causa admittit. Offic. 3 a, Principia & causæ rerum. Att. 137 b, causę euentorum magis mouent, quam ipsa euenta. Aca. 40 a, Quid est enim magnum, cum causas rerum efficientium sustuleris, de corpusculorum cōcursione fortuita loqui? nostra tu physica nosti, quæ contineantur ex effectione & ex materia ea, quam fingit & format effectio. I. A. 222 a, Is mortem attulit, qui mortis causa fuit. & 171 a, Vt Helena Troianis, sic iste reipublicę, causa belli, causa pestis & exitii fuit. & ibid. Vt igitur in seminibus causa est arborum & stirpium, sic huius luctuosissimi belli causa tu fuisti. & 170 b, Nulla causa cuiquam iusta esse potest contra patriam arma capiendi. * Tuscula. 164 b, Nunquid igitur est causæ, quin dimittamus. de Finibus 101 a, Eorum in aliis satis esse causæ, quamobrem & cæt. & ibidem. Itaque

Certe, *scilicet, profectò certò sine dubio sine vlla controuersia.* Att. 48 a, causam nostram Pompeius certe suscepturus est, Atti. 298 b, Drusus. n. certe vendere vult. Q. F. 300 b, certe enim scio te fecisse cum causa. de cla. 175 b, & Att. 252 a, certe enim boni aliquid attulimus, & nocuimus fortasse. pro Mar. 131 b. Et certe in armis locorum opportunitas multum valet Att. 128 b, Nam certe neque tum peccaui, cum, &c. de Diui. 112 a, Si deus scit, certe illud eueniet: sin certè eueniet, nulla fortuna est pro Sest. 20 a, Num illo die fuerit? certe non fuit. Atti. 7 a, Quod te modeste ferre certe scio. Atti. 55 b, Certe scio te auere, &c. I. V. 76 b. Iste certe statuerat non adesse. pro Fon. 277 b, Quòd certe scire potes, &c. Attic. 255 a, Quod quidem certe enitar. • & 195 a, & 188 a, * Certe quidem negas te nosse. de Diuinat. 113 a, certe igitur ignorare melius est. de Nat. 2 a, Alterum profecto potest, &c. alterum certe non potest, &c Tuscu. 234 a, Vbi est animus? certe quidem in te est. Academ. 26 b, Hęc sint falsa sane, inuidiosa certè non sunt. Ora. 210 a, Ad dignitatem docere non habet, certe si

quasi

quasi in ludo: sed si, &c. I.A. 192 a, Hoc insperatum omnibus, consilium, incognitum certè cepit.

¶ *Saltem, cum Ac.* Tus. 174 a, Homine mortem optare incipiant, vel certè timere desistant. Atti. 142 a, Tibi consilium dabimus: quod si non fuerit prudens, at certè ab optima fide proficisceretur. Atti. 105 a, Atqui certè ille agere debuit. & 256 a, Et si quamuis non fueris impulsor & suasor, approbator certè fuisti. de Orat. 61 b, Nobis si ingenium, vt tu putas, non maximè defuit, doctrina certè & ocium, & hercule studium illud dicendi acerrimum defuit.

¶ *Rectè.* de Fin. 83 b, Epicurus naturales diuitias dixit parabiles esse, quòd paruo esset natura contenta, certè, nisi voluptatem tanti æstimaretis, *id est, rectè diceret Epicurus, nisi, &c.*

☞ Syntaxis. *Certè quidem. Si non prudens, at certè amicus.*

Certo. *certè.* Episto. 57 b, cetera, quę tibi à multis prompta esse certò scio, à me sunt paratissima. Atti. 39 a, Nam id te cupere certò scio. Epist. 81 a, Aliquid iam actum putabam: non quod ego certò sciam, sed quòd haud difficilis erat coniectura & 78 b, Ab altera te ipsum nunquam timuisse certò scio. & 131 a, De quo etiam nihil scribere oie, te non dubitare certò scio. Atti. 37 b, Sed certò videntur hæc aliquò eruptura. Tus. 144 a, Nihil ita expectare quasi certò futurum.

☞ Syntaxis. *Certò scio. Certè id videtur. Certò id futurum est.*

Certo, as. *decreto, contendo, belligero, certamen mihi est cum aliquo.* de Or. 115 b, Annibal, qui tot annos cum Pop. Ro. de Imperio certauit. de Cla. 180 a, cum aliquo dicacitate certare. Acad. 17 a, certare cum aliquo pugnaciter de aliqua re. I.C. 108 a, certare cum vsuris fructibus prędiorum. I.A. 227 b, Qui duorum fratrum ętatibus medius interiectus vitiis cum vtroque certabat.

☞ Syntaxis. *Certare cum aliquo dicacitate, & de aliqua re. Pugnaciter certare.*

Certus, a, um. Certior, Certissimus *non dubius, non incertus, compertus, apertus, manifestus, notus, exploratus, minimè dubius, ratus, nihil habens dubitationis, in quo nulla dubitatio esse potest, quod manu tenetur, vel in manibus habetur, in præsentia atque ante oculos.* de Nat. 61 a, Græci, quę affirmant, certiora esse dicunt, quàm quę apud Sagram. Atti. 95 a, De Cęlio adhuc nihil certi habebamus. & 81 a, Sed posthac quę certa non erunt, pro certo negato. & 44 a, Ad me, obsecro te, vt omnia certa perscribas. de Natu. 3 a, Quid quaque de re certi habeas, scire cupio. de Fat. 142 b, Quoniam in Fabio certum ponitur, ortum esse eum canicula oriente. Atti. 160 a, Omnia igitur velim explices, & ad me certa mittas. & ibidem. Tu mihi de his rebus quæ nouantur omnia certa, clara. Atti. 248 a, Ita eum placaui, & quidem 400. millia, certa, reliqua in spe. Epis. 70 b, Non habeo certum, quę te res hinc retrahat. Atti. 7 b, Neque idipsum tamen certum habeo. Epist. 257 b, Is tamen adhuc viuit, & dicitur victurus: sed tamen de hoc mihi parum est. & 57 a, Mihi nō tam de iure certum est (quanquam me id quidem valde dubium est) quum illud, &cęte. & 168 b, Quem enim impedimento futurum putas, cùm de nobis certum sit non quieturos. & 175 a, Hyemem credo adhuc prohibuisse, quo minus te certum haberemus. pro Syll. 174 a, Respondit se nescire certum. Episto. 141 a, Cras ad te fortasse: sed cum certum sciam, faciam te paulo ante certiorem. Att. 159 a, Pompeium pro certo habemus per Illyricum proficisci in Galliam. & 193 b, De Orobio opinor, sed certum nescio. & 152 a, De aduentu Cæsaris pro certo habebamus. & 276 b, Non nunciabatur quicquam quod pro certo haberemus. de Natura Deorum 35 b, Neque enim mundum pro certo rotundum esse dicitis. Atti. 152 a, Nunciatum est nobis Cæsarem ad VIII. Calendarum Capuę, hoc pro certo putauimus. Episto. 124 b, Præterea nunciatum nobis, & pro certo iam habetur, regem Alexandrinum mortuum. de Clar. 195, Dicere aliquid pro certo. pro Qu. 2 b, Is non ita institutus est, vt iura societatis, & officia certi patrisfamilias nosse possit. in Anton. 256 b, certi fines Macedoniæ, certissima conditio, certissimo modo erat etiam illius exercitus: cum Vatinii verò legionibus quid erat Antonio? Epistol. 185 a, Vt Antonio ex Senatus sententia certas res nunciarent. pro Pompe. 5 a, Aguntur certissima Populi Roma. vectigalia. pro Quint. 6 a, certos mihi fines terminosque constituam, extra quos, &cęt. de Natura Deorum 45 b, Qui tam certos cœli motus, tam ratos astrorum ordines viderit. Episto. 36 b, Prima duo capit. epistolę tuæ nihil habent, quod aut definitum sit aut certum, nisi me, &c. de Natu. 64 a, Stellę cursus certos & constantes habent. de Natu. 9 b, Cleanthes tetera certissimum diem iudicat. I.V. 59 b, Qualis erat ista tua accusatio? quę domestici periculi, metu certissimi & maxime criminis non modo suspicionem, verum etiam mentionem ipsam pertimescat, pro Sestio 14 a, Hoc summi in patriam amoris mei signum esse debet certissimum. * Epi. li. 14. Epi. 12. quum venerint, fortasse erimus certiores quid nobis faciendum sit. I.V. 75 b, Mihi certum est non committere, vt, &c.]

¶ *Ratum, & constitutum.* pro S.R. 23 b, certum est deliberatumq; quę ad causam pertinere arbitror, omnia dicere, de Orat. 121 a, Mihi certum est à iudiciis causisque discedere. contra Rull. 87 a, Pro certo polliceor hoc vobis atque confirmo, & me, &c. Atti. 103 b, Mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusquam. pro S.Ros. 32 a, Quod certum est non facere. Atti. 205 b, Sibi certum est Romę manere. & 5 a, Mihi abiurare certius est, quàm dependere. & 247 a, certum mihi est ad Brutum transire. & 5 a, certius tibi est me esse hic, quàm mihi te istic.

¶ *Fidus, securus, fidelis.* Att. 77 a, Habebam paucis diebus certos homines, quibus dare poteram. Epi. 6 a, Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus rectè dem, non prętermittam. I.P. 89 a, Deorum hæ sunt in impios pœnæ certissimę constitutę. Quin. Fratrem, 307 b, Tu velim quam primum bona & certa tempestate conscendas.

¶ *Apertus, publicus, notus, infamis.* Q. Fr. 300 a, certissimus matricida. Atti. 248 a, Quem tu illo certiorem nebulonem? pro S.R. 32 a, Iam intelligas certum crimen quibus suspicionibus coarguatur.

¶ *Peculiaris quidam, definitus, selectus, proprius.* de Sen. 127 b, His certus est in cœlo ac definitus locus. Ora. 216 b, certa quædam, & definita lex. pro Mur. 133 b, certorum hominum ferociam extimescens. de Cla. 170 a, Habet enim certos sui studiosos, qui, &c. Atti. 117 b, Ei statim rescripsi, hominemq; certum misi de comitibus meis. pro Do. 218 b, Hanc nostram coniunctionem certi homines fictis sermonibus diremerunt. de Ora. 100 a, certis quibusdam verbis diuortium fieri. & 107 b, Astrictus certa quadam moderatione pedum. & 108 a, Quod quidem certis de causis aliter existimatur. de Inu. 55 a, certum quiddam & breui exempli causa ponam. de Ora. 112 b, Infinitum genus quæstionum.)(*Certum, in quo quid in personis, & in constituta re, & definita quæritur* & 119 b, Hæc artem requirunt, vt certis dicendi luminibus ornentur. pro Q. 5 a, Tribuni, à quibus cum esset certum auxilium petitum, tamen &cęt. de Som. 130 a, Elluuiones terrarum, quas accidere tempore certo necesse est. de Leg. 183 b, & huic operationi certum magistratum præfecerat. de Diuinat. 126 a, Cum videretur certo in loco silicem cędere. & 99 a, Elis Peloponneso familias duas certas habet aruspicinæ nobilitate præstantes. de Inuent. 55 a, Sed vtraque suo loco posita viam suam tanquam propriam & certam obtinet. pro Quin. 14 a, Diffido satis animo certo & confirmato me posse in hac causa consistere. pro Cor. 60 b, Vidi ego quosdam Athenis numero Iudicum, atque Areopagitarum certa tribu, certo numero. de Or. 146 b, Sunt certa vitia, quæ nemo est quin libenter fugiat. Off. 24 a, Implicari aliquo certo genere cursuque viuendi. de Inu. 79 a, cur in certa verba iurēt, cur certo tempore conueniant, certo discedant. de Di. 104 b, certis rebus certa signa percurrere. I.V. 134 a, Cephaledi mensis est certus, quo mense, &c. pro Q. 6 a, Totam causæ meę dictionem in certas partes diuidam.

Commonefactus, gradu, comparationis. Att. 136 a, Feceris igitur commode, mihique gratum, si me de his rebus, & si quid erit aliud, quod scire opus sit, feceris certiorem. & 135 b, Pompeius certiorem me sui consilii fecit. & 127 b, Vtinam tui consilij certior factus essem. Brut. 92 b, Me velim de tuis rebus consiliisque facias diligentissimè certiorem. Atti. 10 a, Tu quid agas, vbi sis, cuiusmodi istæ res sint, fac me quam diligentissime certiorem. Atti. 10 a, Tu velim me certiorem facias, quid de meis mandatis egerim, atque etiam quid de negocio tuo.

☞ Syntaxis. *Nihil certi habeo, si quid, aliquid. Id certum non ponitur in te. Certa mittere, scribere. Habere certum. Certum esse alicui de aliqua re, De iure certum non est. Nondum te certum habemus: id est, de te nuncios certos. Nescire certum. Pro certo habere &c: putare, haberi, polliceri. Certum est abire: i. decerno. Certis hominibus dare literas. Certus nebulo. Sunt certa vitia, quę, &c. In certas diuidere partes. Certus & confirmatus animus: id est, fortis. Certiorem facere, &c.*

Ceruix, cis. *posterior, colli, pars, audacia.* de Diuin. 136 a, Testudo capite breui, ceruice anguina. I.V. 258 a, Prætorem tu accusas, frange ceruicem. Or. 201 a, Nulla mollitia ceruicum, nullę argutię digitorum. I.A. 231 b, Post autem ceruicibus caput abscidit. I.V. 257 b, Cum istius auaritiæ pœnam collo & ceruicibus suis sustinerent. de Nat. 12 b, Itaq; imposuistis in ceruicibus nostris, sempiternum dominū. pro Mu. 143 a, Qui ab illo in speculis atq; insidiis relicti, in capite, atque in ceruicibus nostris restiterunt. de N. 58 a, Boum terga non sunt ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum. Att. 282 a, Puer qui à ceruicibus nostris auertisset Antonium. pro Mil. 116 a, Ego Clodii furores à ceruicibus vestri repuli. I.C. 114, Non facile tā tam molem mali à ceruicibus nostris depulissem. pro S.R. 23 b, Dare ceruices, alicui. I.A. 202 a, Dandæ ceruices erant crudelitati nefarię. Antiq. 196 a, Ore oppresso ceruices esse prębendas. Tus. 140 a, Gladium demitti iussit, vt impenderet illius beati ceruicibus. 197 b, Legiones ad vrbem adducere, & eas in ceruicibus nostris collocare cogitat. ad Her. 21 a, Sin erit in demonstratione sermo, paululum corpus à ceruicibus demittemus. pro Dom. 242 a, Rempu. in hac causa vestris ceruicibus sustinetis. pro Sest. 26 b, Qui tanta munia suis ceruicibus sustinent. & 22 a, Vt aliquo pręsidio caput, & ceruices, & iugulum ac latera tutetur. I.A. 178 a, Bene agis, tamen si qui erunt tantis ceruicibus recuperatores, qui audeant in prouincia, cùm prętor adsit, contra voluntatem eius iudicare, *id est, tanto animo.*

☞ Syntaxis. *Ceruices frangere, præbere, dare. A ceruicibus pellere, repellere, depellere. Caput abscindere ceruicibus. Collo & ceruicibus sustinere. In ceruicibus collocare legiones. Qui tantis est ceruicibus, id est, tanto animo.*

Ceruicula, æ. I. 158, a, ceruiculam iactare.

Cerula, æ. *cera.* I. Miniatulus.

Cerussatus, ta. *cerussa illitus & dealbatus, seu fucatus* I.P. 84 b.

Ceruus, vi. Tus. 205 a, b, Natura ceruis & cornicibus vitam diuturnam dedit.

Cesena, æ. *vrbs* Epi. 267 a.

Cespes, tis. pro Cęcin. 266 b, Non esse arma cespites neque glebas.

Cessatio, onis. *intermissio.* Epi. 26 b, Sic tu etiam, si quid scribas, non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quæsisse videaris. de Na. 21 b, Epicurus nihil cessatione melius existimat. de Leg. 157 b, Legationem aliqua oratio ista postulat, aut eiusmodi quāpiam cessationem liberam atque ociosam.

CESSATOR, ris *piger lentus, segnis.* Qu.frat. 326 a, De libris Tyranni est cessator Chrysippo dicam, sed res operosa est Q.fra. 326 b, Cum Electram & Troadam scripseris, cessator esse noli. Epist. 137 b, Hæc tibi antea non rescripsi, non quòd cessator esse solerem, præsertim in literis, sed, &c.

CESSIO, onis. *à cedo, cessi.* Top. 223 a, Abalienatio est quis rei, quæ mancipi est, aut in iure cessio, aut, &c.

CESSO, as. *nihil ago, vaco, ferior, cessator sum, conquiesco, langueo* de Natu. 6 a, Illo tam immenso spacio quæro Balbe cur pronoe vestra cessauerit. de Nat. 79 a, Cur tam multos deos cessare & nihil agere patitur? de Nat. 79 a, & 21 b, At pueri etiam cùm cessant, exercitatione aliqua delectantur. Att. 26 a, Denique aliquid aliud extabit, ne tibi plane cessasse videamur. Epi. 265 b, Ego hic cesso, quia ipse nihil scribo, lego autem libentissime. Q.fr. 320 b, Cicero noster, dum ego adsum, non cessauit apud Rhetorem Aca. 39 a, Nec tamen istum cessare, sed celare quæ scribat existimo.

¶ *Moror* de Pro. 72 a, Alterum, si tabellarii non cessarint, necesse est paucis diebus pœniteat audere.

¶ *Desino, finem facio, desisto.* Q.fr. 325 b, Illos libros scribere non cessaui, neque cesso. de Sen. 79 b, Gorgias centum & septem compleuit annos, nec vnquam in suo studio & opere cessauit. Atti. 177 a, Ille nō cessat de nobis detrahere. Q.fra. 306 a, Sin, &c. ne cessaris me certiorem facere, vt accurram, & 307 a, De ædificatione tua Cyrum vrgere non cesso.

☞ Syntaxis. *Cessare & nihil agere. Cesso dicere, vrgere. Cessat tabellarius id est, tardus est, moratur: Cessare in studio, & opere.*

CETARIVS, rii *qui magnorum piscium mercaturam exercet.* Off. 30 b, cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores, &c.

CETVS, ti. *pistrix, ingens piscis belua marina.* de Nat. 48 b.

— — Centaurus. Cedit, equi partem properans subiungere cetis. aliâs, & recitius, chelys.

CEOS *vel* CEVS, ei *insula.* Ar. 74 a.

CEVS, ea, eum. de Diu. 107 b.

CHALCEDONIVS, ia. *ab vrbe Chalcedone.* Aca. 42. de Or. 154.

CHALCIDICVS, a. *idem.* de Nat. 64.

CHALDÆI, orum *Babylonii.* pro Mur. 189 b, A quibus dies tanquam à Chaldæis petebantur. de Diui. 80 a, Assyriis qua in natione Chaldæi non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati siderum scientiam putantur effecisse. & 99 a, Chaldæi in Syria cognitione astrorum solertiaque ingeniorum antecellunt. & 193 b, Chaldæis in prædictione & in notatione cuiusque vitæ ex natali die credendum non esse. Tuscu. 169 a, Chaldæorum promissa.

CHALDAICVS, a um. de Diu. 126 b, Scilax totum hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiauit.

CHAONIA, *regio.* Atti. 92.

CHARACTER, eris. Ora. 209 a, Sed iam ipsa forma restat, & character ille qui dicitur. item: In omni re difficillimum est formam, quod *χαρακτὴρ* Græce dicitur, exponere optimi, quòd aliud aliis videtur optimum. Quin. frat. 317 b, Dic mihi num aut res, aut *χαρακτὴρ* non delectat?

CHARITAS, tis. *amor, studiosa propensio* de Ami. 111 a, Ipse quisque diligit, non vt aliquam à seipso mercedē exigat charitatis suæ, sed quod per se quisque sibi charus est. de Natu. 25 b, Hominum charitas & amicitia gratuita esse debet. Amic 102 a, Sensum diligendi & beneuolentiæ charitatem à natura gigni. de Finibus 59 b, Liberalitas, qua qui vtuntur, beneuolentiam sibi conciliant, & quod aptissimum est ad quietē viuendum, charitatem. de Ami. 101 b, Ea charitas, quæ est inter natos & parentes, quæ dirimi nisi detestabili scelere non potest. de Ami. 109 b, Cùm cogniti sunt, & regum filii inuenti, retinēt tamen charitatem, *id est, animi propensionem ingenitam*, in pastores, quos patres suos diu esse crediderunt Att. 280 b, Vt charitas liberorum amiciores parentes reip. redderet. de Ora. 127 b, Hæc res amorem magis conciliat, illa virtutis defensio charitatem. & 150 b, Parcendum est autem maxime charitati hominum, ne temere in eos dicas, qui diliguntur. pro Ses. 15 a, Patriam, quæ mihi erat charissima, propter ipsius patriæ charitatem reliqui. Offi. 12 a, Omnes omnium charitates patria vna complexa est. pro Sest. 4 a, Sed beneuolentiam, & charitatem illius necessitudinis mors filiæ non ademit. I.A. 243 b, Nec id fit fastidio meo, sed charitate reipub. Epis. 194 a, Filius tuus, cui nos & charitate & amore tuum officium præstaturos non debes dubitare de Fin. 59 a, Quid ex eo consecutus est? laudem & charitatem. in Ant. 158 b, Credo vos homines nobiles, &c. charitatem ciuium & gloriam concupisse.

☞ Syntaxis. *Charitas & amicitia. Beneuolentia & charitas. Beneuolentia charitas. Charitatem retinere in aliquem. Charitas & amor.*

CHARON, ontis. *inferorum nauta* de Na. 68 a.

CHARTA, æ. *Chartula membranula, macrocolum, ἀπόδειξις.* Q.fr. 316 a, Calamo & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur. pro Cæl. 46 a, Chartæ quoque, quæ illam pristinam seueritatem continebant, obsoleuerunt. At. 35 a, Iam enim charta ipsa ne nos prodat, pertimesco. & 70 b, Chartam tibi deesse mea cautio est. Epist. 104 a, An hoc significas, nihil fieri? frigere te? ne chartam quidem suppeditari? pro R.P. 129 a, Merces fallaces chartis, linteis, ac vitro delatæ. de Diui. 84 b.

Vocas testificas chartis promebat Hetruscis.

CHARTVLA, æ. Epi. 104 a.

CHARVS, CHARIOR, CHARISSIMVS. *acceptus, iucundus, antiquus qui suauitatem fily apud aliquem obtinet.* de Na. 25 a, Charum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitiæ nomen est ductum. I.C. 220 b, Comes alicui charus atque iucundus. pro Clu. 90 a, Hic multis charus atque iucundus est de Cla. 165 b, Vir mihi charus atq; iucūdus. pro Arc. 190 a, Ennius charus fuit Africano. de Or. 137 a, Si in homines charos iudicibusq; iucundo inuehare. de Ora. 210 a, Cū viderē apud me homines mihi charissimos & amicissimos. Epi. 8 b, Quem in primis amamus, charumq; habemus p. Cor. 67 a, Aliquē diligere, charumq; habere. Postq. 204 a, Parentes charissimos habere debemus. 142 a, Paucos æque ac te charos habeo & 165 a, Omnes suos charos habet, me quidē se ipso chariorem. & 35 a, Pompeius nos amat, charosq; habet. I.C. 118 b, Frater charissimus & amantissimus. I.A. 158 a, Dolabella, qui est mihi charissimus. de Or. 86 b, ceteriq; quorū gloria nobis dignitasq; chara est. Offi. 12 a, Omnium societatum nulla est charior, q̄ ea quæ cum rep. est chari sunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares: sed oēs omnium charitates patria vna complexa est. Offi 38 b, Atq; in has clades incidimus, dum metui q̄ chari esse & diligi maluimus. de Fin. 131 a, Sibi quenq; charum esse & ibi. Qui sibi chari sunt, seseq; diligunt. & 70 a, Diligi & charum esse iucundum est * Epis. 40 a, charus homo apud ciuitates.

☞ Syntaxis. *Charus, & iucundus, charus, & amicus. Amare, charumque habere charissimus, & amantissimus. Charus est dialecticus. Sibi charus est. seseq; diligit, Charum esse, diligiq;.*

CHARYBDIS, dis. *locus in freto Siculo periculosus, quòd ibi mare sit verticosum & procellosum.* de Aru. 258 a, Quam deniq; tam immanem Charybdum poetæ fingendo exprimere potuerunt, quæ tantos haurire gurgites posset? quantas, &c. I.A. 173 a, Quæ charybdis tam vorax tot res tam citò absorbere potuisset? I.V. 265 b, Non charybdim tam infestam, neque Scyllam nautis fuisse arbitror. de Orat. 157 b, charybdim bonorum, voraginem potius dixerim.

☞ Syntaxis *Charybdis immanis, vorax, infesta. Bonorum, id est, opum, Charybdis.*

CHELÆ, les. *Scorpy brachia, in cœlo signum.* in Ara.

Exin proiecta claro cum lumine Chelæ. & ibid.

Et pauca Chelas stella

CHELIDON, nis. *Verris clientula & amica.* I.V. act. 2.

CHERRONESVS, si *Locus Thraciæ & vrbs* Atti. 273 b, Quòd scribis postea statuisse te ducere exercitum in Cherronesum, &c. facis ex tua dignitate. contra Rul. 76 a.

CHERRONENSIS, se. I.P. 98.

CHIMÆRA, æ. *monstrum confictum.* de Nat. D. 22 b, Res quæ nunquam esse potuerunt, vt Scylla & chimera. Att. 32 a, Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.

CHIROGRAPHVM, phi. *scriptum manu propria, qua dicuntur.* Epist. 183 b, cuius æra refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus. I.A. 162 a, Quo me teste conuinces? an chirographo? at literæ sunt librarij manu. Att. 35 b, Non vtar meo chirographo neque signo, si modò erunt eiusmodi literæ, quas in alienum incidere nolim. de Natu. 74 b, Id quoque L. Labienus fecit, qui chirographum primorum imitatus est. Epis. 103 b, Græculam tibi misi cautionem chirographi mei. I.A. 156 a, An in commentariolis, & chirographis, & libellis acta Cæsaris firma erunt? Epis. 155 b, credidi chirographis eius & affirmationi præsentis Laterensis. & 25 a, Extrema pagella pupugit me tuo chirographo. & 156 a, Laterensis suo chirographo misit mihi literas, in quibus, et cætera. exemplar eius chirographi Titio dedi: ipsa chirographa omnia, & quibus credidi, & ea quibus fidem non habendam putaui, Leucippio dabo perferenda. de Clari 190 b, chirographa, testificationes, indicia, quæstiones, manifestam rem deferre.

☞ Syntaxis. *Tuo chirographo literas accepi. Vti suo chirographo. Chirographi cautio.*

CHIRVRGIA, æ. *Medicinæ pars quæ manu medetur.* Att. 56 a, Dicta curari incipio: chirurgiæ tædet.

CHIVS, ii. *insula.* I.V. 86. 261.

CHIVS, a. um de Sen. 77 b, Arist. Chius.

CHLAMYDATVS, a. um. *vt crepidatus.* pro R.P. 126 b, L. Sylla imperator chlamydatus.

CHLAMYS, dis. *vestes militaris & regia. paludamentum.* pro R.P. 126 b, Scipionis non solum cum chlamyde, sed etiam cum crepidis in capitolio statuam videtis. ad Her. 38 b, citharœdus palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus variis intexta.

CHORDA, æ. *neruus* de Ora. 163 a, Voces vt chordæ sunt intentæ, quæ ad quenque tactum respondeant. de Natu. 56 a, Itaque plectri similem linguam nostri dixere, chordarum dentes.

CHORAGIVM, gii. *scenicus apparatus ornat, & pompa. Ponitur pro Thrasonica quadam ostentatione.* ad Her. 38 b, Aut aliquod fragile falsæ choragium gloriæ comparetur.

CHOREVS, rei. *trocheus, alias Choreus per est.* Ora. 117 b, Dichoreus est, cū duo extremi chorei sunt, i. e singulis longis & breuibus.

CHORVS, ri. *corona, multitudo, sodalitium numerus.* pro Mur. 136 a, Catilina stipatus choro iuuentutis. Att. 225 a, Baiana negocia chorumque aliū de quo scire vis, cū prospexero, tū scribā. Of. 75 b, Pōt esse vtile, quod sic huic talium virtutū choro contrarium. de Fin 54 a, Epicurū pene e philosophorum choro sustulisti. *i. è numero.* I.A. 197 a, Saltatores, citharistas, totum deniq; comessationis Antonianæ chorum.

☞ Syntaxis. *Chorus iuuenum, philosophorum, virtutum, & comessationis. id est compotatorum.*

CHRYSES, æ. *amnis Siciliæ.* I.V. 222 b.

CHRYSIPPVS, pi. *philosophus Stoicus.* Aca. 39 a, Chrysippus qui fulcire putatur porticum Stoicorum.

CHRYSIPPEVS, a, Acad. 24 a.

CIBARIA,

Cibaria, *orum. omnia quibus animantes vescuntur & aluntur.* pro S. R. 27 b, Anseribus cibaria publice locantur, & canes aluntur in capitolio. & ibid. b, cibaria vobis præberi videmus. I V. 112, Quæstores liberaliter ex istius cibariis tractari. & ibid. b, Menstrua cibaria. & 197 a, At vberiora cibaria facta sunt caritate, credo, &c. Attic. 93 b, Vnde, inquit, me iubes petere cibaria? & ibi. Dare cibaria alicui. Episto. 76 b, Et existimare debes eo minus ad te, vel de tuis cibariis, vel de mea libertate peruenisse. Tuscula. 182 b, Ferre plus dimidiati mensis cibaria.

☞ Syntaxis. *Cibaria locare: id est, apponere, præbere, dare, ferre. Ex cibariis tractare aliquem. Cibaria menstrua, vberiora facta.*

Cibarius, *a, um.* Tusc. 247 a. Ptolemæo peragranti Aegyptum comitibus non consecutis, cibarius in casa panis datus est.

Cibus, *bi. esca, pastus, epula.* de Natu. 50 a, Animalia cibum partim oris hiatu & dentibus ipsis capessunt, partim vnguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum, &c. de Nat. 30 b, cleanthes negat vllum esse cibum tam grauem, quin is die nocte concoquatur. de Fin. 78 a, Epicurus vtebatur eo cibo, qui & suauissimus esset, & idem facillimus ad concoquendum. de Legi. 183 b, Terra cibos fert, & vt mater cibos suppeditat. de Diuin. 93 b, Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quòd habet inflationem magnam is cibus, & 120 a, In omne corpus diuiso & modificato cibo: *aliàs mitificato.* I. V. 260 a, Parentes liberis suis cibum vestitumque inferre prohibentur. de Sen. 84 a, Tantum cibi & potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur. de Diui. 93 a, Nunc onusti cibo & vino perturbata & confusa cernimus. pro Mur. 141 b, cato negat verum esse, allici beneuolentiam cibo. de Fin. 56 b, cum cibo & potione fames sitisque depulsa est. Epist. 257 a, Si posteaquam cibum cepisti, videris tibi me posse consequi, tuum consilium. * Epist. 143 a, Non multi cibi hospitem accipies, multi ioci. de Finib. 137 b, Animi cultus ille erat ei, quasi quidam humanitatis cibus.]

☞ Syntaxis. *Cibum capessere dente, ferre à terra, adhibere. Cibus grauis, inflationem habens. Cibo onustus. Ad concoquendum facilis cibus.*

Cicatrix, *cis. signum quod sanato vulnere, vel vlcere, haret in corpore.* I. A. 215 b, Luculentam tamen ipse plagam accepit, vt declarat cicatrix. de Inuen. 52 a, Quoniam cicatrix est, fuit vulnus. Tuscu. 202 a, Nec ille liber vulneribus medetur, sed cicatricibus. cont. Rull. 88 a, Ne refricare obductam iam reipub. cicatricem viderer. I. V. 236 a, Vt ostenderet cicatrices aduerso corpore exceptas. de Orato. 139 b, Ex iudicibus cicatrices aduersas senis imperatoris ostendere. * ad Heren. 39 b, Hunc dico, cui sane magna est in mento cicatrix.]

☞ Syntaxis. *Cicatricem iam obductam refricare. Excepta aduerso corpore cicatrices: id est, vulnerum exceptorum vel plagarum.*

Cicero, *onis.* cicero, copiæ inuentor ac princeps à cæsare dictus, Brut. cicero ad Pompeium accessit, pacis spe adductus, 4. Familia. Exul Thessalonicæ agebat, 1. ad Quin. Frat. à Dolabella alienatus, 16 ad Attic. Sacerdotium non appetiuit, cum posset consequi, 15. Famil. Diodorum à puero audiuit, Academ. q. edit. 1. lib. 2. Breuitatis magistro vti cogitat Bruto, 11. Fam. Poema ad cæsarem composuit, 3. ad Quint. Fra. In Oratorem suum contulit, quicquid habuit iudicii in dicendo, 6. Famil. Omnem suam curam atque operam ad philosophiam contulit, 4 Famil. cum Hortensio coniunctissimus. Brut. H-S. ducenties ex amicorum testamentis consequutus, 2. Phil. Iudicis Senatus, Italiæ gentium denique omnium conseruatæ patriæ cõsecutus est, 2. de Leg. Vrbis conseruator & parens, 9. ad Atti. consul Rempub optimam Attici opinione constituerat, quę esset in potestate optimatum, 3. de Legib. Ab Hortensio in augurum collegium cooptatus & inauguratus Brut. cur ad ciuile bellum profectus, sexto Familiar. cur armis clodio non restiterit, post Redit. in Sen. cicero magnam pecuniam Pompeio mutuam dedit, 11, ad Attic. Gabinium receptum in gratiam, in iudicio capitis defendit, pro Rabir. Post. Etiam non optime de se meritos defendebat rogatu aliorum, 7 Familia. Suam περὶ τῶν συντάξεων. Bruto respondit, 13. ad Atticum. custodem vrbis, omnibus suis rebus ereptis ac perditis, violari ab impiis passus non est, eamque ex sua domo in ipsius patris domum detulit, secundo de Legib. Pro Titinia cottæ dixit, Brut. Ab Aristotele dissensit, Orator. cicero sibi egregium, & ad immortalitatem memoriæ gloriosum duxit, neminem in eum mercede vlla tribunum potuisse reperiri, nisi cui ne esse quidem licuisset tribuno, tertio de Legibus. A campanis inaurata statua donatus, in Pisonem. cicero apud Tribunum pleb. Sthenii Thermitani causam egit, 4. in Verrem. Domum de crasso emit. quinto Famil. Domum ædificauit, quartum ad Atticum. Foeneratores ex obsidione exemit, quinto Familiar. Non ex rhetorum officinis, sed ex mediis Academiæ spaciis orator extitit. Orator. Quanto cum plausu exceptus à populo, ad Brut. cicero Aedilis trinos ludos fecit, pro Mure. Primus homo nouus consul factus est, cont. Rull. 66 b, Prætor primus magna populi voluntate factus, Brut. Multo minus in agendo, quàm in scribendo fortis, ad Brut. in Episto. Bruti. Augur fuit, secundo de Legibus. In Sicilia quæstor. fuit 1. in Verr cicero socium studiorum habebat Atticum, 7 Familia. Timidus habebatur à nonnullis, 6. Famil. Discipulos dicendi habuit Hircium & Dolabellam, 9. Famil. cæsare dominante quasi ludum habuit, 9. Familiar. Villam habuit quæ catuli fuerat, quart. ad Atticum. cicero impiger in scribendo, 2. Familiar. In calamitatem incidit, quòd iis credidisset, à quibus nefas putarat esse se decipi, 1. ad Quint. Fratr. In Respubl. noctem incidit, Brut. Institutus à Philone, Antiocho, Diodoro, Posidonio, de Natura Deorum 1. A cæsare inuitatus vt sibi esset legatus, secund. ad Atticum. Facilis à cæsare iudicatus, 14. ad Atticum cicero lapsus in verbo inhibere, 13. ad Attic. Legis ambitus lator, in Vati. & pro Mure. Legatus in Græciam proficiscitur. 14. ad Attic. Legatus Pompeio, 4. ad Atti. cicero non multò minor quàm Lęlius, Famil. cicero Prouinciam pro Republ. salute neglexit, in catil. & 11. Pphilipp. Triumphum neglexit, 15. Familiar. A. Quint. catulo patriæ parens nominatus, in Pisonem, & pro Sestio. Augur à Cn. Pompeio & Quint. Hortensio nominatus, 2. Philipp. cicero publicanorum ordinem vehementer obseruabat, 4. in Verrem. cùm primùm licitum est, consulatum petit & obtinuit in Rull. cicero ad Marc. Tullio Rege ortundus, de Clar. Orat. Tusculan. quæstio. libro primo. Equestri loco ortus, contra Rull. In Cn. Pompeii exercitu tyro bello sociali, 12. Philippic. Homo per se cognitus, in catil. Veritate, non ostentatione popularis, in Rull. Senatus comes, de Aruspic. respons. Initio dicendi grauius commoueri solitus, pro Deiotar. & pro cluentul. Nonnunquam de scripto dicere solitus, pro Planc. cicero omnium patronus, sexto Familiar. in epistol. A. cæcinnę. Asiam totam cum summis rhetoribus peragrauit, Brut. Pompeii minus liberali responso perterritus, tert. ad Atticum. Philosophus, nonus Familiar. Sacerdotio amplissimo præditus, ad Atticum. Prætor biennio antequam C o s. in Rull. Prætor quæsiuit de pecuniis repetundis, pro cluent. In exilium proficiscens, triduo summa cum gloria dicebatur esse rediturus, primum ad Quint. Fratr. In Siciliam, in Verrem inquirendi causa profectus, 3. in Verrem. Quatuordecim annis ante prospexit tempestatem, eam, qua euersa est Respubli. 10. ad Attic. De interitu cæsaris scripturus putabatur, 12. Familiar. Trebonii. cicero qualis in gerendo consulatu, in Rull. Libros de Officiis quando scripserit, 15. ad Attic. In suis Libris de Finibus. quibus personis quem sermonem tribuat, 13. ad Atticum. Quicquid dicebat, facetum Trebonio videbatur. 15. Famil. Quo anno natus, Brut Quo habitu corporis adolescens fuerit, Brut. Noster quo modestior est, eo me magis commouet, 15 ad Atticum. Quo tempore ad causas accesserit, Brut. Quo tempore floruit, Brut. cicero abiens consulatu, magna frequentia domum reductus, 1. ad Atticum. claustra nobilitatis refregit pro Mure. Post mortem Hortensii, orbæ eloquentiæ quasi tutor relictus, Brut. Ab inani laude & vulgi sermonibus remotus, 15 Familiar. Ter Prætor primus centuriis cunctis renunciatus, pro Lege Manil. Mar. callidii lenitatem orationis reprehendit, Brut. A Bruto reprehensus, quod in honoribus decernendis esset nimius, ad Brut. Qua ratione restitutus, 1. Familiar. A. Pub. Lentulo consule comitiis centuriatis in patriam reuocatus, post Red. 10 Sena. cicero ad Brutum de optimo genere dicendi scripsit, 14. ad Atticum. De consulatu suo librum scripsit, secundum ad Attic. Quæ de optima Republica sentiret, sex libris ante scripsit, quam de legibus. Leges autem, de quibus ad eum, quem probauit, ciuitatis statum accommodauit. 3. de Legibus. Græcum commmentarium de rebus suis scripsit primum ad Atticum. Marium scripsit. 12. ad Atticum. Permultas orationes scripsit, Orato. Plura scripsit, quàm quisquam ex Latinis, 1. de Legibus. Homines nihil, etiam sciens, familiaritate complecti solitus, 2. ad Quint. Fratr. Facetiis mirifice capi solitus, 9. Famil. Maiorem partem nihil curare solitus, 8. Famil. Omnia officio metiri solitus, 8. ad Attic. Etiam in stomacho ridere solitus, 2. Famil. Miseratione ad modum dolenter vti solitus, Orato. Quo sermone in quaque vti solitus. 9 Famil. A primo tempore ætatis iuri studuit, neque vnquam ita se ad dicendum dedit, vt ius ciuile contemneret, 1. de Legibus. cottam in causa Arretinorum apud Decemuiros superauit, pro cæcin cos. perduellionis iudicium sustulit. pro C. Rabir. cicero se totum Philoni tradit. Brut. Lachrymis & tristitiæ se tradebat, 5. Famil. in episto. Luceii. cicero doctus in forum venit Brut. Vindex coniurationis, 5. Famil. Periculo Respubli. viuebat, pro Sest. Vtebatur familiarissime cæsare, 6 Famil. Viuus gloriola sua perfrui vult, 5 Famil. ciceronis & clodii altercatio in Senatu, 1. ad Attic. ciceronis anagnostes puer Sositheus, 1. ad Atti. ciceronis animum ex eius libris desiderabat curius, 7. Famil. Ex ciceronis area expulsi fabri, 4. ad Attic. ciceronis astu is qua Amanenses oppressit, 5. Familiar. ciceronis augurium de belli ciuilis magnitudine, 8. ad Attic. ciceronis aures audiæ & capaces, Ora. ciceronis perpetua de pace authoritas nihil valuit, Brut. ciceronis auus singulari virtute in suo municipio, quoad vixit, restitit Mar. Graridio, cuius in matrimonio sororem auiam nostram habebat, ferenti legem tabellariam: quæ quum res esset ad se delata, Scaurus consul, Vtinam, inquit, Mar. Cicero isto animo atque virtute in summa Respubl. nobiscum versari, quam in municipali maluisse, 3. de Leg. Ciceronis bona quam fœde à clodianis direpta, pro Domo sua. Ab Antonio nondum victore cuidam Petissio Vrbinati donata, 12. Philippic. Ciceronis casu, funus Republicæ: sed iustum & indictum, de Prouinc. cons. Ciceronis causa quæ incidit in tribunitiam potestatem, nihil habuit contentionis cum tribunatu: non enim plebi incitata rebus eius inuidit, sed vincula soluta sunt, & seruitia incitata, adiuncto terrore etiam militari, tertio de Legibus. ciceronis cum Sulpitio comparatio, Brut. ciceronis consilium de Pompeii & cæsaris coniunctione, 6. Famil. Ciceronis consulatus acta, in Pison. Ciceronis consulatus ad salutem Respubli. fatalis in Cat. Ciceronis cura de Repub. 9. Famil. Ciceronis oratoriis dialogi, 4. ad Atticum. Ciceronis dicta & ioca cuius-

iusmodi. 7. Famil. Ciceronis facetè dicta ad Cęsarem enim reliquis actis perferebantur, 9. Famil. Ciceronis natalis dies ad III. Noni. Ian. 7. ad Attic. Ciceronis diligentia, pro Quin. Ciceronis diligentia in explorandis Catilinæ consiliis, in Catil. Ciceronis discessu polluta sunt religionum iura omnia, perditorum ciuium scelere, vexati lares eius familiares, in eorum sedibus exędificatum templum licentię, pulsi ut à delubris is qui ea seruarat. 2. de Legib. Ciceronis domus in Ceramico, 4. ad Attic. Ciceronis domus in Palatio, & in pulcherrimo vrbis loco, pro Do. sua. Prope porticum catuli, pro Do. sua. Pecunia publica ex authoritate Senatus ædificata, de Arusp. respu. Ciceronis epistolę quando edi coeptę, 16. ad Attic. Ciceronis militaria facinora. 2. Famil. ciceronis stomachi & oculorum fastidium, 2. Fam. ciceronis festinatio, vt ad diem Verris iudicio adesset, 4. I. V. ciceronis filius quando natus, 1. ad Att. ciceronis filius Athenis operam dabat literis sub Cratippo. 12, Famil. Trebonii. ciceronis filius cum Bruto, ad Brut. Cicero Fam. Legionem à C. Antonio ad Brutum abduxit, 10. Phil. Quin. Ciceronis filius quas literas ad Cęsarē miserit, 10. ad Att. ciceronis filii errata. 16. Fam. Ciceronis filii laus, 21. Fami. Ciceronis filii literę, 14. ad Attic. Ciceronis filii vita, à Clodianis expetita pro Dom. sua. Ciceronis filia magno ingenio, 1. ad Quint. Frat. Ciceronis preclare gesta in Prouincia, 6. ad Atti. Ciceronis cum P. Clodio inimicitiæ, 14. ad Attic. Ciceronis insomnium, quum Asiæ prouinciæ pręesset, de Diuina. lib. 1. Ciceronis magistratu abeuntis iusiurandum, 5. Famil. Ciceronis laudatio Porciæ: item M. Varronis & Lolii laudatio, 13. ad At. Ciceronis liber de luctu minuendo. 12. ad Attic Ciceronis liber de optimo genere dicendi quando scriptus, 12. Fami. Ciceronis arguti libri ad Varronem, 13. ad Attic. Ciceronis libri de Officiis, 16. ad Att. Ciceronis libri de optimo statu ciuitatis & optimo ciue, vel de Republ. 3. ad Quin. Frat. Ciceronis tres de Oratore libri, 13. ad Attic. Ciceronis libri de Republi. quando scripti, 2. ad Q. Fr. 4. ad Atti. Ciceronis tres libri de temporibus suis, versibus scripti, 1. Fam. Ciceronis politici libri omnibus vigent, 8. Fa. Cælii. Ciceronis lippitudo, 2. ad Q. Fr. Ciceronis maiores honoris popularis luce caruerunt, in Rul. Ciceronis maledicētia, ad Brut. Bruti. ciceronis necessarii Dyrrachium, ad Bru. Bruti. ciceronis opera libertas erat in ciuitate, 9. Fam ciceronis de bruto & eius eruditione opinio, Orator. Ciceronis opinio de legationibus laudandi causa missis, 3. Famil. Ciceronis oratio nitorem habet, 13. ad Attic. Ciceronis oratio pro Roscio. plena inoenili redundantia. Orato. Ciceronis orationes quo tempore scriptæ, pro Planc. Ciceronis orationes consulares, secundum ad Attic. Ciceronis pro Scauro, & pro Plancio orationes, 3. ad Quint. Fatr. Ciceronis orationum Aristarchus erat Atticus, 1. ad Attic. Ciceronis organum Senatus, 21. Famil. Ciceronis ocium nunquam ociosum pro Planc. Ciceronis pater quando decesserit, 1. ad Attic. Ciceronis pater, quum esset infirma valetudine, in villa egit ætatem in litteris, secundo de Legib. Ciceronis peccatum in ornando Octauio, ad Brut. Bruti. Ciceronis quędam φιλολογώτερα 13. ad Atticum Ciceronis prognostica, 2. ad Attic. Ciceronis profectionis, 11 ad Attic. Ciceronis Consulis prouidentia, pro Syll. Ciceronis prudentia in C. Antonio moderando, pro Sest. Ciceronis Quæstura obscura, pro Planc. Ciceronis Quæstura Siciliensis, pro Planc. 13. Famil. Ciceronis ratio in orationibus Æschinis & Demosthenis conuertendis. Orato. Ciceronis reditus ab exilio cuiusmodi, in Pison. 4. ad Attic. Ciceronis regnum, pro Syll. Ciceronis regnum forense, 9. Famil. Ciceronis religio in magistratibus ineundis, 7. Verr. Ciceronis seruos anagnostes, 5. Famil. Vatinii. Ciceronis in rhetorica socii, & condiscipuli, Brut. Ciceronis acerrimum in adolescentia studium, Bru. Ciceronis toga omnium armis felicior, 12. Famil. Cassii Ciceronis Topica vbi, & quando scripta, 7. Famil. Ciceronis verbum lusit Cæsar, 7 Famil. Ciceronis verborum fulmina, 9. Famil. In Ciceronis villa cœnauit Cæsar, 13. ad Attic. Ciceronis villæ, cumanum, Pompeianum, Sinuessanum, 12. Famil. Ciceronis voluntas & studium in Arpinates municipes suos, 13. Famil. Ciceronis vox, fato publico extincta, Brutus. Ciceronis vox in domesticis periculis potissimum occidit, 1. ad Qu. Fratr. Ciceroni, Gabinio & Pisoni consulibus, non exercitus, sed duces defuerunt, 1. Fam. Ciceroni & clarissimis viris visum, de quo fures & latrones scirent se aliquid dicerent, de hoc eodem cunctam Italiam quid sentiret, ostendere, 3. de Legib. Ciceroni absenti quantus honos a Senatu habitus, pro Sestio. Ciceroni e Cilicia decedenti de Hortensii morte allatum est, Brut. Ciceroni a regibus multæ allatæ literę. 9. Fam. Ciceroni in afflicta eius fortuna, qui beneuoli fuerunt, post Red. in Sen. Ciceroni amicissima breuitas, pro Quint. Ciceroni quæ causa in Asiam proficiscendi fuerit, Brut. Ciceroni Mar. Cato supplicationem decreuit, 15. Fami. Ciceroni obiectum fuit, eum in nonnullos animaduertisse in dicta causa, 5. Familia ciceroni viro conseruatę Reipubl. gratulatio decreta, in Catil. Ciceroni coniunctissimus Hortensius, Bru. Ciceroni meo togam puram dare vellem. 9. ad Attic. Ciceroni quæ tributa sit merces laborum & vigiliarum suarum, 3. Fam. Ciceroni perfugium erant literæ, 5. Fam. Ciceroni redeunti in patriam vt omnes gratulati sint, 4. ad Att. Ciceroni primo ex togatis post vrbem conditam supplicatio decreta, in Catil. ciceroni quantum tribuerit Hortensius, Brut. ciceroni à frequenti Senatu triumphus flagitatus. 16. Famil. Ciceronem appellauit exulem Gabinius. 3. ad Quint. Frat. Ciceronem Octauianus patrem appellat, ad Brut. in epist. Bruti. Ciceronem ambitio ad honorum studium duxit, 1. ad Atti. Ciceronem impulit Marius, vt philosophica scriberet, 11. Famil. In Ciceronem omnia omnium facete dicta conferri solita, pro Plā. In Ciceronem exulem qui officiosi fuerint. 1. ad Q. Fr. c. Marii in ciceronem officia, 11. Fam. In ciceronem perfidia Hortensii & Arrii, ad Quin. Fr. ciceronem nostrum in vestrum collegium cooptari volo, ad Brut. ciceronem qui ex Repu. expulerint, 6. Fam. ciceronem ad spē quandam immortalitatis rapit commemoratio posteritatis, 5. Fam. A. Cicerone conseruata Respu. 15. Fam. A. cicerone satis scriptum de optimo Reipub. statu, 1. de Leg. Nihil de cicerone actum legibus, 3. de Leg. De Cicerone reuocando quæ decreta, post Red. in Sen. In Cicerone vis animi magna, Orat. Cicerone nemo mitior, in Cat. pro cicerone Senatus, & hominum pręterea viginti milia vestem mutarunt. post Red. ad Qu. & pro Sest. cicerone stante Remp. cadere posse non putarunt, 6. Fam. 18.

Hactenus ab re de Cicerone, cuius dicta, non Nizolij quærimus.

Cicero, nis. 1. ad Att. cicerones gloriæ audissimi. 7. ad Atti. cicerones nostri interdum mihi amandandi videntur in Græciam, 6. ad Atti. cicerones pueri amant inter se, discunt, exercentur, 5. ad Att. cicerones pueros Deiotarus filius secum in regnum duxit.

Ciconia, æ. *auis nota.* de Fin. 103 b.

Cicur, ris. *animal mansuetum.* *Il. ferus, immanis.* de Na. 45 b, Varia genera bestiarum, vel cicurum, vel ferarum. Tusc. 235 b, Bestiarum immanes alias, quasdam cicures. de Ami. 111 a.

Ciens, tis. de Na. 43 a, Naturam esse vim sine ratione cientem motus in corporibus necessarios. & 65 a, Natura illa sunt omnia cientis, vt & agitantis motibus & mutationibus suis.

Cieo, es. *commoueo.* de Diu. 83 a.

Absurdoq; sono fontes & stagna cietis.

de Fin. 84 b cui viperino morsu venæ viscerum veneno imbutæ teteros cruciatus cient.

Cieor, eris. Tusc. 152 a, Sic ex corporis totius natura & figura varios motus cieri. de Vni. 199 a, cuius orbis semper eodē modo ciebatur. Tus. 159 b, Animatum est, quod motu cietur interiore. de Nat. 30 b, Omne quod calidum & igneum cietur & agitatur motu suo.

☞ Syntaxis. *Ciens natura, & agitans. Cieri cruciatus, fontes, stagna. Suo motu cieri & agitari.*

Cilicia, æ. *regio.* I. V. 204.

Cilicas, licum. ibidem. de Diu, 80 b.

Ciliciensis, se. Epist. 228 a,

Ciliciensis, se. Q. F. 300 b, ciliensis prætor.

Cilicium, cii. *vestes e pillis caprarum contexta.* In Verr. 95 b, cum iste coria, cilicia saccos imperaret.

Cimani, *populi.* pro Pom. I. A 223. Tusc. 185.

Cimbricus, ca. pro Arch. 189 b.

Cimmerii, orum. *populi.* Aca. 16 a, Et cimmeriis quidem, quibus aspectū solis siue Deus aliquis, siue natura ademerat, siue eius loci quem incolebant situs, ignes tamen aderant, quo tum illis vti lumine licebat: isti autem quos tu probas, tantis offusis tenebris ne scintillam quidem vllam nobis ad aspiciendum reliquerunt.

Cincinnatus, a. um. Post. 206 b, Quo vultu cincinnatus ganeo patriæ preces repudiarit. & pro Sest. 8 a, cincinnatus consul. *aliàs Curuatus.*

Cincinnatau, *pro cometis, aut crinitis.* de Nat. 28. b.

Cincinnatus, ti. de Fin. 66 b, Maiores nostri ab aratro adduxerunt cincinnatum illum vt dictator esset.

Cincinnus, ni. *capillus ad ornatum intortus.* de Orat. 152 a, Atque eo etius in oratoris aut in poetę cincinnis aut fuco offenditur, quod, & cæt. I. P. 84 b, Erant illi compti capilli & madentes cincinnorum fimbriæ.

Cinctus, a, um. pro Milone 101 b, Non enim corona consessus vester cinctus est, vt solebat. pro Flac. 151 b, Regio quæ mari cincta est. pro Pomp. 9. b, Sicilia multis vndique cincta periculis. I. V. 229 a, Gorgonis os cinctum anguibus.

Cingo, is, *coerceo, circundo, munio, tueor.* de Nat. deor. 79 a, Diligentiusq; vrbem religione, quàm ipsis mœnibus cingitis. Atti. 66 b, In campo Martio septa marmorea sumus & tecta facturi, eaque cingemus excelsa porticu.

☞ Syntaxis. *Consessus corona cinctus. Regio mari cincta, & periculis.*

Cingulum, li. *oppidum.* Atti. 111.

Cingulus, li. *zona.* de Somn. 126 b, cernis terram quasi quibusdam redimitam cingulis: e quibus duos maxime inter se diuersos vides, & cæt.

Cinis, is. pro Q. 8 a, Eum obsecrauit per fratris sui mortui cinerē. I. V. 99 a, cur huoc dolorem cineri eius atq; ossibus inussisti? I. A. 250 b, Sceleratum dedisse pœnas cineri atq; ossibus clarissimi viri. ad Her. 26 b, Nisi mitigandum patriæ viderint dicerem.

Cinna, æ. de Na. 76 a, cur tot ciuitatis principes, à cinna interempti? Att. 106 a, Nec in cęde principum clementior hic erit quam cinna.

Circa. *circum.* At. 60 b, Nostram ambulationem, & ea quę circa sunt, velim cum poteris, inuisas. Ep. 134 a, Ex litteris tuis intellexi perspectum tibi esse animum meum circa curam valetudinis tuæ. I. V. 192 a. Aiebat multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se haberet. contra Rull. 64 b, cum Rullus capuam & vrbes circa capuam occuparit.

☞ Syntaxis. *Circa locum personam. Circa negocium, vt valetudinē. Att enim Cicero (mutifica locutio.) Mihi est animus circa curam valetudinis tuæ.*

Circe, ces. *magna.* de Natn. 69 a, circe & Pasiphæ e Perside Oceani filia natæ, patre Sole. de Na 70 b, Solem colchis Aeetam tam, & circen procreasse. Off. 23 a, Vlysses in illo errore diuturno muliebris si circe & calypso mulieres appellandę sunt inseruiuit.

Cinea-

CIRCEIENSES, *populi* de Nat. 69.

CIRCENSES, *ludi*. in Verr. 207.

CIRCEVS, a, um. I.V. 63 b, Sed repentè ex homine tanquam aliquo circeo poculo factus est Verres.

CIRCEI, orum. *locus*. Att. 191 b, & 242.

CIRCITER, *ad*, *non multo secus*, *propè*, *ferè*. Epi. 33 b, Circiter idus Quintiles puto me ad Iconium fore. Att. 25 a, Nos circiter cal. in Furniano erimus. & 195 a, Pansa circiter calendas affuturus videtur.

CIRCVITIO, nis. *circumscriptio*, *anfractus*, *periphrasis*, *ornamentum orationum*. de Diuin. 116 b, Epicurus circuitione quadam Deos tollens recte, non dubitat diuinationem tollere ad Her. 34 a, circuitio est oratio rem simplicem assumptam circumscribens elocutione. de Diuin. 134 b, Iam verò quid opus est circuitione & anfractu? vt vtendum interpretibus somniorum, potius quam directo? Deus si quidem nobis consulebat, Hoc facito, hoc ne feceris, diceret. * De In. 46 b, Insinuatio est oratio quædam dissimulatione & circuitione obscure subiens auditoris animum.]

CIRCVITVS, tus. *conuersio periodus*, *comprehensio & ambitus verborum*, *continuatio*, *circumscriptio*. *circuitum*, *orbis*: *omnino synonyma*. de Natu. 35 b, circuitus solis orbium conuersionem conficiunt annuum. de Somno. 127 a, cùm hi duo numeri circuitu naturali summam tibi fataló confecerint. de Vniuer. 210 a, Nox igitur & dies vnum circuitum orbis effecit. de Orato. 160 b, Modo ne circuitus verborum sit aut breuior quàm aures expectent, aut longior quam vires atque anima patiatur. Orato. 204 a, circuitus, continuatioque verborum. Oratore 257 a circuitus orationis, quàm Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus. de Orat. 161 b, cum illi veteres circuitum & quasi orbem verborum conficere possent, terna, aut bina, aut nonnulli singula etiam verba dicebant. de Ora. 160 b, Oratio conuersiones habeat absolutas.

CIRCVLATOR, oris. *circumforaneus homo*, *vulgaris*, *vagus*, *sordidus*, *quem Hor. Cyclicum dicit*. Episto. 164 b, Circulator quidam actionum notissimus. Pollionis.

CIRCVLO, as. *caput ago & verso*. de clar. 182 b, Oscitans iudex, loquens cum altero, nonnunquam etiam circulans: *id est*, *caput modo huc modò illuc quasi in circulum agens*.

CIRCVLVS, li *orbis formæ plana in orbem acta*, *gyrus*, *rotundus ambitus*, *corona hominum*, *colloquentium*. de N. 35 a, Duæ formæ præstantes sunt ex solidis globus (sic enim σφαῖραν interpretari placet) ex planis circulus aut orbis, qui κύκλος, Græce dicitur. de Fin. 138 a, Quosdam videmus cum non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos aut semicirculos consectari.

¶ *Conuersio*. de Somn. 128 a, Stellæ circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili.

¶ *Zona*. *via* de Som. 128 a, Orbis lacteus & circulus lacteus.

¶ *Corona*. *cætus*. de Or. 98 a, Si quemcunque patrē familias arripuissetis ex aliquo circulo, eadem vobis respondisset. Q.F. 324 a, cato diruptis tabellis de circulo se subduxit. Att. 33. Sermo in circulis duntaxat, & in conuiuiis est liberior quam fuit.

CIRCVM, *circa*. in Verr. 143 a. Is prætorem circum omnia fora sectabatur. Att. 130 b, Si cæsar circum illhæc tota commorabitur. de Opt. 243 b, Templa quæ circum forum sunt. Acad. 31 a, Nicetas cēset terram circum axem se summa celeritate conuertere. Att. c. 144 a, Ii qui circum eum sunt omnia postulantes. Att. 139 b, Ea copia, quam capuæ & circum capuam comparastis & 133 b, Volo circum villulas nostras: cisare. pro Quintio 4 a, Tum Næuius pueros circum amicos dimittit.

☞ Syntaxis. *Circum loca, homines. Pueros circum amicos dimittere. Terra se conuertit circum axem.*

CIRCVNCVRSO, as. Epist. 95 b,

CIRCVMEO, is. *circuo*, *eo circum*, *circumdo*. Epi. 121 a, Furius & Lentulus vnà nobiscum circumierunt. A. 236 a, Antonii consilia narrabat, illum circumire veteranos.

☞ Syntaxis. *Circumire loca, & homines.*

CIRCVMEOR. *ipsa eor* I. A. 250 a, Qui se totius belli fluctibus circumiri quàm illum progredi maluit.

CIRCVMLIGO, as. *implico*, *complico*. de D. 122 a, De Roscio potest illud quidem esse falsum, vt circumligatus fuerit angui.

CIRCVMLITVS, ta. *tinctus & indutus*. Tusc. 171 b, cera circumlitus.

CIRCVMLVVIO, onis. de Orato. 96 a, Alluuionum & circumluuionum iura.

CIRCVMPEDES, *forum*. I.V. 95 a, circumpedes homines formosi, & literati. L. APPEDIRVS & PES,

CIRCVMPLECTOR, eris. *circumplico* I. A. 248 a, Qui domini patrimonium complexus quasi thesaurum draco, agri Lucani possessiones occupauit. de Vni. 199 a, Eoque motu vndique est circumplexus.

CIRCVMPLICATVS, a, um. de Diuinat. 90 a, Bellua vasta & immanis circumplicata serpentibus, & 97 a, Puer circumplicatus serpentis amplexu.

CIRCVMPLICO, as. *circumplector*. de Diuinat. 121 a, Si anguis vectem circumplicasset.

CIRCVMPOTATIO, nis. *cùm pocula de manu in manum traduntur*, *& in circuitum redeunt*. de Leg. 182 a, Hæc præterea sunt in legib. de victu ra: quæ seruilis vnctura tollitur, omnisque circumpotatio.

CIRCVMRETITVS, a, um. *implicatus*, *irretitus*, *inuolutus*. I. Verr. 166 b, cum te implicatum seueritate iudicum, circumretitum frequentia populi Romani esse videam.

CIRCVMRODO, dis. *arrodo*. Attic. 57 b, Dudum circumrodo, quod denotandum est.

CIRCVMVALLATVS, a, um. *obsessus circumuentus*, *munitus*. At. 148 a, Mihi epistola affertur a Lepta. circumuallatum esse Pompeium.

CIRCVMVECTIO, nis. de Vn. 200 a, Solis circumuectio, &c. & At. 32 a, Portorum circumuectionis.

CIRCVMVECTVS, ctus. de Nat. 39 a, Æther qui tenero terram circumuectu amplectitur.

CIRCVMVECTVS, a, um. *circumductus*, *circumportatus*. de D. 121 a, Si anguis domi vectem circumuectus fuisset.

CIRCVMVENIO, is. *decipio*. I. V. 303 a, Tua me Messana circumuenit. pro Qu. Ros. 49 a, Quem per arbitrum circumuenire non posses.

CIRCVMVENTOR, ris *captor*, *deceptor*. de cl. 168 b, Quia quasi committeret contra legem, quo quis iudicio circumueniretur. de clar. 188 b, circumuenior, inquit, iudices, nisi subuenitis. pro Q. 17 b, Acerbum est ab aliquo circumueniri. Off. 43 b, Subuenire alicui, qui potentis alicuius opibus circumueniri vrgerique videatur.

CIRCVMVENTVS, *deceptus*. Antequam. 194 a, Subitò ipsi simili periculo circumuenti, &c. Episto. 59 a, Nunc video illum circumuentum, me desertum. pro cluen. 19 b, Innocentem pecunia circumuentum esse. pro Cl. 13 b, Aliquem iudicio oppressum & circumuentū esse innocētē. Tus. 159 b, Aliquis iudicio iniquorum circūuentus.

☞ Syntaxis. *Vrgeri, & circumueniri. Opprimi & circumueniri.*

CIRCVNCIDO, dis. *amputo*, *reseco*, *demo*, *aufero*. de Orato. 90 b, Licet hinc quantum cuique videbitur, circuncidat atque amputet. Acad. 33 a, Testatur sæpe Chrysippus treis solas esse sententias quæ defendi possint de finibus bonorum, circuncidit & amputat multitudinem. de Finibus. 134 a, Ars agricolarum quæ circuncidat, amputet erigat, extollat, adminiculetur.

CIRCVNCIRCA. *ab omni parte*, *vndique*. Epist. 50 a, cœpi regiones circuncirca prospicere Sulpitii.

CIRCVNCISVS, a, um. de Finibus. 58 a, Amputata circuncisaque inanitate omni & errore. I.V. 225 a, Locus omni aditu circuncisus atque diremptus,

CIRCVNCLVSVS, a, um. I C. 98 b, Mea diligentia circunclosus commouere te contra remp. non potuisti. & 107 a, Si catilina meis consiliis circunclusus pertimuerit.

CIRCVNDATVS, a, um. de Somn. 119 b, Terra quasi quibusdam redimita & circundata circulis pro Flacc. 152 b, Regio, quæ insulis circundata esset. de Diui. 136 a, Inuenit auri aliquantum idque circundatum argento. I.C. 111 a, Tectis omnibus subiectos prope iā ignes circundatosque restinximus. I.P. 92 b, Obsessum te dicis, ignem allatum, sarmenta circundata.

CIRCVNDO, as. *cingo*, *sepio*, *vallo*, *stipo*, *circumsepio*, *circumfundo*, *vestio*, *circumueho circumplico*, *circumligo circumiicio* de Or. 180 b, Tu autem exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circundedisti. pro Q. 9 a, Si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipse circondedi. Tusc. 239 b, cum fossam latam cubiculari lecto circūdedisset. Epi. 245 b, Oppidum vallo & fossa circundedi. de Vniu. 168 b, Deus animum vestiuit corpore, & circundedit extrinsecus. & ibidem a, Deus totam figuram mundi omni leuitate circundedit. I.C. 119 b, cæsar illis horribiles custodias circundat. I.P. 99 b, Milites ignes circundederunt. I. P. 90 a, Omnes ad eam domum profecti sunt, cædere ianuam saxis, ligna & sarmenta circundare,

☞ Syntaxis. *Terra redimita, & circundata circulis. Ignes tectis circundati. (datiuo casu.) Vide terram circundatam ab externo, & hic externum ignem circundatum: id est, adiectum. Dicas ergo, oppidum fossa circundatum, & oppido fossa circundata.*

CIRCVNDVCO, cis. I.A. 179 b, Vt vexillum videres, & aratrum circunduceres.

CIRCVNFERO, fers. *circumgesto*. I.V. 129 b, Quæso codicem circunfer, ostende

CIRCVNFEROR, ris. pro cor. 57 a, cum ipsius tabulæ circunferrentur inspiciundi nominis causa. de Ora. 159 b, Sol circunfertur vt accedat ad brumale signum, &c.

CIRCVNFLO, as, I.V. 169 a, circunflari ab omnibus ventis.

CIRCVNFLVENS, tis. *abundans* pro Mur. 136 a, circunfluente colonorum Arretinorum exercitu. de Amic. 196 a, & Parad. 116 b, circunfluens omnibus copiis. Attic. 36 a, Ille noster amicus semper in laude versatus, circunfluens gloria.

CIRCVNFLVO, is *abundo*. I.V. 149 b, circunfluere & abundare omnibus rebus.

☞ Syntaxis. *Circunfluere gloria, Circunfluere, & abundare omnibus rebus, omnibus copiis.*

CIRCVNFORANEVS, a, um. *qui circum forum spaciatur venditans aliquid*. pro C.u. 25 b, clodius pharmacopola circunforaneus, qui properaret, cui fora multa restarent. Att. 23 a, Tusculanum & Pompeianum valde me delectant, nisi quód me ære non corinthio, sed hoc circunforaneo obruerunt.

CIRCVNFVNDO, dis. *ambio* de Natura. 29 b, Terram crassissimus circunfundit aer.

CIRCVNFVSVS, a, um. *circundatus* de Somn. 129 b, Terra circunfusa illo mari, quod Oceanum appellatur. de Vni. 198 a, Neque erant arx circunfusa extrema mundi. pro Mil. 115 a, Pompeius in illis publicorum præsidiorum copiis circunfusus sedet. Acad. 30 b, Latent omnia crassis circunfusa tenebris. & 12 b, circunfusus luce. * Tusculan. 252 b, Vndique circunfusæ molestiæ. Tuscu. 243 a, Gelidis fluminibus circunfusum fuisse.]

☞ Syntaxis. *Terram circunfundit, id est, ambit aer. Circunfusus luce tenebris.*

CIRCV-

CIRCVMIICIO, cis. de Vniue. 199 b, Sic animus à medio profectus, extremitatem . cœli à suprema regione rotundo ambitu circumiecit.

CIRCVMGESTO, as. *circumfero* Qu. fra. 300 b, Eam epistolam T. catienus circungestat.

CIRCVMSCRIBO, bis . *definio, determino, concludo, constituo* . pro Rabi. 96 b, Exiguum nobis vitæ curriculum natura circunscripsit , immensum gloriæ.

CIRCVMSCRIBENDVS, da, dum. *condemnandus* . I. A. 150 a, Parata de circunscribendo adolescente sententia consularis.

CIRCVMSCRIBENS, tis. *explicans*. ad Heren. circuitio est oratio , rem simplicem assumptam circunscribens elocutione.

CIRCVMSCRIBO, is. *describo, adumbro*. de Fin. 189 b, In hunc orbem, quẽ circumpsimus, incidere non possunt .

¶ *Circundo, cingo*. I. A. 218 a, Virgula stantem circunscripsit , dixitq; vt responderet, &c. priusquã ex illa circonscriptione excederet. Oct. 330 a, cur immemor beneficii sui, scelerate circunscribis.

¶ *Claudo, definio, termino* de Ora. 91 a, Orator nullis terminis circunscribit aut definit ius suum .

¶ *Deiicio, refello*. in V. 138 b, Itaque vno genere opinor circunscribere habetis in animo genus hoc oratorem, quod eos insenso animo venisse dicatis, quia fuerit in decumis iste vehementior. pro Mil. 119 a, Senatus credo prætorem enim circunscripsisset.

CIRCVMSCRIBOR, ris. *terminor, definior, concludor*. pro Sestio. 23 a. Sed genus vniuersum breui circunscribi ac definiri potest. de Orato. 216 b, Antè enim circunscribitur mente sententia , confestimque verba concurrunt.

CIRCVMSCRIPTE, *definitè, paucis, breuiter*. de N. 55 b, Singulares definimus, circunscripteque complectimur. in Or. circunscripte numeroseque dicere. ibid. circunscripte differere.

CIRCVMSCRIPTIO, onis. *definitio, circuitio*. de Nat. 6 a, Æternitas, quam nulla temporis circunscriptio metiebatur. de el. 167 b, Natura ipsa circunscriptione quadam verborum comprehendit concluditque sententiam . * Tuscula. 158 a, Terræ situs, forma, circunscriptio.]

¶ *Fraus & deceptio* pro clu. 26 b, cum omnis ab his fraus, omnes insidiæ circunscriptionesque adolescentium nascebantur . Offic. 64 a, circunscriptio adolescentium lege Plectoria erat vindicata. pro Fla. 361 a, Aperta circunscriptio.

¶ *Periodus* . Orat. 212 a, circunscriptio etiam periodum significat. L. PERIODVS.

CIRCVMSCRIPTOR, oris. in cat. 205 b, Quis testamentorum subiector? qui circunscriptor inueniri potest? qui se, &c.

CIRCVMSCRIPTVS, a, um. *terminatus, vexatus, sublatus, clausus*. de Orato. 200 a, Arguti certique & circunscripti verborum ambitus. ad Heren. lib. 4, Demus operam, Quirites, ne omnino Patres conscripti circunscripti putentur Atti. lib. 7, Si forte Tribunus plebis Senatũ impediens, aut populum incitans, notatus, aut senatusconsulto circunscriptus, aut sublatus aut expulsus sit &c 2 . de Orato. Assumamus quoque eam partem, sed ita vt sit circunscripta modicis regionibus. 2. de Orato. Quasi certorum rerum forensibus cancellis circunscripta scientia. pro Archid. Spacium vitę circunscriptum. 3. Ver Quam orbem omni tempore Syllano ex accusatione circunscripto, legationem eius præclaram cognoscente. 4. Acad. Fallacibus & captiosis interrogationibus circunscripti atque decepti quidam, &c. 3. de Finib. circunscriptis igitur his sententiis , quas posui , & his quæ similes earum sunt. *id est, sublatis, inductis, obliteratis* Para. 119 a, Exilium terribile est illis, quibus circunscriptus est habitandi locus . pro Archi. 291 a, Si quibus regionibus vitæ spacium circunscriptum est eisdem omnes cogitationes terminaret suas. I. V. 206 b, Ille se fluuio Rubicone et c. mil. circunscriptum esse patiatur?

☞ Syntaxis . *Circunscriptus, atque deceptus. Circunscribere aliquem, oppidum, exercitum. Magistratum, sententias.*

CIRCVMSEDENDVS, a, um. Att. 156 a, Qui filios miserunt ad cn. Pompeium circunsedendum .

CIRCVMSEDEO, es. *circunsideo, obsideo, circumuenio* in Ant. 199 b, Ne coloniam circunsedeat. I. A 206 a, Cum Antonius Brutum oppugnet. Mutinam circunsedeat. & 213 a, Qui Mutinam circunsedent.

CIRCVMSEDEOR, ris . pro Deiot. 148 a, Cæsarem in castello circunsederi. ad Heré. 31 b, Circunsederi ab hostibus. Att. 525 b, Cum ab eo Catilius circunsederetur I. A. 164 a, Senatum ab Ithyreis circunsederi Epi. 112 a, Ipsum apud Bellouacos circunsederi interclusum ab reliquo exercitu. Att. 245 a, Circunsedemur omnibus copiis.

☞ Syntaxis . *Circunsedere oppidum. Ab hoste circunsedere . Interclusum circunsederi.*

CIRCVMSEPIO, pis. *circundo*. Oct. 320 a. Cohortibus armatis circũseptus Senatus. de At. 254 b, Vos iisdem ignibus circunsepti.

CIRCVMSESSIO, onis. *obsessio*. in Vers. act. 3. circunsessionis causam & culpam in alios transferre.

CIRCVMSESSVS, a, um . *circumdatus*. I. c. 118 b, Horum hominũ lachrymæ à quibus me circunsessum videtis. I. A. 244 a, Semel circunsessus lectus valentissimorum hominum viribus cecidi sciens, &c. Oct. 330 b, consul ab Antonio circunsessus.

CIRCVMSIDEO, des. *circunsedeo, obsideo*. Att. 148 b, Populi Rom. exercitus cn. Pompeium circunsidet, fossa & Vallo septum tenet. in Antonium 199 a, Antonius circunsedit Mutinam, in Verr. 93 a, Populus qui te circunsedit.

CIRCVMSIDEOR, ris. de Inuent. 17 a, Quidam imperator ab hostibus circunsidebatur.

CIRCVMSISTO, *circundo* I. V. 264, b, Lictores circunsistunt valentissimi.

CIRCVMSONO, as. Offi. 53 a, cõducere arbitror talibus an res tuas vndique circunsonare.

CIRCVMSPECTIO. onis. *accurata consideratio*. Aca. 10 a, Sin ex circunspectione aliqua & accurata consideratione quod visum sit , id se dicent sequi, tamen exitum non habebunt.

CIRCVMSPECTANS, tis. ad He. 39 b, Iste aspectu rabido circunspectans & illuc. Tusc. 163 b, Dubitans, circunspectans, hæsitans .

CIRCVMSPECTO, as. *circumspicio*. de N. 51 a, Bestiæ in pastu circunspectant, in cubilibus delitescunt. I. P. 101 a, circunspectat omnia, quicquid increpuerit, pertimescit, diffidit rebus suis.

CIRCVMSPECTVS, ctus. in A. 244 b, Facilis est circunspectus vnde exeã, quò progrediar, quid ad dextram, quid ad sinistram sit.

CIRCVMSPICIENDVS, a, um. *aduertendus, prospiciendus*. Offi. 12 b, Hæc igitur circunspicienda sunt in omni officio, &c. Q. fr. 291 b, Sed est circunspiciendum diligenter, vt in hac custodia prouinciæ omnes ministros imperii tui resp. præstare videare. de Ora. 136 b. Multa in causis circunspicienda sunt, ne quid offendas, ne quo irruas .

CIRCVMSPICIO , cis. *aduerto, perpendo, agnosco omnia oculis collustro , accuratè considero*. Episto. 70 a, circunspice omnia membra reipub. quæ notissima sunt tibi, &c. de Nat. 54 b, Oculi altissimum locum obtinentes plurima circunspiciunt. de Diuin. 123 b, Ille autem suspicit. nec circunspicit. pro Quin. 18 a, Omnia circunspexi, omnia periclitata sum, &c. contra Rull. 64 a, Vt circunspiciamus omnia, quæ populo grata sunt, nihil tam pupulare quàm pacem reperiemus. pro Syll. 180 a, circunspicite paulisper mentibus vestris hosce ipsos homines, qui, &c. contra Rull. 74 b, & 75 a, Atque illud circunspicite vestris mentibus, &c Parad. 121 b, Nunquam homo amentissime te circũspicies? nunquam quid agas, considerabis? I c. 118 b, Quare P. c. incũbite ad salutem reipub. circunspicite omnes procellas, quæ , &c. de Orato. conuerte animum, & ea ipsa artium genera circunspice. pro Q. R. 45 b, Vsque adeone te diligis? & magnifice circunspicis? vt, &c. * Tuscu. 242 a, Hæc ille intuens atque suspiciens, vel potius omnes partes, horasque circunspiciens, considerat.]

CIRCVMSPICIOR, ris. Or. 204 a, Quid deceat, circunspicietur.

CIRCVMSPECTVS, a, um. *animaduersus*. Epi. 15 a , circunspectis rebus omnibus, rationibusque subductis, summam feci, &c.

CIRCVMSTANS, tis. *proximus*, ad Her. 41 a, Si a rebus consequentibus, aut circunstantibus non recedemus.

CIRCVMSTO, as. *circundo, circunsisto*. I. A. 228 b, Noctes & dies omnia nos vndique fata circunstant I. V. 75 a, circunstant te summę autoritates, quæ te obliuisci laudis domesticæ non sinant. I. c. 101 b, cæteri ciues qui circunstant senatũ. Att. 11 a, credo te ex acclamatione clodii aduocatorum audisse, quæ consurrexio iudicium facta sit, vt me circunsteterint . aperte iugula sua pro meo capite P. clodio ostentarint. I. c. 103 b, Desinam insidiari domi suæ consuli, circunstare tribunal prætoris vrbani , obsidere cum gladiis curiam . Academ . 22 b , ceruleæ incinctæ igni incedunt , circunstant cum ardentibus tædis .

☞ Syntaxis . *Circonstant nos fata omnia: id est, erumnę. Illum circumstant autoritates. Circunstare Senatum, id est, stare circa Senatores.*

CIRCVMVESTIO, stis. de Or. 157 b, Quandoquidem iste circumuestit dictis, sepit sedulo: *id est, occultat ne id quod agitur, possit intelligi.*

CIRCVEO, is. *circumeo*. pro cec. 303 a, cæci. cum circuiret prædia, venit istum fundum. Ep. 172 a , cum equites nostrum cornu circuire vellent. At. 236 a, Sed tamen Antonii cõsilia narrabat, illum circuire veteranos, vt acta Cęsaris sancirent.

CIRCVEOR, iris. *circũuenior*. Epi. 162 b, Milites ab equitatu circuibant.

CIRCVS , ci. *campus in quo populus ludos spectans considebat . circulus* . de Leg. 177 b, Ludi publici sunt cauea circoque diuisi. pro Mu. 141 a, Vt locus in circo & in foro daretur amicis & tribulibus. & ibidè b, Qui in circo totas tabernas tribulium causa comportarunt. I. A. 181 a, Ne scis heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuisse? Att. 8 b, & Postq. 207 b, Res agebatur in circo Flaminio. de Di. 91 a, Seruus per circum cum virgis cæderetur, furcam ferens doctus est. in Arat. candens circus : *id est lacteus circulus.*

CIS. *citra*. Epi. 37 b, Diœceses, quæ cis Taurum sunt. Att. lib. 7, Quo ad hostis cis Euphratem fuit.

CISALPINVS na. pro Pom. 10, Cisalpina Gallia.

CISIVM, sii. *genus vehiculi, quo quis citissimè vehatur*. pro Sext. Rosc. 21 b, Hic decem horis nocturnis , sex & quinquaginta millia passuum cisiis peruolauit.

CISTA, æ. *fiscina, vestrum, arca* in Verr. 192 b, Quaternos H-S. quos mihi Senatus decreuit, & ex ærario dedit, ego habebo, & in cistã transferam ex fisco. ad Her. 4 b, Pontes disturbat, cistas deiicit :

CISTELLA, læ. ad Her. 14 b.

CISTOPHORVS, ri. *Asiatici nummi genus*. At. 170 b, Ego in cistophoro in Asia habeo ad H-S. bis & vicies. 56 b, & 32 a, Pro Dom. 123 b, Vt, si in Asia cistophorum flagitares . &c.

CITARINI. *populi, qui apud Pinnum. Citarij* I. V. 170 a.

CITATVS, a, um . *in ius vocatus* pro Dom. 122 b, Qui neque adesse sit iussus, neque citatus. in Verr. 79 b, Quo die primũ iudices citati consedissent in Ver. 61 a, Quo die citato reo mihi dicẽdum est. pro Dom. 230 a, Ego qui nunquam sum a Trib. pl. citatus. pro Cl. 27 b, Cognoscite nunc ita reum citatum esse illum, vt te semel atque iterũ præiudicata condemnatus in iudicium venerit .

CITERIOR, us. *propinquior*. de Leg. 184 b, Atque vt ad citeriora & notiora nobis veniam omnes gentes , &c. Episto. 24 b, Solicitus equidem eram de rebus vrbanis, ita tumultuosę conciones Quinquatriis afferebantur: nam citeriora nondum audiebamus. Tuscu. 242 a, Hęc ille intuens, &c. quanta sursus animi tranquillitate humana & citeriora

riora confiderat ? dè Pro. 76 b, Gallia citerior.)(. *Gallia vlterior*,

CITERIS, dis. *famosa mulier*. Episto. 143 a, M. Antonius à Citeride amica. Atti. 248.

CITHARA, æ. *lyra*. ad Here. 39 a, Citharam tenens exornatissimam, auro & ebore distinctam.

CITHARISTA, æ. *qui cithara tantùm pulsat, non canit*. I.V. 86 b, Aspendius citharista. I.A. 197 b, Saluatores, citharistæ, &c. de D. 113 a, b.

CITHAROEDVS, di. *qui cithara pulsat & canit*. Tusc. 250 b, At vocem citharœdi non audiunt, ne stridorem quidem ferrę, tum tum acuitur. pro Mur. 130 b, Vt aiunt in Gręcis artificibus eos aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuerunt. de Orat. 138 b, Tanquam citharœdi procemium affictum, non fit orationis exordium.

CITTAVS, a. Tuscu 235 a.

CITTEAS, atis. de Finibus. 118 b, Postea tuus ille Pœnulus (scis enim Citietas clientes tuos à Phœnicia esse profectos. (*Hac est vera eius loci lectio*.

CITIMVS, siue CITIMVS, a, um. *proximus superi*.)(. *Vltimus*. de Som. 128 a, Luna vltima cęlo, citima terris. & de Vniuers. 199 a, Hanc autem citimam à media linea direxit ad læuam. de Rempub. lib. 1, teste Nonio, Quare, si places, deduc orationem tuam de cęlo ad hęc citima.

CITIVS, *ocyus, prius tempore*. Offic. 12 b, Vt vicinum citius adiuueris, quàm fratrem, &c. de Orat. 99 a, Citius hercule is, qui duorum scalmorum nauiculam in portu euerterit, in Euxenio ponto Argonautarum nauē gubernabit. I.A. 165 a, Citius dixerim iactasse se aliquos, &c. quàm vt quisquam celare vellet. Att. 28 a, Orbis hic in repu. est conuersus, citius omninò quàm potuit, id culpa Catonis. Tusc. 227 a, Citiusque repentinus oculorum tumor sanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur. I.V. 213 a, Vox me citius deserit, quam nomina. Epi. 41 a. & 61 b, Ego autem citius cum eo veterem coniunctionem diremissem, quàm nouam conciliassem.

¶ *Potius, ac verius, aptius ratione*. de Cl. 186 b, Eam citius veteratoriam quam oratoriam diceres.

CITO. *celeriter, maturè, quamprimū, sine mora, breui tpr, quā mox*.)(. *Tardè*. Epist. 127 b, Puto cito me ad te esse venturum. Attic. 52 b, Ego te, vt scribis, citò videbo. Episto. 264 a, Si diligentiam, quam instituisti, adhibueris, cito firmus eris. Attic. 54 b, Orationem tibi, etiamsi non desideras, mittam citò. de Cla. 189 a, Sed neque verbis aptioré cito alium dixerim. & ibidem. Quem tu non tam citò rhetorem dixisses, quàm politicon. de Orato. 156 a, Qui non citò quid discis, nunquam omnino posse perdiscere. * de Orat. 107 a, Quam toties quoties præscribitur Pæanem, aut numnonem citarimus.]

CITO, as. *in ius voco, adesse iubeo, diem alicui dico, laudo, nomino*. pro Flac. 153 a, Citat pręco maxima voce legatos Acmonenses. de Nat. 20 a, Tu ipse paulò antè cum tanquam senatum philosophorum citares, summos viros desipere dicebas. I. V. 138 a, Primum igitur in hanc rem testem totam Siciliam citabo. in Verr. 128 b, Citat reum, non respondet: citat accusatorem, &c.

CITOR, aris. * Tuscul. 195 b, Cum is motus aut boni, aut mali opinione citetur. de Officio. 42, Citeturque salamis clarissimæ testes victoriæ] de Fin. 68 a, Omnes Darai aut Nycenenses Attica pubes, reliquique Græci, qui hoc Anapęsto citantur. pro Rab. 97 a, Omnes hi abs te capitis C. Rabirii nomine citantur: *id est, accusantur*. pro Sest. 10 b, Cum equester ordo reus a consulibus citaretur. Antequā. 103 a, Non citatur reus audacię, virtutis reus citatur. Officio. 14 a, Citeturque Salamis clarissimæ testis victoriæ. Postquam. 211 a, Nominacimque alii citabantur, alii relegabantur. de Finibus. 77 b, Cum datis testibus, alii tamen citarentur. pro Milo. 111 b, Tota denique rea citaretur Hetruria.

☞ Syntaxis. *Citare in iudicium, & extra, vt autores. Capitis aliquem citare. Citatur ille reus. Nominatim citare*.

CITRA, *cis*. Episto. 256 b, Is locus est citra Leucadem stadia cxx. Atti. 356 a, Erat tum Brutus cum suis nauibus apud Heletem fretum citra Veliam. I. A. 206 b, vt exercitum citra flumen Rubiconem educeret. Or. 202 a, Vocis sonus non est à postrema syllaba citra tertiam.

CITREVS, a, um. *vt, Mensa citrea*. I.V. 208 a.

CITRO. L. VLTRO CITROQVE.

CITVS, a, um. *celer, maturus*. de Or. 163 a, Vox cita, tarda, acuta, grauis.

CIVARO, onis. *oppidum*. Epist. 158.

CIVICVS, a, um. pro Plan. 274 b, At id etiam gregarii milites faciūt inuiti, vt coronam dent ciuicam, & se ab aliquo seruatos esse fateantur. & I.P. 80 b, Corona ciuica.

CIVILIS, le. pro Font. 279 b, Crassus ex ciuilibus studiis absque obtrectatione domestica Marcello inimicus. de offic. 30 a, Aliquid contra morem consuetudinemque ciuilem facere. Att. 110 a, Ciuile bellū, quod ex ciuium dissensione oritur. contra Rull. 84 a, Domestica externaque bella. pro Cecin. 299 a, Ciuilis ac publica lex. in Verr. 57 b, Ciuilis actio & priuatum ius. * de Fini. 141 b, Homo habet quiddam innatum quasi ciuile atque populare, quod Græci πολιτικὸν vocant.] de Orato. 101 a, Ius ciuile. & I. A. 210 b, Pax ciuilis. de Inuent. 1. Ciuilis ratio multis & magnis ex rebus constat: *id est, politia*. pro Deiot. Ciuilis victoria. pro Mil. Ciuile odium. Episto. lib. 13, Ciuilis sanguinis odio. de Natura libro 2. Quasi ciuili conciliatione & societate inter se coniunctos. Episto. lib. 11, At pro ciuili parte debeo Rempub. velle saluam. Matii. Attic. lib. 14, A ciuilibus castris abhorrere. L. POLITICVS.

☞ Syntaxis. *Ciuile studium, consuetudo, mos, bellum, lex, pax, ratio, sanguis, conciliatio, castra. Pro ciuili parte debeo Remp. saluam velle*.

CIVILITER. *ex iure ciuili*. Offi. 8 b, Vt cum ciuiliter contendimus.

CIVIS, uis. *municeps, popularis, liber*. pro Fla. Ciuis amantissimus Republic. 10. ad Attic. Cęsaris, Vir quietus & ciuis bonus. Offic. 1, Cæsaris. Grauis & fortis ciuis, & in Republ principatu dignus, bella ciuilia fugiet atque oderit, tradetque se totum Reipub. neque opes aut potentiam consectabitur: totamque eam sic tuebitur, vt omnibus consulat. de Repu. li. 4. teste Nonio, In ciue excelso atque homine nobili, blanditiam, ostentationé, ambitionem eam esse leuitatis. Tuscul. q. lib. 4, Ciuis improbus. 2. in Catil. At. lib. 7, Perditus ciuis, pro R.P. 129 b, Eques Rom. ex hac vrbe, ciuis huius Reipu. 10. Fam. Pollionis, Ciuis Romanus sum. Offic. 2, Ciuis seditiosus & inutilis. pro Corn. a alb. Romana ciuis. Offic. 2, Ciuis boni summa ratio & æquitas est, commoda ciuium defendere, nō diuellere, atque omnes ęquitate eadem continere. 3. de Leg. De ciuis capite, nisi per maximum comitiatum, dolloſque, quos cēsores in populi partibus locassent, ne ferunto. 10 ad Attic. Cæsaris, Quid ciui bono magis conuenit, quàm abesse à ciuilibus controuersiis. 10. Fam. Planc. nihil ciui, aut serò, aut exiguè à patria tributum potest videri. 1. de Leg. Cum se non popularem alicuius loci ciuem, sed totius mundi agnoueris. pro Corn. Balb. Asciscere ciuem. 6. Verr. Apud Segestanos repertum esse Iudices scitote neminem, neque liberum, neque seruū, neque ciuem, neque peregrinum, qui illud signum auderet attingere. 4 Acad. Postremò solum ciuem, solum liberum: insipientes omnes peregrinos, exules, seruos, furiosos. &c. 3. Offi. Nam esse pro ciue, qui ciuis non sit, rectum est non licere. 9. ad Atti. Ciues boni, amantes patrię. 1. in Cati. Summi viri & clarissimi ciues. 1. de Fin. Debeo profectò, quantumcunque possum, in eo quoque elaborare, vt sint opera, studio, labore meo doctiores ciues mei. 2. de Diuina. Dabunt igitur mihi veniam mei ciues, vel gratiam potius habebunt, quòd, &c. pro Mil. Valeant, inquit Milo, valeant ciues mei, sint incolumes, sint florentes. 1. in Catil. Serui mehercle mei si me isto pacto metuerent, vt te metuunt omnes ciues tui: domum meam relinquendam putarem. pro Dom sua. Ciues Romani inuiti ciuitatem aut libertatem non amittebant. Aca. quæstio. ed. 1, lib. 2, Ciues seditiosi. 1. in Cati. Tum tu Iupiter, &c hūc & huius socios à tuis aris, cæterisque templis à tectis vrbis ac mœnibus, à vita fortunisque ciuium omnium acerbis. 1. in Catil. Certè verendum mihi non erat, ne quid hoc parricida ciuium interfecto, inuidię mihi in posteritatem redundaret. 1. in Cati. Tenere iura ciuium. pro R. P. Neque ego, cur omnis ciuium libertas charissima fuisset, meam proiecissem. 7. Verr. Ceruices in carcere frangebantur indignissimè ciuium Romanorum, vt etiam illa vox & illa imploratio, Ciuis Romanus sum, &c. in Catil. Salutem ciuiū negligere. 8. ad Attic. Ciuium beata vita moderatori Reipublicæ proposita est. Atti. lib. 9, Inferre famem ciuibus. 11. Fam. Matii, Ciuibus victis vt parceretur. Offic. 1, Ciuibus multa inter se sunt communia, forum, fana, porticus, vię, leges, iura, iudicia. suffragia, consuetudines: pręterea & familiaritates, multęque cum multis res rationesque contractę. 2. de Diuin. Tradere vias optimarum artium ciuibus. 1. Fam. Ciues in Rupub. tales esse soleret, quales sint principes. ad Lentul. lib. 1, Quòd meos ciues, & à me conseruatos, &c. seruis armatis obiici noluerim. 2. in Catil. Incolumes ciues relinquere. pro Milo. Facinorosorum armis meus ciues meis consiliis periculisque seruatos pro me obiici nolui. 3. de Natura deorum. Quos quasi nouos & ascriptitios ciues in cœlum receptos putant, 6. Verr. Collebatur a ciuibus, ab omnibus aduenis visebatur.

☞ Syntaxis. *Ciuis Resp. amantiss. grauis, bonus, fortis, excelsus, improbus, perditus, seditiosus, inutilis, popularis, clarissimus, nouus, aduenticius*.

CIVITAS, tis. *ciuium multitudo vnum in locum congregata. libertas*. pro Sest. 22 b, Conuenticula hominum, quæ postea ciuitates nominauerunt. de Som. Scip. 127 b, Concilia cœtusque hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. Academic. 34 b, Ego tibi prætor esse non videor, quia sapiens non sum, nec hęc vrbs, nec in ea ciuitas. & ibid. Et Roma vrbs, & eam ciuitas incolit. pro Muræna 135 b, Homines in suis ciuitatibus & municipiis gratiosi. pro Syll. 172 a, Eamin in qua, ciuitate res tantas gesserim, memini, & in qua vrbe intelligo. de Orato. 92 a, Instituere ciuitates, scribere leges. pro Fla 161 b, An honestior est ciuitas Pergamena, quàm Smyrnę. pro Corn. 60 a, Duarum ciuitatum ciuis esse nostro iure ciuili nemo potest. pro Cecin. 304 b, Cum ex nostro iure duarum ciuitatum nemo esse possit, tum amittitur hæc ciuitas denique, cum is qui profugit, receptus est in exilium: hoc est, in aliam ciuitatem de Leg. 170 a, Cato ortu Tusculanus fuit, ciuitate Romanus. pro Ar. 186 b, Data est ciuitas Syllani lege & Carbonis, si qui fęderatis ciuitatibus ascripti fuissent, si tum cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent, & si l x. diebus apud Prætorem essent professi. & ibidem Heraclea, quæ esses ciuitas ęquissimo iure pro Dom. 228 b, Nemo ciuis Rom. aut ciuitatem, aut libertatem potest amittere, nisi ipse autor sit factus. & 229 a, Nemo ciuitatem populi iussu vnquam amittet inuitus. pro Corn. 59 b, Seruos bene de repu. meritos per sępe libertate, id est, ciuitate publicè donari uidimus, & 55 b, Is furatus esse ciuitaté, genus suum ementitus, irrepsisse in censum dicitur. & 61 a, Defendo nullam esse ex omni regno terrarum, ex qua nobis interdictum sit ne adsciscere ciuem, aut ciuitate donare possimus, & ibidem ne quis inuitus ciuitare mutetur, ne ve in ciuitate maneat inuitus. pro Ar. 190 a Ergo illū maiores nostri in ciuitatem receperunt. de Leg. 170 a, Catu in ciuitatem Romanam susceptus est. de Cl. 171 b, Donare aliquem ciuitate. pro Corn. 67 b, Perdere ciuitatem. Dicare se in aliquam ciuitatem. L. DICO, as. pro Ar. 187 b, Largiri ciuitatem alicui. & ibi. Impartiri ciuitatem cuipiam. pro Cecin. 303 b, De iure ciuitatis & libertatis, deque amittenda & ciuitate & libertate. & 304 a, & b, pro Dom. 228 b, * Epist.

b, * Epist. 75 a, Vt apud duas ciuitates Leodicensem, & Apamensem rationes confectas deponeremus.]

☞ Syntaxis *Ciuitatis genera, conuenticula, cœtus, concilia. Ciuitatē restituere, amittere. Ciuitate donari. Ciuitatem alicui impartiri, largiri. In ciuitatem suscipi. Ciuitate mutatus.*

CIVS. a. à *Cio, vel Ces insula.* de Or. 141 b, & 154 b, de Cla. 167 a.

CLADES, dis. *cōflictus & calamitas.* de Natu. 27 b, Qui risus classe deuicta, magnam pop. Rom. cladem attulit. Atti. 118 a, Ignorare mihi videris, hæc quanta clades. de Clar. 196 b, Cursum ingenii tui Brute premit hæc importuna clades ciuitatis.

CLAM *furtim, obscurè, ex occulto occultè.*)(*Palàm.* Att. 238 a, Ibi bene valentem vidi Pylam, quinetiam paulo clam iis *(cum septimo.)* eam videri venerat enim funus. in Sall. 274 b, Timens ne facinora eius clam vos *(cum accusatiuo)* essent Tuscul. 194 a, Qui propter auaritiam clàm depositum non reddit, quod[]iniustitiæ. Epist. 2 b, Vt in rebus ab intimis Pompeii clam exulceratis, deinde palam à consularibus exagitatis, ita versamur. pro S. R. 55 a, Multa palàm domum suam auferebat, plora clàm de medio remouebat. pro Cecin. 302 b, Nec vi, nec clàm, nec precariò possidere.

CLAMATOR, oris. de Orato. 150 a, Clamatores odiosi ac molesti, de Cl. 181 a, Vt intelligi possit quem existimem clamatorem, quem oratorem fuisse.

CLAMATORIVS. Qu. fra. lib. 1. clamatorium genus.

CLAMITO, as. pro Q. Ro. 48 a, Supercilia illa olere malitiā, & clamitare calliditatem videntur. *id est præ se ferre.* de D. 125 a, Quidam caricas Cauno aduectas vendens, cauneas clamitabat,

CLAMO, as. *vociferor, clamorem edo, persono, clamorem facio, voce contendo, clamorem profundo.* pro Murę. 143 a, Ego quod facio, me omnium vestrum causa facere clamo atque testor. de Finib. 78 a, Tum ipsum clamat virtus beatiorem fuisse quam Thorium. I. V. 515 a, Rex deos hominesque contestans clamore cepit, &c. Att. 97 a, Sed clamaui tamen, admiratusqoe sum, q, &c. in Verro. 239 a, Cum, vt dico, hoc de pecunia clamaret, in vincula coniectus est. pro Cl. 24 a, cum & de suo & de vxoris interitu clamaret. de Fin. 61 a, clamat Epicurus nō posse, &c. pro Q. 5 a, Clamabat porro Quintius, se nolle, &c.

CLAMOR, oris. *vociferatio* de Orat. 97 a, Hæc sunt quæ clamores, *id est acclamationes. vel admurmurationes,* & admirationes in bonis oratoribus efficiunt. Diu. 119 a, Bubulcus clamorem maiorem cum admiratione edidit. Attic. 10 b, Clamor, concursus fit. pro Flacc. 149 a, Psephismata non sententiis neque autoritatibus declarata, nec iureiurando astricta, sed porrigenda manu profundendoque clamore multitudinis concitata. de Or. 164 a, Acutissimus clamor.

CLAMOSVS, a, um. ad Heren. 30 b, Continuatio est orationis enunciande accelleratio clamosa.

CLANDESTINVS, a, um. *occultum*, Orato. 219 a, cur clandestinis consiliis nos oppugnant? pro Syll. 173 a, Exercitus perditorum ciuium clandestino scelere conflatus. de Senect. 85 a, Cum hostibus clandestina colloqoia.

CLANGOR, oris. *tubarū cantus, & aquilæ. aliarū itē auiū vox.* de D. 121 b.

Nona super tremulo genetrix clangore vocabas. Tusc. 180 a,

Iouis satelles, &c clangorem fundit vastum.

CLARE. *clara voce, explicatè, enodatè, manifestè, planè, apertè, dilucidè, luculenter.* At 35 a, Cum aperte loqoantur, & iam clarè gemant. * I. V. 127 b, Tum ille clare omnibus.]

CLARIVS, *aduerbium.* Episto. 123 a, Quod propius ea contentio accedit, eo clariùs id periculum apparet. * audientibus. & Attic. 59 b, Dic oro te clarius.]

CLAREO, es. *eniteo.* Offic. 17 b,

Ergo postque magisque viri nunc gloria claret.

ex Ennio. de Sen. 79 a, in Arat.

Non potuit nobis nota clarere figura. & in eodem opere,

——Simili quæ forma litera claret.

CLARISONVS, a, um. *clarè sonans, canorus.* in Arat.

Hunc è clarisonis auris Aquilonis ad Austrum, &c.

CLARITAS, tis. *Splendor, amplitudo, splendor nominis, altitudo fortunę & gloria. In voce claritas etiam.* Off. 14 b, Horum sententia ad claritatem amplitudinē que aptior est. D. 122 a, Miror deos immortales Histrioni futuro claritatem ostendisse, nullam ostendisse Africano. Epi. 228 b, Quæ quanquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentissime ex tuis literis cognoscam. Acad. 42 b, Claritas in voce.

CLARIVS, ria. *à Claro insula & vrbe, vnde fuit Antimachus poeta. vt Quintilianus testatur,* & Cice. de clar. Quod dixisse Antimachum, clarium poetam ferunt. *sic enim legendum est, non clarum.*

CLARO, as. *Illustro, patefacio, ostendo.* de Diuin. 84 b,

Iupiter excelsa clarabat sceptra columna. Poetæ.

CLARVS, a, um: & CLARISSIMVS. *planus, apertus, perspicuus, expressus, dilucidus, explicatus, illustris, euidens, peruulgatus, non obscurus, in promptu, qui tanquam in clarissima luce versatur, nobilis, insignis.* de Som. 127 a, Ostendebat autem carthaginem de excelso & pleno stellarum, illustri & claro quodam loco pro Cl. 45 b, Clara voce, vt omnes audire possunt, dicere aliquid. pro cecin. 289 a, clara voce imperare aliquid alicui. I. V. 190 b, clara res est, toto orbe celeberrima atque notissima. pro S. R. 46 b, Ego quæ clara sunt consuetudine, diutius dicere non debeo. de Diuina. 110 a, Plurimis nostris exemplis vsus es, & iis quidem claris & illustribus, pro R P. 126 a, Demetrius ad doctrina notus & clarus. de Orato. 125 b, Vir gloria clarus, autoritate grauis. de Am. 115 b, Virtutem alicuius posteris fore claram & insignē. de Sen. 81 b, Clarus & honoratus vir. pro R P. 129 b, clarus & præpotens vir. de Ora. 101 b, Amplissimus & clarissimus vir. de Orato. 112 b, & 123 a, Tres nobilissimi & clarissimi philosophi. Tuscu. lib. 1, claræ mortes pro patria oppetitæ. in Arato, *—— Stella lumine clara.* * de Fin. 63 b, Si ea quæ dixi, sole ipso illustriora, & clariora sunt.]

☞ Syntaxis. *Clarus locus, vox, res, exempla, vir, virtus, mors, stella. Illustris & clarus. Res clara, celeberrima, atque notiss. Vir gloria doctrina clarus. Clarus & honoratus. Lumine clara stella.*

CLASSICVLA, æ. Att. 252 a, Cassius cum classicula sua venerat.

CLASSIS, *naues, nauium multitudo.* in Ver. 262 b, Naues quibus præfuerat, Cleomeni tradidit, classi populi Romani cleomenem præesse iubet. pro Flac. 152 b, Hac classe M crassus ab Eno in Asiam, his nauibus Flaccus ex Asia in Macedoniam nauigabit. p Pom. 5 a, Qui maximas ędificasset ornassetqoe classes. Orat. 211 a, Duellius, qui Pœnos classe deuicit. I. A. 221 b, Vt eum classes habere prohiberet.

¶ *Ordo ciuium & distributio, pro modo census & dignitatis.* pro Fl. 149 a, Tributim & centuriatim descriptis, ordinibus, classibus, ætatibus, &c. I. A. 176 a, Prima classis vocatur, renunciatur, deinde vt assolet suffragia. Acad 10 b, Qui mihi cum illo collocati quintæ classis videntur.

☞ Syntaxis. *Classes ædificare, & ornare. Classe deuincere, nauigare.*

CLASTIDIVM, dii *oppidum.* Tuscu. 519 b.

CLATERNA, næ. *vrbs*, pro Mil. 215. Epist. 185.

CLAVA, æ. *teli genus.* in Ver. 522 a, Qui primo cum obsistere ac defendere conarentur, male mulctati clauis ac fustibus repelluntur. de Se. 89 a, Habeant igitur alii sibi clauam & pilam.

CLAVDICANS, tis de Or. 131 b, Spurius carulius grauiter claudicans ex vulnere ob remp. accepto.

CLAVDICATIO, onis. de Nat. 17 b, in quo stante atque vestito apparet claudicatio non deformis. & de Or. 132 a.

CLAVDICO, as. *altero pede nuto, non recte incedo: translatione titubo, vacillo, infirmus ac debilis sum.* de Ora. 131 b, Num claudicat? at hic clodicat. de Ora. 161 a, Sic vulgus, si quid in oratione claudicat sentit. de. Na. 22 b, Nec vos exitum reperietis, resque tota vacillat ac claudicat. de Clar. 184 a, In quacunque enim vna plane claudicaret, orator esse non posset. Orat. 213 b. Quid est cur claudicare, aut insistere orationem malint? non cum sententia pariter excurrere. officio. 24 a, Vt constare in vitæ perpetuitate possimus nobismetipsis, nec in vllo officio claodicare. de cl. 185 a, Actio paulum cùm vitio vocis, tum etiam ineptiis claudicabat. de Finibus. 63 a, Qui verentur, ne si amicitiam propter nostram voluptatem expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare videantur. Tus. a 32 b, Item beatam vitā etiamsi ex aliqua parte claudicaret, tamen ex multo maiore parte obtinere nomen suum.

☞ Syntaxis. *Claudicat homo, res, oratio actio amicitia. vita. Claudicat & insistit oratio. Vacillare, & claudicare, In officio claudicare, & ineptiis.*

CLAVDENDVS, a, um. *continendus supprimendus.* Offic. 44 a, Nec ita claudenda est res familiaris, vt eam benignitas aperire non possit. de Natu. 54 b, Palpebræ aptissimæ factæ, & ad claudendas pupillas, ne quid incideret, & ad aperiendas.

CLAVDO, dis. *obstruo, oppilo, obturo, intercludo.* pro Fla. 159 a, cum L. Flacco portas tota Asia claudebat, cappadocem autem illum recipiebat. Attic. 151 a, cæsar claudere mihi videtur maritimos exitus, Tuscul. 239 b, claudere fores cubiculi. Orato. 219 b, claudere sententias numeris. Epist. 57 b, Et in ipsius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, me insinuabo.

CLAVDOR, ris. *occludor* pro Di. 224 a, cum edictis tuis tabernas claudi iubebas. I. A. 157 b, Forum sepientur, omnes claudentur aditus.

CLAVSVS, a, um. *occlusus, obstructus* Qu. fra. 352 a, Adhuc clausum mare scio fuisse Or. 216 b, cōprehensio orationis clausa & terminata esse debet. Epi. 187 a, Tuas res ignoramus, tanquam clausa sit Asia.

☞ Syntaxis. *Claudere rem familiarem, consuetudinem, aditus, mare, prouinciam.*

CLAVDVS, di. *altero pede læsus.* de Natura. 17 b, claudum igitur habebimus Deū, *id est, Vulcanum.* I. P. 94 b, Iste claudus, quomodo uiuunt, pilam tenere.

CLAVICVLVS, li. vel CLAVICVLA, lę. *capreolus in vite.* de Natura 58 a, Vites clauiculis adminicula tanquam manibus apprehendunt. de Senect. 88 a, Vitis clauiculis suis quasi manibus, quicquid est nacta complectitur.

CLAVIS, vis. pro Dom. 218 a, Scilicet tu Sex. Clodii omnes horreorum claues lege tua tradidisti.

CLAVSTRVM, stri. *quo aliquid clauditur, valuæ. fores, loca clausa.* I. V. 253 a, claustra vrbis hostibus non committenda sunt. I. V. 211 b, Effringi multorum fores, reuelli claustra. contra Roll. 64 b, Horreum belli sub signo & claustris positum. & 83 b, Corinthus erat posita in angustiis Græciæ, sic vt terra claustra locorum teneret, & duo maria penè contingeret. pro Muræna. 127 b, cùm ego claustra ista nobilitatis refregissem. pro Flac. 152 a, Omnes vrbes maritimas claustris imperii nostri contineri.

CLAVSVLA, æ. *extrema cuiusque rei pars, præsertim in oratione, versus, verborum conclusio, exitus.* Attic. 92 b, Clausula est difficilis in tradenda prouincia. sed hæc Deus aliquis gubernabit. Episto. 19 b, Quamobrem, quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est, vtar ea clausula, qua soleo, teque ad studium summe laudis cohortabor. I. V. 154 b, Clausula edicti. I. A. 257 a, Veniamus aliquando ad clausulam, legatos venire non credo. de Orato. 131 a, Addidisti clausulam, tota Taracina, &c. de Orato. 218 a, Pedem in clausula non solùm extremum pedem, sed etiam proximum superiorem, sæpe tertium etiam intelligere debemus. de Orato. 159 b, Clausulas & interpuncta

puncta verborum animę intercluso & angustiæ spiritus attulerunt. de Orato. 159 a, Clausulæ in orationibus interpunctæ. Orato. 218 a, Clausula numerose & iucunde cadens. pro Cæl. 51 b, Mimi ergo est etiam exitus non fabulæ, in quo cum clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus.

CLAVSVS, a, um. *reconditus. sub signo, & claustris positus.*)(*patens, apertus, promptus, expositus.* pro Q. 17 b, Quintius fatetur se non ornare magnifice conuiuium, non habere domum clausam pudori & sanctimoniæ, parentem atque adeò expositam cupiditatis & voluptatibus. in Verr. 161 a, Nemo dubitat, quin eò sit occisus, quòd habere clausa non potuerit sua. *de Verre.* & 234 b, Nullius domus clausa contra tuam cupiditatem potest esse. & 309 b, Statuerunt se nihil tā clausum, neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum, promptissimumque esset. Quint. fra. 312 a, Atque adhuc clausum mare scio fuisse.

☞ Syntaxis. *Habere domum clausam, consilia, mare. Res clausa, & recondita.*

CLAVVS, vi. *gubernaculum nauis, cuneolus.* de Sene. 80 b, Ille autē clauū tenens sedet in puppi quietus. &c. pro Qu. 7 a, clauum tanti imperii tenere, & gubernacula reipu. tractare. I. V. 246 b, Beneficium (vt dicitur) trabali clauo figere. * Tuscu. 225 b, Etiam nouo quodam amore veterem amorem tanquam clauum clauo eiiciendum putant.]

CLAZOMENAE, arum. *vrbs, & Anaxagoræ patria.* Tusc. 171.

CLAZOMENIVS, ia. de Ora. 155 b.

CLEANTHES, this. Acad. 32 a, cleanthes, qui quasi maiorum est gentiū Stoicus, Zenonis auditor, solem dominari & rerum potiri putat.

CLEMENS, tis. & CLEMENTIOR. *lenis, mitis, mansuetus, misericors, humanus, liberalis.* de Fin. 66 b, Etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. Attic. 274 a, Si clementes esse voluerimus, nunquam deerunt bella ciuilia. & 106 a, Nec in cęde principium clementior hic erit quàm Sylla. pro S. R. 32 b, clemens ab innocentia. pro Planc. 265 b, clemens & misericors iudex. Officio. 27 b, clemens castigatio.

☞ Syntaxis. *In disputando clemens. Ab innocentia clemens. Clemens & misericors. Castigatio clemens.*

CLEMENTER. *mansuetè.*)(*dissolutè.* in Ver. 239 a, Quod est factum clementer, dissolute factum criminari. Atteq. 197 a, clementer audire.

CLEMENTIA, æ. *lenitas, benignitas, animi lenitas, humanitas, misericordia, moderatio animaduertendi placabilitas, mansuetudo, bonitas.* de Inuen. 82 b, clementia est, per quam animi temere in odium alicuius inuectionis concitati comitate retinentur. Att. 157 b, cæsarem non voluntate, aut natura non fuisse crudele, sed quòd putaret popularem esse clementiam. & 136 b, clementiam cęsari malo fuisse: qua si vsus non fuisset, nihil ei tale accidere potuisset. in Antonium 182 b, cæsar aduersarios clementiæ specie deuinxerat. Q. fr. 294 b, Omnia plena clementiæ, mansuetudinis, humanitatis. Parad. 236 b, & Att. 234 b, clementia, lenitas, moderatio animaduertendi.

CLEPO. pis. *furor, rapio, surripio: κλέπτω* de Leg. 174 a, Sacram sacroue commodatum qui clepserit, rapsertique, parricida esto. de Natu. 73 b, Agnum Thyestes clepere ausus est. Tuscul. 170 b, Ignem prometheus clepsit dolo. de Republic. libro 4, Spartæ rapere pueri & clepere discunt.

CLEPSYDRA, dræ. *vas è quo aqua paulatim affluens horas distinguebat, horologium.* Orat. 155 a, Non declamator aliquis ad clepydram latrare docuerat. * Tusculan. 189 b, cras ergo ad clepsydram sic enim dicimus.]

CLIENS, tis. *qui in fide alicuius est. patronum habet.* pro S. R. 54 b, Manlius Glaucia tuus cliens & familiaris. I. A. 180 b, Quos clientes nemo habere velit, non modo esse illorum cliens.

CLIENTELA, æ. *clientum defensio, tutela procuratio.* Atticor. 227 a, Scis quàm diligas Siculos, & quàm illam clietelam honestam iudicem. I. A. 208. a, Ianus Medius in L. Antonii clientela sit. I. V. 221 a, Conabaris clientelam tam illustrem, tam splendidæ prouinciæ ad terra ducere. Epi. 227, Quare si te fautore vsus erit amplissime clientelas acceptas à maioribus cōfirmare poterit. I. C. 823 b, Pro hospitiis cliētelisque prouincialibus. pro S. R. 24 a, Esse in fide & clientela alicuius. & 36 a, conferre se in fidem & clientelam alicuius.

☞ Syntaxis. *In clientela esse alicuius, in clientelam. in fidem, & clientelam alicuius se conferre.*

CLINATVS, a, um. *inclinatus.* in. Ar. à cic. ter vsurpatum.

CLITELLAE, larum. *ephippia, quę iumentis imponuntur, ad melius ferendas sarcinas.* apud Qui. 97 a, Ego quia Albanas habeo columnas, clitellis eas apportauit. Attic. 76 a, clitellæ boui sunt impositæ, non est nostrum onus: sed feremus. *prouerbium significans, impar esse sibi impositum onus.*

CLITELLARIVS, m. b. us. Top. 223 b, *id est, onerarius.*

CLITERNINI. L. COLBI.

CLIVS, vi. *collis.* Attic. 22 b, clinus capitolinus. pro Rabirio. 97 a, & Postquam. 206 b.

CLOCA, æ. *locus cauus per quem sordes publica eluuntur.* pro cecin. 291 b, Prętor qui de fossis & de colacis interdicit. & pro Sestio. 20. a, pro Planc. 276 b, Arcem facere ex cloaca. *Prouerbium: id est rem absellissimam ornare.*

CLVDO, dis. *claudo.* de N. 46 a, More terram littoribus cludit.

CLYPEVS, pei. *scutum.* de Diuin. 100 b, clypeos, Lanuuii à muribus esse derosos. de Finib. 85 a, Epaminundas quæsiuit, saluus ne esset clypeus cum saluum esse, &c.

CHACERVATIO, onis. *copia, cumulus, aceruus, aggregatio.* Part. 241 a. Frequentatione argumentorum, & coaceruatione vniuersa, motus animorum incitate

COACERVATVS, a, um, *congregatus, coactus, congestus, cumulatus.* Partit. 233 a, Singula per se exigua sunt, mutuū tamen cùm sunt coaceruata proficiunt. contra Rull. 63 a, Videtis constitutam & coaceruatam pecuniam.

COACERVO, as. *aggrego* I. V. 213 a, Et ne fortè hominē existimeris hanc tantum vim emblematum sine causa coaceruare voluisse, videte, &c.

COACERVOR, ris, *accumulor, cogor, congregor.* contra Rull. 80 b, Pecuniæ coguntur & coaceruantur. pro S. P. 40 b, Tantum quantum coaceruari una in domo potuit. * I. V. 266 a, Multitudo aliquo in loco coaceruata.]

COACESCO, scis. *acidum fieri* de Sen. 91 a, Vt non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coacescit.

COACTIO, onis. *conspiratio, congregatio, conuenticulum.* de Arusp. 257 a, Veruntamen nocturnis vigiliis & coactione hominum iustitiā illud conceptum ac meditatum est.

COACTOR, oris. *qui pecuniam cogit, & recipit, officii nomine.* pro R. P. 317 b, Non intelligo hoc quale sit, vtrum accessionem decumæ vt nostri coactores facere solent, centesima, an decessionem de summa fecerit. pro Cluent. Ne multa perquiritur a coactoribus: *id est, ab iis qui auctioni præsunt.*

COACTVS, a, um. *extorsus.* pro Dom. 251 b, Nunquam de me nisi coactus ac necessariò dico. de D. 123 b, Ergo hoc auspicium diuini quicquam habere potest? quod tam sit coactum & expressum.

¶ *Congregatus.* pro Cecin. 296 a, Coacti sunt ii, qui ab aliquo sunt vnum in locum congregati. Attic. 130 b, Quæ si copiæ in unum locum coactæ fuerint, hærebis. de Inu. 62 b, Sed omnibus vnum in locum coactis scriptoribus, quod quisque commodissime percipere videbatur, excerpsimus. I. V. 112 a, Iste nauem maximam, Messanę publicè coactis operis ædificauit.

¶ *Vi adactus.* de In. 74 b, Vi & necessariò sumus in portum coacti.

COACTVS, ctus. *impulsus.* At. 587 a, Quoniam efflagitas coactu tuo scribam. I. V. 251 a, coactu atque efflagitatu meo.

COAEDIFICOR, ris. *construor,* At. 218 a, Campum Martiū coædificari.

COEDIFICATVS, a, um. Part. 533 b, Loci coędificati.)(*Loci vasti*

COAEQVO, as. in Verrem 168 a. Sic ad libidines tuas omnia coæquasti.

COAEVVS, a, um. *æqualis, cum aliquo ætate coniunctus.* in Vat. 35 b, Nunquam puer aut adolescens inter coæuos fueras. *aliàs, cocos: & melius.*

COAGITATIO, onis. *agitatio.* de Na. 54 a, Anima coalescit primùm ab ipso spiritu, deinde coagitatione pulmonum.

COAGMENTATIO, onis. *nexus, compositio, constructio, coniunctio.* de Vni. 197 b, Omnis coagmentatio corporis, vel calore, vel frigore, vel aliqua impulsione vehementi labefactatur. de N. 49 b, Copulat in rerū & quasi consentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ. & 6 a, Quæ est enim coagmentatio non dissolubilis.

☞ Syntaxis. *Rerum, corporis, naturæ, labefactata, dissolubilis coagmentatis.*

COAGMENTATVS, a, um. *compactus, compositus.* Tusc. 563 a, Quoniam nihil sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. de Orato. 158 b, Collocationis est componere & struere verba, sic vt ne asper eorum concursus, neque hiulcus sit, sed quodam modo coagmentatus & leuis. de Finibus. 105 b, Quid eni aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius: aut in operibus manufactis, tam compositum, tamque compactum, & coagmentatum inueniri potest?

COAGMENTO, as. *compono, coniungo, construo.* de Senect. 92 a, Opus ipsa suum, eadem quæ coagmentauit, natura dissoluit. Orato. 204 a, Verba enim verbis quasi coagmenta, e negligat. de Cl. 170 a, Verba componere & quasi coagmenta.

COAGMENTOR, ris. *conficior, tractor.* I. A. 212 a, Docebo ne coagmentari quidem posse pacem.

☞ Syntaxis. *Coagmentare verba, pacem, Verborum concursus coagmentatus ac leuis. Componere, & quasi coagmentare.*

COAMICVS. de A. 114 b, Hodie me ante omneis coamicos stultos senes uersaris atque luseris lautissime. Poetæ.

COANGVSTO, as. *coarcto.* de Leg. 190 b, Hæc lex dilatata in cunctum ordinem coangustari etiam potest.

COARCO, as. *constrīgo, congusto.*)(*Dilato, explico.* de Orato. 98 a, Perfice vt Crassus hæc quæ coarctauit, & peranguste refersit, in oratione sua dilatet nobis atque explicet. * ad Attic. 108 a, Cn. noster adhuc in oppidis coarctatur.]

COARGVO, is. *indico, redarguo, accuso, conuinco, detego.* Epist. 38 b, Non nostram perfidiam is coarguit, sed indicat suam. pro Muræ. 126 a, Fuga laboris inertiam coarguit & desidiam. pro Fl. 150 a, Satis-ne vobis coarguere his autoribus dissolutam Græcorum consuetudinem videor? Att. 178 a, Sed opinor quiescamus, nec nostram culpam coarguamus. pro Lig. 139 b, Refellere & coarguere mendacium alicuius. pro Syll. 170 a, Illum multorum literæ & nuncii coarguerunt. & 175 b, Io cum locum te deducis, vt antequam me commutati iudicii coarguas, te summæ negligentiæ tuo iudicio conuictum esse fatearis. pro Mil. 180 b, Hunc autem hęc eadem coarguunt. ad Heren. 7 b, Coarguere rem aliquam certioribus argumentis. I. A. 165 b, Coarguere aliquem: *id est, signo aliquo ostendere, illum aliquid fecisse.* I. V. 267 a, Coarguere aliquem auaritiæ. Acad. 41 b, Philo errorem eorum qui ita putarunt coarguit.

COARGVOR, ris. *conuincor.* I. V. 254 b, Omnibus in rebus coarguitur à me, conuincitur à testibus, vrgetur confessione sua. pro S. R. 31 a, Iam intelliges certum crimen quam multis suspicionibus coarguatur. de Inuent. 79 b, Aut aliis constitutionibus factum coarguetur, cont. Ru.

64 a, Hęc

Attic 36 a, Pompeius oblitus cœno.

COEO, *is. conuenio adiungor, congredior.* ad At. 15 b, Cæsar cum eo coire cogitat, & Bibulus cum hoc se putasse coniungi. Postquam. 207 b, Cum hoc coire ausus es? Att. 103 a, Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræum. pro Dom. 222 b, Collegia medius fidius Tribunorum plebis tota reperientur, &c quæ coeant de hominum locupletissimorũ bonis. pro Cl. 48 b, Dixi Habito statim de eo, qui coisset, quo quis condemnaretur, illum esse librum. pro Clu. 49 a, Qui eorum coit, coierit, conuenit, conuenerit, &c.

¶ *Iungor, contrahor.* pro Qu. 14 a. & pro S. R. 21 b, Coire societatem voluntariam cum aliquo. de Na. 50 b, Pinna cum squilla societatẽ coit comparandi cibi. pro S. R. 34 b, Coire societatem prænii vel sceleris cum aliquo. pro S. R. 32 b, Coire societatem cum aliquo de aliqua re in Antonium 165 a, Vtinam Cn. Pompei cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam diremisses.

☞ Syntaxis. *Conuero amici. Coire societatem cum aliquo. Coire de salute, &c.*

COEPI, *sti. instituo suscipio, incipio.* pro Rab. P. 123 b, Vt magis pœniteret cœpisse, quàm liceret desistere. Att. 3 a, Caietam, si quando abundare cœpero de Orato. 99 a, Neque se ante causas amicorum tractare cœpisse, quam ius ciuile didicisset. de Fat. 147 b, Ne ve indotatis inchoandæ cœpisset exordium. Episto. 153 a, Si latro cursus in Italiam se recipere cœperit. Bruti erit officium occurrere ei. Attic. 115 b, Ipse me Cæsar ad pacem hortatur, sed antiquiores literæ quàm ruere cœpit.

COEPTO, *as. incipio.* in Arató,

— Cœptant iutos con iungere portus.

COEPTVS, a, um. I. C. 109 a, Nunc de republica consuli cœpti sumus. de Cl. 167 a, Qua in vrbe primùm literis oratio est cœpta mandari. de Orato. 98 b Ante petitam esse pecuniam quàm esset cœpta deberi. de Finibus libro 5 Tum sensim incipit progredi seseque agnoscere: cœptaque & ea, quæ naturæ apta sunt appetere, & propulsare contraria.

☞ Syntaxis. *Cœptum illo est consuli de pace. Litera scribi cœpta.*

COEPTVS, tus. *inceptum* de Fin. 115 a, Atque ipsa miltitutio hominis si loqueretur, hæc diceret, primos suos quasi cœptus appetendi fuisse, vt se conseruaret in ea natura, in qua ortus esset.

COERARIVS, rii. *curator* COERO, *Curo.* de Leg. lib. 3. 186 a, At si quid erit quod extra magistratus, cœrario visus sit, qui cœret, populus creato: eique ius cœrandi dato. *Alii legum, coharerio, & cætera eodem modo.*

COERCENS, tis. *comprehendens, complectens.* de Na. 46 a, Restat vltimus & omnia cingens, & coërcens cœli complexus.

COERCEO, ces. *contineo.* de Natu. 37 a, Mundus omnia complexu suo coercet & continet.

¶ *Refreno, domo, reprimo.* Tuscu. 185 b, Hoc præcipitur vt ratio coerceat temeritatem de Fin. 64 b, Cum enim fertur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coerceas. de Clar. 194 b, Fluuium extra ripas diffluentem coercere. Att. 81 b, Appius turmas aliquot equitum dederat Scaptio, per quas Salaminios coerceret. & 226 b, Ego vero is sum, qui non modo non supplicem sed et coerceam postulantes, vt sibi suppleatur. in Antonium. 231 a, A progressu coercuit, a reditu refrenauit. Officio. 37 b, Iis qui vi oppressos coercent, sit sane adhibenda sæuitia. de Orat. 143 a, Coercere aliquem ablatis pignoribus. Att. 16 a, Resecare libidinem, coercere iuuentutem. Offi. 56 b, Eos morte, exilio, vinculis, damno coercent. de Ora. 101 a, Coercere cupiditates. Top. 224 a, Coercere aquam: *id est, arcere.* I. V. 195 a, Coercere improbitatem.

COERCEOR, ris. *moderor.* de Finibus 80 a. Pudicitia non infamiæ metu coercetur, sed sanctitate sua se tuetur. Acad. 18 a, Nam si minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur. de Finibus 49 b, Qui autem moderatius id volunt fieri, difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod semel admissum coerceri reprimique non potest.

☞ Syntaxis. *Cœlum cingit omnia complexu suo, atque coercet. Fluuios coercere iuuentutem, libidinem. Coercere & reprimere.*

COERVLEVS, a, um. I. CAERVLVS. de N. d. 17 b, Cæsios oculos Mineruæ, cœruleos esse Neptuni. in Arat. Cœrulea pistrix.

COETVS, tus. *concilium.* de Senect. 94 b, Cum in illud animorum concilium cœtumque proficiscar. de Finib. 8 a, Opiniones, quæ in senatu quæ apud populum, quæ in omni cœtu concilioque sint proferendæ. de Somn. 127 b, Concilia & cœtus hominum iure sociati. in Sal. 274 b. Ea pars, quo tanquam in vnam voraginem cœtus omnium vitiorum excesserat. in Ver. 274 a, Omnesque Dii, qui solẽnes cœtus ludorum initis. de Orat. 87 b, Dicendo tenere hominum cœtus & 130 a, In hoc tali cœtu, & tam accurato sermone. de Orato. 149 a, Valde aut est absurdum ei concionem, aut senatum, aut vllum cœtum hominum committere, cui, &c. de Finibus. 66 a, b, Cœtus matronarum. I C. 98 b, Cœtus nefarii. I. C. 99 a, Dimittere cœtu nostro dimisso.

a * Acad. 42 a, Qui in Academ. docti erant, & sermones habere soliti.]

☞ Syntaxis. *Nominum cœtus, vitiorum, ludorum, Concilium ac cœtus. Cœtus iure sociatus. Cœtum dimittere.*

COGITATE. *cogitatò, consultò.* pro Arch. 189 a, Accuratè cogitateque scribere aliquid.

COGITATO *cogitatò.* de Offi. 6 a, Per multum interest, vtrum perturbatione, &c. an consultò & cogitato fiat iniuria.

COGITATIO, onis. *mentis sensus, mentis agitatio, animi motus animi sensus, intimus, recorditus sensus, meditatio, commentatio. φαντασία intimum ferme, cura.* Atti. 159 a, Meas cogitationes omnes explicui tibi superioribus literis. Atti. 133 a, Obsecro te Cicero suscipe curã & cogitationem dignissimam tuæ virtutis, vt, &c. & 147 b, Quamobrem à te peto, vt in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi de Orat. 125 b, In ea cogitatione curaque versor, vt odorer, &c. Atti. 236 b, Hæc me species cogitatioque perturbat. in Antonium. 166 a, Attende enim paulisper, & cogitatione sobrii hominis ad punctum temporis suscipe. Parad 117 b, Cum illi cogitationem vllam habuisse videntur, aut auri ad auaritiam, aut &c. de Amic. 102 a, Qui oẽs suas cogitationes abiecerunt in rẽ tam humilem, tamque contemptam Epist. 43 b, Complexus sum cogitatione te absentem. de Orat. 144 a, Omne illud tempus meridianum Crassus in acerrima & attentissima cogitatione posuit. & ibidem. Cùm eum in cogitatione defixum esse sensisset. At. 141 a, De his rebus rogo vos, vt cogitationem suscipiatis. & 225 b, Quæris vt suscipiam cogitationem, quid-nam istis agendum putem. & 147 b, Spe tamen deducebar ad eam cogitationem, vt arbitrarer, &c. contra Rul. 66 b, 67 a, Versantur in animo meo multæ & graues, cogitationes Brut. 90 b, Cicero tuus nunquã videtur dimittere cogitationem, cuius sit filius. de Orat 97 a, Subitam orationem commentatio & cogitatio facile vincit. Orat. 209 a, Qui motus cogitationis celeriter agitatus, per se ipse delectat. pro Syl. 179 b, Peterem veniam ex intimis vestris cogitationibus, & ea humanitate cõi. de Amic. 101 a, Quapropter à natura mihi videtur potius, quàm ab indigentia orta amicitia, applicatione magis animi cum quodam sensu amãdi, quàm cogitatione, quantum illa res vtilitatis esset habitura. de Or. 203 b, Multa animo & cogitatione, multa etiam legẽdo percurrisse. & 120 b, Neque quoties verbum aliquod est scribendũ nobis, toties eius verbi literæ sunt cogitatione perquirendæ. de Natu. 9 b, Mens nostra quidvis cogitatione potest depingere. ad Heren. 22 a, Cogitatio quamuis regionem potest amplecti, & in ea situ loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricari & architectari. Item: Quis est iste tuus sensus, quæ cogitatio? Brutos vt non probes, Antonios probes? de Natu. 22 a, Sic enim dicebas speciem Dei percipi cogitatione, non sensu, nec esse in ea vllam soliditatem, nec eandem ad numerum permanere, eamque esse eius visionem, vt similitudine & trãsitione cernatur, neque deficiat vnquam ex infinitis corporibus similium accessio, ex eoque fieri vt in hæc intenta mens nostra beatam illam naturã & sempiternam putet. pro Mil. 116 b, Fingite animis: liberæ enim sunt cogitationes nostræ, & quæ volunt, sic intuẽtur, vt ea cernimus, quæ videmus: fingite igitur cogitatione imaginẽ, &c. I. V. 87 b, Vidi simul cum populo Roma. forum adornatum ad speciem magnifico ornatu, ad sensum cogitationemq; acerbo & lugubri. Offic. 26 b, Cogitatio in vero exquirendo maximè versatur. & 53 a, Nos tantum roboris non habemus, vt cogitatione tacita à solitudine abstrahamur. & 5 a, Omnis autẽ cogitatio motusque animi aut in studiis scientiæ cognitionisque versabitur, aut, &c. Tusc. 158 a, Quidam nequeunt qualis animus sit vacans corpore, intelligere, & cogitatione comprehendere. pro Flac. 160 a, Sed vestrum est iudices, omnia quæ dici possunt in hominum leuitatem, &c. etiã si à minus dicuntur, vestris animis & cogitatione comprehendere. Tusc. 215 a, Sed in animo tantummodo cogitatione possumus morbum ab ægrotatione seiungere. & 186 b, Sermoque intimus, cum ipse secum, caue turpe quicquam. de Natu. 69 b, Omnia quæ nobismetipsis cogitatione fingere possumus. Epist. 50 a, Quoties in eam cogitationem necesse est vt veneris, & nos sæpe incidimus. de Natura. 6 a, Quod ne in cogitationem quidem cadit. Atti. 101 a, Si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset. de Orato. 85 b, Quocũque te animo & cogitatione conuerteris. pro Sest. 5 a, Audite literas, & vestrã memoriam ad timoris præteriti cogitationẽ excitate.

a * Epist. 159 a. Quanquam videre te tota cogitatione cupio.]

☞ Syntaxis. *Cogitatio dignis. acerrima, attentiss. grauis. Cogitationes suscipere, explicare. In cogitatione versari. Habere, & abiicere cogitationes in studia. Cogitatione aliquem complecti, percurre aliquid, depingere mens, percipere, fingere. In animo cogitatione distinguimus. Venire in cogitationem. Conuertere se animo & cogitatione ad.*

COGITATVM, ti. *cogitatio.* contra Rull. 61 a, Hæc non cogitata sapientum, sed optata furiosorum videntur. de Cl. 188 a, Cogitata mentis præclare eloqui.

COGITATVS, a, um *meditatus.* I. A. 176 a, Attuleras domo meditatũ & cogitatum scelus. pro Dom. 147 b, In posterum, inquit, diem distulit, vt cum in castellum Luceium ventum esset, ibi cogitata perficeret.

COGITO, as, *meditor, commentor, contemplor, mente, contrecto, mente cõplector, cogitatione complector, animo agito, mente agito, mecum quæro, existimo, in animo habeo, mihi in animo est, cogitatione alicuius rei habeo, omnem meam curam defigo in aliqua re, animo & cogitatione comprehendo, in aliqua re cogitationem pono, omnem curam cogitationemque, confingo, memoriam meam ad aliquam rem excito, ratione animoque lustro. ante oculos meos propono, speciem alicuius rei cogitatione percipio. Mente & cogitatione versor, cognitionem alicuius rei capio, cogitationem suscipio.* de Orato. 104 a, Sagaciter peruestigare quod sui ciues, iiq; qui audiũt cogitent, sentiant, opinetur, expectent pro Deiot. 151 a, Hæc ego repeto, & dies & noctes cogito. de Leg. 169 a, Nihil in his locis nisi mõtes & saxa cogitabam, pro Font. 278 b, Vos sæpius eandem rem animis agitare, & diutius uno de teste cogitare potestis? cõtra Rull. 78 b, Vos tamen id potestis cum animis vestris cogitare. de Legib. 169 a, Nam illo loco libenter soleo, vti, siue quid mecũ ipse cogito, siue aliquid

aliquid scribo, aut lego pro Mil. 112 a, Clodius nihil de extremis Milonis comitibus cogitauit. Att. 159 a, Ad hæc igitur cogita, vel potius excogita. de Orato, 118 a, Et quicquid de sua re cogitarit, in medium proferat. pro Rab. 96 b, Longius quam vitæ termini postulant, spe atque animo de se & gloria sua cogitare. Epist. 6 b, Is visus est mihi toto animo de te ac de tuis ornamentis & commodis cogitare. I. C 108 a, Sed eos hoc moneo desinant furere, & proscriptiones & dictaturas cogitare. Att. 207 b, De hortis toto pectore cogitemus Tusc. 187 b, Ad ferendum dolorem placide & sedate, plurimum proficit, toto pectore (vt dicitur) cogitare, quam id honestum sit. Epist 50 a, Cœpi egomet mecum sic cogitare: Hem nos homunculi, &c. Tusc. 349 b, Docto & erudito homini viuere est cogitare. Epist 153 a, Si insulam Britanniam cœpero, cogitare eius εἰδωλον mihi aduolabit ad pectus. Att. 228 b, Sed mehercule si humaniter, & sapienter, & amabiliter in me cogitare vis, facilem te profecto præbebis. Attic. 27 a, Ludi Antii futuri sunt pridie Non. eos Tullia spectare vult. inde cogito in Tusculanum. Attic. 134 b, M. Lepidus cras cogitat: *idest discedere, vel proficisci* * Tusculano. 249 b, Docto & erudito homini viuere est cogitare.]

Cogitor, ris, *excogitor, existimor*. Acad. 10 b, Nihil enim agens ne cogitari quidem potest, quale sit. de Diuin. 136 b, Nulla species cogitari potest, nisi pulsu imaginum.

☞ Syntaxis. *Repetere, & dies, noctesque cogitare. Sex a cogitare. De testibus cogitare. Cum animo suo cogitare. Cogita, excogita. Toto pectore cogito. Cogitare amabiliter in aliquem Cogito hinc Romam.*

Cognatio, onis. *coniunctio*. I. V. 216 b, Segestani cognatione se cum populo Romano coniunctos esse arbitrantur. de Natu. 19 a, Deorum cognationem libenter agnoscerem. de Finib. 114 a, L. Cicero frater noster cognatione patruelis, amore germanus. de Inuen. 50 a, Cognatione, quibus maioribus, quibus consanguineis. in Ant. 195 b, An potest cognatio vlla propior esse quam patriæ? in Verro. 219 a, Quæ cognatio studiorum & artium non minus est coniuncta, quam illa naturæ. de Diuin. 137 b, Hæc verò qua cum somnus naturali cognatione iunguntur. de Orato, 118 a, Cognationes, affinitates, &c. de finib. 146 b, Et tota domus coniugio & stirpe coniungitur, serpit sensim foras, cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis, post vicinitatibus cum ciuibus. pro Syll. 178 b, Circius nunquam sibi cognationem cum prædiis esse existimauit suis, Att. 200 b, Pro cognatione quæ mihi tecum est. de Diuin. 94 a, Animus, qui deorum cognatione teneatur. Orato. 225 a Habere aliquam necessitudinem aut cognationem cum aliquo. de Diuina. 115 b, Cum rerum autem natura quam cognationem habent? Postquam. 207 b, Cognatio materna transalpini generis. de Diuinat. 115 b, Distantium rerum cognatio naturalis. & ibidē: Cognatio naturæ & quasi concentus atque consensus, quam συμπάθειαν Græci appellant. de N. 65 a. Naturam quasi cognatione continuatā conspirare. pro Lig. 138 a, Propinqua cognatione. pro Clu. 29 b, Tulit hoc commune dedecus iam familiæ, cognationis, nominis, grauiter filius.

☞ Syntaxis. *Cognatio consanguinitatis, patriæ, naturæ, virtutum. Cognatio, concentus, & consensus naturæ. Animus deorum cognatione tenetur.*

Cognatus, a, um. *sanguine coniunctus habens cognationem cum aliquo, qui alterum cognatione tenetur, affinis, conueniens*. Postquam. 299 a, Pro reditu P. Pompilii multi cognati & affines deprecati sunt, pro S. R. 34 b, Propinqui cognatique optime conuenientes. de Orato. 161 a, Nihil est tam cognatum mentibus nostris, quam numeri atque voces pro Cecin. 287 b, Amici cognatique illius. Attic. 213 b, Incidissemus etiam in illos, in eis in cognatum tuum. de Vniuer. 198 a, Formam autem maxime & sibi cognatam & decoram dedit: *idest, similem* Lege, Agnatus.

☞ Syntaxis. *Numerus nobis cognatus. Forma illi cognata, & decora: idest, conueniens, & decens.*

Cognitio, onis. *agnitio, intelligentia inspectio, notio scientia*. Topi. 226 b, Causarum cognitio cognitionem euentorum facit. de Finib. 132 b, Nam quæ corporis sunt, ex cognitionem habent faciliorē. de Natura. 54 a, Vt homines deorum cognitionem cælum intuentes caperе possent. de Orat. 100 a, Cognitionem iuris magnam ac difficilem esse. & ibidem: Nullius mihi artis facilior cognitio videtur. de Orato. 153 a, Nā aut cognitio rei scientiaque perquiritur, aut, &c. de Finib. 132 b. Natura hominis, in qua sit mirabilis quædam vis rationis & cognitionis & scientiæ. pro Flac. 151 a. Verum hic tandem disceptationem & cognitionem veritatis, an innocentiæ labem aliquam aut ruinam fore putatis? Attic. 263 b, Quæ lex earum rerum quas Cæsar egisset, magnam consulibus cognitionem dedit, & ibidem. Coss. quorum & lege, & S. C. cognitio & iudiciū fuit. de Orat. 208 a, Nam ipsæ quidem res in per facili cognitione versantur. Offi. 3 b, Cognitio rerū aut occultarum aut admirabilium, ad bene beateque viuendum necessaria est. contra Rull. 172 b, Orbis terrarum cognitionem alicui sine consilio dari, & pœnam sine prouocatione. pro Corn. 61 a, Ipsæ enim leges te à cognitione sua iudicio publico repulerunt. Offic. 31 a, Cognitio contemplatioque naturæ, &c. de Natura. 57 a, Quæ contuens animus accipit ab his cognitionem Deorum. * Aca. 47 b, Turpe est cognitioni, & perceptioni assertionem approbationemque præcurrere.]

¶ *iudicium*. de Clar. 172 a, Cum dies cognitionis esset.

☞ Syntaxis. *Id habet cognitionem facilem: idest, facile noscitur. Id cognitionem tibi dabit. In cognitione facili hoc versatur. Cognitione & scientia. Cognitio & contemplatio.*

Cognitor, oris, *qui cognoscit qui alium in iure defendit, procurator*. pro Quint. Rosc. 51 a, Tu Q. Roscium pro opere & labore cognitor fuisset, quod vadimonia obisset, rogasti, vt, &c. pro Quin. Rosc 51 a, Nemo alteri petit, nisi cui cognitor est factus. & 50 a, In hanc rem me cognitorem dedisti, & 54 a, Nisi te in suam litem dedisset cognitorem. & ibidem: Quoniam tuus cognitor non est factus de Arusp. 254 b, Cum in me cognitorem harum omnium rerum illa flamma concitabatur: *idest, qui cognoscebam* in Ver. 370 a, Homines tenues adeunt ad ea loca, quæ nunquam antea viderunt, vbi neque noti esse iis, quo venerunt, neque semper non cognitoribus esse possunt. & ibidem Cognitorem locupletem dare. I. V. 78 b, Ciuem Romanum, qui cognitores homines honestos daret, sublatum esse in crucem. in Verr. 129 b. Videte porro aliam dementiam. cognitorem ascribit Sthenio, quem? cognatum aut propinquum? non, &c. & 130 a, Sthenius inuenire neminem Siculum potuit qui pro se cognitor fieret & ibidem. Cedo cui Siculo, cum is reus fieret, cuius Romanus cognitor vnquam factus sit? & ibidem. Attic. credo Sthenius hoc sibi amplum esse putauit eligere e ciuium Roma. numero, quem cognitorem daret. ad Heren. 10 a, Maior annis LX, A cui morbus causa est, cognitorem dat. * I. V. 56 b, Me cognitorem iuris sui esse voluerunt.]

Cognitus, a, um *spectatus, perceptus, comprehensus, exploratus, perspectus iudicatus*. pro Mure. 129 b, Veriti sunt ne dierum ratione peruulgata & cognita, sine sua opera lege posset agi. Offic 4 a, Incognita pro cognitis habere Epist. 6 a, Re perspecta & cognita. de Cl 77 b, Satis mihi videbar habere cognitum Scæuolam ex iis rebus, quas. &c. pro Cecin. 301 a, Homo virtute cognita & spectata ac de amplissimus. de Orato. 91 b, Attem cognitis penitusque perspectis rebus contmeti. pro Cecin. 305 a, Homo in vtraque fortuna cognitus, multis signis, & virtutis, & humanitatis Brut. 191 b, Clodii animum perspectum habeo, cognitum, iudicatum de Orato. 94 a, Res penitus perspectæ, planeque cognitæ. Brut. Ex me illud est, quod te velim habere cognitum. de Finibus 142 b, An vero quisquam potest probare, quod perceptum, quod comprehensum, quod cognitum non habet? I. V. 132 a, Vt aliquando de rebus ab isto cognitis iudicatisque; & de iudiciis dicere desistamus.

☞ Syntaxis. *Cognitum, ac peruulgatum. Perspectum & cognitum. Homo cognitus, in bonam partem. Habere quid perspectum, cognitum, & iudicatum Penitus perspectum, planeque cognitum. Cognitum & iudicatum Perceptum, comprehensum cognitum.*

Cognomen, nis. *cognomentum*. de Am. 96 b, Cato quasi cognomē iam habebat in senectute sapientis. Offi. 75 a, T. Manlius, qui Galli torque detracto cognomen inuenit. de Fini. 53 b, Neque Torquatus, qui hoc primus cognomen inuenerit. pro S R. 212, Duo isti Roscii, quorum alteri Capito est cognomen est, iste qui adest Magnus vocatur. Offic. 45 a. P. Crassus cum cognomine diues, tum copiis Attic. 30 a, Noster amicus Magnus, cuius cognomen vna cum Crassi diuitis cognomine consenescit. pro Cl. 32 b, Quid tu, inquit, Paceto (hoc enim sibi Stalenus cognomen ex imaginibus aliorum delegerat, ne si se Ligurem fecisset, nationis magis suæ quam generis vti cognomine videretur.) pro Mur. 131 b, Quam laudem ille Africa oppressa cognomine ipso præ se ferebat, eandem hic sibi ex Asiæ nomine assumpsit. de Som. 227 a Eritque cognomen id tibi per te partum, quod habes ex nobis adhuc hæreditarium. I. A. 186 b, Bombalio, qui propter hæsitantiam linguæ stuporemque cordis cognomē ex ignominia traxerit. & 207 b, Hinc enim puto Trebellium sumpsisse cognomen. de Inuen. 65 a, Nomen autem cum dicimus, cognomen quoque & agnomen intelligatur oportet. ad Heren. 34 a, Cognomen, quod pro certo nomine collocamus.

☞ Syntaxis. *Cognomen inuenire, assumere, trahere.*

Cognomentum, ti. *cognomen*. pro Milo. 110 b, C. Cassinius cognomento Schola. de Finibus. 67 a, Vt Heraclitus, cognomento qui σκοτεινός perhibetur.

Cognominatus, a, um. Par. 234 b, Verba ponenda sunt quæ vim habeant illustrandi, nec ab vsu sint abhorrentia, grauia, plena, sonantia, iuncta, facta, cognominata, non vulgata superlata.

Cognoscendus, a, um. *noscendus*. de Or. 102 a, Studium cognoscendæ percipiendæque virtutis.

Cognoscens, *qui noscit*. ad Herenn. 29 b, Qui priuatus intolerabili superbia fuerit, eum commodum & sui cognoscentem videre in potestate quis speret?

Cognosco, cis. *nosco, agnosco, percipio, attendo, disco non me latet, non me fugit, assequor, notum habeo, exaudio, animaduerto cognitum habeo, intelligo, notum habeo, mihi notum est, perspectum mihi est, verso, notitiam aliquam vel habeo cognitionem capio*. Att. 70 b, Idque quoniam Philotimum habes, perspice & cognosce rationem. Item: Consulibus & lege, & S. C. permissum erat, vt de Cæsaris actis cognoscerent, statuerent, iudicarent. I. V. 113 b, Causam Verres cognoscebat, Verres iudicabat. Offi. 50 b, Aratus adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus causas cognosceret. I. A. 204 b, Vt cōsules cognoscant, qui ager colonus sit, qui contrà, &c. de Orato. 117 a, Hoc primum præcipiemus, quascunque causas erit acturus, vt eas diligēter penitusq; cognoscat. de Clar. 137 a, b. P Crassus domi ius ciuile cognouit: *idest, didicit*. de Orato. 96 b, Etiam illa cognoram & acceperam, conciliandos esse, &c. Episto. 8 b, Ex eodem de toto statu rerū communium cognosces. Attic. 81 b, Habes consilia nostra, nunc cognosce de Bruto Epist. 5 a, Quæ hic agantur, quæque acta sint, ea te ex literis multorū & nunciis cognoscere arbitror. & 48 b, De Marcelli salute paulo ante quam tu cognouimus. & 161 b, De meo studio erga salutem & incolumitatem tuam credo te cognoscere ex literis

literis tuorum. Att. 86 b, De me Imperatore scribis te ex Philotimi literis cognouisse. de Natu 4 b, Adsint, animaduertant, cognoscant. pro Fl. 157 a, Quem tu cum ephebum Lenni cognosses, quoniam te nudus delectarat, semper nudum esse voluisti. Epist. 69 a, Vt cæteri viuentibus nobis ex libris tuis nos cognoscant. I. V. 137 a, Id adeò non tam ex re, quàm ex istius decretis cognosco. Att. 152 a, Bene. n. tibi cognitus sum.

Cognoscor, ris. *noscor*. Offi. 42 b, Facillimè autem in optimam partē cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros & sapientes viros bene consulentes reip. contulerunt. de Ora. 104 a, Nihil certum sciri, nihil planè cognosci ac percipi posse.

☞ Syntaxis. *Cognoscere causam (propriè iudicum.) Cognoscere, & percipere. Perspicere, & cognoscere. Cognoscere, statuere, iudicare. Diligenter penitusque cognoscere. Cognoscere Medicinam: id est, addiscere Ex literis, ex aliquo, ab aliquo cognoscere. Certum sciri, & planè cognosci nihil posse.*

Cogendvs, a, um. *congregandus*. Att. 91 b, Vt equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem.

Cogens, tis. *colligens, congregans*. de L. 171 a, Mens omnia ratione aut cogentis, aut vetantis Dei.

Cogo, gis. *vim facio, impello, adigo, vim adhibeo, vim affero, necessitatem affero compello*. Offic. 62 b, Diogenes contra, num te emere coegit? qui ne hortatus quidem est? de Ami. 101 a, Vim hoc quidem est afferre: quid enim refert, qua me ratione cogatis cogitis certe. Epi. 5 a, Quorum vtrum minus velim, non facile possum existimare: sed si res cogat, est quiddam tertium. de Leg. 172 a, Plato hoc quoq; legis putauit esse persuadere aliquid, non omnia vi ac minis cogere. I C. 120 a, Etiam si hominum studia deficiant, dij ipsi, &c. cogēt ab eis virtutibus vitia superari.

¶ *Colligo, argumentor, concludo*. Bru. 91 b, Hoc cogere volebat, falsas literas esse.

¶ *Congrego*. Epi. 60 a, Recordare cætera, q̄ cito Senatum coegerim. I. V. 90 b, Cum frumentum imperarem, cum stipendium cogerē. Att. 230 b, Itaque non amplius XIIII. cohortes Nucerīā coegi. pro Rab. 91 b, Qui me constituto spacio in semihorę curriculum coegisti. de Or. 121 b, Crassus pollicitus est se ius ciuile, quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coacturum, & ad artem facile redacturum. pro Cec. 196 a, Neminem coegeris, ipsi cōuenerint sua spōte. & 291 a, Manum facere, copias parare, multitudine hominū cogere, armare, instruere, & 190 a, Cogere homines armatos. Att. 245 a, Nec duces simus, nec agmen cogamus. Epi. 56 a, Marcellus me rogauit, vt cogerem medicos: coegi, & e uestigio eò sum profectus. pro R. P. 127 b, Att. n. dum Gabinio pecuniam Posthumus cogeret, ex decumis imperatorum pecuniam sibi coegisse. I. V. 86 b, Cogere pecuniam à ciuitatibus, & 187 a, de Leg. 174 a, Cogere stipem.

Cogor, ris. *colligor, concludor*. de N. 66 a, Innumerabilia sunt ex quibus effici cogiq; possit, nihil esse quod sensum habeat, quin id intereat. de Leg. 176 a, Ex quibus qđ volumus efficitur & cogitur. de Inu. 58 b, Hic complexio est infirma. aliud. n. quam cogebatur, illatum est.

¶ *Impellor*. p Do. 240 b, Fieri particeps alieni sceleris inuitus cogor. I. A. 355 a, Quid erat causæ, cur in senatum heri tā acerbe cogerer?

¶ *Comprimor* de Na. 46 a, Aer extenuatus in sublime fertur, concretus autem in nubem cogitur.

¶ *Congregor, connector*. de Fin. 91 a, b, Catu in ipsa curia solebat legere, dum Senatus cogeretur. de Or. 100 b, Interea dum hæc quæ dispersa sunt, coguntur, licet, &c. At. 129 b, Vt reliquæ copiæ omnes Brundusium cogerentur.

☞ Syntaxis. *Cogere pecuniam, copias, senatum, auteres, stipendium, ius ciuile, stipem. Cogere pecuniam ab aliquo. Acerbè cogi. Aer cogitur in nubem. Romam coguntur copiæ.*

Cohæreditvs, rij. *qui cohæret, & alteri ad aliquod munus adiunctus est.* L. Coadiutor.

Cohærens, tis. *connexus, adhærens, coniunctus*. Offic. 54 b, Qui primùm hæc natura cohærentia opinione distraxisset. de Ora. 138 b, Membrū cohærens cum omni corpore. Acad. 44 a, b, Omnis natura cohærens & continuata cum suis partibus. de Na. 60 a, Res si minus veræ, tamē aptæ inter se & cohærentes.

Cohærentia, æ. *compositio*. de Na. 57 b, Circuitus solis & lunæ, reliquorumque siderum, quanquam etiam ad mundi cohærentiā pertinent, tamen & spectaculum hominibus præbent.

Cohæreo, res. *cohæresco, conuenio*. Orat. 210 b, Vt inter se quàm aptissime cohæreant extrema cum primis. ad Her. 3 a, Cohærere cum aliquo. Top. 225 a, Quicquid antecedit quamq; rem, id cohæret cum re necessario: quicquid repugnat, id eiusmodi est, vt cohærere nunquā possit. pro Cęc. 295 a, Sermo familiaris non cohærebit, si verba inter nos aucupabimur. de Ar. 258 a, Etenim hæc vià innixa in omnium vestram humeris cohærebunt. pro Cæl. 40 b, In quo non modo crimen non hærebat, sed vix diserti adolescentis cohærebat oratio. itē: Illud dico, ea quæ dicat præclare inter se cohærere. de Vniu. 197 b, Mundus ita apte cohæret, vt dissolui nullo modo possit. de Inu. 160 b, Namque alia quibus cohærent homines e mortali genere sumpserunt. Acad. 43 b, Neque enim materia cohærere potuisset, si nulla vi contineretur.

¶ *Absolutè. bene res habet in dicto*. pro Pom. 7 a, Hęc ratio pecuniarum, &c. implicata est cum illis Asiaticis, cohæreret.

☞ Syntaxis. *Natura cohærens, & continuata. Extrema cum primis inter se cohærent. Mundus apte cohæret.*

Cohæres, dis. *simul hæres*. Att. 106 b, Dolabellam video Liuiæ testamēto cum cohæredibus esse in triente. & pro Q. R. 54 a, Epi. 221 b, Lucius est cohæres meus, *id est, mecum hæres*.

Cohæresco, scis. *cohæreo*. de Nat. Deo. 12 b, Atomi quæ cohærescunt inter se, & aliæ aliās apprehendentes continuantur. de Fin. 52 a, Atomos ita ferri, vt concursionibus inter se cohærescant.

Cohibens, tis. *comprehendens, continens*. de Fat. 144 a, sed interest inter causas fortuitò antegressas, & inter causas cohibentes inter se efficientiam naturalem.

Cohibeo, bes. *refreno, contineo*. I. A. 184 a, Nisi Cæsar illios furentis impetus crudelissimosq; conatus cohibuisset. I. A. 201 b, Vt eius furorē ne alpium quidem muro cohibere possemus. pro Mil. 116 a, Nūquā ille a coniugibus vestris effrenatas libidines suas cohibere potuisset. Aca. 17 b, Effectum illud erit, sapientem omnes cohibiturum. de N. a, & Aca. 13 b, Prudenter Academicos à rebus incertis assensionē cohibuisse. Aca. 47 b, Cohibere semper, & ab omni lapsu continere temeritatem. Off 36 b, Cohibere motus animi turbatus. pro Mar. 132 b, Animum vincere, iracundiam cohibere, victoriā tēperare. pro Pomp. 16 b, Qui ab auro gazaq; regia man', oculos, animū cohibere possit.

☞ Syntaxis. *Cohibere impetus, furorem, libidines, assensus, manus, oculos, animum à gaza.*

Cohibitio, onis. *interdictum* in Ver. 155 a, Sic deportandi dies præstituta tollere cogebat ex area, cohibitio tollendi nisi pactus esset, uim adhibebat pactioni, non voluntatem.

Cohonesto, as. *honesto, decoro*. pro Q. 9 b, Ennius quo amici cōueniunt ad exequias cohonestandas. Anteq. 197 b, Quem sæpe uestra laude cohonestatis. I. V. 143 a, Eorum autoritate statuas cohonestare tuas conatus es. Epi. 209 a. Cohonestare aliquem.

Cohorreo, res. *horrore, & frigore magno afficior*. de Ora. 143 a, Ex quo sudore cum cohorruisset, cum febri domum cedit. Att. 5[illegible] a, cohorrui primò: etenim erat interitus ciuitatis. & 98 a, Sin tu illas accepisti, scis, cohorruisse me, quod tuæ literæ de legionibus. Cæsaris afferrent. de Som. 127 a, Quem ut agnoui, equidem cohorrui.

Cohors, tis. *militum manus, propriè translatione, caterua, multitudo varia hominum*. pro Mil. 114 b, Si Capitolinæ cohortes contra milonis impetum armatæ sunt. pro Mar. 132 a, Nihil tibi ex ista laude cohors, nihil turma decerpit. Q. F. 292 a, Domestici & necessarij apparitores qui quasi ex cohorte prætoris appellari solent. I. V. 122 a, Prætorem de sua cohorte iudicem dare. I. C. 109 b, Cum hanc sit habiturus Catilina scortatorum cohortem prætoriā. * Epi. 243 b, Quinq; cohortes sine legato, sine Tribuno militum, deniq; ét sine cēturione ullo.]

Cohorticvlæ, arum. *paruæ cohortes*. Epi. 116, Cohorticularum nescio quid amisit. Celij.

Cohortandvm. *adhortandum*. de Orato. 107 a, Illud vereor ne maiorem uim ad deterrendum habeat, quàm ad cohortandum, &c.

Cohortatio, onis. *hortatio*. Att. 260 a, Incredibiliter me commouet tua cohortatio. de Or 102 a, Cohortatione alicuius concitari ad studium cognoscēdæ ueritatis. At. 278 a, cohortationibus excitari. Ep. 8 a, Quæ quidem mea cohortatione tibi inanis aut sine causa suscepta uideatur, illa me ratio mouet, ut, &c. pro Cl. 46 a, cohortatio in dicum [Greek]. At 68 a, [Greek] illa tua non abieci, quę mihi hærent in uisceribus. pro Cor 65 b, Neque ille summas poeta noster Annibalis illam magis cohortationem, quàm communem imperatorem uoluit esse, hostem qui ferier, &c.

☞ Syntaxis. *Cohortatione commouere, excitare, incitare aliquem.*

• Cohorticula, læ. Ep. 116 a, Bibulus nescio qđ cohorticularū amisit.]

Cohortor, aris. *hortor, adhortor*. Epist. 19 b, Teque ad studium summæ laudis cohortabor. de Ora. 111 b, cohortari ad uirtutem ardentius, à uitiis acrius reuocare.

Coinqvino, aris. *turpificor, commaculor*. de Natu. 73 a, Summum esse arbitror periculum, matres còinquinari, regium contaminari stirpem. Poetæ.

Coitio, onis. *societas sodalitas*. Pro Pl. 170 a, Dubitatis, inquit, an coitio facta sit? Q. F. 320 b, Quòd audisti in candidatorum cōsularum coitione me interfuisse, falsum est. pro Clu. 49 a, Si item de coitione uoluisset. adiunxisset.

Colchi, orum. *regio, & populi*. Or. 212 b, Auratus aries colchorum & ad Her. Att. 143 a.

Colia. *testes seu testiculi, & familia nomen Lanuuij*. Epi. 140 b, At honesti coles Lanuuini, cliternini non honesti.

Collachrymatio, onis. de Ora. 125 b, Ner ad misericordiam adduceretur, nisi ei tu signa doloris tui uerbis, sententijs, uultu, uoce, collachrymatione denique ostenderis.

Collachrymo, as. *lugeo*. de Som 126 b, Ad quem ut ueni, complexus me senex, collachrymauit. pro Sest. Histrio casum meum toties collachrymauit.

Collatatvs, a, um. *dilatatus*. Or. 115 a, Oratio collatata atque diffusa.)(*Angusta atque concisa.*

Collatia, æ. *regio, & oppidum*. cont. Rul. 85 b.

Collatio, onis. *comparatio, similitudo*. de Inu. 52 b, Collatio est oratio, rem cum re ex similitudine conferens. de Di. 116 b, Quanquam tu quidem non hostiarum casum confirmas fortium similitudine, sed infirmas fortes collatione hostiarum. de Fi. 123 b, collatio ista te nihil iuuat: nec enim, &c. *Et ibi nonnulla collationis exempla pulcherrima.* de Ora. 10 a b, De collationibus signorum. de N. 74 b, Quæ est in collatione ista similitudo? Tusc. 128 a, Philosophia ex rationum collatione constat. * Tusc. 249 a, Quod cum fecerint reliqua ex collatione facile est conterere. de Fin 97 a, collatio rationis.

Collato, as. *dilato* L. Collatatvs.

Collatvs, a, um. *comparatus*. Aca. 18 b, Qui mihi cū illo collati quintæ classis videntur. pro Pomp. 16 b, Si quem haberetis, qui collatis signis exercitus regios superare posse uideretur.

COLLAVDANDVS, da, dum. *ornandus, honestandus.* de Or. 87 b, Aliquem non cohortandum, sed potius collaudandum videri.

COLLAVDATIO, onis. *laudandi, actus.* de Iou. 78 a, & ad Heren. 8 b, * & 9 a, Collaudatio legis]

COLLAVDO, as. *comprobo, laudo.* Epis. 7 a, Illud tibi affirmo fore, vt cum redieris, ab omnibus collaudere. I. A. 200 a, Eodem die D. Bruti factum, collaudauistis. At. 152 a, Clementiam Cæsaris per literas collaudaui. & Autequam. 192 b.

COLLECTA, æ. *pecunia qua colligitur à multis, vt fieri solet in diuersoriis, à cona m... & aliis in locis.* de Orat. 136 a, Ego vero, inquit ille quoniam collectam à conuiuis Crasse exigis, non committam, vt si defugerim tibi causam aliquam dem recusandi.

COLLECTIO nis. *συναγωγὴ, congregatio.* pro Pom. 8 a, Vt eorum collectio dispersa celeritatem persequendi retardaret. de Cl. 193 a, Attuleratq; duas res, quas nemo alius, partitiones, quibus de rebus dicturus esset, & collectiones: memor & quæ essent dicta contra, quæque ipse dixisset. Att. 255 a, Mearum epistolarum nulla est συναγωγὴ.

COLLECTITIVS, a, um. *recens, collectus, tumultuarius.* Epi. 97 a, Signa tyrone, & collectitio exercitu cum legionibus robustissimis contulit.

COLLECTVS, a, um. *coactus.* I. C. 105 a, Exercitus collectus ex senibus desperatis. * In V. 66 a, Ante collectam famam conseruare.]

COLLEGA, æ. *qui eiusdem cum altero officij & potestatis est.* Offi. 19 a, Bene Pericles, cum haberet collegam in prætura Sophoclem, &c. I. A. 175 b, Eum, quem collegam regni habebas, dominum habere velles. de Pro. 73 a, Vt commune officium censuræ communi voluntate defenderent. de Ami. 103 b, Aliquos duos bis vna consules & collegas in censura fuisse. * Epi 199 a, Hircium & Pansam collegas nostros amantissimis. Epi. 196 a, Antonius collega noster.]

COLLEGIVM, gij. *communitas, cœtus, vt sacerdotum, opificum, fabrorum, & id genus, dicitur etiam Sodalitas.* de Le. 188 b, Quod enim est tam desperatum collegium, in quo nemo e decem sane mentis sit? Epist. 42 a, Amplissimi sacerdotij collegium, in quo non modo, &c. sed ne optari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus. Offi. 67 b, Cum prætorum collegium Tribuni plebis adhibuissent. pro Dom. 219 b, De rebus diuinis Pontificum collegium docere. de Cla. 176 b, Hic qui in collegio sacerdotum esset condemnatus. pro Dom. 222 b, Collegia medius fidius Tribunorum ple. tota reperientur, hoc iure sublato, quæ coeant de hominum locupletissimorum bonis. I. V. 129 a, Collegium Tribunorum ple. pro Sest. 9 b, Nulla societas vectigalium, nullum collegium, nullum concilium, nullum commune consilium, &c. pro Do. 228 a, Nullum est in hac vrbe collegium, quod &c. Or. 276 a, Cooptare aliquem in collegium. I. V. 225 b, Amplissimum collegium decemuirale. de Cla. 165, & 173 b, Cooptatum me ab eo in collegium recordabar.

☞ Syntaxis. *Collegium desperatum, sacerdotij, prætorium, pontificum, Tribunorum plebis, decemuirale. Cooptare aliquem in collegium.*

COLLIBET, bat. *libet.* in Sal. 247 b, Sallustius in eo bonore nihil non æquum & verum duxit, quod ipsi facere collibuisset. Sallu. in Cicer. 370 b, Nihil flagitiosum corpori putabat, quod alteri collibuisset. Ep. 253 a, Vt simul ac mihi collibitum sit de te cogitare spectrum tuum occurrat. de Natura 22 b, Quod simul ac mihi collibitum est, præsto est imago.

COLLIDO, dis. *frango, contero.* de Nat. 65 b, Humor facile comprimi collidique potest.

COLLIGATIO, onis. *Connexio vinculum.* de Fat. 146 b, Omnia naturali cogitatione conserte connexeque fieri. de Diu. 106, Qui colligationem causarum omnium perspiciat animo. Off. 11 b, Arctior vero colligatio est societatis propinquorum, de Vni. 199 a, Sesquialteris autem interuallis, & sesquitertijs, & sesquioctauis sumptis, ex his colligationibus in primis interuallis sesquioctauo interuallo sesquitertia omnia explebat.

COLLIGATVS, a, um. *vnà arctus, connexus.* de Natu. 4 a, Vt alia ex alia nexa, & omnes inter se aptæ colligatæque videantur. Offi. 4 a, Quæ quatuor inter se colligata atque implicita sunt, de Vni. 202 a, Omne colligatum solui potest. & ibidem. Corpora colligata vinculis naturalibus.

COLLIGO, as. *constringo, ligo, vincio.* Ora. 207 a, Atticos annorum septingentorum memoriam vno libro colligauit pro Rab. 92 b, Lictor, colliga manus de Vn. 197 a, Vt vnum medium extrema colligaret. I. A. 231 a, Alterum Brutus omnis diripere cupientem vitæ suæ periculo colligauit, à progressu arcuit. I. A. 236 a, Ni Brutum colligassemus in Græciam. * Epist. 139 a, Ita se cum multis colligauit.]

COLLIGOR, ris. *constringor.* Or. 213 a, Id enim expectant aures, vt verbis colligetur sententia.

☞ Syntaxis. *Hæc inter se apta & colligata. Colligata & implicita. Medium extrema colliget. Aliquem colligare in locum quempiam, id est, amandare. Sententia verbis colligata.*

COLLIGENDVS, a, um. *comparandus, acquirendus.* Epi. 135 b, & Qu. Fra. 301 a, Ad illorum beneuolentiam conciliandam & colligendam.

¶ *Recreandus.* de Ora. 87 a, Crassus colligendi sui causa, in Tusculanum contulit, *id est reficiendi, & recreandi.*

COLLIGENS, tis. *legens seu eligens.* de Ora. 100 a. Vel passim licet, carpentem & colligentem repleri ista iuris ciuilis scientiæ.

¶ *Contrahens.* de Natu. 46 a, Aer humorem colligens, terram auget imbribus.

COLLIGO, gis. *cogo, congrego* in Ca. 106 a, Catilina ex agris magnum numerum perditorum hominum collegerat. I. V. 209 a, Mouere castra ex aliquo loco, & vasa colligere. Off. 32 a, Ea Possidonius collegit permulta. de Ora. 97 a, Quæ sua sponte homines eloquentes facerent, ea quosdam obseruasse atque collegisse. de Cla. 184 a, Curio nullam memoriam antiquitatis collegerat. Att. 278 a, Me quidem tum rationes quas collegeras, tum autoritas tua a nimio mœrore deterruit. de Cl. 289 b, Sed ij, quos iam diu colligis, viuerent. item. Et oratores quos colligo. Qu. de Pe. 213 b, Colligere multa in vnum locum. de Fin. 56 a, Colligere multa argumenta contra aliquem. de Cla. 191 a, Is metuens, ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deprauabat.

¶ *Intelligo, nosco.* Att. 37 b, Ex eo colligere potes, quanta occupatione distinear.

¶ *Acquiro, comparo* de Ami. 197 b, Beneuolentiam ciuium blanditijs, & assentationibus colligi etur turpe est. de Leg. 166 a, Vt beneuolentiam & bonum rumorem colligant, erubescunt, &c. ad Heré. 2 a, Colligere beneuolentiam a persona alicuius. Q. F. 517 a, Ex hoc labore magnam gratiam dignitatemque colliges. de Orat. 155 a, Colligere gratiam ex priuatorum negocijs. de Fi. 116 a, Colligere bonum rumorem. Q. fr. 208 a, Colligere laudem omnium vndique. in Verr. a 39 b, Vt ex eo crudelitatis inuidiam colligam. pro Clu. 33 a, Qui omnes rumores & concionum ventos colligere consuesset.

¶ *Me recipio, reficio.* pro Pom. 8 b, Manus eorum qui se ex Mithridatis regno collegerunt. Tusc. 160 b, Cum animus se collegit atque recreauit. de Ora. 107 a, Vocem ab acutissimo sono vsque ad grauissimum sonum recipere, & quasi quodammodo colligere. Att. 278 a, Tum me, inquit, collegi, veritus ne, &c. & 103 a, Ipsi se collegerunt admiratione integritatis meæ. & 278 a, Iudicium tuum magni æstimans, idque veritus, me ipse collegi. Epist. 40 a, Tamen vt me collegi, cætera facillima videbantur. & 11 b, Collegi ipse me, & cum ipsa quasi republica collocutus sum. & 73 b, Rogo te colligas, virumque præbeas. & 176 a, Sin aliquid virium forte collegerit, sentiat, &c. Tusc. 226 a, b, Quid est autem ipsum colligere, nisi dissipatas animi partes rursum in suum locum cogere? pro Q. 9 b, Tu te collige, aliquid loci rationi & consilio da. de D. 93 b, Is primo perterritus somnio surrexit, deinde cum se collegisset, &c. recubuit.

COLLIGOR, vel COLLIGITVR. *impersonale, intelligitur.* Off. 45 a, Vnde colligitur, hæc pueris & mulierculis esse grata.

COLLECTVS, a, um. *coactus.* Offi. 21 a, Multa multorum facetè dicta, vt ea quæ a sene Catone sunt collecta, quæ vocantur ἀποφθέγματα. de Ora. 151 a, Res vndique collectæ & comportatæ. in Catil. 105 a, Exercitus collectus ex rusticis. pro Dom. 225 b, Vt improborum diu collecta & inueterata compressio odio, & tacito iam erumpebat in actum.

¶ *Comparatus.* I. V. 66 a, Conseruare famam ante collectam. I. V. 66 a, Existimatio multo labore collecta.

☞ Syntaxis. *Sibi colligere, & conciliare beneuolentiam: item gratiam & famam ab aliquo. Colligere inuidiam crudelitatis ex aliqua re. Te collige. Multum virium colligere. Cum te collegeris, virum doceas. Vnde colligo. Collecta, & comportata.*

COLLINEO, siue COLLINEO, as. *dirigo, propositum assequor.* de Diu. 133 b, Quis est enim, qui totum diem iaculans, non aliquando collineet? de Fi. 94 b, Vt si cui sit propositum collineare hastam aliquo aut sagittam. & ibid. Huic in eius similitudine omnia facienda sint vt collineet, & tamen vt omnia faciat, quo propositum assequatur.

COLLINA porta. *Romæ.* de Leg. 182 a.

COLLIQVEFACTVS, a, um. *dissolutus, liquatus.* pro Clu. 54 a, Venenum colliquefactum in potione.

COLLIS, lis. *mons.* pro Clu. 52 a, Cum quædam controuersia in collibus esset orta. in Ara. Excelsi colles.

COLLOCATIO, onis. *dispositio.* Offi. 28 b, Itaque videtur eadem vis ordinis & collocationis fore. de Orat. 158 b, Collocationis est componere & struere verba, sic, vt neve asper eorum concursus neue hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus & leuis. & 113 a, Orat. 220 a, Compositi oratoris bene structam collocationem dissoluere permutatione verborum. de Ora. 97 a, Ipsa collocatio conformatioque verborum perficitur in scribendo. de Orat. 124 b, De ordine verborum & collocatione aliquid dicere. pro Cl. 57 b, Collocatio filiæ. & de Offic. 44.

COLLOCANDVS, a, um. *aptandus, statuendus* Part. 130 a, & b, Sed & res, & verba inuenienda sunt & collocanda, *& alia plura ibi.* pro Mur. 30 b, Itaque beneficij collocandi spem perdidistis. pro Cec. 288 a, Pecuniam in prædiis collocare. item Pecuniæ collocandæ ratio esse debet. Att. 284 a, Tua nobis autoritate opus est ad collocandum aliquem ciuitatis statum.

COLLOCATVS, a, um. *dispositus.* pro Pl. 280 a, Huius ego manibus in naui rata collocatus, Brundusium petere contendit. Q. F. In quibus tuas virtutes consecratas, & in numero deorum collocatas vides. I. V. 242 a, Aedilitas alicui data & recte collocata, & in loco posita. I. C. 115 a, Cum signum statueremus, quo collocato atque ad vos senatumque conuerso vidistis, &c. I. P. 85 b, Quem ad Cn. Pompeium interimendum collocatum fuisse constabat. Bru. 90 b, Qui esset eo quo ego sum gradu, Senatus Populique iudicio collocatus. Postq. 204 a, Populus Ro. cuius honoribus in amplissimo consilio, & altissimo gradu dignitatis, & in hac omnium terrarum arce collocati sumus.

COLLOCO, as. *colo, pono, dispono statuo, accommodo.* Offi. 56 b, Hercules illo quem hominum fama beneficiorum memor in concilio cœlestium collocauit. I. V. 247 a, Se bene apud istum tam multa pretia ac munera collocasse. Epi. 116 a, Bene collocare beneficium apud aliquem. Epi. 197 b, Legiones ad vrbem adducere cogitat, easq; in ceruicibus nostris collocare. de Or. 213 b, Acutarum grauiumque vocum iudicium ipsa natura in auribus nostris collocauit. Tusc. 183 b, Collocare aliquem in cubili. de Ar. 256 b, Collocare aliquem in tuto. de In. 77 b,

Non

Non isto loco verbum istud collocasset. Epis.25 b, Mihi erat in animo, cum prima æstiua attigissem, militatemq; rem collocassem, decedere ex Senatusconsulto.de Or.98 a, Tabulas ac signa propalã collocare.de Cla.388 b, Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. pro Ses. n 72, Collocare statuam in foro.I.C.115 a, Simulacrum aliquod ita collocare, vt solis ortum conspiciat. Part.120 a,b, Violatur is qui procreauit, qui aluit, qui sede ac domo atque in repu. collocauit. ad He.59 a, Fortuna te collocauit in amplissimo statu. I.P.92 b, Collocare sibi domicilium in aliquo loco. I.A.212 a, In hac custodia tanq̃ in specula collocati sumus. p Q.15 a, Collocare spẽ in incerto futuri casus euentu. I.C.110 a, Sedes ac domicilium collocare. p Do. 223 a, Si vos me in meis ędibus collocatis. pro Mil.105 a, P.Clodius seruum in templo Castoris ad Pompeiũ interficiendum collocarat. Q.F.318 a, Columnas neq; rectas neq; regione Diphilus collocarat & ibi. Ea erat loco posita.de Ora.98 a, Suo quique loco collocare.& 254 a, Collocare aliquem in regno maiorum suorũ.pro D.229 b, In eo loco sum, in quo me honores popu. Ro. collocauerunt. I A. 184 a, Non enim patrimonium suum effudit, sed in salutem popu. Ro. collocauit. de Cla.184 a, Q Catulum in præsidijs reipub. collocemus. pro Mil. 106 a, Collocare insidias alicui. Q.F 295 b, Qui omne studium suum in doctrina & sapientia collocassent Offi.32 a, Tum optimo quisque ingenio totum se in solitudine & scientia collocaret.

¶ *De nuptum*.de Cla. 173 a, Collocare filiam alicui.de Diuin.101 b, In matrimonium colloco.de In.59 a, P. Scipio Corneliam filiam Tiberio Graccho collocauit.

COLLOCOR, ris. *accommodor, adaptor*. I.A.197 b, Lecticæ collocabantur. *id est, deponebantur*. in Catilin. 116 a, In animis ego vestris omnes triũphos meos condi & collocari volo. pro Cecin. 267 a, Is curauit vt in eo fundo dos collocaretur.

☞ Syntaxis. *Collocare beneficium apud aliquem, statuam, munera. In naui collocatus. Alto collocatus gradu, in concilio Deorum, in tuto. Bene mulierculam collocare: id est, bene constituere. In bono lumine collocare. Domicilium sibi collocare in. Collocare in regno, in matrimonium: & collocare filiam alicui. Dotem in fundo collocare. Insidias alicui collocare.*

COLLOCVPLETANDVS, a, um. *ditandus, augendus*. ad Her.11 a, Exornatio est, qua vtimur rei honestandæ & collocupletandæ causa, confirmata argumentatione.

COLLOCVTIO, onis. *colloquium, sermo*. Ep. 10 b, Hac me mente fuisse, & senatus ex me te consule audiuit, & tu in nostris sermonibus collocutionibusq; ipse vidisti. Att. 186, Διεχη quædam, quę habet collocutione ipsa suauitatem. ad Her. 5 b, Venire in collocutionem cum aliquo. I.A.53, Collocutio familiarissima cum aliquo.

COLLOQVIVM, quii. *collocutio, sermo, congressus, dialogus, sermonis communicatio*. Att.224 a, Antonii colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum. Acade. 2 b, Quasi verò clarorum virorum aut tacitos congressus esse oporteat, aut ludicros sermones, aut rerũ colloquia leuiorum. Att.190 a. In hac solitudine careo omnium colloquio. Ep.157 a, Colloquia facta improbabam. I.A.221 a, Cum ad colloquium congressumq; eius peruenero.& 244 b, Nempe in Antonij congressum colloquiumque veniendum est.& ibi. Memini colloquia cum acerrimis hostibus. Offi.52 b, vt Neque cessaret vnquam, & interdum colloquio alterius nõ egeret. I.A.162 a, Colloquia amicorum absentium. *id est. litera*. de Sen 85 a, Cum hostibus clandestina colloquia. Part.132 b, Colloquia personarum.

☞ Syntaxis. *Ad colloquium, congressumque venire. Colloquia absentium: id est, litera.*

COLLOQVENDI, de D 99 a, Magi congregantur in Fano commendandi causa, atque inter se colloquendi.

COLLOQVENS, tis. *vna loquens*. de Clar. 184 a, In eo libro vbi se cum Curione colloquentem fecit.

COLLOQVOR, ris. *cum aliquo sermonem habeo, vel confero, communico, colloquium facio*. Att.89 a, Tu velim quam sępissime mecum per literas colloquare.& Epi.6 a, Per literas tecum quam sępissime colloquar. Ep.45 b, Vtinã Serui saluis rebus colloqui potuissemus inter nos.de D.94 a,& de Ar.258 b, Dij cũ morientibus colloquuntur. Q.F. 312 b, Tu vero vt me appelles & interpelles, & obloquare & colloquare velim. At.179 a, Quibus cum tu de hoc ipso colloquare velim, & ad me quid tibi responderint, scribas.de Or. 87 a, Qui primo die de repu. inter se collocuti sunt.& Ep. 11 a, Cum ipsa quasi rep collocutus sum. Att.97 b, Eadem omnia, quasi collocuti essemus, vidimus. de Or.87 b, Hoc enim vno præstamus vel maxime feris, quod colloquimur inter nos, & quod exprimere dicendo sensa possumus. Att.257 a, Antonius a me postulat vt clam colloquatur mecum. * Tusc. 25 a, Homerus Polyphemum cum ariete colloquentem facit.

☞ Syntaxis. *Per literas colloqui. Colloquemur inter nos.*

COLLVCEO, ces. *luceo*. de Nat.33 b, Sol longe lateq; collucet I.V. 87 b, Vidi collucere omnia furtis tuis.& 219 a, Fulgore auri collucere & illustrari templũ.de Vn.200 b, Vt mũdus omnibus colluceret. Aca. 16 b, Mare nunc, quia à sole collucet, albescit, & vibrat, dissimileque est proximo ei continenti.

COLLVDO, dis. in Verr. 120 b, Qui tibi inimicus esset tanta contumelia accepta, nisi tecum collusisset, & tuæ potius existimationi seruisse quam suæ.

COLLVM, li. *ceruicis subiecta pars, ceruix, ceruices*. in Verr.257 b, Cũ istius animi pœnam collo & ceruicibus suis sustinerent. & 308 a, Homini iam collum in laqueum inserenti subuenire, I.A.175 a, In collum inuasit. *id est, complexus est*. Q de Pet.206 a, Qui viuo stãti collũ gladio secuerit.de Clar.194 a, Procerum & tenue collũ.de N. 50 b, Camelis adiuuantur proceritate collorum. I.V.241 a, Ipse autem coronam habebat vnam in capite, alterã in collo. Acad.6 a, Neq; verò hoc loco expectandũ est, cum de remo inflexo aut de collo columbæ respondeam. * Tus.183 b, Quis ferrũ recipere iussus illũ cõtraxit.]

☞ Syntaxis. *Collo & ceruicibus sustinere pœnam. Inserere collum in laqueum. In collum inuadere. Colli proceritas.*

COLLVSIO, onis. in Ver. 154 b, Cum verò verbo iudicium sit in edicto, re quidem vera tuorum comitum hominum nequissimorum collusio cum Decumanis sociis tuis, atque adeò procuratoribus, tamen audes illius iudicii mentionem facere?

COLLVSOR, oris. *qui vnà ludit, in ludo socius*. I.A.171 a, Lenticulam de alea condẽnatũ collusorẽ suum restituit. & 197 b, Hunc tu compransoribus tuis & collusoribus diuidebas? & 197 a, Vt ei cum M.Corio consessore eodem & collusore facillime possit conuenire.

COLLVSTRANS, tis. *illuminans, illustrans*. de N. 44 b, Sol omnia clarissima luce collustrans.

COLLVSTRATVS, a, um. *illustratus*. Or.200 a, Pictura collustrata *opera*.

COLLVSTRO, as. *aspicio*. Tuscu. 241 a, Cum omnia collustrarem oculis, animaduerti, &c.

COLLVSTROR. *illustror, illuminor*. de Dioin.83 b,& 127 b, Luna solis lumine collustrari putatur.

COLLVVIES, ei. *sordes fæce*. Attic.146 a. Et te in certamine vinci cum illo facilius putaris, quam cum hoc in ea quæ perspicitur, futura colluuie regnare.

COLLVVIO, onis. *idem*. pro Sest.6 a, Ille sceleratissimus ex omnium scelerum colluuione natus. de Somn. 94 b, Cũ ex hac turba & colluuione discedã. de Ar.257 a, Hæc tanta colluuio tantaque euersio ciuitatis. in Vat. 33 b, Leges, quæ in Gracchorũ seueritate, & in audacia Saturnini, & in collusione Drusi, & inter Syllana arma vixerunt.

☞ Syntaxis. *Ex turba & colluuione discedere. Colluuio & euersio ciuitatis.*

COLLYBVS, bi. *pecunia detrimentum, quod fit apud argentarios, cum ea è regione in regionem ibi defertur, & redditur*. I. V. 89 a, Nam collybus esse qui potest, cum vtantur vno genere nummorum I.V.189 a, Certis nominibus deductiones fieri solebant, primum prospectatione & collybo, deinde pro nescio quo cerario. Att.187, De Cęlio vide quęso ne qua lacuna sit in auro. ego ista non noui: sed certe in collybo & detrimentum.

COLENDVS, a, um. *obseruandus, amandus* Ep.64 b, Mihi tui colendi, aut amandi, aut ornandi voluntas nunquam defuit. de Or.125 a, Diligẽtia præcipue colenda est nobis. cont. Rul.85 a, Is in Deorum immortalium numero venerandus à nobis & colendus est. Offic.2 a, In officio colendo sita vitæ est honestas omnis, & in negligẽdo turpitudo. de Le.159 a, Cuius muneris colendi efficiẽdique causa nati sumus. Officio.1 b, sed hoc quoque colendum est æquabile & temperatum orationis genus. pro Archid. 188 a, Literæ adiuuant ad percipiẽdam colendamque virtutem.

¶ *Curandus* pro S.R.16 a, Qui præesse agro colendo flagitium putes. & ibi. Studiũ quod ad agrũ colendũ attinet. de Nat.56 b, Nos e terrę cauernis ferrũ elicimus, rẽ ad colendos agros necessariam. pro S.R. 25 a, Tot prędia, tam pulchra, tã fructuosa pater filio suo colenda ac tuenda tradiderat. de Fi. 114 b, Si igitur illa cultura vitiũ in vitę insit ipsa, cætera credo velit quæ ad colendam vitem attinebunt.

COLO, lis. *amo diligo, obseruo, veneror*. Att.147 b, Aliquot sunt anni, cũ vos duos elegi, quos pcipue colerem. At. 161 b, & Epi 87 b, Nihil mihi vnquã gratius accidit, q̃ q meã Tulliã suauissime diligentissimeque coluisti. Epi.256 a, Colere aliquẽ absentẽ memoria. Epi.49 a, & 199 b, Colere aliquẽ summa obseruantia. Att.195 b, Nũc plane nec victũ, nec vitã vllã colere possum. Postq.203 a, Memoriam vestri beneficij colã beneuolẽtia sempiterna At.207 a, Posthac n poterimus cõmodius colere inter nos in Tus. de Ami.111 b, Neq; solum colẽt se inter se ac diligẽt, sed ẽt verebunt. Att 34 b, Hic Cęciliũ colimus, & obseruamus diligenter. pro Fl 157 a, Ciuitas, q̃ meus frater in primis colit ac diligit. de Sen.64 b, Pater tuus quẽ colui & dilexi. Epis. 144 a, Nã tibi me profiteor & in rep. sociũ, & in quotidiana vita coniunctũ, cũ iis artib. studijsq; q̃ colimus. Postq.203 a. Colere benemeritos. Off.2 a, Colere amicitiã, iustitiã, liberalitatẽ. de Cl. 165 a, Colere aliquẽ loco parentis. de Sen.70 a, I.A 179 a, Quem patris loco colere debebas. p S.R.36 a, Colere atq; obseruare aliquẽ. Att.264 a, Meq̃, ille mirifice coluit. Clamauit, de Or.123 a, Illi qui hoc solũ colẽdũ ducebã. *s. Rhetoricam* Par.122 a, Sequi & colere leges. de Sõ. 159 a, Qui in vita humana diuina studia coluerũt. ad Her. 17 a, Studiose colere societates atq; amicitias. de Na.68 b, Achillẽ Astypalea sanctissimũ colit de N.24 b, Dij quos nos colere, precari, venerariq; solemus. de Na 12 b, Pie sancteq; colere Deũ. de Inu 62 a, Crotoniatę tẽpiũ Iunonis religiosissime colebant. ad Her.17 a, Religione & caste colere aliqd. de Fi.86 a, Colere diẽ natalẽ. pro Arc 191 a, In qua vrbe imperatores prope armati Poëtarum nomen, & Musarum delubra coluerunt. de Leg.171 b, Colere ius & iustum. pro Fon.180 a, Colere religionem. & de Arusp.247 b, Colere religiones. & Offi 54 b, Colere virtutem. Colere bonas artes. L. RACOLO. Colere studiũ philosophiæ. L. CVLTVS. Tus. 154 a, & 153 b, Nec cerimonias sepulchrorum tanta cura coluissent, nisi, &c. de Arus. 250 a, Quæ Persæ semper summa religione coluerunt. pro Fl. 148 a, Testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit. de Cla.175 a, Tubero vita seuerus, & congruens tum ea disciplina; quam colebat. de Inu.82 b. Obseruantia est, per quã superiores veneramur, & colimus.

¶ *Curo*. pro S.R. 16 b, Maiores nostri suos agros studiosè colebant nõ alienos cupide appetebant. & ibidem a, Quòd alius prædia, colunt non sibi.

¶ *Habito incolo.* de Nat. 59 a, Qui has nobiscum terras ab oriente ad occidentem colunt. Anteq. 194 a, Quam nunc colere gentem institutam. I.V. 274 b, Dex, quæ illos lacus lucosque colitis. Ep. 24 b, Vrbem mi Rufe cole, & in ista luce viue.

¶ *Exorno.* ad Her. 58 b, Colere vitam cum virtute. *id est, viuere.*

Colo, eris. *obseruo, amo.* de Am. 106 a, Amicitia non propter indigẽtiam, sed propter amorem coluntur. de Orato. 107 b, Vereris ne tua domus, si à litigiosis hominibus non colatur, à cæteris deseratur. Ep. 134 a, Coli & amari a multis. p Q. 4 b, Amicitia veritate, societas fide, propinquitas pietate colitur. de Am. 161 a, Coli & obseruari ab aliquo. * De Fin. 86 a, Vt & tui, & Metrodori memoria colatur.]

¶ *Curo, excolo.* contra Rul. 79 a, Ager qui arari aut coli possit, non qui aratus aut cultus sit. con. Rul. 83 b, Vt esset vrbs, quæ res eas quas his ager Campanus coleretur, suppeditare posset.

¶ *Habito.* in Verrem 228 a, Coliturq; ea pars vrbis & habitatur frequentissime.

Cultus, a, um. *excultus.* pro Quint. 2 b, Erat ei res rustica sanè bene culta & fructuosa.

Colonarium, rii. *vectigal quod pro re penderetur rustica, in quo sensu etiam vsus videtur Cæsar de bello ciuili.* 3. Atti. 206 a, Colonarium vide ne nullum debemus; *aliter columnarium.*

Colonarii, orum. *qui vectigal colonarium exigebant, vt arbitror.* Epist. 119 b, Cælij.

Colonevs, næi. *locus, in quo Sophocles Oedipum tragœdiam scripsit.* de Sen. 81 b, Oedibus Coloneus. de Fin. lib. 5. 144 a, Coloneus locus, cuius incola Sophocles ob oculos versabatur.

Colonia, niæ *populus ex vrbe, aut regione, alio deductus & translatus. Colonia tamen etiam priuilegio fiebant, sine soli mutatione.* pro Font. 276 a, Narbo Martius colonia nostrorum ciuium. pro Cec. 304 a, In colonias Latinas sæpe nostri ciues profecti sunt, aut sua voluntate, aut legis multa. cõtra Rul. 84 b, Cum cæteris in coloniis Duumuiri appellentur, hi se Prætores appellari volebãt. de Cla. 171 b, Cum Vituiir coloniam deduxisset. contra Rull. 63 b, In Ianiculo constituere. & 73 a, Deducere nouas colonias, renouare veteres. de Diuin. 80 b, Mittere coloniam in Asiam. I.C. 109 b, Vrbes coloniarum ac municipiorum. pro Syl. 178 b, Hic patronus, defensor, custos illius coloniæ. itẽ, Qui coloniã deducebat, patronus erat colonorum. Le. Colonvs. de Diuinat. 101 b, Item tu colonia lustranda ab eo, qui eam deducebat. I A. 179 b, Mos in colonijs deducẽdis, vt ille qui deduceret, aratrum circumduceret, &c.

☞ Syntaxis. *in colonijs proficisci. Colonias deducere, constituere, renouare, mittere, lustrare.*

Colonvs, ni. *agricultor.* pro Cec. 303 a, Qui colonus habuit cõductum de Cæsennia fundum. & ibid. Dubium est quin si Cæsennia tum possidebat eũ erat colonus in fundo, post eius mortem hæres eodem iure possederit? I.V. 260 b, Coloni agrorum. de Orat. 125 b, Optimus colonus, parcissimus, frugalissimus. con. Rul. 64 a, Deducant colonos quos velint, & ijs agros assignent. & 81 a, In omnes colonias totius Italiæ colonos deducant. pro Syll. 178 b, Colonorum dissensio delata ad patronos est.

Colonvs ager. I. A. 204 b, Vt consules cognoscerent qui ager colonus esset, quó milites veterani deducti essent.

Colophon, onis. *Vrbs.* pro Pomp. 102.

Colophonivs, a, um. pro Arch. 189 b, Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum. & ibid. de Homeri patria.

Color, oris. *pigmentum spectet prima spectabilis.* Off. 26 b, Formæ dignitas coloris bonitate tuẽda est, color exercitationib. corporis. de Or. 151 b, Ornatur oratio genere primum, & quasi colore quodam, & succo suo. pro Dom. 243 b, Sed vecors repente sine suo vultu, sine colore, sine voce cõstitit. de Or. 161 b, His tribus figuris insidere quidã venustatis nõ fuco illitus, sed sanguine diffusus debet color. de Or. 193 a, Catonis lineamentis nihil, nisi eorũ pigmentorũ quæ inuenta nondũ erãt flos & color defuit. pro Cl. 58 b, Crebra coloris mutatio. de Cl. 179 b, Vrbanitatis color. de Leg. 279 a, Color autẽ albus præcipue decorus Deo est, cum in cæteris, tum maxime in textili, &c. Tus. 257 b, Candiduli dentes, venusti oculi, color suauis.

Coloratvs, a, um. *tinctus* de Natura 69 b, Arcus ipse ex nubibus efficitur quodammodo coloratus. de Clar. 179 b, Vrbanitate quadam quasi colorata oratio.

Coloro, as. *colorem induco, tingo* Ora. 201 a, Eloquentia educata nutrimentis epidictici generis, ipsa se postea colorat & roborat. de Na. 53 a, Atomi formare, figurare, colorare, animare non possunt.

Coloror, aris. de Or. 114 a, Vt cum in sole ambulem, etiam si ob aliã causam ambulem, fieri natura tamen vt colorer: sic cum istos libros ad Misenũ lego, sentio orationem meã illorum quasi cantu colorari.

Colvmba, bæ. Aca. 20 a, Tu aũt ne negas infracto remo, neq; colũbæ collo commoueri. de Fin. 94 a, Plumæ versicolores columbis.

Colvmbinvs, a, um. Ep. 138 a, Pullus columbinus.

Colvmella, æ. *parua columna.* de Legibus. 138 b, Statuere columellam super tumulum. Tusculan. 541 a, Animaduerti columellam o dumis eminentem.

Colvmen, *culmen principes.* I.V. 188 a, Timarchides columen familiæ vestræ. I.A. 252 a, Columen amicorum Antonij Cotyla. pro Flacc. 154 a, At istud columen actionis tuæ Mithridates ambulat cum lorica, &c. de Diuin. 84 a.

Quid verò Phœbi fax, tristis nuncia belli:
Quæ magnum ad columen flammato ardore volabat.?

de Diuinat. 84 b, Ni post excelsum ad columen, &c. pro Sest. 6 b, Columen reipublicæ.

Colvmna, næ. de Orato. 159 b, Columnæ & templa & porticus sustinent. pro Dom. 525 b, Columnæ marmoreæ ex ædibus meis ad tuam consulis portabantur. Quint. Frat. 318 a, Columnas neque rectas, neq; e regione Diphilus collocarat. pro Cl. 25 b, Is in dit coronis ciuitatis ad eam columnam, ad quam multorum sæpe conuicijs perductus erat, tum suffragijs populi peruenerat. Quin. Frat. 318 a, Columnæ perticus poliæ sunt. in Ant. 153 b, Erectio illius execrãtę columnæ. de Diuin. 24 b.

Inter excelsa clarebat sceptra columnas.

Orato. 219 a, Incurrit hanc ensem columnas, Columna Mænia. Leg. Moenivs.

Colvmnarivm, rii. *tributum in singulas columnas domum sustinentes exigebatur, propterea quòd opulentiam significarent habitantium. Itaque in Cæsare libro tertio de bello ciuili. Columnarium legimus, non colonarium.* Att. 206 a, Columnarium vide ne nullum debeamus.

Colvmnarii, orum. *præfecti columnarum tributi.* Epist. li. 8. 119 b, Nolo te putare Fauonium in columnarijs præteriuum esse Cælij.

Colvs, lus. *bacillum, à quo mulieres pensa trahunt.* de Orat. 134 b, Quãdo ad me venies cum tua colu & lana.

• Comagene, nes. *vrbs, & regio.* Epistol. 120 a. * Colybus, b, Atti. 187 b, Vide quæso ne qua lacuna sit in auro, sed certe in colybo est detrimentum.]

Comagenvs, na. Epist. 240 b, Att. 313 a.

Coma, mæ. *capillus.* pro Sest. 6 b, Consul vnguentis affluens, calamistrata coma. Postquam. 206 b, & de Ar. 254 a, Primum processit madenti coma, composito capillo, &c. * Tusculan. 504 a, Scindens dolore identidem intonsam comam.]

Comatvs, a, um. in Anton. 219 a, Gallia comata. id est, brachata & transalpina.

Combibo, bis. *imbibo, hauro,* de Finibus. 91 b, Sed mihi iam debet his artibus: quas si combiberit dum tenet est, ad maiora veniet paratior.

Combibo, onis. *compotor.* Epist. 142 a, In controuersijs quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis.

Comburo, ris, *vro, cremo, inflammo, incendo, exuro.* I.V. 92 a, & Quint. Frat. 300 b, Comburere aliquem viuum. de Diuinat. 87 a, Comburamus annales.

Combvstvs, a, um. *crematus, adustus.* pro Cl. 23 a, & Ser. Epistol. 56 a, Puer ante noctem mortuus, & postridie antequam luceret, combustus est. Att. 256 a, At Cæsar etiam in foro combustus. Tus. 186 b, Calanus Indus sua voluntate viuus combustus est. de N. 14 a, & pro S. R. 33 b, Libri Protagoræ in concione combusti.

Comburor, ris. *aduror.* Q. Fr. 300 b, Aliquem fumo comburi.

Comedo, dis, comedi, comesum. *cibum capio, edo, adedo.* de Clar. 184 a, Nisi se collega tuus iactauisset, hodie te isthic musicæ comedissent. pro Sestio. 24 b, Vsque eo nõ fuit popularis, vt bona solus comesset. Epist. 139 a, Ego te iacente bona tua comedam. & 176 b, Quocirca Sagulum negligamus, qui tres nouas quærit: non quo veterem comederit, nullam enim habuit, sed hanc ipsam recẽtem nouam deuorauit. pro Flac. 163 b, Quid attinuit relinquere hunc orbẽ? quasi bona comesse Romæ non liceret. Att. 89 a, Putat enim Pompeius suos nummos vos comedisse, Cæsarem in merito seq; iudicando diligentem fore. de Orat. 131 a, Vt olim in Crasso comedisse eum lacertum Largij. Comesse, *id est, comedisse.* Nonius. * Epistol. 138 a, Quando cæterum comedisti.]

Comedor, ris. *edor.* ad Heren. 39 b, Iste tanquam cochlea, &c. comeditur cum domo sua, & aufertur.

Comes, tis *qui alterum sequitur, assectator, assecla, socius.* Epistol. 129 b, Titus Augustus & comes meus fuit illo miserrimo tempore, & omnium itinerum, nauigationum, laborum, periculorum meorum socius. pro Syll. 179 b, Itaque P. Sylla hoc importunissimo tam honoris, tum etiam calamitatis socio atque comite, & secundas fortunas amittere coactus est, & in aduersis sine vllo remedio atque allenamento permanere. Epist. 16 a, Me quidem certe tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerum denique omnium socium comitemque habebis. de Cl. 162 b, Eloquentia pacis est comes, otijq; socia. Epist. 10 a, In ea vero vbi tecum iis, &c. mirificum me tibi comitem præbuissem. de Orato. 91 a, Omnes artes comites ac ministras oratoris esse. Attic. 117 b, Et statim eclexipsi, hominemque certum misi de comitibus meis. de Amic. 213 b, Quãto illi in oratione mollius, vt facile ducem populi Romani, non comitem diceres. de Amic. 103 b, Neq; te comitem illius furoris, sed ducem præbuit. pro Mar. 132 b, Huius tu tu ipse es & dux & comes. Tusculan. 213 a, Exanimatio metum subsequens, & quasi comes pauoris. pro Muræna. 137 a, Multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Atti. 78 b, Marcellus, sedendi comes etsi ille magistratum non gessit, erat tamen transpadanus.

☞ Syntaxis. *Socius, & comes. Habere aliquem comitem, Præbere se comitem. Dux & comes.*

Comissatio, vel Commissatio, onis. *intempestiuum conuiuium, pro ferens nocturnum, & à coma.* pro Cælio 44 b, Comessationes, conuiuia Baijs acta. I. A. 297 a, Totus denique comessationum Antonianæ chorus. in Cat. 106 b, In vino & alea comessationes & scorta quærere. de Orato. 254 a, Tempestas comessationis, aut comessatio tempestatis.

Comissator, vel Comissator, oris. *qui intempestiuis conuiuijs indulgat.* pro Cælio. 52 a, Non idem iudicium comessatorumque conspectus. & Atti. 13 a, Nostri isthic comessatores coniuratorum *aliàs, comessatores.*

Coma-

Comessor, *vel* **Comissor**, aris. *intemperantius commissatur & epulis.* Ter. Epist. 15 a, Si quando illa dicet, Phædriam intromittamus comessatum: tu, Pamphilam cantatum prouocemus. *aliàs comissatum.*

Comesus, a, um. *consumptus adesus.* in Sall. 275 a, Patrimonio non comeso, sed deuorato, pro Cl. 54 a, Venenum epotū quàm comesum, celerius potest.

Cometes, tæ. *stella crinita.* de Natura. 28 b, Stellæ quas Græci cometas nostri crinitas vocant, quæ nuper magnarum fuerunt calamitatum prænunciæ de Diuin. 84 b,

Vidisti & claro tremulos ardore cometas. L. Crinitus.

Comicus, a, um. *ad comœdiam pertinens.* pro Quint. Rosc. 50 a. Comœdus ex artificio comico spectatur. Oratore. 23 a, Comici poetæ. Leg. Comœdia.

Comicè, *comico more.* de Oratore. 145 b, Res tragicas pene comicè tractare.

Cominus. *aduerb. de propinquiore loco. propius.*)(*eminus.* de D. 116 a, Sed hoc fuerit nobis tanquam leuis armaturæ prima excursio, nunc cominus agamus. pro Cor. 59 a, Qui cum hoste nostro cominus in acie sæpe pugnarit. de Sen. 71 a, Eminus hasta, cominus gladio vti. pro Planc. 274 a, Cominus pugnare At. 23 b, Qui me ep. petiuit, ad te, vt video cominus accessit. pro Cæcin. 203 a, Etsi non solum impulsu scutorū, neque conflictu corporum, neque ictu cominus, neque coniectione telorum, sed sæpe clamore ipso militum, &c. magnas copias pulsas esse & vidimus, & audiuimus. Tusc. 219 b, Video eum vtrumque cominus ictu cecidisse contrario.

☞ Syntaxis. *Cominus agere, accedere, pugnare.*

Comis, me: & **Comior**. *humanus habens comitatem suauis, commodus, facilis, benignus.* de Sen. 80 b, Cyrus omnibus in rebus comis erga Lysandrū atque humanus fuit. pro Cor. 62 b, Comes, benigni, faciles, suaues homines, qui erranti comiter mōstrant viam. de Fi. 81 b. Vir bonus, comis & humanus. pro Mu. 139 b, Quis C. Lælio comior? quis iucundior? & ibid. Nemo eo cōmodior, comior, moderatior fuit, &c. At. 80 a, Nil come, nil simplex est. de Cl. 183 b. Qu. Scæuola augur pomis est habitus. pro Pl 272 b, Omnibus comis eram vilis.

☞ Syntaxis. *Comis & humanus. Quis illo comior? In omni re, & in omnibus comis.*

Comitas, tis. *facilitas.*)(*seueritas grauitas.* Part. 131 b, Idque comitate fit magis q̃ vanitate. Q. fr. 294 a, Cyrus ille a Xenophōte scriptus, eius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate coniungitur, de Cl. 177 b, Scæuolæ multa in seueritate non deerat comitas. de Sen. 79 a, Comitate cōdita grauitas. de In. 9a b, Clemētia est, quam animi temere in odium alicuius inuectionis concitati, comitate retinetur. At. 95 b, Mulieres quidem valde intelligo delectari obsequio & comitate adolescentis, de Orat 125 a, & 140 a, Verborum comitas. Offic. 22 b, Contraque pater eius nullam comitatū habuit sermonis. & 42 b, Comitas affabilitasque sermonis maxime cōciliat animos hominum pro Mur. 140 a, Si illius comitatem facilitatemq; tuæ grauitati seueritatique asperseris.

☞ Syntaxis. *Comitatem habere. Comitas, & affabilitas sermonis. Comitas & facilitas.*

Comitatus, a, um. pro Dom. 228 a, Quem popu. Romanus à porta in Capitolium, atque inde domum suam celebritate lætitiaque comitatum honestauit. Att. 135 a, Si Cn. bene comitatus conscendisset, & Coss. transissent. I. C. 105 a, Moleste ferō, quod ex vrbe parum comitatus exierit. pro Cæl. 44 a, Mulier multis viris comitata. I. A. 244 b,

• Quis audeat luci bene comitatum aggredi. * Tus. 250 a, Vt puero vno esset comitatior.]

Comitatior, oris. Tusc. 250 a.

Comitatus, tus. *comitum, multitudo, clientela, cœtus, numerus, chorus, caterua* Att. 119 b. Si maneo, & illum comitatum optimorum ciuium desero, cadendum est in vnius potestatem. pro Corn. 68 a, Cum ducibus non cum comitatus affectatoribus confligant. I. C. 112 a, Cum iam pontem magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperēt. & ibidem. Literæ quæcunque erāt in eo comitatu, integris signis prætoribus traduntur. Q. fra. 323 b, Ille ignarus sui comitatus, repēte aperuit lecticam. Item. Quæ si quos inter societas est, eorum habendus optimus comitatus. pro Milo. 106 b, Muliebri ac delicato ancillarum puerorumque comitatu. de Sen. 82 b, Mihi verò illi comitatu nobilium iuuenum fortunati videbantur. Part. 118 b, Regulus virtutum præsidio munitus, tantoque virtutis comitatu septus. de Ar. 243 b, Cepi equidem maxima in fructum, & ex consurrectione omnium. & ex comitatu publicanorum. Epist. 92 b, Si modo tectū satis est ad comitatum nostrum recipiendum.

Comiter, *humane, humaniter, benignè.* I. A. 146 b, Salutare benignè, comiter appellare vnumquenque de Natura. 13 a, Tum Cotta comiter vt solebat: Atqui, inquit, &c. Off. 11 a, Homo qui errāti comiter mōstrat viam. pro Cæl 40 a, Cum aliquo comiter viuere. pro Corn. 63 a, & 62 b, Benigne, non grauate, comiter quidem certe, non communiter conuenit. *Sic Cicero comiter interpretatur, contra quendam qui comiter, dicebat esse communiter. Hic aduerte, clarissimos oratores aliquos putare, benignitatem, benignum, benigne, significare, liberalitatem, sed Cicero facta.*

☞ Syntaxis. *Benignè, comiterque salutare, appellare. Viuere comiter.*

Comitia, orum, *conuentus pop. Rom. commune consilium omnium ordinum, ad creandos magistratus, ad ferendas leges, & alia cum populo agenda.* pro Plan 269 a, Consul comitia habere cœpit, vocatæ tribus, latū suffragium, descriptæ, renunciatæ: longe plurimum valuit Plan I. A. 176 a, Ecce Dolabellæ comitiorum dies, sortitio prærogatiuæ quiescit, renunciatur, tacet, prima classis vocatur, renunciatur: deinde, vt assolet, suffragia: tum secunda classis vocatur, &c. de Leg. 193 a, Ferri de singulis nisi cēturiatis comitijs noluerūt. descriptus. n. populus cēsu, ordinib. ætatibus, plus adhibet suffragiū auxilii, q̃ sane in tribus conuocatus. cōt. Rul. 66 b, Est illud amplissimum Quirites quod hoc honore ex nouis hominib primum me multis posthabitis affecistis, q̃ prima petitione, q̃ anno meo: sed tamen magnificentius esse illo nihil pōt, q̃ meis comitiis non tabellā indicem tacitæ libertatis, sed vocem viuam præ vobis indicem vestrarum erga me voluntatū tulistis. Postq. 210 b, Comitia centuriata, quę maxime maiores iusta dici haberique voluerunt. cont. Rul. 71 b, Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriata & tributa, curiata tantum auspiciorum causa remanserunt. & ibid. & 72 a, & Epi. 172 a, de comitijs multa, & de lege centuriata & curiata. Q. fr. 307 b, Gracchus augur recordatus est, quid sibi in campo Martio comitia consulibus habentibus contra auspicia accidisset pro Rab. 9 a, Qui in campo Martio comitiis cēturiatis, auspicato in loco crucem defigi iubes. pro Mil. 109 b, Quid comitiis in campo quoties ptās fuit? de Pet. 213 b, Video nulla esse comitia tam inquinata largitione, quibus non gratis aliquæ centuriæ renuncient suos sibi maxime necessarios. Q. fr. 323 b, Comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obnūciationibus magna voluntate bonorum omnium. de Cl 169 a, Habere comitia contra leges. Att. 143 b, Comitia consularia a prætore haberi non posse. & 53 a, Legem comitiis centuriatis esse perlatam. I. V. 234 b, Satis putabat se ad comitia tempore venturum, si pridie venisset Epi. 189 a, In campo certe non fuisti, cum hora secūda comitiis quæstoriis institutis sella Q. Maximi, quē illi consulem esse dicebant, posita esset: quo mortuo nunciato, sella sublata est. Ille autem qui comitiis tributis esset auspicatus, centuriata habuit. consulem hora septima renunciauit, &c. Att. 1 a, In campo Martio comitiis tribunitiis ad x v i. cal. Sex. competitores qui firmi esse videbantur, Galba & Antonius. I. A. 234 b, Quod si comitia in senatu haberi placet petamus ambiamus: tabula modo nona detur nobis, sicut populo data est. de Leg. 193 a, Comitia illa sunt armis gesta

u seruilibus. Att 63 a, Sed ea comitia puto fore vt ducantur. * I. V. 69 b, Comitiis consularibus factis.] *De Comitiis vide A. Gellium, & Alexandrū Genialis dies.*

☞ Syntaxis. *Centuriata comitia quæstoria, tributa, curiata, tribunitia. Comitia habere, gerere armis, ducere.*

Comitialis, le. *ad comitia pertinens.* Q. fr. 307 b, Consecuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberi non poterat. & 311 a, Dies comitiales exemit omnes. I. V. 134 b, Offendit eum mensem comitialem, comitiis iam abhinc triginta diebus habitis.

Comitatus, tus. *comitum.* de Legib. 186 a. De capite ciuis, nisi per maximum comitiatum, &c. ne ferunto. ibid. 189 b, Omnibus magistratibus, auspicia & iudicia dantur, &c. auspicia, vt multos inutiles comitiatus probabiles impedirent more.

Comitium, tii: & forum comitium, *locus in quo comitia habebantur, campus Martius, commune consilium.* I. V. 149 b, Quid, hoc cuiquam ferendum putas esse? huius argento domos vestras, huius signis & tabulis forum comitium ornari? pro Sest. 20 a, Cum forum comitium, curiam armatis hominibus occupauissent. I. V. 86 a Tenes, quem quōdam in comitio vidistis. & 87 a, Vidi simul cum pop. Romano forum comitiumque adornatum, ad speciem magnifico ornatu, ad sensum cogitationemque acerbo & lugubri.

Comitor, aris. *assector. sector* de Fin. 77 a, An est aliquid per se ipsū flagitiosum, etiamsi nulla comitetur infamia? de Inu. 63 b, In itinere quidam proficiscentem ad mercatum quendam est comitatus. Tusc.

M 247 b, Cæteraque, quæ comitantur huic vitæ. * Tuscu. 241 b, Tardis enim mentibus virtus non facile comitatur.]

Commaculo, as. *maculo, turpifacio, fœdo.* pro Cæl. 40 b, Si se ista infinito ambitu commaculasset.

Commeans, tis. de N. 35 b, Sol ab ortu ad occasum commeans. de N. 7 b, Animum esse per naturam rerum omnem intētum & cōmeantē.

Commeatus, tus. *cibaria ad multitudinem aliquam alendam; præsertim belli tempore. Item tempus quod eundi, manendi, redeundi datur, & præscribitur alicui.* pro Pomp. 14 a, Cum ex omnibus prouinciis commeatu & publico & priuato prohibebamur. Atti. 107 b, Suscepto autem bello aut tenenda sit vrbs, aut ea relicta ille a commeatu & reliquis copiis intercludendus. de Or. 102 b, De commeatu, de insidiis faciendis atque vitandis, &c. ad Her. 5 a, Vt ille qui ad diem commeatus non venit, q̃ cum aquæ intercludissent. I. V. 255 a, Hunc scitote fuisse Heraclitū in ea cā, qui pp grauē morbū occulorū tū cū nauigaret. & sufin eius q ptātē habuit, commeatu Syracusis remāserit. I. V. 248 a, Hāc cine impudētiā iudices ciuitatib. p numero militū pecuniarū summas describere, certo precio sexcētenos nūmos nautarū missione cōstituere, quos q dederat, cōmeatū totius æstatis auferebat: iste q̃d & nautæ nomine, & pro stipendio frumentoq; acceperat, lucrabatur.

☞ Syntaxis. *Commeatum auferre. Commeatu prohibere, intercludi. In commeatum remanere.*

Commeditor, *meditor, verso* ad Her. 22 a, Quare locos, quos assumpserimus, egregie cōmeditari oportebit, vt perpetuo nobis hærere possint *alias, egregie, commemoriterque notare.*

Commemini, iti. *memini.* de Or. 194 b, Quem hosem probe commeminisse aiebat. & 159 b, Id quod tu rectè cōmeminisli. Tusc 150 b, Ego autem non commemini, antequam sum natus, me miserum.

Commemorabilis, le. *memorabilis.* pro Mar. 158 b, Vir commemorabili virtute præditus. & de. Na. 52 b.

Commemorandus, a, um. I. V. 74 a, O cōmemoranda iudicia, præclaM ramque existimationem nostri ordinis. * Ep. 14 b, Hic accessit cōmemorāda quędā, & diuina Cęsaris in me fratreq; meū liberalitas.]

Commemoratio,onis. *mentio, recordatio*. Qu. Fr. 197 a, Me in scribendo commemoratio virtutis delectauit. In Verr. 97 a, Verres in assidua commemoratione omnibus omnium flagitiorum fuit. Epist. 67 a, Me commemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis rapit. & 146 a, Commemoratio huius rei magnam mihi lætitiam attulit. Orato. 108 a, Cõmemoratio antiquitatis exemplorum prolatio. pro Archid. 191 a, Commemorationem nominis nostri non cum vitæ tempore dimittendam esse, sed cũ omni posteritate adæ-
• quandam. * Epi. 216 b, Non sine iusta causa hæc a me commemoratio facta est. Att. 38 a, In commemoratione alicuius rei versari. ad Her. 17 b, Non quod hæ quatuor partes hanc honestatis commemorationem dare non soleant.]

Commemorandus,a,um. *memoria dignus*. Para. 124 a, Quæ est ista in commemoranda pecunia tua tam insolens ostentatio?

Commemoratus,a,um. pro Plan. 279 b, Nihil ex meis est tẽporibus quod minus mea celebratione commemoratum sit.

Commemoro, *memoro, dico, memini, prosequor, profero, sermonem vsurpo, alicuius rei memoriam vsurpo, crebris vsurpo sermonibus, laudo*. I. V. 231 b, Longum est & non necessarium, commemorare quæ apud quosq; visenda sunt. de Ami. 109 b, Beneficia meminisse debet is, in quẽ collata sunt, non commemorare qui contulit. Epi. 48 b, Omnes n. causæ, quas commemoras, iustissimæ sunt. de Ora. 123 a, Critolaus, quẽ simul cum Diogene venisse commemoras. de Ora. 149 b, Metrodorus, de cuius memoria commemorant. Auto. Q. F. 197 a, Omnes de tua virtute commemorant. pro R. 95 b, C. Decianus, de quo tu sæpe commemoras. de Sene. 84 b, Quid quoque die audierim, dixerim, egerim, commemoro vesperi.

Commemoror,ris. Acad. 18 b, Primum quod initio dixisti, videamus quale sit, similiter à nobis de antiquis philosophis cõmemorari, atque seditiosi solerent claros viros, sed tamen populares aliquos nominare. pro Dom. 151 a, Quæ si priuatis gloriosa sunt, multo magis commemorabuntur in regibus. pro Q. 3 b, Nam quid hoc iniquius, aut indignius dici, aut commemorari potest?

☞ Syntaxis. *Longum est commemorare, quod, &c. Commemorare hoc, & hoc. In Rege id commemoratur, id est, laudatur.*

Commendatio,onis. *commissio*. Epist. 4 a, Is cũm antea & suo splendore & nostra cæterorumque amicorum commendatione gratissimus in prouincia semper fuit, tũ hoc tempore propter tuum in me amorem nostramque necessitudinem vehementer confidit, his meis literis se apud te gratiosum fore. & ibidem. Omnibusque rebus eum ita
• tractes, vt intelligat nostram commendationem nõ vulgarem fuisse. Att. 121 b, Cui qui noster honos *quod obsequium? quæ etiam ad cæteros contempti cuiusdam hominis commendatio nostra defuit? et meum iudicium reprehendi à Q. Fr. vulgoque ab omnibus mal-
• lem, quam illum non efferre laudibus. * De Finib. 134 b, Illa prima commendatio quæ a natura nostri facta est, nobis obscura, & incerta est. Epist. 40 a, Neque totum, & mea, & meos commendatos habebis. 244 b, Cuius salutem a senatu commendatam habebam. Epist. 199 b, Omnibus rebus habeas eos a me commendatissimos. Epi. 239 b, Vt existimationẽ meam satis tibi esse commendatam putes. Epist. 394 b, Vale, & matrem meosque tibi commendatos habe. Episto. 22 b, Tibi omnia mea commendatissima esse cupio.]

¶ *Laus, celebratio, comprobatio*. Tusc. 148 a, Vide ne plus commendatio in vulgus, & hæc quæ expetitur gloria, molestiæ habeat, quam voluptatis. Epi. 8 a, Magna est hominum opinio de te, magna cõmẽdatio liberalitatis, magna memoria consulatus tui. Ora. 207 a, Hunc librum si minus nostra commendatione, tuo tamen nomine diuulgari necesse est. Offic. 42 a, Prima est igitur adolescentis commendatio ad gloriam, si qua ex bellicis rebus comparari potest. Or. 208 a, Principia acuta sententiis vel ad offensionem aduersarij, vel ad commendationem sui. de Ora. 128 a, Illa pars orationis quæ probitatis commendatione boni viri debet speciem tueri. I. P. 79 b, Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum. I. C. 103 a, Homo per se cognitus, nulla commendatione maiorum. de Clar. 173 a, Is magnos honores sine vlla commendatione maiorũ est adeptus. pro Fla. 151 a, Aliquis infimo loco natus, nulla commendatione famæ. de Cla. 186 a, Huius mores omnes commendationem ingenij euertunt. de Cla. 194 a, Hæc causa tantum commendationis habuit, vt, &c. Offi. 42 b, Prima igitur commendatio proficiscit à modestia. pro Deio. 144 a, Qui cõmendationem in cunctis gratis ab impietate & scelere duxerit. pro Cæ. 38 b, Et meus hic forensis labor vitæque ratio demanauit ad existimationem hominum, Paulò latius commendatione ac iudicio meorũ. I. A. 186 b, Nec sentit amẽs commendationem esse compellationem suam. pro Plan. 265 b, Hoc valeret, inquam, in communi consensu omnium, & dulcissima commendatione naturæ. de Ora. 141 a, Facillime teneri ea quæ auribus perciperentur, aut cogitatione, si etiam oculorum commendatione animis traderentur. de Fin. 72 a, Epicurus in prima commendatione voluptatem dixit. & ibid. vt voluptatem illam Aristippi in prima commendatione poneret.

☞ Syntaxis. *In vulgus commendatio. Commendatio ad gloriam.*

Commendatitius,a,um. I. A. 234 b, Tabellæ non cõmendatitię, sed tributariæ. Epi. 62 a, Et si statueram nullas ad te literas mittere, nisi commendatitias, tamen, &c.

Commendatrix,cis. de Leg. 167 b, Lex est emendatrix vitiorũ, commendatrixque virtutum.

Commendatus,a, um. **Commendatior**, **Commendatissimus**. *creditus, laudatus, commissus*. In An. 222, Vita Ser. Sulpitij multis erit præclarisque monumentis ad omnem memoriam commendata. In Ant. 166 b, Quæ res vnquam gloriosior? quæ commendatior hominum memoriæ sempiternæ? pro Corn. 63 a, Quis nostrum est, cui non illa ciuitas sit huius studio, cura, diligentia commendatior? pro Sest. 7 a, Alter in opinione hominum, nobilitate ipsa blanda conciliatricula commendatus. & ibi Homo falsa opinione, errore hominum commendatus. de Leg. 174 a, Sacrum sacroue cõmendatum qui clepserit, parricida esto. de Pro. 76 a, Quare sit in eius tutela Gallia, cuius virtuti, fidei, felicitati commendata est. I. A. 235 a, Harum rerum omnium decertatio, consulibus commissa & commendata est. pro Ar. 189 a, Poetæ quasi deorum aliquo dono & munere commendati nobis esse videntur. pro S. R. 37 a, Cui fortunæ viui commendatæ sunt atque concreditę. pro Dom. 242 a, Vobis ergo meam dignitatẽ, studium & iudicium non modo commissum, sed etiam commendatum arbitrabãtur. Epi. 194 b, Vale, & matrem meosque tibi commendatos habe. Epi. 187 b, A te peto dignitatem meam tibi commendatam habeas. & 199 b, Rogo vt habeas eos a me commendatissimos. pro Cęl. 24 b, Spes illa quam mulier in aluo commẽdatam a viro continebat. pro Cęl. 38 b, Nec enim vobis satis commendata huius ętas esse posset, nisi, &c.

Commendo, as. *fidei alicuius committo, in alicuius fide ac religione depono, concredo, repono, colloco alicuius virtuti, fidei, felicitati concredo, trado*. de Ora. 104 b, Filios suos paruos tutelæ populi commendare. pro Pomp. 6 a, Vt te suis dignos existimetis, quorum salutem tali viro commendetis. Att. 49 a, Me totum tuo amori fideique commendo. & 229 a, Respu. ita rem mihi commendauit, vt chariorem habeã neminem. Epi. 21 a, Tibi me totum commendo, atque trado. & 218 b, Sed vereor, ne quia complures tibi præcipue commendo exæquare videar ambitione quadam commendationes meas. Q. F. 199 b, Tibi me, tibi meas omnes opes fortunasque commendo, tibi committo existimationem ac spem reliquæ vitæ. Epist. 28 b, Petis à me vt Bibulo te quam diligentissime commendem. Attic. 176 b, & 177 a, Ad petitionẽ aut commendationem honoris tibi Glicona medicũ diligentissime commendo. Epi. 4 a, Quæ ne spes eum fallat, vehementer te rogo, commẽdoq; tibi eius omnia negocia, liberos, procuratores, familiam, & 109 a, Quare mi Cicero, perseuera constanter nos conseruare, & Sulpitio successori nos de meliore nota cõmenda. de Ar. 246 b, Pontifices, quorũ autoritati, & fidei, & prudentiæ maiores nostri sacra religionesq; cõmendarunt. pro Mur. 124 a, Idem consul eũ vestræ fidei commendat, quem antea dijs immortalibus commenda-
• uit. * de Inu. 47 b, Quod oratorem auditori maxime commendat.]

¶ *Laudo, probo*. de Ora. 109 b, Vt duos summos viros, iis qui neutrum illorum viderint, eorum quibus ambo illi oratores cogniti sunt, veterum & præsentium memoria teste commendemus. de Or. 107 a, Vox quæ vna maxime eloquentiam commendat. de Cla. 186 b, Huius actio non satis commendabat orationem. At. 209 a, Ligarianam, vt video, præclare autoritas tua commendauit. de Ora. 125 a, Lenis oratio commendat reos. Off. 42 b, P. Rutilij adolescentiam ad opinionem, & innocentiæ, & iuris scientiæ, P. Mutij commendauit domus. Postquam. 207 a, Cum eum præter simulatam tristitiam nul-
• la res commendaret. * Epi. 211 a, Qui religiose, & sine ambitione commendat.]

Commendor, aris. *trador, committor, credor*. Epist. 67 a, Cupio res nostras quam celerrime monumentis commendari tuis. Epi. 171 a, b, Satis me multa scripsisse quæ literis commendari possint, arbitror, *i. committi*. Epist. 68 b, Vt me sempiternæ gloriæ per eum commendari nolim, qui non ipse quoque in me commendando propriam ingenij gloriam consequatur. de Ora. 111 b, Historia qua voce alia nisi oratoris immortalitati commendatur?

¶ *Laudor*. Epist. 189 a, Neque enim omnium iudiciorum malim me à te commendari, quàm ipso tuo iudicio digne ac mereor commendatus esse. de Cl. 148 b, Nulla re vna magis commẽdatur orator, quàm splendore verborum.

¶ *Fidei committor*. de Fi. 93 a, Simulatq; natum sit animal, ipsum sibi conciliari & commendari ad conseruandum. Epi. 300 a, Zeuxis quẽ scribis certissimum matricidam, tibi a me intime commendari.

☞ Syntaxis. *Homo ad memoriam, & memoriæ per literas monumentis commendatus. Res commendata sacro. Commissus & commendatus. Commendatus, & concreditus. Non modo commissus sed commendatus. Commendatum habe illum. Commendare se tutelæ, fidei, amori, felicitati alicuius. Commendare aliquem de meliore nota. Literis commendari, i. credi. Nulla re vna magis commendatur orator, &c. Sibi commendari animal. Conciliare & commendare.*

Commentariolum, li. *liber breuis*. I. A. 256 a, An in commentariolis & chirographis & libellis acta Cæsaris firma erunt? de Fin. 108 b, Quæ res efficit, vt necesse sit, iisdem de rebus semper quasi dictata decantare, neque a commentariolis suis discedere. de Or. 85 a, Quæ pueris nobis ex commentariolis nostris inchoata ac rudia exciderunt. Qu. de Pet. 214 a, Volo enim hoc commentariolum petitionis haberi omni ratione perfectum.

Commentarium, rij. *liber ad subsidium memoriæ comparatus, in quo rerum, et negociorum capita notantur* de Cl. 179 a, Ipsa illa censoris contra Cn. Domitium collegã non est oratio, sed quasi capita rerum, & orationis commẽtarium paulo plenius. Epi. 121 b, Quam quisq; sententiam dixerit, in commentario est rerum vrbanarum: e quo tu quæ digna sunt, selige. Atti. 19 a, Commentarium consulatus mei Græce scriptum misit ad te. Oct. 329 b, M. Antonius ciuitates donabat ex commentario. Epi. 113 a, Commentarium rerum vrbanarum primũ dedi L. Castrinio, secundũ ei qui has literas tibi reddet. I. V. 246 b, Audite decretũ mercenarij prætoris ex ipsius commentario. & ibid. Recita

commen-

commentarium. pro Syl. 175 b, Ego recentem putarem memoriam cuncti senatus commentario meo posse superari? Tusc. 202 a, In eo, est disputatio scripta Carneadis, quam se ait in commentarium retulisse. Att. 108 b, Referre aliquid in commentarium manu sua. de Ora. 102 b, Illa quæ in commentarium meum retuli.

COMMENTARII, orum. *commentarium*. Episto. 69 a, b, Si enim susceperis causam, conficiam commentarios rerum omnium. de Cl. 289 a, Cesar scripsit commentarios rerum suarum. Offi. 53 b, 54 a, Quem locum miror à Possidonio breuiter esse tractatum in quibusdam commentariis. pro Rab. 95 a, Ex annalium monumentis, & ex regũ commentariis aliquid conquirere. de Cl. 171 a, Vt & Atticus scribit, & nos in antiquis commentariis inuenimus. I. A. 153 a, Nihil tum nisi quod erat notum, in C. Cæsaris commentariis reperiebatur. de Cla. 169 a, Possumus T. Coruncanum suspicari desertum, quòd ex Pontificum commentariis longe plurimum ingenio valuisse videatur. de Finibus. 92 a, Commentarios quosdam Aristotelicos, quos hic sciebam esse, veni vt auferrem. de Or. 129 b, Vbi sunt fundi Brote, quos tibi pater publicis commentariis consignatos reliquit? id est, tribus libellis de iure ciuili.

COMMENTATIO, onis. *cogitatio. meditatio* de Orat. 97 a, Subitam orationem commentatio & cogitatio facile vincit. & ibid. b, Ex illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. Epist. 138 b, Cõmentatio causarum. de Orat. 187 b, Is sese quotidianis commentationibus exercebat. & 119 a, Quos locos multa commentatione ac meditatione paratos atque expeditos habere debetis. de Cl. 174 a, In exercitationibus commentationibusque multum operæ ponere. de Ora. 107 b, Subitæ ad propositas causas exercitationes, & accuratæ ac meditatæ commentationes, multi sudoris sunt. Tuscul. 164 a, Tota enim philosophorum vita, vt ait idem, cõmentatio mortis est. Tusc. 184 a, De exercitatione & consuetudine & commentatione dixi, apagesis, nunc de ratione videamus. & 183 b, Tantum exercitatio meditatio, consuetudo. * De Fin. 100 b, Virtus plurimæ commentationis, & exercitationis indiget.]

☞ Syntaxis. *Commentatio & cogitatio. Commentationibus se exercere. Meditata & accurata cogitatio. Hic habes Meditatus, passiuè vt.*

COMMENTITIVS, a, um *fictus*. pro S. R. 25 a, Ille quomodo crimen cõmentatum confirmaret, non inueniebat. de Nat. 5 b, Commentitiæ futilesque sententiæ. & 40 a, Commentitiis & fictis Dei. Offi. 59 a, Ficta & commentitia fabula de Fin. 146 a, Nomina partim noua & cõmentitia, partim idem significantia. de Na. 7 b, Parmenides commentitium quiddam coronæ similitudine efficit.

☞ Syntaxis. *Commentitium & fictum. Commentitium ac futile. Nouum & commentitium.*

COMMENTOR, aris *meditor, cogito, considero. mecum meditor, conficio*. Att. 38 b, Veruntamen ipsum mecum in his locis commentor, vt ista improbem. I. A. 190 b, Iam accedũt consules multos iam menses de populo Rom. libertate commentati atque meditati. I. P. 100 b, Sin autem aliquid sperare volueras, cogitaras id, quod illa trophea plena dedecoris & risus te commentatum esse declarant. Epis. 95 b, Si me occupationibus relaxaro (nam vt plane exoluã non postulo, & ipsum quidem multos annos nihil aliud commentor) docebo, &c. Tuscula. 196 b, Nam qui hæc audita à docto meminissem viro, futuras mecũ commentabar miserias de cla. 193 a, Hortensius tãta memoria fuit, vt quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem redderet. de Diuin. 98 a, Magi congregantur in fano commentandi causa, atq; inter se colloquendi. de Amic. 96 b, Cum in hortos D. Bruti cõmentandi causa (vt assolet) venissemus. Epi. 148 a, Ad quẽ paratus venerat cum in villa Metelli cõplures dies commentatus esset. & ibi. Quæ, ait in lustris & in vino cõmentatio potuit esse? de Fini. 153 a, Animaduertuntq;, ea quæ domi fiunt curiosius, incipiuntq; cõmentari aliquid & discere. Epi. 52 a, Vt ante cõmentemur inter nos, qua rõne nobis traducendum sit hoc tempus. de Or. 150 b, Magister hic Samnitum summa iam senectute est, & quotidie commẽtatur. I. A. 233 a, Quorum alter cõmentatus est mimos, alter egit tragœdiam. pro Q. R. 31 a, Quæ mihi ille visus est ex alia rõne declamare, quam in alium reum commentaretur. Att 142 b, Θέσεις meas cõmẽtari nõ desino, *i. proposita* de Cl. 194 b, Commentor declamitãs cum aliquo quotidie. & 172 a, Vsq; illum commentatum in quadam telludine cum seruis literatis fuisse Epi. 266 b, Is diu & multis lucubrationibus commentata oratione vide vt probari possit, te non peccasse.

COMMENTVM, ti. *res ficta, excogitata inuentio*. de N. 26 b, Opinionum. n. commenta delet dies. de Cl. 193 a, Idem sua, & commẽta, & scripta, & nullo referente omnia aduersariorum dicta meminerat.

COMMEO, as. *eo, venio, video, soleo*. At. 124 a, Crebro. n. illius literę ab aliis ad nos cõmeant. pro Pom. 14 b, Insula Delos quo oẽs vndiq; cũ mercib. atq; oneribus cõmeabant. I. V. 245 a, Nauis, quæ ad furta quæ reliquisses cõmearet. de N. 65 b, Cũ eadẽ vicissim retro commeãt. pro Cęl. 45 b, Cuius in hortos iure suo libidines omnium commearent.

COMMERCIVM. cii. *vsus. familiaritas, affinitas*. de Senect. 85 b, Voluptas nullum habet cũ virtute cõmercium. I. V. 231 a, Mihi cõmerciũ vllius rei cũ illo nõ est. 168 a, Is agrũ in Segestano (nam cõmerciũ in eo agro nemini est) cõductũ habebat. & 133 b, Et locum illũ senatorĩũ ille vendidit, cui ne commercium quidem est oportebat. ad Br. 285 b, Si sit cõmercio locus. * Tus. 241 a, Qui cum musis. i. cum humanitate, & cura doctrina habeat aliquod commercium. I. V. 204 b, Asciuerũt sibi illud oppidũ piratę primo cõmercio, deinde ẽt societate.]

COMMEREO, res. *mereor*. de Or. 105 a, Interrogabatur reus quam quasi æstimationem commeruisse se maximè diceret.

COMMERITVS, ta. de Inuen. 12 b, & 59 b, Non castigabo pro commerita noxia. Plauti.

COMMETIOR, iris. *metior, simul metior*. de In. 51 a, Sæpe oportet commetiri cum tempore negocium. de Vni. 200 b, Neque siderum ambitus inter se commetiuntur.

COMMIGRO, as. *migro. domicilium muto. redeo. eo*. Q. F. 309 a, Domus tibi condocta est, sed breui in tuam commigrabis.

COMMILITO, onis. *in bello socius*. pro Dom. 149 a, Hic adolescens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit.

COMMINATIO, onis. *minatio*. de Or. 162 a, Orationis autem ipsius tanquam armorum est, vel ad vsum comminatio & quasi petitio, vel ad venustatem ipsa petitio.

COMMINISCOR, ris. *cõmentus sum. fingo*. de Fa. 141, Quædã ẽt Possidonius cõminisci vr. de Na 37 b, Epicurus monogrammos deos cõmẽtus est. Att. 86 a, Nec me hoc vel potius Africanum (is. n. loquit) commentum putes. de Fin. 116 a, Ille enim occurrentia nescio quæ comminiscebatur. ad Heren. 8 a, Confingere & comminisci aliquid. * ibi. Quod alius alio ingeniosior sit ad comminiscendum.]

COMMINVO, is. *frango diminuo*. I P. 99 b, Illi statuam istius deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant. pro Q. 4 b, Nullum officium tam sanctum est, quod non auaritia comminuere atq; violare soleat. Off. 41 a, Viriatus, quem C. Lælius prætor fregit, & comminuit.

COMMINVTVS, a, um. Att. 57 a, Re familiari cõmmuti sumus. I. V. 232 b, Is nescio quo pacto dum armis exercetur, anulus aureus quẽ habebat, fractus est & comminutus.

COMMISCENDVS, a, um. de N. 31 b, In mari & in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines.

COMMISCEO, sces. *permisceo*. de Am. 111 a, Cuius animum cum se cõmisceat, vt efficiat pene vnum ex duobus. ad Her. 35 a, Ius accusatoris cum iure testimonij commiscebis.

COMMISCEOR, ris. *misceor*. pro Mar. 132 a. Nunquam enim temeritas cum sapientia commiscetur. pro Dom. 242 b, Cuius ignem nõ sum passus cum totius vrbis incendio commisceri.

COMMISERANS, tis In Arat.

Commiserans hominum metuendos vndique casus.

COMMISERATIO, onis. *miseratio, misericordia* de Or. 163 b, Aliud molestia, sine commiseratione graue quiddam, & vno pressu ac sono obductum. ad Her. 16 a, Commiserationem breuem esse oportet: nihil enim lachryma citius arescit.

COMMISEROR, aris. *misereor, miseratione afficior, miseratione ex primo verbis, gestu*. I. V. 61 b, Quid cum commiserari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traiicere cœperit (Anteq. 196 a, Cõqueri & cõmiserari non licere. * ad Her. 41 b, Hæc oratio in amplificanda, & commiseranda re plurimum potest.]

COMMISSATOR, oris. L. COMMESSATOR.

COMMISSVM. si. *factum, facinus, delictum*. pro Syl. 180 b, Ecquid huius factum aut commissum non dicam audacius, sed quod cuiquã paulo minus consideratũ videretur factum, quæro. Tus. 181 b, Enunciare commissa, prodere conscios. de Leg. 173 b, Sacrũ cõmissum quod neq; expiari poterit, impie commissum esto. *Videtur hic Cicero loqui de quodam scelere, quod expiari non potest: cuiusmodi Theologi nostri appellant, peccatum in Spiritum Sanctum, & peccatum ad mortem.*

COMMISSIO, onis. *exhibitio*. Att. 254 a. Sed tamen rumoris nescio qd afluxerat, commissione Græcorum frequentiam non fuisse. At. 249 a. Et tecum ago vt iam ab ipsa commissione ad me, quemadmodum ij ludi accipiantur, deinde omnia.

COMMISSVRA, ræ *iunctura*. de Natu. 54 a, Quid dicam de ossibus, quæ subiecta corpori mirabiles commissuras habent? & 56 a, Molles digitorum commissuræ. de Vniu. 199 a, Vt & ipse secum, & inter se ex commissura iungerentur.

COMMISSVS, a, um. *factus, inceptus, initus*. pro Mur. 138 a, Pugna q̃ cum rege commissa est, & summa contentione pugnata. I. C. 112 a, Tum interuentu Pontini pugna quæ erat commissa, sedatur? pro S. R. 37 a, Res tanta, quæ publice gesta atque commissa sit.

¶ *Paratus, admissus*. pro Fun. 282 b, Frugi hominẽ iudices videtis positũ in vestra fide ac potestate, atq; ita vt cõmissus sit fidei, permissus potestati. Off. 25 a, Iura fidei magistratuũ commissa sunt. Offi. 17 b, Vt tutela, sic procuratio reip. ad vtilitatem eorum qui cõmissi sunt, nõ ad eorũ quibus commissa gerenda est. In An. 205 b, Multis rebus nefarius ante commissis. pro Q. 11 a, Commissum nihil est, quare ad illã rationẽ perueniretur. pro Mur. 125 a, Nihil commissum contra legem esse defendo. Epi. 40 b, Sed quoniam accidit, si quid à me prætermissum fuerit cõmissum facinus & admissum dedecus cõfitebor.

¶ *Traditus*. pro Do 216 b, Cn. Pompeio plurima bella extra ordinẽ sunt cõmissa. I. V. 149 a, Qui Quæstor cõsulẽ suũ consiliis cõmissis, reb. oibus creditis, & spoliarit, & I. A. 235 a, Cũ harũ rerũ oium decertatio consulibus cõmissa & cõmẽdata sit. pro Do 213 a, Vt bia vestrę sapientię, fidei, ptãtiq; cõmissa creditaq; esse videantur. I. V. 242 b, Mihi honorẽ illum non solum datum, sed ẽt creditũ ac cõmissum puto. * Epi. 19 b, sed hæc ipsa nescio recte ne sint literis commissa.]

¶ *Obligatus*. pro Do. 242 b, Hanc ego deuotionẽ capitis mei, cũ ero in sedes meas restitutus, tũ deniq; conuictã esse & cõmissam putabo. I. V. 110 a, Faciemus vt palæstrę petant hęreditatẽ, q. eã palestrę commissam esse dicant. & 81 b, Calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinę cõmissam esse dicerent. & 154 a, Pęnã octupli commissam persequi. *Hoc vulgo. Cadere in pœnã dicitur.*

COMMITTENDVS, a, um. *credendus, tradendus, commendandus*. Atti. 131 b, Quantum iis copiis committendum sit, non te præterit. de Or. 99 a, Ego tibi vllam causam maiorem committendam putem? Att. 155 b, Fortunæ sunt committenda omnia, sine spe conamur vlla.

¶ *Faciendum.* Epi. 177 a, Non committendum putaui, prius vt alpes transgrederer, quàm scirem, &c.

COMMITTO, is. *admitto, patro, pecco, patior, probo.* de Cl. 184 b, Is ne leges quidem vnquam sensit, quantū flagitij commisisset. pro Qui. 184 b, Is nihil alienum vita superiore commisit. pro Syll. 168 a, Committere magnum scelus. pro S.R. 28 b, Committere maleficiū. In Verr. 77 a, Verres multa in Deos nefarie commisit. & 84 a, Ea natura quę tātum facinus commisit. de Cla. 168 b, Sed cum ex eo, quia quasi cōmitteret contra legem, quo quis iudicio circumueniretur, sæpe ipse in iudicium vocaretur, orationes alij destitit scribere. pro Cl. 36 b, Is condemnatus est, quòd contra legem commisisset. I. V. 136 b, Cēsoribus, si quid commisissent, pœnæ erant legibus constitutæ de Inuen. 46 b, Qui simili impulsu aliquid commiserint. & ibidem. Cum impulsione aliquem cōmisisse quid dicet. I. V. 60 a, Quæ tu sine Verre cōmisisti, Verri crimini daturus sum. pro Mil. 113 a, Nihil timēt, qui nihil commiserunt. de Orat. 130 a, Non committam, vt si defugerim, tibi causam aliquam idem recusandi. attic. 128 a, Non puto Cn. nostrum commissurum, vt Domitium relinquat. & 124 b, Non placuit nobis committere, vt temeritas nostra reipublicę noceret. & 20 b, Id autem vt accideret, commissum est Hortensij consilio. & 69 b, Non committam vt tibi cùm possim prodesse, non prosim. & 213, Ne committas, vt frustu properasse videaris. Q. F. 290 a, præsertim cùm id commiserit, vt ille alter annus etiam tertium posset adducere. de Leg. 163 a, Quocirca vereor committere, vt non bene prouisa principia ponantur. I. A. 217 a, Ego nolo quenquam ciuem committere, vt morte mulctandus sit. Epistol. 65 b, Non committam, vt tibi insanire videar. Attico. 4 a, Non committam posthac, vt me accusare de epistolarum negligentia possis. Offic. 43 a, Id enim ipsi sordidum est ad famam, committere vt accusator nominetur. Epistol. 39 b, Non est meum committere, vt negligens fuisse videar. & 176 b, Ipsum Cæsarem nihil sanè de te questum, nisi dictum, quod diceret te dixisse, laudandum adolescentem, ornandum tollendum, si nō esse commissurum vt tolli possit. I. A. 205 a, In conspectum Pop. Roma. quo ore vos commisistis? * Epistol. 40 b, Committere facinus, & admittere.]

¶ *Mando, credo, concredo, trado.* pro Quin. 18 a, Tibi committo existimationem ac spem vitæ meæ. Quin. Fr. 293 b, Si quis est in quo iam defendaris, huic mihi crediderìs, nullam partem existimationis commiseris. & 295 a, Vt eos quos tuæ fidei, potestatique S. P. Q. R. commisit & credidit, diligas. Epist. 504 b, Neque te impedio, quo minus susceptum negocium pro tua fide & diligentia ex voluntate Cæsaris, qui tibi rem magnam difficilemque commisit, gerere possis. pro S. R. 39 a, Quæ posita sunt in suspicionibus, ea vestris ingenijs coniecturæq; committo. Att. 242 b, Autor non sum, vt te vrbi committas. pro Dom. 223 a, Qui se populo commiserant, repellebantur. pro S. R. 31 b, Cum per eius fidem læditur, cui commiserit. Epi. 42 a, Quid mihi ille non committit? quid non mecum communicauit? Att. 7. b, Itaque neque Athaicis, neque Epiroticis hominibus paulò liberiores literas committere audeo. At. 18 a, Huic terræ filio nescio cui committere epistolam tantis de rebus non audeo. Epist. 16 b, Quos tamen ipsius libros, si quem cui rectè committam inuenero, curabo ad te perferendos. Atti. 54 a, Præterea sunt quædam domestica, quę literis non committo. Epi. 258 a, Quare te neque nauigationi, neque viæ committas. Att. 138 b, Quorum causa timidus me fortunæ committebam. Att. 232 a, Huic nihil credideris, nullam partem existimationis tuæ commiseris. In Arat.

Hoc cane te ponto studeas committere mense.

Acad. 17 b, Vt tamen in præcipitem locum non debeat se sapiens cōmittere. In Ant. 244 a, Possumne satis videri cautus, si me huic itineri tam periculoso commisero? pro Pom. 10 a, Quis nauigauit, qui non se aut mortis, aut seruitutis periculo committeret?

¶ *Facio, iaceo.* pro S. Ros. 20 a, Longo interuallo iudicium hoc inter sicarios primum committitur. Quint. Fratr. 325 a, ad VIII. Calend. Nouemb. quo die ludi committebantur. Episto. 265 b, Sed vt rationem teneo, quo die prædium Pansa commisit eodem à Gadibus naues profectæ sunt.

¶ *Obligo.* pro Cl. 39 a. Nihilominus n. potest, vt illam mulctam nō cōmiserit, accepisse tamen ob rem iudicandam, &c.

COMMITTOR, ris. *trador, credor, commendor.* Atti. 10 b, Satius est in infamiæ sordibus relinqui quàm infirmo iudicio committi.

☞ Syntaxis. *Pugna & prælium commissum & pugnatum. Iura magistratui commissa. Commissum facinus, & admissum dedecus. Commissa consilia, id est, aperta, tradita. Omnia tua fidei commissa creditaq́. Non solùm datum, sed creditum & commissum. Illi hoc ne committas. Non committam, vt. Scelus, maleficium committere. Nihil ego commisi. Epistolam rectè committere alicui. Se nauiganti, viæq́ committere.*

COMMODE, COMMODIVS, COMMODISSIME, *bene, rectè, commodum.* pro S. R. 20 a, Non satis commode dicere possum: nam commoditati ingenium est impedimento. de Am. 95 b, Multa ab aliquo breuiter & commode dicta. Off. 51 b, Has res commodissime Xenophon persecutus est. de Orato. 104 b, Aliquid non tantum parum commode, sed etiam turpiter & flagitiosum dictum. & 105 a, Oratio cōmode scripta. Attico. 175 a, Quod literas, quibus putas opus esse, curas dandas, facis commode. pro S. Ros. 24 a, Hunc pro dignitate laudare nemo satis commode posset. Offic. 47 b, Commode autem quicunque dixit, pecuniam qui habeat &c. contra Rull. 37 b, Commodius fecissent, *i. melius.* de Inuent. 64 b, Exercitus is, cui præpositus est sapiens Imperator, omnibus partibus commodius regitur, quàm is qui stultitia alicuius administratur. Att. 121 b, Sane commode Pompeius distribuit binos singulis partibus familiarium. & 156 a, Feceris igitur commode, mihique gratum, si me de his rebus feceris certiorem. & 255 a, Magis commode quàm strenue nauigaui. Epist. 175 a, Et ille cui mādaui, satis scite & commode tempus ad te cepit adeundi. Officio. 52 a, Sed toto hoc de genere commodius à quibusdā, &c. disputatur, quàm, &c. Att. 29 b, Emerseram commode ex Antio in Appium ad Treis tabernas, cùm in me incurrit Roma veniens Curio meus. I. V. 160 b, Commode cùm Apronius e palæstra reduxisset, statuitur Lollius in illo conuiuio. * Episto. 237 a, Et vos isthic commodissime spero esse.]

☞ Syntaxis. *Commodè scribere, dicere, facere, nauigare. Scitè & commodè adire quempiam.*

COMMODITER, *commode.* L. COMMODITOR.

COMMODITAS, tis. *opportunitas.* de Inuent. 66 b, In occasione commoditas ad faciendum idonea. pro S. R. 30 a, Neque satis commode dicere possum: nam commoditati ingenium est impedimento. Offi. 35 b, Qui ex bestiis fructus, aut quæ cōmoditas percipi posset? nisi, &c. de Amic. 100 a, Amicitia plurimas & maximas commoditates continet. ad Her. 1 a, Non parum habet in se fructus copia dicendi, & cōmoditas orationis. Off. 2 b, & 3 a, Ad vitæ commoditatem iucunditatemq́; ad facultates rerum atque copias, conducat id nec ne, &c. de Na. 74 b, Omnes meos dolos, fallacias, præstigias, præstrinxit cōmoditas patris. & 77 b, Externæ cōmoditates, vineta, segetesq́; &c. *id est, bona fortunæ quæ vocantur.*

☞ Syntaxis. *Commoditates percipere, continere. Commoditates externæ, id est, bona.*

COMMODANDI. de Ora. 227 b, Inuidetur enim commodis hominum ipsorum, studiis autem eorum cæteris commodandi fauetur.

COMMODATVS, a, um. *concessus.* pro Mar. 134 a, Hæc à virtute donata, cæterum fortuna commodata esse videntur.

COMMODO, as. *accommodo, vtendum do, inseruio, benignè facio, benefacio, aliquem iuuo.* L. OCCVPO. I. V. 204 a, At publice commodasti tritici modum LX. milia. pro Cęl. 43 b, Mulier, quæ se aurum Cęlio commodasse dicit. ad Her. 40 a, Ait se ædes cuidam ad nuptias commodasse. * 16. Ædes commodaui. Episto. 230 b, A te peto vt ei de loco, & de tempore commodes.] I. V. 204 a, Nomen suum alicui ad translationem criminis commodare. Episto. 31 b, Quæ successori commodare potest is qui prouinciam tradit. & 222 a. Quibus tu quęcunque commodaueris, erunt mihi gratissima. & 223, A te peto, quando apud gratos homines beneficium ponis, vt eo libentius his commodes, operamque des, quoad fides tua patietur, vt socrus adolescentis rea ne fiat. & 218 b, Quamobrem peto à te maiorem in modum, vt his omnibus in rebus, quantum tua dignitas fidesque patietur, commodes. & 253 b, Primū vt omnibus in rebus ei cōmodes, quoad fides tua patietur. & 219 a, Peto igitur abs te, vt omnibus rebus, quod sine molestia tua facere possis, ei commodes. & 207 a, Cupio ei societati, quibuscunq; rebus possim commodare. & 211 a, Quicquid ei commodaueris, erit mihi maiorem in modū gratum. de Finibus. 89 a, Nec enim si tuam ob causam cuiquam commodis, beneficium illud habēdum est, sed feneratio. Epist. 28 b, Quod scribis ad me drachmis CCCLIII. nihil est quod in isto genere cuiquam possim commodare.

COMMODOR, ris. Offic. 11 a, Quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuitur cuique.

☞ Syntaxis. *Hoc à fortuna commodatum: id est, concessum ad tempus. Commodo ades ad. Commodare alicui. in cunctis, et se commodare. Sua causa commodare, feneratio est. In isto genere tibi nequeo commodare, id est, hac de re, in hoc. Id sine detrimento commodatur.*

COMMODVM, *vix, tantùm, commodè, opportunè.* Attico. 168 b, Commodùm ad te dederam literas de pluribus rebus, cum ad me bene manè Dionysius fuisset. & 206 a, Commodum discesseras heri, cum Trebatius venit. & 214 b, Commodum ad te miseram Demeam, cum ad me Eros venit.

COMMODVM, modi. *vtilitas bonum vsus.* ἀχρήσιμα, de Finib. 104 b, In commoda autem & commoda (sic enim ἀχρήσιματα, & εὐχρήσιματα appello) communia esse voluerunt. de Ora. 139 b, Qui vtilitatem defendet, enumerabit commoda pacis, opum, &c. Off. 17 a, Dimicare de honore, gloria, cęterisq́; cōmodis. de Inu. 50 a, & ad Heren. 18 b, Preterea cōmoda & incōmoda considerantur ab natura data aīo aut corpori. pro Pomp. 17 b, Salutē reip. meis cōmodis & rōnibus pręttuli. Q. F. 294 b, Est eius qui aliis præsit, eorū quibus pręsit, cōmodis vtilitatiq́; seruire. de N. 85 a, Si amicitiā ad fructum nostrū referemus, non ad illius commoda quem diligimus. de N. Incommoda vitæ sapientes commodorum compensatione leniunt. pro Murę. 135 a, Quibus contra valetudinis commodū laborandū est. de Inu. 64 a, Cum commodum aliquod maioris adipiscendi commodi causa prætermittit. & ibid. Retinendi, augendi, adipiscendi ve commodi causa. Att. 196 b, Velim aliquando cum erit tuum commodum, Lentulum puerū visas. de D. 103 a, Vt ostenderet etiam Philosophum, si ei commodum esset, pecuniā facere posse. Q. F. 328 b, Nihil quod ad commodum meum attinet, sine maximo tuo commodo & maxima tua facultate, mi frater, cogitarit. Att. 250 b, Id si tibi erit cōmodum, cures velim. Postq. 506 b, Neq; solū id dixit, sed quos ei commodū fuit, cōpellauit. de Cl. 166 b, Quare si tibi est commodū, ede illa q̄ cęperas. I. V. 76 a, Etiā si spacium ad dicendū nostro cōmodo, vnoquoq; die habuissemus. Ep. 47 a, Tu qđ cōmodo tuo fiat, quāprimum velim venias. Att. 123 b, Ipse quod commodo tuo fiat, cum eo colloquere. & 220 b, Heri nescio quid in strepitu videor exaudisse, cū diceres te in Tusculanū esse venturum: quod vtinā iterum, tuo tamen

commodo

commodo. & 207 a, Pisonem si poteris conuenias: vides quam maturum sit: sed tamen quod tuo commodo fiat. & 276 a. Si minus id cōmodo reipub. facere posses, vt in iisdem locis exercitum contineres, & 3 a, Nunc verò sentio, quod tuo commodo facere poteris, venias ad id tempus quod scribis. de Cla. 166 a, Ego verò expectabo ea quæ polliceris, neque exigam, nisi commodo tuo. & ibi. Quod ipse, cui debes, in commodo exacturum negat.

☞ Syntaxis. *Commodis, vtilitatiq; seruire. Si tibi est commodum. Vt ea quæ tibi commodum est. Spacium habes tuo commodo. Tu (quod commodo tuo fiat.) Agere commodo suo.*

Commodvs, a, um. Commodivs. *opportunus, vtilis, facilis.* Atti. 237 a, Nihil geri potest nec commodius, nec aptius, quàm vt scribis. I. V. 99 a, Vt filijs bona patria eriperes, &, cui tibi commodum esset, condonares. Q. F. 338 a, Literæ, quas ego accepi satis commodas de Britannicis rebus. Att. 136 a, Ex literis tuis ea quæ in agro Piceno gesta erant, cognoui commodiora esse multo quàm vt erat nobis nunciatum. pro Cæc. 286 b, Potuisti ad tuum ius faciliore ac commodiore via peruenire. pro Mur. 130 b, Nemo Catone proauo tuo commodior, comior, moderatior fuit, ad omnem rationem humanitatis. Q. F. 297 b, In hoc genere multo te esse iam commodiorem mitioremq; nunciant. de Ami. 106 b, Qui antea commodis fuerunt moribus, eos prosperis rebus mutari. ad Heren. 29 b, Qui priuatus intolerabili superbia fuerit cum commodum & sui cognoscentem videre in potestate quis speret? At. 136 b, Si commodius anni tempus esset, vel infero mari liceret vti. * Rul. 89 a, Immunia commodiore conditione sunt, quam illa, quæ pensitant.]

☞ Syntaxis. *Vtile & commodum. Apta & commoda via. Homo commodus, comis. Homo commodior, mitiorque. Commodis esse moribus. Anni tempus commodum.*

Commolior, itis. *molior.* de Nat. 74 b.

Neque dolum ad eum, neque machinam commolior.

Statij Poetæ comici.

Commonefaciendvs, da, dum. *admonendus.* Ep. 119 b, Sed tamē Cæreliæ procuratores scripserunt, te propter magnitudinem prouinciæ multitudinem negociorum, etiam atque etiam esse commonefaciendum.

Commonefacio, cis. *commoneo. admoneo.* Epistol. 61 b, De rationibus prouinciæ quid vellem fieri, vt is vos doceret & commonefaceret. I. V. 233 b, Irrisio quę commonefaceret istius turpem calamitosamque præturam. Sal. in Cice. 170 b, Videlicet, vt nos commonefacias, quàm conuersa sit resp. ad Her. 51 b, Cum ipse re veteris amicitiæ commonefaceret, commotus est?

Commonefio, fis. I. V. 258 b, Nemo est qui tui sceleris ex illa oratione commonefiat.

Commoneo, es. *admoneo.* Att. 138 b, Attentum, commouent Græci, vt principio faciamus iudicē. I. V. 213 a, Hoc me commouit Pisonis annulus, quod totum effluxerat. Para. 238 b, & in Verr. 107 b, & 258 a, Commonere aliquem de aliqua re. ad Her. 34 b, Te nuptiales tibiæ eius matrimonij commonebant.

Commoneor, ris *admoneor fio, certior.* de Fin. 99 a, Vt commoneri nos satis sit, nihil attineat doceri.

Commonitio, nis. Qu. de Pet. 113 a, Commonitionibus. *aliàs communitionibus.*

Commonstro, as. *indico.* de Ora. 102 a, Sed vt commonstrarem tantum viam, & vt fieri solet, digitū ad fontes intenderem de Ora. 123 b, Et illi sedes & tanquam domicilia omnium argumentorum commonstrent de Vni. 202 a, Commonstrauitq; leges fatales.

Commonstratvs, ta, tum. *indicatus.* de Ora. 162 b.

Commoratio, onis. *mora.* Epist. 92 b, Nam & villa & amœnitas illa commorationis est, non diuersorij. Q. F. 331 b, Multos dies hanc epistolam in manibus habuit. propter commorationem tabellariorum. * Epist. 98 a, Postea quam Pompeij commoratio diuturnior erat, quam putaram. epi. 134 b, Sed author commorationis vrbanæ.]

¶ *Exornatio oratoria.* ad Herenn. 38 a, Commoratio est, cum in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius, & eodem sępius reditur. de Orat. 161 b, Nam & commoratio vna in re, permultum mouet.

Commorandi, Episto. 87 a, Consilium tuum, vel casus potius diutius in armis ciuilibus commorandi semper mihi magno dolori fuit. de Senec. 94 b, Commorandi enim natura diuersorium nobis non habitandi dedit.

Commoror, aris. *maneo, consisto, subsisto.* Atti. 148 b, Assentio tibi, vt in Formiano potissimum commorer Attic. 74 b, Nostra negocia, quoniam Romæ commoraris, amabo te explica. Episto. 33 b, Triduum Ephesi commoratus sum. de Orat. 91 b, Complures sum ibi dies cōmoratus. in Verr. 255 a, Prędones vnam illam solam noctem ad Pelorum commorati, ad Syracusas accedere inciperunt Epist. 18 a, Cōmoraturum me nusquam sane arbitror. & 98 b, Ego me Asturę diutius arbitror commoraturum. pro Pompe. 6 a, Vt illi beatissimi esse videantur, apud quos ille diutissime commoratur. Attic. 175 a, Non possum præ fletu diutius in hoc loco commorati. de Inuen. 54 b, Cōmorati diutius in aliqua re. Orat. 209 b, Versare sæpe multis modis eandem & vnam rem, & hęrere in eadem, commorarique sententia. de Orat. 135 b, Id amplector, exorno, exaggero, ibi commoror, ibi habito, ibi hæreo. pro Quin. 4 a, Deinde Romæ dies fere XXX. Quintius commoratur. Epi. 86 b, Quasi tibi non liceret in Sicilia diutius commorari. & 33 a. b, Prope calen. Sextiles puto me Laodiceæ fore: ibi perpaucos dies, dum pecunia accipitur, commorabo. & 144 a, Cum ad Cybistra propter rationem quinque belle dies essem commoratus, & 257 b, Nos apud Alyziam vnum diem commorati sumus. & 213 a, Audio eum etiam nunc, vbi ego reliqui, Cybiræ commorari & 129 b, Diutius ibi commorabimur. & 169 b, Lupus familiaris noster, cùm ad te venisset, cumq; Romæ quosdā dies commoraretur, ego etiam in ijs locis, in quibus, &c. Attic. 130 b, Si Cæsar circū isthæc loca commorabitur. pro Clu. 55 a, Cùm is apud mulierculam quandam pernoctaret, & ibidem diem posterum cōmoraretur. pro Quin. Ros. 53 a, Ipsa mihi veritas manum iniecit, & paulisper consistere & commorari coegit Brut. 188 b, Tardare & cōmorari re melius est. pro Q. R. 49 a, Quoniam ille hic consistit paulisper, mihi quoque necesse erit paulum commorari. pro Mil. 106 b, Milo paulisper dum se vxor comparat, commoratus est. Qu. Fr. 304 b, Illud fieri non potest, me diutius q̃ firma spes postulabit, in tā misera vita commorari.

☞ Syntaxis. *Commorari Romæ, triduum, vnam solam illam noctem. In re commorari. Tardare, & commorari alicubi. Consistere & commorari. Hęrere & commorari in sententia, & contra.*

Commotio, onis. *motus, affectus. perturbatio.* Tusc. 236 b, Temperantia & moderatrix omnium commotionum. & 195 a, Animi cōmotio.

Commotivncvla, læ. *febricula.* Attic. 189 a, Atticæ hilaritatem libenter audio, commotiunculis συμπάσχω. i. condoleo, afficior.

Commotior, oris. de Cl. 176 a, Licinius genere toto feruidior atque commotior. de Di. 97 b, Non potest esse vehemens actio, nisi sit animus ipse commotior.

Commotvs, a, um. *affectus, perturbatus* Att. 87 a, Equidem sum magna animi perturbatione commotus. ad Her. 33 a, Commotus non es: cùm tibi mater pedes amplexaretur, non es commotus. de Off. 20 b, Qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt.

Commovendvs, da, dum, *incitandus, afficiendus.* de Ora. 125 b, In commouendis iudicibus ijs ipsis sensibus ad quos ad illos adducere volo, permoueor.

Commoveo, ves. *moueo, perturbo, afficio, excito, concito, commuto, inuito.* pro Rab. 93 b, Nihil me clamor iste commouet, nihil perturbat. de Ora. 110 b, Hæc porticus & tot locis sessiones Græcarum disputationum memoriam nobis commouent. de Nat. 3 b, Multorum non modò discendi, sed etiam scribendi studia commouit. I. V. 210 a, Sed magnum & acerbum dolorem commouent. I. V. 125 a, Domo eius omnia abstulit, quæ paulo magis animum cuiuspiam aut oculos possent commouere de Inuen. 61 a, Commouere indignationem, & concitare odium. ad Her. 36 b, Duæ res sunt, quæ possunt hominem ad turpe compendium commouere, inopia, & auaritia. Atti. 2 b, Crebras expectationes nobis tui commoues. Attic. 45 a, Non commoui me adhuc Thessalonica. Epist. 93 a, Tu cura vt valeas, & te istinc ne commoueas. Att 235 a, Nunc quæcunque nos commouimus, ad Cæsaris acta vocamur. de Or. 156 b, Non prius sum conatus misericordiam alijs commouere, q̃ misericordia sum ipse captus.

Commoveor, ris. *afficior, excitor.* pro Font. 283 b, Nec satis cōmoueor animo ad ea quæ vis cauenda. I. A. 187 a, Tum à suis similibus inuidiam in me aliquam commoueri putat. in Ver. 239 b, Verumtamen minus expediret vllum in Sicilia tumultum aut bellum commoueri. Off. 39 b, Vehementer amor, multitudinis commouetur, ipsa fama & opinione liberalitatis. de Ora. 94 a, Præclare enim se res habent, si hęc accendi aut commoueri arte possint. pro Pom. 8 b, Tamen nimia longinquitate locorum ac desiderio suorum commouebatur. Q. F. 325 b, Miserijs ac periculis commouetur. pro Cl. 55 b, Omnis suscipio in eos seruos, qui non comparebant, commouebatur. ad Her. 36 b, Quid tibi nunc quicquam vbiciam? si probus es, nō meruisti: sin improbus, non commoueris.

☞ Syntaxis. *Commouere iudices, studia multorum ad indignationem. Ne te istinc commoueas. In aliquem commouere inuidiam. Desiderio commoueor.*

Commvnicatio, nis. pro Corn. 61 a, Nunquam à maioribus nostris intermissa est largitio & communicatio ciuitatis. de Fin. 140 b, Nihil est quod latius pateat q̃ coniunctio inter homines hominum, & quasi quædam societas & communicatio vtilitatum. de Ora. 162 a, Communicatio, quæ est quasi cum ijsipsis apud quos dicas, deliberatio. *de ornatu quodam loquitur.* Att. 15 a, Quin mihi nunc te absente sermonis communicatio, quæ mihi suauissima tecum solet esse, maxime deest.

☞ Syntaxis. *Largitio & communicatio ciuitatis. Coniunctio, societas & communicatio.*

Commvnicandvs, a, um. I. V. 236 b, Num tibi illius victorię gloriam cum illo communicandum putas? pro Syl. 168 b, Neq; ego hoc partiendę inuidiæ, sed communicandæ laudis causa loquor. de Le. 162 a, Sequitur igitur ad participandum alium alio communicandūq; iustos natura esse factos. de Amic. 100 b, In periculis aut adeundis, aut communicandis.

Commvnicans, tis. de Ami. 100 a, Amicitia res aduersas partiens cōmunicansque leuiores facit.

Commvnicatvs, a, um. I. V. 158 a, Socij putandi sunt, quos inter res communicata est. pro Cl. 44 b, Eo tempore iudicia cum equestri ordine communicata sunt. Epist. 181 a, Multa prætereo, quæ temporibus illis inter nos familiarissime dicta scripta, communicata sunt. pro Mur. 148 a, Cum omnis potestas deorū immortalium, aut translata sit ad vos, aut communicata vobiscum.

Commvnico, as. *confero, trado, partior, impertio, refero, cum aliquo sermones aut consilia confero, participo.* Atti. 16 a, Nihil mihi nunc scito tam deesse quàm hominem eum, qui cum omnia, quæ me cura aliqua, afficiunt, vna communicem. Epi. 93 a, Multa pęterea metuo, quæ cum

cum Milone vestro communicaui. Atti. 183 b, Quod ad te scripserā vt cum Camillo communicares, de eo Camillus mihi scripsit te cum eo locutum. pro Q. 3 a, Cum de societate inter se multa communicarent. Epist. 6 b, Pompeius sæpe mecum de re communicat. & ibid. Re cum illo sæpe communicata. Epist. 45 a, Et hoc tempore velle te mecum, si propius accessissem, de officio vtriusque nostrum communicare. de Amic. 109 b, Vt si vnquam præstantiam virtutis consecuti sunt, impartiant eam suis, communicentque cum proximis. Epis. 83 b, Quod ego periculum non extimesco, modò facti vestri gloriam cum mea laude communicem. Epis. 255 b. Cum mecum inimicitias communicasti. Episto. 251 b, Tum vt quibus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis inter nos communicaremus. de Or. 90 b, Sin et dicendum erit de iure ciuili, tecum communicabit. pro Dom. 140 a, At si collegium Pontificum adhibendum non videbatur, nemone horum tibi idoneus visus est, vt cum eo dedicationem communicares? pro S. R. 48 a, Desinant causam suam cum Chrysogono communicare. I. P. 80 b, Ego prouinciam cum Antonio communicaui.

COMMVNICOR, ris. de Inu. 76 b, Præmia virtutis non oportere, aut cū improbis communicari, aut in mediocribus hominibus peruulgari. Epist. 78 b, Relinquetur enim simplex illa iam cura doloris tui, quæ non cum illis communicabitur, sed ad te ipsum propriè referetur.

☞ Syntaxis. *Partiri, & communicare. Vna communicare alicui, cum aliquo. Cum aliquo de quopiam communicare. Cum aliquo inimicitias, prouinciam communicare.*

COMMVNIO, onis. *communitas, consociatio.* de Legib. 169 b, Inter quos est communio legis, inter eos communio iuris est. pro Milo. 121 a, Ego fortunas meas in communionem temporum tuorum contuli. Acad. 12 a, Si dicente ea de quibus disserent, se dilucidè perspicere, nec vlla communione visorum impedirī. Tuscu 829 a, Philosophia homines inter se primò domiciliis, deinde cōiugiis, tum literarum & vocum communione iunxit. de Ora. 100 b, Genus est quod sui similes communione quadam, specie autem differentes duas aut plures complectitur partes. pro Sex. Rosc. 88 b, Multum valet communio sanguinis. de Orato. 149 b, Si manere in pristina communione voluissent.

☞ Syntaxis. *Communio legis, iuris, & sanguinis.*

COMMVNITIO, onis. de Ora. 138 a, Aut aditum ad causam, & communitionem, *aliàs, munitionem.*

COMMVNITVS, a, um. I. V. 287 b, Situs vrbis communitus & præclarus ad aspectum. pro Quin. Rosc. 52 a, Sanctissimis testimoniis causa Roscij communita est. pro Cæc. 889 a, Quid refert habere fundum, &c. si parum sit communitum ius? Episto. 844 b, Rexque sine tumultu, siue armis, omni autoritate aulæ communita rerum cum dignitate obtineret.

☞ Syntaxis. *Communitus situs, causa, ius, autoritas.*

COMMVNIS, ne. *communis, vulgaris, contritus, de medio sumptus, late patens.*)(. *Singularis, proprius, præcipuus.* in Ver. 79 b, Quam iste laudem communem ait sibi esse mecum de Prouin. 69 b, Dolor meus, quem vos communem semper vobis mecum esse duxistis. de Legib. 182 a, Hæc locupletibus fere cum plebe communia sunt. Att. 170 b, Hoc est mihi commune cum cæteris. pro Rab. 91 b, Labor hoc defendendo præcipue meus est, studium verò conseruandi hominis commune mihi vobiscū esse debet. pro Q. R. 49 b, Is seruus fuit ei cum Roscio communis. Episto. 38 b, Qui mos mihi cum Bibulo communis est. pro Q. R. 49 b, Seruum gratis factum esse communem cum alio, qui precio proprius fuisset. pro Syl. 168 a, Quod mihi consilii præcipuum fuit præter alios, id in priuato cum cæteris est commune. de Amic. 98 b, Quo cum mihi coniuncta cura de republi. & de priuata fuit, quo cum domus fuit & militia communis. pro Sest. 9 a, Scelera quæ tibi cum eo coniuncta atque communia sunt. pro Cel. 50 a, Patres qui cum eo mihi fuerat communis. Offi. 91 a, Quod illud est crimen senectutis, cum illud videatis cum adolescētia esse commune? Offi. 14 b, Quare cum hoc commune sit potentiæ cupidorum cum iis, quos dixi ociosos, alteri, &c. de Orato. 112 a, Hoc quod hæc ars profitetur, cum ulla arte commune est. Off. 18 a, Propinqui, quibus communis plerunque fortuna est. Ora 806 b, Quid est tam commune quàm spiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis? I. Ant. 153 a, Alia porro propria Dolabellæ, quæ, nisi collega abfuisset, credo eis fuisse futura communia. de Sene. 91 a, Omni ætati mortem esse communem. I. P. 191 a, Supplicium legis & iudicij cōe est probis & improbis. Epis. 141 b, Sed postea quam literas cōmuneis cum Oppio ad te dedi, ab Cæsare epistolam accepi. de Senect. 84 a, At id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis. pro Cor. 60 a, Quod commune est liberorum populorū, non proprium fœderatorum de Clari. 168 b, Hoc studium non erat commune Græciæ, sed proprium Athenarum. de Fin. 140 b, Atque hæc ita iustitiæ propria sunt, vt sint virtutum reliquarum communia. de Leg. 160 b, Vniuersus hic mundus vna ciuitas cōmunis deorum atque hominum existimanda est. de Ora 96 a, Ista omnia communia & contrita præcepta didici. Off. 11 b, Omnia autem communia hominum videntur ea, quæ, &c. de Inuent. 58 a, Commune est quod accidit omnibus eodē fere tempore, vt messis, vindemia, &c. & ibid. Publicum, commune & singulare. In Verr. 131 a, Loca communiū, *i. publica.* de Ora 92 b, Contra communem opinionem rationé pugnare, ex communi quadam hominum opinione dicere. Offi. 40 a, Cum ad opinionem communem omnis accommodatur oratio. I. V. 123 a, Communis fama atque sermo. de Ora. 161 a Ea sunt in communibus infixa sensibus & 153 a, Quod in communi mente quasi impressum sit. I. V. 840 a, Inclusum supplicium, atque a libero spiritu & communi luce seclusum. de Amic. 99 a, Quæ sunt in vsu vitaque communi. de Diuina. 126 b, Sed hæc quidem vita iam communis explosit. pro Quin. 13 b, communi luce priuari. de Amic. 103 b, Sed loquor de iis, de quibus memoriam accepimus, quos nouit vita communis. de Orat 106 b, In communi vita & vulgari hominum consuetudine non esse hebetem nec rudem. de Orato. 103 b, In communi vitæ consuetudine. Q. F. 295 b, Præter communem fidem, quæ omnibus debetur, præterea, &c. pro Fla. 151 a, Communis humanitatis iure, &c. pro Q. 9 a, Hæc viri boni faciunt & hominū existimationis & communis humanitatis causa. de Ora. 115 a, Homo non hebes, neque in exercitatus, neque communium literarum & politioris humanitatis expers. Ora. 807 b, Definire aliquid ad commune iudicium & ad popularem intelligentiam accommodare. de Ora. 106 b, Hac communi intelligentia contenti esse possimus. contra Rul. 78 a, In communi atque eodem quo cæteri iure versari volo. de Orat. 85 a, Graues casus communium temporum. & ibi. Fluctus à cōmuni peste depulsi. pro Planc 265 b, Hoc valeret, inquam, in communi consensu omnium & dulcissima commendatione naturæ. Episto. 10 b, Quem animum antea tantummodo communi officio ciuium, nō aliquo erga me singulari beneficio debitum, præstiti. Offi. 62 a, b, Vt vtilitas tuā communis vtilitas sit, vicissimq; communis vtilitas tua sit. pro Syl. 168 b, Tempus agendi fuit magis mihi proprium quam cæteris: doloris vero & timoris, & periculi fuit illa causa communis. Offic. 11 b, Vt in Græcorum prouerbio, Amicorum omnia esse communia. de Orat. 96 b, De communibus & peruagatis rebus loqui. & 128 a, Vitium commune & peruagatum. de Fin. 90 b, In omni arte, cuius vsus communis vulgarisq; sit. Episto. 16 b. Quos libros arbitror Lentulo tuo fore non inutiles: abhorrent enim à communibus præceptis. Tusc. 839 b, Idem in communibus suggestis consistere non auderet, concionari ex alta turri solebat Epist. 59 a, Quare non debes aut propriam fortunam, aut præcipuam postulare, aut commune recusare de Inuent. 60 b, Commune autem præceptum hoc datur ad enumerationem, vt, &c. Epi. 7 b, Te rogo vt ad coniunctum nostrum redeas, & ad consuetudinem, vel nostram communē, vel tuam solius & propriam. de Legib. 160 b, Inter quos ratio, inter eosdem recta ratio communis est. & ibi. Quibus autem hæc sunt inter eos communia, & eiusdem ciuitatis sunt. de Pro. 73 a, Vt cōmune officium censuræ, communi animo & voluntate defenderēt. Offi. 67 b, Prætoris & Trib. ple. rem nummariam de communi sententia & constituerunt. de Amic. 108 b, Simplicem præterea, & communem, & consentientem amicum eligi par est.

☞ Syntaxis. *Communis dolor mihi tecum. Scelera tibi cum illo coniuncta & communia. Præterea communia, & contrita. Ex communi opinione dicere. Communis vita & vulgaris hominum consuetudo. Commune iudicium & intelligentia. Communis omnium sensus. Res communis, & peruagata. Communis & vulgaris. Communis animo. De communi sententia, id est, iunctis animis. Amicus simplex & communis, id est, vero procus.*

COMMVNE, nis. *Respublica, ciuitas, vniuersitas, collegium.* in Verr. 138 a, Iidem pro parte in commune Siciliæ contulerunt. de Inu. 63 a, Ex nostro quoque nonnihil in commune contulimus. in Verr. 95 b, Iste commune Milyadum vexauit. In Ver. 131 b, Statuæ inauratæ a communi Siciliæ datæ.

☞ Syntaxis. *In commune conferre ex suo. Vexare commune, id est, ciuitatem, Rempub.*

COMMVNITAS, tis. *communio, societas.* de Ami. 107 b, Tum sit inter eos omnium rerum, sine vlla exceptione, communitas. de Nat. 24 a, Cū deis quid potest nobis esse iuris, cum homini nulla cum eis sit communitas? Aca. 10 a, In eo autem si erit communitas cum falso, nullū erit iudicium. I. Anto. 206 a, Quæ nobis potest cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis, legationis esse communitas? Itam. Ea ratio, qua societas hominum inter ipsos, & vitæ quasi communitas continetur. Epi. 141 b, Nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatē vitæ atque victus. de Fin. 104 a, Quemadmodum membris vtimur priusquā didicimus cuius ea vtilitatis causa habeamus, sic inter nos natura ad ciuilem communitatem coniuncti & consociati sumus. & ibidem. Præclare Chrysippus, cætera nata esse hominum causa & deorum, eos autem communitatis & societatis. Offi. 31 b, Cogitatio in ipsa vertitur, eloquentia verò amplectitur eos, quibus cum communitate iuncti sumus. de Fin. 107 a, Homines natos esse ad cōgregationem hominum, ad societatemque generis humani, *Perpende membrorum synonimiam.* Offi. 10 a, Communitas & societas vitæ. Offi. 38 a, Consociatio hominum atque communitas. & ibid. Communitas coniunctioq; humana. Top. 283 a, Vnum adde verbum, iure, iam à communitate res disiuncta videbitur.

¶ *Institutam ciuilis.* Offic. 31 a, Omnis honestas manat à partibus quatuor, quarum vna sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis. & ibidem: Placet igitur aptiora esse naturæ, quæ ex communitate, quàm ea quæ ex cognitione ducantur.

☞ Syntaxis. *Communitas conditionis, æquitatis, legationis, vitæ & victus. Ad communitatem ciuilem coniuncti & consociati homines. Communitas & societas. Consociatio & communitas. Communitas coniunctioque.*

COMMVNITER, *promiscuè, de communi sententia.*)(. *Propriè, separatim.* de Fin. 107 a, Nos ita esse natos, vt communiter ad virtutes apti simus. de Inuen. 63 b, Cum communiter quædam de omnibus percipi possint, separatim quoque aliæ sunt cuiusque generis & diuersæ præceptiones. Off. 40 a, Admirantur communiter illi quidē omnia,

quæ,

quæ, &c. separatim autem, si, &c. pro Fon. 278 b, Aurium iudicium promiscuè & cõmuniter omnibus à natura datum. Att. 47 a, Et nos aliquando aut obiurgare, aut communiter consolari desine, de Inu. 80 b, Deinde vera lex de genere omni, vera de parte quadam, vera communiter in plures, vera in aliquã certam rem scripta videatur. Epi. 109 a, Alia epistola communiter commendaui tibi legatos Arpinatium, hac separatim Quin. Suffidium. de Na. 50 b, Sic dissimillimis bestiolis communiter cibus quæritur. Atti. 172 b, Literæ, quas communiter cum aliis scripsisti, & quas nomine tuo. & 276 b, Cum eum videro, communiter constituemus de reditu eius. In Anto. 153 b, Atque hæc omnia communiter cum collega. pro S.R. 36 b, Possidere aliquid cõiter cum aliquo. pro Mur. 126 b, Vt rebus cõiter gestis pene simul cum patre triumpharet. Off. 68 a, Conscripserant cõmuniter edictum cum pœna. *i. communi sententia.* & ibid. Edictum qđ communiter compositum fuerat, solus edixit. de Fi. 91 b, Sæpiusq; ista loquemur inter nos, agemusque cõiter. * de Inu 68, In hoc sit dictum communiter de omni genere locorum communium.]

☞ Syntaxis. *Promiscuè & communiter. Scribere cum alio communiter, constituere, possidere. Res communiter gesta.*

Commvnivs, aris. I.P. 93 a, Ita enim sunt perscripta scite & literatè, vt scriba ad ærarium qui eas retulit, præcipiens rationibus, secũ ipse caput sinistra manu pertractans, commurmuratus sit.

Commvtabilis, le. *mutabilis, inconstans* pro Mil. 114 b, Vide quàm sit varia vitæ commutabilisq; ratio. de Ami. 113 b, Assentatoris animus varius, commutabilis, multiplex. de Na. 65 b, Si omnis cera commutabilis esset, nihil esset cereum quod commutari non posset.

Commvtatio, onis. *conuersio, vicissitudo.* Off. 330 b, O miseram & in breui tam celerem reipublicæ commutationem. de Inuen. 54 a, Annuæ commutationes quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt. de Diuina. 127 a, Cum temporum anni tempestatumque cæli conuersiones commutationesq; tantæ fiunt, accessu & recessu stellarum. Attic. 14 a, Quod afferret Quinto Fratri meo commutationem tantam voluntatis. de Amic. 110 b, Morum commutationem factam esse. de Fat. 143 b, Ita fit, vt commutatio ex vero in falsum fieri non possit.

¶ *Oratoria exornatio, cum duæ sententiæ inter se discrepantes ex traiectione ita efferuntur, vt à priore posterior contraria proficiscatur, hoc modo. Esse oportet, vt viuas, non viuere vt edas.* ad Her. 33 a.

Commvtandvs, a, um. *variandus, afficiendus.* Postq. 221 a, Cuius & vultus & sermo ad aliorum sensum & voluntatem commutandus est. de Ora. 128 a, Ad animos commutandos, & omni ratione flectendos. I.C. 116 a, Quæ non ad delendam rempublicam pertineret, sed ad commutandam.

¶ *Permutandus.* Offic. 92, Regulus de captiuis commutandis Romam missus est.

Commvtatvs, a, um. *mutatus.* Att. 254 a, Quintus præceptis meis cõmutatus est totus. Epi. 33 a, Tua ratio postea commutata.

Commvto, as. *muto, conuerto, inuerto, contrarium facio commutationem affero.* de Fin. 142 a, b, Fures earum rerum, quas ceperunt, signa commutant. de Peti. 511 b, Commutare & vultum & sermonem ad sensum & voluntatem alterius. pro Sest. 11 a, Vt cum patriæ charitate constantiç gloriam commutaret. pro Clu. 44 a, Qui fidem suam ad perniciem innocentis pecunia commutauit. ad Her. 11 b, Multi leue compendium fraude maxima commutauerunt, contra Rul. 63 b, Possessionis inuidiam pecunia commutare. de Or. 158 a, Proprium proprio commutare. Epist. 50 a, Mortem cum vita commutare. I.V. 158 a, Quis vnquam conatus est omnia iura & consuetudinem omnium, commutare cum vituperatione sine quæstu. * ad Heren. 33 a, verbum verbo reddere.]

Commvtor, aris. Offi. 7 a, Sed incidunt sæpe tempora, cùm ea quæ videntur digna esse iusto homine, commutantur, fiuntque contraria. de Inuen. 61 a, Quæ si sit semel iudicata, neque alio commutari iudicio, neq; vlla potestate corrigi potest. de Fin. 107 b, Quibus etiam qui assentatur, nihil commutatur animo, & iidem abeunt qui venerant. de Fat. 143 b, Hæc commutari ex veris in falsa non possunt. de Arus. 158 a, Quare prouidere, ne reip. status commotetur.

☞ Syntaxis. *Commutare & flectere animos. Commutatus homo, captiuo. Proprium proprio commutare, & mortem cum vita.*

Comœdia, diæ. *fabula, Comicorum ars.* Off. 21 a, Quo genere iocandi, eleganti, vrbano, ingenioso, faceto, Plautus noster & antiqua comœdia referta est. de Cla. 185 a, Atheniensis Hyperboli veteres Atticorum comœdia notauerunt.. * P. Flac. 160 a, Quis vnquam Græcus comœdiam scripsit, in qua seruus primarum partium non Lydus esset.]

Comœdvs, di. *actor comœdiarum.* Or. 206 b, Comœdum in tragœdiis, tragœdum in comœdiis placere vidimus.

Compactio, onis. *coagmentatio*, de Fin. 132 a, Videmus ea quæ terra gignit corticibus & radicibus valida seruari, quod contingit animalibus sensuum distributione, & quadam compactione membrorum.

Compacto, *aduerbium, consultò, & quod Vergilius dixit, composito.* Attic. 166 a, Non committendum vt etiam compacto prohibiti videamur.

Compactvs, cta, ctum. *coagmentatus.* de Finibus 105 b, Quid enim in operibus manu factis tam compositum, tamque compactum & coagmentatum inueniri potest? *Obserua trium verborum synonymiam.* de Vni. 199 b, Quippe qui ex eadem vinctus alteraque natura, adiuncta materia temperatione trium partium proportione compacta se conseruat, &c.

Compages, gium. *commissura, vincula.* de Sen. 93 a, Dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis, & graui opere perfungimur.

Compar, ris. *exornatio rhetorica.* ad Her. 30 a, Cõpar appellatur, quod habet in se membra orationis, quæ constant ex pari fere numero syllabarum, &c.

Comparabilis, le *quod habet comparationem.* de Inuent. 52 b, Comparabile est, quod in rebus diuersis similem aliquam rationem continet. & 57 a,)(. *Dissimile.* de Inuen. 51 b, Simile ex specie comparabili iudicatur.

Comparate, *cum comparatione* Top. 228 a, Cùm autem quæritur quale quid sit, aut simpliciter quæritur, aut comparate.

Comparatio, onis. *collatio, contentio, similitudo, facultas, compl. facio.* Offi. 12 a, Si contentio quædam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officij, principes sunt, patria & parentes, proximi, &c. deinceps, &c. & 30 b, Eorum autem ipsorum quæ honesta sunt, potest incidere sæpe contentio & comparatio de duobus honestis vtrũ honestius, & 52 a, Vtilitatum comparatio fieri solet. & 3 a, Primum igitur de honesto, tum de vtili, post de comparatione eorum disserendum. de Orato. 107 b, Et illa orationis suæ cum scriptis alienis comparatio. Tuscul. a 35 b, Et si præstantia debent ea dici, quæ habent aliquam comparationem, animus autem humanus cum alio nullo, nisi cum ipso Deo comparari potest. de Nam. 36 a, Cum solis, & lunæ, & quinque errantium ad eandem inter se comparationem est facta conuersio. de Clar. 176 b, Cùm autem ipsum audires sine comparatione, non modò contentus esses, sed melius non quæreres. & 189 a, Quæ qui sine comparatione alicuius spectaret, satis magna diceret. Epist. 346 a, Ea literis tuis cepi fructum duplicem, mihique in comparatione difficilem ad iudicandum, amoremne erga me tuũ, an animum in remp. pluris æstimandum putarem. Top. 227 a, Pariũ comparatio nec elationem habet, nec submissionem * de Orat. 145 b, Cum hoc tamen in comparatione coniungor. de Inuent. 43 b, In comparatione per contentionem vtrum potius, aut quid potissimum sit, quæritur.]

¶ *Apparatus, præparatio, cautio.* pro Pomp. 5 a, Mithridates omne reliquum tempus non ad obliuionem veteris belli, sed ad comparationem noui contulit. Q.Fr. 303 a, Nihil de mea comparatione diminutio. *id est, de meo apparatu & cautione.* de Cla. 189 a, Has vias ille tenens, & paratus ad causas veniens, verborum non egens, ipsa illa cõparatione disciplinaq; dicendi iam in patronorum numerum peruenerat, *i. apparatu, & facultate.* de Inuent. 45 b, Comparatio criminis est, cùm aliud aliquid factum, rectum aut vtile contenditur, *i. contentio.* pro Clo. 58 a, Totius denique huius criminis comparatio ab illa & inuenta & adornata est.

☞ Syntaxis. *Contentio, & comparatio. Conuersio siderum ad eandem inter se comparationem. Hoc mihi ea comparatione difficile est.*

Comparativvs, a, um. *comparabilis.* de Inuẽ. 71 b, Deinde oportebit ipsam illam comparatiuam iudicationem exponere, tanquam causam deliberatiuam.

Compareo, res. *videor, palam sum, adsum.* Antequam 194 b, Illa conspiratio conflata ita restincta est, vt nulla scintilla compareat incendij. Ora. 220 a, in Thucydide orbem orationis desidero, ornamenta comparent. de Clu. 175 b, Nobis quidem pueris oratio hæc omniũ optima putabatur, quæ vix iam comparet in hac turba nouorum voluminum. pro Clu. 55 b, Omnis suspicio in eos seruos qui non comparebant, commouebatur. Att. 186 a, Pompeium nõ comparere, nec in balearibus omnino fuisse. pro Rab. 95 a, Comparere in illa multitudine bonorum.

¶ *Appareo.* I.V. 103 a, Cum ille dixisset signa & dona comparere omnia. & 266 a, Quærite nunc vestigia, quibus exitus illorum ea illo loco compareant. pro Syl. 181 a, Quæ ita a fortuna deformata sunt, vt tamen a natura inchoata compareant.

Comparandvs, a, um *acquirendus* de Fi. 88 a, Quid enim tanto opus est instrumento optimis artibus comparandis.

¶ *Præparandus.* de Ora. 152 b, Quare primum sylua rerum ac sententiarum comparanda est.

¶ *Conferendus.* L.A. 182 b, Cum illo ego te dominandi cupiditate conferre possum, cæteris vero rebus nullo modo es comparandus. pro Fon. 280 a, Nemo Gallus cum cine Rom. comparandus est.

Comparatvs, a, um. *constitutus, decretus.* pro Dom. 228 b, Ius à maioribus nostris ita comparatum est, vt ciuis Roman. libertatem nemo amittat inuitus. pro Clu. 29 a, Iam hoc quoq, prope iniquissime cõparatum est, quid, &c. de Diu. 133 b, Si ita natura comparatum esset, vt ea dormientes agerent, quæ somniarent, &c pro Clu. 61 a, O mira, præclara, atque diuinitus iam a principio Roman. nominis maioribus nostris ratio comparata, ne quis, &c. de Ami. 115 a, Ita ratio cõparata est vitæ naturæ æque nostræ, vt alia ætas oriatur ea alia. Ora. 100 a, Genus ἐπιδεικτικὸν, quod quasi ad inspiciendum delectationis causa comparatum est. Ora. 217 a, Id genus quod est ad delectationem comparatum. de Inuen. 69 a, Maleficium de quo studiosi cõparatum sit. pro Cluent. 44 a, Idcirco illa sortitio comparata est, ne, &c. pro S.R. 35 b, More maiorum comparatum est, vt, &c. Tusc. a 35 a, Nam cui viro ex seipso apta sunt omnia, quæ ad beate viuendum ferunt, &c. huic optime viuendi ratio comparata est. pro Rab. 91 b, Qui me ex comparato & constituto spacio in semihoræ curriculum coegisti.

¶ *Collatus.* Ora. 205 b, Et nisi coram erit comparatus ille fortior, per se hic quem dico, probabitur. Q.F. 324 a, Si cum Eserunio Samnite Pacidianus comparatus videretur.

COMPARO, as. *paro, praeparo.* Q. F. 308 b, Pompeius se comparat, homines ex agris accersit pro Clu. 27 a, Comparare insidias alicui per aliquem. Atti. 32 b, Nunquam huc venissent, nisi ad alias pestiferas aditus sibi compararent. Ora. 219 a, Cur de perfugis nostris copias comparat contra nos. I C. 123 b, Quę quidem non minore labore tueor, quàm comparo. Q. F. 297 b, Sed te illud moneo, vt te ante cōpares. & quotidie meditere, &c. pro Clu. 58 a, Neque solum diligens fuit, vt accusatorem filio suo compararet, sed etiam, &c. de Nat. 63 a, Sed eas rationes tu ita refellis vt cum me interrogaturus esse videare, & ego me ad respondendum compararim, repentè auertas orationem, nec des respondēdi locum pro Mil. 106 b, Milo paulisper dum se vxor, vt fit, comparat commoratus est. I. A. 24 b, Primum temporibus hybernis ad magnitudinem frigorum praeclarum sibi hoc remediū cōparat. & 89 a, Magnifice conuiuiū comparat. Ep. 94 b, Reliquas partes diei tu consumebas iis delectationibus, quas tibi ipsi ad arbitrium tuum cōparas. de Fin. 62 b, Omnium rerum, quas ad beate viuendum sapientia cōparauit, nihil est maius amicitia. pro Dom. 217 a, Instituere, comparare, perficere aliquam rem. * pro Qu. 9 a, Praetores id vt moderate fieret comparauerunt.]

¶ *Confero, committo comparationem, contentionem facio.* de Senect. 80 a, Equi fortis senectuti comparat suam. de Or. 85 b, In hoc ipso numero si diligenter & ex nostrorum & Graecorum copia comparare voles, multo pauciores oratores quam poetę boni reperiētur. pro Domi. 239 b, Quaeso Pōtifices, & hominem cum homine, & tempus cū tempore, & rem cum re comparare. Epi. 33 b, Cum meū factum tuo comparo, etsi, &c. tamen multo magis meo delector, quam tuo. Ora. 209 b, Comparare similitudines, vel exemplis, &c. Offi. 3 a, Homo per rationem consequentia cernit, similitudines comparat, &c. Ora. 200 a, b, Conferre pugnantia, & comparare contra. de Ora. 124 a, Maiora & minora & paria comparabimus sic, &c. * pro Quin. 17 b, Non comparat se tecum gratia. Qu. pro S. R. 18 b, Neque ingeniosum cū illo comparandus.]

¶ *Acquiro.* ad Herenn. 30 b, Huic industria virtutem comparauit. pro Quint. 1 a, Quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparaui. de Orato. 118 b, Equidem mihi hoc subsidium iam inde ab adolescentia comparaui. Epist. 19 b, Comparare laudem bonis artibus. Offic. 42 a, Comparare gloriam ex rebus bellicis. I. V. 234 a, Hanc homini alienissimo à ciuitatibus laudationem per vim comparere.

¶ *Emo.* I. V. 125 b, Studiosè cōparare supellectilem. Q. Fr. 328 a, Qui ludos H-S. CCC. Comparat.

¶ *Constituo, decerno.* pro Q. 9 a, Itaque maiores nostri rarò id accidere voluerunt, praetores, considerate heret, comparauerent ad Her. 29 a, Bene oratores nostri hoc comparauerunt, vt neminem regē, quem armis cepissent, vita priuarent.

¶ *Facio, conflo, edo.* ad Her. 53 a, Tumultus C. Gracchi tumultus domesticos comparauit.

COMPAROR, ris. *compensor.* Off. 36 b, Quae si longior fuerit oratio, cum magnitudine vtilitatis comparetur.

¶ *Conferor.* de Ami. 97 a, Sed hi nec comparantur Catoni.

¶ *Acquiror.* pro Q. 2 b, Fecit societatem earum rerum, quae in Gallia comparabantur. pro S. R. 37 a, Idcirco amicitiae comparantur, vt commune commodum mutuis officiis gubernetur.

☞ Syntaxis. *Spatium comparatum, & constitutum. Ille se comparat. Insidias comparare alicui, copias. Mulier dum se comparat, &c. Laudem comparare, tumultum. Ius comparatum à priscis. Natura ita comparatum. Ratio diuinitus comparata. De maleficio iudicium comparatum. Legibus comparatum est, vt Factum cum facto comparare. Hoc cum illo comparatur, id est, compensetur.*

COMPASCO, scis. Topi. 221 b, Ex coniugatione huiusceemodi est argumentum. Si compascuus ager est, ius est compascere.

COMPASCVVS, a, um. *Compascuus ager relictus ad pascendum communiter vicinis.*

COMPEDES, dum. *solea lignea, quibus pedes captiuorum constringi solent.* Attic. 120 b, Age iam, has compedes, fasces inquam hos laureatos, haec ex Italia ferre quàm molestum est? pro Rab. 98 b, Cum esset vna Glaucia, etiam ille ex compedibus atq; ergastulo Gracchus. Tuscu. 164 a, Qui in compedibus corporis fuerunt, etiam cum soluti sunt, tardius ingrediuntur.

COMPELLATIO, onis. *appellatio.* I. A. 186 b, Idem Q. Ciceronem compellat edicto, nec sentit amens commendationem esse compellationem suam. Epist. 198 b, Nec vero postea destiti labefactare eum, qui, &c. Itaque quotidianas compellationes meas non tulit, seque in vrbem recepit inuitus. ad Her. 28 b, Exclamatio est, quae conficit significationem doloris, aut indignationis alicuius, per hominis, aut vrbis, aut loci, aut rei cuiuspiam compellationem hoc modo: Te nunc alloquor Africane, cuius, &c.

COMPELLO, as. *appello, nomino, alloquor.* Att. 23 b, Nigidius minatur in concione, se iudicem qui non affuerit, compellaturum. I. A. 248 a, Cum hoc compello, praetereo illum ex grege latrocinij neminem. I. A. 278 a, Compellarat hospitem praesens, computarat, &c. I. A. 286 b, Idem Q. Ciceronem compellat edicto, nec sentit amens commendationem esse compellationem suam. ad Heren. 5 a, Mimus quidam Actium poetam compellauit in scena cum eo Actius iniuriarū ageret. hic nihil aliud defendit, nisi licere nominari eum cuius nomine scripta dentur agenda. Postquam 206 b, Neque solum id dixit, sed quos ei commodum fuit, compellauit. in Sal. 273 a, Nec enim me sperasti mutuam tibi gratiam relaturum, vt vicissim tuos compellarem. de Diuin. 89 a, Exin compellare pater me voce videtur, his verbis. Atti. 212 a, Quare dare in sermonem, & persecta, & confice, excita, compella, loquere.

COMPELLOR, ris. *accusor, nominor.* Postquam 221 a, Nominatim alij cōpellabantur, alij citabantur, alij relegabantur. Epistto. 122 a, Quibus cum parum procederet, vt vlla lege mihi poneret accusatorem, compellari ea lege mea voluerunt, qua, &c.

☞ Syntaxis. *Cum septimo, Lactio compellitur aliquem. Compellare voce aliquem.*

COMPELLO, lis. *impello, cogo, congrego, vexo.* Academ. 18 a, Cum sit campus in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias compellimus? de Inu. 42 a, Quid dispersos homines in agris rōne quadam compulit in vnum locum & congregauit. I. P. 82 b, Me domo mea expulistis, Pompeium domum suam compulistis. de Pro. 75 b, Caesar ceteras nationes contriuit, compulit, domuit, &c.

COMPELLOR, lis. *onoror, vexor, afficior.* Epi. 16 a, Cum vero in hunc sensum, & alliciar beneficiis hominum, & compellar iniuriis, facile patior, &c.

☞ Syntaxis. *In angustias compellere, in vnum locum. Caesar populos compulit, id est, vexauit.*

COMPENDIARIVS, a, um. *breuis.* Off. 42 b, Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quasi compendiariam esse dicebat, si quis ageret, vt qualis haberi vellet, talis esset.

COMPENDIVM, dij. *quaestus, vtilitas.* Off. 64 b, Is omnino se negat facturum compendij sui causa, quod non liceat. pro Q. R. 53 a, Siquando me vis peierare, vt paulum tu cōpendij facias, paratum fore scito. pro Fla. 147 b, In vberrima re turpe cōpēdium effugit. I. V. 110 a, Ciues qui merces suppeditant cū quęstu compendioq;. & 171 b, In quęstu sunt cōpendioq; versati. ad Her 36 b, Duę res sunt q̄ possunt hoīes ad turpe cōpendium commouere, inopia & auaritia. & 11 b, Multi leue compendium fraude maxima commutauerunt.

☞ Syntaxis. *Facere compendium, i. pręmium dare. Effugere compendium. In compendio versari. Quaestus & compendium.*

COMPENSATIO, onis. *comparatio, praemium merces, remuneratio.* de Nat. 6 b, Incommoda vitae sapientes commodorum compensatione leniunt. Tuscul. 246 a, Hac vtitur compensatione sapiens, vt voluptatem fugiat, si ea maiorem dolorem effectura sit: & dolorem suscipiat, maiorem efficientem voluptatem. ad Heren. 32 a, Fortitudo est contemptio laboris & periculi, cum ratione vtilitatis & compensatione commodorum.

COMPENSANDVS, a, um. *adaequandus, comparandus.* Anteq. 194 b, Si facta compensanda sunt, conferamus aequitatem.

¶ *Instaurandus.* Off. 47 b, Certisq; operis & officiis erit, quod violatum, est compensandum. Attic. 114 a, Vix vllo ocio compensandam reip. turpitudinem.

COMPENSATVS, a, um. I. V. 242 b, Damna in stipendiis ab isto dissoluta, & compensata aetatis fructu. de Ora. 144 a, Summi labores nostri magna compensati gloria mitigantur.

COMPENSO, as. *comparo, remunero, repono, exaequo, aestimo.* pro Font. 276 b, Massilienses Gallicorum bellorum periculo P. Rom. copiis remissisque compensarunt. pro Dom. 219 b, Vestra in me attente audiendo benignitas prouocat orationem meam: sed hoc compensabo breuitate eius orationis, quae, &c. Ora. 220 a, Is tamen hoc vitium compensant, vel facultate, vel copia. de Fin. 236 b, Et cum maximis curis & laboribus compensare eam quam ex discendo capiant voluptatem. Ora. 218 a, Paucitatem pedum grauitatis suae tarditate compēsat. I. P. 95 b, Sed sit offensus. nonne compensabit cum versiculo tot mea volumina laudum suarum?

COMPENSOR, ris. *exaequor.* pro Mur. 141 a, Neque vlla re alia, quae à vobis consequuntur, nisi opera sua compensari putant posse, *i. quasi remunerari.* de Fin. 75 a, Compensabatur tamen cum his omnibus animi laetitia, quam capiebam, &c. & ibid. Compensabatur cum summis doloribus laetitia. pro Fla. 161 a, Catonis est dictum, pedibus cōpensari pecuniam. pro Clu. 49 b, Atq; haec omnia honoris commodis compensantur.

☞ Syntaxis. *Facta compensare, & violatum, & turpitudinem. Compensatur cum dolore laetitia.*

COMPERENDINATVS, tus. de Cla. 172 a, Galbam autem verecunde & dubitanter causam recepisse, vnum quasi comperēdinatus medium diem fuisse, quem totum ille in consideranda causa componendaque posuit. I. V. 81 a, Adimo enim comperendinatum, bis vt causa dicatur.

COMPERENDINATVS, a, um. *comperendi natu gaudens.* I. V. 80 a, Nemo Verrem comperendinatum, sed damnatum iudicabat. I. V. 207 a, Posteaquam Verres est comperendinatus.

COMPERENDINO, as. *amplius pronuntio, ampleo, profero, procrastino, differo.* I. V. 72 b, Tua ratio est, vt secundum binos ludos mihi respondere incipias: mea, vt ante primos ludos comperendinem.

COMPERENDINOR, ris. *comperendinatu vtor.* I. V. 81 a, Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur reus: antea vel iudicari primo poterat, vel amplius pronunciari.

☞ Syntaxis. *Verres comperendinatus. Reus comperendinatur.*

COMPERIO, ris. *certam reperio, deprehendo, comprehendo, compertum habeo.* de Cla. 190 b, Cum indicia mortis suae & se comperisse manifesto, & manu tenere diceret. pro S. R. 24 a, 23 b, C. Fimbria diem Scęuolae dixit, posteaquam comperit eum posse viuere. I. V. 145 b, Vt comperi remotas esse literas societatis, habui rationem annorum. Atti. 225 a, Scripsit se id certis autoribus comperisse. pro Clu. 58 a, Quod ego ex multis audiui & comperi. Epi. 62 a, Ex multis audiui: nam comperisse me non audeo dicere. Aca. 16 b, Et inquireret, qui tibi

tibi constares: cum idem negares quicquam certi posse reperiri, idē te comperisse dixisses. I.C. 99 a, Hæc ego vix dum iam cætu vestro dimisso comperi. pro Syl. 184 a, Nihil de hoc comperi.

Compertvs, a, um. *certus, indubitatus.* pro Cl. 44 a, Aut illud afferant, aliquid esse quod de ijs duobus habuerit compertum. pro Cla. 26 a, Facinus manifesto compertum atq; deprehensum. pro Clu. 44 b, & 45 a, Nihil ipsos habuisse cogniti, nihil comperti.

☞ Syntaxis. *Manifestò comperire, & manu tenere. Audio, & comperio. De hoc comperio. Habere compertum. Compertum & comprehensum.*

Compesco, scis. Q. de Petit. 213 a, Nec tamen in petendo respublica compescenda est.

Competitor, oris. *qui cum alio in petitione concurrit.* Off 8 b, Vt cum aliter contendimus, aliter si est inimicus, aliter si est competitor? cum altero certamen honoris & dignitatis est, cum altero, &c. pro Planc. 260 b, Non competitor à quo est victus, sed populus e quo est præteritus, in culpa est. Atti. 1. Competitores, qui certi esse videbantur Galba & Antonius. & ibidem. Catilina certus erit competitor.

Competitrix, cis. pro Mure. 333 b, Nam & nos habuimus scenam competitricem.

Compilatio, nis. *furtum. fraus.* Epistn. 22 a, Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, vt mihi vadimonia dilata & Chresti compilationem mitteres?

Compilo, as. *furor, fraudo, diripio.* in Ver 83 a, Verres apertissime promiscuam compilauit. & 212 a, Vno imperio hostiatim totum oppiduoi compilauit de Nat. 18 b. Alij omnia quæ possunt, fana, compilant. pro Mure. 129 b, Qui ab ipsis cautis Iurisconsultis eorum scientiam compilauit. in Verr. 29 b, Ærarium exhaurire, rempublicam compilare.

Compilor, ris. *diripior.* de Or. 133 b, Nihil est quod mihi gratias agas inquit, si malui compilari, quam venire.

Compingo, gis. *constringo.* Attic. 123 b, Pompeius vrbem reliquerat, Picenum amiserat culpa, in Apuliam se compegerat, ibat in Græciam.

Compingor, ris. *impellor.* de Orato. 89 a, Oratorem in iudicia & in conciunculas, tanquam in aliquod pistrinum detrudi & compingi videbam.

Compita, torum. *quod rustici loca in qua multæ viæ conueniunt.* cont. Rul. 62. In triuijs aut in compitis auctionari.

Compitalia, orum. *festi dies, qui in compitis agebantur.* Att. li. 2, Pridie compitalia.

Compitalitivs, a, um. Att. lib. 7. Compitalitiorum dies. I. P. 81 a, Compitalitij ludi. L. Ambvlatio.

Complanatvs, a, um *deiectus, dirutus.* pro Dom. 233 a, Sp. Melii rectā appetentis domus est complanata.

Complavdo dis. *simul plaudo.* de Amic. 100 b, in Cod. Germ. Stantes complaudebant in re ficta. *vetus lectio plaudebant.*

Complector, ris. *complexu teneo, meo sinu tum osculor, recipio, in collum inuado* de Ora. 100 b, Pater complexus esset filium, flensque eū centurionis commendasset. Attic. 254 a, Complecti & osculari aliquē. pro Fon. 283 b, Soror fratrem complexa tenet. de Diui. 101 b, Arcte complecti aliquem. de Diu. 92 b, Vidi in quiete, te repente lætū exisse, nosq; inter nos esse complexos. pro Plan. 280 a, Hic me complexus est, conspersitque lachrymis.

¶ *Amo exemplo, tracto amicè. charum habeo, faueo, suscipio, defendo.* Atti. 261 a, Cum Oppius me hortaretur, vt adolescentem, totamque causam manumq; veteranorum complecterer, dixi me id nullo modo facere posse. Q. F. 321 b, Frater eius mecum est multum: quare vt instituisti, complectere adolescentem. Epist to. 20 b, 21 a, De ipso Tito Annio tantum tibi polliceor, te maioris beneuolentiæ erga te, si cōplecti hominem volueris, habiturum esse neminem. Epist. 22 a, Quare de te homine, complectetur mihi crede. de Vni 197 b, Mundus ipse se concordi quadam amicitia & charitate complectitur. de Prou. 79 a, Multos est hic ordo complexus honoribus & beneficijs suis. p Planc. 276 b, Complecti aliquem beneficio. pro Mur. 132 b, Complecti aliquem beneuolentia. Offi. 12 a, Omnes omnium charitatis patria vna complexa est. Bru. 180 a, Veterem ex tuis literis libenter cōplexus sum.

¶ *Contineo, ambio, circundo, comprehendo.* I. V. 213 a, Nullo modo possum omnia illius facta aut memoria consequi, aut oratione complecti. de Som. 128 b, Circulus extimus, qui reliquos omnes complectitur. de Cla. 166 a, Liber, quo iste omnem rerum memoriam breuiter complexus est. * Epist. 82 b, Nisi gratulationem, quam confirmationem animi tui complecti literis maluissem.]

¶ *Assequor, apprehendo, teneo.* de Cla. 195 a, Nemo erat qui philosophiam complexus esset. de Or. 90 b, Si quis vniuersam ac propriam oratoris vim definire complectique vult. de Ora. 159 a, Sententiam numero quodam complecti. Postquam 199 a, In ipso beneficio tanta magnitudo est, vt eam complecti oratione non possim. de Senec. 89 a, Cum complector animo, quatuor causas reperio, cur, &c. Epist. 73 b, Nec enim minus nostra sunt quæ animo complectimur, quam quæ oculis intuemur. & 43 a, Complexus igitur sum cogitatione te absentem. de Fi. 88 a, Omne cœlum & totam terram mente complecti. de Ora. 86 b, Animo rei alicuius magnitudinem complecti. Ora. 197 b, Quod cogitatione tantum & mente complectimur. Epi. 31 b, Te rogo vt quæ successori amicissimo commodare potest is qui prouinciam tradit, ea pro nostra constantissima voluntate erga te, cura ac diligentia complectare. Off. 36 b, Quibus autem rationibus hanc

facultatem assequi possimus, vt hominum studia complectamur, eaque teneamus, dicemus.

¶ *Adiungo.* I. P. 95 b, Complecteris amplissimos viros ad tuum scelus, *id est, adiungis.*

¶ *Colligo, argumentor, concludo.* I. A. 186 b, Vt iam liceat vna comprehensione omnia complecti & dicere, omnem naturam esse conseruatricem sui. de Inu. 56 a, Nam ita complectemur, vt in vnum conducamus propositionem & assumptionem.

☞ Syntaxis. *Complecti aliquem & lachrymis conspergere. Causam alicuius complecti, & aliquem: scilicet defendendum. Honore & officijs complecti, charitate, amicitia, animo, cogitatione, cura & diligentia.*

Complementvm, ti. *supplementum.* Or. 219 b, Inculcata reperias inania quædam verba quasi complementa numerorum.

Complendvs, a, um. *implendus.* de Ora. 154 a, Onerandum & complendum pectus plurimarum & maximarum rerum suauitate, copia, varietate.

Completvs, a, um *plenus* Acade. 31 b, Ita completa & conferta sunt omnia, vt & quod mouebitur corporum cedat, & qua quicque cesserit, aliud illico subsequatur. Orato. 211 a, Meæ aures perfecto completoque verborum ambitu gaudent. pro Flac. 153 a, Neque est ad hoc ea summa completa. contra Rul. 78 b, Completi sunt animi auresque vestræ, me, &c. Tusc. 154 a, Totum cœlum humano genere completum est. Att. 16 a, Cum domus bene completa est, *i. plena.* de Diuin. 133 a, Animorum consentientium multitudine completum est esse mundum.

Compleo, es. *impleo, absoluo, perficio.* I. V. 141 b, Complent ad quidem beatissimam vitam. & 173 a, Vt summam mei promissi compleam: & de Senec. 79 b, Gorgyas Leontinus centum & septem compleuit annos. I. A. 204 b, Cum sanguis os oculosque compleuisset. pro Cl. 37 a, Gradus theatri accusator hominibus seditiosis compleuerat. contra Rul. 80 b, Locum compleas numero, confirmes præsidio. de Nat. 35 b, Cum sol terras larga luce compleuerit, &c. Ora. 209 a, Vt plangore & lamentatione compleremus forum de Senect. 86 b, Quę quidē etiam in Sabinis persequi soleo, & conuiuium vicinorum quotidie compleo. de Natu. deor. 18 b, Sol annuos cursus conficit, lustrationem menstruo spacio luna complet de Somn. 128 b, Quis est iste, qui complet aures meas, tantus & tam dulcis sonus? Attic. 216 b, Etenim hęc decantata erat fabula, sed complere paginam volui. contra Rull. 83 a, Complere municipium colonis. de Nat. 51 a, Complere te conchis.

¶ *Fæcundo.* de Som. 128 b, Sol cuncta sua luce lustrat & complet.

Compleor, ris. *absoluor, perficior* de Inn. 83 b, Compleri ad exitumque perduci de Fi. 99 a, Illi.n. corporis commodis compleri vitam beatam putant. I A. 197 b, Cum ventū erat de ædem Cōcordię, gradus complebantur. de Clu. 192 a, Occupetur locus in subsellijs, compleatur tribunal. ad Her. 20 a, Fauces calefiunt, arteriæ complentur. Qu. de Pet. 212 a, Vt de nocte domus compleatur.

☞ Syntaxis. *Complere vitam. Mundum luce sol complet.*

Complexio, onis. *comprehēsio verborum, periodus.* Or. 204 b, Nec sententiam multa frequentans vna complexione deuinciet. de Orat. 159 b, Longissima est complexio verborum, quæ volui vno spiritu potest. * Tusculan. 234 a, Secretis malis omnibus cumulat bonorum complexio.]

¶ *Argumenti conclusio, & summa rationum.* de Inuen. 58 b, Hic cum concesseris propositionem & assumptionem, complexio est infirmāda: aliud n. q̄ cogebatur, illatum est. de Inu. 55 a, Complexio est, per quam id conficitur ex omni argumentatione breuiter exponitur. ad Heré. 21 a, Complexio est quæ concludit, breuiter colligens partes argumentationis. de Inuen. 56 a, Ne quod Perspicuum sit, id in complexionem inferamus.

¶ *Dilemma* de Inu. 58 b, Complexio est, in qua vtrum concesseris, reprehenditur, ad hunc modum: Si improbus est, cur vteris? Si probus, cur accusas?

¶ *Implicatio, confusio.* I. V. 178 a, At quibus verbis, modo æquum sibi videri, modo non iniquum: mira verborum complexio.

¶ *Exornatio, quę vtranque complectitur exornationem, & conuersionem scilicet, & repetitionem.* ad Her. 28 a, b.

Complexvs, xa. *patiendi forma vsurpatum* pro S. R. 24 b, Scelestum facinus, atque eiusmodi, quo vno maleficio scelera omnia complexa esse videantur, *id est, continere.*

Complexvs, xus. *amplexus.* pro Fla. 164 a, Qui vos in complexu coniugum vestrarum trucidare voluit. in Anto. 172 a, Venisti Brundusium in sinum quidem & complexum tuæ Mimulæ. pro Planc. 280 b. Venit Plancius & complexu suo retinuit. I. C. 109 a, Postremū genus est de Catilinæ delectu, imo vero de complexu eius ac sinu Q. F. 303 b, Quē ego ferus ac ferreus e complexu dimisi meo. pro Fon. 283 b, Abstrahere filium de complexu matris. Att. 185 b, Atque vtinam continuo ad cōmplexum meæ Tulliæ, ad osculum Atticę possim currere. I. A. 147, Reip. illum sinu complexuque recipiet. & 231 a, Complexus summa beneuolentiæ falsi iudices exstiterunt in amore simulato. pro Cęl. 47 b, Complexus & obsculatio. de Senect. 87 b, Terra semen tepefactum vapore & complexu suo diffudit, & cæt. * Epi 235 a, Iste vero sit in sinu semper & complexu meo.]

¶ *Ambitus.* de Natu. 37 a, Mundus omnia complexu suo coercet & continet. & 46 a, Restat vltimus & omnia cingens & coercens cœli complexus.

¶ *Coitus.* de Diui. 137 b, Quidam cum in somnis complexu venereo iungeretur, calculos eiecit.

☞ Syntaxis.

☞ Syntaxis. *In complexu coniugem trucidare. In complexum ac sinum venire. Retinere complexu suo. De complexu abstrahere, dimittere. Ad complexum currere. Complexu recipere. Complexus & osculatio. Cælis complexat.*

COMPLICATVS, a, um. *implicatus.* Offi. 67 a, Si quis voluerit animi sui complicatam rationem euoluere.

COMPLICO, as. *inuoluo, claudo* At. 185 b, Cum complicarem hãc epistolam, noctu Abundos ad me venit. Q. F. 321 a, Cum hanc iam epistolam complicarem, tabellarij à vobis venerunt.

COMPLORATVS, a, um. pro Dom. 238 b, Videre prætextatos inimicos nondum morte complorata, arbitraria petcores funeris.

COMPLVRES, rium *multi.* de Na. 70 b, Vulcani item complures, i *multi.* de Or. 118 b, Ambiguorum autem complura sunt. Epi. 85 a. Multa sustuli, complura ne posui quidem. & 146 b, Complures consules dicti, quorum nemo, &c & 22 a, Ego cum Pompeio complures dies nullis in alijs nisi de rep. sermonibus versatus sum.

COMPONENDVS, a, um *iungendus.* Att. 60 a. Tibi etiam gratias agebat, quòd signa componenda suscepisses. de Cla. 186 b, In inueniendis componendisque rebus mira accuratio.

¶ *Edendus.* Orat. 210 b, Sed stylus exercitatus efficiet facile hanc viã componendi. de Cla. 168 b, Totumq; se ad artes componendas transtulit. Att. 240 a, Sed & componendum argumentum est, & scribendi expectandum tempus maturius.

¶ *Tractandus, iudicandus.* de Cla. 172 a, In consideranda componendaque causa totum diem ponere. Ora. 210 a, In cognoscendis componendisque causis.

COMPONO, nis. *dispono, coniungo, construo, coagmento, confio, ex coniunctione facio, conficio, conglutino, construo, ex multis vnà iungo, dispono, confituo, misceo, tempero, compositionem facio, comparo, confero.*). *destruo, dissoluo.* de Cla. 170 b, Ipsa verba compone, & quasi coagmenta. de Orat. 158 b, Collocationis est cõponere & struere verba sic, vt neve asper eorum concursus, neve hiulcus sit, sed quodammodo coagmẽtatus & leuis. Orat. 210 b, Verba componere, & syllabas propemodum dinumerare & dimetiri. de Ora. 137 a, Componere ea quæ dicenda sunt probandi & persuadendi causa.

¶ *Edo, facio.* de Vniu. 203 a, Atque is quidem qui cuncta composuit, constanter in suo manebat statu: qui autem erant ab eo creati, cum parentis ordinem cognouissent, hunc sequebantur. Att. 245 a, Testamentum composui: quod cum voles, obsignabis. de Cla. 185 a, Rem videbat acute, componebat diligenter. Att. 86 a, C. Flauius scriba fastos protulit, actionesque composuit. Q. F. 320 a, Poema ad Cæsarẽ, quod composueram, incidi. *aliàs instrueram.* de Orat. 129 b, Brutus tres libros de iure ciuili composuit. Aca. 11 a, Componunt igitur primum autem quandam de iis quæ visa dicimus, eorumque & vim & genera definiunt. de Diuinat. 131 b, Callide enim qui illa composuit, perfecit, vt quodcunque accidisset, prædictum viderentur. de Legibus 158 b, Composui formulas iudiciorum, confeci libellos de stillicidiorum iure.

¶ *Dictito, instituo.* pro Cæc. 294 b, Componere interdicto. Atti. 272 a, Componere libello. Epi. 37 a, & Off. 68 a, Romæ composui edicto. At. 249 a, Ego itinera sic composueram, vt nonis Q. Puteolis essem. Ora. 210 a, Cognoscere & componere causas.

COMPONOR, ris. *edor, conficior.* Epi. 157 a, Ne S. C. arbitratu nostro componeretur, quis fuerit impedimento, arbitror te ex Planci literis cognouisse.

¶ *Tractor, sedor.* de Or. 119 a, Crassus componi posse dicebat. I. V. 119 b, Ita causa componitur, vt Bidenses hæreditatẽ peterent pro S. Ro. 41 a, Fieri non poterat vt componeretur.

¶ *Conferor, comparor.* de Op. 244 b, Aeschines tanquam Aserninus, vt ait Lucilius, cum Paciduano hic componitur.

¶ *Coniungor, adiungor, nector.* Or. 212 b, Nec solum componentur verba ratione, sed etiam finientur.

☞ Syntaxis. *Componere argumentum, causas, libros, testamentum, poema, artem. Libello, interdicto, edicto componere. Non componetur: id est, conuenies mecum.*

COMPORTATVS, a, um. *aduectus, allatus.* de Or. 151 b, Res vndique exquisitæ, collatæ, accersitæ, comportatæ.

COMPORTO, as. *vna porto.* pro Do. 224 a, Cum arma in ædem Castoris comportabas.

COMPORTOR, ris. *afferor, feror, vehor.* Att. 78 Frumentum ex agris in loca tuta comportatur. I. V. 118 a, Omnia ad illum comportari necesse est. I. P. 84 a, Cum arma in templum Castoris luce & palam comportarentur.

COMPOS, tis. *particeps.* de Na. 30 a, Animans est igitur mundus, composque rationis. de Nato. 33 a, Mundum esse rationis & consilij compotem. Tuscu. 137 a, Omnes virtutis compotes beati sunt. & de Fin. 141 b, Homines compotes virtutum. Atti. 138 a, Non sum, mihi crede, mentis compos, tantum mihi dedecoris admisisse videor. L. A. 178 b, Tu mentis es compos? in Pisonem 89 b, Qui suæ mentis cõpos non est. de Orato. 102 b, Quartum rerum qui essent animi & scientia compotes, eos Imperatores dicerent. Orato. 206 a, Illud quæro, cuius qui sit compos, is sit eloquens. pro Sest. 28 b, An ego in hac vrbe esse possum, his pulsis, qui me huius vrbis compotem fecerunt?

☞ Syntaxis. *Compos homo, mundus, mentis, rationis, consilij, virtutis, animo, scientia. Vrbis compotem facere.*

COMPOSITE, *disposite.* de Or. 89 a, Oratoris est, composite, ornatè, copiose eloqui. Ora. 220 b, Composite & aptè dicere.)(*Sine verborum modo & ordine dicere.*

COMPOSITIO, *confectio, quasi structura, coagmentatio, compages, instructio, σύνταξις, concordia, dispositio, ordo, descriptio.* de Leg. 181 a, Totaque huius iuris compositio pontificalis magnam religionem declarat. de Nat. 55 b, Compositiones vnguentorum, & ciborum conditiones, &c. & 11 b, Compositio membrorum, conformatio lineamẽtorum. Offi. 20 a, Apta compositio membrorum. de Or. 113 b, Compositio verborum de Finibus 101 b, Verum admirabilis compositio disciplinæ Stoicæ, incredibilisque rerum traxit ordo. Tusc. 156 b, Sonorum varia compositio harmonias efficit plures. Offi. 29 a, Ordo est compositio rerum aptis & accommodatis locis. Orato. 214 b, Cõpositio quæ tota seruit grauitati vocum & suauitati. Ora. 101 b, Verbis ad aptam compositionem & condecentiam vti.

¶ *Concordia* Attic. 139 b, Spes compositionis me fefellit: qua facta, volebam, &cæ. & 141 b, Compositionis spem non desperatissimam esse puto. & 150 a, De compositione aliquid me conficere spero. in Antonium 165 a, Pacis concordiæ, compositionis author esse non destiti.

¶ *Commissio.* Epist. 22 a, Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, vt mihi gladiatorum compositiones & vadimonia dilata mitteres? *Compositiones gladiatorum, commissionem intellige, cùm ipsi ad pugnam committuntur & exhibentur.*

¶ *Constitutio*, de Legibus 186 b, Magistratum compositio. de Sen. 77 a, Ex magistratuum compositione, quod cuiusque reipu. genus sit, intelligi.

COMPOSITOR, oris. Or. 262 b, Perfectum oratorem hoc vno excellere, i. *oratione.* cætera in eo latere, indicat nomen ipsum. non enim inuentor, aut compositor, aut auctor hæc complexus est omnia: sed & Græce ab eloquendo rhetor, & Latine eloquens dictus est.

COMPOSITVS, a, um, & COMPOSITIOR. *confirmo, concretus, conglutinatus, factus, ex compositione factus, instructus.* Or. 217 a, Compositæ orationis insidias, fidem auditoris attentare. de Or. 89 a, Composita oratio & ornata, & artificio quodam & expositione distincta. ad Herẽ. 27 b, Oratio puris & electis verbis composita. de Leg. 163 b, Hæ rationes satis scite vobis instructæ & compositæ videntur. pro Sest. 12 a, Quem certi homines compositi monuerunt, vt a me caueret. de Ora. 157 a, Verba ex coniunctione facta: id est, composita de Diui. 128 b, Ad rem pertinet, quo modo cœlo affecto compositisque sideribus quodq; animal oriatur. de Fin. 101 b, Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius, aut in operibus manufactis tam compositum tamque compactum & coagmentatum inueniri potest? ad Her. 38 b, Equus natura bene compositus. Aca. 11 a, Composita autem ex conclusio sic est: eorũ quem videntur, alia vera sunt, alia falsa, &c. I. V. 62 a, Si ab illo libro, quem tibi magister ludi nescio quis ex alienis orationibus compositum dedit, vno verbo discesseris. Attic. 19 a, Commentarium consulatus mei Græce compositum misi ad te. de Legibus 171 b, Quæque ita composita sancitaque essent, ea videlicet leges nominauerunt. de Finibus 50 a, Libri Græci leguntur a Græcis iisdem de rebus alia ratione compositis. de Leg. 176 a, Auspicia ad vtilitatem reipu. esse composita. pro Deiot. 146 b, Locus erat quidam, in quo erant composita, quibus te rex munerare constitueras. pro Mur. 131 a, In hoc elaborandum est, vt rempub. constituas, eaque tu in primis composita summa tranquillitate & ocio perfruare. de Legi. 191 b, Composita & constituta repub. quicquam agi per vim minime ciuile est. contra Rul. 76 b, Literarum exemplum ab illis cõpositum esse arbitror. de Leg. 159 b, Iura quæ composita & descripta sunt. pro Dom. 237 b, Verba ad religionem Deorum immortalium composita. de Cl. 186 a, Verba non abiecta, res compositæ diligenter.

¶ *Ornatus.* pro S. R. 41 a, Composito, & delibuto capillo passim per forum volitare. ad Heren. 3 a, Exordium nimium apparatis verbis compositum.

¶ *Aff. ctus, paratus, aptus, promptus.* I. V. 72 a, Nemo vnquam paratior, vigilantior, compositior in iudicium venit.

☞ Syntaxis. *Oratio composita & ornata, puris & electis verbis composita. Rationis composita. Sideribus compositis oriri. Equus bene compositus. Respublica composita & constituta. Literarum exemplum compositum. Iura composita & descripta. Composita verba, res. Composito capillo: id est, nimio comptus ornatu. Exordium apparatis verbis compositum. Compositus in iudicium venit.*

COMPOTATIO, onis. de Senect. 86 b, Græci conuiuium tum compotationem, tum concœnationem vocant.

COMPOTOR, oris. *combibo* I. P. 93 b, Nisi forte vt cum P. Clodio, hoc est, compotoribus suis cernet. & I. A. 168 b, Tum verò adhibes ioci causa magistrum suffragio tuo & compotorum tuorum Rhetorem. in eundem: Bona suis comitibus compotoribusque descripsit.

COMPRANSOR, oris. *qui simul prandet.* I. A. 179 b, Agrum hunc compransoribus & collusoribus diuidebas.

COMPREHENDENDVS, a, um. *retinendus* de Clar. 166 b, Eisque nosmetipsi ad rerum naturalium memoriam comprehendendam impulsi sumus. de Orato. 86 a, Est enim scientia comprehendenda rerum plurimarum.

COMPREHENDO, dis. *capio, deprehendo, comprehensum contineo, denuncio.* Q. F. 302 b, Is hominem comprehendit, & in custodiam Ephesi tradidit. pro Cæl. 50 b, Vt serui prosilirent, hominemque comprehenderent. Epist. 92 a, Curtius consenserat cum Hispanis quibusdam Pompeium comprehendere, ad Cæsaremque deducere. pro Milo. 111 b, Cuius adulterium in puluinaribus sanctissimis nobilissimè fœminæ comprehenderunt. I. C. 115 a, Quod tam capitalem hostem non comprehenderim potius quàm emiserim. Ora. 206 a, Tenemus

nemus

nemus igitur Brute, quo quærimus, sed animo, non manu. si comprehendissem, ne ipse quidem persuasisset, vt se dimitterē. pro Cæl. 51 a, Erant enim illi positi, vt comprehenderent Licinium, vt manifesto Licinius teneretur. * Tuscu. 219 b, An Theseus Marathonii tauri cornua comprehendit iratus.]

¶ *Consequor, prosequor, explico, exprimo, absoluo.* de Ora. 97 b, Comprehendere aliquid memoria. Epi. 94 a, Quę à sapientissimis viris tradita memoria & scientia comprehendisti. Atti. 192 b, Cato verbis luculentioribus & pluribus rem comprehenderat. de Clar. 167 b, Natura ipsa circunscriptione quadam verborum comprehendit concluditq; sententiam. de Ora. 87 b, Ac ne plura consecter, comprehendam breui sic enim statuo, &c.

¶ *Assequor, concipio, teneo, percipio.* Tuscul. 151 b, Sed quoniam manè eundem est, has quinque dierum disputationes memoria comprehendamus. de Natu. 72 b, Hoc non modò comprehendere animo, sed ne suspitione quidem possum attingere. de Orato. 121 a, Omnia quæ sunt in rerum natura, celeriter animo comprehendere. pro Cl. 38 b, Si quam opinionem mentibus vestris comprehendistis. de Na. 63 b, Eo minus, quod tu vis, possum mente comprehendere. pro Cl. 27 a, Comprehendere aliquem rem indicio alicuius. de Legi. 171 b, Quę vix summa animi ratione comprehendas. Aca. 7 a, Quid quisquam meminit, quod non animo comprehendit ac tenet?

¶ *Explico.* de Cl. 194 b, Propere verbis solute & facile comprehendere sententiam. de Nat. 63 b, Id quod tu vis non possum mente comprehendere. & 23 b, Comprehendere igitur animo. & propone ante oculos Deum, &c. pro Fla. 160 a, Sed tamen vestrum est iudices, omnia quæ in hunc dici possunt, etiamsi à me minus dicitur, vestris animis & cogitatione comprehendere. pro Cor. 55 a, Qui omnes animo virtutes penitùs comprehendisset.

¶ *Amplector, amore, deuincio* pro Cæl. 40 a, Comprehendere multos amicitia, tueri obsequio. Epi. 210 a, Vehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitate tua comprehenderis. pro Pla. 268 b, Is omnibus officiis per se & per patrem totam Atinam præfecturam comprehendit.

COMPREHENDOR, ris. *contineor, exprimor.* pro Q. R. 51 b, Ea pactione verborum, quibus iusiurandum comprehenditur. Offi. 65 a, Sed huiusmodi reticentiæ iure ciuili omnes comprehendi non possunt: diligenter tenentur.

¶ *Detegor, agnoscor, deprehendor* pro Cæl. 50 b, Vt venenum cùm à Licinio traderetur, manifesto comprehendi posset. pro Cor. 55 a, Vt facinus ipsum manifesto comprehenderetur. pro Cæc. 300 a, Nulla res est, quæ aut comprehendi satis, aut caueri, aut excipi possit.

¶ *Percipior, teneor, intelligor.* Acad. 6 a, Ex quo efficitur, nihil posse comprehendi. & ibid. Nihil posse comprehendi, vt plane confidas id perceptum cognitumq; esse. & 7 a, Virtutum cognitio confirmat, percipi & comprehendi multa posse. de Fin. 130 b, Hoc comprehenditur suis cuique sensibus. de Legib. 161 a, Nam & sensibus eadem omnia comprehenduntur. de Vni. 195 b, Quod intelligētia & ratione comprehenditur.

¶ *Capior* de Natura deor. 19 b, Quid opus est manibus, si nihil comprehendatur.

COMPREHENSVS, a, um. *perceptus.* Acad. 7 a, Non enim fortuitò hunc artificem dicemus, esse illum negabimus: sed cùm alterum percepta & comprehensa tenere videmus, alterum non item. & 6 b, Animo tenemus hæc comprehensa, nō sensibus. de Pet. 209, a, Postea totam Italiam fac vt in animo ac memoria tibi distributam comprehensamque habeas. de Ora. 94 a, Res penitus perspectæ, planeq; cognitę, atque ab opinionis arbitrio seiunctæ, scientiaque comprehensæ. Orat. 198 b, Habere aliquam formam comprehensam animo. de Fin. 65 a, Mihi videor habere bene cognitam voluptatem, & satis firme conceptam animo atq; comprehensam. de Nat. 26 b, Habere aliquid cognitum comprehensumq; animo. pro Fla. 160 b, Aliquid manifeste comprehensum.

¶ *Conuentus.* de Fin. 68 b, In alio verò libro breuiter comprehensis grauissimis sententiis quasi oracula edidisse sapientiæ dicitur. pro Q. R. 47 a, In hanc formulam omnia iudicia conclusa & comprehensa sunt. de Diui. 88 a, Qui CCCCLXX. millia annorum momentis cōprehensa continent.

¶ *Captus.* de Ora. 124 a, Et tu cum gladio cruento comprehensus es. I. C. 114 a, Belli duces captos iam & comprehensos tenetis.

☞ Syntaxis. *Comprehendere animo, mente, memoria, scientia, verbis. Breui comprehendere. Aliquem comprehendere amicitia, humanitate, officijs. Percipere & comprehendere. Cognitum habere, & comprehensum. Conclusum & comprehensum.*

COMPREHENSIBILIS, le. Acad. 46 b, Visum comprehensibile. Græcè καταληπτόν.

COMPREHENSIO, onis. *deprehensio.* I. A. 164 a, Comprehensio sontium mea, animaduersio senatus fuit.

¶ *Apprehensio.* de Nat. 20 a, Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio, comprehensio.

¶ *Ambitus orationis.* de Cla. 177 a, Verba eligere, collocare, & comprehensione deuincere. & 176 a, Comprehensio & ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet.) de Cla. 367 b, Spiritu quasi necessitate aliqua verborum comprehensio terminatur. & 173 a, Ora. 210 b, Comprehensio numerose & apte cadens.

¶ *Agnitio.* Acad. 25 b, Ex vno Epicuri capite comprehensio & perceptio tollitur. & 9 a, Mens hominis amplectitur maxime cognitionem & κατάληψιν, quam (vt dixi) verbum e verbo exprimentes, comprehensionem dicemus. & 36 b, de Fin. 100 b, Cognitiones comprehensionesque rerum, è quibus efficiuntur artes, ad appetitiones mouent.

COMPRESSIO, onis. de Cla. 167 a, Crebri sententiis, compressione rerum breues, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri.

COMPRESSIVS. *aduerb.* de Fi. 68 a, Quòd latius loquerentur rethores, dialectici autem compressius.

COMPRESSVS, sus. I. HARRISCO.

COMPRESSVS, a, um. *tectus, absconditus* pro Dom. 225 b, Omnis improborum vis diu collecta & inueterata compresso odio atque tacito iā erumpebat multum. & 216 a, Quasi ego frumentum aliquod compressum tenerem.

¶ *Suppressus, conclusus, abditus.* pro Cæl. 53 b, Voluptates cùm inclusæ diutius & prima ætate compressæ & constrictę fuerunt subitò se oun quam profundunt, atque eiiciuntur vniuersæ.

¶ *Pressus.* de Arc. 256 b, Iam ista serpens compressa atque illisa morietur.

¶ *Frenatus.* de Diuinat. 93 b, Duabus animi temerariis partibus compressis.

COMPRIMENDVS, a, um. *dissimulandus.* pro Dom. 241 b, Ne audaciæ quidem locus ad timorem comprimendum fuit.

COMPRIMO, is. *freno, sedo, coerceo, cohibeo, frango, retardo.* I. A. 226 b, Nisi Cæsar furentis hominis conatum & audaciam compressisset. & Epi. 145 b, pro Mar. 129 a, Qui dicendo comprimat tribunitios furores. I. C. 90 b, Compressi tuos nefarios conatus amicorum præsidio. & Offi. 45 b, Topi. 228 b, Comprimere exultantem lætitiam. de Na. 56 a, Hac deducimus perterritos à timore, hac gestientes comprimimus. I. V. 29 a, Vt ferocitatem istam tuam comprimerem, audaciam frāgerem, loquacitatem retardarem. I. P. 92 a. Meditare, quibus verbis incensam illius cupiditatem comprimas atque restringas. Q. Fr. 291 a, Paulo cupidiorem publicanum comprimere. pro Deiot. 150 a, Comprimere plausum.

¶ *Abscondo, occulto, tego, abdo.* At. 157 a, Multa eius magna delicta cōpressi. Att. 81 a, Greci & ciues Rom. qui frumentum compresserant, magnum numerum pollicentur.

¶ *Contraho, claudo, adduco, stringo.* Acad. 36 b, Zeno cum paulum digitos constrinxerat assensus huiusmodi, tum cum plane compresserat, pugnumq; fecerat, comprehensionem illam esse dicebat. Orat. 270 a, Nam cum compresserat digitos, pugnumq; fecerat, dialecticā aiebat eiusmodi esse. Atti. 44 b, Orationem illam ita compresseram, vt nunquam emanaturam putarem. de Nat. 50 b, Tum admonita a squilla pinna morsu comprimit conchas.

COMPRIMOR, ris. *contineor, prohibeor.* de Na. 65 b, Humor facilè comprimi colliditque potest.

☞ Syntaxis. *Audaciam comprimere, plausum, frumenta, digitos orationem.*

COMPROBATOR, ris. *approbator.* De Inu. lib. 1, Qui denique autoritatis eius & inuentionis comprobatores atque æmuli

COMPROBATIO, onis. *approbatio.* de Fin lib. 5, Quis est tam dissimilis homini qui non moueatur, & offensione turpitudinis, & comprobatione honestatis?

COMPROBATVS, a, um. *deprehensus, comprehensus.* pro Cæl. 50 a, Perceleri interitu serui aiunt esse ab hoc comprobatum venenum. de Inu. 52 b, Iudicatum est res assensione, aut autoritate, aut iudicio alicuius, aut aliquorum comprobata.

COMPROBO, as. *approbo, laudo, collaudo*, pro Pom. 17 a. Sententiam tuā laudo, vehementissimeque comprobo. Episto. 245 b, Si tu honorem meum sententia tua comprobaris. pro Corne. 65 a, Cum Gaditanus iussa nostra sententia sua comprobat. pro Dom. 216 a, Dii immortales numine suo reditum meum comprobauerunt. pro Cæcin 298 b, Has cōproba tabulis. Ora. 218 a, Patris dictum sapientis filii temeritas comprobauit. de Fin. 62 b, Neque vero oratione solum, sed multo magis vita & factis & moribus comprobauit. Attico. 264 b, Tota potestas eius rei tua est, vt quæ consules decreuerunt, &c. nō dicam comprobes, sed studiose libenter comprobes.

COMPROBOR, ris. *confirmor, laudor.* Aoteq. 192 b, Illic animi voluntas propensa comprobatur, hic memoria collaudatur. I. V. 132 b, Rem aliquam testimonio alicuius cōprobari. Att. 154 b, Ita lætor, vt me quasi patris eius iudicio comprobari.

COMPROMISSVM, si. *facultas à litigantibus arbitro data, arbitrium proferendi, & iudicandi.* I. V. 122 a, Quod iudicium secundum Heraclium de compromisso factum erat. & ibid. Pœnis compromissisque interpositis. Epist. 201 b, Sed a magistris cum contenderem de proferendo d e, probauerunt mihi sese quo minus id facerent, & compromisso & iureiurando impediri. pro Qu. Ros. 46 b, Quæro abs te, quid ita de hac pecunia, de tuarum tabularum fide compromissum feceris, arbitrium sumpseris, quanto æquis & melius sit dari repromittique si peteres?

☞ Syntaxis. *Interponere facere compromissum. Compromisso impedire.*

COMPROMITTO, tis. *compromissum facio.* Q. F. 316 b, Tribunitii candidati compromiserunt, H-S. CCCC. in singulas, apud Catonem depositis petere eius arbitratu: vt qui contra fecisset, ab eo condemnaretur.

COMPTVS, a, um. *ornatus, compositus.* I. P. 84 b, Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ. de Senect. 82 b, Compta oratio & mitis.

COMPVLSVS, a, um. I. P. 98 b, Omni totius prouinciæ pecore compulso pellium nomine. pro Marc. 133 a, Omnes qui ad illa arma fato nescio quo sumus compulsi.

COMPVNCTVS, a, um. *notatus, inductus, quod seruis fieri consueuit.* Of. 37 b, Barbarum,

Barbarum, & eum quidem (vt scriptum est) compunctũ notis Threicijs, districto gladio iubebat assistere.

Compungo, gis *figo*. de Ora. 123 a, Dialectici ad extremum ipsi se compungunt suis acuminibus.

Computo, as. *subduco, ad calculos reuoco. rationes confero*. I. A. 178 a, compellarat hospitem præsens, computarat, pecuniam imperarat.

Conatus, tus. *vis, impetus*. de Nat. 50 a, Appetitus, quo belluæ conatũ habẽt ad naturales pastus capessendos. I. A. 129 b, Apuleius princeps fuit ad conatum exercitus comparandi. Epi. 60 b, Qui omnẽ sui tribunatus conatum in meam perniciẽ parat. I. C. 110 a, Is omnes motus conatusque Catilinæ prohibebit & ibi. Si cuius inceptum vllũ conatumve contra Remp. deprehendo. & 99 b, Compressi tuos nefarios conatus præsidio amicorum pro Syll. 181 b, Non hominum ille impetus & conatus fuit, sed belluarum. Or. 200 a. Hac ego religione nõ sum ab hoc conatu repulsus. I. C. 107 a, Catilina de spe conatuque depulsus, &c. Anteq. 104 a, conatibus malorum obuiam ire. de Ar. 245 b, Si impetum in me facere conabitur, resistam, & eius conatum refutabo. Off. 22 b, Pater eius, ille qui Tiberij Gracchi perditos conatus vindicauit. Orat. 208 a, Alicuius rei, si non perfectio, at conatus tamen & adumbratio. pro Q. 8 a, Magno conatu studioque
• agere aliquid *Tuscu. 225 a, Amor est conatus amicitiæ faciendæ ex pulchritudinis specie.]

Syntaxis. *Conatum habere, parare, prohibere. comprimere, refutare. Conatibus depulsus, Conatu studioque magno agere.*

Concalefacio, cis, & Concalfacio, *apud Non. ex Cic. ad Pansam.* de Ora. 138 b, Et ait idem, cum brachium concalefecerit, tum se solere pugnare.

Concalefio. fis. Tus. 157 a, Quam tamen Democritus concalefactã & spirabilem, id est, animalem esse voluit.

Concaleo, es. L. Stomachus.

Concalesco, scis. Tus. 157 a, Corpora nostra terreno principiorum genera confecta, ardore animi concalescunt.

Concalesco, scis. *seu potius*. Concaleo. de Nat. 64 b, Calidos voco, quorum tanquam manus opere, sic animus vsu concaluit. L. Caleo.

Concavus, a, um. *conuexus, curuus*. de Na. 45 b, Speluncarum concauę altitudines. de Fat. 142 a, Socrates iugula concaua non habebat.

Concedo. dis. *ignosco, condono*. pro Clu. 58 b, Multi sæpe in iudicando liberum peccata parentum misericordiæ concesserunt, uos ne huius uitam matris crudelitati condonetis, rogamus.

¶ *Tribuo, dono, largior, permitto, do, licentiam vel potestatem permitto, potestatem do, licentia aliquid do, potestatem defero, potestatem largior, potestatem facio, libertatem do, libertatem concedo, per me licet, causa nihil dico quin.* pro Qu. 17 b, Artes quibus tu magnus es, tibi concedo. Epi. 3 a, consules neq; concedebant, neq; valde repugnabant. de Ami. concedere amicis, quicquid petant, & impetrare ab eis quicquid velimus. Off. 46 b, Multa multis de suo iure cõcedere. de Inu. 84 a, Qua in re vel concedere alteri, vel ad conditionem alterius descendere oportebit. pro Fla. 154 a. Leuitas totius Asię, de qua nos & libenter & facile cõcedimus. I. V. 130 b, Vt vix Apronio illi de familiaritate concedere videatur. I. V. 82 b, Vos quæso date hoc, & concedite pudori meo. de Ora. 117 a, & pro Plan. 275 b, Tibi remitto atque concedo, vt Cn. Plancium defendas. de Ora. 111 a, Catulus, cui Græci ipsi solent suæ linguæ subtilitatem elegantiamq; concedere. Epi. 56 a, Ab Atheniensibus locum sepulturæ intra vrbẽ vt darẽt, impetrare non potui, quod religione se impediri dicerent: neque tamen id antea cuiquam concesserant. de Prou. 68 a. Ego dolorem & inimicitias meas reipub. concessi. pro Mur. 135 b, Concessit senatus postulationi tuæ.

¶ *Abeo*. I. C. 100 b, Vt opinor ab eorum oculis aliquo concederes. de Diu. 117 b. Vnde fulmen venerit, quò concesserit.

¶ *Cedo. fateor. non nego. non repugno.* Tus. 223 a, Vt magnitudini medicinæ doloris magnitudo concederet. Att. 202 b, Etsi de cupiditate nemini concedam. & 234 a, Nõ concedo tibi in desperatione. Epi. Nemini concedo, qui maiorem ex reipub. pernicie molestiam traxerit. Epist. 114 b, Nemini cõcedo, qui tibi vetustate necessitudinis potior possit esse. de Or. 89 b, Quibus ego, vt de his rebus omnibus disserant, cum concessero, illud tamen oratori tribuam & dabo, vt explicet, &c. & ibid. a, Nam si quis hunc statuet esse oratorem, qui, &c. tamen huic ipsi multa tribuat & concedat necesse est. de Natu. 19 a, Beatos esse deos sumpsisti: concedimus: beatum autẽ sine virtute neminem esse posse, id quoq; damus, & libenter quidem: virtutem autem sine ratione constare non posse, conueniat id quoq; necesse est: adiungis, nec rationem esse, nisi in hominis figura, quem tibi hoc daturum putas? pro Cęc. 385 a, Is ius suum deseruit, nec quicquam illius audaciæ petulantiæq; concessit. pro S. R. 38 a, Is discipulus magistro tantulum de arte non concedit.

Concedor, ris vel Conceditur. *ignoscitur.* pro S. R. Ro. 19 a, Neq; temere dicto concedi oportet.

¶ *Tribuor* pro Arc. 188 a, Quantum cæteris ad res suas obeundas cõceditur temporis, & ad ipsam requiem animi. pro Ar. 186 a, Si mihi hoc à vobis tribui concedique sentiam.

Syntaxis *Concedere alicui de aliqua re. Dare & concedere. De suo iure concedere. Concedo meum dolorem tibi: id est, tua causa æquo animo fero. Tribuo & concedo.*

Concelebratus, a, um *cultus, absolutus* de Inu. 42 b, Quare mihi videntur postea cætera studia recta atque honesta per otium concelebrata ab optimis enituisse: hoc vero, &c.

Concelebror, ris. *frequentor, excolor.* Q. de Pet. a 11 b, Conuiuia quæ

facilè abs te & amicis tuis concelebrantur & passim & tributim.

Concentio, onis. *concentus.* pro Sest. Caterua tota clarissima concentione in ore impuri hominis imminens concionata est.

Concentus, tus. *harmonia, quasi consensus.* de Fin. 123 a, Vt in fidibus pluribus si nulla earum ita contenta numeris sit, vt concentum seruare possit, omnes æquè incontentæ. de Leg. 360 a, Concentus auiũ. Off. 29 b, Maior & melior actionum quàm sonorum concentus est. de Somn. 128 b, Hic est, inquit ille, sonus, qui interuallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata portione, distinctus impulsu & motu ipsorum orbium efficitur, qui acuta cum grauioribus temperans, æquabiliter concentus efficit. de Di. 115 a, Cognatio naturæ & quasi concentus consensusq;, quam Græci συμπάθειαν vocant. de Ora. 144 a, Omnium doctrinarum quasi consensus, concentusq;. de Na. 49 b, Stellarum concentus ex dissimilibus motibus.

Syntaxis. *Concentus auium, fidium, actionum, soni, naturæ, doctrinarum stellarum.*

Conceptio, onis, *contextus. formula.* de Di. 118 b, Cõceptio mulę contra naturam fortasse, sed partus prope necessarius. de Inuẽt. 79 a, Ibi enim omnis conceptio priuatorum iudiciorum constituitur.

Conceptus, a, um. *meditatus, comparatus, dictatus.* pro cluent. 45 b, Africanus cùm esset censor, & in equitum censu, C. Licinius sacerdos prodiisset, clara voce dixit se scire, illum verbis conceptis peierasse, *i. dictatis.*

Conceptus, tus. *conceptio.* de Di. 99 a, Quædam etiam oriebantur ex hominum conceptu & satu de Vni. 201 b, Oceanum Salaciamq; eiusdem satu terręq; conceptu generatos editosq; memorant.

Concerno, nis. *cerno, video.* Q. de Pet. 307 b, Quòd si satis grati homines essent, illa omnia parata esse debebant, sicut parata esse concerno. *alias confido.*

Concerpo, pis. *conscindo, lacero.* Att. 166 a, Tu tamen eas epistolas quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpito, ego itemtuas.

Concerpor, ris. *discerpor.* Epi. 116 a, Quod tibi scripsi curionem frigere, iam calet: nam feruentissimè concerpitur.

Concertatio, onis. *certamen, contentio.* de Or. 101 a, Infinitæ concertationumque plenæ disputationes. & 124 b, Ieiuna concertatio verborum. & Tusc. 181 b, Verborum concertatio. & de Fin. 54 b, concertationes in disputando pertinaces. de Diui. 93 b, carneades con-
• certationis studio mò ait hoc, modò illud. * Tuscu. 201 b, De quo nulla inter eos concertatio fuit. pro S. 20 a, concertatio animorũ.]

Concertandum, *disceptandum.* Anteq. 149 b, Nunc si lingua & concertandum, innocentiam virtute fretus supero.

Concertatorius, a, um. *contentiosus, vehemens.* de clar. 191 b, Thucydides hoc forense concertatorium iudiciale non tractauit genus.

Concertatus, ta. Part. 338.

Concerto, tas. *pugno, contendo, discepto.* pro Pompe. 9 a, Qui sæpius cum hoste conflixit, quàm quisquam cum inimico concertauit. Att. 44 b, Nunquam accidit vt cum eo verbo vno concertarim. de Na. 67 b, Herculem, quem concertasse cum Apolline de tripode accepimus.

Concessio, *assumptiuæ iuridicialis causæ pars.* ad Her. 15. de Inuẽ. 71 a, 74 a, concessio est, per quã non factum ipsum improbatur ab reo, sed vt ignoscatur id, petitur. Attico. libro 3. concessione nostra omnem vim sui iuris amiserint. Epistol. lib. 20. Concessiones præmiorum. Planci.

Concessor, oris, Att. li. 2. Modò te concessore spectare liceat.

Concessum, si. *concessio, concessus.* L. Licentia.

Concessus, a, um. *certus.*)(*dubius, controuersus.* de Diu. 103 a, Vide sne, vt ad rem dubiam concessis rebus perueneris? hoc vos dialectici non facitis: nec solum ea non sumitis ad concludendum, quę ab omnibus conceduntur, sed ea sumitis, quibus concessis, nihilo magis efficiatis quod velitis. & ibi. Quæ dubia sunt, ea sumere ipsos pro certis atque concessis, pro Plan. 266 a, Quæ fuit olim præconi in riden-
• do, nunc equiti Roma. in plorando non est concessa libertas. * Tuscu. 232 a, Id sumunt pro concesso & probato.]

Concessus, sus. *permissus, permissio, potestas.* pro cęl. 43 a, Datur enim omnium concessu huic aliquis ludus ætati & Ep. 136 a, de Leg. 178 b, Si latores leges aliquas concessu suo sanxerunt. Epist. 52 a, Magna deliberatio est, quæ ratio sit ineunda nobis non agendi aliquid, sed illius concessu & beneficio quiescendi de Vn. 204 a, Philosophia data est nobis deorum concessu & munere. de cla. 172 a, Sed etiam ipsorum inter ipsos concessu ita tributum est. pro cęl. 43 a, Datur. n. concessu omnium huic aliquis ludus ætati.

Conca, æ. *genus, piscis, testa, conceptum.* de Or. 110 b, Sed tamen ita solet narrare Scæuola, conchas eos & vmbilicos ad Caietam & ad Lucrinum legere consuesse. de Nat. 50 b, Pinna duabus grandibus patula conchis, & ibi. Admonita à squilla pinna morsu, comprimit cõchas. & 51 a, Platalea conchis se complens, easque euomens.

Conchyliatus, a, um. *murice, tinctus.* I. A. 173 a. conchyliata peristromata.

Conchylium, lii. *murex, conchę genus, purpura.* I. P. 94 b, Mensa extructa, non conchyliis aut piscibus, sed multa carne, &c. de Diu. 115 a, Ostreis, & conchyliis omnibus contingit, vt cum Luna crescant pariter, pariterque decrescant. Ipse dabat purpuram, amica opera. & ib. Nihil nisi conchylio.

Concido, dis. concidi. *cado, ruo.* pro Pomp. 7 b, Ruere illa non possunt, vt hæc non eodem labefactata motu concidant. Postquam 208 a, cùm ego vna cum repub. consulari scitum concidissem. de Diu. 96 b, Equus sine causa repente concidit. Ora. 210 a, cùm meæ forenses artes & actiones publicæ concidissent. Anteq. 192 b, Ne omnes concideretis, ardoreque flammæ conflagraretis. de Som. 131 a, Vel conci-

cida

cidat omne cœlum, omnisque natura consistat. Att. 12 a, Senatus autoritas concidit, & ibid. Nu patres conscripti vna plaga accepta conciderent, ne deficerent. Att. 117 a, Pompeius malas causas semper obtinuit, in optima concidit. & 160 b, & 45 b, Quis vnquam ex tam amplo statu concidit? de Ora. 241 a, Hoc interim spacio conclaue illud vbi epulabatur Scopas concidit, eaque ruina ipsa oppressus cum suis interijt. Academ. 36 b, Artificia concidere dicebat. I.V. 202 b. Iuuat me, hæc præclara nomina artificium Verris æstimatione sic concidisse. de Diuinat. 133 a, Contrahi animum, & quasi labi atque concidere, & ipsum esse dormire. pro Dom. 240 b, Et mens debilitata metu concidit. pro Pompe. 7 a, Scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse. de Clarit. 168 a, Themistocles veneno epoto mortuus concidit. Item concidere animo. Tuscu. 167 b, Lucius Brutus in prælio concidit. ad Heren. 26 b, vrbs conflagrata concidat.

☞ Syntaxis. *Fides concidit, homo, vrbs, mens, animus. Animo concidere.*

Concido, dis. *cædo, trucido.* pro Flac. 161 a, Membra vxoris fustibus debilitauit, manus contudit, digitos, confregit, neruos concidit. in Verrem 101 a. Concidere aliquem virgis. in Verrem 182 b, Cęde, concide. de Orato. 143 a, Cum omnem authoritatem Senatus in conspectu Populi Romani concideres. I. A. 200 a, Vos decretis vestris Antonium concidistis. Quint. Frat. 309 b, Vatinium arbitratu nostro concidimus. Acad. 11 b, Hæc autem vniuersa concidunt etiam minutius. de Natura 22 a, Concidere aliquem totis voluminibus. Ora. 220 a, concidere & delumbare sententias. Ora. 219 b, Infringere & concidere numeros.

Concisvs, a, um. *cæsus, trucidatus.* de Pro. 71 a, Post concisæ sunt optimæ, cohortes. Att. 76 b, Sed tamē æquites nostros concisos à Barbaris nunciabant. Epi. 163 b, & 166 a, Penitę exercitus concisus est. Att. 250 a, Agripetas Buthroti concisos audio. I.A. 241 b, Antonius nondum erat vestris tam grauissimis, tamq; multis iudicijs ignominijsque concisus.

☞ Syntaxis. *Concidere neruos. Virgis aliquem concidere. Alicuius concidere authoritatem. Concidere aliquem. Concidere sententias, numeros. Cohortes, equites exercitus concisus.*

Conciliandvs, a, um. *cogendus, colligendus, acquirendus.* de Orato. 96 b, Etiam illa cognoram, initio conciliandos eorum esse animos qui audirent. I. V. 136 a, Offensionem & inuidiam pecuniæ conciliandę causa suscipere. I. A. 242 b, Mea persona ad istam pacem conciliandam minime fuit diligenda. Orato. 212 b, Aut enim negligenda nobis fuit voluptas audientium, aut ars eius conciliandæ reperienda.

Conciliatio, onis. *communio, communitas.* Offic. 30 a, Communem totius generis hominum conciliationem & consociationem colere. tueri, securare debemus. Academ. 33 a, Honestum autem quod ducatur à conciliatione naturæ, Zeno statuit finem esse bonorum. de Natu. Deor. 41 b, Deos inter se quasi ciuili conciliatione & societate esse coniunctos. De Orato. 128 b, Quæ permotionis causa vehementer vel conciliationis causa leniter aguntur. *id est, beneuolentiæ, fauoris.* * de Finib. 94 b, Non inest in primis naturæ conciliationibus honesta actio.]

¶ *Captatio, comparatio.* pro Clu. 25 a, Pecuniā Staleno dedit Oppianicus ad conciliationem gratiæ.

Conciliatricvla, læ. pro Sest. 7 a, Alter erat nobilitate ipsa blanda conciliatricula commendatus.

Conciliatrix, cis. de Nat. Deor. 16 b, Natura blanda, conciliatrix, & quasi sui lena. de Ami. 103 a, Virtutis opinio est conciliatrix amicitiæ. de Legibus 161 b, Oratio. quæ conciliatrix est humanæ maxime societatis.

Conciliatvs, a, um. *fidetus.* Att. 229 b, Puero quoque hoc à me dabis, vt animum eius conciliatum reddas.

¶ *Conflus.* I. V. 137 a, Vtrum cū iudices sitis de pecunia capta & conciliata, tantam pecuniam captam negligere potestis?

Concilio, as. *Acquiro, paro, comparo, reconcilio, deuincio, beneuolentiam coniungo, charitatem inter aliquos iungo, cum aliquo consuetudinem & amicitiam iungo, aliquem ad amicitiam adiungo, amicitiam cum aliquo constituo.* Part. 234 b, Amplificatio est grauior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem. Attic. Conciliare sibi voluntatem alicuius. Epistol. 56 b, Careo omnibus amicis quorum beneuolentiam nobis conciliarat resp. & 42 a, Citius veterem coniunctionem dimisissem, quàm nouam conciliassem. & 63 b, Illud non dubito, quin si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerunt, respubl. nos inter nos conciliatura coniuncturaque sit. Octauia. 33 a, Cui nulla dignitas maiorum conciliasset opem potentium. Pro Archi. 189 a, Ergo ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat ab omnibus. Offic. 36 a, Conciliare sibi animos hominum, & ad vsos suos adiungere. de Finibus 59 a, Liberalitas, qua qui vtuntur, beneuolentiam sibi conciliant & charitatem. pro Deiotar. 151 a, Deiotarus, quo cum mihi amicitiam respub. conciliauit, hospitium voluntas vtriusque coniunxit. I. V. 237 a, Inuenta est ratio, quare H-S. C. X X, millia vno genere conciliauit. pro Cluent. 19 a, Si quis Deus vestram mihi beneuolentiam ad audiendum conciliare. pro Mure. 143 a, Magnitudo negocij conciliat gloriam. & ibidem. Largitio æquitatis conciliat gratiam. de Oratore 127 a, Eumque cui concilies hunc amorem, significes nihil ad vtilitatem suam retulisse. & ibidem. Namque hæc res amorem magis conciliat, illa virtutis defensio charitatem. & 125 a, Ea quæ omnia, valde beneuolentiam conciliant & 119 a, Vt conciliemus nobis eos qui audiunt. & 117 a, Conciliare sibi beneuolentiam populi. Academ. 33 a, Frui rebus ijs quas primas homini natura conciliet.

* Epi 26 a, Hominem adolescentem non tam allicere volui, quam alleuare volui ad Heren. 13 b, Pacem inter se conciliant conferunt concordiam. Epistola. 104 a, Clientes tui, quos tu mihi conciliasti.]

¶ *Procuro.* Epistola. 106 b, & de Inuent. 59 a, Conciliare pacem inter ciues.

¶ *Adiungo.* pro Arc. 257 b, Parentibus & patriæ nos primum natura conciliat. Offic. 11 a, Oratio conciliat inter se homines, coniungitque naturali quadam societate. pro S. R. 38 b, Feras inter se partus atque educatio & natura ipsa conciliat. Epi. 197 b, Antonius legiones sibi conciliare pecunia cogitabat. de Or. 277 a, Itaque nostra necessitudo debet conciliare te illi.

Concilior, ris. *adiungor.* de Fin. 95 a, Simolatque natum sit animal ipsum sibi conciliari & commendari ad se conseruandum. pro Pom. 27 b, Nec Pompeij gratiam mihi per hanc causam conciliari puto. de Ora. 125 a, Multum valet ad vincendum, animos iudicium conciliari, quàm maxime ad beneuolentiam erga oratorem & 208 a, Ordini orationem, in quo concilietur auditor, &c. & 127 b, Sentimus amorem conciliari, sed si id velle videare, quod sit vtile ipsis, apud quos agas defendere.

☞ Syntaxis. *Conciliare inuidiam, offensionem, pecuniam, pacem, fidē, beneuolentiam, charitatem, sibi, alicui. Inter ciues conciliare pacem. in oratione conciliatur auditor.*

Concilivm, lij. *cœtus, congregatio, consilium, numerus, classis.* de Fini. 66 a, b, Quid necesse est tanquam meretricem in matronarum cętum, sic voluptatem in virtutem concilium adducere. & 81 a, Opiniones, quæ apud populum, quę io omni cœtu concilioque proferendę sunt. de Na. 5 b, Tum Vello ius fidenter sane, &c. tanquam modo ex deorum concilio & ex Epicuri inter mundiis descendisset: Audite, inquit. &c. de Diu. 90 b, In Deorum concilium vocari. Sal. in Cic. 290 b. in concilio deorum fuisse. & ibi. In concilio deorum admissi. Tusc. 163 b, Iis deuium quoddam iter & seclusum a concilio deorum. in Vat. 32 b, Conuocare concilium. Offi. 59 b, Concilium pastorum. pro Dom. 228 a, Quoniam plebi quoque vrbanę mores, conuenticula, & quasi concilia quadam esse voluerunt. de Som. 127 b, Concilia cœtusque hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. de Sen. 94 b, Cum in illud animorum concilium cœtumq; proficiscar. de Leg. 176 a, Augeres possunt concilia vel instituta dimittere, vel habita rescindere. de Inuen. 68 a, Hunc pater suos cōcilium plebis habentem de templo deduxit.

☞ Syntaxis. *Concilium plebis, virtutum. Deorum, animorum. Concilium ac cœtus. Conuenticula, & quasi concilia. In concilium adducere admittere, proficisci. Concilium habere.*

Concinne, *pulchrè, facetè.* de Or. 116 a, Hæc quidem sunt concinnè distributa, sed non perite. de* 39 b, Concinne vt multa Timæus; i. facetè. pro Q. 53 a, Hunc rogat blande & concinne. * ad Heren. 40 a, Puer satis strenue, & concinne omnia comparat.]

Concinnitas, atis. *compositio, lenis, & numerosa, concinnitudo, condecentia.* Ora. 204 a, Collocata verba habent ornatum, si aliquid cōcinnitatis efficiunt. Ora. 210 b, Forma ipsa concinnitasq; verborum cōficiat orbem suum. & 284 b, Illa concinnitas, quæ verborum collationem, illuminat. de Cla. 168 a, Vt memoriam concinnitatis suæ relinqueret. & 191 b, & 195 b, Omnia sententiarum concinnitas.

Concinnitvdo, nis. *concinnitas.* de Inu. 47 b, Exordium splendoris & festiuitatis, & concinnitudinis minimum debet habere.

Concinno, as. *adorno, apto, compono.* Epi. 149 b, Ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti, concinnaui tibi munusculum ex instituto meo. de Fin. li. 5. Vides vt hęc concinnant.

☞ Syntaxis. *Concinne docere. Concinnitas in oratione. Ornamenta concinnans.*

Concinnvs, a, um, & Concinnior. *ornatus numerosus, elegans. politus facetus, aptus nam Cinnus commistio est.* Quin. Fratr. 318 a, Mihi erit curæ tectorium, vt concinnum sit. de Cla. 193 b, Sententiæ non tam graues & seuere, quàm venustæ & cōcinnæ. Orato. 202 b, Sophistæ concinnas magis sentētias exquirit, quàm probabiles de Cl. 190 a, Concinnæ acuteque sententiæ. I. P. 92 a, Homo ad persuadēdum concinnus, perfectus, politus e schola de Fi. 127 b, Aristo concinnus & elegans de Orato. 125 a, Concinna, distincta ornata, festiua oratio. ad Herenn. 31 a, Lepida & concinna exornatio. de Orato. 161 a, Reditus ad rem aptus & concinnus de Orato. 198 b, Alii in eadem ieiunitate concinniores. *id faceti florentes etiam, & leniter ornati.* I. P. 84 a, Hic autem nec tam concinnus heluo, nec tam musicus iacebat, &c.

☞ Syntaxis. *Concinnum tectorium, sententia. Homo concinnus ad persuadendum. Exornatio concinna, reditus ad rem, helluo. Elegans, aptus, & concinnus.*

Concino, nis. *simul cano, conuenio, quadro.* de Finibus 144 a, Videlicēt vt hæc concinnant? & hercule mirabilis est apud illos contextus rerum, respondent extrema primis, media vtrisque, omnia omnibus. de Natura Deorum 39 a, Omnes mundi partes inter se conuenientes.

Concinnor, ris *canor.* pro Sest. 13 a, Hæc tum à me tanquam fata in ipsa te generanda continebantur. Tu. 171 a, Hæc cum pressis flebilib modis concinuntur, difficile est, &c.

Concio, onis. *conuentus, vel multitudo hominum, corona, consilium, concilium, scena.* de N. 14 a, Libri Protagorę in cōcione cōbusti. de Or. 131 a,

Quid aliud fuit in quo concio rediret, nisi illa vultus & vocis imitatio? pro Sest. 8 b, Consul aduocat concionem, habet orationem talem, qualem, &c. In Verr. 190 a, Aduocare concionem donandi causa. de Ami. 118 b, concio quæ, ex imperitissimis constat. de Fi. 80 b, & Ora. 218 a, Clamor concionis. Att. 18 a, Ex hac ego lege secunda concionis volūtate omnia illa tollebam, quę, &c. pro Fla. 149 a, Nullam maiores nostri vim cōcionis esse voluerunt. pro Fla. 149 a, Quæ sciscerent, aut quæ populus iuberet, semota concione iuberi vetariq; voluerunt. & ubi Græcorum totæ resp. sedentis concionis temeritate administrantur de Arusp. 254 b, Ista labes eas habet conciones, ea miscet, ea turbat.

¶*Oratio ad populum.* pro Sest. 24 a, P. Lentulus habuit concionem de me, ad quam P. R. concursus est factus. I. P. 87 a, De mea salute, Pu. Lentuli, Cn. Pompeij. cæterorumq; principum celeberrimæ & gratissimæ conciones fuerunt Epist. 60 b, Atque ille me abeuntem magistratu concionis habendæ potestate priuauit. 133 b. & 134 a, Legi concionem tuam, nihil illa sapiētius. Anteq 195 b, In concione mea nihil ponam de rebus meis gestis. Ep. 174 b, Neque illæ uehementes conciones tanquam χιλιαρχίας esse uidentur. con Rul. 66 a, Eam primam habent concionem, qua gratiam beneficij uestri cum suorum laude coniungant.

¶*Sug gestum.* Att. 54 b, Subitò ille in concionem ascendit. & Postqu. 206 b, de Fin. 80 a, Quid enim mereri, uelis iam cum magistratum inieris. & in concionem ascenderis, ut dicas, &c.

☞ Syntaxis. *Concionem aduocare, habere. Concio celeberrima gratissima. In concionem ascendere.*

CONCIONABVNDVS. Tus. 174 a, Quæ cū ita sint, magna tamen eloquentia est utendum, atque ita uelut superiore e loco concionandum, ut homines, &c.

CONCIVNCVLA, læ. Att. li. 2. pag. 31 b, Quod uectigal superest domesticum, præter uicesimam, quæ mihi uidetur una conciuncula, clamore, pedissequorum nostrorum esse peritura.

CONCIONALIS, le. Att. 13 a, Illa concionalis hirudo ærarij, & Q. F. 318 a, clamor concionalis, *id est, concionis.*

CONCIONARIVS, a, um. Q. F. 308 b, Populus concionarius.

CONCIONATOR, oris. I. C. 120 a, Intellectum est, quid intersit inter leuitatem concionatorum, & animum uere popularem.

CONCIONOR, aris. *concionem hab eo.* Att. 152 a, Cęsar postero die in oppidum introiuit, concionatus est, inde Romam contendit. de Ar. 245 a, De religionibus sacris concionatus est clodius. Qu. Fr. 311 b, cato concionatus est, comitia haberi non siturum. Epist. 163 b, cum Lepidus concionaretur, atque omnibus scriberet, se consentire cum Antonio. Tusc. 239 b, Idemque cum in communibus suggestis consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat.

CONCIPIENS, tis. *excipiens* de Nat. 41 a, Semen incidens in concipientem comprehendentemque naturam.

CONCIPIO, is. *cum, ad semen, & ad generandum propriè pertinet significat comprehendo, colligo, accipio, imbibo.* de Na. 31 a, Omnia quæ terra cōcipiat semina, temperatione caloris oriri, & augescere. de Diui 118 b, Verum igitur cum conceperit mula, an cum pepcrit, ostensū est? pro Cluen 24 a, Vt id quod conceperat, seruaret, ut saluum parere posset.

¶*Suscipio.* Offic. 25 a, Ipsa senectus concipit dedecus. de Diui. 125 b, Imbecilli animi superstitiosa ista facile concipiunt. de Orato. 125 b, Nulla materia, nisi admoto igni, ignem concipere potest.

¶*Exprimo.* Q. F. 316 a, concipere uadimonium.

¶*Nosco, intelligo, assequor, cogito.* Offic. 73 b, Quod ita iuratum est, ut mens conciperet fieri oportere, id obseruandum est. de Legib. 168 a, Principio quasi adumbratas quasdam intelligentias animo ac mente concipimus.

¶*Admitto, patro, experior, percipio.* Tuscu. 163 b, Qui in rep. uiolanda fraudes inexpiabiles concepissent. I. C. 105 b, Quid enim mali, aut sceleris fingi, aut excogitari potest, quod non ille conceperit.] I. V. 78 a, Non ille maius in sese scelus concepit, cum fana spoliaret, &c. quàm ij, si qui istum, &c. sententia sua liberauerint. pro Syll. 170 a, Quod flagitium non cum Antonio concepisti? de Nat. 14 b, Ita necesse fuit, aut hęc flagitia animo concipere, aut, &c. I. V. 250 b, concipere furorem ex ma eficin. de Leg. 190 b, concipere uitium. I. V. 224 a, concipere magnam cupiditatem auribus, *i. ex audire.*

CONCIPIOR, ris. *exprimor, pronuncior.* Offi. 73 b, Quod ex animi sententia iurateris, sicut uerbis concipitur more nostro, id non facere periurium est.

¶*Excipior, attrahor* de Natura Deor. 54 a, Animæ pars redditur respirando pars concipitur parte quadam quam uentriculum appellant.

CONCEPTVS, a, um. *excogitatus, fotus, occultatus.* pro Syll. 179 b, Furor biennio ante conceptus erupit in meo consulatu. Postquam 198 a, Odium in aliquem conceptum iamdiu continere. de Arc. 257 a, Veruntamen nocturnis uigiliis institutum illud conceptum ac meditatum est. Tuscu. 213 b, Discordia, ira acerbior intimo odio & corde concepta. & 169 a, cum iam in præcordijs conceptam mortem contineret.

¶*Verè genitus.* pro Clu. 24 a, Vt una & illa, & quod erat ex fratre conceptum, necaretur. de Diu. 122 b, Itane censes? ante coronam extitisse, quam herbarum conceptum esse semen?

¶*Translatione, nutritus.* pro Clu. 24, Hoc quod conceptum resp. periculum parturit, consilio discutiam.

¶*Acquisitus.* de Na. 78 b, Is non a deo immissum dolorem, sed conceptum a seipso continebat.

¶*Perceptus.* Antequam. 192 b, Si liberūm conceptam dulcedinem animo inclusam continetis. de Fin. 56 a, Voluptas animo concepta atq; comprehensa.

¶*Obsoletus.* I. V. 75 a, Vos aliquot iam per annos conceptam huic ordini turpitudinem atq; infamiam delere potuistis.

¶*Contractus.* pro S. Ros. 29 a, Sanguis paternus, ex quo si qua macula concepta est, laui non potest. *alias, etiam.*

¶*Excogitatus.* I. V. 216 b, Magno scelere concepto.

☞ Syntaxis. *Natura, i. terra concipiens & comprehendens. Concipere ignem. Animo menteq; concipere. Scelus, furorem concipere. Conceptum, & comprehensum animo. Concepta macula, turpitudo.*

CONCISIO, nis. Par. 231 b, concisione uerborum.

CONCISVS, a, um. *minutus, breuis, angustus.* de Or. 114 a, Philosophi angustis & concisis disputationibus illigati. & 158 b, Quanquam hoc ipsum imus, &c. Concisum est. de Cla. 170 b, Distinctè concisa breuitas. de Ora. 200 b, Thrasymachus minutis numeris concisus. de Cl. 170 ¶ concisæ sententiæ, & interdum non satis apertæ cūm breuitate, tum nimio acumine.

☞ Syntaxis. *Concisa disputatio, breuitas, homo, sententia.*

CONCITATIO, onis. *motus, commotio.* Quinct. Frat. 297 b, Vehementes animi concitationes. Tuscul. 237 b, concitatio animi, quam perturbationem voco.

¶*Tumultus.* de Cl. 169 b, Plebis concitatione & seditione nunciata.

¶*Instructus, inflatus.* de Diuin. 87 b, concitatione quadam animi aut soluto liberoque motu futura præsentire. & 97 a, Atque etiam illa concitatio declarat, vim in animis esse diuinam. & 114 a, concitatio mentis.

CONCITATOR, oris. pro Do. 215 a, Seditionis stimulator & concitator tu fuisti pro Do. 215 b, Clodius concitator tabernariorum.

CONCITATVS, a, um. & CONCITATIOR. *commotus, permotus, impulsus.* de Som 129 a, Cōuersio cœli concitatior. pro Mur. 129 b, Acre ipsum & animi quodam impetu concitatum, & vi naturæ atque ingenij elatum iam vsus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. de Or. 102 a, Si quis esset satis concitatus cohortatione sua ad studium cognoscendæ veritatis. de Cla. 193 b, Admirabili quodam ad philosophandum studio concitatus.

CONCITO, as. *excito, incito, moueo, facio, conflo, sollicito, inflammo.* de Or. 104 b, Concitare misericordiam populi. & 130 b, Concitare risum. I. V. 239 b, concitare inuidiam in aliquem. de Iuuen. 60 b, concitare grauem offensionem in aliquam rem. & iterū, 61 a, concitare magnum odium in aliquem hominem. pro Mur. 139 a, concitare seditionē ac discordiam. Ep. 18 b, Vt quam expectationem de te concitasti, hanc sustinere ac tueri possis. pro Milo. 109 a, Cum totius Italiæ concursus, quem mea salus concitauerat, facti illius gloriam libens agnouisset. Epist. 166 a, Non modò nationes, sed etiam seruitia concitare.

CONCITOR, ris. *sollicitor, perturbor, permoueor.* Aca. 36 a, Quò enim spectat illud, nisi vt opifices concitentur. Ora. 208 b, Alterum, quo perturbantur animi, & concitantur. Or. 186 a, Hominem irasci, dolere, omni animi motu concitari.

¶*Excitor* I. C. 119 a, Noua quędam misceri & concitari mala. Ep. 144 b, Cum magnum bellum in Cappadocia concitaretur.

¶*Agitor, incitor, agor.* de D. 94 a, cum a corpore abstractus animus diuino instinctu concitatur.

CONCITVS, a, um *commotus, pronus.* pro Cęc. 287 b, Defensor nimium litigiosus, concitus ad rixam.

CONCLAMO, as. I. A. 205 b, Cum vos uniuersi vna mēte, & vna voce iterum a me conseruatam esse rempublicam conclamastis. I. V. Conclamant omnes & approbant ita fieri oportere.

CONCLAVE, uis. *cubiculum, triclinium.* In Ver. 213 a, Singula conclauia, quæ illę & Romæ & in omnibus villis habet, tricenos lectos optime stratos cum cæteris ornamentis conuiuij quærerent. de Di. 86 a, cōclaue illud, vbi erat mansurus, si ire perrexisset, proxima nocte corruit. de Ora. 141 a, Hoc interim spacio conclaue illud, vbi epulabatur Scopas, concidit. Qu. Fr. 320 b, Tectum quod super conclauia nō placuerat tibi esse multorum fastigiorum. pro Dom. 226 b, Porticus cum conclauibus pauimenta trecentum pedum. Qui. Frat. 328 b, In pratulisque inferior porticus & eius conclauia fiunt recte. pro S. Rosc. 29 a, Cum pater cœnatus cubitum in idem conclaue cum duobus filiis isset.

CONCLVDO, dis. *peroro, efficio, conficio, infero, complector, colligo.* pro S. 26 Sed vt extremum habeat aliquid oratio mea, concludam illud de optimatibus. de Ora. 138 a, Deinde vt concludamus atque ita peroremus, natura ipsa pręscribit. Or. 208 a, Post omnia perorationem inflammantem restinguentemve concludere. & ibi. Singula argumentationes ita concludere, vt efficiatur quod sit consequens iis quę sumentur ad quanque rem confirmandam. & 209 b, Vt argumentum ratione concludat. de Inu. 56 b, Hoc si nolis inferre, & inferas quod sequitur, fecit igitur incestum, & concluseris argumentationem, & perspicuam fugeris complexionem. de Ora. 128 b, Demonstrare qđ concludere aduersarij velint, non effici ex propositis, necesse consequens. de Na. 19 a, Argumenti sententiam cōcludere more dialecticorum. Acad. 8 a, Quod si ita esset, quomodo quenquam conclusisse aliquid aut inuenisse diceremus, aut quæ esset conclusi argumenti fides? de Diu. 95 a, Chrysippus ex ipsis exemplis solet ratione concludere, hoc modo, si, &c.

CONCLVDENDVM. de Diu. 129 b, O acutos homines, qui paucis verbis negocium confectum putant, ea sumunt ad concludendum, quorum quis nihil conceditur.

Con-

CONCLVDO, dis, *collige*. de Ora. 126 b, Conclusique ita, vt dicerem &c. I.V. 184 b, Conclusurum me esse crimen decumarum dixeram, & a 57 b. Vt aliquando totam huius generis rationem cócludam atque definiam. Att. 214 b, Dolabellæ nomen iam expeditum videtur, vt ét repræsentatione concludam. de Fi. 78 a, Deinde concludebas, doloré esse summum malum.

¶*Concludo, cogo, constringo*. de Cl. 167 b, Natura ipsa circumscriptione quadam comprehendit, concludisque sententiam. Orato 219 b, Explere & concludere sententias. de Vniuer. 196 b, Deus intelligentiam in animo animum conclusit in corpore. de Fi. 138 a. Ne bestiæ quidem quas delectationis causa concludimus, facile patiuntur sese contineri.

CONCLVDOR, ris. *inferor, colligor*. de Fi. 52 a, Epicurus non quomodo efficiatur, concludaturque ratio, tradit. de Di. 121 a, illa igitur ratio cócluditur, nec id quod, &c. de Fi. 64 b, Commodius arbitror ex rebus concessis concludi quid velis, & ad exitum peruenire. de Diu 97 b, Quæ quidem esse reuera, hac Stoicorum ratione concluditur, si sint dij &c.

¶*Terminor, circumscribor, claudor, finior*. de Orat. 216 b, Quorum descriptus ordo alias alia terminatione concluditur. Episto. 68 a, Si alicuius ancipites varijque casus exitu notabili cóclu duntur, expletur animus iucundissimæ lectionis voluptate. pro Mur. 134 a, Prouincia in qua laus æquitatis, integritatis, facilitatis, ad extremum ludorum voluptate concluditur. de Legib. 159 a, Vt hoc ciuile ius quod dicimus, in paruum quendam & angustum concludatur locum naturæ. I.V. 155 a, Vrbe portus cingitur & concluditur. de Ora. 108 a, Orator autem concludatur in ea quæ sunt in vso ciuitatum vulgari & forensi. pro Qu. 12 a, In hoc singulare iudicium causa omnis concluditur.

CONCLVSE, *definité, circumscripté* de Orat. 214 a, Apte & concluse aliquid dicere.

CONCLVSIO, onis. *clausula, peroratio, epilogus, complexio, & argumentatio ipsa*. de Inu. 60 a, Conclusio, est exitus & determinatio totius orationis. de Orat. 116 a, Tum alij conclusionem orationis, & quasi per orationem collocant. de Diu. 159 b, Conclusio autem rationis ea probatur, in qua ex rebus non dubijs, id quod dubitatur, efficitur Acade. 17 b, Hæc conclusio quam habeat vim, considera, i. *argumentatio, vel ratio*. Qu. Fra. 299 a, In extrema parte & conclusione muneris ac negotij tui diligentissimos fis. Orato. 213 a, Cóclusio sententiarum. de Ora. 159 a, Conclusio verborum, i. *clausula*. de Clari. 167 b, Conclusio ad numerum. * ad Her. 15 a, Conclusiones, quæ apud Græcos ἐπίλογοι nominantur.]

¶*Conclusio, exornatio est, quæ breui argumentatione, ex ijs quæ antedicta sunt aut facta, conficit id quod necessario consequatur, &c.* ad Herennium 33 b,

CONCLVSIVNCVLA, læ. Aca. 19 a, Vnius argumenti conclusiuncula, tota causa comprehenditur. L. CONTORTVLVS.

CONCLVSVS, a, um. *clausus*. de Na. 30 a, Conclusa aqua facile corrumpitur. & ibi. Angustia conclusæ orationis. Orat. 198 b, Oratio nó conclusa.)(*Oratio terminata*. de Ora. 100 b, Omnia quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt. pro Q. R. 47 a, In hanc formulam omnia iudicia conclusa & comprehensa sunt. de Ora. 213 b, sententia apte verbis comprehensa & conclusa. de Nat. 30 a, Conclusa aqua facile corrumpitur.

¶*Patratus, decretus*. I. V. 222 b, Facinus crudelitate perfectum & conclusum.

¶*Collectus, determinatus, definitus*. de Fi. 82 b, Perfecto enim & cóncluso, nec virtutibus, nec amicitijs vsquam locum esse, si ad voluptatem omnia referantur, nihil præterea magnopere dicendum.

☞ Syntaxis. *Concludere perorationem, argumentationes, sententiam. Argumentum concludit. Comprehendo & concludo. Definio & concludo. Expleo & concludo. Vrbs portu cingitur & concluditur. Orator in ea conclusus, quæ. Facinus crudelitate perfectum & conclusum*;

CONCOENATIO, onis. *symposion*. de Sen. 86 a, Græci conuiuium tum compotationem, tum concœnationem vocant.

CONCOQVENDVM, *meditandum, agitandum, expendendum*. pro Q. R. 52 b, Tibi diu deliberandum & concoquendum est, verum, &c.

¶*Modificandum*. de Finib. 78 a, Cibus facillimus ad concoquendum.

CONCOQVENS, tis. *immutans*. de Natu. 51 a, Platalea conchas stomachi calore concoquens, & postea euomens.

CONCOQVO, is. *translatione, vinco strenue, fero*. Q. Fr. 328 b, Hæc odia nó sorbeo solum, sed etiam concoquo.

CONCOQVOR, *digeror, exteror, mutor*. de. Nat. 30 b, Cleátes negat vllum esse cibum tam grauem, quin is die ac nocte concoquatur. & 53 b, Aluus arcet & continet illud quod recipit, vt id mutari facile & cóncoqui possit.

☞ Syntaxis. *Delibero & concoquo. Concoquere stomachi calore. Odia sorbere, & concoquere Mutas, & concoquit calor*.

CONCORDIA, diæ *consensus, conspiratio*. pro Cluent. 50 a, Equites ordini senatorio concordia coniunctissimos esse cupio. Anteq. 193 b, Pax & concordia extraneis gignetur, cum iam domesticis non insideat. Epi. 192 a, Hæc conspiratio & concordia omnium ad defendendam libertatem. Att. 133 a, Aliquos perfidia hominum distractos rursus in pristinam concordiam reducere. I. C. 216 b, Reconciliatio concordiæ. pro Cl. 38 b, Num Marius interpres pacis & concordiæ nó probatur. I. A. 246 a. Si Cinna concordiam cum Octauio confirmare voluisset. At. 101 b, Si ad concordiam res adduci potest. & 143 a, Demetrij liber de concordia. * de Inuen. 59 a, Pacem inter se conciliant conferunt concordiam.]

☞ Syntaxis. *Gigni concordiam. In concordiam reducere. Ad concordiam adducere*.

CONCORDISSIME, pro Rab. 93 a Mors illi acerba eius fratris, qui cum concordissime vixerat.

CONCORDO, as. *consto, congruo, consentio. cum aliquo sentio. idem sentio concino, concentum seruo*.)(*Dissentio*. Tusc. 215 b, Sic animi sanitas dicitur, cum eius iudicia opinionesque concordant. Ter. 131 a, Si concordabis cum illa habebis, &c.

☞ Syntaxis. *Illi concordant cum illis nulli*.

CONCORS, dis. & CONCORDISSIMVS. *consentiens, conueniens, coniuncti. concordes sunt, quorum sensus in aliqua congruunt*. pro Lig. 137 b, An illa cum P. Actio, quàm cum concordissimis fratribus esse maluisset? de Leg. 190 a, Moderatus & concors ciuitatis status. de Vni. 197 b, Mundus ipse se concordi quadam amicitia & charitate complectitur. de Ar. 254 a, Quod anno ante frater Metellus cócors etiá tum senatus princeps Cn. Pompeio sententiam dicenti excluserat * Epi. 12 b. Vnus fere sensus fuit bonorum omnium.]

☞ Syntaxis. *Concors frater, status, amicitia, charitas senatus*.

CONCREDITVS, a, um. pro S. Ros. 37 a, Cui fortunæ viui commendatæ sunt atque concreditæ.

CONCREDO, dis. *credo, commendo*. pro Q. 11 b, Alphenus, cui tu rem tuá commendare proficiscens, & concredere solebas.

CONCREPO, as. *perstrepo*. Offic. 66 a, Si vir bonus hanc habeat vim, vt si digitis concrepuerit, possit in locupletium testamenta nomen eius irrepere, hac vi non vtatur, contra Rul. 82 a, Qui simul ac decem viri concrepuerint, expediti ad cædem possint esse. pro Cæl. 51 b, Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.

☞ Syntaxis. *Concrepere digitis Decem viri concrepant, scabella*.

CONCRESCO, scis. de N. 31 a, Aqua neque conglaciaret frigoribus, neque niue pruinaque cócresceret, nisi eadem se admisso calore liquefacta & dilapsa diffunderet.

CONCRETIO, onis *compositio*. de Vn. 203 b, Causæ, quæ vim habeant caloris & frigoris, concretionis & liquoris. de Nat. 15 b, Epicurus corporum concretionem fugit, ne interitus & dissipatio consequatur. Tuscu. 162 a, Deum esse mentem solutam quandam & liberam, segregatam ab omni concretione mortali, &c.

CONCRETVS, a, um, *mixtus, conflatus, compositus, quasi conglutinatus, copulatus, coagmentatus, fictus*. Tuscu. 162 a, Nihil est in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terra natum atque fictum esse videatur. Tuscu. 163 a, Quoniam nihil sit animis admixtum nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. & 161 a, Quid. o. obsecro te, terrane tibi, aut hoc nebuloso & caliginoso cœlo aut sata, aut concreta videtur tanta vis memoriæ? & ibid. Quid illa vis quæ, &c. ex hacne tibi terrena mortalique natura, & caduca cóncreta videtur? & 158 a. Nam nunc quidem foramina illa, quæ patent ad animum a corpore, terrenis concretisque corporibus sunt intersepta quodammodo Tusc. 157 a, Necesse est, vt animi ferantur ad cœlum, & ab his perrumpatur & diuidatur Crassus hic & concretus aer, qui & terræ proximus. de Na. 34 a. Aer purus ac tenuis.)(*cœlum crassum atque concretum*. de Diui. 107 b, Pingue & concretum esse cœlum. de Nat. 16 a, Species quæ nihil habeat concreti nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis. de Vni. 199 b, Deus omne quod erat concretum & corporeum, substernebat animo. de Nat. 46 Aer fusus & extenuatus in sublime fertur, concretus autem in nubé cogitur. Tuscu. 241 a, Initia vnde omnia orta. generata, concreta sunt. Tus. 160 a, Nam sanguinem bilem, pituitam. &c. videor posse dicere. vnde concreta & quomodo facta sunt. de Natu. 65 b, Corpus concretú ex elementis. & 66 a, Etenim aut simplex ex natura animátis, &c. aut concretum ex pluribus naturis. de Diu. 84 a,

Cum claram speciem concreto lumine, luna

Abdidit.--- I. P. 84 a, Animal ex nefarijs stupris, ex ciuili cruore, ex flagitiorum impunitate concretum.

☞ Syntaxis. *Concretum corpus, natura, vis memoriæ, aer, cœlum, initia animal. Mixtum & concretum, Crassum, & concretum. Pingue & concretum. Aer in nubem concretus cogitur. Concretum ex, &c.*

CONCVBINA, næ. de Or. 100 a, Cum quæreretur. &c. & de eius matre: quæ si iudicaretur certis quibusdam verbis, non nouis nuptijs fieri cum superiore diuortium, in concubinæ locum duceretur.

CONCVBINATVS, tus, *coniunctio, complexus, venereus*. de Na. 10 b, Cóncubitus deorum cum humano genere.

CONCVBITVS, a, um, *cum amnes cubans, intempestus*. de Diui. 93 b, Qui cùm cenati quiescerent, concubia nocte visum est in somnis ei, &c.

CONCVLCO, as. *protero, obtero*. I. P. 92 b, Piso ad portam Æsquilinā, Macedonicam lauream conculcauit pro Fla. 157 b, & pro Dom. 235 b, Proterere & conculcare aliquem.

CONCVLCOR, aris. Att. 125 a. Conculcari miseram Italiam videbis proxima æstate, ab vtriusque mancipijs, &c. * ad Heren 40 a, Proteri, & conculcari.]

CONCVMBO, bis. vel CONCVBO, as. de Fat. 146 a, Quia ita factum sit, & concubitum cum vxore Laium, & ex ea Oedipum procreaturum. 126 a, de Inu. 51 b, Si peperit, cum viro concubuit.

CONCVPISCO, scis. *cupio*. de Na. 6 b, Quid autem erat, quod concupisceret Deus mundum signis ornare? de Fin. 60 a, Quæ autem cupiditates inanes sunt, his parendum non est; nihil enim desiderabile concupiscunt. de Diu 91 a, Cuius mors ita gloriosa fuit, vt eam concupisceret filius. I. A. 205 a, Quid concupiscas, tu videris: quod concupieris, certe habebis. Epi. 147 b, & 149 a, Concupiscere aliquid perniciosum. pro Cl. 22 b, Is Sassiam in matrimonium ducere concupiuit.

pro Qu. 12 b, sicut tu semper summè concupisti. Atti. 140 a, Cn. noster Syllani regni similitudinem concupiuit. & 11 a, Cæsar omnia omnium concupiuit. de Orato. 197 a, Qui res magnas, & maximè expetendas concupiuerunt. pro Sex. Rosc. 36 a, Prædia alterius concupiscere. Para. 125 b, Diuitias infinitè concupiscere. I. A. 158 b, Credo vos non opes violentas, &cæt. sed charitatem ciuium & gloriam concupisse.

Concupitus, a, um. Tuscu. 214 a, Nam cùm est concupita pecunia, nec adhibita continuò ratio, &cæt. permanat in venas illud malum, &cæt.

Concurrendum. pro R.P. 125 b, Si vobis nunciaretur hanc legem ferri concurrendum ad curiam putaretis. & ibidem. Conuolaretis ad rostra.

Concurro, ris, *conuenio, conuolo fugio*. Qu. Fr. 302 b, Si diē nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret. pro Quin. 14 b, Vt statim de iure aliquis concurrerit, non toto triduo DCC. millia passuum conficiuntur. I. V. 234 a, Concurrit ad me maxima multitudo. pro Mil. 209 a, Ipsæ cunctæ Italiæ cupienti signum dedit, vt ad me restituendum Romam concurrerent. Attic. 253 a, Ad Balbum scripsi, vt si quid tale accidisset, vt non concurrerent nomina, subueniret, &cæt. Offi. 30 a, Quæ vt concurrant omnia, optabile. pro Plan. 276 a, Sæpe concurrit, vt eodem tempore multa mihi agenda sint. de Diuin. 237 b. Nemo somnijs crederet, nisi ista casu nonnunquam forte temerè concurrerēt. ad Her. 7 b, 8 a, Si quæ supra dicta sunt, signa concurrunt. de Finib. 131 a, Res enim contrariæ concurrunt. cont. Rull. 68 b, Concurrunt plures vno tempore librarii descriptam orationē ad me afferunt. Att. 20 b, Et raptim in eam sententiam pedatu concurrerunt. Epi 162 a. In aciem copias de vico produxit, & sine mora concurrit. At. 120 a, Nulla est sedes, quò concurrant, qui remp. defensam volunt. ad Bru. 90 b, Ne darem perditis hominem parum sanum, quò concurrerent. Or. 211 a, Cum autem nobis non dicitur, quia obscœnius concurrerent literæ.

¶ *Confligo, contendo, pugno*. I. A 255 b, Vtrum sit æquius, concurrere an consentire, &c. ex epistola M. Antonii. de Or. 159 a, Verba ne aspere concurrant, neve vastius diducantur.

Concurritur, *concursus fit*. I A. 228 b, Cōcurritur vndique ad commune incendium extinguendum. cont. Rul. 68 b, concionem aduocari iubet, summa cum expectatione concurritur.

Concursatio, onis, epi. 2 b. Libonis & Hipsæi non obscura concursatio & contentio. de Cla. 187 a, & 196 b, Multa concursatione, multoque clamore. pro Dom. 216 a, Quid puerorum illa concursatio nocturna? de Diu. 138 b, Cedo tandem, quid sit ordo, aut concursatio somniorum. I. A. 236 b, In tanta concursatione perturbationum. L. Concursus.

Concursio, onis. *concursus*. Ora 211 a, in ea est crebra ista vocum concursio. quam magna ex parte vt vitiosam fugit Demosthenes. ad Her. 27 b, Crebræ vocalium concursiones. Acad 40 a, Corpusculorū concursio fortuita. de Fin. 25 a, Corpora indiuidua in infinito inani ita fieri, vt concursionibus inter se cohærescant. Topi. 227 a, Concursio rerum fortuitarum.

¶ *Exornatio oratoria*. de Orato. 162 a, Concursio, quæ verborum exornatio est.

Concursans, tis, de Natura 48 b, Corpora huc & illuc temerè concursantia.

Concurso, as. Epi. 95 b, Vt nostras villas obire, & mecum simul lecticula concursare possis. pro S. Rosc. 31 b, Qui armati noctes diesque concursabant, pro Mur. 134 b, Præsertim cum iam hoc nouo more omnes fere domos omnium concursent. de Diu. 135 a, Deos immortales concursare omnium mortalium non modo lectos, verùm etiam grabatos, &c. Atti. 9 a, Concursabat barbatuli iuuenes. I. V. 241 b, Tum, inquam: concursant cæteri prætores. & 251 b, Obire prouinciam, & concursare.

☞ Syntaxis. *Concursare, Villas, lectosque concursare. Obire & concursare.*

Concursus, sus. *conflictio, conuentio, motus, effusio, concursio*. Atti. 76 b, Concursus fiunt ex agris & vicis, & ex domibus omnibus. de Clari. 192 a, Cùm Demosthenes dicturus erat, concursus audiendi causa ex tota Græcia fiebant. Att. 274 a, b, Nam tantæ multitudinis quantam capit vrbs nostra concursus est ad me factus. I. V. 211 a, Quem concursum factum in oppido putatis? & 249 a, Et concursus vndique fiebāt. Att. 10 b, Clamor, concursusque fit. pro Deio. 149 a, Quos concursus struere solebat, quàm se iactare? de Diui. 119 a, Cum Bubulcus clamorem edidisset, concursum esse factum, totamq; in eū locum Hetruriam conuenisse Atti. 74 b, De concursu legationū priuatarum, & de incredibili multitudine, quæ mihi mirabilem in modum Ephesi præstò fuit, audisse te puto. I. P. 90 b, Quid dicam effusiones hominum ex oppidis, quid concursum ex agris? pro Do. 242 a, Italiæ magnificentissimus ille motus, municipiorumq; concursus. Att. 279 a, Omnis omnium concursus de te futurus est. Aca. 18 a, Mihi autem magis videtur non potuisse sustinere concursum omnium philosophorum. Epi 69 b, Quæ cogitatio vi tempestatum & concursu clamitatum labefactata atque conuulsa. de Cla. 167 a, Cōcursus quinque artium maximarum, &c. de Finib. 88 b, Magnus concursus honestissimorum studiorum.

¶ *Conflictio*. Part. 239 a, Ex rationis, & ex firmamenti conflictione, & quasi concursu quæstio exoritur. de Natu. Deor. 14 b, Mundum esse factum concursu atomorum fortuito. Part. 231 b, Concursus asper literarum. de Or. 158 b, Collationis est, componere & struere verba sic, vt neve asper eorum concursus sit, neve hiulcus. Orat. 211 a, Extremorum verborum cum insequentibus primis concursus, aut hiulcas voces efficit aut asperas.

Concussus, a, um. pro Mil. 116 b, Concussa hominum licentia, & cupiditatibus fractis.

Concutio, tis *vehementer commoueo*. in Ant. 181 a. Is leges Cęsaris, vt rempu. concutere posset, euertit.

Condecentia, tiæ *concinnitas, decorum, ornatus*. de Or. 161 b, Orator verbis quidem ad aptam compositionem & condecentiam, sententiis vero ad grauitatem orationis vtatur.

Condemnatus, a, um. pro Sest. 21 b, Rerum capitalium condemnari. pro Cluent. 41 b, Scæuola condemnatus est aliis criminibus. I. A. 171 a, Antonius Licinium Lenticulam de alia condemnatum restituit. pro Flac. 155 a, Poles item pecuniæ publicæ est condemnatus. I. P. 88 a, Tuum factum est condemnatum iudicio amicorum. I. V. 161 a, Cuius etiam familiares de vi condemnati sunt. Episto. 84 b, Ea ciuitas. in quam tot nefariorum scelerum condemnati reuerterunt.

Condemno, as, *damno, accuso*.)(*Absoluo, libero*. Episto. 18 a, Quare si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine. I. V 95 b, Ego hoc vno crimine illum condemnem necesse est. de Prou. 74 a, Qui Gabinij literas insigni quadam nota & ignominia noua cōdemnastis. de Orato. 99 a, Cæterum non dubitabo primùm inertiæ condemnare sententia mea, post etiam impudentiæ Epistol. 238 a, Piso sceleris condemnat generum suum. de Natu. Deor 40 b, Condemnare aliquem causa incognita. I. V 113 a, Hunc hominem veneri absoluit, sibi condemnat. Brut. 90 b, Ego fidem consulum non condemnabam, quæ suspecta vehementer erat. I. P. 88 a, Amici tui silentio temeritatem tuam condemnauerunt. I. P. 82 b, Crudelitatis tu furcifer senatum consul in concione condemnas? de Orato. 105 a, Cuius responso sic iudices exarserunt, vt capitis hominem innocentissimum condemnarent. * Epi. 112 a, Ne mecum hoc officium arrogantiæ condemnes.]

Condemnor, ris. pro Cæci. 302 b, Condemnari sponsionis.)(*Vincere sponsionem*. pro Q. 2 b, Arbitrium pro socio condemnari. pro S. Rosc. 37 a, Turpissimo iudicio condemnari. I. V. 111 b, Condemnari iniuriarum.

☞ Syntaxis. *Condemnatus rei capitalis furto, de alea.*

Condico, cis. *dicto conuenio, significo*. Epi. 15 b, Crassus penè a meis laribus in prouinciam profectus est. nam cum mihi condixisset, cęnauit apud me in mei generi Crassipedis hortis.

Condimentum, ti *conditio, sapor qui cibos commendat*. de Fin 83 b, Socrates dicebat cibi condimentum esse famem potionis sitim. Offic. 76 b, Nam vt tribuamus aliquid voluptati, condimenti fortasse nōnihil vtilitatis certe non habebit. de Ami. 108 b, Accedat huc suauitas oportet sermonum atque morum quaquam mediocre condimētum amicitiæ. de Ora. 134 a, Hęc omnium sermonum condimenta sunt. Q. F. 294 a, Seueritatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare.

Condio, is. *præparo compono, tempero*. pro Cluen. 32 b, Qui vitia quę ab natura habet, artificio quodam malitiæ condiuit. Ora. 215 a, Omnino duo sunt quæ condiant orationem, verborum numerorumque iucunditas. Epis. 107 b. Illi herbas omnes ita condiunt, vt nihil possit esse iucundius. Tusc. 171 b, Persæ mortuos cera circumlitos condiūt. * ibi Condiunt Ægyptij mortuos, & eos domi seruant.] Att. 200 a, Hilaritate tristitiam temporum condiebamus.

Condior, ris. *sapore suaui donor*. Tuscu. 248 a, Labor in venatu, sudor cursus ab Eurota. sitis, fames: his enim rebus Lacedęmoniorum epulæ condiuntur. & ibi. Quis hoc non videt, desiderijs ista condiri omnia? de Or 128 a, b, Oratio illa temperata est, in qua asperitas contentionis orationis ipsius humanitate conditur.

☞ Syntaxis. *Condire epulas, mortuos, orationem, tristitiam. Cas. condiens sale, & facetijs.*

Condiscipulus, libro Tusculan. 156 b, Dicæarchus cum Aristoxeno æquali & condiscipulo suo. de Natura Deorum 8 b, Xenocrates Aristotelis condiscipulus. pro Syll. 170 a, Et se meum condiscipulum in pueritia commemorauit fuisse Attic. 78 b, Tui condiscipuli.

Condisco. scis. pro Qu. Vt in pecunia tua condisceret, qui pecuniæ fructus esset. pro Planc. Condiscas, censeo mihi paulo diligentius supplicare.

Conditio, onis. *condimentum*. de Na 55 b, Perspicuum est. n. quo compositionis vnguentorum, quo ciborum cōditiones, quò corporum lenocinia processerint. de Diui. 104 a, Natura fruges terræ, baccasque arborum generi humano dedit, & earum cultus conditionesque tradidit.

¶ *Modus, ratio, lex, pactum pactio, conuentio, fortuna, status, ius*. Epi. 163 b, Adde huc, quod literæ perferri nulla cōditione potuerunt. Episto. 174 b. Legionem Martiam & quartam negant, qui illas norunt, vlla cōditione ad te posse perduci. de Fi. 138 a, Appetit animus aliquid agere semper, nec vlla cōditione quietem sempiternam possit pati. pro Mar. 131 a, ea vicisti, quæ & naturam & conditionem, vt vinci possent, habebant, & ibidem. A quo etiam ipsius victoriæ conditio, visque deuicta est pro Rabir. 63 b, Harum rerum non solum euentus atque perpessio, sed etiam conditio expectatio, mentio denique ipsa indigna homine libero est Episto 71 b, Homines nos ea lege nati sumus, vt omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra: nec est recusandum, quominus ea qua nati sumus, conditione viuamus. pro Mure. 138 a, Iniquam legem & miseram conditionem instituet periculis hominum, si existimabis, &c. de Vni. 208 a, Homines mortali conditione

ditione esse generatos. Tuscula. 198 b, Alienum appetis qui mortalis natus conditionem postules immortalium. Attic. 237 b, Ea conditione nati sumus: vt nihil quod homini accidere possit, recusare debeamus. Tuscula. 151 a, Et quid ergo intelligit, quantum mali ex humana conditione deiecerit? In Ant. 264 a, Ita pro mortali conditione vitæ immortalitatem estis consecuti. Epistol. 197 a, Omnem conditionem imperij tui statumque prouinciæ mihi demonstrauit Stratorius. de Diuina. 127 b, Omnes eodem tempore ortos eadem conditione nasci. pro Corne. 50 b, Alicui grauem legem vitę & conditionem constitui. Epist. 73 b, Et qua conditione omnes homines, & quibus temporibus nati sumus, cogitet. pro Mur. 135 a, Sed non libenter duriorem fortunæ communi conditionem te auctore constitute. pro Milon. 119 b, Conditio atque fortuna hominum infimi generis. Offic. 9 a, Est autem infima conditio & fortuna seruorum. pro Cęl. 49 b, Serui, quos intelligebat non communi conditione seruitutis vti, sed licentius cum domina viuere. pro Corne. 59 b, Serui, quorum vis & fortunæ conditio infima est. pro Mar. 133 a, Cum ipsius victoriæ conditione, iure omnes victi occidissemus. Attico. 285 b, Nisi forte non de seruitute, sed de conditione seruiendi recusandum est à nobis. Parad. 123 b, Qui cupiditate peculij nullam conditionem recusant durissimæ seruitutis. I.C. 107 a, O conditionem miseram non modo administrandæ, sed etiam conseruandæ reipubl. pro R.P. 125 a, Prouidete ne duriorem vobis conditionem statuatis. I.C. 122 a, Seruus est nemo, qui modo tolerabili conditione sit seruitutis, qui non, &c. pro Cor. 62 a, b, In superiore conditione & causa poni. de Senec. 91 b, At senex eo meliore conditione est, quàm adolescens. cùm id quod sperat ille, hic assecutus est. Episto. 79 a, Nec debes dubitare, quin aut aliqua repub. sis futurus qui esse debes, aut perdita non afflictiore conditione quam cæteri. contra Rull. 89 a, Libera meliore iure sunt, quàm soluta, &cęt. soluta meliore in causa sunt, quam obligata: immunia commodiore conditione sunt, quam illa quæ pensitant. Epist. 47 b, Quæ quia non vides, mihi non videris meliore esse conditione, quam nos qui videmus. & 48 b, Atque hoc ipso melior est tua quam nostra conditio, quòd tu quid doles scribere audes, nos ne id quidé tuto possumus. I.C. 123 a, Quanquam inest in vno loco conditio melior externæ victoriæ, quàm domesticæ, quòd, &cęt. Episto. 119 a, Non expeditur successio, quando Galliæ, quæ habent intercessorem, in eandem conditionem, quam cæteræ prouinciæ, vocant. pro Do. 226 a, Ego pro patria mori dubitarem hoc meliore conditione quàm Decius, quod ille, &c ego, &c. I.C. 117 a, Earum rerum quas gessi, non est eadem fortuna atque conditio, & illorum qui, &c. quod mihi, &c. ille, &c. & 118 a, Mihi hęc conditio consulatus data est, vt omnes acerbitates perferrem. de Prou. 72 a, Et in vtriusque pari scelere disparem conditionem facit. Episto. 73 b, Ea denique videtur conditio impendere legum, iudiciorum, temporum, vt optime actum cum eo videatur esse, qui, &c. pro Clu. 44 b, Hanc conditionem supplicij maiores in bello timiditatis militis propositam esse voluerunt. pro Flac. 151 a, Hæc etiamsi in homine ipso de quo agitur, negligenda sunt, tamen in conditione atque in exemplo pertimescenda videntur. pro Clu. 49 b, Conuerte nunc ad cæteros ordines, easdem vitæ conditiones non perferrent. contra Rull. 77 a, Qui se misericordia senatus, non agri conditione defendunt. pro Cæl 40 a, Quare ista conditio, iudices, respuatur, nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. I.C. 111 a, Et quod salutis certa lætitia est, nascendi incerta conditio. pro Qu. 3 b, Quintius deteriore tempore absens auctionatur, Scapulis difficiliore conditione dissoluit. pro Cl. 37 a, Æqua conditione disceptare & ibi. Iniqua conditione causam dicere. contra Rull. 69 b, Paucas tribus non certa conditione iuris se sortis beneficio fortuito ad vsurpandam libertatem vocare. pro Pl. 251 a, Etenim conditio liberorũ populorum, posse suffragiis vel dare, vel detrahere quid velint cuique. & 260 a, Si illam accusationis conditionem sequar, id est, vt necesse habeam hunc illi anteponere. pro Cor. 59 b, Hanc tu igitur cõditionem status tuis ciuibus, vt quod iis, quos Gaditanis adiutoribus armis subegimus, liceat, id ne liceat ipsis, &c. pro Cæl. 41 b, Et contra periculosissimas hominũ potentias, conditioni omnium ciuiũ prouidere. pro R.P. 128 b, Quid ergo ista cõditio est testium, vt quibus creditum non sit negantibus, iisdem credatur dicẽtibus, & 129 a, Qui suo iudicio essent illam conditionem vitæ secuti. Epistol. 21 b, 22 a, Eaque mihi conditio maneat, qua profectus sum. I. A. 226 b, Certi fines Macedoniæ, certa conditio, certissimo modo etiã erat illius exercitus. I. A. 208 b, Scilicet ad eum legatos misimus, non vt pareret, sed vt conditiones ferret, leges imponeret & 206 a, Quæ vobis potest cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis legationis esse cõmunitas? & 193 b, Hostis cum quo nulla pacis conditio esse possit. de Prou. 79 a, Præsertim cum ab illis aliquotiens conditio C. Cęsari lata sit, vt easdem leges alio modo ferret, qua conditione auspicia requirebant, leges comprobabant. pro Cęl. 45 a, Huic licet conditiones quotidie legas: id est, tibi ab amatoribus latas. Epistol. 118 b, Alterutram ad conditionem descendere vult Cæsar, vt aut, &cęt. aut, &cęt. Episto. 123 b, Cæsar fert illam conditionem, vt ambo exercitus tradant. & 261 a, Feruntur omnino conditiones ab illo, vt Pompeius erat in Hispaniam, &cęt. & ibidem. Accepimus conditiones. sed ita, vt teneat præsidia ex iis locis, quæ occupauit, & ibidem. Sin ille suis conditionibus stare noluerit, bellum paratum est: eiusmodi tamen quod ille sustinere non possit, præsertim cum a suis conditionibus ipse fugerit. Tuscula. 168 b, Quid est igitur quod quare, si reperit, cum vult? ea enim conditiones acceperas. pro Quin. 16 a, Quo in loco conditionem tuli, si vellet pecuniam petere, Quintium iudicatum solui satisdaturum, dum ipse si quid ipse si quid peteret, pari conditione vteretur pro Sex. Ros. 23 b, Hác conditionem misero ferunt. vt optet, vtrum malit, &cęt. Attic. 135 a, Nec Pompeium ad vllam conditionem accessurum putabam. Orato. 220 b, Aut reperiam ipsa eadem conditione qui vti velit, vt, &c. pro Quin. Rosc. 52 a, Est hoc & ex conditione iuris, & ex consuetudine iuris, & ex consuetudine cautionis firmissimum argumentum. Quin. Fr. 307 a, Si conditio valde bona fuerit, fortasse non omittam. pro Qu. 18 a, Transigere cum aliquo qualibet dummodo tolerabili, conditione. Att. 133 b, Qui vt adduci tali tempore ad vllam conditionem possit, magis opto quam spero. pro Q. Hunc conditionibus quoad potest, producit. pro Quin. 8 a, Conditionem æquissimam repudiare. & 4 b, Aliquem iniquis rationibus ad suas conditiones perducere. & 3 b, Aliquem suis conditionibus in ipso articulo temporis astringere. de Orato. 93 a, De iis credo, rebus, inquit Crassus, vt in conditionibus scribi solet, quibus sciam poteroque. de Leg. li. 3. Nihil porro tam aptum est ad ius conditionemq; naturæ. Topi. 228 a, A naturane ius profectum sit, an ab aliqua quasi conditione hominum & pactione. pro Arch. 190 b, Iussit ei præmium dari sub ea conditione, ne quid postea scriberet. pro Mil. 116 b, Fingite cogitatione imaginem huius conditionis meæ, si possim efficere, vt Milonem absolutis. sed ita, si Clodius reuixerit. Epi. 86 a, Aut ea conditione daret, si reciperes te correcturum. * I.V. 162 b, Hæc conditio fuit aratorum, vt præclare secum agi putarentur, si vacuos agros relinquere liceret. I.V. 92 b, Lampasceni Romanorum conditione socij, fortuna serui. de Ora. 93 b, De his credo rebus, inquit Crassus, vt in conditionibus scribi solet, quibus sciam, poteroque. & 16, Iam vero ista conditione dum mihi liceat negare quod non potero. de Inuẽ. 71 b, Vtrum satius fuerit amittere milites, an ad hanc conditionem venire. & 84 a, Descendere ad conditionem alterius. I.V. 69 a, Manere in conditione, atque pacto. Att. 112 a, Omnes cupiebant Cæsarem stare conditionibus iis, quas tulisset, & ibi. Plerique negant Cæsarem in conditione mansurum.]

☞ Syntaxis. *Conditio misera, humana mortalis, commodior, dispar, difficilis, æqua, dura, infirma, tolerabilis, afflicta, iniqua, certa, par. Conditiones, facere, proponere, ferre, accipere. Vti conditione, producere aliquem. Ad conditiones perducere, accedere. Sub conditione. Meliori esse conditione, mala. Adduci conditione.*

CONDITOR, oris. *qui cibos condit & parat. cocus.* pro Clu. 32 b, Atq; etiã ipse conditor totius negocij guttam aspergit huic Bulbo. Postquam 207 a, Conditor, instructorque conuiuij.

CONDITVS, a, um. tior. *à condiendo, gratus, salsus, temperatus.* de Senect. 89 a, Tum conditiora facit hæc superuacanei operis aucupium & venatio. Attic. 222 a, Nec id solùm, sed bene cocto & condito sermone bono. de Orato 152 a, Vnguentum summa & acerrima suauitate conditum. de Clar. 174 b, Nisi id quod dicitur, fit voce, vultu motuque conditor. & 180 b, Nemo vnquam suauitate conditior de Senec. 79 b, Comitate condita grauitas. de Orato. 129 b, Nulla oratio vnquam fuit lepore & festiuitate conditior. pro Mur. 140 a, Quare non erunt illa quidem meliora, sed certe condita iucundius. Offic. 27 a, Sale conditus & facetus Cęsar. de Natu. 56 b, Mandare aliquid conditum vetustati.

CONDITVS, a, um. *absconditus, repositus.* de Legi. 181 a, In eo sepulchro regem nostrum Numam conditum accepimus. & ibid. Nam siti dicuntur ij qui conditi sunt. de Diui. 107 a, Sic in causis conditæ sunt res futuræ. de Diu. 231 a, Quamobrem Sibyllam quidem sepositam & conditam habeamus.

¶*Constitutus, ædificatus.* Tusc. 148 b, Homerus fuit ante Romã conditam. pro Mur. 136 a, Sic vt ei iam exploratus & domi conditus consulatus videretur. Orat. 215 a, Ab hoc qui cœpit conditas, ab illo qui constitutas accepit, capeas dicetis Syracusas. de Diu. 126 b, Ex illa olea arcam esse factam, & conditas sortes. I. V. 216 b, Segestam ab Ænea conditam esse demonstrant.

CONDO, is. *abscondo, repono, recondo.* de Natu. 57 b, Neque homines murium ac formicarum causa frumentum condunt. Tuscul. 233 b, Metrodorus omne bonum in visceribus medullisq; condidit. pro Clu. 32 b, Qui illi pecuniæ, quam condiderat, spe iam atque animo incubaret. cont. Rull. 80 a, Vt liceat illi mundiam deponere, pecuniam condere.

¶*Constituo, instituo, confirmo.* de Diuin. 98 b, Qui respublicas constituerunt, qui vrbes condiderunt. I. C. 111 a, Romulus, qui hanc vrbem condidit. In Verr. 86 a, Tenes, qui vrbem illam condidisse dicitur.

¶*Facio, edo, compono.* de Legibus 171 b, Condere leges ad Att. 13 b, Condere poema, condere carmen. L. OCCENTARE. de Orat. 133 b, Condere lustrum.

¶*Confirmo.* pro Do. 23 a b, Rempublicam cõdere meo discessu, quàm omnium interitu occidere malui.

CONDOR, eris. *reponor, abscondor.* I. V. 132 b, Literas in ærario sanctiori cõdi imperauit. I. C. 116 b, In animis ego vestris omnes triũphos meos condi & collocari volo. I. V. 251 a, Condi in carcerem. in Ara. Et Cephęus conditur ante lumborum tenus.

CONDOCEFACIO, cis. *doceo, commoneo.* Tusculan. 245 b, Nemo est enim, qui eorum bonorũ animum putet esse iudicem, eumque condocefaciat, vt ea quæ bona malave videantur, possit contemnere.

CONDOCEFACTVS, cta. *doctus.* de Natu. Deor. 58 b, Belluæ domitæ, & condocefactæ.

CONDOLEO, ies. *doleo.* de Orato. 143 a, Namque lautua dicenti con-

doluisse, sudoremque multum consecutum esse audiebamus. Tusculan. 186 b, Nos si pes condoluit, si dens, sed fac totum dolere corpus, ferre non possumus. Tusculan. 156 b, Dicæarchus ne condoluisse quidam vnquam videtur, qui animum se habere non sentiat.

CONDOLESCO, scis. *condoleo.* Aca. 40 a, Cum perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturaq; condolescere, & concupiscere, & extimescere, & efferri lætitia dicerent.

CONDONANDVS, a, um. Offi. 49 b, Qui pecunias creditas debitoribus condonandas putant.

CONDONATIO, onis. I. V. 68, Bonorum possessionumque contra omnium instituta addictio & condonatio.

CONDONATVS, a, um. *concessus.* pro Clu. 40 a, Qui illud acerbè tulit, nō sibi ac defensioni suæ condonatum esse Oppianicum. pro Plan. 575 a, Datus est tibi ille, condonatus ille.

CONDONO, as. *dono, concedo, do, omitto.* pro Q. R. 14 a, Suam partem Roscius suo nomine condonare potuit Flauio. Epist. 130 a, A te peto, vt eius filios, qui in tua potestate sunt, mihi cōdones. Anteq. 196 a, Nō enim illis victus cedo, sed incolumibus vobis me condono. Epistol. 66 b, & 74 a, Meam animaduersionem & supplicium, quo vsurus eram in eum quem cepissem, remitto tibi & condono. I. V. 99 a, & 97 a, Vt literis eius bona eriperes, & cui tibi commodum esset, condonares.

¶ *Ignosco, indulgeo.* pro Mil. 105 b, Nec deprecaturi sumus, vt crimen hoc nobis propter multa eius in remp. merita condonetis.

CONDONOR, tis. I. A. Apothecæ totæ nequissimis hominibus condonabantur. Offic. 49 a, Cum aliis adimuntur, aliis condonantur pecuniæ.

☞ Syntaxis. *Datus, & condonatus. Condonare alicui suam partem, captiuos. Remittere alicui, & condonare supplicium, id est, eius causa non sumere de quopiam supplicium. Crimen alicui donare, id est, alicuius causa ignoscere, delere, omittere, non animaduertere.*

CONDVCIBILIS, le. *vtilis.* ad Her. 12 b, Amicum castigare ob meritam noxiam, immane est facinus, verum in ætate vtile & conducibile. ex Plauto. * ad Her. 10 a, Ex contentione, hoc est verum venustius, facilius, conducibilius.]

CONDVCIT, bat. *vtile est, conuenit.* de Prou. 69 a, Hoc maximè reip. conducit, Syriam Macedoniamque decerni. Anteq. 198 b, Fidei conducit, in loco debitum retribuere, *i. conuenit.* Att. 1 b, Rationibus nostris conducere videtur, Thermum fieri cum Cæsare. Offic. 8 b, 3 a, Tum autem consultant, conducat id nec-ne, de quo deliberāt, ad vitæ cōmoditatem, ad facultates rerum, &c. Episto. 16 a, Facile patior ea me de rep. sentire ac dicere, quæ maxime cum mihi, tum etiam reipu. rationibus conducere. Atti. 288 b, Quæsiuit, quid nam mihi videretur, accresceremus-ne te, atque tibi id conducere putaremus, an tardare & commotari te melius esset. Epist. 58 a, Scripsi ad te, quæ & saluti tuæ conducere arbitratus sum, & non aliena esse duxi a dignitate. Episto 74 b, Ea maxime conducunt, quæ sunt rectissima. de Finibus 59 b, Nec hominis infantis atque impotentis iniuste facta conducunt, qui, &c.

CONDVCENDVS, a, um. *congregandus, cogendus* de Inuen. 65 a, Verùm id breui faciendum est, & in vnum multa sunt conducenda, vt, &c.

CONDVCO, is. *simul, duco, congrego, cogo* de Inu. 63 b, Crotoniatæ publico de consilio virgines vnum in locum conduxerunt. de Inu. 56 a, Nam ita complectemur, vt in vnum conducamus propositionem & assumptionem, hoc modo. I. A. 192 a, Cæsar exercitum inuictum ex Hispanis militibus conduxit.

¶ *Ad tempus redimo. operam alicuius emo.*) (*loco.* de Inu. 52 a, Si Rhodiis turpe nō est portorium locare nec Hermacreonti quidem turpe est conducere. pro Cęl. 41 a, Cęlius conduxit domum in Palatio. Q. Fr. 306 a, Tuam domum in Carinis mundi habitatores Camitæ conduxerunt. Epi. 264 b, Nam quid ego de Bruto dicam? &c. huic ego locum in proximo conduxi. de Diu. 118 a, Redemptor, qui columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciendam. de Pro. 71 a, Conducere aliquem ad cædem faciendam. Att. 15 b, Asiatici de censoribus nimium magno conduxerunt.

CONDVCTIO, onis. *redemptio, collectio,* Κατηγορία. pro Cęcin 303 a, Cum idem ex eadem conductione fuerit in fundo. de Inu. 56 b, Quare in longis argumentationibus ex conductionibus, aut ex contrario complecti oportet. *Conductionibus, i. colligendis iis quę in argumentatione fuerunt dispersa.*

CONDVCTOR, oris. *redemptor.* Qu. F. 319 a, Is respondit se eius operis H-S. CCCCVI. conductorem fuisse.

CONDVCTVS, a, um. *adductus, allatus, admotus.* I. A. 217 b, Res geritur, conductæ vineæ sunt, pugnatur acerrime.

¶ *Redemptus ad tempus* pro Cęc 303 a, Qui conductum habuit de Cęsennia fundum. pro Cl. 54 b, Solebat enim extra portam aliquid habere conducti. I. V. 158 a, Cum is arationes magnas conductas haberet a publicanis. pro Mur 240 a, Si mercede conducti obuiā candidatis, is eis. pro Sest. 11 a, Erat mihi contentio cum operis conductis. de Inu. 62 a, Itaq; Heracleotem Zeusim magno precio conductum adhibuerunt. pro Clu Solebat. n. extra portam aliquid habere conducti. in Ant 157 a, Quis. n. aut accusator tam amens reperietur, qui reo condemnato obiiciat se multitudini conductę velitraut index, qui reum damnare audeat, vt ipse ad operas mercenarias statim protrahatur? pro Sest. 27 a, Cum operis conductis.

CONDVPLICATIO, onis. *exornatio quadam rhetorica.* ad Her. 33 a, Conduplicatio est, eiusdem vnius aut plurium verborum iteratio, &c.

CONDVPLICO, as, ris. de D. 85 b, & de Ora. 157 a, Tenebræ conduplicantur, noctisq; & nimbum obcęcat nigror. Pacuuij.

CONFATALIS, le. de Fat. 146 a, Copulata enim res est & confatalis: sic enim ille appellat & ibi. b, Hæc, vt dixi, confatalia ille appellat.

CONFECTIO, nis. *absolutio, perfectio, compositio, consummatio.* I. A. 258 b, Confectio huius belli est D. Bruti salus. de Sen. 77 a, Confectio huius libri mihi iucunda fuit. de Ora. 213 a, Annalium confectio, & conficere annales. * De Fin. 104 b, Nisi confectionis materiæ fabricam haberemus.]

¶ *Collectio.* pro Flac. 150 a, Confectio tributi, & conficere tributum: *idest colligere.*

¶ *Preparatio.* de Na. 53 a, Intimi dentes, qui genuini vocantur, conficiunt escas, quæ confectio etiam à lingua adiuuari videtur.

CONFECTOR, oris. *qui conficit, & absoluit.* Epi. 155 a, Qui reliquias huius belli oppresserit, hic totius belli confector futurus est. I. V. 130 b, Confector negociorum.

¶ *Vorator, corruptor.* de Na. 33 b, Hic noster ignis confector est, & consumptor omnium.

CONFECTVS, a, um. *perfectus.* Epist. 44 a, Orationes tuas confectas omnes expecto. de Prou. 73 a, Bellum effectum videmus, & vere vt dicam, pene confectum. Attic. 164 a, Dum hæc decernuntur, quæ iam erunt confecta. pro Pomp. 9 a, Partem militum qui iam stipendiis confectis erant, dimisit. Attic. 121 b, Confecta res est. & 153 b, Confecti ludi. I. A. 258 b, Reditum ad vestitum confecta victoria reseruati.

¶ *Transactus.* pro Q. 7 a, Biennio iam confectò ferè appellas.

¶ *Consumptus, affectus, perditus, ager, infirmus, languidus* I. V. 363 a, & I. C. 105 b, Confectus ac perditus fame. I. C. 108 b, Homo ętate confectus, exercitatione robustus. & 109 b, Gladiator ille confectus & saucius. Octa 331 a, Gladiator vulneribus & ætate confectus. pro Mur. 144 b, Homo miser, & cùm corporis morbo, tum animi dolore confectus. Episto. 335 a, Mulier ægra, & corpore & animo confecta. pro Dom. 225 a, Nemo eum nisi lachrymantem confectumque vidit. pro Mur. 144 b, Confectus, morbo, lacrymis, ac mœrore perditus. de Fin. 57 b, Confectus animi corporisq; doloribus. I. A. 361 b, Vino lustrisque confectus. pro Rabi. 94 b, Confectus senectute. in Catil. 560 b, Qui vino languidi, confecti, cibi, eructant sermonibus suis cædem bonorum. Attic. 96 b, Vt confectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates possim relinquere. pro Milo. 105 a, Tota ciuitas confecta senio est. de Aruspi. 243 b, Haud potest grauioribus à me verbis vulnerari, quàm est statim in facto ipso à Publ. Seruilio confectus & trucidatus. de Orato. 87 a, Eo autem omni sermone confecto &cęt. Episto. 3 a, Idibus Ianuarius in Senatu nihil est confectum, propterea, quod, &c. pro Quinct Ros. 47 a, Iam duæ partes causæ sunt confectæ. Topico. 123 a, Nondum satis est, adde, nec ea, &c. confectum est. *id est, perfecta est definitio.* postquam 101 a, Confectus vulneribus. de Diuin 95 a, Reliqua diuinationis breui confecta sunt: *id est, enumerame.* Episto. 55 b, Et mehercule confecta res ex mea est sententia. pro Pomp. 9 b, Bella non solum gesta ab hoc, sed etiam confecta. I. P. 97 a, Quem necasti verberibus summa senectute confectum. de Legibus 195 b, Eadem ratio cum est in hominis mente confirmata & confecta, lex est. Attic. 176 a, Confectus cruciatu summorum dolorum.

CONFERENDVS, a, um. *comparandus, exequandus.* Offic. 15 b, Tamen ne minima ex parte Lycurgi legi conferendi sunt. Tusculan. 148 b, Gusta Romanorum neque cum Græcis, neque vlla cum gente sunt conferenda.

CONFERO, fers. *comparo, collationem facio, æquo* I. P. 86 b, Si meum turbulentissimum tempus tuo tranquillissimo præstat, quid conferam reliqua? de Diuin. 139 b, Conferre causas, & quid in vtranque partem dici possit, expromere de Cla. 384 a, Vt conferamus parua magnis. de Opt. 544 b, & I. C. 119 b, Vt cum maximis minima conferam. Episto. 20 b, Qui si ex omnibus vnus exoptandus esset, quem tecum conferre possemus, non haberemus. & 54 b, Cum vna mehercule ambulatiuncula atque vno sermone nostro omnes fructus prouinciæ non confero. Academ. 18 b, Quid loquar de Democrito? quem cum eo conferre possumus, non modo ingenij magnitudine, sed etiam animi? de Natu. Deorum 27 b, & de Clar. 190 a, Si conferre volumus nostra cum externis. Orato. 213 b, Conferte hanc pacem cum illo bello. I. V. 191 b, Cum vero tandem illius factum collaturus es? pro Syllan. 180 b, Agedum, conferre nunc cum illius vitam Pub. Syll. pro Quinct. Rosc. 48 a, Vitam inter se vtriusque conferre.

¶ *Aggrego, aduno, comporto.* Io Verr. 135 a, Siculi ex censu quotannis in tributa conferant. & 138 a, Iidem pro parte in commune Siciliæ contulerunt. pro Quinct. 5 b, Conferre aliquid in commune.

¶ *Adhibeo, adiicio.* Epistol. 151 b, Atque in his curis, quas contuli ad dignitatem tuam, cepi magnam voluptatem, quod, &cæt. & 48 a, Omnem meam curam atque operam ad philosophiam contuli. & 158 b, Quantam diligentiam in valetudinem tuam contuleris, tanti me fieri a te iudicabo. & 144 a, Vt omne nostrum consilium, studium, officium, operam laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus. & ibid. Quicquid in eum iudicij officijque contuleris, id ita accipiam, vt in meipsum te putem contulisse. & 146 a, Itaque commemoratio tua beneuolentiæ eius, quam erga me à pueritia contulisses, magnam mihi lætitiam attulit. pro Arch. 189 b, Omne studium atque ingenium contulit Archias ad Populi Romani gloriam laudemque celebrandam. Attic. 58 b, Conferre plurimum laboris ad conficiendum aliquid. Epist. 170, Quantum literis quantum,

quantum studiis veteribus, nostris delectationibus consequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum, qui hæc semper amasti, libentissimè conferemus & 211 a, Magnopere à te quæso, vt ad eam voluntatem, si quam in illum ante has meas literas contulisti, quam maximus commendatione postea cumulus accedat. Attic. 107 b, Academiam ex duobus libris contuli in quatuor. pro Pomp. 5 a, Is omne reliquum tempus non ad obliuionem veteris belli, sed ad comparationem noui contulit. Att 90 a, Per fortunas confer te ad eam curam, vt de omni statu meo cogites. Offic. 3 a, Omnes meas curas & cogitationes in rempublicam conferebam. Attic. 52 b, Eundem te plurimum operæ, studij, diligentiæ, laboris, ad conficiendum reditum meum contulisse.

¶*Communico* Att. 83 a, Quid opus est, inquam, potius, quam rationes conferatis? assident, subducunt, ad nummum conueniunt. Att. 19 a, Cum erimus congressi, tum si quid res feret, coram inter nos conferemus. ad Att. 39 b, Coram breui conferre, quæ volumus, licebit. & 260 a, Coram igitur hos quidem conferemus. de Diu. 114 a, An hęc inter se aruspices omnes contulerunt. & ibid. Quomodo ista obsecratio est collata inter ipsos? item: Habere quibus cum possis familiares conferre sermones. Epi. 93 b, Interq; nos conferre solitudines nostras de Fin. 25 a, Quotidieq; inter nos ea quæ audiebamus, conferebamus, neque erat vnquam controuersia, quid ego intelligerem, sed quid probarem. de Fi. 113 a, Conferam tecum quam cuiq; verbo rem subiicias. nulla erit controuersia. At. 25 b, Si quid Θεσπρώτοις tecum forte contulerit, ne omnino repudiaris.

¶ *Promiscuè posessores, & præcipuè horum verborum, pono, repono, tribuo, iacio, congero, conflo, misceo, admoueo, appropinquo, coniicio, transfero, in finuo*, de Ar. 251 b, Nec confero nunc in te vnum omnia. Att. 196 b, Cum in filium causam conferret. de Or. 164 b, Scitum est enim causam conferre in tempus. pro Quint. 2 b, Næuius vocem in quæstum contulit Att 135 a, In me conferre omnem temporum illorum culpam. I. P. 93 b, Plebs in cuius tu infamiam, ea quæ latrones de me egeras, contulisti. Off. 11 b. Conferre officia in aliquem & ibi a, Conferre beneficium in aliquem. pro Flac. 154 b, Conferre inuidiã inortis alicuius in aliquem. de Ora. 125 a, Conferre crimen in aduersarium. pro Fon. 276 b, Galli cum Mar. Fonteio ferrum ac manus contulerunt. I. P. 90 a, Conferre signa cũ hostibus. pro Plan. 168 a, Conferre pedem, vt aiunt, aut propius accedere capita. In Verr. 154 a, Conferent boni capita: *id est, capita inter se appropinquabunt, vt secreto inter se colloquantur.* pro Cęcin. 289 a, Omnes eodem tempore se in fugam conferunt de Orato. 162 b, Cum Æschines cessisset Athenis, & se Rhodum contulisset. Episto. 190 b, 191 a, Exclusus ab Antiochia Dolabella, Laodiceam se contulit. de Clar. 191 a, Crassus initio ætatis ad amicitiam meam se contulit. Att. 40 b, Illo cum peruenire non liceret, statim iter Brundusium versus contulit, ante diem rogationis. Episto. 174 a, Meumque iter eo contuli.

CONFEROR, ris. *comparor*. de Orato. 193 a, Parua enim magnis sæpe rectissime conferuntur. de Inuent. 81 b, Similitudo infirmatur, si demonstres illud quod confertur, ab eo cui confertur, diuersum esse genere, natura, &c. ad Herenn. 39 a, Sed ipsum ad quod confertur in similitudinem habeat oportet. In Verr. 147 a, Hæc omnia summa cura recognita, & collata sunt.]

¶*Coniicior*. pro Plan. 266 a, Multa in Plancium quæ nunquam ab eo dicta sunt, conferuntur. de Inu. 51 a, Impudentia in purgationem confertur. Epis. 110 a, Ais enim, vt ego discesserim, omnia omnium dicta, in his etiam Sestiana in me conferri. 62 b, Nam comperisse me non audeo dicere, ne forte id ipsum verbum ponam, quod abs te aiunt falsò in me solere conferri.

COLLATVS, a, um. pro Qu 47 b, Falsum crimen in purissimam vitam collatum.

¶*Propinquus, oppositus, obiectus*. De Diu. 131 a, Castra castris collata audiebamus.

¶*Redacta*. Att. 207 b, Res ad me sine controuersia collata est.

¶*Adhibitus*. pro Fl. 158 b, Pecuniam filio auferre licuit ad patris honores collatam.

☞ Syntaxis. *Conferre curam, operam, diligentiam, consilium, studium, iudicium, ingenium, in, & ad. Conferre aliqua inter se. In tempus, in hostem, causam, & culpam conferre. Conferre officia, inuidiam in aliquem. Signa, castra castris, iter aliquò. In aliquem conferre crimen.*

CONFERTVS, a, um. *refertus, plenus*. de Fin. 78 a, Vita denique conferta voluptatum omnium varietate. Tusculan. 200 a, Vel totus liber potius abiiciendus est: est enim confertus voluptatibus. pro Sest. 7 b, Ociosa vita & conferta & plena voluptatibus. Academ. 31 b, Tu ne inane quicquam putes esse? cum ita completa & cõferta sint omnia, vt, &c.

☞ Syntaxis. *Vita conferta & plena voluptatibus. Completum & confertum.*

CONFESSIO, onis. *confitentis actio*. de Diu. 87 a, Gracchus auspiciorum autoritatem confessionem erratis sui comprobauit. In Ant. 257 b, Vt confessionibus ipsius omnia patefacta eius parricidia videretis. pro Sest. 28 a, Cum ad vos indicia, literas, confessiones communis exitij detulit. I. C. 124 a, Lentulus patefactus indicijs & confessionibus suis. Octa. 330 b, Liceat semel impune peccare, sit erranti medicina confessio. Episto. 117 a, Quid si nefarias de patre confessiones audisses? Acade. 47 a, Rerum obscuritas ad confessionem ignorationis adduxit Socratem. In Verr. 224 b, Conuincitur a testibus, vrgetur confessione sua, manifestis maleficijs tenetur. pro Mil. 104 a, In confessione facti, defensio iuris suscipi potest. pro Cluent. 48 b, Neque hęc tua recusatio, confessio sit captæ pecuniæ sed, &c. Postq. 198 a, Confessione inimicorum esse conuictum, &c. Att 16 b, Confessio temeritatis. de Inu. 53 b, Taciturnitas imitatur confessionem.

CONFESTIM. *sine vlla mora, illicò, statim, actutum*.) (*ex interuallo*. Attic. 116 b, Ecce Cassii literæ, Vibullium è Piceno currere ad Cn. confestim insequi Cęsarem. pro Clu. 58 a, Mulier confestim huic aduolauit, in Anto. 200 b, Rem administrandam arbitror sine vlla mora, & confestim gerenda censeo. Epi. 35 a, Confestim Iconiũ veni. Acade. 6 a, Confestim ad eum ire perreximus. de Inu. 51 b, Et cętera quę factum aliquod similiter confestim, aut ex interuallo solent consequi. de Inu. 67 a, Quæ gestum negocium confestim, aut ex interuallo consequuntur.

☞ Syntaxis. *Res administranda, sine mora, & confestim gerenda.*

CONFICIENDVS, a, um, *absumendus*. pro Syl. 150 a, Duæ rationes conficiendæ pecuniæ, aut versura, aut tributo, nec tabulæ creditoris proferuntur, nec tributi confectio vlla recitatur.

¶*Cogendus, conflandus*. contra Rul. 72 b, Primum permittitur infinita potestas innumerabilis pecunię conficiendę de vestris vectigalibus alienandis.

¶*Curandus*. Att. 52 b, Idemq; tu plurimum operæ, studii, diligentiæ, laboris, ad conficiendum reditum meum contulisti.

CONFICIENS, tis. & ssimus. *efficiens*. de Fin. 145 b, Sed hęc cum corporis bona sint, eorum conficientia certe in bonis numerabilis. Par. 138 a, Conficiens autem causa alia est absoluta & perfecta per se: alia aliquid adiuuans, & efficiendi sucia quædam.

¶ *Vberior*. pro Flac. 155 a, Ciuitas conficientissima literarum.

CONFICIO, cis. *facio, curo, efficio, absoluo, procuro præsto, exequor, compleo, expendo, transigo*. Epi. 96 a, Quod si mihi permisisses, qui meus amor in te est, confecissem cum cohæredibus. Atti. 191 b, Tu cum Apella Chio confice de columnis. & 3 b, De Acutiliano negocio, quod mihi mandaras, confeci. & 220 b, Te spero cum Publio confecisse. de Ora. 109 b, Conficere munus susceptum, Episto. 24 b, Cum tu hęc leges, ego iam annuum munus confecero. & 66 a, Nam si hoc expectandum sit, tum totum bellum conficiam, viginti oppida sunt, &c. in Anton. 121 a, b, Exequi & conficere mandata. Quint. Frat. 315 a, Facies vt mandata digeras, persequare, conficias. Quin. Frat. 309 b, De Tullia nostra spero nos cum Crassipede confecisse. pro Cornel. 64 b, Marius plurima bella & gessit & confecit. Episto. 66 b, De Dionysio, si me amas, confice. pro Pomp. 15 b, Pompeius difficili reipu. tempore exercitum confecit. Attic. 125 a, Conficere exercitus maximos. & 4 b, Quemadmodum bibliothecam nobis conficere possis. de Orato. 119 b, Quare illam partem, &cęt. perpoliam atque conficiam. de Clari. 195 b, Hortensius tamen hunc cursum confecit. de Orato. 138 b, Conficere motus animorum. de Senectu. 78 a, Confeci longam viam. Atti. 24 a, Valde hoc velim amanter diligenterque conficias. de Som. 27 a, Scipio bellum maximum confecit, Numantiam excidens. pro S. Rosc 31 a. Per quos homines tantum facinus conficere potuit. Epist. 192 b, Reditum, si me tantum amas, quantum certe amas, hominibus confice. de Clari. 183 a, Sed tamen leuis appellatio literarum, bene loquendi famam confecerat. Attic 150 a, Cum in spem venero de compositione aliquid me conficere, statim te certiorem faciam. Para. 238 a, Nam sunt aliæ causæ quæ ipsæ conficiunt, aliæ quæ vim aliquem ad conficiendum afferunt. in Verr. 213 a, Mulier ista stragulam vestem confecit. de Orato. 254 b, Hippias gloriatus est, &c annulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se sua manu confecisse. ad Herenn. 28 b, Exclamatio conficit significationem doloris. Attic. 11 b, Biduo per vnum seruum confeci totum negocium. & 263 a, Te oro vt hoc negocium ita agas, ita tractes, ita conficias, vt, &cęt. Attico. 104 b, Conficere aut deponere negocium. pro Planc. 164 b, Conficere legationem & mandata. Orato. 214, Isocrates prope centum confecit annos. pro Cęl. 45 a, Qui omnem vitæ suæ cursum in labore corporis conficeret. de Vniuersi. 202 a, Qui rectè curriculum vitæ à natura datum confecerit. Tuscul. 168 a, Vt cum L X. annos confecerit, reliquos dormiat. de Nat 18 b, Sol cursus annos conficit, cuius lustrationem menstruo spacio luna complet. & ibi. Eadem spacia conficiunt. pro Fla. 163 a Vt pecuniam quam confecerat, non consumpsisse, sed Flacco dedisse videatur. de Fin. 60 a, aut in aliam causam deducat, ea qua conficiat aliquid confirmationis aut reprehensionis.]

¶*Paro, immuto, attero, mollio*. de Nat. 53 a, Dentes aduersi acuti diuidunt escas, intimi autem conficiunt.

¶ *Absumo, abligurio, perdo, profundo, vanes, vexo* p Fl. 163 b, Patrimoniũ qđ conficere potuit, dissipauit. At. 99 b, Conficere cationes. Epis. 153 b, Sed ego eũ hortatus sum illo proficisci, ꝙ illa valetudine magis conficeret se, quam me tueri posset in castris. Atti. 42 a, Meus me mœror quotidianus lacerat & conficit pro Mar. 132 b, Vetustas omnia conficit ac consumit. de N. deo. 21 b, Ibes maximam vim serpentium conficiunt. de Or. 91 b, Nos amicorũ negocia res ipsa ante cõfecit ꝗ possemus aliquid de rebus tantis suspicari. Att. 172 a, Me cõficit sollicitudo. de Diui. 131 a, Quæ vetustas est, quæ vim diuinam conficere possit? pro Sea. 24 b, Cuius ille ordinis nomen retinet, ornamenta confecit. de Inuent. 76 a, Licinius hostes confecutus est & confecit. pro Mil. 109 b, Hęc fica nuper, vt scitis, me ad regiam pene confecit. Postquam 306 a, Qui cum suam rem non minus strenue, quam postea publicam confecisset, egestatem, & luxuriam domestico lenocinio sustentauit. pro Mar. 131 a, Nihil est opere aut manu factum, quod aliquando non conficiat, & consumat

 vetu-

a vetustas. * Tusc. 196 a, Conficere se mœrore.

CONFICIOR, ris. *celebror.* de Nat. 71 a, Dionysios multos habemus: primum, &c. quartum Ioue & Luna natum, cui sacra Orphica putantur confici.

¶ *Premor, extenuor, vexor.* Orat. 199 b, Desiderium quo conficior, requirens, &c. Epi. 56 b, Conficior curis. & 153 b, Curis confectus. de Arusp. 253 b, Corpus nostrum tenuissima sæpe de causa conficitur. Offi. 57 b, Fame & frigore confici. Ar. 40 b, Maximo dolore cōfectos. In Ver. 266 b, In quibus te ab eodem me superiore ex loco confici, & concidi necesse est. Epist. 234 a, Conficior enim mœrore, mea Terentia, nec me meæ miseriæ magis excruciant quam tuæ vestræque, & ibidem. Quare cùm dolore conficior, tum etiam pudore. Att. 170 a. Non loquor plura, ne te quoque excruciem: ipse conficior venisse tempus, cum, &c.

¶ *Comparor, colligor.* In Ver. 104 a, Permagnam is dicit ex ea re pecuniam confici posse.

¶ *Absoluor.* Att. 245 b, Sic enim annuum tempus conficitur.

¶ *Perficior, fio.* Atti 51 a, Vno capite quo reuocabor, modo res conficiatur, ero contentus. pro Clu. 33 a, Sententiis decem & Sex absolutio confici poterat. pro Quin. 14 b, Triduo DCC. millia passuum conficiuntur.

CONFICITUR. *colligitur, consequitur, sequitur, concluditur.* de Inu 56 a b, Aut ita, vt id solum quod conficitur, inferatur. de Inu. 80 b, Ex quo conficitur, vt si, &c.

☞ Syntaxis. *Pecuniam conficere. Reditum conficere, id est, procurare. Negocium, bellum, munus annuum, exercitum. De pace conficias. Perorabam, & conficiam. Amanter conficere. Cibum conficiunt dentes. Conficio curis, dolore. Conficere & absumere. Hostes consequi, & conficere. Sacra conficiuntur. Id conficitur: id est, concluditur. Conficitur iter, & ipsarum temporis.*

CONFICTIO, onis. *machinatio.* pro S. R. 24 a, Criminis confictionē Erucius suscepit.

CONFICTUS, a, um. *fictus.* ad Her. 98 b, & in Ver. 278 a, pro S. R. 25 b, Hæc conficta a poetis arbitror esse, vt, &c.

CONFIDENS, tis. *temerarius, audax.* pro Cæc. 290 a, Phormio nec minus niger, nec minus confidens, quàm ille Terentianus Phormio I. A. 210 a, & 233 b, Nequam est homo ille atque confidens. Tusc. 193 a, Qui fortis est, idem est fidens. non confidens mala consuetudine loquendi, in vitio ponitur.

CONFIDENTER, tius, tissime. *animosè, audacter.* de Ora. 111 a, Et eo quidem loquor confidentius, quod Catulus auditor accessit, cui, &c. ad Her. 7 b, Confidentissime resistere. pro Cæl. 46 b, Dicā enim iam confidentius de studiis eius honestis. ad Her. 2 a, Aliquid confidenter, malitiose, flagitiose factum.

¶ *Aliquando in vitio ponitur dictio.* Confidenter. i. temerè.

CONFIDO, dis. *audeo, non timeo.*)(*despero, diffido.* Offi. 15 a, Quo ipso cō sideraodum est, ne aut temere desperet propter ignauiam, aut nimis confidat, propter cupiditatem Tusc. 193 a, Discrepat enim a timendo confidere. Epist. 53 a, Is autem, qui essent auderent scribere, nisi te intelligere considerem Q. F. 315 b, Hæc me, vt confidam, faciunt. Tusc. 164 b, Nihil animis oportet confidere. Att. 96 a, Confido rem, vt volumus esse. Episto. 122 a, Quam rem tibi confido magnæ laudi fore. Att 97 b, Spero, quæ tua temperantia est, & hercule, vt me iubet Acastus, confido te iam, vt volumus, valere. In Verrem 272 a, Ego mihi officij rationem confido esse omnibus notam. pro Clu. 31 a, Sicuti vestra æquitate nisi confidimus. Epist. 205 b, Tibique, vt confido, gratias agam. Tuscu. 166 b, Quem te & opto esse, & confido futurum. Epist. 195 a, Id ego & sperabam, prudentia tua fretus: & confiderem, fecerunt tuæ grauissimæ literæ. Attic. 131 a, Non magnopere his legionibus confido. de Finibus 55 a, Non existimat oportere nimium nos causæ confidere. de Ami. 98 b, Ego vero non grauarer, si mihi ipse confiderem. pro Fla. 147 a, Cur sibi confidat, qui, &c. Atti. 137 b, Optimatibus vero tuis nihil confido, nihil ne tam inseruio quidem. & 262 b, Itaque accusabar ab eo, quod parum constantiæ suæ confiderem. In Anto. 194 b, Nisi vestræ virtuti constantiæque confiderem. Attic 5 a, Ne dubites mittere, & arcæ nostræ confidito. 125 b, Quanto autem ferocius ille causæ confidet, cum vos viderit? &c. Tuscu. 326 a, Qui enim poterit, aut corporis firmitate, aut fortunæ stabilitate confidere. pro Q. R. 45 a, Ego facultate causæ confisus, vide quo progrediar. pro Clu. 18 a, Niti, & magnopere confidere aliqua re. Atti. 131 b, Illum, quo antea cōfidebant, metuunt. Episto. 190 b, Exclusus ab Antiochia Dolabella, nulla alia cōfisus vrbe, Laodiceam se contulit. Atti. 131 a, Exercitum firmum habere oportet, quo confidamus perrumpere nos posse. Qu. Fra. 202 b, Confidere animo. de Arc. 251 b, Hoc & tu confides magis & nos prope iure

a diffidimus. * Episto. 178 b, Tribus exercitibus quid vis nos oportere confidere. Tuscu. 229 b, Cum admiratus esset Leon, quæsiuit ex eo, qua maxime arte confideret.]

☞ Syntaxis. *Confido. Nimis confidit. Sibi confidere, causæ. Animo confidere, corporis firmitate.*

CONFIDENTIA, tiæ. *impudentia, audacia.* de Orato. 132 b, Tanta confidentia estis, auferte istam enim superbiam, &c pro Fl. 148 a, Videte quo vultu, qua confidentia dicant. I. A. 180 a, Confidentia, & temeritas tua. ad Her. 7 a, Quæ signa confidentiæ sunt, non innocentiæ.

CONFIT. *fit, conficitur.* Att. 141 a, Quo facilius & cum maiore dignitate per te, qui vtrique es coniunctus, res tota conficeret. Atti. lib. 8 a, Commodius cadere non potuit, quam vt res sine sanguine cōficeret.

CONFIGO, gis. *figo, vulnero.* de Fi. 132 a, Cōfigebat tardus celeres, stans volantes. ex Actio. Acad. 22 b, Hercules vt Eurysthei filios, ita suos

configebat sagittis. pro Mure. 129 b, Innectus est scriba quidam C. n. Flauius, qui cornicum oculos confixerit. *Prouerbium.*

¶ *Pono, figo.* In Ant. 210 a, Configere omnes curas & cogitationes in reipublicæ salute.

CONFIXUS, a, um. *transfixus, necatus.* de Nat. 51 b, Capræ in Creta feræ, cùm sunt confixæ venenatis sagittis, dictamnum quærunt. In An. 242 b, Diffidebant etiam Seruio, meminerant eius sententiis confixum Antonium. de Arusp. 245 a, Clodius ducentis, vt ipse gloriari solet, confixus Senatusconsultis.

CONFINGO, gis. *fingo* pro S. R. 23 b, Crimen incredibile cōfingunt. pro Deio. 146 b, Id vos facinus ab optimo viro cogitatum esse confingitis. L. V. 127 a, Confingere aliquid criminis. ad Her. 8 a, Confingere & comminisci aliquem rumorem.

CONFINIS, ne. *vicinus, finitimus.* ad Her. 27 a, Qui perueniunt ad confine genus eius generis, quod appellamus fluctuans.

CONFINIUM, nij. *finis.* Off. 46 b, Conuenit autem in omni re contrahēda, in vicinitatibus & confinijs æquum & facilem esse, multa multis de iure suo concedentem.

CONFIRMATIO, onis. *fides.* de Inuē. 52 a, Signum est, quod sub sensum aliquem cadit, &c. & tamen indiget testimonij & grauioris confirmationis, vt cruor, &c. de Inu. 50 b, Confirmatio est, per quam argumentando nostræ causæ fidem & autoritatem & firmamentum ad-

a iungit oratio. * De Inu. 69 a, Deinde huius cōfirmatio est similibus exemplis, rationibus.]

¶ *Consolatio.* Epist. 80 a, Superioribus literis beneuolentia magis adductus, quam quod res ita postularet, fuit longior, neque enim confirmatione egebat virtus tua.

CONFIRMANDUS, a, um. In Ant. 228 a, De quibus confirmandis & sanciendis legem comitiis centuriatis laturus est. de Diu. 95 a, Satis est ad confirmandam diuinationem, semel ita esse aliquid diuinatum.

CONFIRMATOR, oris. pro Cl. 32 b, Res parum certa videbatur: sequester & confirmator pecuniæ desideratus.

CONFIRMATUS, a, um. *fortis.* pro Q. 14 a, Diffido satis animo certo, & confirmato me posse in hac causa consistere. Epist. 9, Difficile est sensum in repub. præsertim rectum & confirmatum deponere. pro Clu. 23 a, Sassia lætaotis iam animu & spe optima confirmata, nubit Oppianico. de Ami. 110 a, Omnino amicitiæ corroboratis iam confirmatisque & ingeniis, & ætatibus, iudicandæ sunt. Epi. 32 b, Et reuera cōfirmata amicitia commemoratio officiorum superuacanea est. L. V. 148 a, Quam sibi oondum confirmatio consilio, sed ineunte ætate susceperat. Aateq. 195 a, Hoc incommodum in vno confirmatum,

a multorum infirmabit incolumitatem. * ad Her. 8 a, Præterea confirmatior hæc erit disputatio.]

CONFIRMATUM. *certum est.* L. V. 113 a, Quorum omnium testimoniis de hac pecunia confirmatum est.

CONFIRMO, as. *affirmo, asseuero, promitto.* Att. 254 a, Hoc mihi non modo confirmauit, sed et persuasit. de Ami. 97 a, Qualis, vt arbitror, nemo vnquam erit, & vt confirmare possum, certe nunquam fuit. de Orat. 109 a, Certe (vt hominem confirmare oportet) nullus est, &c. Item, hoc vero fieri plane non potuisse cōfirmo. Att. 221 a, & pro Pōpe. 19 b, Ego tibi confirmo, eam, &c. de Cl. 167 a, Hoc sine vlla dubitatione confirmauerim. Epist. 83 a, Meminis me ex multis audire, te de glorioso & celeri reditu meo confirmare. cont. Rul. 66 b, Omni hoc vobis ratione confirmare possum, me, &c. Epi. 80 b, Ego tibi hoc confirmo, nihilo te, &c pro Ar. 188 b, Difficile est hoc de omnibus confirmare. Epi 40 a, De me tibi sic promitto atque confirmo, me, &c & 9 a, Verumtamen ipse me confirmo ad eius voluntatem, a qua honeste dissentire non possum. *alias, confirmo.*

¶ *Consolor.* Att. 12 a, Confirmare & excitare afflictos animos bonorum. Epi. 80 a, Neque enim confirmatione nostra egebat virtus tua, neque erat ea mea causa atque fortuna, vt cui ipsi omnia deessent, alterum confirmarem Quint. F. 304 a, Nunc erige te & confirma, si qua subeunda dimicatio erit.

¶ *Corroboro, stabilio, firmum reddo probo, comprobo.* de Ora. 92 b, Vt id quod intenderemus, confirmare, & id quod contra diceretur, refellere possemus. de Ora. 116 a, Nostra confirmare rationibus, & argumentis, deinde contraria refutare. de Inuenc. 52 b, Exemplum est, quod rem confirmat aut infirmat, &c. de Diui. 116 b, Quanquam tu quidem non hostiarum catuui confirmas sortium similitudine, sed infirmas sortes collatione hostiarum. de Ora. 128 b, Argumentum ratio ipsa confirmat, quæ, &c Att. 264 a, Decretumque Cos. quod ij secundum Buthrotios fecerunt, des operam, vt Planeus noster & primum confirmet. de Finib. 55 a, Confirmare aliquid exquisitis rationibus.

¶ *Vires assumo.* Epi. 256 b, Mihi placebat, si firmior esses, vt te Leucadem deportares, vt ibi te plane confirmares.

CONFIRMOR, ris. *roboror, comprobor.* pro Do. 22 a, Hoc verbis illi sanciri, aut suffragiis confirmari potest?

☞ Syntaxis. *Hoc ego confirmo, & tibi, & de hac re. Ad voluntatem alicuius confirmare se. Confirmo & promitto. Excito, & confirmo. Erigere se, & confirmare. Sancire, & confirmare.*

CONFISIO, onis. L. FIDENTIA.

CONFITENDUM. de Na. 10 b, Esse igitur deos confitendum est.

CONFITENS, tis. de Fi. 69 a, Quod mihi quidem visus est, cum sciret, velle tamen confitentem audire Torquatum.

CONFITEOR, eris. *prœmo fero, agnosco.*)(*inficio.* Att. 38 b, Vectius quod confessus esset se cum telo fuisse, in carcerem coniectus est. de Nat. Deorum 28 a, Vir sapiens peccatum suum, quod celari posset, confiteri maluit. I. A. 163 b, Cùm homines nefarij de patria parricidio confite-

confiterentur. in Sal. 274 b, Sallustius cōfessus est vobis audientibus adulterium. I C. 113 a, Cum id posset inficiari, repentè confessus est. pro Sest. 11 a, Tacendo loqui, non inficiando confiteri videris. pro Ar. 188 b, Quod tu nunc de tuo patrui prędicas, nemo usquam adhuc de sese est confessus. pro Dom. 231 b, De criminibus obiectis nō confiteri contra. Rul. 88 a, Concordiæ patronum me in hunc annum confessus sum. pro Cl. 56 a, Stratonem aliquid de veneno esse confessum. Epist. 59 b, Me abs te cupisse laudari, apertè atque ingenuè confitebar. pro S.R. 38, Confiteri de maleficio. de Leg. 175 b, Cōfiteri religiones. I.A. 208 b, Quo etiam, vt confitear vobis Quirites, minus hodierno die contendi. Epi. 14 b, Nemo est cuius officii me tam esse deuinctum non solum confitear, sed etiam gaudeam. *Tuscu. 199 b, Hæc Epicuro confitenda sunt.]

☞ Syntaxis. *Confiteri peccatum, de adulterio.*

Confixus, a, um. de Orat. 131 a, Nuculam an confixum vis facere? *id est, verbis configere, & exagitare.*

Conflagratus, a, um. ad Herenn. 26 b, Quomodo vrbs acerbissimo concidat incendio conflagrata.

Conflagro, as *ardeo*. Anteq. 192 b, Ne omnes concideretis, ardoreq; flammæ conflagraretis. I.V. 84 b, Ille miser furtorum istius inuidia conflagrauit. de Na. 44 b, Conflagrare terras necesse est. I.C. 103, Inuidiæ incendio conflagrare.

☞ Syntaxis. *Conflagrare ardore flamma, inuidia. Inuidia incendio, & absolutè conflagrare.*

Conflatus, a, um. *compositus, coagmentatus*. pro Cæl. 59 b, Monstrum ex contrariis diuersisque atque inter se repugnantibus naturæ studiis conflatum. pro Lig. 142 b, Aliquotum consensus conspiratus, & pene conflatus. pro S.R. 18 b, Iniuriam nouo scelere conflatam.

☞ Syntaxis. *Conflatum monstrum, consensus, iniuria.*

Conflictio, onis. *conflictus, contentio, quasi concursus*. Parad. 139, Ex rationis autem, & ex firmamenti conflictione, & quasi cōcursu, quæstio exoritur. & ibid Rationum & firmamentorum contentio. Para. 234 b, Rerum inter se pugnantium conflictio & 239 a, Ille status & quasi conflictio cum aduersario & de In. 46 a.

Conflictor, aris. pro Q. 7 b, An vt honestiore iudicio conflictere? at sine summo scelere propinquum tuum iugulare nō potes. Ep. 142 b, Noli pati litigare fratres, & iudiciis turpibus conflictari. Attic. 156 b, Fortuna, qua illi florentissima, nos duriore conflictari videmur. Ep. 90 a, Cęsar diutius velle videtur eos habere solicitos, a quibus se putat diuturnioribus esse molestiis cōflictatum: *alias, conflictum*. ad Heren. 13 a, Homines multis & magnis incommodis conflictantur, propter immensam pecuniæ cupiditatem. de Leg. 162 a, Qui canem & felem vt deos colunt, non eadem superstitione, qua cęterę gentes cōflictantur. de Ar. 253 b, Cum his conflictari, & pro salute patriæ quotidie dimicare, erat omnino molestum. *ad Herenn. 14 b, Deinde si sit in eo occupatus veneuum datum vitio non mediocri conflictetur.]

☞ Syntaxis. *Fortuna conflictatur, & ab hoste, Superstitione conflictari. Cum aliquo conflictari.*

Conflictus, ctus. *conflictio*. de N. 31 a, Lapidum conflictu atque tritu ignem elici videmus. pro Cec. 293 a, impulsu scutorum & conflictu corporum magnas sæpe copias pulsas esse. de D. 217 a, Si nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen.

Confligendi. I.A. 262 b, Pansa principes prælij faciendi, & cum Antonio confligeodi fuit.

Confligendum. Postq. 211 a, Cum mihi priuato confligendum viderem cum ex eo exercitu, qui, &c. pro Cec. 293 b, Vt confligendum sibi & armis decertandum putent. de In. 79 a, Sæpe id quod scriptum & recitando, sępe cum scripto factum aduersarii confligendo. ad He. 3 b, De his rebus caute confligendum est, in quibus tabulæ aut alicuius firma autoritas videbitur interfuisse.

Confligo, *concurrendo concurro, dimico, prælior, prælio decerto, prælium facio prælium committo, signa confero, manum confero*. pro Cecin. 286 b, Potuisti leniore actione confligere pro Dom. 226 b, Sperauit iisdem se copiis cum illo posse cōfligere, quibus cum ego noluissem dimicare. pro Corn. 68 a, Cum ducibus ipsis, nō cum comitatu affectatoribusque confligant. I.P. 83 b, Confligere armis. de Off. 16 a, Et manu cū hoste confligere Offi. 16 b, Temere autem in acie versari, & manu cum hoste confligere, immane quiddam & belluarum simile est. & 17 a, Cleombrotus inuidiam timens, temere cum Epaminunda conflixit I.C. 209 b, Causæ, quę inter se cōfligunt. Epist 174 b, Reliquisque rebus pro nostra salute contra sceleratissimā hostium conspirationem confligamus. de Fini. 53 b, Torquatus cum latinis conflixit apud Veserim. Tuscul. 219 b, Iratumne censes Herculem conflixisse cum Erymanthio apro? pro Pom 9, Qui sæpius cum hoste conflixit, quàm quisquam cum inimico concertauit *De Fin. 107 a, Vniuersa illorum rationem cum tota vestra confligendum puto.]

☞ Syntaxis. *Cum aliquo confligere, & contra aliquem. Actione confligere, manu, armis, copiis.*

Conflandus, a, um. pro Sest. 18 a, quæ ratio aut auferendæ, aut conflandæ pecuniæ non reperiebatur?

Conflatus, a, um. *paratus, comparatus, acquisitus, factus*. pro Clu. 21 a, Hoc totum a matre conflatum est, & perfectum. I.A. 173 b, Bellum quod natum, cōflatum, susceptum opera tua est. pro Qu. R. 55 a, Vnde hoc totum ductum & conflatum mendacium pro Cl. 34 a, Summam alicui inuidiam atque infamiam esse conflatam. de N. 46 a, Mare terram littoribus sic cludit, vt vna ex duabus naturis cōflata videatur. pro Syl. 173 a, Exercitum perditorum clandestino scelere conflatus. I.C. 112 b, Ex perditis conflata improborum manus. de Inuc. 63 a, Ex his duabus diuersis sicuti familiis vnum quoddam est conflatum genus è posterioribus. pro Syl. 174 a, Et ea domi eius pleraque conflata sunt. Offic. 38 a, Cum quæstor esset in exercitu, seditionem esse conflatam. Par. 240 b, A reo querela conflati criminis proteretur. pro Syl. 169 b, Conflato gladiatorum tumultu. pro S.R. 18 b, Iniuria nouo scelere conflata.

Conflo, as. *cogo, conficio*. in Ant. 194 a, Ille cum exercitum nullam haberet, magnum repentè conflauit. pro S.R. a, Eius rei quę conflarit hoc iudicium, mentio facta non est. I.V. 132 a, Venus, quæ totam illam accusationem iudiciumque conflarat. pro Clu. 19 b, Faciamque vt intelligatis in tota illa causa, quid res ipsa tulerit, qd error affinxerit, quid inuidia conflarit. de Ar. 253 b, Clodius nefarias cum multis scelerum pactiones societatesque conflauit ad Herenn 7 b, Nam quiuis horum sensus potest cōflare suspicionem. I.C. 102 a, Si mihi conflare vis inuidiam. pro Cęl. 43 a, Conflare inuidiam alicui iuueni ex communi infamia iuuentutis.

Conflor, ris. I.V. 135 b, Quod cuique negotii conflari volebat, nullo labore faciebat. pro Syl. 169 a, Quibus ipsis tum conflari periculum putabatur. Offic. 4 a, Quibus ex rebus conflatur & efficitur id quod quærimus honestum.

☞ Syntaxis. *Negocium conflare, bellum, mendacium, inuidiam, infamiam, seditionem, tumultum, crimen, iniuriam, pactiones, societates, suspiciones. Periculum alicui conflare.*

Confluens, tis. Epi. 166 b, A confluente Rhodano castra moui.

Confluo, is. *concurro, conuenio, peruenio fluo*. de Cl. 188 b, Confluxerūt enim & Athenas, & in hanc vrbem multi inquinatè loquentes, ex diuersis locis. Tusc. 276 a, Quod accidet etiam nostris, si ad hæc studia plures confluxerint. de Inu. 43 a, Hinc ad ipsos qui eam adepti sunt, laus, honor, dignitas confluit. in Sal. 274 b, Nisi fortè te in ea castra coniecisti, quo omnis sentina reipublicæ confluxerat. de Leg. 170 a, Fibrenus rapide dilapsus citò in vnum confluit. pro Plan. 177 a, Causæ pleræq; ad nos confluunt. I.V. 227 b, Aliqua diuersa in exitu coniungi & confluere.

☞ Syntaxis. *Confluere homines, laudes, dignitatem. Reipub. sentinam in castra.*

Conformandus, a, um. de Or. 86 a, Oratio conformanda est non solum electione, sed etiam constructione verborum. de Ora. 86 b, Orator ita conformandus est, vt, &c.

Conformatio, nis. *forma, compositio, exornatio*. Topi. 222 b, Non esse rursus ea dico, quæ tāgi demonstratiue non possunt, cerni tamē animo atq; intelligi possunt: vt si vsucapionem, si agnationem definias. quarum rerum nullum subest quasi corpus, est tamen quædam conformatio insignita & impressa in intelligentia, quam notionem voco, ea sæpe argumentando definitione explicanda est de Ora. 241 b, Facillimè animo teneri possunt ea quę pęrcipiunt auribus aut cogitatione, si etiam oculorum commendatione animis tradātur: vt res cęcas & ab aspectus iudicio remotas conformatio quędam & imago & figura ita notet, vt ea quæ cogitando complecti vix possemus, intuendo, quasi teneamus. de Natu. 11 b, Compositio membrorum, & conformatio lineamentorum. Tuscu. 158 b, Quasi vero intelligāt animus qualis sit in ipso corpore, quę conformatio, quæ magnitudo, qui locus. de Orat. 97 a, Ipsa collocatio conformatioque verborum perficitur in scribendo. de Natura. 43 a, Animantis figura conformatioque membrorum. de Orato. 94 b, Conformatio quædam & figura totius oris & corporis. & 161 b, Inter conformationem verborum & sententiarum hoc interest, quòd, &c. de Cl. 177 a, Sententiarum ornamenta & conformationes. de Orato 86 b, Vocis conformatio atque varietas. de Natu. 22 a, Omnem talem conformationem animi, philosophi motum inanem vocant: id est, cum de Hippocentauro cogitamus. Officio. 73 b, Altera pars honestatis cernitur in cōformatione & moderatione continentiæ & temperantiæ. ad Heren. 40 b, Conformatio est, cum aliqua quæ non adest persona confingitur, quasi adsit, &c.

☞ Syntaxis. *Conformatio insignita & impressa in intelligentia. Lineamentorum conformatio. Corporis, verborum, membrorum, sententiarum, vocis.*

Conformatus, a, um. *institutus, conceptus*. pro Archid. 185 b, Quòd si hæc vox huius hortatu præceptisque conformata, nonnullis aliquādo saluti fuit, &c. de Nat. deor. 65 a, Mundum non ædificatum, sed à natura conformatum puto.

Conformo as. *compono, fingo, effingo, figuro, formo, informo*. pro Arc. 188 b, Quas imagine ego mihi proponens, animum & mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam. de Fini. 53 b, Ad maiora quædam nos natura genuit & conformauit. ad Heren. 22 b, In primo loco rei totius imaginem conformabimus. pro Mur. 138 b, Consilium tuū vituperare non audeo, nonnulla in te forsitan conformare, & leuiter emendare possum.

Conformor, aris. *fingor*. de Fin. 107 a, Vna pars philosophiæ, qua mores conformari putarent.

☞ Syntaxis. *Mundus conformatus, non ædificatus. Animum & mentem cogitatione conformare. Rei imaginem conformare. Conformare consilium, & emendare, & mores.*

Confossus, a, um. *transfixus, transactus, confectus, necatus*. pro Sylla. 273 a, Quinq; hominibus comprehensis ac confossis, interitu rempub. liberauit.

Confractus, a, um. de L. 281 a, Quæque in porta cōfracta iura sunt.

Confringo, gis. *frango, infringo*. pro Fla. 161 a, Mēbra vxoris fustibus debilitauit, manus contudit, digitos cōfregit, neruos cōcīdit. p Mil. 308 a, Nisi esset is cōsul, qui eā pręturā auderet posset q; cōfringere.

CONFV-

CONFVGIENDVM. de Ora. 90 a, Illustrant orationem, si quis istas ipsas artes velit ad oratoris ei confugiendum est facultatem.

CONFVGIO, git. *concurro, confugio, profugio, perfugio, præsidium vel auxiliū ab aliquo peto.*)(*Excipio.* Tuscu. 166 a, Priamum cum in aram confugisset, hostilis manus interemit. Epist. 51 b, Non enim vt tum me à republica mœstum domus recipiebat, quæ læuaret, sic nunc domo mœrens ad rempublicam confugere possum, vt in eius bonis acquiescam. Tusc. 229 a, Ad te confugimus, à te opem petimus. pro Qui. 2 a, Quintius tot tantisque difficultatibus affectus atque afflictus in tuam fidem, veritatem, misericordiam confugit. pro Font. 280 b, Cōfugere ad opem alicuius. Offic. 41 a, Confugere ad aliquem virtute præstantem. pro Cluent. 43 b, Ille diffidens rebus suis, ad Stalenum & ad pecuniam confugit. Postquam. 266 a, Qui nisi in aram tribunatus confugisset, profecto, &c. Pro S. R. a 23 b, Roscius de amicorum sententia Romam confugit. Attico. 47 a, Ex quibus statim in tuos agros confugiam.

CONFVNDO, dis. *perturbo, misceo, conturbo.* pro Dom. 238 b, An tu hæc ita confondit & perturbasti? de Vn 203 b, Cum ignis oculorum cū eo igne, qui est ob os offusus, se confundit & contulit. Ac. 16 a, Ea philosophia quæ confundit vera cum falsis.

CONFVSE. *permixte.*)(*discrete, delecte.* de Nat. 63 b, Quare, si videtur, noli agere confuse, vt hoc explicemus hac disputatione quod quæritur. de Finibus. 70 a, Epicurus cōtemnit disserendi elegantiam, confuse loquitur. de Inuent. 52 b, In præsentia tantummodo partes argumētandi confuse & permixte dispersimus, post discrete & electe in genus quoque causæ distribuimus. Acad. 15, Non confuse. * ibid. 12 b, Confuse loqui. ad Heren. 38 b, Sed vtræque res coniuratæ, & confuse pronunciatæ sunt. Iui An. 214 b, Confusius acta res est, quam, &c.

CONFVSIO, nis. *perturbatio.* de Le. 174 b, Suos deos aut nouos colit, confusionem habet religionum. de Fin. 149 b, Atque hæc coniunctio cū confusioque virtutum, tamen à philosophis ratione quadam distinguitur. de Nat. d. 1 b, Quibus sublatis perturbatio vitæ sequitur, & magna confusio. pro Muræ. 135 b, Confusionem suffragiorum flagitasti. Offi. 47 a, Hæc confusio temporum.

CONFVSVS, a, um. *perturbatus, turbulentus, varius, permixtus, habens confusionem.* de Inuen. 50 a, Veruntamen non incommodum videtur, quādam syluam atque materiam vniuersam ante permixtam & confusam exponere omnium argumentationum. pro Sestio. 3 b, Sed quoniam singulis criminibus cæteri responderunt, dicam ego de omni statu P. Sestii, de genere vitæ, &c. & ibidem. Contendamque in hac confusa atque vniuersa disputatione, vt nihil, &c. Offici. 19 b, Si hoc de quo loquimur, decorum est, id totum quidem cum virtute confusum, sed mente & cogitatione distinguitur. de Diuinatio. 115 b, Vis quædam diuina, quę confusa toto mundo est & 95 a, Nunc onusti cibo & vino, perturbata, & confusa cernimus. de Cl. 173 b, Sed nec illa oratio cui modi est, vt à pluribus confusa videatur. de Orat. 147 a, Ita confusa est oratio, ita perturbata, nihil vt sit primum, nihil vt secundum. Orat. 216 a, Omnes in oratione esse quasi permixtos & cōfusos pedes. de Diuin. 105 a, Vis quædam sentiens, quæ est toto confusa mundo. de Orato. 154 b, Vt re distinguantur, verbis confusa esse videantur. Aca. 29 b, Anaxagoras dixit materiam infinitam esse, sed ex ea particulas similes inter se minutas, eas primum confusas, postea in ordinem adductas mente diuina. * Offic. 14 b, Philosophi hæc tria genera confusa cogitatione distinguunt.]

Syntaxis. *Confundo, & perturbo. Se confundere, & conferre cum. Temporum confusio. Confusa & permixta disputatio. Vis diuina toto mundo confusa.*

CONFVTATIO, onis. *dissolutio, reprehensio.* ad Heren. 3 b, Confutatio est contrariorum locorum dissolutio.

CONFVTO, as. *refello, refuto, reprehendo, diluo, redarguo, infirmo, dissoluo, redarguo, explodo, conuinco, frango, opprimo, abijcio, aduersarium euerto, falsum esse doceo, tollo.* de D. 85 b, Contra hic disputet, vt Stoicorum magis argumenta confutet, quàm hominum deleat religionem. Tusc. 545 b, Maximisque doloribus affectus eos ipsos inuentorum suorum memoria & recordatione confutat. Parad. 242 b, Confutare audaciam alicuius. * De Natu. 3 a, Qua quidem in causa, & beneuolos obiurgatores placare & inuidos vituperatores confutare possumus.]

CONGELO, as. *conglacio.* Ep. 25 a, Erat in eadem epistola veternus ciuitatis: gaudebam sane, & congelasse amicum nostrum lætabar ocio.

CONGEMO, mis. *simul gemo.* pro Muræna. 130 b, Senatus congemuit frequens.

CONGERO, ris. *congrego, accumulo, comporto.* p Pom. 8 a, Res omnes pulcherrimas Mithridates ex tota Asia direptas in suum regnum cōgesserat. de Diuin. 96 b, Midæ dormienti formicæ tritici grana in os cōgesserunt. de Clar. 192 a, Illud minus erro, quod congessisti operarios omneis. I. A. 186 a, Antonius in Cæsarem maledicta cōgessit. de Cl. 196 b, Vt te eripias ex ea, quam ego congessi in hunc sermonem, turba patronorum. pro Dom. 245 b, In quem dii atque homines omnia ornamenta congesserunt. pro Pl. 264 a, Minturnenses C. Mario viaticum cōgesserunt, nauigium dederunt. pro Plan. 267 b, Sed hoc nescio quo modo frequenter in me congessisti, saneque in eo creber fuisti te idcirco, &c. pro Mil. 113 b, Congerere crimina in aliquē. Attic. 186 a, Bruti, Si omnia simul congessero. * Tuscu. 532 a, In eā quæ conuenerunt, congerunt omnia.]

CONGEROR, ris. *congregor.* Tusculan. 551 b, Congerantur in vnum omnia. de Amic. 170 a, Neque verendum est ne plus æquo quid in amicitia congeratur.

CONGESTVS, a, um. *collectus.* de Diuinat. 122 a, Tritici grana in os pueri Midæ congesta. pro Pomp. 8 a, Innumerabilis pecunia congesta in illam domum est.

CONGESTVS, stus. *comportatio.* de D. 122 b, Herbam autem asperam credo extitisse auium congestu, non humano satu.

CONGIARIVM, rij. *imperatoris donum, à congio, mensura generis vini, & similium.* Att. 557 b, Legiones congiarium ab Antonio accipere noluerunt. Attic. 150 b, Vehementem auaritiam video fuisse, spem magni congiarii. I. A. 182 b, Cęsar muneribus, monumentis, congiariis, epulis multitudinem imperitam lenierat. Ep. lib. 8, Plancus magno congiario donatus est à Cæsare. Cælii.

CONGLACIO, as. *congelo, duresco.* de Natur. 31 a, Aqua neque conglaciaret frigoribus, neque niue pruinaque concresceret, nisi eadem se admisto calore liquefacta diffunderet. Epist. 115 b, Curioni nostro tribunatus conglaciat.

CONGLOBATVS, a, um. *cohærens, congregatus.* de N. 45 b, Terra vndique in sese nutibus suis conglobata. Acad. 29 b, Figura conglobata. Para. 234 b, Definitiones conglobatæ.

CONGLOBOR, ris. *cogor, colligor.* de Natu. 49 a, Mare cum supra terram sit, medium tamen terræ locum expetens, conglobatur, vndique æqualiter, neque redundat vnquam.

Syntaxis. *Terra suis nutibus conglobata.*

CONGLVTINATIO. onis. *connexio.* de Sen. 92 a, Omnis conglutinatio recens ægre, inueterata facile diuellitur. Orat. 504 a, Circuitus conglutinatioque verborum.

CONGLVTINATVS, a, um. I. A. 139 a, Antonius ex his tot vitiis conglutinatus est. Attico. 15 b, Sic tueor, vt possum, illam à me conglutinatam concordiam.

CONGLVTINO, as. *coniungo, copulo, condo, compono.* de Senect. 92 a, Sic hominem eadem optime quæ conglutinauit, natura dissoluit. ad Herenn. 6 b, Ita poteris animi vitium cum causa peccati conglutinare. Att 106 b, Tu soles conglutinare amicitias testimoniis tuis. de Am. 102 b, Episto. 181 a, Vitæ dissimilitudo non est passa voluntates nostras consuetudine conglutinari.

Syntaxis. *Conglutinatus homo vitijs. Conglutinare concordiam, amicitiam, voluntates. Consuetudine animos conglutinare, ac voluntates.*

CONGRATVLATIO, onis. Attic. 274 b, Sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio, congratulatioque me commouet, propterea quòd, &c.

CONGRATVLOR, aris. *signis lætitiam ostendo cum aliquo gaudeo.* pro Plan. 273 a, Sed ea res haud scio an plus mihi profuerit, quā si mihi essent omnes congratulati. pro Sest. 7 a, Mihi denique homines præcipuè congratulabantur, quod habiturus essem, &c.

CONGREDIENDI. At. 249 b, Illud preclare, quòd te consolata est spes breui tempore congrediendi.

CONGREDIENS, tis. *coiens.* de Na. 46 b, Luna tum congrediens cum sole, tum digrediens, &c.

CONGREDIOR, ris. *conuenio, pugno.* Att. 133 a, Sed ego cū hęc scribebā, nec illos congressuros, nec si congressi essent, Pompeium ad vllam cōditionem accessurum putabam, & 576 b, Filius tuus à me abest, in Macedonia congrediemur. & 38 a, Cum eo, vt res indicat, sępe congressus est. & 97 a, Sed explora rem totam, vt quo die congressi erimus, consilium capere possimus. pro Cęlio. 48 b, Vbi cōgressus cum seruis Lucceii Cęlius? pro Planç. 261 a, Venio nunc ad populi partes: qui si tecum congrediatur, &c de Na 26 a. Ne ego incautus, qui tecum congredi conatus sum. pro Lig. 138 b, Tubero contra Cæsarē cōgressus est armatus. pro Mur. 149 a, Quare remoue autoritatem, & congredere mecum criminibus ipsis. pro Syl. 176 a, Nondum statuo te virium satis habere, vt ego tecum luctari & cōgredi debeam. I. P. 92 a Si ipse coram congredi poteris. At. 579 b, Antistius cōgressus P. Dolabella milites habere maluit, &c. Topic. 529 a, Status, in quo primum insistit quasi ad repugnandum congressa defensio.

Syntaxis. *Luna cum sole congrediens.*)(*digrediens. Congredi, absolute: id est, coire, colloqui. Congredi cum aliquo; id est, contendere. Congredi, etiam absolutè: id est, pugnare.*

CONGREGABILIS, le. *congregatus, quod facilè congregatur, & amans sociorum.* Off. 52 a, Apum examina congregabilia natura sunt.

CONGREGATIO, onis de Fin. 107 a, Homines natos esse ad congregationem hominum. de Fin. 104 a, Nos ad coniunctionem congregationemque hominum, & ad naturalem communitatem esse natos.

CONGREGATVS, a, um pro Dom. 226 b, Ex quo iudicare potestis, quāta vis illa fuerit oriens & congregata, cum hæc Cn. Pompeium terruerit, iam distracta & extincta. L. SOLIVAGVS. de Nat. 50 b, In quo admirandum est, congressu-ne aliquo, an iam inde ab ortu naturæ congregatæ sint. pro Dom. 231 a, Multitudo hominum congregata ex seruis conductis. Ac. 25 a, b, Niuem aqua esse congregatam. Par. 121 a, Latronum multitudo vnum in locū congregata. pro Cec. 196 b, Coacti sunt ii, qui ab aliquo sunt vnum in locum congregati.

CONGREGO, as. *colligo, coaceruo, conuoco, concerno, aggrego, cogo, frequento, contrago, in vnum locum compello.* pro Quint. 9 b, Is, qui cum re aut voluntas congregauit, aut fortuna coniunxit. de Natura. 9 b, Chrysippus magnam turbam cōgregat ignotorum deorum: *id est, colligit.* de Orato. 87 b, Homines dispersos & dissipatos vnum in locum congregare. & pro Sest. 22 b, Tusculan. 161 a, Qui dissipatos homines congregauit. de Finibus. 134 b, Homines æqualibus delectantur, libenterque se cum his congregant. in Vat. 34 a, Leg. Paulum in eundem hunc numerum congregatti. pro Rab. 95 a, Atque ibi se cum suo patruo & cæteris congregare. I. A. 261 a, Ciues vnum se in locum ad curiam congregabant.

Syntaxis. *Congregare in vnum locum, in fortun. socium, in numerum. Congregare se.*

Con-

Congressio, onis. *congressus, colloquium, sermo.*)(*Digressio.* Topi. 225 b, Amori congressio causam attulit, amor flagitio. Q. fr. 304 a, His de causis hoc malum, quod te non vidi, minus acerbum fuit, quã fuisset tum congressio, tum vero digressio nostra. pro Cluen. 26 a, Nemo illum aditu, nemo congressione, nemo sermone dignum putabat. I A. 169 a, Persuasique vt eum a tua non modo familiaritate, sed ét congressione prohiberet. Offic. 26 b, Congressiones familiarum. de Orato. 101 a, In congressionibus hominum.

Congressus. sus. *pugna.* de Or. 138 a, Ante congressum multa fiunt, q̃ non ad vulnus, sed ad speciem valere videantur.

Colloquium, *congressio.* I A. 244 b, Nempe in Antonij congressum colloquiumque veniendum est. pro Sest. 25 a, Omnes aditum sermoné, congressum tuum fugiunt. Acad. 2 b, Quasi verò clarorum virorum aut tacitos congressus esse oporteat, aut ludicros sermones, aut rerũ colloquia leuiorum. pro Syl. 170 a, Cum interim Sylla cum eisdem ne mediocri quidem sermone & congressu coniungeretur. pro Plan. 273 a, Eorum neminem à congressu meo ianitor abstetruit? Orato. 199 b, Congressus nostros, consuetudinem victus, sermonesque doctissimos requiro. Att. 20 a, Mihi verò vt inuideant piscinarij nostri, aut scribam ad te alias, aut in congressum nostrum reseruabo. Attic. 178 a, Si quis congressus fuerit mihi cum Cæsare. At. 14 a, Ac mihi persuaseram fore, vt omnia placarentur inter vos, non modo sermone ac disputatione, sed conspectu ipso congressuque vestro.

¶ *Sententia.* de N. 50 b, In quo admirandum est, congressune aliquo inter se, an iam inde ab ortu natura congregatæ sint.

☞ Syntaxis. *Venire in colloquium, & congressum alicuius. In cõgressum reseruare. Fugere, & requirere congressus.*

Congruens, tis. *aptus, accommodatus, conueniens, consentiens.*)(*Repugnans, discrepans.* de Orato. 162 b, Actio mentis congruens esse debet. de Finib. 138 b, Actiones uirtutibus congruentes. de Leg. 163 b, Siue Aristotelem & Theophrastum cum illis re congruentes, genere docendi Paulum differentes. de Cl 175 a, Tubero vita seuerus, & congruens cum ea disciplina quam colebat. Par. 234 b. Actio congruens & apta ad animos permouendos. de Orat. 147 b. Is sunt in eo genere laudandi laudis, quod ego aptum & congruens nominem. de Fini. 74 a, Eadem ratio fecit hominem appetẽtem, cumque his natura & sermone & usu congruentem. Epist. 141 b, Initium suspicionis mihi fuerunt literæ tuæ, quibus literis congruentes fuerunt aliæ postea multorum. Episto. 106 a, Sed tamen erat aptum bibliothecæ, studijsque nostris congruens. Acad. 12 a, Maxime autem cõuincuntur, cum hæc duo pro congruentibus sumunt, tam vehementer repugnantia. de Leg. 162 a, Oratio verbis discrepans, sententijs congruens. de Cl. 177 a, Gestus cum sententijs congruens. * Epist. 141 a, Quibus literis congruentes fuerunt aliæ postea multorũ. Tusc. 228 b, Animi corporum doloribus congruentes.]

☞ Syntaxis. *Actio congruens, homo. Sumere aliqua pro congruentib. Aptum, & congruens, & contrà cum aliquo congruens.*

Congruenter. *conuenienter.* de Orato. 146 a, Ad id quod agitur, aptè congruenterque dicere. de Finibus. 95 b, Congruenter naturæ, cõuenienterque viuere. * De Finibus. 97 a, Conuenienter, congruenterque naturæ uiuere.]

Congruo, is. *conuenio, consentio.*)(*Discrepo, repugno.* I. V. 134 b, Si enim suos dies mensesque cõgruere volunt cum solis lunæque ratione. Attic. 111 a, Reliqua patebant, & cum Terentiæ summa congruebant. de Orat. 162 b, Non omni causæ congruis orationis vnum genus. de Finib. 94 a, Principijs congruere debent quæ sequuntur. de Am. 101 b, Si aliquem nacti sumus, cuius cum moribus & natura cõgruamus. Attic. 27 b, Valde eius sermo de Publio cum tuis literis congruebat. de Finib. 85 b, Quanquam ea epistola cum sententia eius philosophi nullo modo congruebat. Offic. 54 b, Etenim quod summum bonum a Stoicis dicitur, conuenienter naturæ viuere, id habet hanc (vt opinor) sententiam, cum virtute congruere semper. Tuscul. 244 a, Cõgruere naturæ, & cum ea conuenienter viuere. de Diui. 100 b, Io his omnibus responsa aruspicum cum Sybillæ versibus congruebant. de Leg. 266 b, & 167 a, Hi de re vnà solùm dissident, de cæteris mirificè congruunt. Tusculan. 215 a b, Corporis temperatio, cum ea cõgruãt inter se, e quibus constamus, sanitas dicitur. pro S. R. 28 b, Cum multæ causæ conuenisse in vnum locum, atque inter se congruere videntur. de Ar. 250 b, Ea pars legis tuæ quæ congruebat cum iudicio senatus. pro Mar. 233 b, Nostri sensus in bello congruebant. de Inuen. 46 b, Nam illa quæ prima dicuntur, si vehementer velis congruere & cohærere cum causa, ex eis ducas oportet, quæ post dicenda sunt.

☞ Syntaxis. *Cum aliquo, & alicui congruere. De hoc non congruunt illi. Ista inter se congruunt. Congruere, & cohærere in aliqua re.*

Coniectio, onis. *coniectus.* pro Cæcio 293 a, Ictu cominus eiectione telorum magnas sæpe copias pulsas esse. Idem somniorum coniectionem definit hoc modo, esse vim cernentem & explanantẽ, quæ à dijs hominibus significentur in somnijs. & de N. 45. de Di. 135.

Coniector, oris. *interpres somniorum, portentorum vates.* de Diu. 136 a, Defert ad coniectorem quidam, somniasse se ouum, &c. de Di. 86 b, Somnij interpretatio a coniectoribus facta. & 151 a, Cõiectos quidã & interpres portentorum. & 134 a Coniector somniorum. Par. 230 a, Vaticinationes, & responsa sacerdotum, aruspicum, coniectorum. de Diu. 89. & 95. de Orat. 230.

Coniectura, æ. *omen, suspicio, diuinatio, praesensio, augurario, existimatio, signum, sensus, ἐικασία.* Attic. 187 a, Quod autem sino hanc rem ἐικασίαν a te. de Inuent. 64 a, Omnis igitur ex causa ex persona, ex facto ipso coniectura capienda est. Episto. 94 b, Omnino si quæris, ludi apparatissimi, sed non tui stomachi: cõiecturam enim facio de meo.

de Inuent. 65 b, Hæc ad aliquam coniecturam faciẽdam pertinent. I. V. 145 b, De cæteris ex hoc coniecturam facere debebitis. de Diui. 139 a, Coniectura quæ in varias partes duci potest, nonnunquam ét in contrarias, nihil incertius. & c 138 a, b, An ea quæ dixi quicquam aliud significant, nisi acumen hominum, ex similitudine aliquo coniecturam modo huc modo illuc ducentium? Attic. 125 a, Non ariolãs vt illa, cui nemo credidit, sed coniectura prospiciens iam iamque maiora, &c. & 206 b, Quam tu coniecturam faciebas ex literis Messalæ. de Diuinat. 125 a, b, Etiamsi fieri possit coniectura vera somniorum, tamen illi qui profitentur, eam facere non possunt. & 122 a, Cur autem de passerculis coniecturam facit? pro Mur. 134 b, Ex vultu coniecturam faciunt, quantum, quisque animi habeat. de Diuin. 95 b, Facta etiam coniectura in Dionysio est, qui, &c. & 96 b, Fiunt certæ diuinationum coniecturæ à peritis. de Cl. 169 b, Tantummodo coniectura ducor ad suspicandum. pro Clu. 27 b, Iam hæc diuinatio est: sed vide ne mea coniectura multo sit verior. * pro Dom. 264 b, Ad illam rationem coniecturamque reuoco.] Attic. 236 b, Cupio antequam Romam venio, odorari diligentius, quid futurum sit: quãquam vereor, ne nihil coniectura aberrem. contra Rull. 64 a, Hæc a me suspicionibus & coniectura coarguuntur. Orato. 208 b, Cum de verò ambigitur, quid quæri coniectura solet. pro Flac. 147 b, Iudicate aliquid coniectura. pro S. R. 28 b, Tamen non temere creditur, neque leui coniectura res penditur. pro S. R. 35 a, Etiam-ne in tam perspicuis rebus argumentatio quærenda, aut coniectura capienda est? pro Qu. R. 48 a, Multam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura. de Diuinat. 133 b, Ex ebriorum visis innumerabilia coniectura trahi possunt, quæ futura videantur. pro Dom. 216 a, Nonnulli ad illam rem rationem coniecturamque reuocabant, qui, &c. de Ar. 256 b, Ad quem metum si deorum monitis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu coniecturaque raperemur. pro Cæl. 51 b, Hæc causa ab argumentis, à coniectura, ab ijs signis quibus veritas illustrari solet, ad testes tota traducta est. de Diuinat. 85 b, Artes quæ coniectura continentur, & sunt opinabiles. 95 b, Alia subitò ex tempore cõiectura explicantur. Attic. 156 b, Transisse enim cum iã putabat, cõiectura dierum ac tempestatum. Epistola. 127 a, Quanquam quò me coniectura ducat, habeo. item: Sed ea vos coniectura prospicitis. Att. 2 a, Petitionis nostræ huiusmodi ratio est, quod adhuc coniectura prouideri possit. pro Pom. 9 a, Multa præterea consulto, sed ea vos coniectura perspicitis. pro Domo. 215 a, Neque id coniectura prospiciebamus, sed iam experti videbamus. Episto. 5 a, Quæ autem posita sunt in coniectura, quæque mihi videntur fore, ea puto tibi à me scribi oportere. I. A. 218 a, Quis sapientior ad coniecturam rerum futurarum? de Natura. 9 b, Chrysippus magnam turbam congregat ignotorum deorum, atque ita ignotum, vt eos ne coniectura quidem informare possimus. I. V. 248 b, Quid eius sit, coniectura vos assequi debetis. & ibidem. & Attic. 191 b, Coniectura bona est. Attic. 28 a, Quantum coniectura auguramur. I V. 101 b, Ex vno de ceteris coniecturã facere. & 166 b, Pro Mur. & 126 a, Huius rei coniecturam de tuo ipsius studio facillime ceperis. de Orato. 136 b, Facere coniecturam de se. * de Diu. 120 a, Iam vero coniectura omnis.]

☞ Syntaxis. *Coniecturam capere, facere, ducere. Coniectura prospicere, duci, aberrare, coarguere, iudicare, pendere aliquid, explicari quippiam, contineri.*

Coniecturalis, le, *inficialis.* Top. 229 a, Prima quæstio aut inficialis, aut coniecturalis appellatur. Top. 224 b, Sed locus hic magis ad cõiecturales causas valet. ad Her. 7 b, Cõiecturalis status. de In. 63 b, Nũc à coniecturali constitutione proficiscemur, cuius exemplum sit hoc expositum. In itinere quidam, &c. de D. 114 a, Omne genus cõiecturale in hoc ferè genere ponebas.

Coniectus, ctus. *coniectio.* Att. 55 b, Q. fr. domus facta coniectu lapidum. de Or. 163, Oculorum tum coniectu, tum hilaritate. & pro Pl. 263 a Oculorum coniectus.

Coniectus, a, um. I. C. 100 b, Ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari non posse viderentur, parua quadam declinatione effugi. Attic. 278 a, In te omnium coniecti oculi sunt. de Orat. 129 a, b, Coniectis oculis, gestu omni imminenti, inquit, &c. pro Muræ. 141 b, Hæc omnia crimina à multitudine in tuam unicam diligentiam sensus coniecta sunt. p Sest. 11 b, Inimici oratio vana improbe clarissimos viros coniecta. de Diuinat. 92 b, Tum ei dormienti est &c. visum se interfectum in plaustrum à caupone esse coniectum & super stercus iniectum. I. V. 115 a, O præclare coniectum à vulgo in illam prouinciam omen communis famæ atque sermonis.

¶ *Coniectura notus.* Q. fr. 321 b, Quòd epistolam diu in manibus habui, ideo multa coniecta sunt, aliquid alio tempore. de Diuinat. 104 b, Ea quibus bene percepta sunt, non sæpe falluntur, male coniecta, maleque interpretata falsa sunt non rerum vitio, sed interpretum inscitia. de Diuinat. 122 a, Hæc non tam admirabilia sunt, quàm coniecta belle.

Conijcio, cis. *coniecto assequor vel consequor, coniecturam facio, coniectura prospicio vel perspicio, agnosco, auguror, interpretor, diuino, existimo.* I. V. 250 a Quàm multos esse oporteret, ex ipso nauigio cõijciebat. Attic. 239 a, Sed cito conieci Lanuuij te fuisse. de Orato. 147 b. De me enim conijcio. Q. fr. 328 a, Quàm te velim cautum esse, in scribẽdo, ex hoc conijcio, q, &c. de Cl. 169 a, L. Brutus, qui de matre suauiãda ex oraculo Apollinis tam acuta coniecit. de D. 111 a, Nunc igitur, q̃ tempestas impendeat, vates melius coniiciet quam gubernator? & ibidem. Bene qui conijciet, vatem hunc perhibeto.

¶ *Confero, immitto, trudo, emitto.* Episto. 114 b, Nam disputando coniecit illam vocem Cn. Pompeius, omnes oportere senatus dicto audiẽtes esse.

tes esse. I. A. 164 a, Negociumque transegisset, ni se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset. de Diuinat. 117 b, Sed te mirificam in latebram coniecisti. Offic. 45 b, Demetrius Periclem vituperabat, quòd tantam pecuniam in præclara illa propylea coniecit. I. V. 239 a, Cóijcere aliquem in vincula, vel in carcerem. Episto. 183 b, Respub. iacet in ijs perturbationibus, in quas eam ille coniecit. I. C. 104 a, Cum illum ex oculis insidijs in apertum latrocinium coniecimus. pro Domo. 226 b, Clodius Pompeium foro priuauit, domum coniecit. Att. 76 b. Appius in vltimam prouinciam se coniecit, Tarsum vsque. pro Cel. 51 a, Licinius in fugam se coniecit. pro Cæl. 51 a, Sin se in intimum conijcere vellent, non satis cómode calceati & vestiti id facere possent. de Orato 191 b, Cum quis se mente ac voluntate conijcit in versum, verba sequuntur. pro Plan. 265 a, Conijcere maledicta in aliquem. pro Qu. 9 b, Ergo in eum qui, &c. omnia tela coniecisti. pro Plan. 277 a, Conijcere causam in locos. *id est, diuidere.* Parad. 116 a, Ego vero illa ipsa ludens conieci in locos communes. de Diuina. 183 a, Quam legem eisdem prope verbis nostri viri 10 decimam tabulam coniecerunt, Attic. 255 b, Itaque id procemium conieci in eum librum quem ad te misi. Epist. 118 b, In Epicuri nos aduersari nostri castra coniecimus. de Ar. 244 a, Conijcere telum, & emittere telũ.

Conijcior, ris. *agor, impellor, emittor* in Verr. 265 a, In Latumias statim conijciebantur. I. P. 100 a, Nulli conijcientur in hunc ordinem, nulli eximentur. Tusc. 169 a, Conijci in carcerem. Tusc. 230 a. Conijci in eculeum. I. V. 134 a, Nunquid igitur oportet nisi tres sortes cóijci et vnam educi? nihil conijci iubet tres, &c. de Ar. 354, Cum in me flãma illorum temporũ conijciebatur, excepi, & pro patria solus exarsi. in Vat. 31 a, Omnia tela in te conijcientur.

☞ Syntaxis. *Conijcere ex, & de se. Conijcere se in fugam. Conijcere maledictum, telum in aliquem. Conijcere sortis, aliquem in carcerem, vincula.*

Coniugatio, onis. *συζυγία* de Sen. 88 a, Capitum coniugatio, & religatio, & propagatio vitium. Topic. 224 a, Locus ex coniugatione, id est, ex coniugatis. & 221 b.

Coniugata, orum. *coniuncta*. Top. 221 b, Coniugata dicuntur, q̃ sunt, ex uerbis generis eiusdem: ut sapiens, sapienter, sapientia.

Coniugium, gij. *connubium, matrimonium.* Offic. 11 b, Prima societas in ipso est coniugio. pro Clu. 57 b, Præterea quid eam sibi domũ cóniugij delegit, in qua, &c. Atti. 97 b, Etiam mehercule lætatus sum • sermone Pylæ de coniugio Tulliæ meæ. * de Finib. 110 a, Coniugia uxorum, & vxorum.]

Coniugo, as. *coniungo.* Off. 12 a, Est de iucũdissima amicitia, quam morum similitudo coniugauit.

Coniuncta, orum, *coniugata.* de Orato. 183 b, Ex coniunctis sic argumenta ducuntur, &c.

Coniuncta, orum. *adiuncta, locus dialecticus.* Part. 230 a, Alia, ex coniunctis.

Coniunctè, ssimè, *simul coniunctim.*) (*.simpliciter, separatim.* de Orat. 131 b, Si quando risus coniunctè re verboque moueatur. de Am. 93 b, Coniunctissime & amantissime uiuere cum aliquo. & de Or. 143 b, de Orato. 123 a, Simpliciter dici. /(*.Coniunctè efferre* Epist. 67 a, Cóiunctè ne malles cum cæteris rebus nostra contexere, an separare, • &c. * ad Heren. 6 b, Deinde coniunctè de confirmatione, & confutatione dicendum fuit.]

Coniunctim *coniunctè.* pro Cæl. 117 b, Neue quid coniunctum de ea re referretur a Coss. de Inu. 44 a, Ac mihi videtur coniunctim agendum de materia & partibus.

Coniunctio, onis. *copulatio, necessitudo, affinitas, cognatio, societas, consociatio, congregatio, conuenientia, continuatio, quasi concentus atque consensio.* Episto. 8 b, Quod mihi de filia & Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuam, & spero nobis hanc coniunctionem voluptati fore. Episto. 53 b, Sin minus, me certe in omnibus rebus satis nostræ coniunctioni amorique facturum. Attic. 89 b, Dixerim me vel plurima vincola tecum summæ coniunctionis optare, & sunt amoris arctissima: tantum abest, ut ex quo astricti sumus, laxari aliquid velim. I. A. 248 a, Sed hanc mihi dissipationem pro paterna necessitudine & coniunctione deposco. I. A. 262 b, Hoc pro coniunctione & beneuolentia nostra mihi sumpsi, ut id a te peterem, quod, &c. Epist. 207 b, Quæsturæ coniunctio liberorum necessitudini proxima est. de Finibus. 104 a, Nos ad coniunctionem congregationemque hominum, & ad naturalem communitatem esse natos. Epist. 208 a, In omnibus nouis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit, & qua commendatione quasi amicitiæ fores aperiantur. & 214 b, Idque ipso p familiari consuetudine sæpe ex me audieras, quam suauis esset inter nos & quanta coniunctio. pro Domo. 218 b, Hanc nostram coniunctionem certi homines fictis sermonibus diremerunt. & 237 a, Eius autoritas propter tantam coniunctionem affinitatis minor est putãda. pro Plan. 263 a, Iam municipia coniunctione etiam vicinitatis uehementer mouentur. pro Cæ. 44 a, Rationem tantæ familiaritatis & tantæ consuetudinis, tantæ coniunctionis reddas necesse est. I. A. 218 a, Quorum est nemo, qui non mecum habeat aliquam coniunctionem gratiæ. de Amic. 100 a, Si exemeris ex rerum natura beneuolentiæ coniunctionem. *id est amicitiam.* Off. 3 a, Commune animãtium omnium est, coniunctionis appetitus procreandi causa. de Diu. 135 a, Hac igitur mentis coniunctione cum externis mentibus cerni quæ sint futura, continuatio coniunctioque naturæ. de Diuinat. 134 a, Coniectores ex quadam conuenientia, & coniunctione naturæ, q̃ vocant *συμπάθειαν*, quod cuique rei conueniat, ex somnijs, & quid • quamque rem sequatur, intelligunt. * Episto. 82 b, Pro nostra & mutatorum multorum, & studiorum, & partium coniunctione. par. 231 b, Constructio uerborum tum coniunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur.]

¶ *Coniunctio, pro ea quam partem orationis, faciunt Grammatici.* Ora. 209 b, Cum demptis coniunctionibus, dissolute plura dicuntur.

¶ *Enunciationis genus, in qua & adhibetur.* de Fat. 152 b, Ergo hæc quoque coniunctio est ex repugnantibus, & est Fabius, & in mari Fabius morietur. & ibidem. Non & natus est quis oriente canicula, & is mari non morietur. & 143 a, b, Ex connexo transferri ad coniunctionum negationem, hoc modo: Si cui venæ sic mouentur, is habet febrem: non & alicui uenæ sic moueantur, & febrem is non habet. Topi. 225 b, Coniunctionum negantia.

¶ *Verborum quædam exornatio est, cum interpositione verbi, & superiores orationis partes comprehenduntur, & inferiores, hoc modo.* Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut uetustate ad He. 3 a b.

☞ Syntaxis. *Coniunctio quæsturæ, affinitatis, vicinitatis, beneuolentiæ, naturæ, mentis. Conuenientia, & coniunctio. Hominum coniunctio congregatio, communitas.*

Coniunctus, ctior, ssimus. *iunctus, copulatus, continens, adiunctus, cohærens, consentiens, implicatus cum aliquo, communis, sociatus, connexus; habens societatem, coniunctionem gratia, quasi deuinctus, necessarius.*)(*.dissimilis, solitarius.* At. 13 a, Multa consuetudine coniuncti inter nos sumus. de Amic. 103 b, Tum etiam cum iis & inter se coniunctissimos fuisse M. Curium & Tit. Coruncanum. Attic. 229 b, Vt nosmetipsi inter nos coniunctiores simus. in Verro. 216 b, Non solum amicitia, sed etiam cognatione cum aliquo coniunctum esse. pro Cl. 50 a, Equites ordini senatorio concordia coniunctissimos esse cupio Attic. 263 a, Me paterna necessitudine coniunctum semper habuisti. pro Plan 264 a, Qui est cum illo maximis uinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus. I. A. 154 a, Vrbs mihi coniunctissima. pro Syll. 178 a, Homo mihi coniunctissimus officijs, usu, consuetudine. de Am. 311 b, Homines beneuolentia coniuncti I. V 219 a, Quæ cognatio studiorum & artium prope modum non minus est cõiuncta, quam illa generis & nominis. pro Syll. 168 a, Non enim iam se ullo officio cum illo coniunctum putat, qui, &c. de Clar. 165 a, Vir egregius coniunctissimusque mecum consiliorum omnium societate. pro Domo. 218 b, Quod par amicitiæ fuit vnquam coniunctius, quam, &c. Epist. 231 a, Nihil potest esse coniunctius, quàm nos inter nos sumus. de Orato. 87 a, Antonius summa enim Crasso familiaritate coniunctus. Att. 142 a, Vt per te qui utrique es coniunctus, res tota cóficeret. & ibidem b, Cum utrique sis maximè necessarius. & 264 b, Homo familiarissimus, & mihi omnibus rebus coniunctus, de Na. 41 b, Deos inter se quasi ciuili conciliatione societate esse coniunctos. Episto. 214 b, Lucius magna mecum necessitudine coniunctus est. de Orato. 139 a, Hæc & natura, & utilitate, & tractatione coniuncta sunt. de Orato. 148 a, Philosophia oratori coniuncta maximè. de Diuin. 125 a, Primum extra sunt coniuncta mundo. Officio. 39 b. Iustitia coniuncta intelligentiæ Oct. 329 a, Mea salus cõiuncta publicæ saluti. pro Sest. 3 b, Dolor coniunctus officio. Off. 2 a, Præcepta naturæ cõiuncta. *i. naturalia.* de Sen. 89 b, Virtuti tuæ fortunæ coniuncta est. de Nat. 7 a, Motus sensui coniunctus & continens. I. C. 104 a, Latrones scelerum fœdere inter se ac nefaria societate coniuncti. pro Cæl. 39 b, Quis turpioribus uiris coniunctior? Offic. 10 a, Talis autẽ simulatio uanitati coniunctior est, quam liberalitati. Epist. 54 a, Cũ omnium nostrum periculum esset coniunctum suo. de Diuinat. 125 b, Conueniens & coniuncta inter augures constantia. de Orato. 156 b, Verba continuata & coniuncta pro Sest. 9 a, Scelera quæ tibi cum illo coniuncta atque communia sunt. de Amic. 111 b, Vt quoniam solitaria non posset uirtus ad ea quæ summa sunt peruenire, coniuncta & sociata cum altera perueniret. pro S. R. 24 b, Quæ uita est maxime disiuncta a cupiditate, & cum officio coniuncta. de Clar. 194 b, Et dicendi ardore eram propior, & ætate coniunctior. de Orato. 86 b, Celeritas respondendi subtili uenustate coniuncta. de Orato. 106 a, Dicendi uis egregia summa festiuitate & uenustate coniuncta. Ep. 69 b, Declarat eum summam beneuolentiam coniunctam pari prudentia. I. A. 190 b, Ea summa miseria est, summo dedecore coniuncta. de Orato. 164 a, Verba neminem mouent, nisi eum, qui eiusdem linguæ societate coniunctus est. I. V. 68 a, Vita multis uitijs flagitijsque coniuncta. de Leg. 157 b, Fannij ætate coniunctus Antipater. de Clar. 189 a, Varro cum Sicinio ætate coniunctus. I. V. 233 b, Postea decernitur, ac non uarie, sed prope coniunctis sententijs. I. P. 86 a, Qui discessus cum gloria potius esse coniunctus quam probo putaretur. de Amic. 98 b, Quo cum mihi coniuncta cura de republica fuit. Episto. 46 b, Quod existimas meam causam coniunctam esse cum • tua. * Episto. 93 b, Tu, qui coniunctissimus fuisti mecum, & sententia, & uoluntate.]

☞ Syntaxis. *Coniunctus cum aliquo, alicui. Coniuncti inter se, amicitia, cognatione. Habere aliquem coniunctum officijs, usu, consuetudine. Familiaris, & omnibus rebus coniunctus. Coniunctum & continens. Coniunctum & commune. Coniunctum & sociatum. Vita uitijs coniuncta. Coniunctus alicuius ætate: id est proximus. Constantia conueniens, & coniuncta inter amicos. Philosophia oratori coniuncta maxime.*

Coniungendus, a um. pro Clu. 26 b, Similitudo morum multum ualet ad coniungendas amicitias. Aca. 119 b, Vt mihi uel consiliũ meũ cum illius consilio, uel fortuna coniungenda.

Coniungo, gis. *copulo, coniugo, conglutino, consocio, congrego, coagmento, concilio, connecto.* Attic. 262 b, Ego ad prætores misi, ut se nobis coniungerent pro Deiot. 151 a, Deiotarus, quo cum mihi amicitiam respub. conciliauit, hospitium uoluntas utriusque coniunxit. I. A. 210 b, Quanquam nos ab ineunte ætate illius uitis, cõsuetudo studioꝶ̃ etiam

etiam honestissimorum societas similitudoque coniunxit. pro Pom. 92, Quantum illud bellum factum putetis, quod coniungant reges potentissimos. I. P. 83 b, Quem ego ciuem meo iudicio cum deorũ immortalium laude coniungo. Q. F. 297 a, Difficile est ea, quæ commodis, utilitate & prope natura diuersa sunt, voluntate coniungere. Epist. 63 b, Non dubito quin Resp. nos inter nos conciliatura coniunctosq; sit. pro Q. 9 b, Is qui cũ te aut voluntas congregauit, aut fortuna coniunxit. I. P. 233 a, Coniungere necessitudinem cum aliquo. Post q. 205 a, Nunquam dubitasti meam salutem cum salute communi coniungere. pro Q. R. 47 b, Falle socium, qui se in negocio coniunxit. Att. 162 b, Volare dicitur Petreius, cum Afranio coniunxisse. Epi. 109 b, Eamque epistolam cum hac coniunxi.

Coniungor, ris. pro Syl. 170 a, Cum interim Sylla cũ eisdem ne mediocri quidem sermone & congressu coniungeretur. de Cla. 175 a, In doctrina Academicorum veterum differendi ratio coniungitur cum suauitate dicendi & copia. I. V. 207 b, Portus, qui cum diuersos inter se aditus habeant, in exitu coniunguntur. de Prou. 78 a, Quod me secum ne beneficiis quidem videbat posse coniungi. de Ora. 137 a, Neque tanti est illud quod videtur prodesse, vt cum aliquo malo coniungatur. Q. Fr. 193 a, Aliquem hospitio, & amicitia cum aliquo coniungi. Qu. Fra. 294 a, Cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitatu coniungitur.

☞ Syntaxis. *Coniungere aliquem cum deorum immortalium laude, id est, æquè laudare ac deos. Conciliare & coniungere inter se amicos. Coniungi, & confluere.*

Coniux, gis. *particeps connubij*. Att. 118 b, Vagamur egentes cum coniugibus & liberis. & I. V. 69 a, de Nat. 73 a, Qui non sat habuit coniugem illexisse in stuprum. Quin. Fra. 303 b, Fidelissima coniunx. & • in Antonium 186 b, & I. C. 122 b, * Tusc. 224 b. Medea apud quendam poetam dicere audet se, coniugem habuisse illum, amor quem dederat.]

Coniuratio, onis. *conspiratio, consensio*. I. C. 161 b, Vt omnes factam esse aperte coniurationem contra rempu. videretis. I. C. 114 b, Hæc in rempu. coniuratio manifeste deprehensa est & 129 a, Tam exitiosam haberi coniurationem a ciuibus nunquam putaui. Offi. 61 a, Nam si omnia facienda sunt quæ amici velint, non amicitiæ tales, sed coniurationes putandæ sunt. I. C. 200 a, In coniuratio perditorum hominum? *id est, cœtu coniuratorum.*

Coniuratou, oris. I. C. 122 b, Manus coniuratorum, quam videtis esse per magnam.

Coniuratus, a, um. pro Font. 178 b, Testibus cupidis, iratis, coniuratis, non credendum esse. pro Mur. 136 b, Homines iam tum coniuratos cum gladiis in campum deduci a Catilina sciebam. pro Plan. 280 b, Exules coniurati.

Coniuro, as. *consentio, conspiro*. pro Syl. 180 a, Catilina contra rempu. cõiurauit. & ibid. b, Ii quos coniurasse cognitum est de Ar. 252 a, Hi quibus cum coniurasti. pro Mil. 113 b, Seruos Milonis sibi confessos esse de interficiendo Pompeio coniurasse. Epi. 63 a, Scito me tãtum habere æris alieni, vt cupiam coniurare.

Connecto, ctis. *coniungo*.)(*separo*. de Nat.

Æternum ex astris cupiens connectere nodum.

Connectou, ris. *iungor*. de Orat. 158 a, Nam illud ex hoc genere profluit: non est in vno verbo translato, sed ex pluribus continuatis cõnectitur. Attic. 252 a, Ista vero quæ tu connecti vis, aliud quoddam separatum volumen expectant. de Diuina. 131 b, ἀκροστιχίς, cum deinceps ex primis versus literis aliquid connectitur. de Diuin. 141 b, Si verum est, quod ita cõnectitur: si quis oriente canicula natus est is in mari non morietur. de Fini. 63 a, Amicitia cum voluptate connectitur.

Connexio, onis. de Ora.

Connexus, a, um. *nexus, aptus, coniunctus*. I. P. 81 b, Persequere his funeribus connexos dies. de Natu. 45 b, Qui tam certos cœli motus, tam ratos astrorum ordines, tamque omnia inter se apta & connexa viderit. de Finibus. 118 a, Est apud illos ordo rerum conseruatus, & omnia inter se apta & connexa. de Orato. 18 a, Connexum sit principium consequenti orationi, ita vt, &c. de Somn. 128 a, Nomen tibi orbibus connexa sunt omnia. Part. 242 b, Sic inter se pleraque sunt • connexa & apta, vt, &c. * de Fin. 140 b, Virtutes ita copulatæ connexæque sunt, vt &c.}

☞ Syntaxis. *Apta, & inter se connexa. Connexa, & apta.*

Connexum, xi. *enunciati & conclusionis genus*. Acad. 14 b, Ratio connexi, cum concesseris superius, cogit inferius concedere. de Fat. 143 a, Si quod primum in connexo est necessarium, sit etiam quod consequitur necessarium.

Connitor, ris. *nitor, operando conor*. Offic. 43 b, Quantum conniti animo potes, quantũm labore contendere, tantum fac vt efficias. de Fi. 224 b, Cum autem paulum firmitatis accesserit, connituntur vt se erigant, & manibus vtuntur. In Ara.

Atque genu flexo taurus connititur ingens.

de Diuina. 89 b, Deinde eius germanum cornibus connitier in me arietare.

Conniuendum, pro Fl. 151 b, In quo etiam si quid errasset, omnes boni conniuendum esse arbitrarentur.

Conniuens, tis. Tusc. 174 a, In mediis vitæ laboribus obdormiscere, & ita conniuentem somno consopiri sempiterno. de Nat. 55 a, Oculi somno conniuentes, palpebris tãquam inuoluti quiescunt. de Ar. 252 b, Conniuentes oculi abaut tui.

Conniueo, ues. *palpebras oculorum moueo, modò claudens, modò aperiens: dissimulo*. pro Cęl. 46 a, Multa nobis blandimenta natura dedit, quibus sospita uirtus cõniueret. I. A. 255 b, Sed ea ipsa concedo, quibusdam in rebus etiam conniueo pro Cęl. 50 a, Pro dij immortales, cur interdum in hominum sceleribus maximis conniuetis? de Ar. 256 a, Qui in tot tantisque sceleribus conniuebant.

Connixus, a, um. *fultus, firmus*. Tus. 185 b, Ratio connixa per se & progressa longius fit perfecta uirtus.

Connubium, bij. *coniugium*. Antequam. 596 b, Tuque particeps cõnubij, socia regni regina Iuno. Top. 222 a, Mulier nupta cum eo cui cõ• nubij ius non est. Offi. 11 b. Sequuntur connubia & affinitates. * de Or. 88 a, Romulus sabinorum connubia coniunxit.]

Connus, ni. Ep. 140 b, Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen, is Connus uocitatus est: num id obscœnum putas?

Conou, aris. *tento, experior, molior, enitor, incumbo, id ago, vt, &c. id molior, id pugno, vt, &c.* de Orato. 124 a, Poetas omnino quasi alia quadã lingua locutos non conor attingere. de Orat. 145 b, Sed priusquam illa conor attingere, proponam, &c. de Orator. 206 a, Videtne profecto Demosthenẽ multa perficere, non multa conari: illum posse, nos velle. pro Sex. Rosc. 27 a, Non modò facere non possum, uerum ne conor quidem pro Quin. 14 a, Dixi mihi uideri ore durissimo esse, qui præsente eo gestum agere conaretur. pro Sext. Rusc. 41 b, Multa efficere, plura conari. Orato. 217 b, Id fortasse non perfecimus, conati quidẽ sumus. de Vn. 101 b, Hæc si uerbis explicare conemur, frustra laboremus. I. C. 108 b, Quibus hoc præcipiendum uidetur, vt desperẽt se id quod conatur, consequi posse. pro Cluent. 56 a, Mater in filij caput quæstionem habere conata est. & 52 a, Hæc si T. Attius cogitasset, ꝑfecto ne conatus quidem esset dicere, id quod multis verbis egit, iudicem non deuictum legibus esse oportere. pro Deiot. 147 a, Quod & occultius conari & cautius efficere potuit. Orator. 199 b, Magnum opus omnino & arduum Brute conamur. sed nihil difficile amanti puto. Episto. 57 a, Et afferam rationes, quibus te a molestijs coner abducere, & 4 b, Qui nunc, &c. si qua conabuntur agere, satis prouisum est, &c. Epi. 10 b, Ea est enim contus, quib. pateiacti, &c. Epi. 52 b, Auc. n. bellum renouare conati sunt, & hi se in Africam cõtulerunt. de Arus. 245 b, Si impetum in me facere conabitur, resistã, & eius conatus refutabo.

☞ Syntaxis. *Conor attingere. Conari multa.*

Conquassatio, onis. *concussio, commotio*. Tusculan. 215 a, Morbus & ægrotatio ex totius valetudinis corporis conquassatione & perturbatione gignuntur.

Conquassatus, a, um. *concussus, commotus*. pro Sest. 15 b, & in Vat. 32 b, Exteras nationes illius anni conquassatis videbam. Epi. 50 b, Omnes prouinciæ conquassatæ sunt. de Diu. 100 b, Apulia maximis terræmotibus conquassata est.

Conquerendum. pro Sest. 5 b, Nihil ab eo prætermissum est, qđ aut pro republica conquerendum fuit, aut pro reo disputandum.

Conqueror, ris. *deploro*. Ep. 60 b, Nihil tecum de tui fratris iniuria cõqueror. Epist. 120 a, Contristauit hæc sententia Cornelium, & scio eum conquestum esse cum Scipione. in Verro. 236 a, Non illi bonorum direptiones, non iniqua iudicia, non vim, non contumelias, quibus oppressi erant, conquerebantur, sed, &c. & 271 a, Si ad saxa hæc conqueri ac deplorare vellem. & 157 a, Tanta vis erat iniuriarum, vt homines quiduis perpeti, quàm non de istius prauitate, & iniuriis deplorare & conqueri mallent pro Sext. Rosc. 22 b, Conqueri de scelere & iniurijs alicuius. 20 a, Grauiter conqueri. Tuscol 186 a, Con• queri fortunam aduersam, non lamentari decet. * pro Sest. R. 39 a, Non fuit tantus homo Sext. Roscius, vt de eo potissimum conqueramur.]

☞ Syntaxis. *Conqueri cum aliquo Conqueri, ac deplorare aliquid, & contrà. Conqueri de aliqua re. Conqueri, non lamentari.*

Conquestio, onis. *querela*. Quint. fra. 294 a, & pro Mur. 125 a, & de Inuen. 61 a.

Conquiescendus, a, um. de Or. 160 b, Notatur autem maximè similitudo in conquiescendo.

Conquiesco, scis. *quiesco, consideo, desino*. Ora. 206 b, Ita postremò eiiciuntur, vt ne ad saxa quidem conquiescant. pro R. P. 129 b, Hyeme omnia bella iure gentium conquiescunt. pro Milo. 114 b, Si vrbs ab armis sine Milonis clade nunquam esset conquietura. pro Corn. 55 b, Is à pueritia vsque ad hanc ætatem à continuis bellis nunquam cõquieuit. pro Domo. 233 a, Nunquam conquiescet fluctus bonorum. contra Rull. 64 b, Vectigal, quod intermissis alijs non conquiescat. ꝑ Milo. 108 b, Itaque quando illius postea sica conquieuit? Episto. 2 a, Quoniam tu nisi perfecta re de me non conquiesti. de Finibus. 128 a, Videmus igitur vt conquiescere ne infantes quidem possint. Atti. 4 a, Ex omnibus molestijs ac laboribus vno illo in loco conquiescimus. Epist. 129 a, & Attic. 20 b, Quod nos quoque imitamur, vt possumus, & in nostris studijs libentissime conquiescimus. Epistol. 18 b, Vt ætas nostra iam ingrauescens in amore atque in adolescentia cõquiescat tua. de Am. 100 a, In amici mutua beneuolentia, cõquiesceret. Episto. 51 b, Habebam, quò confugerem, vbi conquiescerem, cuius in sermone & suauitate omnes curas doloresque deponerẽ. pro Pomp. 6 a, Etiamsi irruptio nulla facta sit, tamen agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit. pro Archi. 187 b, Hic homo suppeditat nobis, ubi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures conuicio defessæ conquiescant. At. 199 a, Conquiescent literæ, nisi quid noui extiterit.

☞ Syntaxis. *Conquiescimus, in aliqua re, dum quietè nobis est, atque tranquillè. Quies scuo studiorum: id est, intermissus cessat.*

Conquiro, ris. *inuestigo, magna diligentia quæro*. cont. Rul. 85 b, Statim conquisituri sunt aliquid sceleris. Offi. 75 b, Conquirere suauitates vndique

vndique. ad Heren. 1 a, Græci scriptores ne parum multa scisse viderentur, ea conquisiuerunt, quæ nihil attinebāt, vt ars cognitu difficilior putaretur. de Orato. 145 a, Sed quid ego vetera conquiram? I.V. 108 b, Conquiri Diodorum iubet. de Ora. 102 a, Non enim hos conquirimus, sed, &c.

CONQVISITOR, ris. *indagor* Episto. 65 b, Ego tamen terra marique vt conquireretur, præmandaui: & profectò illum reperiam, nisi in Dalmatiam aufugerit. de Finib. 88 a, Sed es nullam aliam ad rem, nisi ad voluptatem conquirimur.

CONQVISITE, *exquisitè, diligenter, doctè*. ad Herenn. 16 a, conquisitè conscribere aliquid.

CONQVISITIO, onis. de Pro. 70 a, Exercitus superbissimo delectu, & durissima conquisitione collectus. de Vniu. 196 a, Difficillimum est in omni conquisitione rationis exordium.

CONQVISITOR, oris. *qui aliquid, conquirere iam mandatum*. ad Att. 115 a, Nullus usquam delectus: nec enim conquisitores φαινοπροσωπεῖν audent, cum ille adsit. item pro Mil. 114 a.

CONQVISITVS, a, um. *exquisitus, insignis*. Tusculan. 140 a, Incendebantur odores, mensæ conquisitissimis epulis extruebantur. de Ar. 857 a, Siquis aliquem fictis conquisitisque vitijs deformatum vellet inducere. contra Roll. 85 b, Isti ab Rullo conquisiti atque electi coloni. ° de Finibus. 55 a, Et rationibus conquisitis de dolore disputandū.]

CONSALVTATIO, onis. Att. 33 a, Consalutatio forensis.

CONSALVTO, as. *saluto*. de Ora. 109 b, Qui cū inter se, vt eorum vsus ferebat, amicissimè consalutassent. in Aot. 17 t.

CONSANESCO, scis *sanor, sanus fio*. Epi. 51 b, Nunc hoc tam graui vulnere, etiam illa quæ consanuisse videbantur, recrudescunt.

CONSANGVINEVS, a, um. *sanguine coniunctus, propinquus*. de In. 50 a, & 61 a, Cognatio, quibus maioribus quibus consanguineis.

CONSAVCIO, as. *saucio, vulnero*. ad Her. 30 a, In hoc autem crebro & celeri vulnere corpus consauciari videtur.

CONSCELERATVS, a, um. *sceleratus*. pro S. R. 29 b, & I.V 94 b, & Oct. 33 a, Quæ furiæ dies noctesque parentum pœnas à consceleratissimis filijs repetant.

CONSCENDENS, tis. Ep. 40 b, Tamen vt audit tua interesse, conscendēs iam nauem, Epheso Laodiceam reuertit.

CONSCENDO, dis. *ascendo*. Q. fr. 307 b, Tu velim quàm primùm conscēdas ad meque venias. Attico. 135 a, Si Cn. bene cumitatus conscendisset, & consules transissent. Epistol. 119 a, Quamobrem conscende nobiscum, & quidem ad puppim. vna nauis est iam bonorum omnium, &c.

Syntaxis. *Conscendere nauem, ad puppim*.

CONSCENSIO, onis. *ascensus*. de D 94 b, Conscensio, in naues.

CONSCIENTIA, tiæ. *recordatio, animi quædam ratio, vel lex, à qua de rectè factis, & factis admonemur*. de Natura. 77 a, Et virtutis & vitiorum sine vlla diuina ratione graue ipsius conscientiæ pondus est: qua sublata iacent omnia. Attic. a 10 a, In omni vita sua quenquam a recta conscientia transuersum vnguem non oportet discedere. pro Mil. 113 a, Magna vis est conscientia in vtranque partem, vt neque timeant qui nihil commiserunt, & pœnam semper ante oculos versari putent qui peccarint. I. A. 18 a, In ipsa conscientia rectè factorum satis magnus laborum fructus est. Attic. 195 b, Mea mihi conscientia pluris est quàm hominum sermo. Part. 123 b, Timor ex conscientia peccatorum exoritur. Antequam. 195 b, Illi scelerum suorū conscientia cruciati Popu. Roman. pęnas dabunt. I.C. 97 b, Patere tua consilia non sentis? constrictam iam omnium horum conscientia teneri coniurationem tuam non vides? & 115 a, Is recitatis literis conscientia conuictus repente conticuit. & 107 a, Homo audacissimus conscientia conuictus reticuit. pro Cæl. 42 b, Qui non modo facto, sed etiam conscientiæ suspicione abest. de Cl. 167 b, Qui in hoc communi malo consoletur se, cum conscientia optimæ mentis, tum etiam vsurpatione & renouatione doctrinæ. pro Mil. 113 b, Cōscientia magnorum delictorum. de Finibus. 59 b, Quòd si qui satis opibus hominum sibi contra conscientiam septi esse & muniti videntur, deos tamen horrent: easque ipsas solicitudines, quibus eorum animi noctes atque dies exeduntur, à dijs immortalibus supplicij causa importari putant. Parad. 119 a, Te conscientiæ stimulant maleficiorū tuorum. Offic. 69 a, Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse? quæ vulnera? de Legibus 163 b, & 164 a, & 198 b, Itaque pęnas luunt, non tam iudicijs, quàm quod eos, agitant insectanturque furiæ, non ardentibus tædis sicut in fabulis, sed angore, conscientiæ, fraudisque cruciatu. de Offic. 60 b, Sceleris est pœna tristis, & pręter eos euentus qui sequuntur, per se ipsa maxima est: cum vero iurato dicenda sententia sit, meminerint Deum se habere testem: id est, vt ego arbitror, mentem suam, &c. pro Domo. 241 b, Aliquem conscientia peccati profugisse. Episto. 36 a, Hæc ad te scripsi liberius, fretus conscientia officij mei. Attic. 146 b, Pręclara igitur conscientia sustentor. de Legibus. 164 a, Angor & solicitudo conscientiæ uexat impios. pro Clu. 29 a, Consilia conscientięque facinorum supplicio digna sunt. I.V. 273 b, Illi ad quos conscientiæ contagio pertinebit. ad Herenn. 7 b, Accusator dicet aduersarium cum ad eum ventum sit, erubuisse, expalluisse, titubasse, inconstanter locutum esse, &c. quę signa conscientiæ sunt. de Finib. 70 b, Epicurus in magnis interdū versatur angustijs, ut hominum conscientia remota nihil tam turpe sit quod no uoluptatis causa videatur esse facturus. I.P. 87 b, Tu oppressus conscientia scelerum tuorum. & 88 b, Impedita & oppressa mens conscientia. & ibid. a, Horum alter sic fuit infirmatus conscientia scelerum & fraudum suarum, ut non sit ausus, &c.

Syntaxis. *Conscientia pondus angor, vis. Conscientię te vexans malefacti. Officij conscientia fretus. Conscientia sustentari praclara. Conscientia signa, id est, læsa, vel peccans. Conscientia opprimi. Mens impeditur, & opprimitur conscientia.*

CONSCINDO, dis. *discindo, scindo, discerpo*. Epist. 104 a, Epistolam tuam conscindi innocentem. nihil enim habebat, quod nō vel in concione rectè legi posset. I.V. 159 b, Conscindere aliquem pugnis & calcib. Atti. 34 a, Conscindere aliquem sibilis.

CONSCINDOR, ris. *laceror*. Attic. 134 a, Is me ab optimatibus inconscindi.

CONSCISSVS, a, um. Epist. 107 a, Quòd epistolam conscissam doles, noli laborare, salua est domi.

CONSCISCO, scis. *infero*. In Ver 176 b, Aratores mortem sibiipsi consciuerunt. de Cla. 168 a, Themistocles veneno sibi mortem consciuit. Epi. 97 a, Mortem mihi cur consciscerem, causa non visa est: cur optarem, multæ, & ibid. Aut capiendus tanquam exilio locus, aut consciscenda mors voluntaria. de N. 27 b, Iunius necem sibi ipsi ipse consciuit. pro Clu. 54 a, Is mortem sibi ipse cōsciscet. At. 283 b, Nec incolumis fui Cæsare viuo, nisi postquam illud consciui facinus.

Syntaxis. *Consciscere sibi mortem. Consciscenda mors voluntaria. Facinus consciscere.*

CONSCIVS, a, um. *particeps, socius testis*. pro Cluent. 29 a, Is conscius illi facinori fuisse putabatur. de Orat. 198 a, Vides officium agi meum quoddam, cui tu es conscius. I.V. 229 a, Nolo viros primarios esse temeritati & mendacio conscios. Att. 165 b, Ille mihi in priuatis rebus omnibus conscius. Episto. 179 a, Conscius autem mihi eram, nihil à me commissum esse, quod, &c. Tuscu. 277 a, Etsi mihi conscius sum, unnquam me cupidum fuisse vitæ. Offic. 66 a, Ego mihi nullius culpæ conscius sum. pro Cęl. 48 b, Huic tanto facinori tua mens liberalis conscia esse non debuit. pro Cęlio. 52 a, Serui conscij multarum rerum. pro Deiot. 274 a, Horum, inquit, eram conscius & ibidem. Habere aliquem conscium maximi sceleris. Episto. 91 b, T. Pomponius homo omnium meorum in te studiorū & officiorum maximè conscius. Pro Font. 277 a, Satis ne vobis multos satis idoneos testes & conscios videtur ipsa fortuna esse voluisse earum rerum. quæ, &c. de Finibus. 72 b, Facile vt excogitet, quo occulte, sine teste, sine vllo conscio fallat. ad Heren. 22 b, Et eius rei multos dixerit testes & conscios esse.

Syntaxis. *Facinoris conscius, & facinori. Testis & conscius boni, & mali. In hoc tibi sum conscius.*

CONSCRIBO, bis *scribo, compono*. de Senec. 94 b, Sed illos etiam de quibus audiui & legi, & ipse conscripsi. Atti. 221 a, Conscripsi de his ipsis libris epistolam ad Cęsarem. Ad Heren. 1 a, Vt de ratione dicendi conscriberemus. Epist. 104 b, Institui Topica Aristotelica conscribere, ab ipsa vrbe commonitus amantissima tui. Att. 191 b, De Antonio Balbus ad me cum Oppio conscripsit. pro S. Rosc. 35 a, Volumen quod ei planum facere possum Erucium conscripsisse. Episto. 193 b, Milites, quos Dolabella ex Asia conscripserat, e Syria fugientes in Pamphyliam venerunt.

CONSCRIBOR, ris pro Dom. 244 a, Cum homines in tribunal Aurelio palam conscribi centuriarique vidissem. pro Sest. 20 a, Cum serui vicatim conscriberentur, decuriarentur.

CONSCRIPTIO, onis. *scriptio*. pro Clu. 58 a, Falsæ conscriptiones quæstionum.

CONSCRIPTVS, a, um. *scriptus*. de Cla. 176 b, Liber, quem de consulatu suo cōscriptum misit ad Furium poetam. pro Clu. 57 a, Fortunas alterius literis conscriptas in iudicium afferre.

¶ *Ad hæc* CONSCRIPTI *dicebantur, qui ex equestri ordine patribus ascribebantur, vt numerus senatorum expleretur. hinc postea senatores omnes, Patres conscripti appellati*. I.C. 118 b, Quare P.C consulite vobis, &c. ad Her. 31 a, Demus operam Quirites, ne omnino Patres conscripti putentur.

CONSECRATIO, onis. *dedicatio*. pro Dom 238 a, An cōsecratio nullum habuit ius? dedicatio esse religiosa? pro Dom. 237 b, Clodius suis se dicit manibus domum ciuis optimi consecrasse. quæ tua fuit consecratio? pro Dom. 237 b, & 238 b, Cōsecrationes fiebant aut à Pontificibus aut a Trib. pleb. pro Cor. 61 b, Obtestatio & consecratio legis. pro Dom. 239 a, In cōsecratione statuebantur aræ, quæ religionem afferrent.

CONSECRATVS, a, um. *sacer*.) (. *Profanus*. In Ver. 200 b, Hunc cupidinem, quod consecratus erat, non attigit: item, Aristeus cum Libero patre eodem in templo consecratus. ad Quinct. Frat. 296 b, Vrbes in quibus tuas virtutes consecratas vides. Tusc. 155 a, Vetera iam ista & religione omnium consecrata. Tusc. 176 a, Qui certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti & consecrati sunt. In Cat. 118 a, Campus consularibus auspicijs consecratus. I.V. 225 a, Sicilia cereri consecrata est, & 119 a, Mutia honor hominis deorum religione cōsecratus. I.V. 69 a, Delubra sanctissimis religionibus consecrata. Tuscul. 190 a, Ars eius atque vtilitas deorum immortalium inuentioni consecrata: *id est, inuentio*. de Natura. 38 a, cupidinis & Veneris vocabula consecrata. Tuscu. 230 a, Ratio disputandi Socratis Platonis memoria & literis consecrata. pro Sest. 27 b, Neque si hanc opinionem in illo sanctissimo Hercule consecratam videmus, minus existimemus, &c. pro Muræ. 124 a, Illa solennis comitiorum precatio consularibus auspicijs consecrata. de Natu. 69 b, certæ tempestates Popu. Romani tribus consecratæ. & 71 b, Quarum rerum vtilitatem video etiam consecrata simulacra. de Diuinat. 21 b, Belluas a barbaris propter beneficium consecrata. de Legib. 175 a, Ex hominum genere consecrati, vt Hercules, &c. de Diu. 133 a, & 101 a, Ex eo aio loquendi ara in noua via consecrata est. Qu. Fr. 296 a, Virtutes tuas con-

consecratas, & in deorum numero collocatis vides. pro Cluen. 26 a, Martiales quidam Latini appellantur ministri publici Martis, eique Deo veteribus institutis consecrati. de N. 69 a, Virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam. de Arusp. 245 a, Clodium esse consecratum Miloni. Part. 233 a, Locus consecratus.)(. *Locus profanus*.

Consecro, as. *dico, dedico, sacro, religiosum facio, monumentum facio, fanum alicui facio, mortuum in locum aliquem infero*. de Na. 37 b, Quamuis Menti delubra, Virtuti & Fidei consecremus, tamen, &c. Qu. fra. 298 b, Amplissimis monumentis consecrare memoriam nominis sui. de Leg. 170 a Patria, cui nos totos dedere, & in qua nostra omnia ponere & quasi consecrare debemus. pro Dom. 223 b, Quid nūc apud pontifices agis? te meam domum consecrasse, te monumentū fecisse, in ædibus meis te signum dedicasse. de Legib. 174 a, Ne quis agrum consecrato, auri argenti sacrandi modus est. pro Ar. 191 a, Fuluius Martis manubias Musis consecrauit. Ar. 190 b, Ego illā consecrabo omni genere monumentorum. I. V. 215 a, Dare, donare, dicare, consecrare aliquid Ioui Opt. Max. de Natura. 45 b, Consecrare & publice dedicare aliquem Deum. & 38 a, Liber, quem maiores nostri consecrauerūt. pro Dom. 238 a, C. Attinius bona Qu. Metelli cōsecrauit, foculo posito in rostris adhibitoque tibicine. pro Dom. 241 b, Consecrare aram in littore. de Natu. 67 a, Omne ferè bestiarum genus Aegyptij consecrauerunt. de D. 21 b, Aegyptij nullam belluā nisi ob aliquam vtilitatem consecrauerunt. de Leg. 185 a, Athenienses Impudentiæ fanum fecerunt. sed uirtutes non uitia consecrare decet. de N. 90 a, Mater Phalaridis visa est uidere in somnis simulachra deorum, quæ ipsa Phalaridis domi consecrauisset, &c.

Consecror, ris. I. V. Apud omnes Græcos hic mos est, vt honorem hominibus habitum in monumentis huiusmodi nonnulla religione deorum consecrari arbitretur. pro Corn. 61 b, Aut pœna, cum caput eius qui contra facit consecratur. pro Milo. 557 a, Qui tyrannos necarunt, prope ad immortalitatem, & religionem, & memoriā consecrantur. de Leg. 175 a, Bene uero quod mens, pietas, fides consecratur manu: quarum omnium Romæ dedicata publice templa sunt. I. V. 215 b, Tui nominis æterna memoria simul cum templo illo cōsecratur. pro Domo. 237 a, An putatis, si is potestatem tenuerit, & aliquid dixerit, domum uniuscuiusque consecrari posse? pro Cor. 61 a, ● Cum caput eius, qui contra legem facit, consecratur. * de N. 39 a, Aer Iunonis nomine consecratur.

Syntaxis. *Addictus & consecratus. Consecrari Deorum religione. Ars inuentionis Deorum consecrata. Litera consecratum, Consecrare, domū, facere monumentum, signum dedicare. Consecrare, & dedicare aliquem. Consecrare aliquem ad memoriam, & religionem. Aer consecratus nomine Iunonis. Caput alicuius consecrari.*

Consectarius, a, um. de Finib. 117 b, Illud uerè minimè consectarium. sed in primis hebes, illorum scilicet nominum gloriationem dignam esse beatam vitam, quòd non possit sine honestate contingere, ut iure quisquam glorietur. item, Nunc uenio ad illa tua breuia, quæ consectaria esse dicebas: & primum illud quo nihil potest esse breuius, bonum omne laudabile, laudabile autem omne honestum: omne igitur bonum honestum: o plumbeum pugionem. de Finibus. 117 a, & 196 b, Consectari me Stoicorum breuia & acuta delectant.

Consectatio, onis. *captatio, aucupium*. Or. 212 b, In huius concinnitatis consectatione, Gorgiam fuisse principem accepimus.

Consectatrix, cis. *auceps*. Offic. 76 a, Libidines sunt consectaria voluptatis.

Consectio, onis. *sectio*. de Natura. 56 b, Consectio arborum. de Diuinatio. 104 b, Nisi consectationis materiæ fabricam haberemus. *alias, confectio.*

Consectus, ta. in Arat. & de Nat.

Hic quantis terris consectus pellitur orbis.

Consector, aris. *imitor, quæro, sequor, aucupor, capto*. de Orato. 87 b, Ac, ne omnia consector, comprehendam breui. I. P. 91 b, Leuitatis est, inanem aucupari rumorem, & omnes vmbras etiam falsæ gloriç cōsectari. de Orato. 119 a, Tardi ingenij est riuulos consectari, fontes rerum non videre. de Le. 157 a, Susenna in historia puerile quiddam consectatur. Tusculan. 230 a, Cicero genus disputandi Socratis consectatus est. Offic. 44 a, Alexander beneuolentiam Macedonum largitione consectabatur. de Orato. 146 b, Vitium quod nonnulli de industria consectantur. Atti. 212 a, Ne existimes, qui non debita consectari soleant, quod debeatur remissuros. de Finibus. 55 b, & 94 a, Nemo est qui dolorem ipsum, quia dolor sit amet, consectetur, adipisci nolit. pro Ceci. 175 a, Si tam verç homines verba consectarentur quā rem. Off. 17 a, Bonus ciuis non opes aut potentiam consectabit. Ora. 20 b, In Panathenaico Isocrates ea se consectatum fatetur. & de Or. 117 a, Vitiosa consectari imitando.

¶ *Insequor, urgeo, uexo, premo*. Attic. 33 a, Consectari aliquem clamoribus, & conuicijs, & sibilis. de Inuen. 76 a, Licinius hostes consectatus est, & confecit.

Syntaxis. *Consectari beneuolentiam, hostes, aliquem, conuicijs, sibilis.*

Consecutio, onis. *consequentia, connexum*. de In. 52 a, Simplex conclusio ex necessaria consecutione conficitur. de Fin. 56 b, Ipsa detractio molestiæ consecutionem affert voluptatis.

¶ Συντάξις, id est, *apta verborum compositio, & constructio*. Partit. 231 a, Consecutio verborum in coniunctione seruanda, ne generibus, numeris, temporibus, personis, casibus perturbetur oratio: nā vt in simplicibus verbis, quod non est Latinum, sic in coniunctis, quod nō est consequens, vituperandum est.

¶ *Quæstio qualitatis, qualitas ipsa*. de Orato. 153 a, Cognitionis tres modi, coniectura, definitio, &, vt ita dicam, consecutio. & ibid. Consecutio tractatur, cum quid quāque rem sequatur, inquiritur, vt illud: Sit-ne aliquando mentiri boni viri.

Consecutus, a, um. in Ant 159 a, Proximo, altero, tertio, denique reliquis consecutis diebus non intermittebas, &c. * pro Sest. 281 & 20 a, Consecuti dies pauci omnino Ianuario mense.]

Consenesco, cis. *senex fio, annis & ætate ingrauesco*. Attic. 30 a, Noster amicus magnus, cuius cognomen vna cum Crassi diuitiis cognomine consenescit. pro Cluem. 20 b, Soror in huius amantissimi sui fratris manibus & gremio, mœrore & lachrimis consenescebat. Atti. 37 b, Deinde omnes illius partis autores etiam nullo aduersario consenescere. de Oratore. 106 b, & pro Cluē. 18 b, Veteres leges aut ipsas sua vetustate consenuisse, aut nouis Legib. esse sublata. de Sen. 83 a. Quā uis consenuerint vires, atque defecerint.

Consensio, onis. *consensus, conspiratio*. Tusculan. 154 b, Omni in re cōsensio omnium gentium lex naturæ putanda est. Episto. 13 b, Quo in discrimine mirifica senatus, incredibilis Italiæ totius, & singularis bonorum omnium consensio in metuendo extitit. de Amic. 98 b, Et id in quo est omnis uis amicitiæ, voluntatum, studiorum & sententiarum summa consensio. pro Fon. 277 a, Consensio Gallorum. Bru. 91 b, Res omnium consensione laudata. Postquam. 212 a, Nulla de illis magistratum consensio. Attic. 156 b, Quorum societas & sceleratæ consensionis fides quò eruperit, uides. * I. V. 237 a, Nullç ne cōsensione factæ esse dicuntur.] *Obseruat. Ad bona, ad peruerterem.*

Consensus, us. *consensio, conspiratio, quasi concentus, conuenientia, cognatio*. Tusculan. 155 a, Omnium consensus naturæ vox est. I. A. 103 b, Nunquam inter senatum & uos consensus maior ulla in causa fuit. de Natura. 65 a, Illa mihi placebat oratio de conuenientiā consensuque naturæ, quam quasi cognatione continuatam conspirare dicebas. & ibidem. Iste quasi cōsensus, quam συμπάθειαν Græci uocant. de Diuin. 11 b, Cognatio naturæ, & quasi concentus atque consensus, quam συμπάθειαν Græci uocant. & ibidem a, Rerum natura vno consensu iuncta est atque continens, de Orato. 144 b, Omnium quasi consensus doctrinarum concentusque de Finibus 140 b, Conspiratio consensusque uirtutum. Attic. 274 b, Omnium ordinum consensus. pro Dom. 228 a, Vnus consensus omnium. de Ar 258 a, Consensus ordinum est diuulsus Episto. 12 a, Maxima uis est in consensu bo● norum. * Episto. 77 a, Ille consensus bonorum, quem ego idē effeceram. & 149 b, Omnium gentium consensum, & incredibilem conspirationem adiuua.]

Consentaneus, a, um *aptus, cōueniens, consentiens, verisimilis*.)(. *Dissentaneus, sed agna hæret, vt aiunt*. de Natura. 34 a, Cum in æthera astra gignatur, consentaneum est in ijs sensum inesse & intelligentiam. Offic. 76 a, Non id spectandum est quid dicat, sed quid consentaneum sit ei dicere. de Fat. 147 a, Stoici consentaneum est oracula cōprobare. Offi. 2 a, Hæ disciplinæ si sibi consentaneæ esse uelint, de officio nihil queant dicere. Orato. 203 b, Dicere significat quasi aptū esse, consentaneumque personç & tempori. Episto. 56 b, Relinquebatur triste quoddam & his temporibus consentaneum genus literarum. de Natura. 37 b, Actiones consentaneæ appetitionibus. Offi. 56 a, Hæc formula Stoicorum rationi disciplinæque maxime consentanea. Epistu. 34 a, Quod quidem erat consentaneum cum ijs literis, quas ego Romæ acceperam. de Diuin. 136 a, Obscura somnia minime consentanea sunt maiestati deorum. Offic. 14 a, Non est autem consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate. & 59 b, Deorum id esse quod consentaneum sit hominis excellentia, &c. I. A. 223 b, Eiusque mors consentanea uitæ fuit. Epist. 100 b, Cum his ea consentanea & consequentia sint, ne de eorum quidem ueritate est dubitandum. de Leg. 174 a, Optimæ leges dare consentaneas. Offic. 36 a, Perspicere, quid in quaque re uerum sincerumque sit, qd consentaneum cuique, quid consequens. Part. 230 a, Vt ea quç sunt ipsi contrariove eius aut similia, aut dissimilia, aut consentanea, aut dissentanea. de Orato. 124 a, Ex consentaneis, & præcurrentibus, & ● repugnantibus argumenta ducuntur. * De Fin. 95 a, Quod genus conueniens consentaneumque dicimus. Acade. 8 b, Nam tantum abesse dicebat vt ei consentaneum esset, vt maxime etiam repugnant.]

Syntaxis. *Mors vitç consentanea: id est, similis, consentiens, Consentaneum & consequens. Aptum & consentaneum.*

Consentiens, tis. *conueniens, conspirans*. de Diuin. 133 a, Animorum consentientium multitudine repletum esse mundum. de Diui. 98 a, An dum bestiæ loquantur, expectamus, hominum consentiente autoritate contenti non sumus? Attic. 65 b, Nemo in terris est mihi tam consentientibus sensibus. de Senect. 90 a, Cuius de laudibus omnium est fama consentiens. de Diu. 127 a, Cum stellç in eam partem venerint, quæ coniunctum aliquid habeat, aut consentiens, ea triangula illi & quadrata nominant. de Natura. 29 b, Tanta rerum cōsentiens, conspirans, continuata cognatio. Attic. 282 b, Ciuitas in retinēda libertate consentiens. de Natur. quadragesimanona b, Copulatio rerum & quasi cōsentiens ad mundi incolumitatē coagmentatio naturæ. de Fin. 62 b, Epicurus quantos quantaque amoris conspiratione consentientes tenuit amicorum greges? Tusc. 242 b, In quo a doctis positum est consilium omnis uitæ consentiens & pene conspirās. Acad. 33 a, Epicurus cuius est disciplina nunc notior, neque tamē cū Cyrenaicis de ipsa uoluptate consentiens. de Clar. 177 a, Motus cū uerbis sententijsque consentientes.

Consentini. *populi, Italiæ*. de Finibus. 50 b, Lucilius Persij, Scipionis & Rutili

& Rutilij iudicium reformidans, aiebat Tarentinis se & Consentinis & Siculis scribere.

CONSENTIO, tis. *congruo, conuenio, consors animi sum, idem sentio, cum aliquo facio, in sententia alicuius maneo, iudicio vel opinione alicuius sto, cum aliquo sentio, in eadem voluntate vel opinione sum, conspiro, concurro.* I.A. 157 a, Omnes enim iam ciues de reipu. salute, vna & mente & voce consentiunt. de Amic. 112 a, De amicitiæ vtilitate omnes vno ore consentiunt. I.V. 33 b, Tu nos qui de communi salute consentimus, tyrannos vocas. I.A. 192 b, Omnes mortales vna mête consentiunt, omnia arma contra hunc esse capienda. pro Sest. 24 b, Causa in qua omnes ordines ciuitatis vnà consentiunt. I.A. 193 a, Omnes Deos ad remp. côseruandam arbitror côsensisse. de Sen. 90 a, In quê illud elogium vnicum plurimæ côsentiunt gêtes, populi primarium fuisse virum. co u. Rull. 63 a, Si consenserint possessores nô vendere, quid futurum est I.A. 163 b. Cum homines nefarij conspirerentur, & vrbem inflammare consensisse. I. Ver. 259 a, Serui, quos iste belli faciendi causa consensisse indicauit. Epist. 92 a, Qu. Curtius consensit cum Hispanis quibusdam, si Pompeius in oppidum venisset, eum côprehendere, ad Cæsaremque deducere. Aca. 92 a, Ratio nostra consentit, oratio pugnat. & 142, Sed mihi neutiquam cor côsentit cum oculorum aspectu. Epi. 146 b, Literæ recitatæ in senatu nequaquam consentire cum oratione Furnij visæ sunt. de Fin. 892, Non elogia monumentorum hoc significant? velut hoc ad portam, vno ore cui plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum. & ibidem. Id-ne consensisse de Calatino plurimas gentes arbitramur? &c. Episto. 170 a, Vt principijs consentiant exitus. Attic. 102 a, Hæc eis, quæ de Fabio acta scribis, valde consentiunt. Part. 232 b, Si personis, ea quæ narrabuntur, consentient. I.C. 121 b, Cæteri verò ad communem salutem consentiunt. I.A. 135 a, Atque his principijs reliqua consentiebant. pro Mur. 124 a, Vt vestræ mentes atq; sentêtiæ cum Populi Roma. voluntate suffragijsque consentiant. Offi. 2 a, Hic si sibi ipse consentiat, & non interdum naturæ bonitate vincatur, sit, &c. pro Clu. 30 a, Iudices tamen in Oppianico sibi constare, & superioribus consentire iudicijs debuerunt. de Vniuer. 196 a, consentire sibi, & consentire secum, & constare sibi: idem. Attic. 262 a, Consenti in hac cura, in qua sua sum, vt me expediam. Offic. 20 a, Delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt.

☞ Syntaxis. *Esse alicui consentientibus sensibus. Omnium fama consentiens. Consentiens, conspirans, continuata cognatio. Congruentiaque naturæ consentiens. Consentiens & conspirans consilium. De hoc omnes consentiunt, & vnam consentiunt. Consentire de, & ad, & cum datiuo. Cum lepore consentiunt partes.*

CONSEPIO, pis. *munio, claudo, sepio.* de Sen. 89 b, Ager consæptus ac diligenter consitus.

CONSEQVENS, tis. *consequens, futurus, quod consequitur.*) (. *Repugnans, primum.* Parti. 230 a, Ex ijs rebus quæ quodammodo affectæ sunt ad id de quo quæritur, alia ex antecedentibus appellantur, alia ex consequentibus, alia ex repugnantibus. de Finibus 121 b, Cum consequens aliquod falsum sit, illud cuius id consequens sit, non posse esse verum. Orato. 198 a, Cernere consequentia, repugnantia uidere. de Cl. 178 a, Quæ quibus propositis sint, quæque non sint côsequêtia. de Ora. 128 b, Id quod concludere velis, non effici ex propositis, nec esse consequens. de Legibus. 158 b, Quoniam scriptum est à te optimo reipublicæ statu, consequens est ut scribas tu idem de legibus. de Orato. 138 b, Cônexum autem sit principium, consequenti orationi. & 159 a, Si uerba extrema cum côsequêtibus primis iungeris. Part. 231 a, b, Vt in simplicibus uerbis quod non est Latinum, sic in coniunctis quod non est consequens, uituperandum est. Orato. 208 a, Vt efficiatur, quod sit côsequens iis quæ sumentur, &cæt. Tuscul. 233 a, Vitium est côsequentis reprehendere, cum prima concesseris. de Finibus. 112 a, His propositis, tenuit prorsus consequentia. & ibidem b, Sic côsequentibus uestris sublatis prima tolluntur. & 95 b, Videamus nunc quam sint præclara illa, iis quæ nunc potius côsequentia. Orat. 207 a, Quod cuique côsequens sit, quodque contrarium. Tuscula. 232 a, Hoc probato consequens est illud, &c. & ibid. b, Assentior alterum alteri consequens esse, quemadmodum, &c. & 238 a, Contrariorum contraria sunt côsequentia. de Finibus 72 a, His omnibus, quos dixi, côsequens sunt fines bonorum. Aristippo simplex uoluptas, &c. & 100 b, Cum his ea consectanea, & côsequêtia sint. Offic. 36 a, Perspicere, quid in quaque re uerum sincerumque sit, quid consentaneum cuique, quid consequens. & 3 a, Homo rationis particeps, per quam consequentia cernit, causas rerum uidet, &c. de Diu. 106 b, Homo signis quibusdam consequentia declarantibus futura præsentit. & 117 b, Ex eu significationem rem consequentium quærimus. de Diu. 139 a, b, Philosophi in primis acuti, & ● consequentia & repugnantia uidentes. * de Finib. 94 b, Non inest in primis naturæ conciliationibus honos actio, consequens enim est & post sequitur. de Finibus. 97 a, Pastorum quodam mandu & consequens, quod illi ἐπιγεννηματικὸν appellant. Clar. 193 b, Consequente anno.]

CONSEQVENTIA, tiæ. *consecutio, consectarium, connexum.* de Diui. 107 a, Qui cursum rerum euentorumque côsequêtiam diuturnitate pertractata notauerunt. ad Her. 41 a, Per consequêtiam significatio fit, ● cum res quæ sequuntur aliquam rem dicuntur. * de Finib. 95 b, Consequentia, consectaria stoicorum.]

CONSEQVOR, ris. *adipiscor, assequor, obtineo.*) (. *Repugno.* pro Cæl. 41 a, Qui ex reipublicæ causa gloriosam uictoriam consecutus est. Offic. 60 a, Qui omnia honesta negligunt dummodo potêtiam consequantur. Episto. 5 b, Vt tuam pristinam dignitatem & gloriam consequare. & 8 b, Omnia, quæ ne per populum quidem sine seditione se assequi arbitrabantur, per senatum consecuti sunt. & 17 b, Quòd si egissemus ego atque tu, &c. omne tempus una fuissemus, quod quâtum fieri poterit, consequamur. pro Plan. 261 b; Quem magistratum is in octingenti ferè consecuti sunt. pro Domo. 237 a, Opus erat scientiæ quam etsi omnes consecuti sunt, tamen peritiores uetustas facit. Q. Fr. 2 95 b, Nos ea quæ consecuti sumus, his studijs & artibus adepti sumus. I.V. 74 b, Inuestigare, & côsequi aliquam rem. Qu. de Pet. 205 a, Etsi tibi omnia suppetunt, quæ côsequi aut usu homines, aut diligentia possunt, tamen, &c. I. V. 21 a, Nullo modo possum omnia istius facta aut memoria consequi, aut oratione complecti. Postqu. 188 b, Quis uestra in me beneficia enumerare aut consequi possit? de Vni. 196 a, Si unius id quod habemus, in animo consequemur, haud erit mirum. de Fini. 56 a, Vt reijciendis uoluptatibus maiores alias consequatur. Episto. 24 a, Vel quia uidemur eam famam consecuti, &c. de Offic. 12 a, Si minus imitatione tantam ingenij præstantiam consequi possumus. Of. 42 a, Magnâ laudem & à summo uiro, & ab exercitu consequebatur. de Fi. 56 a, Quid ex eo côsecutus est? laudem & charitatem.

¶ *Attingo, itinere æquo.* Episto. 257 b, Si statim nauigas, nos Leucade consequere. Atti. 40 a, Nihil mihi optatius cadere potest, quam ut me quamprimum consequare. I. C. 105 b, Si accelerare uolent, ad uesperam consequentur. Att. 40 b, Nunc tu propera, ut nos consequare. & 41 b, Tu nihilominus, si properaris, nos consequere. & 129 b, Non est nobis committendum ut has XIIII. cohortes hostis accedere, aut itinere me consequi possit.

¶ *Sequor, persequor, consequor, imitor.* de Fat. 142 a, Qui aut, &cæ. is non uidet quid quamque rem res consequatur. & 143 a, Si quod primum in connexo est, necessarium est, sit etiam quod consequitur necessarium. de Finibus. 103 b, Ex quo illud natura consequitur, ut communem utilitatem nostræ anteponamus. de Diui. 91 b, Atque ita quidem prima statim scribit Aristoteles consecuta. *id est, Aristoteles scribit prima statim euenisse.* I. A. 159 a, Libertatem pax côsecuta est. de Orat. 98 a, Hæc Crassus cum dixisset, silentium est consecutum. de Cla. 170 a, Hûc Cethegum consecutus est ætate Cato. de Or. 143 a, Tum latus ei condoluisse, sudoremq; multum côsecutum esse audiebam. pro Mur. 144 a, Si hæc elapsa de manibus nostris in eum annû, qui côsequitur, redundarint. Epist. 4 b, Doleo eiusmodi tempora post tuam perfectionem côsecuta esse, &c. de Som. 128 a, Hûc ut comites côsequuntur, alter Veneris, alter Mercurij cursus. Epist. 59 b, Visa est oratio non iniucunda, & mediocris quidam est risus côsecutus. Qu. Fr. 311 b, In eam tabulam magni risus consequebantur. de Leg. 173 a, Eum igitur morem eum breuitate, si potero, consequar. de Orato. 113 b, Verborum prope numerum sententiarum numero consequi. de N. 10 a, Chrysipus, quem Diogenes consequens in eo libro, qui inscribitur de Minerua, partum Ioui disiungit à fabula. pro Pomp. 10 b, Quæstum consequi. de Clu. 185 b, Maiores côsequi non poterat, & minori necesse erat cedere. ad Her. 11 a, Consequi videtur vt doceamus, &c.

☞ Syntaxis. *Consequens id non est. Non consequens est, vt. In coniunctu, (id est, in oratione,) non consequens vituperatur. Consequentia prædicere. Euentorum consequentiam tenere. Inuestigare & consequi aliquid vsu, diligentia. Factum consequi memoria. Consequi laude ex aliqua re, & ab aliquo. Consequi aliquem celeritate, itinere. Consequi aliquem ætate. Consequitur, vt videamus.*

CONSERENDO, Acad. 27 b, Iam istuc te quoque impediet in nauigando, in conserendo, &c.

CONSERO, ris, côseui, consitum. *planto, sero semino.* de N. 52 b, Indus nô aqua solum agros lætificat, sed eos etiam conserit. Tusc. 154 b, Ergo arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam uir magnus leges, instituta, remp. conseret.

CONSITVS, ta. de Vniu.

CONSERO, ris, conserui, consertum. *confero, coniungo, pugno.* Tus. 229 b, Atque hic collocati sunt inter se priusquam manum consererêt, leuiter & quiete. pro Mur. 128 a, Signa contulit, manum conseruit. At. 115 a, Conserere manum cum hoste, vel cum alio quopiam. Anteq. 195 b, Non patiar, ut opera mea manus inter nos consecratis, cædesque ciuium inter se fiat. *Hic obserua, Cædes ciuium inter se fiat.*

☞ Syntaxis. *Manum conserere inter se, cum aliquo.*

CONSERTE. *coniunctè.* de Fat. 146 b, Omnia naturali colligatione, conserte, contexteque fieri.

CONSERTVS, a, um. *vna cum manu.* de Orato. 83 b, Multisque præsentem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manu côsertum uocarent, quod in aliena possessiones tam temere irruisses. pro Murena 129 b, Eum fundum ego te ex iure meum esse aio, quid cum inde? ibi ego te ex iure manu consertum uoco & ibidem. Vnde tu me ex iure manu consertum vocasti, inde ibi ego reuoco. & 131 a & Episto. 100 b,

Non ex iure manu consertum, sed mage ferro.
Rem repetunt. — Att. 242 b, Debuerat autem non ex iure manu consertum, sed quæ sequuntur, tu quoque scribes. *Ex iure manu consertum, formula est antiqua. qua vtebantur in vendicanda possessione, quæ simul contendebant.*

☞ Syntaxis. *Ex iure manu consertum aliquem vocare. Repetere manum consertam ex iure.*

CONSERVATIO, onis. *custodia.* de Ora. 100 b, Sit ergo in iure ciuili finis hic, legitimæ & vsitatæ in rebus causisque ciuium æqualitatis conseruatio. Offic. 20 b, Via quæ deducit ad conuenientiam conseruationemque

tionemque naturæ. Officio. 35 a, Frugum fructuumque reliquorum perceptio & conseruatio. & 56 b, Si attentos animos ad decoris conseruationem tenebimus.

CONSERVATOR, oris. *seruator, præses, custos.* Att. 124 a, Alterum existimari conseruatorem inimicorum, alterum desertorem amicorum. pro Flac. 150 a, Mithridatem conseruatorem Asiæ nominabant. Anteq. 194 a, Vtrum vt custos accipiat? an vt proditor excludat? si vt conseruator, vestra erit ignominia: si vt oppugnator, præcisa erunt omnia. pro Diuinat. 218 b, Conseruator reipubl. Attic. 145 a, Me nonnulli conseruatorem istius orbis esse dixerunt. pro Sest. 15 a, Custos & conseruator vrbis. Episto. 184 b, & de Ar. 157 b, Conseruator patriæ.)(*Proditor patriæ.*

CONSERVATRIX, cis. de Finibus. 130 b, Omnem naturam esse conseruatricem sui.

CONSERVANDVS, a, um. in Verr. 232 b, Vt quisque rebus tuendis conseruandisque præfuerat. de Diuinat. 154 a, Ius augurum diuinationis opinione principio constitutum est, postea respubl. causa conseruatum ac retentum. Epi 13 a, Ciues mei a me conseruati.

CONSERVO, as. *custodio, tueor, retineo, seruo, adseruo, tutor, reseruo, foueo, teneo.* Antequam. 194 b, Qui hoc imperij domicilium sartum tectum ab omni periculo conseruaui. de Nat. 12 a, Si aliquis in mundo est, qui regat, qui gubernet, qui côseruet omnia. Antequam. 195 b, Ego apud vos non loquar, quos conseruaui. Att. 197 a, Vt vos eam necessitudinem, quæ est nobis cum publicanis, obtinere, & conseruare patiantur. pro Pom. 6 a, Quæ acrepistis, tueri & conseruare non posse. pro Corn. 62 a, b, Seruare & conseruare maiestatem. Officior. 72 b, Conseruare iusiurandum. pro Quint. R. 45 b, Conseruare ordinem. L. Oroo. At. 84 a, Sed ordinem conseruabo tuum. Oratio. 107 b, Conseruare & notare tempora. de Orato. 133 a, Conseruare pecuniam, vel patrimonium. I. V. 101 a, Quod alterius mortui voluntatê conseruabat. Epist. 61 b, Si poteris, velim tuam pristinam erga me voluntatem conserues. Epist. 36 b, Hæc ad te scripsi liberius, fretus conscientia officij mei, beneuolentięque quam à me certo iudicio susceptam quoad tu voles, conseruabo. & 57 b, Tuorumque meritorum erga me memoriam conseruabo.

CONSERVOR, ris. Off. 51 b, Res familiaris quæri debet ijs rebus, à quibus abest turpitudo: conseruari autem diligentia & parsimonia, ijsdem etiam rebus augeri. I. C. 116 b, Vt omnes salui conseruaremini. I. C. 111 a, Non minus iucundi sunt ij dies quibus conseruamur, quàm ij quibus nascimur.

CONSERVVS, ui. *qui eidem domino cum alio seruit.* Qu. frat. 318 b, Eo die quatuor eius conseruos & discipulos Venafri cuniculus oppresserat. pro Cl. 55 b, Is noctu duos conseruos dormientes occidit. Epist. 184 b, & Par. 123 a, O rem miseram. dominum ferre non potuimus, conseruo seruimus.

CONSESSOR, oris. *assessor, qui alteri assidet.* L. Ass essor. de Fi 77 b, Aulus Varius, qui est habitus iudex durior, dicere côsessori solebat, aut hoc, &c. At. 31 a, Modo te consessore spectare liceat. I A. 197 a, Vt ei cum M. Curio consessore eodem & collusore facile possit conuenire. pro Flac. 151 a, Testes accusatoris, consessores, conuiuæ, &c.

CONSESSVS, sus. *homines significat vna in loco considentes* pro Milo. 101 b, Nô enim corona consessus vester cinctus est, vt solebat. pro Flac. 154 b, & de Senec. 90 b, Cum hic Dorylensis efferretur magna frequentia consessuque vestro. I. V. 79 b, In conspectu consessuque vestro. Tusc. 155 b, Frequens consessus theatri. Att. 11 a, Non enim vnquam turpior in ludo talario consessus fuit. pro Q. 3 b, Præconem consessos. * pro Sex. 20 b, Theatralis gladiatorque consessus.]

☞ Syntaxis. *In conspectu, & consessu senatorum. Theatri frequens consessus.*

CONSIDEO, des. *simul assideo.* de Clar. 167 a, In pratulo propter Platonis statuam consedimus. I. V. 79 b, Quo die primum iudices citati in hunc reum consedistis. Ac. 41 b, Quæ cum sunt dicta, in conspectu consedimus omnes. Attic. 11 a, Vt primum iudices consederunt. de Sen. 90 b, Legati in certo loco consederant. pro Fl. 49 b, Cur homines in theatro consederant. de Orato. 87 b, Et omnes in ijs sedibus, quæ erant sub platano, consedisse dicebat. de Arusp. 245 a, Cum mihi stans tacenti minaretur, voce tantûm attigi legum initium, & iudicij consedit ille, conticuit.

¶ *Maneo, moror, sum.* de D. 97 a, & 122 a, Platoni in cunis dormientis apes in labellis consederunt. de Fin. 59 b, Sic cuius in mente consedit iustitia, hoc ipso quod adest, turbulenta non potest fieri. de Diui. 95 b, Equus cuius in iuba examen apum consederat. Orâ. 205 b, Hoc in ea de qua loquor mediocritate consedit. de Ar. 249 a, Quorum ludorum religio tanta est, vt ex vltimis terris accersita, in hac vrbe consederit. Att. 75 a, Antequam aliquo loco consedero, literas à me non expectabis. Att. 25 a, Cum Q. noster iam in ocio consederit. Epi. 243 b, Quinque cohortes apud Philomelium consederunt. & 27 b, In easdem solitudines tu ipse venies, in quibus nos audies consedisse. Aca. 3 b, Tum eodem spacio consedimus.

¶ *Minuor, sedor.* de Cl. 173 b, Ardor animi consedit. pro Mur. 128 a, Consedit vtriusque nomen in quæstura. Academ. 22 a, Furor consedit. de Clar. 167 b, Eorum aspectu omnis quæ me angebat de repub. cura, consedit.

☞ Syntaxis. *Considere propter statuam: id est, ad iudices in reum considentes. In conspectu considere. in certo loco considere. Iustitia in mente consedit, in ocio, aliquo loco. Consedit ardor furor cura.*

CONSIDERANS, tis. Tusc. 228 b, Equidem eos casus meum ipse considerans, huic incipio sententiæ diffidere.

CONSIDERANTIA, *consideratio.* Quint. frat. lib. 3. Episto. Cuius in hoc vno considerantiam & sustinebo.

CONSIDERATE, tius. *cogitatè, cogitatò, consultè, prudenter, iudicio.* pro Qu. 9 a, Itaque maiores nostri raro id accidere voluerunt: prætores, vt considerate fieret comparauerunt. Officior. 19 a, Agere, quod agas, considerate. Offic. 27 b, Cum ita nihil recte fieri, nihil considerate potest & 10 b, Beneficia quæ iudicio considerate, constanterque delata sunt. Attic. 136 a, Quid ais, si hic temperantius egenti consideratius consilium te daturum, qui potest? Att. 146 b, Consideratius vtilitati nostri consuluero.

CONSIDERATIO, onis. *circunspectio, animaduersio ratio.* Aca. 32 a, Est. n. animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum, consideratio contemplatioque naturæ. Acad. 10 a, Sin ex circunspectione aliqua & accurata consideratione, quod visum sit id se dicent sequi, tamen exitum non habebunt. * de In. 75 a, Nunc in alteram confessionis partem considerationem intendimus.]

☞ Syntaxis. *Consideratio, & circumspectio. Consideratio & contemplatio.*

CONSIDERATVS, ssimus. *promissus meditatus.* de Ar. 244 a, Nihil feci nô diu consideratum, & multo ante meditatum. de N 64 a, Ratiocinatio, est diligens & considerata faciendi aliquid aut non faciendi excogitatio. Par. 125 a, Cui viuendi via considerata atque prouisa est. pro Q. 2 b, C. Quintius vna in re paulo minus consideratus, qui, &c. pro Syllan. 180 b, Factum quod paulo minus consideratum videatur. de In. 81 b, Ratio bene côsiderata. de Cla. 178 a, Considerata tarditas. pro Font. 280 a, Illud verbum consideratissimum nostræ consuetudinis arbitror. pro Cec. 583 a, Illud considerati hominis esse putamus, non contendere, &c.

CONSIDERO, ras. *reputo, cogito, commentor, animaduerto, circumspicio, conspicio, specto existimo, contemplor, intueor, attendo, rationem habeo, expendo, pondero, ante oculos meos pono, vel propono, ratione animoque lustro, animo & cogitatione complector, animum ad aliquam rem confero, ante oculos meos volitat, mente mea circumspicio, animo, intueor, animo contemplor, exprimo.* pro S. R. 36 a, Age nunc refer animum sis ad veritatem, & considera, quę studia a patribus, &c. Att. 102 a, Id coram considerabimus, quale sit: habet enim res deliberationê. Epi. 238 a, His de reb. velim cum Pomponio, cum Camillo, cum quibus vobis videbitur, consideretis. Par. 121 a, Nunquamne homo amentissime te circuospicies? nunquamne quid facias considerabis, ne quid loquare? Att. 110 b, Sed de hoc tu videbis: quippe cum de ipso ac de me ista considerare velim. & ibid. Sed velim consideres, quid faciendum putes. Ep. 15 a, Flagitare Senatus instituit Cornutum, vt referret statim de tuis literis: ille se considerare ait velle pro S. R. 36 a, Age nunc ex ipsius Chrysogoni iudicio Rosciorum factum consideremus. in Verr. 153 b, Côsiderate cum vestris animis vosmetipsi &c. in Verro. 207 a, Contemplari & considerare aliquid. & 271 b, Vide etiam atque etiam, & considera quid agas. * de Orato. 97 b, Quibus in rebus habenda est ratio diligenter quos imitemur.]

CONSIDEROR, ris. de Inu. 45 a, Vnaquæque constitutio ex se & ex sua natura consideratur. Offi. 30 a, Veri etiam poetę suum quisque opus a vulgo considerari vult, vt si quid, &c.

☞ Syntaxis. *Consideratu viuendi via, & prouisa. Homo consideratus. Consideratu excogitatio tarditas factum. Considerare de aliquo re. Cum suis animis considerare homines. Contemplare, vide, considera. Ex se, & sua natura aliquid considerare.*

CONSIDITVR. Or. 144 a, In syluam venitur, & ibi considitur.

CONSIDO, is. *consedeo.* de Le. 170 b, Sed si videtur, côsidamus hic in vmbra. Att. 26 a, Quinetiam dubito, an hic Autij considam de Vn 195 b, Sensus mouentia quæ sunt, eadem in opinatione considunt. de Ora. 160 b, Verborum iunctio varie distincte considat. de Pro. 76 a, Quæ iam licet considant, sed tamen, &c. *al. tas. Concidant.*

☞ Syntaxis. *Considere in vmbra. Considere in opinatione. Verborum iunctio considat distincte.*

CONSIGNANDVS, a, um. de Vn. 200 a, Sidera ex quibus erat motus têporis consignandus.

CONSIGNATVS, a, um. *obsignatus, signatus.* de Or. 129 b, Ii fundi, quos tibi pater publicis commentarijs consignatos reliquit, & pro Clu. 46 b, de L. 193 a, Publicis literis consignatam memoriam publicam nullam habemus. Tusc. 160 b, Nec fieri posset, vt à pueris tot rerum atque tantarum insitas & quasi consignatas in animis notiones, quas *ἐννοίας* vocant haberemus, nisi, &c. de D. 98 b, Clarissimis monumentis testata consignataque antiquitas: *id est, ipsa exempla.* in Verr. 171 a, Ratio certa est, Aethensium & publicis & priuatis literis consignata. pro Deiot. 150 b, Quæ publicis populi Romani literis monumentisque consignata sunt. pro Flac. 154 a, I. V. 59 a, Iisdem literis illius prætura & tua quæstura consignata est.

CONSIGNO, as. *obsigno, signo firmo.* * consecro.] Aca. 1 b, Vt literis consignamus, quæ monumentis mandare volumus, sic ille in animo res insculptas habebat. Poslq. 310 b, Priuilegij vim autoritate honestissimorum hominum & publicis literis consignauit. * Tus. 230 a, Quæ Platonis memoria, & literis consecrata sunt.]

CONSIGNOR, ris. pro Qu. 4 b, Tabulæ maximæ signis hominum nobilium consignantur.

☞ Syntaxis. *Consignata memoria, notiones. Antiquitas testata, & consignata monumentis. Literis consignare monumentis mandanda. Consignare signis, id est, sigillis firmare.*

CONSILIARIVS, rii. *autor, præceptor, qui consilium dat.* de Legibus. 192 b, Augur meminisse debet, Ioui Optim. Maxim. se consiliarium & administrum datum. Attic. 225 b, Ratio, ædificandi initur consiliario quidem & autore Vestorio. I. V. 117 a, Inter cæ amici &

consiliarij eius moleste ferre cœperunt, Heraclium profugisse. At.48 b, si me à meis consiliarius proditum & proiectum vides. Episto. 3 b, Non inuito rege ipso consiliariisque eius. & 10 b, Sed certe & ego te autore amicissimo & sapientissimo, & tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem & beneuolo certe vsus esses. * pro Domo. 222 b, Hoc tu præscriptore, hoc consiliario, hoc ministro Rempub. perdidisti.]

Consiliandum, *consulendum, deliberandum.* At. 244 a, Tu quid egeris tua cum tristi, tum etiam difficili ad cõsiliandum legatione vehementer expecto: est enim inexplicabilis. *Legitur etiam de tua: & pro ad consiliandum, alii ad consiliandum, legunt: sed consiliandum melius.*

Consilium, lii. *deliberatio, cogitatio, animaduersio, ratio, cogitatum, quod aliquem sequitur aut spectas, consultum, sententia.* de Inuen. 65 b, Consilium est, aliquid faciendi, non faciendive excogitata ratio. de Orato. 113 a, Consilia primum, deinde acta, postea euentus. de Inuent. 82 b, Cupiditas consilij gubernatione regitur. Epist. 182 b, In consilio capiendo prudentia, in dando fides requiritur & religio. & 145 a, Consilium plenum prudentiæ & fidelitatis. de Orator 88 a, Prudentium consilia. Attic. 124 b, Leuatur enim omnis cura cum aut constitit consilium, aut cogitando nihil explicatur. & 256 b, Nihil debet, qui consilium dat præstare præter fidem. Attic. 142 a, Consilia ex euentu, non ex voluntate à plerisque probari solent. & ibidem. Quod verissimum nobis videbitur, de eo quod ad nos scripsisti, tibi consilium dabimus: quod si non fuerit prudens, at certe ab optima fide, & optimo animo proficisretur. Epistola. 72 b, Totius facti tui iudicium, non tam ex consilio tuo, quam ex euentu homines sunt facturi. pro Cluent. 35 b, Minus fidele consilium alicui dare. I. A. 240 b, Optimus est portus pœnitenti mutatio consilij. Attic. 256 b, Nemo doctus vnquam mutationem consilij inconstantiam dixit esse. & 235 b, Consilia temporum sunt, quæ in horas commutari vides. & 132 a, Et simul scito labare meum consilium illud, quod iam satis tibi fixum videbatur. I.A. 212 b, Turpe est viro prudenti, præsertim in re iam perspicua, consilium intelligendi defuisse. contra Rull. 67 a, Cui non dubitanti fidele consilium, non laboranti certum subsidium nobilitatis ostenditur? Episto. 18 b, Nisi meis puer olim fidelissimis atque amantissimis consiliis paruisset. Quint. frat. 327 a, Recordare consilium nostrum, quod fuerit profectionis tuæ: non enim commoda quædam sequebamur parua ac mediocra. Attic. 127 b, Nec mihi tantum sumo, ut meum consilium ualere debuerit, secutus sum tuum. & 243 b, Quid statui sit credendum, magni consilij est. & 155 a, Nihil mihi adhuc accidit, quod maioris consilij esset. & quadragesima a, Capere consilium de sententia alicuius. & 203 a, Ipse venirem Romam, si satis consilium quadam de re haberem. & 227 a, Nec alia causa profectionis mihi vlla fuit, cum consilium cepi legari a Cæsare. & 108 a, Subito cepi consilium, vt exirem. pro Domo. 236 a, Qui perniciosa reipubli. consilia cepisset. I. V. 116 b, Capit consilium de amicorum sententia non adesse ad iudicium. Officior. 60 a, Principes consilium hoc ceperunt, nomen Tarquiniorum memoriamque regni esse tollendam. in Anton. 167 a Tu quem Narbone consilium interficiendi Cæsaris cepisse notissimum est. pro Sest. 29 a, Is a te consilium P. Sestij accusandi petijt. Episto 237 b. Metuo ne id consilij ceperimus, quod non facile possimus explicare. de Fat. 140 a, Maxime nos quidem exquirentes ea consilia, quæ ad concordiam ciuium pertinerent. Episto. 46 b, Exquirere consilium alterius. de Orato. 111 b, Huius est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicata sententia. Epistol. 149 a, & de Clar. 196 a, Cognoui, quæ tua voluntas, quod tuum consilium esset de republi. Epistol. 153 a, Tu quanquam consilio non eges, vel abundas potius, tamen hoc animo esse debes, vt nihil huc reijcias: nec in rebus tam subitis, tamque angustis a Senatu consilium petendum putes. Attic. 238 a, Quid enim illi afferre consilij possum, cum ipse egeam consilio? Attic. tertio b, Ego qui in te satis consilij statuebam esse, malui Perdiccam tibi consilium per literas quam me dare. & 47 a, Quod in me ipso satis esse consilij decreueras. Attic. 217 b, Nunc me iuua mi Attice consilio. Episto 86 b, Actis his rebus literæ a te mihi sunt redditæ, quibus a me consilium petis, quid sim tibi autor, in Siciliane subsidas, &c. Epist. 31 b, Quid efficere possis, tui consilij est. Att. 121 a, Quare vt de maxima re deliberanti ita mihi dies consilium velim. & 136 a, Considerauis consilium dare. Epist. 238 a, Vestrum consilium est, quid vobis sit faciendum. Attic. 93 b, Qui puer literas patris aperire soles, idque de meo consilio. Att. 215 a, Cæsar nihil facturus nisi de meo consilio. & 40 a, Capere consilium de sententia alicuius de Nat. 75 a, Ope consilioque tuo furtum factum est. Attic. 40 a, Sed eo si veneris, de toto itinere ac fuga mea consilium capere potero. Postquam. 203 a, In consiliis de repu. capiendis, &c. cont. Rul. 84 b, Nec concionandi potestas erat nec consilij capiundi publici. Atti. 136 a, Capere consilium ex re & ex tempore. I. C. 107 a, Si Catilina sententiam permutauerit, & consilium belli faciendi abiecerit. Att. 74 a, Fannius ædificandi consilium abiecerat. & 116 a, Ego tamen Philotimi literis mutaui consilium de mulieribus. Offic. 32 a, Cato semper in proposito receptoque consilio permansit. I.A. 153 a, Exponam vobis breuiter consilium perfectionis & reuersionis meæ. Epi. 33 a, Nunc ego tibi meum consilium exponam. Att. 140 a, Consilium primum est, suffocare vrbem: deinde, &c. Epist. 141 b, Aquini consilia sunt mira de me. Atti. 239 b, Animis usi sumus virilibus, consiliis mihi crede puerilibus. & 121 a, Cuius fortunæ, quaorum humano consilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus. Of. 16 b, Repertas multos, quibus periculosa & callida consilia, quietis cogitationibus splendidiora & maiora videantur. de Natura 75 b, Homines rationem bono consilio a dijs immortalibus datam in fraudem conuertunt. Episto. 88 a, Quæ sunt in fortuna, temporibus regentur, & consilijs nostris prouidebuntur. pro Dom. 227 b, Senatus est summum Popu. Rom. populorumque & gentium omnium ac regum consilium. cont. Rul. 64 a, Commune consilium. de Diuina. 8 b, Summum consilium. Epi. 7 a, Eaque quæ de ea scripta est autoritas, tantam habet vim, ut magis iratorum hominum studium, quàm constantis senatus cõsilium esse uideatur. pro Dom. 227 b, & 228 a, Nulla est in hac vrbe societas publicanorum, nullum collegium, nullum cõcilium, nullum denique commune consilium, quod non, &c. In Verr. 224 a, Sententia sine consilio, damnatio sine defensione. Episto. 61 a, Quis esset, qui me in consulatu non casu potius existimaret, quam consilio fortem fuisse.

Consilium. *Pro iudicibus congregatis.* pro Qu. 1 b, Si apud hoc consiliũ ex opibus, non ex veritate causa pendetur. item 6 a, Tibi instat Hortensius vt eas in cõsilium. de Cla. 172 a, Consules re audita amplius de consilij sentẽtia pronunciant. I. V. 246 b, Causam cognoscit, & de consilij sententia pronunciat. Aduocare consilium vel concionem. L. Advoco. de Leg 192 b, & de Ora 95 a, Dimittere consiliũ. pro Clu. 35 a, Cur eum, cum in consilium iretur, abesse patiebantur? cum in consilium mittebant, Stalenum iudicem non requirebant.

¶ *Arbitrium.* Att 155 a, Veniendum-ne sit in consilium tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit.

☞ Syntaxis. *Consilium fidele amantissimum, magnum, perniciosum, periculosum, callidum, summum. Consilium habere, dare, capere, petere. De consilio alterius aliquid facere. Consilium ex re, & ex tempore capere, abijcere, mutare. Consilij prouidere. Apud hoc consilium ex opibus, non ex veritate penduntur causa. In consilium ire, venire. Consilium conuocare, aduocare.*

Consimilis, le. *similis pariter.* de Orat 97 a, Causa aliqua posita consimili causarũ earum, quæ in forum deferuntur. I.A 166 a, Cùm rem gessisset consimilem rebus iis quas ego gesseram. de Orato. 137 a, & 145 a, Aut quæ sunt aliis grauioribus consimilia. ad Her. 34 b, Consimilis.)(*Dissimilis.* In Arat.

Consimili specie stellas parilique colore.

Consistendi, dum Tuscul. 217 b, Ipsa sibi imbecillitas indulget, in altumque prouehitur, impudensque, nec reperit locum consistendi. pro Fla 156 b Ille cui nullus est vsquam consistendi locus. Antequ. 195 b, Ego repente vi tribunitia correptus, ne consistendi quidem in ciuitate habeo potestatem. Par. 238 b, Ita cõsistendum, vt quod obijcitur factum, neges.

Consistens, tis. de Oratore 108 a, Nec is consistens in loco, nec inambulans.

Consisto, stis, constiti. *consto, commoror, nitor, pendeo, subsisto, resido, vel residens sum.* I V. 159 a, Nympho antequàm plane constitit, condemnatur I. V. 241 a, Oppida in quibus prætores consistere & conuentus agere solent. Att. 74 b, Plura scribam ad te, cùm constitero. & 185 b, Vt dũ cõsisto in Tusculano, sciam quid garriat in rusticatu. pro Rab. 94 b Cum is armatus in comitio constitisset. In Arat. Sol consistens in capricorno conuertit curriculum. Att. 253 b, Brutus tarde nauigaturus est, consistens in locis pluribus. Or. 205 b, Si semel constiteris, nunquam cades Att. 255 a, Veni igitur ad Siccam octano die e Pompeiano, cum vnum diem Veliæ constitissem. & 227 a. Itaque Cales processi, vt ibi potissimum consisterem. de Di. 87 a, Qui ad meridiẽ spectans in media vinea dicitur constitisse. de Orat. 127 a, Vbi sensi me in possessione iudicij & defensionis meæ constitisse. pro Domo. 241 b, Tantus clamor a nostris, vt neque mente, neque lingua, neque oratione consisteret de Ora. 154 a, Oratorem, vbicunque constiterit, cõsistere in suo & 199 b, Causidicus qui in forensibus causis possit præclare consistere. pro Cæc. 299 a, Non consistes illo iudice. pro Dom. 241 a, Neque mens, neque uox neque lingua cõsistere. de Cl. 196 b, Nonne cernimus vix singulis ætatibus binos oratores laudabiles cõstitisse? Q F 308 a, Clodius neque mente, neque lingua, neque ore consistere potuit. I. A. 173 b, Is neq. vigilans, neq. in somnis mente unquã potest consistere de Sen. 92 b, Qui mortem oibus horis impendentẽ timet, is tranquillo non põt animo consistere. de Di. 139 a, Vt nunquam liceat quieta mente cõsistere. pro Q. 5 b, In hoc summa iudicij causaque tota consistit. de Fat. 151 b, Hæc dissirens qua de re agitur, & in quo causa cõsistat, nõ uidet. de Or 101 a, Præsertim cùm hæc causa non in criminali quo, sed in iure ciuili consistat. Att. 108 a, Si in Italia Põpeius consistit, erimus una. de Som. 131 a, Vel concidat omne cœlum, & omnis natura consistat necesse. pro Quint. 2 b, Vt multis iniuriis iactatam atque agitatam æquitatẽ in hoc tandem loco consistere & firmari patiamini. pro Qu. R. 53 a, Ipsa mihi veritas manum iniecit, & paulisper consistere & commorari cogit & 49 b, Quoniam ille hic constitit paulisper, mihi quoque necesse est paulum commorari. Episto. 107 b, Vt hodie primum, & graui morbo videar posse consistere. pro Ar 189 b, Belluæ sæpe immanes cantu flectuntur atque consistunt. Episto. 154 b, Mihi si contigisset ut proprior occurrentem Antonio, non mehercule boram constitisse. Att. 85 b, Consistere usura debuit quæ erat in edicto meo, *id est, non debuit mutare.* Postquam 207 a, Si cum hoc homine infero constitisses. I. V. 69 a, Verres appellat hominem, cũ hoc cõsistat, hunc amplexatur. I. A. 292 b, Milites Albæ constiterunt. Episto. 150 a, Ipse in Allobrogibus constiti, vt, &c. pro Muræ. 130 a, Homines cum recte atque in loco constitissent, iuberi abire. Atti 276 a, Is ubi consistat, usquam non habet. pro Quint. 2 b, Veritas locum ubi consistat reperire non poterit? pro S. R. 43 a, Tibi in isto loco consistere non li

cccicl.

ceret. * Epistol. 8 a, Tu fac animum habeas, quod est in te: quę sunt in fortuna consiliis nostris prouidebuntur.] de Inuent. 65 b, Habitus id aliqua animi absolutione consistit. Tuscula. 236 b, Omne bonum in una honestate consistit. Officio. 4 b, Primus ille locus in veri cogitatione consistit. I. A. 170 a, Causa eius belli in persona tua consistit. & 156 a, Cn. Pompeij tertius consulatus in quibus actus consistit? nempe in legibus. pro Mar. 134 b, Salus respub. in unius mortalis animo consistit. Attic. 102 a, Ego in cuius causa respubl. salus consistebat. I. A. 187 a, Cum in eo salus & uita optimi cuiusque & libertas populi Rom. dignitasque consisteret. pro S. R. 44 a, In quo non modo culpa nulla, sed ne suspicio quidem potuit consistere. pro Cluen. 342, Similis in cæteris suspicio consistebat. & 35 a, Eo transire illius turpitudinis infamiam, ubi cætera maleficia consistant. de At. 249 a, Si ludus constitit, aut tibicen repente conticuit. Attic. 114 b, Leuatur enim omnis cura, cum aut consistit consilium, aut cogitando nihil explicatur. de Orat. 85 a, Si infinitus labor ætatis flexu constitisset. Episto. 103 a, Quod tam uideris certa aliqua in sententia constitisse. Orato. 116 * Comprehensio a capite ita fluere debet, ut ad extremum ueniens consistat.]

☞ Syntaxis. *Consistendi locus. In loco consistere. Cum consistere 1, absolute. Consistere mente, lingua, oratione. In indice consistere. Consistere animo tranquillo. Causa non in crimine, sed in re simili consistens.*

CONSITIO, onis. *satio.* de Sen. 88 a, Nec cōsitiones modo delectant, sed etiam insitiones.

CONSITVRA, ræ. *consitio.* de Republic. Quæ uidelicet ille non ex agri consitura, quam cernebat, sed ex doctrinæ indiciis interpretatur. ex Non. Mar.

CONSITVS, a, um. *satus.* de Senect. 89 b, Ager conceptus ac diligenter consitus.

CONSOBRINVS, ni. *ex fratre, vel sorore matris natus.* pro Lig. 138 b, Nam quid aliud agis? nisi ut Romæ ne sit, ne cum hoc T. Brocho auunculo suo, ne cum eius filio consobrino suo, ne nobiscum viuat? de Oratore. 108 b, Cum nos erudiremur una cum consobrinis nostris Aculeonis filiis, quo, cum erat nostra matertera. pro Quin. 3 a, P. Quintij consobrinam habet in matrimonio Næuius, Offic. 11 b, Sequuntur fratrum coniunctiones, post consobrinorum sobrinorumq; quis cum una in domo iam capi non possint, in alias domos tanquam in colonias exeunt. Postquam. 206 a, Alter Cethegum consobrinum suum reposcebat.

CONSOCIATIO, onis. *societas communis.* Off. 30 a, Communis totius generis hominum conciliatio & consociatio. & 32 a, Consociatio hominum atque communitas. Offic. 57 a, Dissoluetur omnis humana consociatio: *aliàs, Consortio.* apud Non. Mar.

CONSOCIATVS, a, um. Par. 124 b, Qui domi tuæ uidet pariter accusatorum atq; iudicum consociatos greges. de Finibus. 104 a, Sic inter nos natura ad ciuilem communitatem coniuncti & consociati sumus. de Leg. 160 b, Hominem lege cum dijs consociatos esse. I. A. 193 b, Nunquam tam vehementer cum senatu consociati fuistis. * Epistola. 31 b, Pro nostra consociatissima voluntate, aliter constantissima.]

CONSOCIO, as. *iungo.* de Fi. 105 a, Neque uero rectum est, cum amicis aut benemeritis consociare aut coniungere iniuriam. Postq. 207 b, Tunc ausus es cum Gabinio consociare consilia pestis meæ.

CONSOLABILIS, bile. *quod consolationem admittit.* Epist. 47 a, Est omnino uox consolabilis dolor.

CONSOLATIO, onis. *solatio, leuamen, leuatio, medicina, confirmatio.* Attic. 14 b, Fuit enim mihi & laudis nostræ gratulatio tua iucunda, & timoris consolatio grata. Tusculan. 207 a, Erit igitur in consolationibus prima medicina, docere aut nullum malum esse, aut admodum paruum: altera, &c. Attic. 189 b, Affirmo tibi nullam consolationem esse talem, totos dies scribo. pro Mil. 121 a, Nunc me una consolatio sustentat, quod, &c. de Clar. 196 a, Ea consolatione sustentor, quam tu mihi Brute adhibuisti tuis suauissimis literis. Episto. 71 a, Est autem consolatio peruulgata quidem illa maxime, quam semper in ore atque animo habere debemus, homines nos ut esse meminerimus, ea lege natos, ut omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra &c. Qu. fr. 326 a, Quorum nihil est huiusmodi, ut ego me multa consolatione leniam. Antequam. 196 a, Ne pœnæ nonnullam habent in se consolationem. de Sen. 78 a Præterita ętas quamuis longa, nulla cōsolatione permulcere posset stultam senectutem. de Di. 109 a, Nā quid ego de consolatione dicam? quæ mihi quidem ipsi sane aliquantum medetur, cæteris item multum profuturam puto. Epi. 47 b, Hactenus existimo nostram consolationem recte adhibitam esse, quoad certior ab homine amicissimo fieres iis de rebus, quibus leuari possent molestię tuæ.

☞ Syntaxis. *Consolatio timoris. Sustentari consolatione, leniri se permulcere mœrores. Consolationem adhibere.*

CONSOLATOR, oris. Epistola. libro 6. Etsi meipsum consolatorem tuum longinquitas temporis mitigauit. Tusculan. libro 3. Consolatores ipsos confiteri se miseros, quum ad eos impetum suum fortuna conuerterit.

CONSOLATORIVS, ria, rium. *quod ad consolandum valet, quod consolationem continet.* Att. 209 b, A Cæsare accepi literas consolatorias, datas pridie calen. Martij, Hispali de urbe augenda.

CONSOLIDATVS, ta. *confirmatus, confectus, cumulatus.* Epi. 75 a, Illud quidem certe factum est, quod lex iubebat: ut apud duas ciuitates Laodicensem & Apamensem, &c. rationes confectas, & consolidatas deponeremus, *alias solutas: sed certe rectius, consolidatas.*

CONSOLANDI. CONSOLANDO. Tuscula. 207 a, Chrysippus autem caput esse censet in consolando, detrahere illam opinionem mœrenti, si se officio fungi putet iusto, atq; debito: sunt etiam qui hæc omnia genera consolandi colligunt. *& quæ sequuntur multa & pulchra, de ratione consolandi.*

CONSOLANS, tis. Tusc. 207 a, Hęc igitur officia sunt consolantium, tollere, ægritudinem funditus, aut sedare, aut detrahere quā plurimū, aut supprimere, nec pati manare lōgius, aut ad aliam traducere: sunt qui vnum officium consolantis putent, malum illud omnino nō esse vt Cleanthi placet: sunt qui non magnum malū, vt Peripatetici: sunt qui abducunt à malis ad bona, vt Epicurus: sunt qui satis putant, ostendere nihil inopinati accidisse, nihil mali.

CONSOLOR, aris. *solor, leuo, dolorem leuo, mœrorem minuo, desideriū lenio, consolationem adhibeo, alicui perfugium, & solatium prebeo confirmo. consolatione permulceo, consolatione sustento, dolorem, luctum fletum abstergeo.* Ep. 47 b, Dices, quid me ista res consolatur in tantis tenebris, & quasi perpetuis respub. At. 58 a, Nos malo solatio, sed non multo tamen consolamus, quod ipsius vicem minimę dolemus. I. V. 57 b, Si qua reliqua spes est, quæ sociorum animos consolari possit. Att. 149 b, Illud præclare, quod te consolata est spes breui tempore congrediendi. pro Quint. R. 52 a, Inani & tenui spe consularis. Attic. 189 b, Feci quod ante me nemo, vt ipse me per literas consolarer: quem librum ad te mittam. I. C. 119 a, Spes, quę sola hominem in miseriis cō solatur. de N. 56 a, Eloquentia consolamur afflictos, deducimus perterritos e timore. Epi. 70 a, Te enim spes aliqua consolatur. de Ami. 97 a, Sed non egeo medicina, me ipse consolor: & maxime illo solatio, quo plerique, &c. Oct. 329 a, Cedam vita, quæ bona spe posteritatis me consolatur. pro Mil. 120 a, Gloria est una, quæ breuitaté uitæ posteritatis memoria consolantur. de Cl. 187 b, Is consolatur se, cum conscientia bonæ mentis, tum etiam vsurpatione & renouatione doctrinæ Ep. 101 a, Ego enim desiderium tui spe tuorum commodorum consolabor. At. 12 a, Dicendi laborem delectatione oratoria consolor. Qu. fr. 311 b, Sed hoc incommodum cōsolantur quotidianæ damnationes inimicorum. 313 a, Consolabor te, & omnem abstergebo dolorem. pro Plan. 270 a, Quę tibi maiores tui non consulandi tui causa dicerent, sed, &c. de Pro. 72 a, Consolari se exemplo alicuius. pro Qu. 1 b, Nihil quod humilitatem cuiusquam uirtus iudicis consoletur. Epist. 31 a, Ne eum dolorem, quem à repub. capio, domus iam consolari potest. & 53 b, Virtuti tuæ magis gratulari debeo, quam consolari dolorem tuum. Att. 74 a, Tu uelim Pyliā meis verbis consolere. Tusc. 205 b, Oileus Telamonem de Aiacis morte consolatus est. Epist. 81 a, Sed hoc mihi non sumo, vt te consoler de communib. miseriis. * ibid. Quæ consolandum maioris ingenii, ad ferendū singularis virtutis indigent.] At. 12 a, Vt te de rep. cōsoler.

☞ Syntaxis. *In consolando caput est. Consolandi genus. Consolantis officia. Malo solatio consolari. Consolari per literas. Consolari, & abstergere dolorem. Consolari dolorem. id est, fugare, tollere. Consolari aliquem de morte. De Repu. consolari: id est, de Respub. malis.*

CONSOLATVS, ta. *solutus & absolutus.* Epi. 75 a, Apud duas ciuitates rationes confectas, & consolatas deponere. *alias consolidatas.*

CONSONANTIOR, otis. *meliore sono.* Partit. 231 a, Atque etiam est hæc distinctio in verbis, altera natura, tractatione altera: natura, vt sint alia consonantiora, grandiora, leuiora, & quodammodo nitidiora: alia contrà.

CONSONO, a, um. *respondeo, consentio, conuenio.* in Sal. 271 a, Vt omnis oratio motibus consonet.

CONSONVS, a, um. *conueniens.* Att. 24 a, Credo Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id ętatis in tam longo sermone diutius retinuisset.

CONSOPIOR, ris. *obruor, occupor, teneor.* Tusc. 174 a, Quid melius quàm in mediis vitæ laboribus obdormiscere? & ita conniuentem somno consopiri sempiterno?

CONSOPITVS, a, um. *obrutus somno.* de D. 136 b, Cum Ptolemæus eo vulnere summo cum dolore moreretur, Alexander assidens somno est consopitus: tum secundum quietem uisus ei dicitur draco, is quem, &c. Tusc. 168 a, Endymion a Lunæ consopitus putatur.

CONSORS, tis. *particeps, socius.* pro Mil. 131 b, Quid respōdebo tibi, Qu. frater, consorti mecum temporum illorum? de Clar. 165 a, Socium & consortem gloriosi laboris amiseram. 159 b, Cum ex agris tres fratres consortes profugissent. pro Flacc. 153 a, Potuit dare Sextilius: nam fratres quidem consortes sunt mendicitatis. I. V. 182 b, Cōlore alicuius in lucris & furtis.

☞ Syntaxis. *Socius & consors laboris, & in labore.*

CONSORTIO, onis. *consociatio.* de Of. 57 a, Dissoluatur necesse est omnis humana consortio. Ex Non. Mar. *alia, consociatio.*

CONSPECTVS, *aspectus, præsentia.* Att. 108 a, Subito cepi consilium ut exirem, ne qui conspectus fieret, aut sermo. pro Mur. 155 a, Omniū suorum consuetudine conspectuq; priuari. pro Syl. 172 a, Vrbis conspectu, tranquilla animo & quieto frui. contra Rul. 67 a, Qui aditum huius loci conspectumq; vestrum magnopere fugerunt. I. V. 253 b, Tum se tamen in conspectum nautis paulisper dedit. de D. 80 a, Nec sese dedit in conspectum corde cupidus. Tusc. 158 b, & 159 a, Vt si iā possent in homine uno cerni omnia quæ nunc tecta sunt, casurusne in conspectum videatur animus, an tanta sit eius tenuitas, ut fugiat aciem. de Finibus. 53 b, Et eum in conspectum suam venire uetuit. I. V. 253 b, Euolarat iam e conspectu forte fugiens quadriremis. Epi. 19 b, Loco excelso & illustri sita est laus tua in conspectu multorum ciuiū. de Leg. 175 a, Religio posita in fundi uillęque conspectu. Academ. 41 b, Quæ cum sunt dicta in conspectu, consedimus omnes. Ep. 7 a, Cui prope in conspectu Ægyptus est. contra Rul. 83 b, Hæc quæ non

non tam procul erant à conspectu imperij. de Orator. 157 b, Ponere aliqua penè in conspectu animi. de Finibus. 124 b, Platonis illi hortuli non memoriam solùm mihi afferunt, sed ipsum videntur in conspectu meo hic ponere. de Clar. 166 a, Explicatis ordinibus temporum vno in conspectu omnia viderem. de Legibus. 186 a, Quàm breui fratèr in conspectu posita est à te magistratuum omnium descriptio. contra Rull. 62 a, Censoribus vectigalia locare, nisi in conspectu populi non licet. de Orator. 129 b, Audes in ciuium esse conspectu? de Finibus. 146 b, Quamuis minima animi præstantia omnibus bonis corporis anteit, vt ea ne in conspectu quidem relinquantur. in Verr. 271 a, In conspectu libertatis mori. I. A. 162 a, Qui hoc ipso tēpore stant cum gladiis in conspectu senatus. pro Deiot. 146 a, In conspectu deorum pœnarom necare hospitem. I. C. 118 b, Neq; ille qui expectans huius exitum diei astat in conspectu meo gener.

Syntaxis. *Ne quis fiat conspectus, aut præsentia. Conspectus amicorum, verbis fundi, villa, imperij, animi, libertatis. Dari se in conspectum alieni. Animus non cadit in conspectum. Stare in conspectu senatus. Aegyptus est in conspectu.*

Conspergo, gis *aspergo, respergo.* pro Planc. 280 a, Hic complexus est, conspersitque lachrymis. de Finibus. 40 b, Scripta illa nostra, quæ Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conspersimus.

Conspersus, a, um. de Orat. 151 b, Oratio conspersa quasi verborum sententiarumque floribus.

Conspiciendus, a, um, *insignis.* ad Herenn. a 12, In gestu nec venustas conspicienda, nec turpitudo sit; ne aut histriones, aut operarii videamus esse.

Conspiciens, tis. Att. 78 a, Exercitu Ciliciam propè conspiciente.

Conspicio, cis. *aspicio, considero, video.* I. C 100 b, Carere me aspectu ciuium quàm infestis oculis omnium conspici mallem. I. P. 92 b, Vehi per vrbem, conspici velle, &c. pro Muræna. 145 a, Qui imaginem patris sui laurearam in sua gratulatione conspexit. I. C. 115 a, b, Si signum illud quod videris. solis ortum conspexit. Academ. 10 b, Sapienti potest accidere, vt cum omnia fecerit, diligentissimeque conspexerit, existat aliquis, &c. *aliter, circumspexerit.* pro Muræna. 126 b, Quare non debes temere consulem populi Romani saltatorem vocare, sed conspicere, quibus præterea vitiis affectum esse necesse sit eum cui verè istud obiici possit. pro Cecin. 295 a, & pro Muræn. 130 a, Actio est in autorem præsentem his verbis, Quandoquidem te in iure conspicio. pro Corn. 64 b, Vt conspiciatis eum mentibus vestris quem oculis non potestis. * ad Herenn. 22 b, Quas res ante ora videmus obliuiscimur plerunque.]

Syntaxis. *Mente conspicere. Infestis conspici oculis.*

Conspicor, aris. *video.* ad Her. 4 a, Aiax gladio incubuit, Vlysses interuenit: occisum conspicatur, è corpore cruentum telum edurit.

Conspirans, tis. de Natura. 22 b, Tanta rerum consentiens, conspirans, continuata cognatio. pro Lign. 141 b, Quis est, qui horum consensum conspirantem, & pene conflatum hac prope æqualitate fraterna non nouerit?

Conspiratio, onis. *consensus, coniuratio.* Episto 191 b, Hæc conspiratio & concordia omnium ordinum ad defendendam libertatem. Offic. 36 a, Magnas vtilitates adipiscemur conspiratione hominum atque consensu. de Finibus. 62 b, Aliqui magni amoris conspiratione consentientes. pro Domo. 218 b, Hæc nostra conspiratio in republica bene gerenda. in Catilin. 123 b, Tanta conspiratio honorum. de Finibus. 140 b, Conspiratio consensusque virtutum. Epist. 174 b, Scelerattissima conspiratio. Antequam 194 b, Illa conspiratio conflata restincta est: *id est, coniuratio.* pro Deiot. 145 b, Conspiratio certorum hominum contra dignitatem tuam. * Episto. 149 b, Omnium gentium consensum, & incredibilem conspirationem adiuua.]

Conspiro, as. *consentio.* I. A. 186 a, Vt omnes ad autoritatem huius ordinis, maiestatem populi Romani defendendam conspirasse videantur. Episto. 15 b, Mirabiliter omnium generum atque ordinum consensus ad liberandam rempublicam conspirauit. I. A. 230 b, Nec dū senatum cum populo Romano conspirasse sensisset. contra Rull. 65 b, Conspirate nobiscum, consentire, cum bonis. de Natu. 65 b, Naturam quasi cognatione continuatam conspirare dicebas. * Tusc. 242 b, Consilium omnis vitæ consentiens, & pene conspirans.]

Syntaxis. *Cognatio rerum conspirans, consentiens, & continuata. Consensus conspirans, & conflatus. Conspiratio & concordia. Conspiratio & consensus. Conspiratio consensusq; virtutum. Bonorum consensus conspirat ad, contra, in. Conspirare cum aliquo.*

Consponsor, oris *qui cum alio spondet.* Att. 190 b, Velim des operam, vt inuestiges ex consponsorum tabulis, sit-ne ita. Epist. 92 a, De negocio tuo, quod sponsores pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit, non desinam cum illo communicare.

Consputo, as. *sputo aliquem fœdo.* Qu. frat. 308 a, Clodiani nostros consputare cœperunt.

Constans, tis, ssimus. *firmus, stabilis, grauis, præsens, perpetuus, conueniens, æquabilis, moderatus, singulari constantia præditus.*)(. *Inconstans, mobilis.* de Amic. 108 a, Firmus & stabilis & constans amicus. Offic. 16 b, Fortis animi & constantis est, non perturbari in rebus asperis. pro Dom. 230 b, Is fortis & constans in optima ratione semper fuit. de Amici. 97 a, Nec ullo casu arbitror hoc constanti homine accidere posse, vt vlla intermissio fiat officij. I. A. 248 b, Fateor me vna atque constanti aruspicum uoce esse permotum. & ibidem. Mea perpetua atque constans voluntas in rem publicam. Postquam. 210 b, Constans & perpetua defensio salutis meę. Episto. 7 a, Eaque quæ de ea scripta est autoritas, tantam vim habet, vt magis iratorum hominū studiis, quàm constantis senatus consilium esse videatur. de Clar. 173 a, Ciuis in rebus optimis constans. de Legibus. 165 a, Constans & perpetua ratio vitæ. pro Cecinn. 285 a, Et hoc constantis hominis esse putaui, qui cum vi, &c. de Natura. 64 a, Stellæ cursus certos & constantes habent. & ibidem. Stellarum conueniens constansque conuersio. Episto. 187 a, Ex Asia nihil perfertur ad nos. præter rumores de oppressio Dolabella, satis illos quidem constantes, sed adhuc sine autore. de Diuinat. 112 a. Motus Lunæ constantissimus. Vir constans & grauis)(. *Leuis Mobilis.*

Syntaxis. *Firmus, & stabilis, & constans amicus. Fortis animus. & constans. Perpetuum & constans. In aliquo constans. Certus & constans cursus cœli. Rumores constantes.*

Constanter, *fortiter, æqualiter, perpetuò, conuenienter.* Att. 286 b, Si modo constanter & perpetuò placebit hoc consilium, relatam puto gratiam pietati meæ. Or. 216 b, Oratio æqualiter constanterque ingrediens. Tusc. 233 b, Epicurus quàm sibi constanter conuenienterque dicat, non laborat. Offi. 10 b, Beneficia, quę iudicio, considerate, constanterque delata sunt. de Vn. 203 a, Constanter manere in suo statu. Att. 65 a, Constanter & libere me gessi.

Syntaxis. *Constanter & perpetuò. Oratio æqualiter, constanterq; ingrediens. Constanter & conuenienter dicere. Iudicio, considerate, constanterq; delatum beneficium.*

Constantia, tię. *firmitas, stabilitas, grauitas æqualitas, perseuerantia firmitas animi, firmum consilium, status constans & perpetua ratio vitæ, perpetuitas.* Officio. 23 a, Cato grauitatem suam perpetua constantia roborauit, semperque in proposito suo susceptoque consilio permansit. & 25 b, Nihil est quod tam deceat, quam in omni re gerenda consilioque capiendo seruare constantiam. & 5 b, Fundamentum iustitiæ est fides, id est, dictorum conuentorumque constantia & veritas. Attic 66 a, O constantiam prudentissi, & fidem miram. Officior. 10 b, Beneuolentiam non adolescentulorum more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potius & constantia iudicemus. Attic. 286 b, Brut. Fortis animus sine constantia & æqualitate nullus est. Tusculan. 234 b, Non ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate atque constantia. Pro Pomp. 17 a, In ce satis esse animi constantiæque arbitror. Offi. 14 a, Acerba ferre, robusti animi est, magnæq; constantię. de Amic. 108 b, & 115 a, Constantia & stabilitas. Attic. 300 a, Constantia & firmitas animi. I. A. 211 b, Retinenda est igitur vobis constantia grauitas, perseuerantia. pro Muræ. 136 a, Quæ enim pertinacia quibusdam, eadem aliis constantia videri potest. de Diuinat. 125 b, Quæ autem est inter augures conueniens & coniuncta cōstantia. de Diuin. 112 a, & 125 a, Nihil est iam contrarium rationi & constantię, quam fortuna.

Syntaxis. *Constantia perpetua, coniuncta, conueniens. Constantia & stabilitas. Constantia & æqualitas. Perpetuitas & constantia. Dictorum constantia, & veritas.*

Consterno, nis. *sterno, effundo, tego, spargo.* de Diuinatio. 95 a, Nam ex horreis direptum & effusum frumentum vias omnes constrauerat. in Arato.

Ille grauis moriens constrauit corpore terram.

Constratus, a, um. Pro Sestio. 21 b, Cùm forum corporibus ciuium Romanorum esset constratum cæde nocturna.

Constipor, ris. *coarctor, constringor, contrudor.* contra Rul. 81 b, Non modo dena iugera dari nobis, sed ne constipari quidem tantum numerum hominum posse in agrum Campanum intelligetis.

Constituendus, a, um. *decernendus, instituendus.* I. V. 56 b, Vt in constituendo accusatore, quod sequi possitis, habeatis. Parad. 238 b, Atque etiam ante iudicium de constituendo ipso iudicio solet esse contentio. & ibidem. de constituendis actionibus. de Orato. 102 b, Nam si forte quæreretur, quæ esset ars imperatorum constituendum putasem principio, quis esset imperator, &c. Offi. 25 a, Ineuntis ætatis inscitia, senum constituenda & regenda prudentia est. pro D. 213 a, Vobis hodie constituendum est, vtrum post hæc, &c.

Constituo, is *decerno, delibero, cogito, statuo, destino, sancio, præscribo, designo.* Attic. 130 a, Quamobrem cum constituisses, vt vibullius mihi scripserat ad V. Idus Feb. Corfinio proficisci cum exercitu, & ad me venire, miror, quid causæ fuerit, quare consilium mutaris. & ibidem b, Coss. constituerunt idem facere. Attic. 258 a, Constitueram, vt pridie idus Aquini manerem, Episto. 153 b, Lepidus ad forum Voconij castra habet, ibique me expectare constituit. Offic. 34 b, Vt constitueret honestum aliquod, quod utile non esset. pro Qu. 5 b, Cū maiores ita constituerint, ut qui pro capite diceret, is posteriore loco diceret. I. V. 136 b, Censoribus, si quid commisissent, pęna erant legib. constitutæ. contra Rull. 89 a, Lex, quæ ius melius Syllanis prædiis constituat, quàm paternis. Qu. de Pet. 210 b, Vt quantum cuiq; confidas, constituere possis. pro Dom. 219 b, Aliter cōstituere de religione Pōtificum, quàm cerimoniarum vis postulet. I. A. 203 b, Legibus annalibus grandiorem ætatem ad consulatum constituebāt. At. 251 b, Errorem remisi citiùs quàm cōstitueram, ut esset cum Hortensio: & quia equitibus quidem ait se idibus constituisse, &c. Epist. 181 a, Nondū satis constitui, molestiæ ne plus, an voluptatis attulerit mihi Trebatius noster. pro Q. 17 a, Omnia bona possessa non esse cōstitui. de Os. 108 b, Sane nellem non constituisse in Tusc. me hodie uenturū esse Lgl. I. C. 107 a, Patefeci cætera, quid ea nocte egisset, quid in proxima constituisses, &c. de Orat. 108 b, Nunc Scæuola quoniam Tusculanum ire cōstituit, paulum requiescet, dum se calor frangat. At. 242 a, De hac re cū aliquid constitueris, velim mihi scribas. & 176 b, Cum eū uidero, cōiter constituemus de reditu eius. At. 234 b, Nihil ante de profectione constituam quàm ista, quò euasura sint, videro.

Epist.

Episto. 196 a, Sed hoc melius ex re, & ex tempore constitues. Episto. 22 b, Quando, & quomodo per quos agendum sit, tu optimè constitues. Att. 109, Itaque vt constitui, adero. pro Ceci. 288 b, Placuit. Cecinnæ de amicorum sententia constituere, quo die in rem præsentẽ veniretur. pro Qu. 3 b, Quasi domi nonnmos haberet, ita ut Scapulis constituit se daturum. I.V. 122 a, Constitui cum hominibus, quo die Messanæ mihi præsto essent. Officio. 7 a, Vt constitueris cupiam ad uocatum in rem præsentem esse venturum. * Epist. 115 a, Tam & si de hac re puto te constitutum quid facturus sis habere. Acad. 9 a, Nec vero satis constituere possum, . quod sit eorum consilium aut quid velint.]

¶ *Pono, colloco, adepto, sufficio, edo, condo, paro, comparo, procuro, facio, sumo.* de Pet. 210, Qui si iactari non poruerunt, necessarios suos in hoc munere constituant. & 209 b, Cum cæteros cupidos, tui constitueris. & ibidem. Si præsidij se aliquid sibi constituere putant. Qu. de Pet. 209 a, Constituere amicitiam cum aliquo. pro R. 123 b, Vt iam metuere Posthumus cogeretur, ne quod crediderat, perderet, si credendi constituisset modum. pro Clue. 25 a, Hominem ante pedes Quin. Manlij constituunt. pro Cæli. 54 a, Constituite vobis ante oculos huius miseri senectutem. I.V. 91 b, Quinetiam cum tibe quæstoris in lócum constitueras. Quin. de Per. 210 b, Qui si sectari non potersit, necessarios suos in hoc munere constituant. Qu. fra. 300 b, Constituere crucem sibi ipsi. pro Deio. 148 b, Cæsar Deiotarum regem constituit. de Orato. 74 a, Te mearum ineptiarum testem & spectatorem fortuna constituit. pro Dom. 238 a, Constituere iura. pro Ceci. 292 b, Cõstituere ius, aut conditionem aliquam alicui. & ibidem. Constituere legem aliquam ciuitati. & ibidem. Cõstituere actionem alicuius rei. Offi. 51 b, Constituere concordiam. pro S.R. 22 a, Constituere pacẽ. I.A. 231 a, Cõstituere rem familiarem suam. pro S.R. 30 a, Constituere supplicium alicui maleficio. I.V. 259 b, Cõstituere supplicium in aliquem. ad Her. 12, A beneuolentia principium constituemus. p Clu. 292, b, Constituere locum reo. Attic. 186 a, Diem Tyrannioni constituemus. Offi. 41 a, Constituere æquitatem: hoc reipublicæ moderatoris proprium est. de Orato. 96 b, Constituere controuersiam. pro Mur. 124 b, Constituere patronum. * Tusc. 249 a, De maratus fugit Tarquinios Corintho, & ibi fortunas suas constituit.]

Constitvor, ris. *conficior, instituor, proponor, disponor, statuor, decernor,* pro Clu. 56 Constitutus quæstio de furto. I.V. 77 a, Vt finis aliquãdo iudiciariæ controuersiæ constitueretur. I.V. 263 a, Dico mercedẽ funeris ac sepulturæ constitui nefas esse. ad Herenn. 1 b, Per exordiũ animus iudicis constituitur, vel apparatur ad audiendum. Offic. 67 b, Vt res numeraria de communi sententia cõstitueretur: iactabatur enim temporibus illis nummus. ad Heren. 6 a, Ex intentione & insitiatione iudicatio constituitur. Qu. frat. 296 a, Semper honores putaui, si vulgares essent, uiles. si temporis causa constituerentur leues. p Cec. 293 b, Pœna ignauis ab imperatoribus constitui. * Epist. 47 a, Nihil constitui potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem.]

Constitvtvs, a, um. *institutus, compositus, confirmatus, decretus, certus.* pro Sest. 26 a, Descriptio ciuitatis à maioribus nostris sapientissimè constituta. Tusculan. 178 a, b, Metrodorus eum perfectè putat beatum, cui corpus bene constitutum sit, & exploratum ita semper fore. Cla. 165 b, Bene morata & bene constituta ciuitas. I.V 77 a, Vt aliqua ex parte mea diligentia constituta autoritas iudiciorum videatr. pro Quint. 31 b, Magistratus, qui auxilij causa constitutus est, *id est, Tribus pleb.* Episto. 17 a, Vt frater meus vere existimaret, adiuncto isto fundo patrimonium fore suum per te constitutum. in Verr. 84 b, Postquam Cn. Dolabellæ prouincia Cilicia constituta est. pro S. R. 21 a, Postea quam uictoria constituta. I V. 73 a, Ne tenuissima quidem suspicio acceptæ pecuniæ ob rem iudicandam cõstituta sit. Epi. 344 b, Ego mihi, Plance, necessitudinem constitutam habui cum domo vestra, &c. I. V. 305 b, In Mamertinorum solo monumentum istius crudelitatis constititutum est. pro Fl. 151 a, Cuius uirtute regibus exterminatis libertas in repub. constituta est Par. 236 b, Hi sunt quidam habitus animi sic affecti & constituti, ut, &c. pro Cl. 60 b, Mihi ita persuasi, Romulum auspicijs, Numam sacris cõstitutis fundamenta iecisse reipublicæ. pro Mutæ. 126 b. Ex qua laus familiæ, memoria generi, honos & gloria nomini constituta est. de Finibus. 126 b, Hoc enim constituto in philosophia, constituta sunt omnia. de Senec. 90 a, Senectus, quæ fundamentis adolescentiæ cõstituta est. I. C. 104 a, Quibus hæc urbs auspicijs à Romulo est cõstituta. Antequã. 196 b, Qui sedem Capitolijs in saxo incolitis constitutam. Offic. 48 b, Hanc ob causam respublica, ciuitatesque constitutæ sunt. de Arusp. 247 a, Post hanc vrbẽ constituta de Arus. 247 a, Post sacra constituta. de Natu. 1 b, An à deis in principio omnia facta & constituta sint: & 71 a, Trieterides à Dionisio constitutæ putantur de Diu. 98 a, Neque dij ignorant ea, quæ ab ipsis constituta & designata sunt. pro Se. Ros. 21 a, Postquam uictoria constituta est, ab armisque discessimus Attic. 16 b, Duo fundamenta reipubl. per me constituta. I.V. 292 b, Huiusce generis una est actio, per hoc interdictum, quo nos usi sumus, constituta. I.V. 287 a, Cum esset auctio hæreditaria constituta. de Inuent. 69 b, Iudicium aut actio constituta, uel comparata pro S. R. 22 a, Bona alicuius constituta auctione uendere. Epi. to. 19 b, Est enim tibi grauis aduersaria constituta, atque parata incredibilis quædam obseruatio. I. C. 100 b, Consulares, qui tibi per sæpe ad cædem constituti fuerunt. pro Deiot. 148 b, Pecunia constituta ad emẽdos agros. pro Clu. 35 a, Stalenus ad corrumpendum iudicium a Cluentio constitutas. pro Dom. 222 a, Pœna in ciues Romanos nominatum sine iudicio constituta. de Inuent. 69 a, Ita ius ciuile habemus constitutum, ut, &c. pro Cl. 37 a, Ab iisdem iudicibus locus est ei primus constitutus. Epist. 14 a, Si ad constitutam diem decedemus. pro Cecin. 291 a, Cecinna ad constitutam diem tempusque venit. * ib. Qui ad constitutum experiundi iuris gratia venisset.] I.C. 102 a, Scio pactam & constitutam esse cum Manlio diem. Attic. 194 a, Sic ea rescripsit constitutum se cum eo habere. Epis. 98 a, Quare si quod constitutum cum podagra habes, fac in alium diem differas. de Fat. 124 a, Non sequitur tamen, vt etiam sedere eos & ambulare principalibus causis definitum & constitutum sit pro Cælio. 50 b, Aiunt cõstitutum esse cũ seruis vt venirent ad balneas. cont. Rull. 61 b, Actio constituta in mensem Ianuarij. Epist. 115 a, Tametsi de re puto te cõstitutum, quid facturus sis habere, tamen, &c. pro Domo. 220 a, Qui de quaque re constituti iudices sunt. At. 84 b, Rescindere, vel tollere constituta ab alio, & acta alterius Qu. frat. 306 a, Optime factis pœna est maxima constituta. Ar. 105 b, Audio constitutũ esse Pompeio & eius consilio, in Siciliam me mittere. * pro Cæl. 41 b, Cum sit his confitendum nunquam se ne congressu quidem, & constituto cæpisse de tantis iniurijs experiri.]

¶ *Propositus.* de Na. 122 b, Quid in personis & in constituta re & definita quæreretur. Ep. 24 a, Decedere constitutam diem. de D. 85 a, Ex itinere proposito & iam constituto reuerti.

¶ *Paratus.* pro Muræna. 144 a, Consul fortuna constitutus ad amplexandum ocium, scientia ad bellum gerendum, animo & vsu ad quod uis negocium.

¶ *Factus.* de Fini. 128 a, Quoniam viuendi ars est prudentia, necesse est eam quoque ab alia re esse constitutam & profectam. pro Sest. 23 b, Bene de rebus domesticis constituti.

¶ *Positus, collocatus.* de Na. 1 a, Qui verò deos esse dixerunt, in tanta sunt varietate constituti, vt, &c.

☞ Syntaxis. *Ætatem constituere: id est formare, moderare. Constituere de. Constituere num, an. Ex re ac tempore constituere. Constituere aliquem ante pedes alicuius. Constituere aliquem in loco alterius. Et vera, & conditionem alicui constituere rem familiarem, diem alicui, quæstionem de furto. Constituere, & apparare iudicem ad audiendum. Corpus bene constitutum. Ciuitas & magistratus victoria prouincia alicui constituta, libertas. Ædicula in saxo constituta. Ad constitutum tempus: id est, definitum, decretum. Cum aliquo constitutum esse vt. Constitutum habere qd. Rescindere constituta, & acta ab aliquo. Alicui constitutum esse: id est aliquem deliberasse. Deos constitutos: id est decretum fortuna constitutum: id est, paratus facilis proclivus.*

Constitvtio. onis. *comparatio, institutio.* Brut. 91 b, Illud necesse me ad te scribere, quid sentirem tota de constitutione huius belli. & de Legib. 174 a, Religionum constitutio.

¶ *Causa status.* ad Her. 4, Constitutio, & prima deprecatio defensoris, cum accusatoris in simulatione coniuncta. de Inuent. 44 a, Constitutio, est prima conflictio causarum, ex depulsione intentionis profecta, hoc modò: Fecisti, non feci, aut iure feci. *reliqua de constitutionibus causarum in his ipsis locis vide. & de Inu. 63 b, & 69 b.* Lege Status.

¶ *Habitudo, & compositio.* Offic. 75 b, Corporis firma constitutione, eiusque constitutionis spe explorata, vita omnis beata (ut à Metrodoto scriptum est) continetur.

Constitvto. experiri cum aliquo. pro Cæl.

Constitvtvm, ti. *propositum.* Attu. 180 b, Horum & timor fuit idem primò, qui meus, & constitutum. At. 158 b, Igitur ad constitutum: *id est, ad constitutum diem.* pro Cæl. Constitutum factum esse cum seruis. L. Habere. *cum adiectiuis.*

Consto, as. *componor, fio, consistuor.* de Natur. 67 a, Prudentia constat ex scientia rerum bonarum & malarum. & ibidem. Temperãtia cõstat ex prætermittendis uoluptatibus. Offic. 32 a, Iustitia est uirtus, quæ constat ex hominibus tuendis: *id est, ex societate generis humani.* I. V. 225 a, Vetus est opinio, quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis & monumentis. de Orato. 156 b, Quidam ornatus orationis ex singulis uerbis est, alius ex continuatis coniunctis constat. Offi. 34 a, Iudiciorum ratio ex accusatione & defensione constat. de Orat. 215 b, Contraque accidit in spondeo. & trocheo, quod alter ex longis cõstat, alter e breuibus fit. de Orato. 118 a, Siue ex crimine causa constet, ut facinoris: siue ex controuersia, ut hæreditatis: siue ex deliberatione, ut belli, siue ex persona, ut laudis: siue ex disputatione, ut de ratione uiuendi. pro Quint. 48 a, Hic ex fallaciis constat totus. Tusculan. 190 a, Cum constemus ex animo & corpore. de Natura. 21 a, Homo qui ex animo constat & corpore. Orato. 202 b, Actio constat e uoce atque motu. Orato. 215 b, Oratio constat ex iambis. pro Fon. 276 a, Prouincia Gallia, quæ constat ex ijs generibus hominum, qui, &c. de Diuinat. 135 b, Tamen isti, qui profitentur eam, facere cõ possent: ex leuissimo enim, & indoctissimo genere constant. de. Ami. 113 b, Concio ex imperitissimis constat. de Finibus. 95 a, In illis quæ rectè facta sunt, non continentur tamen omnes partes ex quibus constant. Tusculano. 157 a, Animus, qui si est horum quatuor generum, ex quibus omnia constare dicuntur, ex inflammata anima constat. pro Muræna. 130 a, Scientia, quæ tota ex rebus fictis commentitijsque constaret. Offic. 44 a, Illa benignitas, quæ constat ex opera & industria, honestior est, &c.

¶ *Sum.* de N. 19 a, Virtutem sine ratione constare non posse, & ibid. b, Deos sine membris constare non posse & 7 a, Si ipsa mens constare potest, uacans corpore. de Ora. 144 b, Nihil auxilium a cæteris per seipsum cõstare potest. de Amic. 100 b, Quæ in rerum natura, totoque mundo constat, quæque mouentur, ea, &c. I. V. 146 b, Sic tamẽ ut usque alterum R literæ constarent integræ.

¶ *Patet, liquet perspicuum est.* Episto. 11 b, Sanè molestè Pompeium id ferre constabat. in Anto. 256 a Mihi quidem constat meam contumeliam non ferre Episto. 12 a, Ne si summa quidem eorum in me merita constarent Episto. 32 b, & 33 a, Mea in te omnia summa necessitudinis officia constabunt Episto 177 b, Te oro, ne quid existimes ab illo factum esse, quo minus mea in te officia constarent, mimisse te diligerem & 94 b, Modo vt tibi constiterit fructus ocij tui. Partit. 233 b. Nempe igitur ea restant, quæ cum factum constet & nomen, qualia sint, vocatur in dubium. de Inuē. 61 a, Nouus locus est, per quem cum alijs, quæ constant esse peccata, hoc quod de questio est, comparatur. pro Quin 11 a, Hic quoque constat procuratoris diligentis officium. Attic. 207 a, Nunc verò cum de Magio constet, nō ne furor eius omnem causam sustinet? pro S. R. 38 a, Maleficia quæ in illo constant esse. de Inu. 55 b, Eorum igitur quæ constant, exempla ponam. & 81 a, Res de qua constat. pro Cl. 43 b, Deinde hęc de Oppianico constabunt, &c. Tusculan. 156 b, Quæ cùm constent, perspicuum debes esse, animos, &c. pro Quint. 17 a, In quo constitit Næuium ex edicto non possedisse. de Inuent. 55 a, Hæc propositio indiget approbationis non enim perspicua est, neque constat inter omnes. in Antonium 180 b, Sed tum nimis inter omnes constabat, neminem esse resultatum. de Natu. deorum 61 b, Quasi hoc perspicuum sit, consterque inter omnes, esse deos. de Orato 143 a, Vt sępe inter omnes sapientes constare uidi. Orato. 118 a, Vt inter omnes constat antiquos. Quint. frat 294 b, Constare inter omnes uideo, abs te summam adhiberi diligentiam. Episto. 102 b, Constat inter omnes, neminem te iuris peritiorem esse. pro Milone 104 a, Quid porro quęrendum est, factum-ne sit? constat, a quo? at pater. de Finibus. 128 a, Constitit autem fere inter omnes id, in quo prudentia uersaretur, oportere esse, &c Episto. 202 a, Etsi non satis mihi constiterat, cum aliquane animi mei molestia, an potius libenter te Athenis visurus essem, quòd, &c. tamen vidisset te mallem.

¶ *Conuenio, congruo, cohæreo.* pro Cl. 30 a, Iudices tamen in Oppianico sibi constare, & superioribus iudicijs consentire debuerunt. de Cl. 196 a, Discedere à sese, id est, non constare sibi. & 187 b, Et ille: Præclare, inquit, tibi constas, vt de ijs qui nunc sunt, nihil velis ipse decere, &c. Tuscula. 217 a, b, An malum nullum est, quo aut oppressus iaceas, aut ne opprimare, mente uix constes Officiorum. 24 a, Vt cō stare in uitæ perpetuitate possimus nobis metipsis, nec in ullo officio claudicare. ad Heren. 3 b, Adhuc quę dicta sunt arbitrior mihi constare cum ceteris artis scriptoribus. ad Heren. 9 a, Deinde dicemus contrariam sententiam non constare cum superioribus & inferioribus sententijs. de Inuent. 67 b, Constet-ne oratio, aut cum re, aut ipsa secum. Officior. 15 a, Sunt enim qui in rebus contrarijs parum sibi cō stent. de Vniuers. 196 a, Vt tota oratio sibi constet, & ex omni parte secum ipsa consentiat. Attic. 6 a, Si humanitati tuæ constare voles & 174 a, Si tibi constare vis. de Finib. 75 a, Reliqui sibi constiterunt, vt extrema cum initijs conuenirent. * Tuscul. 231 a, Quam sibi conueniat ipse uiderit.]

¶ *Maneo, permaneo, perduro, persenero.* de Oratore 117 a, Antiquissimi sunt, quorum quidem scripta constent, Alcibiades & Pericles. p Fla. 160 b, Pergami non multum auri ratio constat. Epi. 103 a, Collaudo te, q iam uideris certa aliqua in sententia constitisse. Epist. 13 a, Qua in sententia constare si uoluissent.

¶ *Precii ratione,* in Verrem 205 b, Metuisti ne tibi æs alienum cresceret, si H-S. V I. millibus tibi constarent ea, quæ tu facilè posses vendere H-S. C C. millibus. At. 214 b, Id prope dimedio minoris constabit illo locu. in Ver. 245 b, Nauis tibi constat gratis.

☞ Synaxtis. *Constat prudentia, temperantia, iustitia ex, &c. Causa constat ex crimine, ex controuersia, ex deliberatione, ex persona, ex disputatione. Homo ex fallaciis constans. Constare è motus pro, ex. Gallia constat ex ingenuis. Illi constant ex genere indocto: id est, sunt ex numero. Constat mihi. Merita tua in eum constans summa. De Cęsar constat. In illo constans esse malesicia. De hac re non constat. Inter eos constat. Sibi constare. Mente constare. Id cum superioribus constat. Sibi constans oratio, & ex omni parte sibi conueniens. Constat hoc nimio, dimedio, minoris, gratis.*

Constratvs, a, um. *tectus.* I. V. 254 a, Nauis constrata, & ita-magna, vt propugnaculu cæteris possit esse. & 257 a, Poterone in eos esse vehemens, qui naues inanes non modo habuerunt, sed etiam apertas? in eum dissolutus, qui solus habuerit constratam nauem, & minus exinanitam?

Constrictvs, a, um. *conclusus.* In Anton. 213 b, Inclusam & constrictam belluam ne dimittatis, cauete. Postquam. 200 b, Dedere aliquē constrictum hostibus. I. C. 97 a, Constrictam iam horum omnium conscientia teneri coniurationem tuam non vides? contra Rul. 63 b, Italiam omnibus uinculis deuinctam & constrictam tenere. de Orat. 204 a, Corpora capta armis, aut constricta vinculis. pro Flacc. 149 a, Psephismata iureiurando constricta. pro Corn 57 a, Veritate potius quam religione fidem esse constrictam. de Clar. 167 b, Sententia aptis constricta verbis cadit plerunque numerose. * Academ. 41 a, Dum ne Reipubl. procuratio multis officiis implicatum, & constrictum tenebat.]

Constringendvs, a, um. de Finibus. 50 b, Tradunt se libidinibus constringendos. de Finibus. 77 b, Vt se virtuti tradat cōstringendam voluptas. I. P. 89 b, Si familiam tuam dimisisses, amici tui constringendum te putarent.

Constringo, gis. *nexo, arcto.* contra Rull. 71 b, Qui orbem terrarum constringit nouis legibus. de Orat. 102 a, Tum qui scelus fraudemque nocentis possit dicendo subiicere odio ciuium, supplicioque constringere. & 100 b, Quæ dissipata sunt ac diuulsa, conglutinare, & ratione quadam constringere.

Constringor, ris. Tusculan. 185 b, Si turpissimè se pars illa animi geret, vinciatur & constringatur amicorum propinquorumque custodijs.

☞ Syntaxis. *Inclusus, & constrictus. Constricta coniuratio. Sententia constricta verbis aptis. Legibus constringere. Scelus supplicio constringere. Vinciri & constringi custodiis.*

Constrvctio. onis. *compositio, quasi structura quædam, consecutio.* de Orato. 86 a, Oratio conformanda est non solum electione, sed etiam constructione uerborum. ad Heren. 27 b, Compositio est uerborum constructio, quæ, &c. de Clar. 190 a, Verborum apta, & quasi rotunda constructio. ad Heren. 26 a, Magna & ornata constructio verborum. Orato. 119 b, Nolo tam minuta hæc constructio appareat. Aca. 21 b, Iam illa præclara quanto artificio natura totam constructionem hominis fabricata est? * Attico. 58 a, Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione. Partit. 131 b, Constructio verborum tum coniunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur.

☞ Syntaxis. *Constructio orationis, apta, rotunda, magna, ornata, minuta. Hominis constructionem fabricatur natura.*

Constrvctvs, a, um. *conditus.* de Vniue. 197 b, Mundi corpus ea constructum propositione quam dixi. de Legi. 173 a, Constructa à patribus delubra habento.

¶ *Coactus.* cont. Rul. 63 a, Pecunia constructa & coacervata.

¶ *Digestus.* de Natura deorum. 53 a, Dentibus in ore constructis manditur cibus.

¶ *Collocatus positus, editus.* de Orato. 98 a, Multæ & magnifices res constructę & reconditæ. & ibidem. Copia ornamentorum vno in loco constructa.

Constrvo, is. *conficio, ędifico, fabricor.* de Natura. 51 a. Aues cubilia sibi nidosque construunt. de Sen. 90 a, Vt nauem, vt ædificium idem destruxit facillime qui construxit: sic hominum eadem optime, quæ conglutinauit, natura dissoluit.

Constrvor, ris. *coagmentor, coacervor.* de Nat. 5 b, Plato construi à deo atque ædificari mundum fecit. I. A. 178 b, Tanti aceruus numorum apud illum construuntur, vt iam appendantur, non numerentur pecuniæ. Epist. 47 a, Nihil construi potest, quod non incurrat in magnā aliquam difficultatem.

☞ Syntaxis. *Construere pecuniam, mundum, cubilia, nummorum aceruos,*

Constvpratv, a, um. Attic. 36 b, Afflicta Respub. est empto constupratoque iudicio.

Constvpro, as. *contamino* Quint. de Pet. 206 b, Qui propè in gremijs parentum prætextatos liberos constuprarit. ad Heren. 26 a, Matres familias constuprare.

Consvasor, oris *suasor.* pro Q. 3 b, Hæc omnia Quintius augebat, autore & consuasore Neuio.

Consvesco, scis. *soleo, mos consuetudinis est, consuetudinem habeo, consuetudinem & exercitationem capio, mulierem cum aliquo sum, mulierem. vnà sum, diem cum aliquo pono cum aliquo coniunctissimè & amantissimè viuo, in consuetudinem me do, in consuetudinem alicuius me venio.* in Ver. 241 b, Huc omnes mulieres, quibus iste consueuerat, conueniebant. de Clar. 196 a, Ea ornatu illo orationis, quo consueuerat, ornata nō erat. de Amic. 309 a, Nemo est, qui non equo quo consueuit, libentius vtatur, quàm intractato & nouo. Anteq. 194 b, Quoniam laborem pro concius ferre consueui. Orato. 108 a, Demostenes versus multos vno spiritu pronunciare consuescebat. de Or. 93 a, Imo verò rogemus Antonium, qui & potest facere id quod requiris, & consueuit. de Or. 97 b, Cum minus idoneis verbis vt consuescerem. & ibid. Si consueris. Tusc. 164 a, Disiungamus nos à corporibus: id est, cōsuescamus. mori. Tus. 164 a, Et id ipsum quod datur ocij, libētius in philosophia consumere consueuimus. Att. 15 a a, Vt tuis consilijs (vt cō sucui) in omnibus rebus vtar.

☞ Syntaxis. *Vt consueui. Alicui mulieri consuescere, in malam partem. Consuesco fatere.*

Consvetvdo, nis. *mos, institutio, vsus.* de Na. 38 a, Suscepit autē vita hominum consuetudoque communis, vt beneficijs excellentes viros in cœlum tollerent. de Inuent. 42 b, Vetus consuetudo naturæ vim obtinet. de Finibus. 142 a, Consuetudo quasi altera natura. de Fat. 145 a, Communi igitur consuetudine sermonis abutimur, cum ita dicimus: velle aliquid quempiam sine causa. pro Milo. 101 b, Vetus consuetudo fori, & pristinus iudiciorum mos immutatus est. Attic. 394 b, Nosti Niciæ nostri imbecillitatem, mollitiem, & consuetudinem victus. de Natu. 59 b, Mala & impia consuetudo est contra deos disputandi. de Legibus. 182 b, Tanta est corruptela malæ consuetudinis, ut, &c. pro Font. 280 b, Immanis & barbara consuetudo hominum immolandorum. I. V. 191 a, Ex huiusmodi principio consuetudo æstimationis introducta est. de Orato. 98 b, Ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem ueniamus. de Inuent. 69 a, In nostram consuetudinem rarius hęc incidunt. I. V. 244 b, Superiorem prætorum consuetudo hęc fuit, vt, &c. & 134 a, Est consuetudo Siculorū, vt, &c. de Cl. 175 a, Academicorum consuetudo in ratione dicendi talis est, ut nec ipsa per se possis, &c. de Ora. 97 a, Qui a scribendi cō suetudine ad dicendum venit. I. V. 79 a, Ego ueterem cōsuetudinem longo interuallo retuli. Ep. 65 a, Si tuam consuetudinem patrocinijs tuendis seruas, P. Vatinius cliēs ad te venit, qui p se cām dicere vult. & 166 b, Exercitus cūctus consuetudinem suam ciuibus conseruādis communique pace seditione facta retinuit. de Di. 139 b, Tenebimus hanc consuetudinem a Socrate traditam, eaque inter nos quàm sæpissime

pissimè vtemur. I. A. 158 a, Meam consuetudinem, quam semper in Repub. habuit, tenebo. I. P. 89 a, Senatus in eam iam benignitatis cõsuetudinem venit, vt eos qui Rempub. bene gesserunt, nouis honoribus afficiat. de Inuent. 70 a, Quædam ex vtilitatis ratione in consuetudinem veniunt. pro Cecin. 186 a, Quod iam in consuetudinem venit. & ibidem. Id iam mala consuetudine dissolutum est. Offic. 44 b, Id a nostris hominibus sæpissime vsurpatum est, & iam in prouerbij consuetudinem venit: Largitionem fundum non habere. de Orato. 141 b, Exercitatio, ex qua consuetudo gignitur. & 92 b, Cõsuetudo, exercitatioq;, & intelligendi prudentiam acuit, & eloquendi celeritatem incitat & 109 b, Ad Græcorum consuetudinem disputare. Offic. 12 b, Et consuetudo exercitatioque capienda, vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus. de Diuinat. 125 b, Ad nostri augurij consuetudinem dixit Ennius, cum tonuit læuum. Tusculano. 243 a, Exercitatio consuetudoque patiendi. Tuscul. 230 a, Quem morem cum Carneades tenuisset, fecimus vt ad eam consuetudinem disputaremus. pro Mur. 130 b, Consuetudo dicendi longe isti vestræ exercitationi ad honorem antecellit. pro Rabir. 99 b, Adeone ignarus es disciplinæ consuetudinisque nostræ? de Cl. 188 b, Hoc non fuit rationis aut scientiæ sed quasi bonæ consuetudinis. Orat. 212 b, Quod si indocta consuetudo tam est artifex suauitatis, quid ab ipsa tandem arte & doctrina postulari putamus? & ibidem a, Impetratum est à consuetudine, vt peccare suauitatis causa liceat. de Diuin. 120 b, Vt etiam si præter consuetudinem acciderit aliquid, præter naturã tamen non possit existere. pro Rabir. 90 b, Non est meæ consuetudinis initio dicendi rationem reddere, qua de causa, &c. de Clar. 185 a, Vt est consuetudo dialogorum. pro Cec. 289 a, Prætor interdixit, vt est consuetudo, de vi, &c pro Archi. 191 b, Qua de causa pro mea consuetudine breuiter simpliciterque dixi. & 40 b, Redire in consuetudinem pristinam. pro Mil 121 a, Consuetudo alicuius perpetua in vi inferenda. pro Cecin. 285 a, Si mè consuetudine recedatur, sc, &c. Attic. 67 a, Non oblitus consuetudinis atque instituti mei, rarius ad te scribo. Cæsa. 125 b, Vt erat superiorum dierum consuetudo. I. V. 65 b, Cuius consuetudinis atque instituti patres vestros non pœnitebat. & 55 a, Adductus sum, iudices, veteri cõsuetudine institutoq; maiorum, vt putarem, &c. de Inuent. 70 b, Consuetudinis ius est, qđ voluntate omnium sine lege vetustas comprobauit & 82 b, Consuetudine ius est, quod leuiter à natura tractum aluit, & maius fecit vsus. Epistola. 17 b, Sed nostri consuetudinem hominum. pro Cęlio. 301 a, Mea consuetudo defendendi, &c. de Orato. 86 a, A consuetudine cõmunis sensus abhorrere. item: A consuetudine oculorum animum abducere. Offic. 17 a, In adeundis periculis consuetudo medicorum imitanda est, qui, &c.

¶ *Vita communis, conuictus.* pro Milo. 105 b, Familiaritates latè patere non possunt, propterea quod consuetudines victus non possunt esse cum multis. pro Deio. 148 a, Iungere consuetudinem & familiaritatem cum aliquo. pro Syll. 178 a, Homo coniunctissimus officijs, vsu, consuetudine, pro Ar. 186 b, Is totam Hortẽsiorum domum deuinctam consuetudine tenebat. pro Qu. 2 b, Tamen inductus cõsuetudine & familiaritate fecit, vt dixi, Quintius societatem. pro Sext. Rosc 22 a, Erat mihi cum eo non modo hospitium, sed etiam domesticus vsus & consuetudo. Episto. 18 a, Carui fructu iucundissimę cõsuetudinis tuæ. & 212 a, & 40 b, Familiaritas quotidiana consuetudine augetur. Epist. 30 a, 29 b, Magni enim videbatur interesse ad eã necessitudinem, quam nobis sors tribuisset, consuetudinem quoque accedere. & 42 a, Si consuetudinis iucunditas valet, quæ fuit vnquã amicitia coniunctior? Attic. 13 a, Multa & iucunda consuetudine cõiuncti inter nos sumus. Episto. 144 b, Tua mihi in consuetudine & familiaritate suauitas non ignota est. Epist. 57 b, Et in ipsius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo. I. P. 94 a, Is dedit se in consuetudinem, sicut prorsus vna viueret, nec fere ab isto vnquã discederet. pro Cl. 24 b, Penitus immergere se in consuetudinem alicuius. Episto. 113 b, Lucio Cossinio valde familiariter vtor: nam & inter nosmetipsos vetus vsus intercedit, & Atticus maiorem etiam mihi cum eo consuetudinem fecit. Oratore. 199 b, Congressus nostros consuetudinem victus, sermones doctissimos requiro. Postquam. 168 a, De summa re dissentientes in eadem amicitiæ consuetudine permansimus. Postquã. 198 b, Amicitiæ consuetudines, vicinitates. pro Mur. 145 a, Omnium suorum consuetudine conspectuque priuati.

☞ Syntaxis. *Vita hominum consuetudoque communis. Consuetudo vetus, & mos pristinus. Hic sinonymorum bina coniugia. Consuetudo victus. Mala consuetudinis corruptela. Consuetudine venire ad. In consuetudinem aliquid incidere. Venire a consuetudine scribendi ad dicendum. Referre, seruare, retinere, tenere habere, imitari consuetudinem. Is venit in consuetudinem. id est, iam assuetus est. In prouerbij venire consuetudinem. Ad alicuius consuetudinem disputare. Id bona est consuetudinis. A consuetudine impetrare. Absolute. Vt est consuetudo. Adduci consuetudine. Maiorum consuetudo, ac institutum, Consuetudinem iungere. Facere consuetudinem alicui cum aliquo. Insinuare in alicuius consuetudinem. Dare se in consuetudinẽ. Consuetudo & familiaritas.*

CONSVETVS, a, um. Tusculano. 186 a, Qui consuetus in armis æuum agere.

CONSVL, lis. *tutor annuus reipublicæ, publici consilij princeps.* contra Rul. 266 b, Qui sine repulsa cõsules facti sunt. *& ibidem de petendo consulatu.* pro Mur. 124 a, Illo die qui auspicato comitiis centuriatis, L. Murænam consulem renunciaui. pro Flac. 164 b, Cum bellum iam gerẽte Catilina, omnes me autore duos cõsules calẽ. Ianuarijs scirẽt esse oportere. pro Mur. 145 b, Iuno Sospita cui omnes consules facere necesse est. pro Syl. 182 b. Consules sella curuli vtebãtur. Postq. 296 b, Consul vnguentis oblitus, cũ toga prætexta, &c. I. P. 83 b, C. ille Marius & consul, & sextum consul de N. 76 a, C. Marius septimum cõsul domi suæ senex est mortuus de Di. 124 a, M. Marcellus quinquies consul. de Cla. 171 b T. Gracchus, qui bis consul & cẽsor fuit. & ib. a, Qu. Maximus quintum consul. de Senec. 79 a, Qu. Maximus IIII. Cos Att. 7 a, M. Messala & M. Pisone Coss. & 82 b, Sulpitio & Marcello Coss. & 83 a, Lentulo Philippoque Coss.

☞ Syntaxis. *Consules facere, fieri.*

CONSVLARIS, re. *vir, qui aliquando consul fuit.* Epi. 185 a, Egregios consules habemus, sed turpissimos consulares. Q. F. 306 a, Consulares & prætorij viri, &c.

¶ *Officium item, id est, consulatus.* pro Rab. 90 b, Consulare officium.

¶ *Item prouincia quæ consuli mandabatur.* pro Deio. 217 b, De prouincijs consularibus.

¶ *Insuper ætas, qua ad consulatum aspirare, legibus annalibus licebat, erat annus quadragesimus tertius.* In Ant. 203 b.

CONSVLATVS, tus. *amplissima potestas in Repub.* contra Rull. 72 b, pro Pl. 271 b, Honorum populi finis est consulatus: quem magistratum iam octingenti fere consecuti sint. I. A. 203 b, Legibus annalibus annus tertius & quadragesimus ad consulatum constituebatur. Postquam. 210 a, Vt eædem centuriæ, quæ me consulem fecerant, consulatum meum comprobarent.

CONSVLENDVS, a, um. de D. 80 b, In impetrandis consulendisq; rebus magna vis est in aruspicum disciplina. Att. 110 b, Aliter enim mihi de ipsis ac de me ipso consulendum est. de Or. 105 b, Sæpe audius accessisse ad Crassum consulendi causa quendam rusticanum.

¶ *Prospiciendus.* de Fi. 202 a, Famæ post mortem futuræ est consulendum. de In. 84 a, Quanquam præstat honestas incolumitati, tamen vtri potissimum consulendum sit, deliberatur: *id est, quæritur.*

CONSVLENS, tis. *consultor.* de Cl. 193 b, Qu. Scæuola consulentibus respondendo, studiosos audiendi docebat. de Leg. 158 a, Ego more patrio sedens in solio consulentibus responderem. Orat. 210 a, Eodem tempore discentibus satisfaciebant & consulentibus. pro Mur. 126 a, Alicui de iure consulenti respondere. de Leg. 158 a, Qui consulentibus respondent. *id est, iurisconsulti.*

CONSVLITVR. de Fi. 102 a, Patres liberis suis consultum volunt, propter ipsos liberos. I. C. 110 a, Mihi vel vrbi satis esse præsidij consultum est. cont. Rul. 82 b, De Capua multum est ac diu consultum.

CONSVLO, lis. *consilium peto, delibero, refero.* I. V. 72 a, Nunc ego iudices iam vos consulo, quid mihi faciendum putetis. Episto. 182 b, Cũ te per literas consuluissem quid mihi faciẽdum esse censeres. de Le. 178 a, De quo cum consulerent Athenienses Apollinem Pythium, quas potissimus religiones tenerent, oraculum editum est, eas, &c. de In. 84 a, Senatum consului de summa reipub. pro Qu. 9 b. Sed ne ipse quidem te consuluisti, sed ne ipse quidem ad te retulisti, ne hęc quidem tecum locutus es, horæ duæ fuerunt, &c. & ibidem. Ego pro te nunc hoc consulo, quod tu consulere oblitus es. Att. 125 a, Nec te id consulo. Epist. 142 b, Quid ergo faciam? te consulo. Br. 91 a, Quod me de Antonio consulis, puto, &c. de Diui. 87 a, Dixi ei se cogitare quiddam: id posset ne fieri, consuluit. de Orato. 107 b, Subsidium senectutis in eorum qui consultum veniant, multitudine non esse ponendum. de Diuinat. 110 b, Nemo aruspicem consulit, quemadmodum sit cum amicis viuendum: nam ad sapientes hæc, non ad diuinos referri solent.

¶ *Prospicio alicuius rationem habeo, prouideo, occurro.* Episto. 31 b, Vt quibuscũq; rebus poteris (poteris autem plurimis) prospicias & consulas rationibus meis. Off. 17 b, Qui parti ciuium consulunt, partẽ negligunt, rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt, Cęl. Ep. 125 b, Tu porrò cum ad te venissem, &c. amici officium neglexisti, neq; mihi cõsuluisti Ep. 33 b, Te rogo vt consulas rõnibus meis. I. V. 107 a, Cõsulere filiis ac ꝓspicere debemus. I. C. 118 b, Quare P. C. cõsulite vobis, prospicite patriæ, conseruate nos, &c. Qu. Fr. 296 a, Consulere, omnibus mederi incommodis hominum, prouidere saluti. I. A. 161 a, Næ tu si id fecisses, melius famæ, melius pudicitiæ tuæ consuluisses. Epist. 29 b, Et posteritatis ocio consules. I. V. 74 a, Huic malo iudices consulite ac prouidete. pro Cælio. 41 b, Qui alieno dolori potius, quàm suæ fidei consulunt. Attic. 34 a, Salutis, si me amas, consule. Qu. Fra. 295 a, Consulere ciuium commodis, & eorum vtilitati salutique seruire. Episto. 55 a, Tuum est consulere temporibus, & incolumitati, & vitæ, & fortunis tuis. Episto. 124 b, & Attic. 163 a, Te oro, ne quid grauius de salute & incolumitate tua consulas. pro Syl. 179 a, De salute suorum consulere, communem relinquere. Off. 49 a, Atque etiam omnes qui remp. gubernabant, consulere debebunt, vt earum rerum copia sit, quæ sunt necessariæ. I. V. 80 a, Vos quod ad famam vestram pertinet, prospicite ac consulite de Fin. 77 a, Satis ergo pudori consulat si quis sine teste libidini pareat.

CONSVLOR, ris. Episto. 100 b, Consuli quidem te à Cæsare scribis: sed ego tibi ab illo consuli mallem. I. A. 209 b, Paruis de rebus consulimur. P. C. de Appia via consul refert, &c. & item, Cum ea quę consulebantur, ad exitum non peruenirent. de Di. 109 b, Nunc quoniã de rep. consuli cœpti sumus tribuenda opera reip. de Cl. 268 a, Ille se cõsuli nolebat. in Vers. 190 b, Qui de iure ciuili cõsuli solẽt. de Cl. 173 b, P. Crassus qui & cõsulebatur plurimum, & dicebat. Off. 329 a, Senatus nihil consulitur. de L. 158 b, Qui consuluntur: *id est iurisconsulti.* pro Mu. 130 a, Quæ consuluntur, minimo periculo respondent. ꝓ Do. 219 b, Ea de quibus maiores nostri vos solos & consuli, & scire voluerunt. & 224 a, Si popul. Romanus de ista re cõsultus esset. pro Milo. 104 b, Nihil de eius morte populus consultus est. de Diuinat.

 227 b,

227 b, Quotiescumque senatus de me consultus est, toties, &c. Att. 179 a, Sed tamen aliquid consuli prospicique poterit.

¶ *Prospicior.* Att. 263 b, Obliuiscere, illum aliquando suo familiari, tuo aduersario, voluisse consultum. de Na. 58 b, Deorum prouidentia consuli rebus humanis. de Natura 1 b, A diis vitæ hominum consuli ac prouideri.

CONSVLTVRVS, a, um. cont. Rul. 69 b, Deligant quem maxime Popu. Rom. consulturum putent.

☞ Syntaxis. *Impetrandæ & consulendæ res. Respondere consulentibus. De mulierum iis satis consultum est. Consulere aliquem per literas. Hoc te pro illo consuli. Suis rationibus prospicere, & consulere. Partis eiusdem consulere. Consulere periculo, temporibus, commodis. Consulere de salute. id est, decernere. Consulere, vt ne, &c.*

CONSVLTATIO, onis. *deliberatio.* Att. 121 b, Expecto vt sciam quid respondeas consultationi meæ. de Inuen. 71 b, Quasi aliquam in consultationem res venit. Topi. 226 b, Iurisperiti consultationibus suis disputant. Offi. 62 a, De viri deliberatione & consultatione quærimus. ad Heren. 16 b, Vtilitas in duas partes in ciuili consultatione diuiditur. de Leg. 159 a, Non enim quærimus quid de quaque consultatione respondeamus. ad Heren. 16 b, Partim propter aliquam extraneam causam veniunt in deliberationem & consultationem. de Orato. 121 b, Credo vt putaremus non in hominibus non in re consultationis aut deliberationis causam aliquam fuisse. Offic. 58 a, Ad quas ipsas consultationes & superioribus libris satis multa præcepta sunt. Att. 145 b, Sed venio ad consultationem. de Leg. 179 b, Quæcunque causa consultatioue acciderit.

¶ *Propositum, infinita quæstio, quam thesin Græci vocant.* Part. 250 a, C. F. Quid quæstio? quasnam habet partes? C. P. Infinitam, quam consultationem appello: & definitam, quam controuersiam nomino. & cogitata fiat iniuria. de Or. 137 b, Neminem nisi consulto. 235 a, Sed est consultatio quasi pars causæ quædam. de Ora. 153 a, Quæstio infinita & quasi proposita, consultatio nominatur.

☞ Syntaxis. *Respondere consultationi. Res in consultationem venit. Deliberatio & consultatio. De consultatione respondere.*

CONSVLTO, *cogitatè, dedita opera, de industria.*)(*Fortuitò.* de Natu. 18 a, Existimant quod ille inscitia loquendi fecerit, fecisse consulto. Officio. 6 a, Vtrum perturbatione aliqua animi, an consulto contra se dicere. ad Heren. 15 b, Sextus locus est, cum ostendemus ex consulto factum. Tuscu. 175 b, Epist. 37 a, Philosophia multitudinem consulto fugiens, &c.

☞ Syntaxis. *Consultò & cogitata fecit iniuria. Ex consulto facere.*

CONSVLTO, as. *delibero.* Att. 257 b, Octauius consultabat vtrum Romā proficiscerentur, an, &c. Offi. 2 b, Tum autem inquirunt, aut consultant, conducat id necne, &c. & 53 b, In quibus deliberare homines & consultare de officio solent. ad Heren. 16 b, Vt si Annibal consultet, an in Italia remaneat, an domum redeat. & ibidem. Item deliberationes partim ipse propter consultandæ sunt, vt si deliberet senatus, &c. * de Inu. 74 b, Vt id quod voluntate factum negabitur, consulto factum suspicione aliqua demonstretur. }

☞ Syntaxis. *Inquirere & consultare. Deliberare & consultare de. Deliberatio consultanda.*

CONSVLTOR, oris. *consulens.* Tuscu. 149 b, Drusi domum compleri consultoribus solitam accepimus. pro Mur. 128 b, Vigilas tu de nocte, vt tuis consultoribus respondeas. pro Cor. 64 a, Q. Mutius cum de iure prædiatorio consuleretur, consultores suos nonnunquam ad Furium prædiatorem reiiciebat.

CONSVLTRIX, cis. de N. 37 b, Natura consultrix & prouida vtilitatum opportunitatumque omnium.

CONSVLTVM, ti. *decretum: vt senatusconsultum vel decretum.* de Leg. 168 b, Facta & consulta fortium & sapientum monumentis prodere. In Ant. 274 b, Consulta senatus. ibi. 264 b, Atque vtinam his omnibus abstergere fletum sententiis nostris, consultisque possemus.

☞ Syntaxis. *Facta & consulta fortium. Sententia & consulta.*

CONSVLTVS, a, um. Atti. 18 a, Nondum videlicet meas literas legerat, quibus ad eum re consulta & explorata perscripseram, non deberi. de Ora. 107 a, Quanquam ipsi omnia quorum negocium est, consulta ad nos & exquisita deferunt. de Fi. 87 a, Si prima quæque bene ab eo consulta atque facta ipsius obliuione obruerentur.

¶ *Peritus.* Pro Cæc. 100 a, Ita iustus & bonus vir est, vt natura, non disciplina consultus esse videatur. de Cla. 177 b, Nam vt ante dixi, consultorum alter disertissimus, disertorum alter consultissimus fuit. In Anton. 233 a, Sulpitius non magis iuris consultus, quàm iustitiæ fuit.

☞ Syntaxis. *Re consulta & explorata. Consulta & exquisita deferre ad aliquem. Bene consulta, atque facta. Natura & disciplina consultus. Consultus iuris atque iustitiæ.*

CONSVMMATVS, a, um. *perfectus, absolutus, confectus.* In An. 324 a, Bella quæ à consulibus gesta, & consumata sunt. *Pleraque tamen exemplaria atque emendatiora, & vetustiora, & consummata, non habent.*

CONSVMENDVS, a, um. ad Her. 28 a, His vitiis in compositione vitatis, reliquum operis consumendum est in dignitate.

CONSVMO, mis. *tero, contero, pono, impendo, exhaurio, absumo, expromo, profundo, insumo, dissipo, comedo, conficio.* pro Sext. Rosc. Prædiis colendis operæ plurimum studiique consumere. Epist. 181 b, Vt domum ventitares, horasque multas sæpe suauissimo sermone consumeres. Att. 4 a, Consumpsi multum temporis in ista vna disputatione. de Offi. 1 b, Quoniam in eo studio ætatem consumpsi. de Orat. 89 b, Consumere ocium in angulis. ad Heren. 45 a, Postremo in eorum artificij cōsumant, ut, &c. pro Pl. 278 b, Si me aut iam aliqua morbi, aut natura ipsa consumpsisset. de Nat. 22 b, Ibes maximam vim serpentium interficiunt & consumunt. Att. 124 b, In studiis ac literis nostris consumo omne tempus. ad Heren. 1 a, Consumere ocium in Philosophia. de Orato. 113 b, Consumere ocium suum in historia scribenda. Episto. 55 b, Eumque diem ibi consumpsi. de Inu. 63 a, Consumere operam in magnis rebus. de Finib. 49 b, Consumere operā in agēdo aliquid. de Orat. 105 a, Consumere multum operæ ac laboris in aliqua arte. Att. 219 b, Consumere dies in Philosophia explicanda. de Leg. 158 a, Aut in quo melius hunc cōsumam diem. pro Mar. 132 b, Nihil est enim opere aut manu factum, quod non aliquando conficiat ac consumat vetustas. pro Sex. Rosc. 26 b, In agris colendis aliquantum operæ temporisque consumpsit. de Natura 3 a, Nec mediocrem in eo studio operam curamque consumpsimus. Att. 251 b, Populus Romanus manus suas non in defendenda repu. sed in plaudendo consumpsit. Epist. 89 b, Cum studium tuum consumas in virorum fortium factis memoriæ prodendis. de Legib. 195 a, Ac primum quidem tempus salutationibus, reliquum percunctatione cōsumpsimus. pro Plan. 275 a, Tibi remitto atque cōcedo, vt omne studium tuum in Cn. Plancij honorem consumas. de Finib. 60 a, Consumere omne studium in aliqua re. pro Fla. 163 b, Vt pecuniam quā confecerat non consumpsisse, sed Flacco dedisse videretur. pro Sext. Rosc. 19 b, Per luxuriam effundere atque consumere omnia bona. I. A. 204 a, Cæsar omnem vim ingenij sui in populari leuitate consumpsit. pro Sestio. 9 b, Qui omnem vim sui tribunatus in mea salute consumpserit.

CONSVMOR, ris. *absumor.* Atti. 252 b, Quodque temporis in prædiolis nostris consumi potuit, in peregrinatione consumemus. de Fat. 140 a, Omnis fere nostra in his deliberationibus consumebatur oratio. Bru. 258 b, Mater tua cuius omnes curæ ad te referuntur, & in te cōsumuntur. ad Heren. 1 b, Inuentio in sex partes orationis consumitur. & 16 a, Dolus consumitur in pecuniam, pollicitationes, dissimulationes, mentiones, &c. de Cl. 175 a, Istorum in dialecticis omnis cura consumitur: *id est, ponitur.* Att. 16 a, Tātum requietis habeo, quantum cum amicis consumitur. Attic. 82 a, Vt ibi lustrum consumatur. contra Rul. 73 a, Pecunia consumetur in agrorum emptionibus. de Ora. 143 a, Agri multa ferunt, quæ vel consumantur statim, vel mandentur condita vetustate. * ad Heren. 26 a, Sunt igitur tria genera in quibus omnis oratio non vitiosa consumitur.]

CONSVMPTVS, a, um. *absumptus, interemptus.* de Orat. 143 a, Crassus cū febri domum redux, dieque septimo est lateris dolore consumptus. cont. Rul. 73 a, Aurum in monumentu consumptum. de Orat. 144 a, Atque in eo silentio duas horas fere esse consumptas. Offi. 36 a, Belluarum impetu quædam hominum genera esse consumpta. de Ora. 152 a, Actio consumpta superiore motu & exhausta. de Vn. 202 a, Quos & viuos alatis, & consumptos sinu recipiatis.

☞ Syntaxis. *Operam, oleum, studium, tempus, ætatem, ocium consumere. Interficere atque consumere vim serpentium, id est, numerum. Ocium consumere suum in Philosophia. Conficere & consumere. Per luxuriā effundere, & consumere bona sua. Vim omnem sua dignitatem consumere in alicuius salute. Id in sex partes consumitur. Febri consumptus.*

CONSVMPTIO, onis. de Vn. 198 a, Ita se ipse consumptione & senio alebat sui. & ad Her. 31 a, Non hæc videntur reperiri posse, sine elaboratione, & operæ consumptione.

CONSVMPTOR, oris. de Nat. 93 a, Hic noster confector est, & consumptor omnium.

CONSVRGO, gis. *surgo, assurgo.* de Sen. 90 b, Consurrexisse omnes illi dicuntur, & senem illum sessum recepisse. Q. F. 322 b, Consurrexit senatus cum clamore. I. V. 252 a, Honorifice sane consurgitur. * Epi. 49 a, Vt cunctus senatus consurgeret.]

CONSVRRECTIO, onis. *consurgentium actus prætextus.* de Arusp. 243, Cæpi equidem maximum fructum ex cōsurrectione omnium vestrum, & ex comitatu publicanorum. Att. 11 a, Quæ consurrectio iudicum facta sit.

CONTABESCO, scis. *liquefio, consumor, extabesco, tabesco.* ad Her. 20 b, O perfidiosæ Fregellæ, quam facile scelere vestro contabuistis. Tuscu. lib. 5. Luctu confecta contabuit. * Tusc. 206 b, Eodemque luctu confecta contabuit. }

CONTAGIO, onis. *foeditas, tactus, venenum, pestis.* Off. 50 a, Contagiones malorum quæ ab vno profectæ manant latius. de Ora. 158 a, Ne contagio mea bonis vmbrave obsit. de Diu. 93 b, Cum est somno seuocatus animus a societate & contagione corporis. de Fat. 141 a, Vt in reliquis eiusmodi naturæ contagio valeret. de Di. 120 b, Sed & decoloratio quædā ex aliqua contagione terrena potest sanguinis similis esse. & 127 b, Quæ potest igitur cōtagio ex infinito pene interuallo pertinere ad Lunam? vel potius ad terram? Tusc. 163 b, Quibus fuisset minima cum corporibus contagio, quin se ab his semper seuocauissent, his &c. pro Mur. 143 a, Latius patet illius sceleris contagio, quā quisquā putat. pro Cl. 58 b, Nemo inuentus est, qui non contagionem aspectus illius fugeret. pro Syl. 168 a, In hoc crimine quædā est contagio sceleris, si proditorem patriæ defendas. pro Dom. 275 a, Qui se aliqua contagione prædæ contaminarunt. I. V. 273 b, Illi ad quos cōscientiæ contagio pertinebit. In Ver. 236 b, Contagio seruilis belli. Att. 11 a, Contagio turpitudinis.

☞ Syntaxis. *Societas & contagio corporis & animi. Contagio huius non pertinet ad Lunam. Sceleris patet latius contagio. Aspectus contagionē fugere. Contaminare se sceleris contagione, prædæ. Ad illum contagio conscientiæ non pertinet.*

CONTAMINATVS, a, um. *foedatus, inquinatus.*)(*Integer.* Topic. 226 b, pro Dom. 217 b, Homo post homines natos turpissimus, contaminatissi-

minatissimus. & de Pro. 71 b, 72 a, I.P. 83 b, Spiritus contaminatus. pro Clu. 85 a, Homo improbus, multis flagitiis contaminatus. in Anton. 242 a, Parricidijs contaminatissimus, & omni scelere coopertus. I. V. 66 a, Corruptis contaminatis iudicijs. pro Dom. 230 a, Ita perturbatis sacris contaminatis gentibus factus es filius, &c. I.P. 83, Frontis tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatum spiritum peruidissem.

Contamino, nas. *inquino*. pro S. R. 27 b, Fingi maleficium nullum potest, quo ille se non côtaminarit. I.C. 103 a, Qui Saturnios sanguine non modo se non contaminauerunt, sed etiam honestauerunt. Offi. 59 a, An scientes scelere contaminent. de Aruspi. 251 b, Is nomen Po. Rom. tanto scelere contaminauit, vt id nulla re possit nisi ipsius supplicio expiari. pro Dom. 231 a, Qui se aliqua contagione prædæ contaminauerunt. Tusc. 193 b, Qui se humanis vitijs contaminassent. pro Syl. 175 b, Contaminare veritatem mendacio. ad Heré. 7 a, Denique aliquo vel quampluribus vitiis contaminabit personam aduersarii.

Contaminor, ris. ad Her. 10 b, Contaminari culpa.

☞ Syntaxis. *Homo contaminatissimus. Flagitiis contaminatus. Iudicio corrupta & contaminata. Spiritus contaminatus. Contaminare se maleficio, sanguine, scelere. Contaminare vitiis aliquem: id est, onerare.*

Contatio, onis. I. Cunctatio.

Contego, gis. *tego*. pro Se. 21 a, Gracchus messoria se corbe contexit. & de Pro. 70 b, Offi. 25 b, Natura eas partes contexit atque abdidit. pro Arus. 190 b, Idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomé et obruisset. de Leg. 181 b, Quos humus iniecta contegeret.

Contemnendus, a, um. *non contemnendus*. de Cla. 190 a, Oratio non contemnenda, saneq; tolerabilis. Ora. 220 b, Hierocles & Menecles minime contemnendi. de Cla. 189 b, Ne Titus quidem Posthumius contemnendus in dicendo & 169 a, Orator non contemnendus.

☞ Syntaxis. *Res non contemnenda, saneque tolerabilis. Vir in dicendo non contemnendus.*

Contemno, nis. *despicio, despicatui duco, sperno, abiicio, reijcio, inane ac leue existimo, pro nihilo puto*. de Offi. 147 b, Quare omnes istos deridete, atque contemnite. pro Mur. 127 a, Contempsisti L. Murenæ genus, extulisti tuum. de Fin. 68 a, Dialecticam contempsit Epicurus. in Verr. 58 b, & pro Mil. 113 b, Contemnere aliquem, pro nihilo putare. de Finibus 96 a, Contemnere, despicere, pro nihilo putare, non curare, infra se ducere. Offic. 6 b, Ea quæ plerique vehementer expetunt, contemnere & pro nihilo ducere. contra Rull. 85 b, Irridere atque contemnere alios præ se. Ora. 209 a, Contemnere aliquem. ✕. *Admirari*.

Contemnor, ris. Offic. 12 b, Voluptatem contemni & reijci oportere.

Contemplatio, onis. *consideratio, mentis agitatio*. Academ. 32 a, Est enim animorum naturale quoddam quasi pabulum, consideratio contemplatioque naturæ & Offic. 31 a, de Natu. deor. 11, Hæc res magna ac diligenti contemplatione dignissima. de Diui. 99 b, Cum ex terra nihil emineret, quod contemplationi cœli posset officere. Bru. 91 b, Virtutis disciplinam meliorem reperiet nullam, quam côtemplationem atque imitationem tui. * Tus. 229 b, Qui in rerum contemplatione studia ponebant. Tusc. 230 a, Contemplatio, rerum cognitioque longe omnibus studiis præstat. de Finib. 126 b, Contemplatio & cognitio rerum.]

Contemplator, oris. Tuscu. 163 a, Homo contemplator cœli ac deorum.

Contemplandus, a, um. de Na. 16 b, Quis tam cæcus in contemplandis rebus vnquam fuit, vt hoc videret?

Contemplans, tis. Offic 23 a, Quæ contemplantes expendere oportebit, quod cuique habeat sui. Orat. 97 a, Omnes loci artis inquirentibus nobis omnique acie ingenii contemplantibus ostendunt se & occurrunt. de Nat. 12 a, Deus terras & maria contemplans, hominum commoda, vitasq; tuetur.

Contemplor, aris. *considero, perspicio, intueor, animo intueor*. in Verr. 106 a, Contemplari vnumquodque ociose & considerate cœpit. Offic. 31 a, Quæ cognitione digna sunt, summo ocio secum ipse considerat & contemplatur. Offic. 31 a, Tractare & contemplari res cognitione dignissimas. pro Deio. 151 a, Propone tibi duos reges, animo contemplare, quod oculis non potes. pro Flac. 151 b, Aliquid quàm maxime intentis oculis (vt aiunt) acerrime contemplari. in Ver. 156 b, Codicis tui literas côtemplare. pro Plan. 259 a, Conspectus vester reficit & recreat mentem meam, cùm intueor & contemplor vniuscuiusque vestigium. Orat. 197 b, Nec vero ille artifex cum faceret Iouis formam, côtemplabatur aliquem, e quo similitudinem duceret. & 98 a, Sed ea, cum contemplari cœperim, vix aspiciendi potestas fuit. de Natu. 26 b, Cum cœlum suspeximus, cœlestiaq; contemplati sumus. & 45 b, Contemplari oculis pulchritudinem cœli. * de Fi. 136 b, Contemplari, & perquirere res occultas. Tuscu. 241 a, Alterius mens rationibus agitandis, exquirendisque adebatur cum oblectatione solertiæ, qui est vnus suauissimus, pastus animorum.]

☞ Syntaxis. *Iure contemplanda. Deus maria contemplans. Secum considerare & contemplari. Animo contemplari, intentis oculis. Intueri, & contemplari.*

Contemptio, onis. *despicientia, despectio*. Offi. 76 a, Fortitudo est dolorum laborumque contemptio. & Parad. 120 b, Tuscu. 169 a, Totam vim bene viuendi in omnium rerum humanarum contemptione ac despicientia ponamus. de Inu. 47 a, Si aduersarios aut in odium, in inuidiam, aut in contemptionem adducemus. Off. 3 b, Contemptio rerum humanarum. in Anto. 268 b, Contemptio pecuniæ.

☞ Syntaxis. *Contemptio ac despicientia. Adducere aliquem in odium, inuidiam, contemptionem.*

Contemptus, a, um. ptior, ptissimus. *despicatus, abiectus, despectus ab omnibus, paucus, contemnendus*. pro Sest. 10 b, Despicatissimi hominis furor, contemptissimi Consulis leuitas. contra Rull. 85 a, Homo contemptus & abiectus. pro Planc. 261 b, Homo contempta & sordida vita. de Diu. 132 b, Quo iam nihil potest esse contemptius. pro Clu. 57 a, Causa contempta atque abiecta. de Clar. 133 a, Q. Pompeius non contemptus orator. de Fin. lib. 2, Tenuissimus victus, atque contemptissimæ escæ. pro Mur. 129 b, Id enunciatis vestris mysteriis totum est contemptum & abiectum.

Contendo, dis. *nitor, tendo, curo, laboro, enitor*. Offic. 60 b, Qui stadium currit, eniti & contendere debet vt vincat. pro Lig. 138 a, Quantum potero, voce contendam, vt hoc Pop. Rom. exaudiat. Of. 53 b, Quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, tantum fac vt efficias. Or. 217 b, Quod pluribus locis voluisse, eos, atque animo contendisse, perorationes nostræ declarant. pro Sest. 3 b, Contendâque (si modo id consequi potero) vt nihil à me prætermissum esse videatur. Q.F. 198 b, Contendo quæso atque elaboro, vt, &c. & 207 b, Neque ego hoc contendo, quod fortasse iam in nostra ætate difficile est, mutare animum. pro S.R. 34 b, Quæ res eum vna nocte tantum est itineris contendere coegit? Off. 41 a, Iuuenes magna spectare, & ad ea rectis studiis contendere debent. I. A. 264 a, Qui ad summam laudem, gloriamque contendit. pro Plan. 120 a, 279 b, Iter Vibone Brundusium petere contendi. pro Pl. 280 a, Dyrrachium petere contendi. de Orat. 107 b, Sermone paulo intentiore conficere oia, nunquam lateribus aut clamore contendere. pro Fla. 154 a, Vociferarer, & quantum maxime possem, contenderem, testarer, publicanos, &c. pro Plan 269 a, Sic ego contendo, me tibi cuiuscunq; tribus rationem popolceris, redditurum. Epi. 14 a, Tantum contendere in repu. quantum probare tuis ciuibus possis. pro Mur. 139 b, Vt cùm ad vltimum animo contendissemus, ibi tamen, vbi oporteret, consisteremus. Epi. 9 b, Cum plus côtenderimus quàm possumus, minus tamé faciamus quam debemus.

¶ *Pugno, certo, luctor, confligo, digladior, in contentionem venio, contentionem de aliqua re facio, contentionis aliquid cum aliquo habeo*. Episto 64 In quo etiam, si multi mecum contendent, tamen omnes facile superabo. Offi. 22 b, Sic enim est faciendum, vt contra naturam vniuersam nihil contendamus. I. A. 223 b, Seruius contra vim grauitatêq; morbi contendit, vt ad castra perueneril. Atti. 107 b, Aut si exercitû adducat, necesse est armis cum eo contendere. de Finib. 104 a, Tauri pro vitulis contra leones summa vi impetuque contendunt. Episto. 110 a, Vt sacramento contendas mea non esse. Orat. 8 b, Multisq; præessem, qui interdicto tecum contenderent. pro S R. 41 a, Humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere. de Nat. 61 a, Patere igitur rationem meam cum tua ratione contendere. pro Plá. 267 a, In hac causa desinamus aliquando (si videtur) vulgari & peruulgata declamatione contendere. Attic. 218 b, Si durorem te præbes, non contendam ego aduersus te. pro Qu. 14 b, Tamen ne vereris vt possis hæc contra Hortensium contendere? Att. 1 a, & de Inu. 84 a, Thermus cum Syllano contendit. de Clar. 187 a, Iurgio contêdere. pro Qu. 58 a, Iure contendere. pro Qu. 22 a, Insumilime & insestilime contendere.

¶ *Intendo & adduco: translatione*. de Fi. 144 a, Itaque contendit omnes neruos Chrysippus, vt persuadeat, &c. I.V. 72 b, Magnum onus: sed dignum in quo omnes neruos ætatis industriæque meæ contenderem. I.V. 119 a, Iam in tanta impudentia illius remittendum aliquid videtur, ne omnia contendamus, ne omnia cum dolore agere videamur. Epistol. 25 a b. Te rogo vt omnes tuos neruos in eo contendas, ne quid mihi ad hanc prouinciam temporis prorogetur.

¶ *Comparo, confero, refero*. de Inuen. 89 b, Primum igitur leges oportet contendere, considerando, vtra lex ad maiores pertineat, &cæt. pro Sex. Rosc. 84 a, Quicquid contra dixeris, id cum defensione nostra contendito: ita facile causa Sex. Roscii cum tua conferetur. I. C. 109 b, Si causas contendere velimus. pro Plan. 275 b, Contendere eadem: *id est, parem referre gratiam*. item: Sed si non eadem contendit in tribunatu Plancius, existimare debes non hanc volûtatem defuisse, sed me, &c.

¶ *Eo, vado celeriter*. Orato. 206 a, Si potuissemus, quo contendimus, peruenire. 79 a, Tharsum vero, inde ad Amanum contendi. & 127 a, Mihi non dubium est, quin Brundusium contendam.

¶ *Posco, flagito, peto, efflagito*. Att. 152 b, Nec dubito, quin Cæsar à me contendat, ad vrbem veniam. & 175 a, Per eos qui nostra causa volunt, diligentissime contendas opus est. & 240 a, De oratione Bruti prorsus contendis, mecumque iterum tam multis verbis agis. & 144 b, Dixi me nihil ab inuito contendere. & 281 b, Quare omni studio a te mi Brute contendo, vt, &c. Episto. 25 b, Cum Pompeius ita contendisset, vt nihil vnquam magis, vt cum Crasso rediret in gratiam. Q. Fr. 20 b, Pompeius a me valde contendit de reditu in gratiam: sed adhuc nihil profecit. Offic. 63 b, Incensus cupiditate contendit à Pythio, vt venderet. Episto. 3 a, A nobis agentur omnia diligenter, vt neque si quid obtineri poterit, nô contendamus, nec, &cæt. & 20 a, Verecundius a te, si qua magna res mihi petenda esset, contenderem. pro Qu. 14 a, Cum is a me peteret & summe contenderet, vt, &c. pro Dom. 236 a, Sic à Seio contendit, vt sibi domum meam venderet. Quint. de Pet. 208 a, A quo facile, si contendes, impetrare poteris, vt. &c. Atti. 82 b, Primum contendam a Quinto Fratre vt se prælici patiatur. de Orato. 98 b, Cùm Hapteus maxima

voce

voce plurimis verbis à M. Crasso contenderet, vt, &c.

CONTENDOR, ris. *poscor.* in Verr. 135 a, Propter magnitudinem potestatis hic magistratus à populo summa ambitione contenditur.

☞ Syntaxis. *Enitere & contendere. Quantum labore contendere possum, tanquam faciam & efficiam. Animo contendere. Contendo & elabora. Hoc ego contendo, mutare animum. Iter contendere. Rectis ad gloriā studiis contendere. Romam petere contendit. Nihil contra naturam contendas. Contendere cum aliquo, aduersus, & contra aliquem. Contendere ætatis neruos. Omnia ne contendas. In eos neruos omnes contendas. Leges contendere. Eadem contendere. Id à te contenditur.*

CONTENTE, *vehementer, magna contentione.* Tusc. 187 a, Genu M. Antonium vidi, cùm contente ipse pro se lege Varia diceret, terrā tangere. Tus. 147 a, Contentius ambulare. de Orat. 162 b, Vti ornamentis iisdem, aliàs contentius, aliàs summissius.

CONTENTIO, onis. *certatio, controuersia, luctatio, certamen, dimicatio, pugna, vis animi, labor corporis, contentio animi.* In Anton. 161 b, Mihi cum M. Crasso multæ & magnæ contentiones fuerunt. pro Se. 16 a, Antiochus magna belli contentione superatus. Offi. 18 b, Equi propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes. pro Mur. 132 a, Pugna summa contentione pugnata. I. A. 160 b, An decertare mecum voluit contentione dicendi? Offic. 27 b, Contentiones, quæ cum inimicissimis fiunt. Episto. 15 b, Respu. contentionem cum illis viris fieri non vult, & ne fiant, vehementer recusat. in Verr. 64 a. Nec ferè vnquam venit in contentionem de accusando, qui quæstor fuerit, quin repudiaretur. Acad. 33 b, Est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione cōtentio. At 98 b, Nunc autem impendet summa inter eos contentio. pro Sest. 13 b, Inter sapientissimos homines hæc contentio est, cùm alij dicant, &cæt. alij, &c. de Ora. 93 b, Omnem contentionem esse inter homines doctos in verbis controuersia positam. & 89 a, Græci contentionis cupidiores, quàm veritatis. de Op. 245 a. Accurata & inimicitijs incensa cōtentio. pro Qu. 4 a, Quod nisi &c. non tam citò res in contentionem uenisset pro Cor. 59 a, In quo magna contentio Heracliensium fuit, cum magna pars in his ciuitatibus, &c. pro Cęl. 49 a, Res minime dubitanda in contentione ponitur, vtrum, &c. pro Planc. 262 b, Hæc tibi est prima cum Plancio generis vestri familiæque contentio, qua abs te vincitur. item: Nunquam ferè venit in contentionem de accusando, qui quæstor fuerit, quin, &c. de Leg. 189 a, Plebs de suo iure periculosas contentiones nullas facit. & ibid. Nostra causa nihil habuit contentionis cum tribunatu. de Orato. 110 b, Ocij fructus non est contentio animi, sed relaxatio. de Sene. 94 b, Ociosam ętatem sine vllo labore & contentione traducere. pro Arch. 118 a, Ferre animi nostri tantam contentionem non possent, nisi eos doctrina relaxaremus. pro Deio. 144 b, Impetus contentioque dicendi. de Leg. 158 a, Sic tu a contentionibus, quibus summis vti solebas quotidie relaxes aliquid. de Oratore 164 b, Sed aliquando ab hac contentione disputationis animos nostros curaque laxemus. pro Cæl. 45 b, Si quis omnem vitæ suæ cursum in labore corporis atq; in animi contentione conficeret. de Orato. 164 a, Effusa sine intermissione contentio. & 186 a, Animi magna, vocis parua contentio. de Diu. 95 b, Equum summersum cum maxima contentione nō potuisset extrahere, discessit. Tusc. 187 a, In omnibus officijs persequēdis animi est adhibenda contentio. Qu. F. 290 a, Tanta adhibebatur à nobis contentio, vt rem posse confici non diffiderem. Offic. 27 b, In obiurgationibus vtendum est fortasse & vocis contentione maiore & uerborum grauitate acriore & 29 b, Contentio vocis.)(. *Summissio vocis.* de Ora. 107 b, Summa vis & contentio dicendi.)(. *Grauissimi sermonis lenitas.* de Nat. 78 b, Hominum membra nulla contentione, mente ipsa atque voluntate mouentur. de Or. 128 a, Asperitas contentionis in oratione. de Orat. 143 a, Vehementissima contentione animi, ingenij, virium dicere, &c. de Ora. 102 a, Contentio & sermo differunt. Attic. 101 b, Illud etsi expetitum à me sit, & approbatum à te, tamen non est nostra contentione perfectum. Offic. 42 b, Contentio orationis maiorem uim habet ad gloriam. pro Cl. 18 a, Altera pars non magnæ in dicendo contentionis fore videbatur. de Orato. 128 b, Similis contentio actionis. Orat. 206 b, Acerrima contentio. Tuscu. 187 a, Qui uolunt exclamare maius, toto corpore atque omnibus ungulis, vt dicitur, cōtentioni uocis asseruiūt. de Orato. 108 b, Demosthenes tantum continenda anima in dicendo est assecutus, vt una continuatione verborum binæ ei contentiones uocis & remissiones continerentur. de Clari. 171 b, Cato contra Galbam ad populum summa contentione dixit. de Natu. 49 a, Nihil interrumpit, quo labefactari possit: tanta contentio grauitatis, & ponderum. de Op. 244 a, Meritorum in rempubl. contentio sane grauis. de Orat. 119 a, Contentio ex scripti interpretatione. pro Mure. 155 b, Mihi cum Muræna magna amicitia est, quæ in capitis dimicatione a Ser. Sulpitio non idcirco obruetur, quod ab eodem in honoris contentione superata est. pro Mar. 131 b, Res tuæ gestę cōtentionum magnitudine cum nullo conferri possunt. * Tuscu. 175 b, Philosophia doctissimorum contentionibus, dissensionibusque viguit. Epi. 12 b, Contentio dissensioque ciuilis.]

¶ *Exornatio oratoria.* ad Her. 28 b, Contentio est, cùm ex contrarijs uerbis oratio conficitur: ut, Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem præbes: ad Her. 20 b, Contentio est oratio acris, & ad confirmandum, & ad confutandum accōmodata. de Ora. 164 a, Est quiddam contentionis extremum, quod tamen inferius est, quàm acutissimus clamor.

¶ *Comparatio.* pro Plan. 260 a, Quædam hominum est facienda contentio. de Inuen. 76 b, Et aliorum cum suis factis cōtentio. ad Her. 10 a, Primùm quæri conuenit, vtrum fuerit vtilius ex contentione: *i. ex comparatione.* I. P. 90 b, Sed quoniam fortunarum contentionem facere cœpimus, &c.

☞ Syntaxis. *Aliquid in contentionem venire. In contentione poni. Contentioni dicendi certare pugnata summa contentione pugna. Fiunt contentiones cum inimicis. Venit in contentionem de accusando. Facere contentiones. A contentione aliquid quotidie relaxare, & curam & animum laxare. Animi contentio adhibenda. Vna verborum contentio. Facere rerum contentionem: id est, collationem.*

CONTENTVS, a, um. *quem non pœnitet, qui satis esse putat, qui facilè patitur.* de Clar. 176 b, Si ipsum sine comparatione audires, non modo esses contentus, sed melius non quæreres. Tuscu. 247 a, Paruo cultu natura contenta est. pro Fla. 161 a, Patresfamilias suo cōtenti. pro Fla. 151 b, Maiores nostri in priuatis rebus minimo cōtenti, tenuissimo cultu uiuebant. de Ami. 112 a, Paruo contentus de Opt. 243 b, Quidam nō cōtenti quasi bona valetudine, vires, lacertos, sanguinē quærunt. in Verr. 269 b, Eo cōtentum me esse dicam. pro Cla. 45 a, Neque L. Gellij iudicio stetit Lentulus, neque Lentuli existimatione cōtentus fuit Gellius. Atti. 230 a, Sed quemadmodum tu præcipis, cōtenti idibus Martijs simus, Item nihil egeo vectigalibus, & paruo contētus esse possum. Offi. 31 b, Satiata quæstu, uel cōtēta potius. in Ver. 275 a, Vt respu. vna hac accusatione mea cōtenta sit. de Ora. 149 a, Et si satis esse putatis, ea quæ, &c. sed si his cōtenti estis, &c Parad. 156 a, Cōtentum suis rebus esse, maximæ sunt certissimęq; diuitiæ. de Sen. 91 b, Quod cuiq; temporis ad uiuendum datur, eo debet esse contentus. Para. 124 a, Diues est, cui tanta possessio est, vt ad liberaliter uiuendum facilè cōtentus sit. & ibi. Si animus tuus satiatus est, aut, cōtentus etiam pecunia, cōcedo, diues es. pro Pla. 272 b, Populus Rom. diligit magistratus: in quibus si qua præterea est ars, facile patiatur: sin minus, uirtute eorum innocētiaque cōtentus est. de Fat. 143 b, Chrysippus sperat Chaldæos cōtentos Stoicorū causa fore. Episto. 26 b, Quamuis paruis Italiæ latebris cōtentus essem. & 45 a, Quibus ego rebus a tali uiro contētus eram. * de Fi. 58 b, Natura ipsa diuitias quibus cōtēta est, parabiles & terminatas habet.]

¶ *Intentus, adductus.*)(. *remissus.* pro Mur. 132 a, Cùm contento cursu hostium classis Italiam peteret. pro Sest. 3 a, Ad tribunatum, qui ipse ad sese iamdudum vocat, & quodammodo absorbet orationē, contento studio cursuque ueniamus. Tuscu. 187 a, Onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt. de Fi. 123 a, Vt in fidibus plurimis, si nulla earum ita contenta numeris sit, ut cōcētum seruare possit, omnes ęque incontentę sint: sic, &c. Tuscu. 187 a, Balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum eo grauiores emissiones habent, quo sunt cōtenta atq; adducta uehementius. Or. 202 a, Cōtenta vox.)(. *Summissa vox.*

☞ Syntaxis. *Contentus sum. Cultu paruo contenta natura. His ego à te contentus sum. Contento cursu petere Romam. Contento studio decere. Contentę fides.)(. intontentae. Contentū & adductū tormentū. Vox cōtēta.*

CONTERO, ris. *tero consumo.* Epist. 142 a, Κύρου παιδείαν, Quam contriueram legēdo, totam in hoc imperio explicaui. de Legib. 166 b, Qui ætatem in litibus cōterūt. pro Q. Rosc. 51 b, Frustra tempus cōtero. de Ami. 115 a, Studia literarum, in quibus remoti ab oculis populi omne ocium tempusque cōtriuimus. de Fi. 138 b, Cōterere ætatem in rebus quærendis. de Fi. 93 b, An ille tempus aut in poetis aut euoluendis cōsumeret? aut se, ut Plato in musicis, geometria, numeris, astris contereret. de Pro. 75 b, Cæsar cæteras nationes contriuit, cōpulit, domuit. Tus. 245 a, Cum uirtutem ad cœlum extulerint reliqua ea collatione facile est cōterere atque cōsumere. At. 136 b, Quę autem sunt horum temporum, ea iam contriuimus. Ep. 15 a, Ego illis omnes grauissimas iniurias communis concordiæ causa, voluntaria quadam obliuione contriueram.

CONTEROR, ris. de Ora. 106 b, Cum in causis, & in negotijs, & in foro conteramur.

☞ Syntaxis. *Ocium tempusque conterere. Nationes conterere, compellere, domare. Conterere & consumere. Quæ sunt eorum temporum, ea iam contriuimus. Contritę iniuria voluntaria obliuione.*

CONTERREO, res. *terreo.* de Orat. 103 a, M. Scaurus iam credo huc veniat, & hanc loquacitatem nostram uultu ipso aspectuque cōterreat.

CONTESTATVS, tis. I. V. 215 a, Rex flens, ac Deos hominesque contestans clamare cœpit. pro Flac. 165 b, Cum ego te Flacce cœlum noctemque contestans flens flentem obtestabar, cùm tuæ fidei salutē vobis commendabam.

CONTESTATIO, onis. *obtestatio.* Cic. apud Asconium.

CONTESTVS, a, um. pro Flac. 151 a, Ab hac perenni contestataque, *id est, perspecta.* virtute maiorum ne degeneres. pro Q. Rosc. 51 a, Cum eo litem contestatam habebat. pro Qu. Rosc. 54 a, Cum lis contestata cum Flauio damni iniuria esset & 50 a, iudicium damni iniuria contestatam.

CONTESTOR, ris. *obtestor, iudicium committo, constituoque.* Att. 261 a, Nō enim procuratores litem contestabuntur: quo facto non sum nescius sponsores liberari.

☞ Syntaxis. *Contestans Deos hominesque. Perennis & contestata virtus. Habere litem cum aliquo contestatam.*

CONTEXO, xis. *coniungo, compono, texo.* Orato. 208 a, Memoriam rerum veterem cum superiorum ætate contexere. de Legi. 157 b, Nec tam facile interrupta contexo, quam absoluo instituta. Epi. 67 a, Comitis ne malles cum cæteris rebus nostra contexere? pro Cęl. 41 a, Ac longius mihi quidem contexere hoc carmen liceret, nam nunquam, &c. Epi. 15 a a, Contexere extrema cum primis.

CONTEXTVS, tus *comparor, adornor.* pro Dom. 147 a, At quàm festine

uè crimen contexitur.

CONTEXTE, *continuè*. de Fat. 149 b, Omnia naturali colligatione conserte contexteque fieri.

CONTEXTVS, a, um. Tusc. 147 a, Ita perpetuas & contextas voluptates in sapiente fore semper. de Nat. 58 a, Villis ouium confectis & cótextis homines vestiuntur.

☞ Syntaxis. *Contexere interrupta, carmen, extrema cum primis. Crimina contexuntur. Voluptates in sapiente perpetuæ & contextæ.*

CONTEXTVS, tus. *vel* CONTEXTVS, *situs. complexio*. de Fi. 132 a, Pennarumque contextu corporis tegumenta faciebat. de Fi. 144 a, Mirabilis est apud illos contextus rerum, respondent extrema primis &cæ. Par. 237 a, Sed in toto quasi contextu orationis hęc erunt illustranda maxime.

CONTICEO, ces. *reticeo*. de Ora. 156 a, Hęc cùm Crassus dixisset, parumper & ipse conticuit, & cæteris silentiú fuit I. C. 113 a, Recitatis literis conscientia coniunctus conticuit. Tuscula. 275 b, Qui iam conticuere pene ab ipso foro irrisi de Clari. 195 b, Cum studium nostrú, Brute, conticuit, subitò & obmutuit. Offi. 33 a, Illa literæ conticuerunt forenses & senatoriæ. I. P. 85 a, Cum obmutuisset senatus, iudicia conticuissent, &c.

CONTICESCO, scis. pro Mur. 129 a; Simulatq; increpuit suspicio tumultus, artes illico nostræ cóticescunt. in Ant. 264 a, Nunquam de vobis hominum grauissimus sermo conticescere. pro Mar. 132 a, Nulla vnquam ætas de tuis laudibus conticescet. Postq. 208 a; Saltem dum conticesceret illa lamentatio & gemitus vrbis.

☞ Syntaxis. *Conticuit, & obmutuit. Conticescere literas forenses, iudicium, ætatem de aliqua re conticescere.*

CONTINENS, tis, *iunctus, adiunctus, affixus, coniunctus, proximus*. Episto. 241 b, Cappadociæ pars quæ cum Cilicia continens est. de Na. 49 a, Mari aer continens est. pro Cæc. 287 a, Huic fundo cótinentia quędã prædia atque adiuncta mercatur, & ibid. b, Hic fundus, qui fundo eius antiquo continens est. de Na. 72, Motus sensui coniunctus & cótinens in infinito nullus esse potest de Fi. 77 b, Neque porro ex eo natus, sese è continenti genere tertiam victimam reip. præbuisset. de Diui. 115 b, Natura rerum vno consensu iuncta est & continens. de Fat. 149 a, Proxima & continens causa mouet assensionem. de Inu. 50 b, Continentia cum ipso negocio sunt ea quæ semper affixa esse videntur ad rẽ, neque ab eo possunt separari. * Epist. 244 a, Ea Cappadociæ regio, quæ Ciliciam attingit.]

¶ *Continuatus, perpetuus*. de Ora. 163 a, cótinenti spiritu.)(*intermisso spiritu*. Tusc. 151 b, Sed nihil te interpellabo, continentem orationé audire malo: *id est, perpetuam*. ad Her. 20 a, In extrema oratione cótinens vox remedio est voci. Epi. 68 a, Si in hac sententia fueris, vt à cótinentibus tuis scriptis, in quibus perpetuam rerum gestarum historiam complecteris, secernas hanc quasi fabulam rerum euentorumque nostrorum.

¶ *Terra mari proxima, non insula*. Acade. 26 b, Mare dissimile est proximo ei continenti.

¶ *Temperans*. Epist. 38 a, Cùm reges tam sint continentes, multo magis consolares esse oportet. Att. 95 b, Puerum inquiunt, & fortasse fatuum, & non grauem, & non continentem.

CONTINENTER, *semper*. de Nat. 23 a, Quomodo. n. probes continenter imagines ferri? aut si continenter, quomodo æternę? Aca. 44 b, & 28 a, Et ad Heren. 44 b, Quia continentes labuntur & fluunt omnia: Orato. 209 a, Continenter vnum verbum, non in eadem sententia ponere.

¶ *Temperatè, temperanter*. Offi. 21 b, Parcè, sobriè, continenterque viuere. pro Mur. 126 b, In Asia continenter vixisse, laudandum est.

¶ *Continuatè, continuè, perpetuò*. ad Her. 20 a, Vno spiritu continenter multa dicere.

☞ Syntaxis. *Continens mari aer. Prædia continentia, & adiuncta. Coniunctum & continens. Proximum & continens. Continentia negocio, quæ illi semper affixa. Vox oratio, spiritus, scripta continentia. Viuere parcè, sobriè continenter.*

CONTINENTIA, tiæ. *temperantia, virtus, voluptati resistens, abstinentia*. de Inu. 82 b, Continentia est, per quam cupiditas consilij gubernatione regitur. I. V. 527 a, Conferte huius libidinis cum illius continẽtia. pro Pom. 16 b, Ora maritima Cn. Pompeium propter animi continentiam requisiuit. Qu. F. 291 a, Quem nulla conditio pecuniæ ab summa integritate continentiaque deduxerit. Q. F. 293 a, Tua integritas & continentia. pro Fl. 151 b, In re domestica continentiæ laus quæritur, in publica dignitatis. Off. 51 b, Continentia in victu omni atque cultu. Tus. 247 b, siccitas consequitur continentiam in victu. Offi. 49 b, Nulla re conciliare facilius beneuolentiam multitudinis possunt ii, qui remp. præsumit, quàm abstinentia & continentia.

☞ Syntaxis. *Integritas & continentia. In victu, in cultu continenti. Abstinentia, & continentia.*

CONTINENDVS, a, um, Q. F. 297 b, Linguam omnibus esse continendã. I. V. 31 a, Custos ad continendas merces missus.

CONTINEO, nes. *comprehendo, complector, includo, concludo*. de Nat. 37 a Mundus omnia complexu suo coercet & continet & 53 b, Aluos arcet & continet illud quod recipit, vt id mutari facile & cócoqui possit. pro Cl. 54 b, Spes illa, quam mulier in aluo commendatam à viro continebat. Postquam 198 a, Continere odium iam diu cóceptú in aliquem de Na. 78 b, Is non a Deo immissum dolorem, sed conceptum a seipso continebat. Att. 237 a, Me idus Martiæ nó tã cósolantur, q̃ antea: magnum. n. mendum continent. de Ora. 92 b, Omnes rerum fontes animo ac memoria continere. de Natu. 30 b, Oia quæ aluntur & crescunt, cótinẽt in se vim caloris. de Fat. 145 b, Motus. n. voluntarius eam naturam in se continet, vt si in nostra potestate. de Diui. 104 b, Continet. n. totam hanc quęstionem ea ratio, quæ est de natura deorum: quam si obtinemus, stabit & illud, quod locum húc continet esse Deus. de Fi. 51 b, Hæc quæ vitam continent oém. Offi. 58 a, Lex ipsa naturæ, quæ vtilitatem hominum conseruat & continet. de Cla. 174 b, Significabat. n. non prudentiam solú, sed quod maxime rem continebat, fidem. pro Dom. 231 b, Tantum homines impios iniustum nefarijs mentib. bonorum odium continebat. Anteq. 192 b, Continere aliquid inclusum animo. * de Iou 60 a, Oratio q̃ aut sui laudem, aut aduersarij vituperationem contineat.]

¶ *Coerceo, freno, cohibeo*. Q. F. 296 a, Esse abstinentem, continere oés cupiditates præclarum est. I. A. 247 a, Quibus enim septis tam immanes belluas continebimus? pro Pomp. 11 b, Non potest exercitum is cótinere imperator, qui seipsum nó continet. Q. F. 290 a, Nihil est negocij continere eos, quibus præsis si te ipse contineas. cont. Rul 64 a, In ea vestri isti satellites modeste insolentiam suam continebunt? Att. 210 b, Te autem cómode feceris, si reliquos continueris, ne, &c. Para. 119 b, An temperantem eum dices, qui se in aliqua libidine cótinuerit, in aliqua effuderit? Aca. 47 b, Cohibere & cótinere temeritatem a lapsu, de Fi. 77 b, Contineo me ab exemplis Græcis Acade. 86 a, Qui de omnibus rebus contineat se ab assentiendo, & ibi Cum se à respondendo contineat. Epist. 196 a, Continere iracundiam I. C. 101 b, Quorum ego vix abs te iamdiu manus ac tela contineo. I. Va 250 a, Vix pupulus se continuit a supplicio tuo de Ora. 129 a, Continere dicta in aliquem. pro Sest. 8 a, Cótinere se domi. de Orat. 108 a, & 105 a, Continere animam. de Clar. 196 b, Tu tamen continere in tuis perennibus studijs. I. C. 94 a, Quin continetis vocem indicem stultitiæ vestræ?

¶ *Conseruo*. Offi. 51 a. Nulla res vehementius rempu. continet, quàm fides. ad Her. 35 a, Continere aliquem in officio.

CONTINEOR, ris. *consto, sum, conseruor*, de Orat. 122 a, Qua vna virtute omnes virtutes reliquæ continentur. de L. 170 a, Dum illa sit maior, & hæc in contineatur. I. V. 213 b, Facinus in quo omnia nefaria contineri mihi atque inesse videntur. pro Mar. 134 a, Tua salute nostra salus continetur de Nat. 27 b, Bella, quibus reip. salus continetur. I. C. 118 a, Forum, in quo omnis æquitas continetur. de Nat. 3 b, Res tã præclaras Latinis literis contineri. & 65 a, Naturam vno diuino spiritu contineri. Ora. 206 a, Ius omne retinendæ maiestatis Fabricij causa continebatur. de Na. 37 b, Homines venis, & neruis, & ossib. cótinẽtur. pro Mar. 135 b, vita corpore & spiritu continetur. pro Syl. 179 a, Status reip. maxime iudicatis rebus continetur. de Ora. 101 a, Fontes disputationum, qui iure ciuili, & legib continentur. cont. Rull. 74 a, Agri eodem capite inclusi continebátur. I. V. 146 b, Summe expectabant homines, quid in tabulis contineretur. de Vni. 196 b, Quod immutabili æternitaté continetur. de Diu. 85 b, Artes quæ cóiectura cótinentur, & sunt opinabiles. de Ora. 87 b, Sic statuo, perfecti oratoris moderatione vniuersæ reip. salutem maxime contineri. de Ar. 247 b. & 148 a, Statui solennesque cerimonias pótificatu, rerum bene gerendarum autoritates augurio contineri. de Or. 92 b, Artem verò negabat esse vllam, nisi quæ cognitis penitusq; perspectis reb. contineretur. & 110 b, Feciq; hoc, quod, &c. vt de ijs rebus quæ doct. in aliqua continerentur, disputarem. de Cl. 195 a, Studere literis, quibus fons eloquentię continetur. de Ora. 85 a, Ego eloquẽtissimorum hominum artibus eloquentiam contineri statuo. de Ora. 111 a, Oratoris omnis actio opinionibus non scientia continetur. pro Pla. 263 b, Flos equitum Rom. publicanorum ordine continetur. de Na. 31 b, Calor qui in aquis continetur. I. V. 227 b, Eorum coniunctione pars oppidi, &c. ponte rursum adiungitur, & continetur. pro Cl. 20 a, Mulier amore capta quomodo poterat in illa cupiditate continebatur. de Natu. 54 b, Natura membranas oculorum firmas fecit, vt continerentur. pro Dõ. 233 a, Sed hic meus reditus, pontifices, vestro iudicio continetur. Orato. 197 b, Plato ait ideas semper ratione & intelligẽtia contineri.

¶ *Coerceor, cohibeor*. I. V. 88 a, Cętere libidines eius ratione aliqua cótinebatur. pro S. R. 27 a, Vt metu contineatur audacia.

☞ Syntaxis. *Coercere & continere. Arcere & continere aliuum, quod intus est. Conceptum odium continere, i. claudere, occultare, conseruare. Animo & memoria continere. Id maximè rem continet, i. grauissimum est. Inclusum animo continere, Continere cupiditates, insolentiam, se in libidine. Cohibere & continere temeritatem a lapsu, & à dicendo: manus ac tela ab aliquo. A supplicio alicuius se continere. Continere se domi in studijs. Fides Rempub. continet. Id non scientia, sed opinione continetur. Piorum cætus humilium genere continetur. Basilica minor maiori adiungitur ponte, & continetur.*

CONTINGIT, bat, *euenit, accidit, succedit, prorogatur*, de Orato. 110 a, Magis adeo id facilitate quàm alia vlla culpa mea contingit. de Ora. 98 a, Quoniam tantùm habemus ocij, quantum iamdiu nobis non contingit. Att. 127 b, Quoniam autem tecum vt essem non contingit vt nam tu consilij certior factus essem. de Clar. 192 a, Volo hoc oratori contingat, vt cùm auditum fuerit eum esse dicturum, locus in subsellis occupetur. in Ant. 204 a, Vtinam. C. Cæsari contigisset adolescenti, vt esset senatui charissimus. Offic. 51 b, In magnis animis id plerunque contingit. de Clar. 175 a, Hoc idem in nostris contingere intelligo, quod in Græcis, vt omnes, &c. Epi. 158 a, Si mihi vita contigerit apud Noni. Quod non modo singulis hominibus, sed potentissimis populis sæpe contingit. Offic. 41 b, Cum id minus contingeret leges sunt inuentæ.

☞ Syntaxis. *Contingit vt. Contigit hoc. Illi contigit. Id magnis animis contingit, pro succedit. Vita si contingat, id est, si prorogetur.*

CONTINGO,

CONTINGO, gis. *tango, attingo.* de Nat. 30 a, b, Atque etiam aliorum ea humilitas est, vt cibum terrestrem rostris facile contingant. de Diui. 327 b, Luna tanta humilitate fertur, vt terram prope contingat. de Fat. 144 b, Atomus alia aliam contingit. pro Pom. 4 a, Cum antea per ætatem nondum huius authoritatem loci contingere auderem. Tu. 157 a, Cum animus naturam sui similem contigit. de Somn. 120 b, Hic autem alter terræ, quàm nos tenui parte contingas. Tus. 243 a, Alia autem diuina illa cœlum contingant.

CONTINVATIO, onis, *perpetuitas.* de Nat. 4 a, Mirabilis quædam continuatio seriesque rerum, vt alia ex alia nexa, & omnis inter se aptæ colligatæque videantur. * de Nat. 59 a, Terræ ab huiusce regionibus, quam nos incolimus continuatione distantes.

¶ *Sympathia.* Aca. 44 b, Immutabilis continuatio ordinis sempiterni. de Nat. 12 b, Continuatio causarum.

¶ *Periodus.* de Ora. 108 a, Demosthenes cõtentione verborum binas continuationes & remissiones continebat. de Orat. 159 a, Longissima complexio verborum est, quæ spiritu vno volui potest. de Orat. 147 a. Nimis longa continuatio verborum. de Or. 158 a, Non in verbo modus hic, sed in oratione, i. continuatione verborum. de Orat. 160 a, Numerus in continuatione nullus est: nam distinctio numerũ conficit. ad Her. 30 a, Continuatio est densa & cõtinens frequentatio verborum, cum absolutione sententiarum, *s. periodus.*

¶ *Oratoria enormatio.* ad Her. 20 b, Continuatio est, orationis enũciandæ acceleratio clamosa.

CONTINVATVS, a, um, *continens.*)(*interruptus,* Aca. 44 a, Et ita putant effici, quæ appellant qualia, è quibus in omni natura cohærente & continuata cum omnibus suis partibus effectum esse mundum. de Natu. 49 a, Aer mari continuatus & iunctus est. de Na. 85 a, Conuenientia consensusque naturæ, quàm quasi cognatione continuatam conspirare dicebas. de Orat. 156 b, Verba coniuncta continuataque. Tusc. 153 a, Sic ipsum animum ἐντελέχειαν appellat nouo nomine, quasi quandam continuatam motionem & perennem. & 184 a, Luctus continuatus. * pro Fla. 151 a, Virtus, quę vsque ad hoc tempus honoribus, Imperio rerum gestarum gloria continuata permansit. }

☞ Syntaxis. *Natura, verba coniuncta & continuata. Coharens & continuatum. Continuatus, & iactatus aer mari.*

CONTINVO. *statim, illico.* Att. 151 b, Atque huiusce rei indicium iam continuò video futurum. pro Q. Ro. 47 b, Ignis in aquam coniectus continuò extinguitur. Epist. 15 a, Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam continuo. Epist. 151 a, & 15 a, Feci continuo omnes participes meæ voluptatis. Acad. 1 a, Deinde absens factus ędilis, continuò prætor, post. &c. At. 151 b, Sed tamen quicquid egero, cõtinuo scies. de Fi. 125 a, Aeque enim contingit omnibus fidibus vt incontentæ sint, illud non continuo, vt æque incontentæ. de Orat. 127 a, Non continuò si quis populi motus factus est, id C. Norbano in nefario crimine esse ponendum. Att. 90 b, Hoc continuò correximus. * ad Heren. 25 a, Qui elegit facile, non continuo ipse commode scribit.]

CONTINVANDVS, a, um. ad Her. 20 b, Cùm autem contendere oportebit, adaucto mediocriter sono vocis, verbis continuandis vocem quoque adaugere oportebit.

CONTINVATVS, a, um, de Or. 158 a, Quod ex pluribus continuatis cõnectitur. Ora. 218 b, Res iterata & continuata. in Va. 33 a, Fecisti ante rostra pontem continuatis tribunalibus. pro Fla. 151 a, Liberæas, quæ vsque ad hoc tempus imperio, & rerum gestarum gloria cõtinuata permansit. contra Rul. 80 a, Syllanus ager à certis hominibus latissime continuatus habet inuidiam.

CONTINVO, as. *perpetuo.* contra Rull. 89 b, Denique sine cura possidebit eos fundos, quos in agro Cassinati fructuosissimos continuauit, cum vsque eo vicinos proscriberet, quoad, &c. contra Rul. 81 b, Coemat præterea, ista dena iugera continuabunt.

CONTINVOR, ris de Na. 12 b, Atomi cohæresennt inter se, & aliæ alias apprehendentes continuantur.

☞ Syntaxis. *Iterata & continuata verba, gloria. Agri continuati. Inter se cobarent, atomi, & alia aliàs apprehendentes continuantur.*

CONTINVVS, a, um *continens, perpetuus, perennis.* pro Pom. 14 a, Aliquot annos continuos magna imperij parte caruimus pro Flac. 152 b, Senatus nihil a superioribus continuorum annorum decretis decessit. de Ora. 160 a, Recte genus hoc numerorum, dummodo ne cõtinuũ sit, in orationibus laude ponetur. Ora. 205 b, Plures cõtinuæ translatione. pro Fon. 282 b, Tum continuæ præturæ, quæ & cæteris ornamentis, & existimatione innocentiæ maxime floruerunt. Episto. 166 b, Continuis itineribus ad forum Voconium veni. ad Her. 20 a, Cõseruat vocem continui clamoris remisso & ibid. Cõtinens vox. I. V. 254 b, Tot dies continuos quid egisti. I. V 73 a, Eques ter ordo iudicauit annos prope quinquaginta continuos. Cęl. 17 a, Dies quinque continui.

☞ Syntaxis. *Anni continui, i. continuati. Plures continua translationes, id est, proxima.*

CONTOR aris. *percunctor.* At. 176 b, Cumque ex eo de me cõtaretur cũ sibi ita dixisse narrabas, se mihi esse inimicissimum.

CONTORQVEO, ques, *conuoluo, rotor, deflecto.* de N. 37 a, Non. n. ętheris ea natura, vt vi sua stellas complexa contorqueat. de Diui. 130 a, Deinde contorquent, & ita concludunt: nunc igitur, &c. Tus. 204 a, Quas sententias colligit? quæ uerba contorquet? in Ar.

Brumali flexu contorquet tempore currum.

CONTORQVEOR, ris. *circumago, versor.* de Na. 6 b, Mundus mirabili celeritate contorquetur.

CONTORTE, & CONTORTIVS, *obliquè.* ad Heren. 3 b, Contorte dicere aliquid. & Tusc. 195 b, Hæc concluditur contortius, & de Inu. 48 b, Perturbatè, & contorte dicere aliquid.

CONTORTIO, onis. *flexio.* de Fat. 143 b, Maius est enim has contortiones orationis, quàm signorum ortus obitusque perdiscere. ad Her. 30 a, Itaque in illo genere & remotione brachij & contorsione dextræ gladius ad corpus afferri uidetur.

CONTORTVLVS, a, um. Tus. 184 a, Stoici cõtortulis quibusdam ac minutis conclusiunculis effici uolunt, non esse malum dolorem.

CONTORTVS, a, um. *distortus.* de Ora. 187 a, Contortas res & sæpe difficiles necessario perdiscimus. Orato. 202 b, Contorta & acris oratio. Aca. 19 a, Quorum sunt contorta & aculeata quædam sophismata. de Diu. 88 b, Quosdam amnes in alium cursum contortos & deflexos uidemus. Ora. 220 a, Demosthenes cuius non tam uibrarent fulmina, nisi numeris contorta ferrentur.

☞ Syntaxis. *Contorquere dicimus stellas, argumenta, fulmina, orationem, & aculeata sophismata. Amnes in alium cursum contorquere. Orationum contortio, brachij.*

CONTRA, *aduersum, aduersus, in hostili modo.*)(*pro, secundum.* de Na. 59 b, Impia consuetudo est contra Deos disputandi. Att. 104 b Serò resistimus ei, quem aluimus contra nos. de Ora. 99 b, Defendere causam alicuius contra alium patronum. de Ora. 92 a, Disputabant contra diserti homines Athenienses. I. V. 130 a, Quid si contra omni ratione pugnant? de Sen. 88 a, Et cõtra auium minorum motum mutitor uello aristarum. Offic. 4 b, Veri inuestigationis studio a rebus agendis abduci, contra officium est. Epist. 18 a, Scio me a te contra iniquos meos solere defendi. & pro Qu. 14 a, Testimonium quod cõtra te est. Offi. 64 a, Nec qui contra se liceatur, emptor opponet. de Ora. 150 a, Hoc non modò non pro me, sed contra me est. Attic. 140 a, Contra meum iudicium & contra omnium antiquorum autoritatem cupiu discedere. Episto. 62 b, Pro iis rebus nulla mihi abs te relata gratia est, contra etiam esse aliquid abs te profectum ex multis audiui. Attico. 163 b, Facere aliquem. de Clar. 176 a, Contra studiũ populi stare. pro Q. 7 b, Hortensius contra caput non didicit dicere. pro Quinct. Ros. 53 b, Resistere & repugnare contra ueritatem. Off. 56 b, Contra naturam uiuere. Academ. 45 b, Sic inter recte factum atque peccatum, officium & contra officium, media locabat quædam.

¶ *E contrariò, e contrariò, potius, imò.* Offi. 10 b, In collocando beneficio hoc maxime officij est, ut quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari, quod contra fit à plerisque: à quo enim plurimum sperant. &c. pro Cor. 65 b, Atque utinam propugnatores, &c. & contra oppugnatores, &c. Acade. 45 b, Non is sum, qui obtrectem libenter, sed contra qui laudem omnia. de Fin. 13 a, Quæ bona sunt, mala putant, bona contra, quæ mala. Aca. 45 b, Ea sumenda dicebat, contraq. contraria. Epist. 48 b, Nos qui domus sumus, tibi beati uidemur: at contra nobis tu præ nobis beatus. Tuscu. 231 b, Ergo & hi miseri, sic contra illi beati. pro Mar. 134 a, Nõ enim culpa tua est, si te aliqui timuerunt: contraque summa laus, quod plerique minime timendum esse senserunt. de Ora. 139 a, Ad causam pertinet cautè, an contra, demonstratum sit. Orat. 203 b, Decere, &c. contraque item dedecere. pro Clu. 35 a, b, Sapientissimum esse dicunt eum cui quod opus sit, ipsi ueniat in mentem. In stultitia contrà est: minus. n. stultus, cui nihil in mentem uenit, quàm ille, qui, &cęt. & 54 a, Quid huic cum Habito? nihil, atque adeo potius etiam contra simultas. Part. 234 a, Illa autem altera argumentatio, quasi retrò, ac cõtra potius sumit quę uult. de Fi. 76 a, Nõ igitur eentes animo solicito fuisse? nihil minus, contraque illa hæreditate diues. de Fin. 73 a, Cyrenaici non uiderunt, ut ad cursum equum, sic hominem ad intelligendum, & ad agendum esse natum, contraque ut tardam aliquam pecudem ad pastum, & ad procreandi uoluptatem eum ortum esse uoluerant. Epist. 16 a, Noui enim animum tuum nulla in cæteros maleuolentia suffusum, cõtraq; cum magnum & excelsum, tum etiam apertum & simplicem.

¶ *Aliter, secus.* pro Syl. 186 a, Iam enim faciam contra, atque in cæteris causis fieri solet, ut, &c. Q. F. 290 a, Factum est o. mea culpa, contra quàm tu mecum egeras. pro Com. 56 a, Si denique aliquid non contra ac liceret factum diceretur, sed contra atq; oporteret. de Or. 166 b, Clamare contra quam deceat, & quàm possit, hominis est impudentissimi. I. V. 202 a, Si hęc contra ac dico essent omnia, tamen, &c. Or. 209 a, Vt contra ac dicat accipi ac sentiri uelit. de Diu. 119 b, Omnia fere contra ac dicta sunt, euenit. I. P. 83 a, Edicere est ausus, ut senatus quam ipse censuisset, ad uestitũ rediret. I. A. 237 b, Cum contra ac Deiotarus sensit, uictoria belli iudicarit. pro Dom. 237 b, quanquam quid ego de nostro iure, contra quam proposueram, disputabo? ad Her. 24 a, Contraque faciunt quàm pollicentur. * de Fin. 115 a, Contra est ac dicet.

¶ *Ex alia parte.* pro Dom. 231 a, Cùm me in iudicium populi nemo uocarit, condemnari non potui, contraque à P. R. semper sum defensus & ornatus. de Fin 83 a, Beate uiuere uos in uoluptate positis, istę contra omnem infelicitatem in dolorem. I. A. 168 a, Sed & ego, quid ille, & contra ille, quid eo sentirem, uidebat. Epist. 151 a, Si laudabit hæc illius formam, tu huius contra.

☞ Syntaxis. *Contra studium populi stare. Contra caput dicere. Quod contra fit à multis. In hac re contra est. Id factum est, contra quàm. Contra ac dictum sit.*

CONTRACTIO, onis. *breuitas, fuga.* Atti. 70 b, Meam in ea parsimoniam contractio naturæ significat. Offic. 29 b, Superciliorum remissio aut contractio. Or. 216 a, Contractio & breuitas grauitatem non habet. de Na. 56 a, Facilius digitorum contractio, facilisque porrectio. Tuscu.

scu. 224 a, Eodem enim vitio est effusio animi in lętitia quo in dolore contractio. * ib. fieri contractionem animi recte nunquam posse. ibi. 212, Ægritudo est animi contractio aduersante ratione.] de Ora. 161 a, Contractione breuius fieri, aut productione longius. Ora. 202 a, Brachij porrectio in contentionibus, contractio in remissis. p Sest. 6 Frontis contractio.

CONTRACTIVNCVLA, læ. Tusc. 208 b, Morsus tamen & contractiunculæ quidam animi relinquentur.

CONTRACTVS, a, um. ctior. *breuis, astrictus, collectus.* de Cla. 179 a, Ambitus verborum contractus & breuis. de Cla. 294 a, Dialectica quasi contracta & astricta eloquentia putanda est. pro cæl. 55 b, Quæ studia in senectute contractiora esse debent: *i. remissiora.* Ep. 109 b, Propter res tuas ita contractas, vt quemadmodũ scribis, nec caput, nec pedes. Para. 116 b, Accipies igitur hoc parum opusculum elucubratum his iam contractioribus noctibus. Of. 42, Rerum contractarum fides. de Or. 157 a, Similitudinis est ad verbum vnum contracta breuitas. de Di. 116 a, cor bouis contractum aliquo morbo exile & vietũ esse. de Ami. 99 b, Ex infinita societate generis humani ita contracta res est & adducta in angustum, vt omnis charitas, aut inter duos, aut inter paucos iungatur. Epi. 154 b, Nos disiuncta manu pares aduersarijs esse non possumus, contractis autem nostris copijs, spero, &c. Att. 106 a, Quid sit optimũ, male contractis rebus, planè video. pro Qu. 2 a, A principio quemadmodum res gesta & contracta sit, exponam.

¶ *Admissus, patratus, factus, confectus, conciliatus.* Qu. Fr. 290 a, Ea ferre homines molestissime debent, quæ eorum culpa contracta sunt. Attic. 184 a, Ea est à nobis cõtracta culpa, vt, &c. pro R P. 139 b, Hoc quidem suscepto atq; contracto, multa perpetiẽda fuerunt. I. C. 105 a, Aes alienum contractum in popinam. Offi. 11 b, Consuetudines præterea & familiaritates, multæq; cum multis res rationesq; contractæ. pro Syll. 177 b, Magna ratione cum Rege Mauritaniæ contracta. Tuscu. 201 b, Malum culpa contractum. Attic. 156 a, Omnia culpa contracta sunt.

CONTRADICENS, tis. Tuscula. 164 b, cateruæ veniant contra dicentium.

CONTRADICO, dicis. Att 15 b, Vnus contradixerat Merellus. At. 83 a, Scaptius ait se nihil contradicere. pro R.P. 124 a, cùm erant appellati, si eis videbatur, statim contradicere solebant. de Fini. 90 a, Nec qui contradicunt, causam difficilem repellunt. Acad. 8 b, Vereor ne maiorem largiar ei qui contradicturus est libertatem. de Nat. 79 a, Dabis nobis aliquem diem ut contra ista dicamus. de Orato. 133 a, Num, si contra te dixero, mihi male dicturus es? pro Qu. Hortensius contra me est dicturus.

CONTRADVCO, cis. ad Her. 29 a, Quid, quòd exercitum contraduxit?

CONTRAHENDVS, a, um. *agendus, transigendus.* Offi. 41 a, Qui vendũt, emunt, conducunt, locant, contrahendisque negocijs implicantur. Off. 46 b, Conuenit autem in omni re contrahenda, vendendo, emẽdo, conducendo, locando, ęquum & facilem esse.

¶ *Cohibendus.* pro Murena 141 a, Appetitus omnes contrahendi sedandique sunt.

CONTRAHO, *congrego, colligo, cogo.* Atti. 126 a, Contrahere omnia in vnũ locum. Att. 129 b, Vos hortor, vt quotcunque militum contrahere poteritis, contrahatis. Att. 129 b, Ex quibus non amplius XIIII. cohortes contrahere potui. & 20 a, Contraxi, vela, perspiciens inopiam iudicũ. de Ami. 100 b, Amicitia omnia contrahit, discordia dissipat.

¶ *Coarcto, in angustum redigo.* de Diui. 105 a, Omne animal membra quo vult flectit, contorquet, porrigit, contrahit. Part. 232 a, Contrahere orationem.)(*dilatare,* de Nat. 76 b, Recessus Solis quasi tristitia quadam contrahi terram, accessus autem lætificat. Tuscu. 224 a, contrahere animum in dolore.)(*effunde animum in lętitia.* Qu. Fra. 290 a, Te rogo, ne contrahas aut demittas animum. de Legib. 177 b, Varios canẽdi sonus tum remittit, animos, tum cõtrahit. Ora. 211 a, contrahere nomina. Acad. 46 a, Sed ea contraherent, in angustumque deducerent. de Nat. 59 a, Licet enim contrahere vniuersitatem generis humani, eamq; gradatim ad pauciores, postremo deducere ad singulos. de Inu. 47 a, Si turpitudo causæ contrahet, offensionem acriorem facit.

¶ *Retraho.* Tus. 183 b, Quis cum decubuisset ferrum recipere iussos, collum contraxit?

¶ *Corrugo.* pro Cl. 32 b, contrahere frontem:

¶ *Transigo* pro Syl. 177 b, Rabirius multa gessit, multa contraxit. I. V. 143 b, Nam quas pecunias ferebat ijs expensas, quibus cum contrahebat, eas ipsi illi referebat acceptas. pro Q. Res ab eo qui cum contraxisti, recessit. pro Clu. 26 a, Cum illo iam nemo rationem, nemo rem vllam contrahebat. Offi. 2 a, Neq; si tecum agas, quid neq; si cum altero contrahas. Tusc. 248 b, Magis molestijs vacant, qui nihil omnino cum populo contrahunt.

¶ *Concilio, comparo, acquiro, contio, capto.* ad Her. 2 a, A nostra persona beneuolentiam contrahemus. de Ami. 105 b, Virtus contrahit amicitiam. Episto. 27 b, Dolabellam videbam fore ab ijs molestijs, quas sua liberalitate contraxerat, liberum. ad Heren. 36 a, Inuidiam contrahere in vita, odium in oratione: *id est, accerso, traho.* de Finibus 146 a, Si mercatura in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit.

CONTRAHO a, ris. *facesso.* ad Att. 243 a, Contrahi mihi negotium videtur. in Catil. 120 a, Sui illam uos etiam secuti eritis, nescio an amplius mihi negocij contrahatur.

¶ *Congregor.* Atti. 2 a, Si enim parari video, vt Luceriam omnes copiæ contrahantur.

¶ *Astringor, concidor, labor, in angustum adducor.* de Na. 53 a, Stomachi parte, quæ sunt infra quàm id quod deuoratur, dilatantur: quæ autem suprà, contrahuntur. de Diui. 133 a, Contrahi autem animum Zeno, & quasi labi putat atque concidere, & ipsum esse dormire. de Ami. 105 b, Virtus ex bonis amici quasi diffunditur, & incommodis contrahitur. * Tus. 212 a, Demitti contrahique animo.]

☞ Syntaxis. *Brachy porrectio & contractio. Animi effusio & contractio. Breuis & contractum. Contractæ noctes Contracta fenum studia. Expone res gestas & contractas, i. transactas. Id culpa tua contractum. Culpa hac à te contracta est. In omni re contrahenda c. dum quod cũ alio contrahimus. Appetitus contrahere. Nec contrahas aut demittas animum. Contrahere amicitiam, inuidiam, negocium, &c.*

CONTRARIE. *repugnanter* Part. 239 b, Idem de eadẽ re contrariè scriptum. de Orato. 96 b, Contrariè scriptum, aut ambiguè de Ora. 133 a, Verba relata contrariè. de Vn. 200 b, Bifariam cõtrariè simul procedentia.

CONTRARIVS, ria rium. *aduersus, aduersarius, pugnans, diuersus.* de Inu. 51 b, Cõtrarium est, quod positum in genere diuersũ, ab eodem cui contrarium esse dicitur, plurimum distat, vt frigus, calor: mors vita. Aca. 24 b, Contraria ea dico, cum alterum negat. Tusc. 238 a, Contrariorum contraria sunt consequentia. de Inuen. 82 b, Fortitudini contraria est ignauia, & iustitiæ iniustitia. de Finib. 121 b, Vitia sunt virtutum contraria. de Inu. 83 a, & 82 b, Fidentiæ contraria est diffidentia, audacia autem non contrarium, sed appositum est ac propinquum. Topic 224 b, Deinceps locus est, qui à contrario dicitur. Cõtrariorum autem genera sunt plura: vnum, eorum quæ in eodem genere plurimum differunt: vt sapientia, stultitia. eodem autem genere dicuntur, quibus propositis occurrũt tanquam e regione quadam contraria, vt celeritati tarditas, non debilitas. ex quibus cõtrariis argumenta talia existunt: Si stultitiam fugimus, sapientiam sequamur, & bonitatem, si malitiam. Hæc quæ ex eodem genere contraria sunt, appellantur aduersa. Sunt enim alia contraria, quæ priuantia licet appellemus Latine, Græce appellantur στερητικά. prępositio enim In, priuat verbum ea vi quam haberet, si In propositum non fuisset: vt dignitas, indignitas, humanitas, inhumanitas, & cætera generis eiusdem, quorum tractatio est eadem, quæ superiorum, quæ aduersa dixi. Nam alia quoque sunt contrariorum genera, velut ea quę cum aliquo conferuntur. vt duplum, simplum: multa, pauca: longum, breue: maius, minus. Sunt etiam valde contraria alia, quæ appellantur negantia. ea ἀποφατικὰ Græci, contraria aientibus: vt, Si hoc est illud non est. Quid enim opus exemplo est, tantùm intelligatur argumento quærendo, contrariis omnibus contraria non conuenire. de Fa. 147 b, Contraria hoc loco ea dico, quarum alterum ait, alterum negat. ex his igitur necesse est alterum verum esse, alterum falsum. Aca. 24 b, Offi. 9 b, Id tam abest ab officio, vt nihil magis officio possit esse contrarium. I. A. 164 a. Tota in oratione tecum pugnas, & non modo non cohærentia inter se dicis, sed maxime disiuncta atque contraria, vt non tanta mecum, quanta tecum tibi sit contentio. de Diu. 93 b, Quòd habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quęrenti vera contrariam. de Sen. 93 a, Est enim animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus in terram, locum diuinæ naturæ, æternitatiq; contrarium. de Op. 244 a, Orationes inter se contrarię Æschinis & Demosthenis. de Or. 129 a, & post Clu. 47 a, Capita inter se contraria. pro Cęl. 39 b, Monstrum ex contrariis diuersisque, atque inter se repugnantibus naturæ studiis conflatum. de Som. 128 b, Astra errantia, quæ versantur retrò contrario motu atque cœlum. de Diu. 98 a, Stella Iouis ad ortus puerorum salutaris est, Saturni contraria. de Di. 96 b, Flumina in contrarias partes fluxerunt, & amnes mare influxit. Epis. 165 b, Verebar, ne pium consilium meum raperent in contrariam partem obtrectatores mei. de Or. 138 b, Asserendum est aliquid in contrariam partem, quod, &c. de Or. 97 b, Disputare de omni re in contrarias partes. & 138 b, Omnium rerum in contrarias partes facultas ex iisdem suppeditatur locis. pro Cęc. 305 a, Si quid contraria parte in homine ostendẽdum sit, habetis hominem, &c. pro Q. R. 52 b, Atque ego hoc ex cõtrario contendo: leuior esset, &c. de Orat. 125 a, Itaque eadem sunt in aduersarios ex contrario conferenda & ad Her. 3 a, & 9 b, de Inu. 65 a, Defensor autem ex contrario primum dicet, &cæt. & 48 a. commutabile est, quod ab aduersario potest leuiter mutatum ex contraria parte dici. & 82 a, Rerum expetendarum tria genera sunt: par autem numerus vituperandarum ex contraria parte. Antequam 197 b, & ad Her. 3 b, & 9 a, Si neminem læsi, si etiam e contrario multis opẽ tuli. I. V. 101 a, contrarium decernebat ac paulo ante decreuerat. de Nat. 46 a, b, Soli binas reuersiones ab extremo contrarias facit. Ora. 300 a, b, conferre pugnantia, & comparare contraria. & 202 a, Referre paria paribus, aduersa contrariis. Off. 7 b, Sed incidunt sæpe tempora cum ea commutantur, fiuntque contraria cont Rul. 79 b, conuersa ratio antea cum erat, &c. i. nunc contrariũ est atque antea fuit. Att. 288 a, Verba rebus esse contraria. Off. 76 a, Omnis voluptas honestati est contraria. de Diu. 112 a, Nihil est tam contrarium rationi & constantiæ, quam fortuna.

¶ *Oratoria exornatio, idem ferè est, quod contentio.* ad Her. 29 b, Contrarium est, quod ex rebus diuersis duabus, alteram breuiter & facile confirmat, &c.

☞ Syntaxis. *Disiuncta & contraria. Contraria, diuersaq;. Contrarius est Iouis motus, atq; prima sphera. In contrarias partes flumina fluere. In contrariam partem disserere. Quid contraria parte de te dicam? Ex contrario contendere, E contrario, sibi sum amicus. Ex contraria parte dico, etc. Dicere ex contraria parte, id est, pro parte, vel contra dicere.*

CONTRA-

CONTRASCRIPTVM, pti. At. 257 a, Antonij edictum legi Bruto, & horum contrascriptum præclarè.

CONTRAVENIO, nis. *aduersor, contrapugno.* I. V. 130 a, Quid si ille ipse, quem contraueneris, causa cadat. Tuscu. 160 a, Ego verò facile sum passus, ne in mentem quidem mihi aliquid contrauenire, ita istius fa-ueo sententiæ.

CONTRECTATIO, onis. *tractatio, tractatus, attractatus.* de N. 16 b, Quod ni ita esset, cur non taurus equæ contrectatione gestaret.

CONTRECTO, as. *tracto, attrecto.* de Ora. 145 a, Qui quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius diuulsa contrectant.

CONTREMISCO, scis. *tremo, contremo* de Orat. 95 a, In principijs dicendi tota mente atque omnibus artubus cōtremisco. Epis. 95 b, Cum verò ad ipsius Cæsaris nomen veni, toto corpore contremisco. pro Ses. 18 a, Cuius in mea causa nunquam fides virtusque contremuit. de Diui. 92 b, Tum ego contremui timore perterritus.

CONTREMO, mis. de Or. 157 a, Cœlum tonitru contremit. Poetæ.

CONTRIBVENDVS, a, um. pro Mil. 117 b, Quæ mihi contribuenda laus esset ipsi?

CONTRIBVO, *confero, tribuo.* I. A. 265 b, Vrbemq; ad eā rem pecuniam dare, contribuere, soluere, iubeant.

CONTRISTO, as. *mœrore, afficio.* Epis. 119 b, contristauit hæc sententia Balbum Cornelium, & scio eum conquestum esse cum Scipione.

CONTRITVS, trita, tritum, *peruulgatus, vulgaris, communis, peruagatus.* de Orat. 96 b, Ista omnium communia & contrita præcepta didici. pro Ses. 21 b, Quod iam contritum & contemptum putatur. At. 195 a, Nihil habemus, quod scribamus, eadem quotidie, quæ iam iamq; ipsa contrita sunt.

¶ *Consumptus.* Ora. 103 b, Quo in studio ingeniosorum hominum totas ætates videmus esse contritas.

CONTROVERSIA, siæ. *disceptatio, contentio, discrimen, pugna, lis.* de Orat. 135 b, Res quæ in dicendi controuersiam aut disceptationem vocatur. Orat. 208 a, Nihil ambigi potest, in quo non autem controuersiam res faciat, aut uerba. pro Q. 3 b, Mihi cum eo controuersiæ nihil est. pro S. Ros. 33 a, Magna vi com illo rei familiaris controuersia erat. pro Cæc. 290 b, At controuersia non erat, quin verum diceret. I. C. 118 b, Hanc Cethego cum cæteris cōtrouersiam esse dixerunt, quòd, &c de Cl. 171 a, Est inter scriptores de numero annorum cōtrouersia. de Ora. 139 b, controuersia inter hominum sententias in illo est, vtrum, &c. Att. 277 a, Flauius noster de controuersia, quam habet cum Dyrrachinis, hæreditaria, sumpsit te iudicem. Epi. 229 a, Habere controuersiam de aliqua re cum aliquo: exempli causa, de fundo. pro Clu. 51 a, Cum quædam (vt solet) controuersia esset orta. I. A. 223 b, Nec constituere litium actiones malebat, quàm controuersias tollere. de Orat. 96 b, constituere controuersiam. pro Corn. 63 b, Sedare controuersias. Offic. 76 a, Dirimere controuersiam. de Ora. 89 a, Verbi enim controuersia iam diu torquet Græculos homines, contentionis cupidiores quàm veritatis. 93 b, Omnem controuersiam esse inter homines doctos in verbi cōtrouersia positam. & 100 a, Mediocris-ne res in controuersiam adducta est? Ora. 201 a, In controuersia & contentione versari. ad Her. 3 b, Interfectā esse matrem ab Oreste conuenit mihi cum aduersariis: iure fecerit & licueritne facere, id in controuersia est. de Ora. 108 a, Causa ex controuersia constans, vt hæreditatis. & 96 b, controuersia ex scripti interpretatione. de Inu. 44 b, Generis controuersia est, cùm & quid factum sit conuenit, & quo id factum nomine appellari oporteat, constat, & tamen, &c. Epi. 215 a, Vocari in controuersiam. & 3 b, Hac cōtrouersia vsque ad noctem ducta, senatus est dimissus. pro Cæc. 288 b, Fundus, quem sine vlla controuersia biennium possedi. Attic. 207 a, Ait sine vlla controuersia rem ad me esse delatam. Off. 53 b, Panætius, qui sine controuersia de officiis accuratissime disputauit. * ad Her. controuersia quæstio, disquisitio. ad Her. 13 b, In controuersia esse, vel positum esse ad Her. 14 b, De nomine & vocabulo controuersiam struere.]

☞ Syntaxis. *Aliquid in controuersiam & disceptationem vocari. Id controuersiam facit. Controuersia non est, quin. In illo est controuersia, vtrum. De controuersia sumere iudicem. Controuersiam habere, tollere, constituere, sedare, dirimere. In controuersiam quid adduci. In controuersia versari. Controuersiam ducere. Sine controuersia, id est, sine dubio.*

CONTROVERSOR, aris. *contendo, litigo.* in Protagora, autore Prisciano: Nunc a vobis o Protagora & Socrates postulo, vt de isto concedatis alter alteri, & inter vos de huiusmodi re non controuersemini.

CONTROVERSVS, a, um. *litigiosus, dubius.* de Cl. 168 b, Siculi acuta gens & controuersa natura. pro Mur. 130 b, Sin aliter etiam controuersum ius nosse, & tractare videare. de Diu. 130 a, Sed illi sumunt pro certo, quod dubium controuersumq; est. de Leg. 166 a, Res controuersa & plena dissensionis inter doctissimos. Para. 235 a, b, Controuersa causa.

☞ Syntaxis. *Res dubia & controuersa. Homo causa controuersa.*

CONTRVCIDATVS, a, um. *interceptus, trucidatus.* pro Sest. 20 b, Debilitatum corpus & contrucidatum.

CONTRVCIDO, das. pro Sest. 20 b, Hi summi imperij nomine armati, Remp. contrucidarunt.

CONTRVDOR, ris. *constipor, coarctor, extrudor.* In Sal. 175 a, Ex Africa tantum exhausit, quantum potuit in naues contrudi. pro Cæl. 51 a, Deinde qui eam prouinciam susceperint. vt in balneas contruderētur. In V. 249 b, Eudem cæteros contrudi imperat.

CONTVBERNALIS, lis. *domesticus, familiaris.* Att. 39 b, C. Arrius, proximus est vicinus, imo ille quidem iam contubernalis. Epist. 138 b, Illud doleo, in illo loco venire me non potuisse: habuisses enim nō hospitem, sed contubernalem. pro Cæl. 53 a, Is profectus est in Africam. Q. Pomp. contubernalis. de Cla. 174 a, Qui se illi contubernalem in consulatu fuisse narrabat. Qu. F. 309 b, Spero nos ante hyemem, contubernales fore. Att. 214 a, Quid tu hunc de pompa Quirini contubernalem his nostris moderatis epistolis lætaturum putas? & 123 a, Sine ab Oppijs tuis contubernalibus. pro Lig. 140 b, Militiæ contubernales. pro Pla. 254 b, Contubernalis pro hospite. pro Fl. 152 a, Testes accusatoris, consessores, coniunx, contubernales.

☞ Syntaxis. *In militia, in consulatu contubernalis.*

CONTVBERNIVM, nij. *conuictus, sodalitas.* I. V. 257 a, Vbi illud contubernium muliebris militiæ in illo delicatissimo littore? pro Plan. 264 b, Necessitudo contubernij.

CONTVENS, tis. de Orat. 163 b, Neque verò est quisquam, qui eadem contuens efficiat.

CONTVEOR, eris. *aspicio.* de Na. 61 b, Me rogas, cur te duobus contuear oculis, & non altero tantùm, cùm idem vno assequi possim. Tuscul. 158 a, Quod tandē spectaculum fore putas cùm totam terram contueri licebit? de Ora. 143 a, Vt illud vestigium cōtueremur. pro Syl. 181 a, Aspicite ipsum, contuemini os, &c. & pro Do. 243 a, de Som. 130 a, Contueri ad cœlum.

☞ Syntaxis. *Contueri cœlum, & ad cœlum.*

CONTVITVS, tus. pro Sest. Vester iste in me animorum oculorumque contuitus.

CONTVMACIA, ciæ *superbia.* I. V. 221 a, Illa tua singularis insolentia, superbia, contumacia. pro Q. R. 42 a, Est tuæ contumaciæ, arrogantiæ, vitæque vniuersæ vox. de Ami. 106 b, Itaque illi fastidio fere & contumacia efficiuntur. Atti. 93 b, Potentissimorum hominum contumaciam nunquam tuli. I. P. 96 a, In quo Torquatus furebat contumacia responsi tui. Attic. 228 b, Libentius deponimus inimicitias reipub. nomine susceptas, quàm contumaciæ. Tus. 265 b, Adhibuitque liberam contumaciam, à magnitudine animi ductam, non à superbia. * Epist. 189 b, Delictum remigum magna contumacia ciuitatum, tamen satis celeriter habuimus.]

☞ Syntaxis. *Insolentia, superbia, contumacia. Contumacia, & arrogantia. Fastidium & contumacia. Libera animi contumacia à magnitudine animi ducta.*

CONTVMACITER. *superbè, præfractè.* Qu. Fr. 306 b, Clodius furebat se à Racilio contumaciter vrbaneque vexatum. de D. 123 a, Nec patrius mos tam contumaciter repudiandus. Atti. 86 a, Ad me autem contumaciter, arroganter, *ἀκοινονοήτως* soles scribere. & 253 a, Cætera & satis grauiter & contumaciter.

☞ Syntaxis. *Aliquem contumaciter vrbaneq; vexare. Contumaciter, & arroganter.*

CONTVMAX, cis. *superbus.* Atti. 245 b, Suram nefarium cognoui hominem, præterea in me contumacem. ad Her. 36 b, In superiores contumax, in æquos & pares fastidiosus, in inferiores crudelis.

☞ Syntaxis. *Contumax in superiores.*

CONTVMELIA, liæ. *contemptum, ignominia, iniuria.* de Na. 15 b, Epicurus Nausiphanem vexat omnibus contumelijs. pro Syl. 171 a, Equidem vehementer lætor eum esse me, in quem cum cuperes, nullam contumeliam iacere potueris. de Or. 129 a, Genus facetiarum, in quo ou-li aculei contumeliarum insunt. Atti. 281 b, Seruire est contumelias pati. Att. 231 b, Verborum contumelijs aliquem lacerare. & 230 b, Sed homines beneuolos, qualescunque sunt, graue est insequi contumelia. Tusc. 226 a, Alternis versibus intorquentur inter fratres grauissime contumeliæ. I. V. 203 b, Quibus tu priuatim iniurias plurimas contumeliasq; imposuisti. I. A. 187 b, Quid est porro facere contumeliam? quis sic loquitur. L. CONVICIVM.

☞ Syntaxis. *Aliquem contumelijs vexare. In aliquē iacere contumeliam. Aculei contumeliæ. Insequi aliquem contumelijs. Contumelias inter aliquos intorqueri. Imponere alicui contumeliam. Facere contumeliam.*

CONTVMELIOSE, ssime. *iniuriosè.* Off. 27 a, Cum de absentibus detrahendi causa maledice contumeliosèq; dicitur. in Vati. 35 a, Contumeliosissime maledicere alicui.

CONTVMELIOSVS, a, um. *iniuriosus.* Epist. 17 b, Qui istinc veniunt, partim te superbum esse dicunt, quod nihil respondeas: partim contumeliosum, quia male respondeas. pro Fl. 260 a, Sin hunc illi antepono, contumeliosa habenda oratio est. pro Cor. 39 b, In socios verò contumeliosum est, exclusos esse, &c. Epist. 60 a, Oratio in aliquē contumeliosa. Q. F. 301 a, Literæ in aliquem contumeliosæ. pro Cæl. 243 b, Contumeliosæ voces in aliquem emissæ. Atti. 243 b, Vsuriq; sunt beneficio Antonij contumelioso. I. A. 186 b, Contumeliosus in edictis.

☞ Syntaxis. *Epistola contumeliosa. Contumeliosus in epistolis. Contumeliosum est in amicos, &c.*

CONTVNDO, dis. *obtero, frango.* pro Fla. 161 a, Membra vxoris lapidibus & fustibus debilitauit, manus contundit, digitos confregit neruos cōcidit. I. A. 252 b, Contudi & fregi exultantis latronis audaciam. Att. 201 b, Contudi animū, & fortasse uici, si modo permansero. pro Cæcin. 28 b, Ita calumniam obteruit & contundit.

CONTVRBATIO, onis. Tuscu. 213 a, conturbatio est metus excutiens cogitata. * ibid. Conturbatio sanitate animum spoliat. item Top. 225 a, Tuscu. 213 b, Sic prauarum opinionum conturbatio, & ipsarum inter repugnantia sanitate animum spoliat.]

CONTVRBATVS, a, um. de Ar. 249 b, Ludi deformati, inquinati, peruersi, conturbati. I. V. 206 b, Is tristis & conturbatus domum sedijt. Epi. 96 b, Vidisti me ita conturbatum, vt nescirem, &c. I. A. 157 b, Nescio quid conturbatus mihi esse uideras, nunquid lubumes? * ad Her. 21 b, Mœsto, & conturbato vultu.]

CONTVR-

Conturbo, as *perturbo, confundo.* Atti. 100 a, Inualetudo tua me valde conturbat. Off. 68 a, Hæc ſunt, quæ conturbant homines in deliberatione nonnunquam ad Her. 22 a, Frequentia & obambulatio hominum conturbat & infirmat imaginum notas. Offic. 60 a, Incidunt ſæpe multæ cauſæ, quæ conturbant animos vtilitas ſpecie. Epiſt. 122 b, Conturbat me Seruij huius mora. Acad. 3 b, Non ſane, inquit, conturbas me expectatio tua. I. A. 166 b, Num conturbo te? non enim fortaſſe ſatis quæ diſtinctius dicuntur, intelligis. pro Clu. 45 b, Vnum etiam eſt, quod me maxime conturbat, cui loco, &c. * Tuſcul. 201 b, Hoſtium repentinus aduentus magis conturbat, quam expectatus.]

¶ *Decoquo, ratione debiti committere, non ſoluo.* pro Plan. 273 b, Vtrum igitur me conturbare oportet? an hoc nomen quod vrget nunc cum petitur diſſoluere? Q. F. 314 a, Ad quæ ego reſcripſi, nihil eſſe, quod poſthac arcæ noſtræ fiducia conturbaret. & Att. 59 a.

Conturbatio, nis. Attic. 133 b, Sed tamen ſigna conturbantur, quibus voluntas à ſimulatione diſtingui poſſet. Academ. 3 b, Eo minus conturbor.

Contusus, a, um. Tuſculan. 183 b, Pugiles ictibus contuſi ne ingemiſcunt quidem.

☞ Syntaxis. *Conturbatus homo, ludi. Conturbatus in valetudine. Num te conturbo? Conturbare, abſolutè, i. decoquere.*

Conualescendus. I. A. 186 b, Quam ad omnes res adhibes, in primis ad conualeſcendum adhibe prudentiam.

Conualesco, ſcis. *ſanor, conſaneſco, valentior fio, ex morbo euado, è graui morbo recreor.* de Fa 146 a, Si fatum tibi eſt ex hoc morbo conualeſcere, ſiue medicum adhibueris, ſiue non conualeſces. de Nat. 28 b, Ne ægri quidem omnes conualeſcunt. pro Clu. 25 a, A iulius illico conualeſcit. pro Syl. 18 a, Vt conualeſceret aliquando, & ſanari ciuitas poſſet. pro Milo. 106 a, Quanto ille plura miſcebat, tanto hic magis conualeſcebat. Epiſt. 217 a, Ille in morbum incidit, e a quo non conualuit. & 130 a, Certum ſcio iam conualuiſſe eam. Tuſc. 191 a, Non omnes qui curantur, conualeſcunt. pro Clu. 54 b, Cum is iam conualeſceret, &c. Epiſto. 153 b, Is cum primum poſſe ingredi cœpit, non magis ſibi quàm reipub. conualuiſſe ſe exiſtimans, ad omnia pericula princeps eſſe non recuſabat. * Tuſculan. 166, Pompeio melius eſt factum.]

¶ *Creſco.* Antequam 195 a, Ne rei crudelitas experta in me, in uos conualeſcat. & ibid. Impunè ad omnium perniciem conualeſcet. At. 102 a, His ille rebus ita conualuit, ut nunc in uno ciue Reſpublica ad reſiſtendum imbecilla ſit.

☞ Syntaxis. *Conualeſcere, i. redire ad frugem meliorem. Malum, Cafata conualuit: i. creuit. Auctius eſt verbius.*

Conuallis, lis. *planicies ex omni parte montibus ſepta.* cont. Rull. 85 a, Roma in montibus poſita, & conuallibus.

Conuector, ctoris. *qui in eadem naui conuehitur.* At. 169 b, Naui eius, & ipſo conuectore me vſurum puto.

Conueho, his. *comporto.* pro Mil. 115 b, Repente lintribus in eam inſulam materiam conuexit.

Conuellendus, a, um. I. V 274 b, Verres ſimulachrum Cereris ſacrario Catilinæ conuellendum auertendumque curauit.

Conuello, lis. *euello.* pro Domo ſua 224 a, Cum gradus Caſtoris conuelliſti ac remouiſti. de Legi. 167 a, Qui me ex noſtris pene conuellit hortulis. de Ora. 127 b, Nec conuellere adoriamur ea, quæ non poſſunt commoueri. in An. 253 a, Tiberius Gracchus conuellit ſtatum ciuitatis. pro Clu. 18 b, Côuellere opinionem mente comprehêſam. I. P. 80 a, Qui repub. ſtatum conuulſuri uiderentur.

Conuellor, ris. pro Rab. 91 a, Cum cuncta auxilia Reipu. labefactari conuellique uideat. de Diuina. 104 a, Hæc mihi uidentur non poſſe conuelli.

Conuenæ, arum. *qui ex diuerſis locis in vna mœnia conueniunt.* de Or. 88 a, Romulus paſtores & conuenas conſilio & ſapientia congregauit. Tuſc. 259 b, Dionyſius quibuſdam conuenis & feris barbaris cuſtodiam corporis ſui committebat.

Conueniens, tis. *conſonus, decorus, par, dignus, conſentaneus, decens, concors, congruens, aptus, vti.*)(*alienus.* de Fin. 85 b, Nihil ſcriptum ab eo congruens & côueniens decretis eius reperies. de Amici. 69 a, Nihil eſt tam naturæ aptum, tam conueniens ad res uel ſecundas uel aduerſas, quàm amicitia. de Na. 68 a, Quid enim philoſopho minus côueniens, quàm deos tollere? Offi. 59 a, Recta & conuenientia & conſtantia natura deſiderat, aſpernaturque contraria. de Natu. deor. 36 b, Stellarum conueniens, conſtansque conuerſio. Offic. 29 a, Quemadmodum in oratione conſtanti, ſic in uita omnia ſint apta & inter ſe conuenientia. de Diuina. 125 b, Conueniens & coniuncta inter augures conſtantia. & 125 b, Conuenientem hoſtiam rebus ſuis immolare. pro S. R. 34 b, Propinqui cognatique optime conuenientes. Off. 12 a, Bene conuenientes propinqui: *i. concordes.* * de Fi. 95 a, Quod genus conueniens conſentaneumque dicimus.]

☞ Syntaxis. *Congruens, & conueniens. Aptum & conueniens. Conueniens id tibi non eſt. Conſtans & conueniens.*

Conuenienter, *congruenter, ſecundum, pro.* Offic. 54 b, Conuenienter naturæ viuere: *i. cum virtute congruere ſemper.* de Fin. 95 b, Conuenienter naturæ congruenterque uiuere. Tuſc. 244 a. Congruere naturæ, & cum ea conuenienter uiuere. * Tuſcul. 233 a, Epicurus quam ibi conſtanter conuenienterque dicat non laborat.]

Conuenientia, æ. *coniunctio, cognatio, quaſi concentus atque conſenſus.* de Nat. 36 b, Hæc in ſtellis conſtantia, hæc conuenientia temporum ſine ratione intelligi non poteſt. de Amic. 115 a, In amicitia enim eſt conuenientia rerum, in ea ſtabilitas, in ea conſtantia. Offic. 3 b, Pulchritudo, venuſtas, conuenientia partium de Fin 94 b, Quã *ὁμολογίαν* Stoici, nos appellemus conuenientiam, ſi placet de Diui. 134 a, Coniectores ſomniorum ſignificationes faciunt ex quadam conuenientia & coniunctione naturæ, quam vocant Συμπάθειαν. de Fini. 100 a, Quorum omne bonum conuenientia atque opportunitate finitur. de Diui. 155 b, Si ullam eſſe conuenientiam naturæ cum extis conceſſero. Offi. 20 b, Via quæ deducit, ad conuenientiam conſeruationemque naturæ.

☞ Syntaxis. *Conſtantia & conuenientia. Conuenientia & coniunctio naturæ. Conuenientia & opportunitas.*

Conuenio, nis. *congruo, non abhorreo, aptus vel conueniens, vel accommodatus ſum.* in Horten. Nam quòd uereris, ne non conueniat noſtris ætatibus iſta oratio, &c. pro Corne. 67 b, Neque me diſſenſioni meæ priſtinæ putaui potius aſſentiri, quàm præſentibus reipub. temporibus & concordiæ conuenire. Offic. 20 b, Poetæ etiam uitioſis perſonis quid conueniat, & quid deceat, uidebunt. de Prou. 77 b, Hoc decet me & conuenit iis rebus, quas geſſi. de Diui. 100 b, Quod omnium mirifice ad uerbum cum re conuenit. pro Cæl 288 a. Cum eſſent prædia, quæ mulieri maximè conuenirent. Epiſto. 132 a, Minimè miror cælum etiam & terras uim ſuam, ſi tibi ita conueniat, dimittere. de Orato. 204 b, Pleraque ex illis conueniant huic tenuitati. de Nat. 41 a, Nec vero hoc in te vno conuenit, ſed in reliquos veſtros, & in eum maxime, qui iſta peperit. Topic. 224 b, Tantum intelligatur argumento quærendo, contrariis omnibus contraria non conuenire. pro Dom. 149 a, Hoc maledictum in illam ætatem non conuenit. pro S. Ro. 29 a, Hæc ſuſpicio conuenit in illum. de Inuent. 43 a, Commune exordium eſt, quod nihilo minus in hanc quàm in contrariam partem cauſæ poteſt conuenire. in Verr. 102 b, Quæ initiis uidentur in quemuis potius, quàm in iſtum conuenire. de Inuen. 48 a, Vulgare exordium eſt, quod in plures cauſas poteſt accommodari, ut conuenire uideatur. in Verr. 194 b, Sunt quædam in te ſingularia, quæ in nullum alium conuenire poſſunt. de Orat. 131 b, Et tamen id dixit, quod conueniret in omnes luſcos. de Inuen. 67 b, Quid in quanque rem conueniat, res ipſa docebit. in Ant. 222 a, Nihil enim minus in hunc ordinem conuenit. * de Fin. Tuſc. 236 a, Et hoc quidem mihi cum Bruto conuenit. Tuſc. 235 a, Quam ſibi conueniat ipſe uiderit.] de Fin. 100 a, Vt ſi cothurni laus illa eſſet, ad pedem apte conuenire. de Inuen 64 a, Non omnes loci in omnem cauſam conueniunt. pro Syl. 171 a, Hęc contumelia ad maximam partem ciuium conuenit. de Fin 97 b, Sed non conueniret ad omnia. Epiſt. 86 b, Hæc tua deliberatio non mihi conuenire uiſa eſt cum oratione Largi. de Di. 115 b, Fiſſum iecoris conuenire cum Lucello. de Fini. * Atque hoc mihi cum tuo fratre conuenit. Att. 138 a, Rem conuenturam puto. ad Heren. 1 b, Diuiſio eſt, per quam aperimus quid conueniat, & quid in controuerſia ſit. de Legi. 166 b, Poteſt res cum eo conuenire. & ibid. Si poſſet inter eos aliquid conuenire. pro Quin. Aliquid uel nihil inter aliquos conuenire. de Clar 183 b, Difficile eſt in longa oratione non aliquando aliquid ita dicere, ut ſibi ipſe non conueniat. in Ver. 234 a, Optime cum aliquo conueniret. *i. eſſe concordem.* de Natu. 19 a, Virtutem ſine ratione conſtare non poſſe, conueniat id quoque neceſſe eſt. pro Clu. 42 b, Nemo ne pecuniaria quidem re minima erat iudex, niſi qui inter omnes aduerſarios conueniſſet. ad Her. 5 a, Cum factum conuenit, ſed iure an iniuria factum ſit, quæritur. de Inuen 70 b, Pactum eſt, quod inter aliquos conuenit. * Tuſ. 232 a, Philoſophi quamcunque rem habent in manibus in eam, quę conueniunt congerunt.]

¶ *Coeo, concurro, congregor.* pro S. R. 20 a, Magna multitudo hominum conuenit ad hoc iudicium. & 28 b, Cum multæ cauſæ conueniſſe in vnum locum, atque inter ſe congruere videntur. cont Rul. 68 b, Non deſiſtebant clam inter ſe conuenire. de Nat. deo. 5 a, Tres enim triſ diſciplinarum principes conueniſtis. Atti. 122 a, Omnes copias in vnum locum conuenire. pro Cæcin. 296 a, Neminem coegeris, ipſi conuenerant ſua ſponte. Att. 131 a, b, Da operam ut huc quam primum venias, antequam omnes copiæ aduerſariorum conueniant: neque enim celeriter huc homines conuenire poſſunt, & ſi conuenirent, quantum iis committendum ſit, non te præterit de Diuin. 119 a, Cum Bubulcus clamorem edidiſſet, concurſum eſſe factum, totãque breui tempore in eum locum Hetruriam conueniſſe. I. P. 87 a, Mei capitis ſeruandi cauſa Romam tota Italia conuenit. Epiſto. 267 a, Senatus eſt continuo conuocatus, frequenſque conuenit. in Anto. 154 b, Addebant præterea rempub. conuenturam Calen. Sextilibus, ſenatum frequentem fore. in Verr. 116 a, Aduerſarij poſtulant, vt in eam rem iudices dentur ex iis ciuitatibus, quæ in id forum conuenirent. Offic 29 a, Cum Pericles & Sophocles collegæ in pretura de communi officio conueniſſent: item *Creditores & ſponſores conuenire quid ſit:* L. Creditor. Topico. 222 a, Vxores quę in manum viri conuenerunt, matresfamilias ſunt: *i. quæ ſocietatem bonorum coierunt.* L. Conprio.

¶ *Adeo ad aliquem, ad aliquem eo ſeu venio.* Epiſt. 46 b, Poſthumia tua me conuenit. & 32 b, Si Clodium côuenero, ex illius ſermone ad te ſcribam plura. Epi. 133 a. Neminem conueni (conuenio autem quotidie plurimos: ſunt. n. permulti optimi uiri, qui valetudinis cauſa in hęc loco conueniant) quin omnes, &c. Ep. 11 b, Quem cum in Sardinia conueniſſet, Te ipſum, inquit, cupio. pro S. Rol. 26 a, Attilius ille, quem ſua manu ſpargentem ſemen, qui miſſi erant, conuenerũt. de Sen. 94 b, Neque eos ſolum conuenire aueo quos ipſe cognoui, ſed illos etiam de quibus audiui & legi.

Conuenior, ris. Att. 125 b, Lentulum ante puto tranſmiſſurum quã poterit conueniri.

Conve-

CONVENIT, bat. *decet, conducit.* Antequam 193 a, Non conuenit, cum ego ad promerendum officium iam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam esse tardiores. Offi. 46 a, b, Conuenit autem tum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum. Antequ. 198 b, Fidei conducit, in loco debitum retribuere. *ad Her. 28 b, Tacito cum opus est, clamat, cum loqui conuenit obmutescis.]

¶ *Decet, par est.* de Na. 41 b, Hęc non conuenit penes deos esse negare. pro Qu. 16 a, Multa ante fieri conuenit, quàm, &c. pro S. R. 44 a, Vos his malis mederi conuenit. In Cat. 98 a, Quo ex S.C. confestim interfectum te esse, Catilina, cōuenit. pro Quin 8 b, Illicone ad prætorem ire conuenit. pro Rabi. 95 a, Quid tandem C. Rabirium facere conuenit? ad Her. 3 a, Tres conuenit habere res narrationem. & ibid. In hac re exerceri conuenit. de Fin. 71 b, Quid igitur conuenit, ita dicere, &c.

¶ *Constat, decretum est.* cont. Rul. 74 b, Inter omnes conuenit ita esse. Tusc. 122 b, Inter omnes enim conuenire oportet, commotiones animorum, &c de Finibus 64 b, Vt inter eos qui ambigunt, conueniat, quid sit id de quo agatur. de Fin. 83 a, Qui sibi is conueniet, si negabit, &c *e. qui sibi is constabit* In Ant. 210 a, Qui enim conuenit, vt qui se populares dicunt, hi populi salutem oppugnent? pro Mil. 111 b, Qui conuenit, præsertim id temporis? pro Cor. 62 b, 63 a, Benignè, non grauate, comiter quidem certe, non communiter conuenit. de Inuen. 44 b, Nominis controuersia est, cùm de facto conuenit, & quæritur id quod factum est, quo nomine appelletur & ibi. Generis est controuersia, cum & quid factum sit, conuenit, & quo id factum nomine appellari oporteat, constat, & tamen, &c. ad Her 3 b, Interfectam esse ab Oreste matrem, conuenit mihi cum aduersarius iure fecerit & licuerit ne facere, i in controuersia. Or. 207 b, Nisi inter eos conuenit, quid sit aliud, &c. Att. 83 a, Assident, subducunt ad vnum conuenit.

CONVENTICVLVM, li. pro Dom. 228 a, Conuenticula & quasi concilia quædam plebi Romanæ mores esse voluerunt. pro Sest. 222 b, Tum conuenticula hominum, quæ postea ciuitates nominauerunt.

CONVENTVS, a, um. de Orat. 109 b, Cęsar dixit mihi a se Scæuolam hoc euentum esse conuentum.

CONVENTVM, ti *generale verbum est (inquit Vlpianus) ad omnia pertinens, de quibus negocij contrahendi transigendique causa consentiunt, qui inter se agunt.* de Ora. 118 a, At verò in foro pacta, conuenta, stipulationes, &c & Para. 241 b, Pactum, conuentum, stipulatio, &c. Of 61 a, Facere promissa, stare conuentis, reddere deposita. & 5 b, Dictorum conuentorum cōstantia, & 7 a Potest enim accidere promissum aliquod & conuentum, vt id effici sit inutile ei qui promiserit.

CONVENTVS, tus *conuentum, pactum.* Att. 92 a, Pontiuus enim ex pacto & cōuentu (ea.n. lege exierat) iam a me discesserat. ad Her. 2 b, Sunt item pacta, quæ sine legibus obseruantur ex conuentu.

☞ Syntaxis. *Pacta, conuenta, stipulationes. Ergo pactum & stipulatio, non sunt conuenti species.*

CONVENTVS, us. *πανήγυρις, turba, concio, cœtus, multitudo hominum vnū in locum congregata.* I V. 104 a, & 225 a, b, Domus erat non meretricio conuentu, sed prætoria turba referta. & 69 b, Syracusani festos dies agunt celeberrimo virorum mulierumque conuētu. & de Orato. 94 b, In magno conuentu. I.V. 95 b, In tanto virorum conuentu. I.C. 107 a, Quæsiui ab eo, an in nocturno cōuentu fuisset, necne, &c. pro Deio. 144 b, Dico extra conuentum, & eam frequentiā qua oratorum studia niti solent At 19 a, Conuentus qui initio celebrabantur, iam diu fieri desierunt Epi 46 a, Frustra in senatum, siue potius in conuentum senatorum es venturus. de Fin. 64 a & 80 a, Primus Gorgias ausus est in conuentu poscere quæstionem, i. iubere dicere, &c. In Ver. 241 a, Oppida in quibus prætores consistere, & cōuentum agere solent. pro Sest. 4 b, Et tum conuentus ille Capuæ me vnum patronum adoptauit.

☞ Syntaxis. *Conuentum celebrare, fieri, agi. Conuentus & frequentia.*

CONVERSIO, onis. *circumuectio.* de Vni. 198 a, Mundus maxima vna conuersione atq; eadem ipse circum se torquetur & vertitur. de Som. 129 a, Summus ille cœli stelliferi cursus, cuius cōuersio est cōcitatior. & ibid. Totius mundi incitatissima conuersio. & de Nat. Deo. 6 a, & 28 b, Controuersio cœli de Diuinat. 127 a, Cum temporum anni tēpestatumque cœli commutationesque tantæ fiant accessu & recessu stellarum. de Leg. 160 b, Perpetuis cursibus conuersionibusque cœlestibus extitisse materiam, &c.

¶ *Mutatio, vicissitudo.* pro Flac. 164 a, Videtis, in quo motu temporū, quanta in conuersione rerum ac perturbatione versemur? & 152 b, Tempestatem moderatio atque conuersio. pro Dom. 222 b, Mihi nihil oberat præter conuersionem status & inclinationem communium temporum. de Diui. 209 b, Naturales esse conuersiones quasdam rerum publicarum.

¶ *Periodus, ambitus & continuatio.* de Ora. 160 b, Oratio conuersiones habeat absolutas.

¶ *Item exornatio est, per quam non, vt antè primum repetimus verbum, sed ad postremum continenter reuertimur.* ad Her. 28 a, b, & de Ora. 162 a, Tum in extremum eiusdem verbi crebra conuersio.

☞ Syntaxis. *Conuersione torqueri, & verti. Conuersio & concitatio. Conuersio & commutatio cœli.*

CONVERSANS, *versans.* de Vni. 199 b, Animus se ipse conuersans, &c.

CONVERSVS, a, um. de Som. 130 b, Huius anni nondum vigesimam partem scito esse conuersam.

¶ *Mutatus* de Arusp 249 a, Ludi pene ad cædem & ad funus ciuitatis conuersi sunt. pro Fl. 160 a, Quod crimen esse voluisti, id totum vides in laudem esse conuersam Epist. 260 a, In quartanam conuersa est uis morbi. cont. Rull. 79 b, conuersa ratio antea, &c pro Do. 238 b, Pœna illa in alium instituta, in te ipsum est conuersa. In Ver. 230 b, Conuersam iam habent demonstrationem suam. pro Dom. 234 a, Pœnu omnis oculorum ad cęcitatem mentis est conuersa. Atti. 131 b, Vide, quàm conuersa res est. * Epi. 15 a, Conuersis rebus, ac bonorum voluntatibus immutatis. Tusc. 204 a, Niobem fingunt, in canem esse conuersam]

¶ *Directus.* I. C. 118 a, Viden in me omnium uestrum ora atque oculos esse conuersos. de Orato. 131 b, Omnis est risus in iudicem conuersus.

¶ *Traductus.* de Fin. 50 a, Quæ splendidè dicta sunt, neque sunt conuersa de Græcis. de Nat. 46 b, Carmina conuersa. de Opt. 244 b, Orationes à Græco conuersæ.

¶ *Circumductus.* Att. 35 b, Orbem Reipu. esse conuersum.

CONVERTENDVS, a, um. Ora. 198 b, Alij instructi ad permouendos & conuertendos animos.

CONVERTO, tis. *cōmuto, traduco, refero.* Epi. 174 b, Qui quidem copias, quas diu simulatione reipu. comparabant, subito ad patriæ periculum conuerterunt. de Orat. 127 a, Tum omnem orationem traduxi & conuerti in increpandam Cepionis fugam. Offi. 40 b, Cumq; aliqua his ampla & honesta res obiecta est, totos ad se conuertit & rapit. Q. Fr. 326 a, Vt montes, ualde me totum ad ocium pacemq; conuerto. de Ora. 85 b, Quocunque te animo & cogitatione conuerteris. & 209 b, Vt sæpe animos in hilaritatem risumque conuertat. Acad. 16 b, Quo facilius animos imperitorum ad deorum cultum à uitæ prauitate conuerterent Epi. 42 b, Totumque ad eius uiri uoluntatem nutumque conuerterem. pro Syl. 170 a, Ille conuertit se aliquando ad timorem, nunquam ad sanitatem. Offi 67 b, Digitorum percussione hæreditates omnium ad se posse cōuertere. Atti. 220 b, Conuertere nauem ad puppim. de Na. 75 b, Homines rationem bono consilio à dijs immortalibus datam, in fraudem malitiamque cōuertunt. de Ami. 110 b, Cauendum est, ne in graues inimicitias conuertant se amicitiæ. pro Rab. 127 a, Nolite igitur fortunam conuertere in culpam. Off. 68 a, Si quis ex homine se conuertat in belluam. pro Dom. 234 b, Quas ab itinere Syriæ ad suam potentiam dominatumque conuerterat. pro Clu 49 b, Conuerte nunc easdem uitæ conditiones ad cæteros ordines, non perferrent. de Na. 14 b, In eundem habitum se coloremque conuertunt. pro Dom. 22 b, In eum ipsum se cōuertit, quo adiutore, quæ fecerat omnia, se fecisse dicebat. I. A. 202 a, M. Lepidus graue bellum ad pacem conuertit. pro S. Rosc. Ei ex eo T. Rosc. non paulum nescio quid in rem suam conuertit. & ibid Si eo negocio tantulum in rem suam conuertisset. pro S. Ro. 42 b. Nihil de patris fortunis in rem suam conuertit. Offic. 9 a, In rem suam, alienam conuertere. pro S. R. 37 b, Conuertere omnia ad suū commodum. item: Si mandatum aut neglecturus, aut ad tuum commodum conuersus es. pro Clu. 54 b, Et aspectum, quo uellent, facile conuerterent.

¶ *Voluo, circum ago.* Acad. 31 a, Terra, quæ circum axem se summa celeritate conuertat ac torqueat.

¶ *Interpretor.* Tuscu. 196 b, Conuertere Græca in Latinum. de Opt. 244 a, Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias, Demosthenis & Æschinis: nec conuerti, ut interpres, sed ut orator, sententiis isdem, & earum formis tanquam figuris, uerbis ad nostram consuetudinem aptis: in quibus nō uerbum pro uerbo necesse habui reddere, sed genus omnium uerborum, uimque seruaui. non enim ea me annumerari lectori putaui oportere, sed tanquam appendere. Of. 51 b, Xenophontis liber, qui Oeconomicus inscribitur, quem nos e Græco in Latinum conuertimus.

¶ *Verbum.* de Claris. 177 a, Sed hoc uitium huic uni in bonum conuertebat.

CONVERTOR, eris. de Fat. 143 a, Nec in falsum e uero præterita possunt conuerti. & 144 a, Non potest uerum futurum conuerti in falsum ad Her. 13 b, Quæ hoc modo concludentur, ex contrario conuertemur hoc modo, &c. Top. 228 a, Ac possit eloquentia conuerti in infantiam. de Nat. 56 a, Omnia hæc tum intereunt, tum in naturam aliam conuertuntur.

¶ *Circumducor.* de Som. 128 b, In infimo orbe Luna radijs solis accensa conuertitur.

¶ *Accedo.* Epi. 44 a, Gratulabor tibi prius, ita enim rerum ordo postulat: deinde ad me conuertar.

☞ Syntaxis *Aliquid in laudem, ad funus conuerti. Vis morbi in tabem conuersa. Multum res conuersa. Ora & oculi in aliquem conuersa. Hæc omnia de Græco conuersa: i. ex Græco. Conuertere se totum ad pacem. Ad timorem, non ad sanitatem se conuertere. Omnia in fraudem conuertere. Omnia ad suum commodum conuertere. Terra se conuertit ac torquet. In Latinum Italica conuertere, & ex Italico. Vitium tibi in bonum conuertis. Ergo damna in malum, & beneficia in malum conuertere.*

CONVESTIO, stis, *vestio, tego, orno.* Q. F. 381 a, Topiarium laudaui, ita omnia conuestiuit edera.

CONVESTIOR, iris. Tusc. 163 a, Herbis prata conuestirier.

CONVESTITVS, a, um. pro Dom. 233 b, Ergo eius dumum euersam duobus locis conuestitam uideris.

CONVEXVS, a, um. In Ara.

Inde Fides leuiter posita & conuexa videtur.

CONVICTIO, onis. *conuictus.* Epis. 264 b, Cice. filius. * Tum etiam iucundissima conuictio. & Quint. Fra. 291 b, Ex domesticis conuictionibus]

CONVICTOR, oris. *qui vulgò, commensalis dicitur.* Cice. filius. Ep. 265 a,

Vtor

Vtor familiaribus & quotidianis conuictoribus, quos secum Cratippus adduxit, hominibus & doctis, & illis probatissimis. Qu.Fr. Domestici conuictores.

Conuictus, a um. pro Q. 8 b, Turpi iudicio conuictus pro Dom. 242 b, Hanc ego deuotionem capitis mei cum ero in sedes meas restitutus, tum denique conuictam esse & commissam putabo. Postquam t98 a, Eius deuotionis me esse conuictum iudicio deorum, testimonio senatus, confessione inimicorum, maximè lætor. pro Syl. 175 b, In eum locum te deducis, ut antequam me commutati iudicij coarguas, te summæ neglegentiæ iudicio tuo conuictum esse fatearis. Acad. t0 a, Simili in errore versatur, cum conuicti ac iudicio ueritatis coacti perspicua à perceptis volunt distinguere. ad Her. 29 a, Maiores nostri si vnquam vnius peccati mulierem damnabant, simplici iudicio multorum maleficiorum conuictam putabant. pro Cluen. 19 a, Causa, quæ ipsa opinione hominum tacita, prope conuicta, atque damnata est. pro Fla. 164 b, M. Aquilium patres nostri multis auaritiæ criminibus testimonijsque conuictum, quia cum fugitiuis fortiter bellum gesserat, iudicio liberauerunt. I.C. 107 a, Homo audacissimus conscientia conuictus reticuit. pro Flac. 154 b, Qui testis postquam effudit, quæ voluit omnia reprehensus, conuictus, fractusque discessit. pro Syl. 170 a, Cum ille homo audacissimus, conscientia conuictus reticuisset. pro Fon. 281 a, Magistratibus, quos gessit, conuictis virorum bonorum testimonijs. pro Qu. 8 b, Aut ignominia affectus, aut turpi iudicio conuictus. de Leg. 163 b, Siue Aristonis conuictam & fractam sectā secuti sunt. L. Convinco. pro Do. sua 242 b, Hanc ego deuotionem capitis mei, cum ero in sedes meas restitutus, tum denique conuictam esse & commissam putabo. * Acade. t8 a, Cum conuicti, ac iudicio veritatis coacti volunt, &c.]

Convictus, ctus *cuµβíwσıs, conuictio.* Att. 111 a, Offi. 56 a, Nam istol lit conuictum humanum & societatem. Epist. 70 b, Vt istis te molestijs laxes, & ad conuictum nostrum redeas.

Convinco, cis. *arguo, coarguo, redarguo, cogo, euinco.* de Fin. 51 b, Verùm enim inuenire volumus, non tanquam aduersarium aliquem conuincere. de Natu. Deor. t9 b. Vtinam tam facile vera inuenire possem, quàm falsa conuincere. Tusc. t50 a, Quid negotij est, hoc poetarum & pictorum portenta conuincere? *i. falsa ostendere.* Para. t24 a, Cum eam ne liberum quidem esse ratio & ueritas ipsa conuincat. I. A. t61 a, Quo me teste conuinces, si negem? an chirographo? & ibidem. Teque in illo ipso conuinco non humanitatis solum, sed etiam amentiæ. Par. 149 a, Conuincere peccata argumentis. de Natura 26 a, Conuincere errores alicuius. pro Syl. 180 b, Huius si causa non manifestissimis rebus teneretur, tamen eum mores ipsius & vita conuincerent. de Or. 88 b, Nihil te de morbus hominum didicisse conuincam. de Na. 68 a, Sed vt Stoicus nihil de dijs explicare conuinceret. de Ami. Tamen hæc duo leuitatis & infirmitatis plerosq; conuincunt.

Convincor, ris. I.V. 224 b, Omnibus in rebus coarguitur à me, conuincitur à testibus, vrgetur confessione sua. I. V. 281 a, Quod siue fateris, siue conuinceris, quàm maximis in rebus tenere, non vides? pro S.R. 38 a, Non ex illo hoc intelligitur, sed ex hoc illud conuincitur. de Inuen. 65 b, Conuinci in aliquo peccato. pro Quin. 14 b, Volo in auditum facinus ipsius, qui id commisit, voce conuinci. de Vni. 36 a, Oratio, quæ neque redargui, neque cōuinci possit. Antequam 195 b, Sententijs iudicum conuinci. I.V. t86 a, Testibus conuinci. & 244 a, Testimonijs conuinci. & 81 a, Manifestis cruoinib. conuinci.

Syntaxis. *Aliquem, falsa conuincere, In furto aliquem conuincere, & furti. Coargui, conuinci, vrgeri. Conscientia, iudicio, testibus conuictus. Conuictus & societas humana.*

Convisο, sis. *Conspicio.* in Arat.

Et loca conuisit cauda totus infera piscis.

Conviciator, oris. *maledicus.* pro Mur. 126 b, Maledicus, conuiciator, in Sal. 272 a, Si de mea vita huic conuiciatori respondero.

Convicium, cij. *maledictum, probrum, contumelia, crimen, opprobrium, maledictio, maledictum iurgij petulantis.* pro Cęl. 43 b, Adulter impudicus, sequester, conuicium est, non accusatio. pro Cæl. 38 b, Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam: quæ si petulantius iactatur, conuicium: si facetius, vrbanitas nominatur. Epist. 5 a, b, Pompeius cum pro Milone diceret, clamore, conuicioque iactatus. pro Mur. t26 b, Nō debes arripere maledictū ex triuio, aut ex scurrarum aliquo conuicio. pro Dom. 213 b, Respondebo hominis furiosi non orationi, sed conuicio: cuius exercitationem cum intolerabili petulantia, tum diuturna impunitate muniuit. Acad 31 b, Vrgebor iam omnium vestrum conuicio. Offi. 68 b, Qua hunc obiurgatione, aut quo potius conuicio a tanto errore coner auertere? Att. 257 b, Et es cōuicium grande fecerunt. I.P. 92 a, Sed os tuum ferreo senatus conuicio verberari voluisti. pro Clu. 33 a, L. Quintius conuicium C. Iunio iudici quæstionis maximum fecit. Epi. 153 a, Cum ei magnum conuicium fieret cuncto a senatu, quinque Tribuni PL retulerunt. Ora. 212 a, Aliquando, idque sero, conuicio aurium mihi extorta veritas est. pro Arc. 187 b, Vbi aures conuicio defessæ conquiescant. Attic. 33 a, Consectari aliquem conuicijs. Qu. Frat. 313 a, Efflagitare aliquid conuicio. pro Q. 1t b, Sustinere quotidianū alicuius conuicium.

Syntaxis. *Respondere conuicio. Vrgeri conuicio. Facere alicui conuicium. Fieri conuicium. Conuicium sustinere.*

Conviva, uæ. *socius ad epulas, commessor.* Tusculan. 148 b, Quanquam est in Originibus, solitos esse in epulis canere conuiuas ad tibiam de clarorum hominum virtutibus. de Clarita. 171 a, Carmina in epulis cantari solita à singulis conuiuijs. Attico. 252 b, Hunc tu lege conuiuis tuis: sed si me amas, hilaris & bene acceptis. 186 b, Non assequor, ut scribam, quod tui conuiuæ non modo libenter, sed etiam æquo animo legere possint. pro Flacc. 151 a, Testes accusatoris, confessore, coniux, contubernales, de Ora. 130 a, Collectam a conuiua exigere.

Convivium, ij. *accubatio epularis amicorum.* I.V. 170 b, Cum in eis conuiuijs symphonia caneret maximisque poculis ministraretur. de Senect. 86 b, Bene maiores accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt: melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concęnationem uocant. & ibid. Ego propter sermonis delectationem tempestiuis conuiuijs delector. pro Arch. 188 a, Quantum temporis alij tribuunt tempestiuis conuiuijs. I. P. 93 b, Conuiuium publicum non dignitatis causa inibit. pro Mure. t27 a, Conuiuium moderatum & honestum. & ibi. Intempestiuum cōuiuium. I.P. 8 a, Quod quidem istius quasi aliquod Lapitharum, aut Centaurorum conuiuium ferebatur. de Pet. 211 b, Conuiuia, quæ facete abs te & amicis tuis concelebrantur, & passim & tributim. pro Qu. 17 b, Ornare conuiuium magnifice ac splendide. I.V. 214 a, Instituere & parare conuiuium. & 210 a, Ornare & apparare conuiuium. pro Cæl. 44 b, Conuiuia Baiis acta, comessationes. Offi. 63 b, Opipare paratum erat conuiuium. pro Q. t0 b. Versari in conuiuijs. Tusc. 160 a, Græci in conuiuijs solent nominare, cui poculum tradituri sint. Postquam 207 a, Conditor instructorque conuiuij. * Epist. 141 b, Sapientius nostri quàm Græci: illi συμπόσια, aut σύνδειπνα, id est, compotationes, aut concenationes, nos, conuiuia, quod tum maxime simul viuitur.]

Syntaxis. *Conuiuium celebrare, instituere, parare, ornare, apparare, instruere.*

Convivor, aris. *conuiuium ago, epulas do.* in Verr. t70 b, Quotidie non modo in publico, sed etiam de publico conuiuari.

Convocatio, onis. *conuentus, congregatio.* Postq. 312 b, Nulla ad remp. defendendam Populi Rom. conuocatio.

Convocatus, a, um. Epist. t51 a. Senatus est continuò conuocatus, frequentisque se cōuenit. de Cl. t81 b, Qui conuocatis auditoribus, legebat eis magnum illud volumen. &c.

Convoco, as. Tusc. 16t a, Qui dissipatos homines congregauit, & ad societatem vitæ conuocauit. Tusc. 228 b, Tu dissipatos homines in societatem uitæ conuocasti. Offi. 63 b, Tum Canius piscatores ad se conuocauit. & Q. F. 3t3 b, pro Cæc. 285 a, Conuocare homines, & eos armare. de Leg. 166 b, Is philosophos in unū conuocauit. in Vat. 32 b, Conuocare concilium contra legem Heliam.

Convocor, ris. I.V. 3t2 a, b, Artifices omnes cōuocari iubet. I.A. t94 b, Nos autem in senatum conuocabamur.

Convolo, as. *concurro.* pro Dom. 224 b, Qui cuncta ex Italia ad me reuocandum conuolauerunt. Attic. 168 a, Vexillo opus est, conuolabunt.

Convolvens, tis. *inuoluens.* de Diu. 90 a, Cum se conuoluens sol elaberetur, vt abiret.

Convolvor, ris. *conuertor.* de Na. 48 a.

Quem propter nitens pennis conuoluitur ales.

Conus, ni. *turbinis inuersi figura, vel meta, vel pyramidis.* de Na. 35 a, Conum tibi ais & cylindrum, & pyramidem pulchriorem, quam sphæram videri. de Na. 6 b, Forma coni. L. Cylindrus.

Conisco, as. *est frontem fronte percutere, arietare, vt arietes faciunt, quod Luc. lib. 2. ostendit.*

Et fetatis agni ludunt. blandeq; coniscunt.

Cic. teste Qu. lib. 8. c. 3. Caput opponis, cum eo coniscans. *aliàs conniscans, sed corruptè.*

Convulsus, a um. *reuulsus.* de Cla. 175 a, Resp. penitus conuulsa. I.V. 225 a, Conuulsis repagulis, effractisq; valuis. I P. 90 b, Mihi ipsa Roma propè cōuulsa sedibus suis procedere obuiam visa est. Epi. 69 b, Quæ cogitatio vi tempestatum & concursu calamitatum erat aliquantum labefactata, atque conuulsa.

Coopertus, a, um. *obrutus, tectus.* I. A. 142 a, Quos nondum tātis parricidijs contaminatos vix ferebamus, hos nunc omni scelere coopertos tolerabiles censemus fore? I. V. 78 a, Iste à tot, tantis, tam nefarijs sceleribus coopertus, & t08 b. Lapidibus coopertus esset in foro.

Syntaxis. *Coopertus sceleribus, lapidibus.*

Cooptatio, onis. *constitutio.* de Amic. t14 a, Ea lege cooptatio collegiorum ad populi beneficium transferebatur. de Leg. 189 b, Cooptatio censoria.

Cooptandus, a, um. I.V. t33 a, Cum haberent inter se controuersias de senatu cooptando. I.V. t33 a, In senatoribus cooptandis non modo suffragia nulla fuerunt, sed ne genere quidem spectata sunt, ex quibus in eum ordinem cooptari liceret.

Cooptatus, a, um. *lectus, electus, ascriptus.* de Cl. 165 a, Et cooptatum me ab eo in collegium augurum recordabar.

Coopto, as. *elego, ascribo, recipio.* pro Cel. 38 a, Quem absentem in amplissimum collegium cooptarunt. de Di. t13 a, In eo senatu, quē maiore ex parte ipse cooptasset. I.A. 248 b, In primis paternum auguratus locum, in quo ego eum, vt quod à patre accepi, filio reddā, mea nominatione cooptabo.

Cooptor, ris. Attic. 276 a, Ciceronem nostrum in vestrum collegium cooptari volo. * Epist. 43 a, Sed ne cooptari quidem sacerdotem licabat qui, &c.]

Syntaxis. *Cooptare senatum, & aliquem in senatum, in senatu.*

Coorior, ris. I.V. 83 b, Tum subito tēpestates coortę sunt maximæ.

Copia, piæ. *abundantia, vbertas, facultas,* &c. I.A. 233 b, Cum hanc & huius generis tantam copiam habeat Antonius, quod scelus amite-

tet? Pro Pompe. 9 a, Vtinam virorum fortium tantam copiam haberetis, vt, &c. iium · Similiter nunc petes a Crasso, vt eam copiam ornamentorum suorum, quam, &c. dilatet nobis atque explicet. de Ora. 154 a, Rerum copia, verborum copiam gignit. Epi. 67 a, Materies digna facultate & copia tua Topi. 326 b, Mirabilis copia dicendi. pro Quin. 2 a, Quin. Hortensius, cui summam copiam facultatéque dicendi natura largita est. pro Cor. 55 b, Orationis vbertas, varietas, copia. de Cla. 168 b, Vbertas & copia Periclis. I. V. 68 a, Facultas & copia dicendi. Orat. 20 b, 2, Temperata oratione ornandi copiam persequi. de Orat. 85 b, Minimam copiam poetarum egregiorum extitisse. de Inu. 62 a, Nobis omnium expositis copijs, quodcunque placeret, eligendi potestas fuit. & ibidem b, Ex maiore copia nobis quàm illi fuit exemplorum eligendi potestas. de Clar. 167 b, Hęc enim ætas effundit hanc copiam. de Orat. 155 a, Facere ciuibus omnibus sui consilij copiam. I V. 108 a, Cuius docuriæ mihi copiam quàm largissime factam oportebat. Postquam. 202 a, Frugum vbertas & copia, de Inuen. 62 a, Crotoniatæ cum florerent omnibus copijs, &cęt. pro Quin. Rosc. 52 a, Vir copijs rei familiaris locuples & pecuniosus. Off. 31 a, Omnium rerum affluentibus copijs ditari pro Pomp. 7 a, Publicani suas rationes & copias in prouinciam contulerunt pro Cluent. 21 a, Omnis testium copia, quæ futura est, à matre initio est adornata: à matre nunc omnibus eius opibus & copijs comparatur. Episto. 56 a, Ibique pro ea copia quæ Athenis erat, funus ei satis amplum faciendum curaoit de Inuent 52 b, Quid cuique conueniet, ex hac copia digeremus. Episto. 241 b, Quæ cum essent à me cura magis, & diligentia, quàm facultate & copia constituta, iter mihi faciundum per Lycaoniam putaui. de Fini. 91 b, Et quidem Cato, totam hanc copiam Lucullo notam esse oportebit. Att. 26 a, Itaque libris me delecto, quorum habeo Antij festiuam copiam. Attic. 234 b, Moderatori reipub. beata ciuium vita proposita est, vt opibus firma, copijs locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Offi. 11 a, Singulorum copiæ paruæ sunt: eorum autem qui bis egeant, infinita est multitudo. de Orato 89 a, Vbertas in dicendo & copia.)(. *Exilitas*. de Inuen. 76 b, Copia agri.)(. *Penuria agri*. de Senect. 78 b, Nec in summa inopia leuis esse senectus potest, ne sapienti quidem, nec in summa copia insipienti non grauis. de Amic. 106 a, Circumfluere omnibus copijs, atque in omnium rerum abundantia viuere. de Amic. 112 b, Suppeditare alicui omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam & copiam Episto. 136 b, Tu autem quod mihi bonam copiam eiures, nihil est. Par. 125 a, Est enim diuitiarum fructus in copia, copiam autem declarat satietas rerum atque abundantia. de Inu 83 a, Amplitudo est potentiæ, aut maiestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia.

¶ *Singulari & pluratiuo num. vo. manus, exercitus*. Attico. 129 b, Pomp. Placitum est mihi, vt Brundusium ducerem hanc copiam, quam habeo mecum. Attic. 130 b Pomp. Neque solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris, vt frumentatum eas. At. 129 b, Alter in Siciliam cum ea copia, quam Capuæ & circum Capuam comparastis. & cum iis militibus, quos Faustus legit, proficisceretur. & 130 a, Contractis nostris copijs spero nos reipublicæ prodesse posse. Epi. 32 a, Pergratum mihi feceris, si istas exiguas copias quas habuisti, q̃ minimum imminueris. Epi. 183 b, Magnasq; Romæ Pansa copias ex delectu Italiæ comparat.

☞ Syntaxis. *Vbertas, varietas copia. Copiam sui facere alicui, & sui consilij. Vir copijs rei familiaris locuples & pecuniosus. Librorum habere festiuam copiam. Copijs circumfluere.*

Copiolae, arum. Bru Epist. 174 a, Recurre ad copiolas meas: sic. n. eas vere appellare possum. sunt. n. extenuatissimæ.

Copiose, ssime. *vberrimè, largè, largiter, prolixè, abundanter*. de Orato. 89 a, Oratoris est composite, ornate, copiose loqui & 122 b, copiosè & abundanter loqui de aliqua re. Offi. 1 b, copiosissime & grauissimè dicere. I. V. 94 b, Nam Malleolus in prouinciá si copiosè profectus erat, vt domi prorsus nihil relinqueret. de Nat. 13 a, Nec sententijs solum copiose, sed verbis etiam ornate. de Na. 50 a, Pastum animantibus large & copiose natura comparauit. pro Fl. 155 a, Subtiliter & copiosu de aliqua re disserere.

☞ Syntaxis. *Copiosè & abundanter loqui. Largè & copiosè.*

Copiosus, a, um. & Copiosior, *abundans, vber, diues*. Att. 219 b, Legi epistolam, multa de meo catone, quem sæpissimè legendo se dicit copiosiorem factum. Offic. 36 a, Dicæarchus peripateticus magnus & copiosius. pro cec 297 a, Homo copiosus ad dicendum, de Orato. 128 b, Multa & varia & copiosa oratio. & 104 b, Multæ, copiosæ, variæque rationes. pro R. P. 128 b, Lautum & copiosum patrimonium. pro Arch. 186 a, Vrbs quondam celebris & copiosa. I. V. 63 b, Mulier copiosa plane & locuples. I V. 89 a, Illic erat in primis inter suos copiosus. pro S. R. 19 b, Patrimonium tam amplum & copiosum. L. • C. 108 a, Is omnibus rebus ornatus & copiosus est. * Her. 39 a, Quo magis cæteris rebus erit copiosius.]

☞ Syntaxis. *Ad dicendum copiosus. Magnus & copiosus. Lautum copiosum patrimonium.*

Copo, onis. *caupo*. pro cl. 52 b, L. Cavpo.

Copvlatio, *coniunctio*. de Na 49 b, copulatio rerum, coagmentatioque naturæ. de Fi. 63 a, congressus copulationesque consuetudinū. de Fin. 52 b, Declinare dixit atomum per paulum, ita effici complexiones, & copulationes. & adhæsiones atomorum inter se.

Copvlando. Orat. 211 a, Libenter etiam copulando verba iungebāt; vt Sodes, pro Si audes.

Copvlandvs, a, um. Epi. 32 b, Ad voluntates nostras copulandas mediocre vinculum attulit collegij coniunctio.

Copvlatvs, a, um *coniunctus, compositus, congruens* Offic 12 a, Nihil est amabilius, nec copulatius, quam morum similitudo bonorum du Diui. 128 a. Quid naturæ copulatum habuit Alcibiadis, quod scribitur, somnium? Tuscu. 214 a, Hæc dico, cogitatione quidem inter se differunt, re vero copulata sunt. de Fat. 126 a, Quædam sunt in reb. simplicia. quædam copulata. & ibidem. copulata. n. res est, & confatalis, concubiturum cum vxore Laium, & ex ea Oedipum procreaturum. Orat. 207 a, Verba simplicia & copulata. Tuscu. 163 a, Quoniam nihil sit animis ad mixtum, nihil concretum, nihil coagmentatum, nihil duplex. L. A. 16 a, Equester ordo cū senatu copulatus fuit. de Fin. 59 a, Virtutem copulatam esse docuit cum voluptate, vt ab • eo nullo modo nec diuelli, nec distrahi possit. * de Fin. 140, Virtutes ita copulatæ, conuexeque sunt, vt &c.]

¶ *Simul*. in Verr. 234 a, Nam cum clamaret, &c. copulati in ius peruenimus.

Copvlo, as. *iungo, adiungo*. Aca. 35 a, copulare hominem cum bellua. de Fin. 74 a, Quæ & disiuncta coniungat, & cum præsentibus futura copulet.

Copvlor, ris. Part. 231 b, constructio uerborum tum coniunctionibus copuletur, non dissolutionibus relaxetur. de Orat. 104 a, An hęc inter se iungi copularique possint?

☞ Syntaxis. *Id nihil natura copulatum habet: i. non consentit. Copulata res, & confatalis. Cum bellua quempiam copulare. Copulati incedunt illi. Iungere copulare.*

Coqvo, quis. *misceo*. Tus. 27 a. Tum is qui illa coxerat, minimè mirum: condimenta enim defuerunt. de Sen. 77 a,

— - *Curamve leuasso,*

Quæ nunc te coquit, & versat sub pectore fixa. Att. 222 a, Nec id solùm, sed bene cocto & condito sermone bono.

☞ Syntaxis. *A curis aliquem coqui, ac versari. Bene coctus sermo, & conditus.*

Coqvs, qui. vel Cocvs, ci. L. Cocvs.

Cor, cordis *pars in animante princeps, vitæ fons*. Tuscu. 204 a de Diuin. 105 a, Nullum animal, quod sanguinem habet, sine corde esse pōt. de Fin. 83 b, Hoc est, non modo cor non habere, sed ne palatum quidem. de Fin 69 b, Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. Tusc. 252 a, Alijs cor ipsum animus videtur: ex quo ex cordes, vecordes, & concordes dicuntur. pro cęl. 45 a. Nunc enim mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira. de Or. 158 b, Romanus corde suo trepidat. pro Q 17 b. Mihi vita horrida atq; arida cordi est. de Ami. 98 b, Isq; mihi eo magis cordi est, q. &c. Attic. 169 b, Dionysius nobis cordi est, in Verr. 99 a, Ego cui filia maxime cordi est. Or. 201 b, Flumen alijs verborum cordi est.

☞ Syntaxis. *Illi cor sapit. Cor ira cumulari alicui. Trepidare suo corde. Aliquem, & aliquid esse cordi.*

Coram, *ad, apud, ante, in cōspectu, ante oculos, ante pedes, in oculis*. Att. 259 b, Sed hæc & alia maiora coram. Epi 77 a, Sed hæc & multa alia coram breui tempore licebit. Atti. 88 b, Sed hæc posterius, & corā fortasse commodius. Atti 112 a, Vt loquerer tecum absens, quo mihi enim coram id non liceret, nihil est, iucundius. & 186 a, Cum coram sumus & garrimus quicquid in buccam venit. pro Flac. 153 a, Testes, coram producti aliquid dicent, in quo, &c. de Pro. 73 a, Intueor coram hæc ornamenta Reip. Octa. 329 b, Non prætermittam, quin quoniam id coram facere prohibeor, absens prosim. Epist. 205 a, Coram P. Cuspio tecum locutus sum. I. P. 81 b, Mihi vero ipsi coram, genero meo, propinquo tuo, quæ dicere ausus es? de Amic. 96 a, Vt tanquam à præsentibus coram haberi sermo videretur. contra Rull. 87 b, Si ea coram potius me præsente dixissent. Acad. 41 b, Quod coram etiam ex ipso audiebamus. ad Her. 25 b, Chares omnia coram magistrum facientem videbat. Episto. 69 b, Sin autem differt me in aliud tempos, coram tecum loquar. Ep. 191 a, Pręterea mihi promiserunt coram, & absenti mihi scripserunt se, &c. cont. Rul. 81 b, Veniat coram, & mecum disputet. pro clu. 25 a, Index ex altera parte • coram tenetur. * Epist. 114 a, Vt coram eo de successione prouinciarum ageretur.]

☞ Syntaxis. *Cum sumus coram. Coram, me præsente dixit) vnà dicta.*)

Corbis, bis. *canistrum, vas è viminibus contextum*. pro Sest. 21 a. Grachus mellona se corbe contexit,

Corbvlas, tæ. *nauis oneraria*. Att. 25 a.

Corcvlvm, li. *amatoriè paruum cor*. de clari. 171 b, P. Scipio Nasica, qui est corculum appellatus & 183 b, & Tusc. 152 a.

Corcyra, ræ. *Phæacum insula*. Epi. 257 b.

Corcyraevs, a, um. 92 a, Epi 259.

Cordatvs, a, um. *prudens, sapiens*. de Ora. 101 b, Egregiè cordatus homo catus Aelius Sext. & Tus. 152 a, Ennii.

Cordax, cis. *Trochæus*. Or. 216 a. L. Trochaevs.

Cordolivm, lij. *cordis dolor*. Att. 238 a, Rides ab cordolio.

Corocyra, bę. ..*ris*. I. V. 212, pro Atc. 190 b.

Corfinivm, nij. *oppidum*. Att. 121.

Corfiniensis. Att. 149.

Coria Minerua. de Nat. 71 b.

Corigia, giæ *lorum, seu cingulum, à corio factum nomen*. de Diuin. 126 a, Quę si suscipiamus, pedis offensio nobis, & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt obseruanda.

Corinthivs, a um. *vt, vasa Corinthia*. pro S. R. 40 a, I. V. 233 a, Galeæ ęneæ cælatæ opere corinthio. Tusc. 181 b, Si quid de corinthijs tuis amiseris. Par. 123 a, Quos corinthia opera delectant.

Corinthvs, thi. contra Rull. 83 b, corinthus erat posita in angustijs atque

atque in faucibus Græciæ. pro Pomp. 5 b, Corinthus totius Græciæ lumen.

CORIVM, rij. de Natu. 50 a, Animantium aliæ corijs tecta sunt, aliæ villis vestitæ, &cet. I. V. 95 a, Cum iste coria, cilia, saccos imperaret. ad Her. 4 b. Is obuolutus & obligatus corio deijciatur in profluentem.

CORNEOLVS, a, um. *à Corneus diminut.* de N. 55 a, Aures duros & quasi corneolos habent introitus.

CORNEVS, a, um. de Na. 22 b, Corneum procerumque rostrum.

CORNICIVS, ad suam veterem fabulam redijt. Att. 55 a.

CORNIGER, a, um. *vt Corniger taurus* in Arat.

CORNIX, cis. *auis garrula.* de Nat. 62 b, Quis cornicis cantum notauit? quis fortes? de Diu. 83 a.

Et cornix nonnunquam cursans per littora cornix.

de Diui. 82 b, & 98 a, Iupiter cornicem a læua, coruum à dextra canere iussit. L. CORVVS. pro Mur. 129 b, Cornicum oculos confingere. pro Fla. 56 a, Hic corniici oculum, ut dicitur. * Tusc. 205 b, Natura ceruis, & cornicibus vitam diuturnam dedit. Tusc. 164 b, Stoici usuram temporis nobis largiuntur, tanquam cornicibus diu mansuros aiunt animos, semper negant.]

CORNV. de Na. 50 a, Animantes alias squama videmus obductas, alias esse cornibus armatas, alias, &c. pro Syl. 170 a, Ille arma misit, cornua, tubas, falces, &c. de Diu. 113 b, Experiamur itaque, si possumus cornua commouere disputationis suæ. I. A. 157 a, Pansa & Hirtius, qui quasi cornua duo tenuerunt Cæsaris, cum cum, &c. Atti. 105 b, Ab vtroque portus cornu moles iacimus. Cæsa. 173 a, cohortes dextri cæsaris cornus.

COROLLARIVM, larij. *appendix, accessio, additio quasi lucrum.* in Verr. 17 Vt esset unde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur. in Verr. 198 b, Qui nummulis corrogatis de nepotum bonis, ac de scenicorum corollarijs decuriam emerunt. in Ver. 221 b, Hic quasi festiuum acroama, ne sine corollario de conuiuio discederet, embelemata auellenda curauit.

CORONA, næ. *insigne regum, insigne regium, diadema, sertum.* I. V. 241 Ipse autem coronam habebat, vnam in capite, alteram in collo. Tuscu. 249 a, Aderant unguenta coronæ, &c. & ibi. Iam ipsæ defluebant coronæ. Att. 234 b, Rescripsit se coronam habuisse honoris Cæsaris causa, posuisse lucrus gratia. Epist. 69 a, cum cæteris coronas imposuerunt victoribus I. P. 80 b, Is mihi ciuicam coronam deberi à Repu. dixit. pro Plan. 274 b, At id etiam gregarij milites faciunt inuiti, vt se ab aliquo seruatos esse fateantur, & coronam dent ciuicam. Atti. 231 a, Brutus noster iam vel coronam auream per forum ferre posset. I. P. 92 b, coronam lauream alicui à senatu decretam esse. ad Heren. 39 a, corona aurea magis fulgentibus gemmis illuminata. de Legibus. 182 a, Nec sumptuosa aspersione longæ coronæ, nec acerræ prætereantur.

¶ *Circulus audientium.* pro Flac. 160 a, A iudicibus oratio auertitur, nox in coronam turbamque effunditur. de clar. 181 b, Tamen si à corona relictus sim, non queam dicere. de Fin. 80 a, An: si coronam times, dic in senatu. Tuscu 150 a, Tibi ipsi pro te erit maxima corona causa dicenda I. A. 181 b, cur amatorum corona septus est senatus? pro Milon. 101 b, Non enim corona cõsessus uester cinctus est, ut solebat.

☞ Syntaxis. *Coronam habere, deponere. Corona ciuilem consessum.*

CORONARIVS, a, um. *quod ad coronas attinet.* I. P. 99 a, Mitto aurum coronarium, quod lex & decerni & accipi vetat, nisi decreto triumpho. contra Rull. 63 b, Quod ad quẽquem peruenerit ex præda ex manubijs, ex auro coronario. & 77 b, 78 a, Aurum coronariũ dabatur pro consulibus uel imperatoribus ex prouincia decedentibus, ad decorandum triumphum.

CORONATVS, a, um. *corona donatus, qui coronam habet in capite.* I. A. 176 b, Sedebat in rostris collega tuus, amictus toga purpurea, in sella aurea, coronatus, &c. Att. 229 b, coronatus Quintus noster parilib. de Leg. 183 a, Epulæ, quas inibant propinqui coronati.

CORPORATVS, a, um. de Vni. 195 b, Mundus cernitur & tangitur, & est undique corporatus.

CORPOREVS, a, um, *corporatus, concretus.* de Vn. 199 b, Deus omne quod erat concretum & corporeũ, substrauit animo. de Vniu. 195 b, corporeum & aspectabile omne necesse est esse, quod natum est.

CORPVS, ris. Aca. q. edi. 2. li. 1. corpus, & qualitatem nominabãt Academici, id quod ex materia & forma constat. 2. de Or. 141 b, corpus intelligi sine loco non potest. Tusc. q. lib. 1. Corpus quasi uas est aut aliquod animi receptaculum. Tusc. q. lib. 2. Sic corpus clade horribili assumptum extabuit. Tusc. q. li. 2 de Fin. lib. 2. corpus bene constitutum. cat. corpus effœtum. Tusc. q. lib 2. corpus exanclatum. *i. exhaustum ærumnis cruciatibusq́; debilitatum.* Offic. 1, corpus exercendum, & ita afficiendum est, ut obedire consilio, rationique possit in exequendis negocijs, & in labore tolerando. de Senec. Mortale corpus. Tuscu. quæst. libro 3, Corpus motum à statu: *id est, à constitutione & tempera.* Tusculan. quæst. libro 5, Corpus omnibus oppressum & confectum doloribus. ad Lucceium libru 5. 67 b A principio enim coniurationis usque ad reditum nostrum, uidetur mihi modicum quoddam corpus confici posse, in quo, &c 183 b, Sed nihil vitiosius, quam quum vnum corpus debeat defensionis, nasci de integrõ causam, quum sit ab altero perorata. Tusculan. quæst. libru 1, Nec quicquam sit, nisi corpus unum & simplex. Academ. quæst. edi. 2. lib. 1, Corporis bona alia in toto, alia in partibus, secundum Academicos. 2. de Orato. Corporis bona veram laudem non habent. de Vniuersi. Corporis omnis coagmentatio uel calore, vel frigore, vel aliqua impulsione uehementi labefactatur & frangitur, & ad morbos senectutemque compellitur. de Senectu. Compagineibus corporis includi. Academ. quæst edit 1. libro 1, Corporis expers. Tuscul. quæst. lib. 3. Corporis grauitatem & dolorem animo indicamus, animi morbum corpore non sentimus. 11. ad Attic. Morbus & corporis imbecillitas. ad Her. Corporis res quæ laudandæ. Tuscula. quæstio. libro 4, Vt in malis attingit animi naturam corporis similitudo, sic & in nobis. Tusculan. quæstio. libro 4, Vt corporis temperatio, cum ea congruunt inter se, e quibus constamus, sanitas, sic animi dicitur, cum eius iudicia opinionesque concordant. 1. de Inuen. Corporis uires, perniciosissimæ cupiditatis satellites. 9. Famil Corpori omne tempus datur. 16. Familiar. Corpori seruire. 2. de Natu. Deor. Quid dicam de ossibus, quæ subiecta corpori, mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, &c. & ad omnem corporis actionem? Gallo, libro 7, Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam: nam & vires & corpus amisit. 1. Offi. 17 b, Reipublicæ corpus totum curare, nedum partem aliquam tueri, reliquas deserere Plato præcepit. Tuscu. quæst. lib. 5. Quocirca corpus gaudere tandiu censuit Epicurus, dum præsentem sentiret voluptatem; animum & præsentem percipere pariter cum corpore, & prospicere venientem, nec præteritam præterfluere sinere. de Finib. Corpore nihil nisi præsens, & quod adest, sentire possumus. de Inuen. libro 2 62 a. Zeuxis muliebri in corpore pingendo plurimum alijs præstitit. ibidem b, Cum puerorum igitur formas & corpora magno hic opere miraretur. ibidem, Neque enim putauit omnia quæ quæreret ad venustatem vno in corpore se reperire posse. Epist Fam. libro 5. 68, Atq; illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant. *de Apelle & Lysippo.* 7. ad Attic. Corpore suo alleuato. de Natura deor. 1, Corpore æterno mens cingitur. 14 Fam. Corpore confectus 16. Fami Nisi corpore confirmato, nolles nauigare. 6. Famil. A Cæcinnæ, Corpore toto contremisco. ad Oct. Si non unà cum corpore sensus omnis uno atque eodem consumpta est igni. pro Marcell. 135 b, Nec vero hæc uita tua dicenda est, quæ corpore & spiritu continetur. 2. ad Attic. Corpore deformatus fractus animo. Tuscu. quæst. libro 1. E corpore excedere dicuntur animi. Tuscul. quæst. lib 1, Æ corpore multa existunt quæ acuant mentem, multa quæ obtundant. de Diui. 120 b, Nec enim sanguis, nec sudor, nisi ex corpore est. in Catil. 110 b, Iactum parua, quædam declinatione, &, vt aiunt, corpore effugere. 11. Famil. Corpore nondum satis firmo quum esset. Tusculan. quæst. lib. 1. In corpore dolor, aut omnino sensus post mortem. Tuscu. quæst. lib. 1. In corpore nullus sensus, &c. Tuscu. q. libro 1. In corpore perspicuum est, vel extincto animo, vel elapso, nullum residere sensum Tuscu. libro 1. In corpore viæ quasi quædam sunt ad oculos, aures, ad nares, à sede animi perforatæ. 3. ad Attic. Quantum corpore meo occupari potest, tantum mihi ex agro tuo assignes. de Diui. 99 b, Cum mortali corpore cremato animus in lucem excesserit. de Senect. Senex corpore, nunquam animo. 11. ad Attic. Corpore vix sustineo grauitatem huius loci. Academ. quæst edit. 1. libro 2, Corpora aspera, leuia, hamata, vncinata. Acad. q. ed. 2. li. 1. Corpora nostra terreno principiorum genere confecta, ardore: animi concalescunt. Tuscula. quæst libro 2, Corpora contenta. *id est, quæ omni nixu intenduntur adu. vsus labores.* Tuscul. quæst. edit. libro 1, Corpora exercitata. Tuscula. quæst lib. 1. de Natu. deor. 1. Corpora indiuidua, leuia rotunda. lib. 1. de Finib. ἄτομοι sunt corpora indiuidua. propter soliditatem. Catil. Corpora exercitationum defatigatione ingrauescunt, animi autem se exercendo leuantur. de Natu. deor. 2, nostra corpora recalescunt motu & exagitatione. Tuscu. quæst. lib. 1, Neque nos corpora sumus. Tusc. quæst. lib. 1, Corpora terrena concretaque. Tuscu. quæst. li. 1. corpora terrena & humida suapte nutu & suo pondere ad pares angulos in terram & in mare feruntur. ad Q. Fr. li. 2. 314 b. Sed vtros eius habueris libros (duo enim sunt corpora an vtrosque nescio. 2. de Nat. Corporum genera sunt quatuor, quorum vicissitudine, mundi continuata natura est. Tusc. quæst. lib. 1. Eam porro naturam esse quatuor omnia gignentium: *i. elementorum* 2. de Natu. deor. Corporum Lenocinia. 2. de Na. deo. Corporum tegumenta, vel texta vel sota Acad. q. edit. 1. lib. 2. Corpora nostra non nouimus: qui sint situs partium, quam vim pars quæq; habeat, ignoramus. 7. Att. Corpora nostra opponimus de Nat. deor. 1. Corporibus omnis obsidetur locus. 2, de Or. Nihil est enim quod uacet corpore. His autem formis atque corporibus sicut omnibus rebus, quæ sub aspectum, sede opus est.

☞ Syntaxis. *Corpus bene constitutum, effœtum, exhaustum, à statu motum, oppressum, confectum. Defensionis vnum corpus. Morbus, & corporis imbecillitas. Vires & corpus amittere. Confirmare corpus: id est, vires. Corpore deformatus.*

CORPVSCVLA, orum. de Nat. 14 b, Ista flagitia Democriti, siue etiam ante Leucippi, esse corpuscula quædam leuia, alia aspera, rotunda alia, partim angulata curuata quædam, & quasi adunca: ex his effectum esse cœlum atque terras, nulla cogente natura, sed concursu quodam fortuito. & 44 b.

CORRECTIO, onis. *temperatio, emendatio.* Of. 53 b, Quem nos correctione quadam adhibita potissimum secuti sumus. de Fi. lib. 4. Hæc videlicet est correctio philosophiæ ueteris, & emendatio. * de Fini. 111 a, Correctio, & emendatio Philosophiæ.]

¶ *Exornatio oratoria.* ad Her. 32 a, Correctio est, quæ tollit id quod dictum est & pro eo id quod magis idoneum uidetur, reponit, hoc pacto: Quod si ille suos hospites rogasset, imo innuisset modo, hoc facile perfici posset, &c. de Ora. 162 b, Tum correctio, vel ante, vel post quam diximus.

☞ Syntaxis. *Correctionem adhibere & emendationem.*

CORRECTOR, oris. *cenfor, emendator.* I. A. 168 b, Iam de ipso emendatore & correctore nostro dicam. pro Cor. 58 b, Corrector atq; emendator ciuitatis. Ora. 215 b, Sed tamen hic corrector, &c.

CORRECTVS, a, um. *emendatus.* Atti. 220 a, Laudationem Porciæ tibi misi correctam, vt, &c. Acad. 41 b, Certe enim recentissima quæque sunt correcta & emendata maxime.

CORREPO, pis. *irrepo.* Att. 166 a, Occulté in aliquam orationem corrependum & de Nat. 15.

CORREPTVS, a, um. Anteq. 195 b, Ego repêtè vi tribunitia correptus, ne consistendi quidem in ciuitate habeo potestatem.

CORRIGENDVS, a, um. pro Mur. 138 b, Vt non corrigendus potius q̃ leuiter flectendus esse videare. de Sen. 84 a, Vitia senectutis diligentia corrigenda sunt.

CORRIGO, gis. *emendo, compenso, correctionem adhibeo, aliquem ab errore auerto.* Att. 27 a, Castritianum mendum nos corrigemus. de Fini. 52 a, Vt ea quæ corrigere vult, mihi quidem deprauare videatur. Q. F. 315 b, Sic ego cursu corrigam tarditatem tum equis, tum velis. Att. 234 a, Petiuit à me vt eam orationem ne ambitiose corrigerem. p Syll. 276 a, Itaq; hac rogatione uitiũ legis corrigebat. Or. 209 b, Cũ corrigimus nosmetipsos, quasi reprehendentes. & 214 a, Isocrates non modo superiores, sed etiam se ipse correxit. I. C. 101 b, Tu vt vnquam te corrigas? pro Qu. 15 a, Corrigeres hęc tu scilicet postea. Episto. 152 b, Vel quod exercitus Lepidi partem eam quæ corrupta est, ab repub. alienata, & corrigere, & coercere præsentia mei exercitus possem. in Sal. 274 a, At lapsus ætatis, tyrocinio postea se correxit. Attic. 148 a, Corrigere mores aliorum. Atti. 255 a, Eas epistolas ego oportet perspiciam, corrigam, tum denique edentur. Episto 25 a, & 77 a, Id si correxeris, mihi valde erit gratum. Att. 90 b, Hoc continuò correximus. I. A. 220 a, Et in eodem excutiendo meam sententiam corrigebat.

CORRIGOR, ris. de Cl. 194 a, Vel quòd à Græcis neque corrigi possim, neque doceri. Offic. 29 b, Ita facillime corriguntur illi in discendo, quorum vitia imitantur emendandi causa magistri.

☞ Syntaxis. *Corrector, ac emendator, & contra. Corrigere & coercere. Perspicere aliquid, corrigere. In discendo corrigi.*

CORRIPIENDVS, a, um, *rapiendus.* I. V. Nam vt apertus in pecuniis corripiendis fuit.

CORRIPIO, is. *reprehendo, increpo, accuso.* Episto. 112 b, Quid alios putas? clamoribus, si maximis iudices corripuerunt, & ostenderunt plane esse, quod fieri non posset.

CORRIPIOR, ris. *comprehendor.* I. V. 159 b, Hominem corripi ac suspendi iussit in oleastro quodam.

CORROBORATVS, ta, tum *firmatus, confirmatus, cui robur accessit.* pro Cæl. 46 a, Aetas corroborata. pro Mi. 197 b, Hominis sceleratissimi corroborata iam vetustate audacia. pro Flac. 159 a, Quorum virtus non solum natura corroborata, sed etiam disciplina putatur. de Amic. 110 a, Omnino amicitiæ corroboratis iam confirmatisque & ingeniis & ætatibus iudicandæ sunt. de Finib. 138 b, Honesta, ad quorum cognitionem & vsum iam corroborati natura ipsa præeunte deducimur.

CORROBORO, as. *roboro, confirmo sancio.* I. C. 113 a, Qui spem Catilinæ cum mollibus sententijs, & coniurationem nascentem non credendo corroborarunt. Acade. 9 a, Mens vsque eò philosophiam ipsam corroborat, ut uirtutẽ efficiat. pro Sest. 5 a, Cum iam uirilis tua vox se corroborauerit. *aliter, puerilis.* pro Cæl. 39 b, Cum is iam corroborauisset, & uir inter uiros esset.

CORROBOROR, ris. de Or. 151 b Ingenia obtũdi nolui, corroborari imprudentiam Epi. 193 a, Malum corroboratur quotidie.

☞ Syntaxis. *Corroborare & confirmare. Vox se corroborat. Corroborari cibo.*

CORRODO, dis. *rodo.* de Diuina. 120 b, Si mures corroserint aliquid, &c. L. RODO.

CORROGATVS, a, um. I. A. 187 a. Quidam corrogati conuénerunt &c. I. V. 189 b, Qui nummulis corrogatis, de nepotum bonis decuriam emerunt.

CORROGO, as. *rogo, peto, precibus quæro.* pro Q. 4 b, Næuius ab atrijs Licinijs suos necessarios corrogat, vt sibi assint, &c.

¶ *Congrego.* ad Her. 25 b, Cum ipse a uicinis cum testa ambulans, carbunculos corrogaret. ad Her. 40 a, Sannioni puero negocium dederat, ut uasa, uestimenta, pueros corrogaret.

CORRVMPO, pis *deprauo, tento, in fraudem impello, construo.* pro Plãc. 266 b, Quam quisque tribum turpi largitione corrumperet. Offic. 44 a, Corrumpere aliquem pecunia.

CORRVMPOR, ris pro Cæc. 298 b, Iudicem precio corrumpi. de Nat. 30 b, Conclusa aqua facile corrumpitur.

CORRVPTVS, a, um. Par. 238 a, Est genus hominum ad honestatẽ natũ, malo cultu prauisq; opinionibus corruptum. pro Mur. 130 a, Ea iurisconsultorum ingenijs pleraq; corrupta & deprauata sunt. Sal. in Cic 270 b, Pop. Rom. ita largitionibus corruptus est, vt sese ac fortunas suas uenales habeat. Att. 257 a, Animus largitionibus corruptus. Of. 48 a, Sed corrupti mores deprauatiq; sunt admiratione diuitiarum. pro S. R. 39 b, Tabulæ publicę corruptæ sunt. I. V. 129 b, Tabulæ publicę corruptę atque interlitę sunt. Epi. 152 b, Eam partẽ exercitus Lepidi, quæ corrupta est, corrigere, &c. pro Pl. 268 b, Doce qđ debes, per quem sequestrẽ, quo diuisore tribus corrupta sit. I. V. 66 a. Corruptis contaminatisq; iudicijs. I. C. 106 a, Quis corruptor iuuentutis? quis corruptus? &c. pro S. R. 24 b, Adolescens corruptus, & ab hominibus nequam inductus. de Cl. 188 a, (Vitiosa & corrupta consuetudo.) (. *Pura & incorrupta consuetudo.*

☞ Syntaxis. *Corrumpere & deprauare. Corruptum atque contaminatum.*

CORRVO, is. *ruo, cado.* Att. 225 b, Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Top. 222 a. Ædes exesæ corruerunt De Diui. 103 a, Cum vrbs tanta corruit. Off 17 a, Lacedęmoniorum opes corruerunt. pro Domo. 90 a, Multa oppida corruerunt. I. C. 109 a, Qui si stare nõ possunt, corruant. Q. F. 312 b, Et pene ille timore, ego risu corrui. & 305 a, Vno meo fato & tu, & omnes mei corruistis. Acade. 24 b, Antiochi ista corruant uniuersa.

CORRVPTE, *male, praue, nequiter.* de Fin. 63 b, Deprauatè & corruptè iudicare de aliqua re.

CORRVPTELA æ. *quod ad corrumpendum valet, largitio.* Offi. 44 a, Philippus largitionem corruptelam dixit esse. de Legibus. 177 b, Mores hac dulcedine corruptelaque deprauari sunt. I. C. 100 a, Adolescentulus, quem tu corruptelarum illecebris irretisses. pro Deiotar. 149 b, Si ista corruptela serui, à tanta autoritate fuerit approbata. Par. 241 b, Præuaricatio est accusatoris, corruptela ab reo. Part. 125 a, Reus corruptelam iudici moliens. I. V. 135 b, Mulierum corruptelæ. de Legibus 162 b, Tanta est corruptela malæ consuetudinis, vt, &c. Tuscula. 225 b, Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, incesta denique.

CORRVPTIO, onis. Tus. 215 a, Morbum appellant, totius corporis corruptionem. ibidem: ita fit, vt in altera corruptione opinionum morbus efficiatur & ægrotatio, &c.

CORRVPTOR, oris. *largitor.* I. C. 106 a, Quis corruptor iuuentutis? quis corruptus? &c. pro Milo. 153 b, Corruptores nostri causam dicunt, qui nos corrupti sumus, non dicimus. pro Plan. 267 a. Cuius tu tribus uenditorem, & corruptorem, & sequestrem Plancium fuisse calamitas.

CORRVPTRIX, cis. Q. F. 233 b, In tam corruptrice prouincia.

CORS, cortis, *villa spacium intra maceriem, area.* de Orato. 133 a, Villam in Tiburte habes, cortem in palatio. *sunt qui legant Chors, seu Cohors.*

CORTEX, cis. de Natu. 50 a, Trunci obducuntur libro aut cortice, quo sint à frigoribus & à caloribus tutiores. in Arat.

Denudat folijs ramos, & cortice truncos.

CORVSCO, as. *splendeo, emico.* de Oratore 157 a, Flamma inter nubes coruscat.

CORVSCVS, a, um. in Arat.

Illa fulgens luces ex ore corusco. Tuscu. 179 b, Iace obsecro me vim coruscam fulminis.

CORVVS, ui de Na. 51 a, Miluo est quoddam bellum naturale cum coruo. de D. 82 b, Iupiter cornicem à læua, coruum à dextra canere iussit & 98 a, cur à dextra coruus, a, sinistra cornix faciat ratum.

CORYBANTES, tis. *Apollinis pater.* de Na. 71 a.

CORYCVS, ci. *oppidum.* Epi. 189 b.

CORYPHAEVS, æi. *dux, princeps.* de N. 13 a, Zeno, quem Philo noster coryphæum appellare Epicureorum solebat, *i. principem.*

COS, tis. *lapis quo cultri acuuntur.* de Diu. 87 a, Tarquinius dixit se cogitasse cotem nouacula posse præcidi. Aca. 34 b, Academici ueteres ipsam iracundiam fortitudinis quasi cotem esse dicebant. * Tuscu. 219 a, Ardores animorum cotesque virtutum.]

COSSANVS, na. *Cossa opp. Italię.* I. V. 268 b.

COTES, *aspera saxa.* Tus. 216 a, E quibus tanquam è scrupulosis cotibus enauigauit oratio. *in hoc ephebero pondus est.*

COTHVRNVS, ni. *calceamenti genus, subere quodammodo sublimati: quo vtebantur tragœdi & virgines, vt emendatiores viderentur.* I. A. 186 b, Qui cũ palla & cothurnis numeros populo de rostris spargere solebat. & de Fin. 109 a. L. CONVENIO.

COVS, a, um. Or. 197 a, Qui cor Veneris pulchritudinem imitari non potuerunt. de Diu. 85 a, & I. V. 231 b, Quid venerem, pictam, coos? *accusat. plur. ast.*

CRABRA, bræ. *aqua nomen agro Tusculano, vnde etiam apud Thusculana, pro Cor. Bal. dicitur.* contra Rul. Ego Tusculanis pro aqua crabra vectigal pendam, quin à municipio fundum accepi. Episto. 263 b, De crabra quid agatur, etsi nunc quidem nimium est aquæ, tamen velim scire.

CRANON, onis. *oppidum Thessaliæ.* de Ora. 141 a, cùm cœnaret cranone Simonides.

CRAPVLA, læ. *helluonis vitium.* I. A. 66 a, Edormi crapulam, & exhala. & I. V. 153 b, Qui nondum conuiuij crapulam exhalassent.

CRAS. *secundum hunc diem, crastinus, crastinus dies.* Attic. 214 b, cras mané putat.

CRASSATOR, oris. vel Grassator. *latro.* de Fat. 127 a, Hoc modò amator bene vestitus, causa crassatori fuisse diceretur, cur ab eo spoliaretur.

CRASSIPES. Dolabella. Att. 147 a, 148 b.

CRASSITVDO, nis. *impura quędam densitas.* Academ. 29 a, Extremitas, & quasi libramentum, in quo nulli crassitudo sit. & cæte. 144 a. de Diuina. 99 b, Propter crassitudinem aeris de cœlo apud eos multa fiebant.

CRASSVS, a, um. *densus, plenior, pinguis, concretus.*)(. *tenuis.* de N. 29 b, Terra est infima, quã crassissimus circũfundit aer. Tusc. 57 a, crassus & concretus aer. de Fa. 141 b, Thebis crassum cęlũ, itaq; pingues Thebani & ualentes: Athenis tenue, ex quo acutiores etiam Attici, &cę. pro Fla. 161 a, Crassus ager. Epi. 131 a, crassum filium. Aca. 20 b, Vt ergo illis aqua, sic nobis aer crassus effunditur. & 30 b, Latent omnia crassis circunfusa tenebris.

☞ Syntaxis. *Crassum cœlum, aer, ager, tenebræ. Crassum & concretũ.*

CRATI-

CRASTINVS,a, um. At.241 b, Sed aliquid craſtinus dies ad cogitandũ nobis dare pollicetur. de Or. 142 b, Niſi me fortè in craſtinum differre mauis.

CRATER,eris. *poculum* L. DELEGATVS.

CRATERA, ræ. *crater, vas ad hauriendum aquam.* de Natu.deor.48 b, & in Arat.

In medioq; ſinu fulgens cratera relucet. I.V.230 b, crateræ ex ære pulcherrimæ. Epiſtola. 95 a, in equu Troiano craterarum tria millia.

CREATOR,oris. *creator, genitor, affector.* pro Cor.61 a, Princeps ille creator huius vrbis Romulus de Diu.122 a.

Nobis hæc portenta deum dedit ipſe creator.

CREATIO. de Legibus 186 a, creatio magiſtratuum,&c. plebi libera ſunto.

CREBER, bra, brum. & **CREBERRIMVS**. *frequens, denſus.* de Nu.57 a, Venæ crebræ multæque toto corpore intextæ ſunt. Epiſt.198 b, Itaque crebras vel potius quotidianas compellationes meas non tulit. I. A. 160 b, Scis enim per hos dies creberrimum fuiſſe ſermonem, me,&c. pro Planc.176 b, Sed hoc neſcio quomodo frequenter in me congeſſiſti, ſaneque in eo creber fuiſti,te,&c. Ora.113 b, Thucydides creber eſt rerum frequentia.

CREBRITAS,tis. *frequentia.* Att.208 b, colloqui videbamur in Tuſculano dum eſſem. tanta erat crebritas literarum. de Cl.196 a, Crebritas ſententiarum priſtina. Epi.li.3.ad Appium Pulchrum: Intermiſſa noſtra conſuetudine, & gratia, & crebritate & magnitudine officiorum meorum ſarciam.

CREBRO, & **CREBRIVS**, **CREBERRIME**. *frequenter.* Att.194 b, Velim obuias mihi literas de omnibus rebus crebro mittas. Epiſt.63 b, Tu ad me uelim literas crebrius mittas. de Leg. 159 a, crebro inſiſtens, interdum acquieſcens. Q.F.319 a, Vrbanam expolitionem vrget ille quidem, ſed etiam ipſe crebro interuiſo. de Di.99 b, Hetruſci ſtudioſius & crebrius hoſtias immolabant. & 92 a, Quæ creberrimè commemorantur a Stoicis. de Fin.65 a, Qui crebrò dicat,&c. Or. 216 b, Sed in vtroq; & frequentiores ſunt, & liberiores poetæ: nam & trãſferunt verba crebrius,&c.

☞ Syntaxis. *In aliquo crebrum eſſe. Conuiciis crebrum eſſe. Officiorũ crebritas ac magnitudo.*

CREDIBILIS, le. *probabilis, veriſimilis.* de Inu.52 a, credibile eſt, quod ſine vllo teſte auditoris opinione firmatur. Acad. 21 b, Nec admodum credibile uidebatur, nullum eſſe pilum,&c. de Ora.116 b, Non eſt credibile, quid intereſſe mihi ſit viſum inter eum, qui,&c. de Inu. 57 a, Quod pro credibili ſumptum, erit, id infirmabitur, ſi erit omnino incredibile. I.V.268 a, Hoc credibile fore non arbitrabar. Ora. 208 a, Narratio credibilis eſſe debet.

☞ Syntaxis. *Non credibile. Pro credibili ſumptum. Res credibilis.*

CREDIBILITER. *veriſimiliter, probabiliter.* pro Deiot.146 b, At quàm non modò non credibiliter, ſed ne ſuſpitioſe quidem. *Hic animum aduertas.*

CREDITOR,oris. *is cui quacumque de cauſa aliquid debetur.* Attic.83 b, S. C. modò factum eſt in creditorum cauſa, ut centeſimæ perpetuo fœnore ducerentur. pro Quint. 16 a, Qui cum omnibus creditoribus ſuis male agat. & 13 a, cæteri ſponſores & creditores, non conuenerunt. I. A. 207 b, Quotidie ſponſores & creditores L. Trebellij conueniunt. & ibidem. Fraudare creditores. Attic. 1 b, Vna agebant cæteris creditores. pro Flac. 150 a, Nec tabulæ creditoris proferuntur. Attic. 82 b, Familiares habet Brutus tuus quoſdam creditores Salaminiorum.

CREDITVS,a,um. Offic.51 a, Solutio rerum creditarum. & de Pro.70 b, Dicere ius de pecunijs creditis. pro Dom.213 a, Vt omnia veſtræ ſapientiæ, fidei poteſtatique commiſſa creditaq; eſſe videantur. I. V.274 b, Sicilia, quæ mihi defendenda credita eſt. I.V.242 b, Mihi honorem illum non ſolum datum, ſed etiam creditum ac commiſſum puto.

CREDO,dis. *fidem habeo, adhibeo, tribuo, authoritatem tribuo, authoritatẽ & fidem adiungo, mihi perſuadeo.* pro S.Roſc.37 a, Nemo credit niſi ei quem fidelem putat. Quin.de Pet.211 a, & Att.19 a. Quamobrem Ἐπιχάρμειον, Illud teneto: Neruos atque artus eſſe ſapientiæ, Non temere credere. de Diui.156 b, Stoici omnia cum ſuperſtitioſa ſollicitudine & miſeria credunt. Epiſt. 44 a, His ad te ſcripſi me purgans diligenter, te leuiter accuſans in eo, quod de me cito credidiſſes. Att.143 a, Rectè nõ credis de numero militum. ipſo dimidio plus ſcripſit. clodia de cla. 173 b, Audita equidem iſta de maioribus natu, ſed nunquam ſum adductus vt crederem. de Do.137 b, Nemo ſomnijs crederet, niſi,&c. de Nat.15 b, Quod & non prædicanti tibi tam facile crederem, ſicut mali ædificij domino glorianti ſe architectum non habuiſſe. pro Q.R. 52 b, Ei negabit credi oportere, cui ipſe credi derit? cuius teſtis ad iudicem fidem infirmabit, cuius propter fidem & religionem iudicis teſtes comparabat? pro Qu. 18 b, crêdo ego vos mirari quid ſit, quòd,&c. Att.215 b, Mihi crede iſtuc vt cætera. Att.138 b, Non ſum (mihi crede) mentis compos. Epiſ.183 a, Finem nullum facio (mihi crede) caſſi de te cogitandi. & 6 a, Illuſtrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum iniuria. ad Her. 35 b, Nimium Quirites animis eſtis ſimplicibus, nimium creditis vnicuique. *Credere & habere fidem alicui.*)(*Abrogare fidem alicui, & infirmare fidem alicuius.* de clar.195 a, credo, quod videret ex conſularibus neminem,&c. pro cæl.43 b, Rem tanti ſceleris ſeruis ignotis nõ eſſe credendam.

¶ *Concredo, committo.* de Legib.178 a, credere pecuniam alicui. I. V. 349 a, committere conſilia, & credere omnes res alicui. pro Pomp. 17 a, credere omnia vni, *id eſt, deferre omnia ad unum.* Epi.7 b, pro R. P.128 b, Poſtquam exegit, quod crediderat. Epiſt.7 b, Qui per prouinciam imperij tui pecunias ei credidiſſent. pro Rabirio Poſthumo.123 a, Rabirius credidit populus, *i. pecuniam mutuam dedit.* & ibi. Is regi Alexandrino grandem pecuniam crediderat. Ep.156 a, Chirographa omnia, ex quibus credidi, Leucippo dabo proferenda. de Arch.250 b, Alterum putabo regem, ſi habuerit vnde tibi ſoluat, quod ei per ſyngrapham credidiſti. Attic.47 a, Credere ſe tectis alicuius.

CREDOR,ris, Q.F.29 a b, Omnia alicui & credi rectiſſimè, & committi poſſe. pro S R.28 b, Non temere creditur, neque leui coniectura res penditur.

☞ Syntaxis. *Committere credereque ſe fidei alicuius. Adducor vt credam. Ex chirographo credere, & per ſyngrapham. Creditur. Id creditur.*

CREDVLITAS,tis. *credendi facilitas.* Epiſto.157 a, credulitas error, & magis quàm culpa, & quidem in optimi cuiuſque mentem facillime irrepit.

CREDVLVS,a,um. *ſimplex, antiquus, qui facilè credit.* Atti. 246 a, Verba mihi dari facile patior in hoc, meq; libenter præbeo credulũ. de Di. 133 a, Poſtquam homines minus creduli eſſe cœperunt. pro Fun.278 b, Stultus auditor & credulus. de Sen. 48 a, Senex ſtultus, credulus, obliuioſus & diſſolutus. de Am.114 a, Hæc in fabulis ſtultiſſima perſona eſt, improuidorum & credulorum ſenum.

CREMATVS, a, um. *combuſtus*, In Anton.264 b, Itaque nec inhumati ſunt, deſerti, nec diſperſis buſtis humili ſepultura cremati. de Diuinat.99 a, cum mortali corpore cremato animus in lucem exceſſerit.

CREMOR,ris. *incendor.* de Leg. 181 b, Sylla primus è patritiis corneliis igni voluit cremari.

CREO,as. *procreo, gigno, facio.* de N.Deo.37 a, Artis maximè proprium, eſt creare gignere. de Orat.129 a, Natura fingit homines, & creat imitatores & narratores facetos. Tuſcu. quæſ.159 b, Principium extinctum, nec ipſum renaſcetur, nec à ſe aliud creabit. de Fin. 133 a, Omnium rerum quas & creat natura, & tuetur ſummum bonum eſt in corpore. de Orat.119 b, creare alere, confirmare. de Diui.120 a, Nonnunquam etiam errorem creat ſimilitudo. In Ver. 46 b, creare periculum alicui.

¶ *Paro, mello, obijcio.* Antequam 196 a, Nemini iniuſtè periculum creaui.

CREOR,aris. pro S.R.30 b, In vrbe luxuries creatur. At. 243 b, Id aſſequetur, ſi per P.coſſ. creantur. nos autem in libris habemus, nõ modo coſſ. à Pr. ſed ne prætores quidem creari ius eſſe. ad Attic. 143 b, Maius imperium à minore creari ius non eſt. de Leg.185 b, de Arc. 153 a, Ne patribus cædes periculaque creentur.

☞ Syntaxis. *Ars creat & gignit. A ſe aliquid creare. Creare errorem, periculum. Creatus luxuries, imperium.*

CREPIDA, dæ. *ſolea, calceamentum contrarium cothurno. Cothurnus ſublatus, crepidæ depreſſa ſunt.* pro R. P. 126 b, L. Scipionis non ſolum chlamyde, ſed etiam cum crepidis in capitolio ſtatuam uideris.

CREPIDATVS,a, um. *ſoleatus* in Piſ.99 a, Is noctè intempeſta crepidatus, veſte ſeruili nauem conſcendit.

CREPIDO,nis. *ora terra, qua alluitur aqua prærupti ſaxi, & murum extremitas, vel ripa paulo eminentior.* I. V. 255 b, Piraticus Myoparo ad omnes urbis crepidines acceſſit. Ora. 219 a, Deinde omnia tanquam crepidine quadam comprehenſione longiore ſuſtinentur.

CREPITVS,tus. *ſonus colliſione excitatus, aut percuſſione* I.V.269 a, Nulla uox alia inter crepitum doloremq; plagarum audiebatur. Tuſ.q. 213 a, Terrorem pallor & tremor, dentium crepitus conſequitur. Top.223 a, Pedum crepitus, ſtrepitus hominum. ad Her.7 b, Num qui ſtrepitus clamor, crepitus exauditus ſit. Epi.141 a, Stoici etiam crepitus, aiunt, æque liberos, ac ructus eſſe oportere.

☞ Syntaxis. *Crepitus plagarum, dentium, pedum.*

CREPO,as. L. PERCREPO.

CREPVNDIA,orum. *quæ pueris dantur, oblectandi cauſa.* de cla.164 a, Totum aliquem nõ næuo aliquo aut crepundijs, ſed corpore omni velle cognoſcere.

CRES, cretis. *Cretenſis.* pro Mur. 142 a, cretes, quorum nemo guſtauit unquam cubans. de Di 87 a, Epimenides cres.

CRESCENS,tis. de Diuin. 137 a, Et aduenientes & creſcentes morbos intelligunt.

CRESCO,ſcis,creui. *augeſco, adaugeſco, accreſco, adoleſco, exoleſco, mano, ſerpo, ingraueſco, propagor, ætate procedo, aſcẽdo, in altiorem locum peruenio.* de Diu.115 a, Oſtris & conchylijs omnibus contingit, ut cum Luna creſcant, pariterq; decreſcant. de Di.10 b, cum lacus Albanus præter modum creuiſſet. in Sal.278 b, Plerunque reſpu. priuatis creſcit inimicitijs. ad Her.6 a, Iam ſatis huius voluminis magnitudo creuit. pro Pomp. 12 b, Cum accepta calamitate ex eo prælio hoſtium opes animique creuiſſent. pro Seſt. 18 b, Ex quo intellectum eſt, mihi abſenti creuiſſe amicos. pro Arch. 188 a, Ex his ſtudijs hæc quoque creſcit oratio. pro Mur. 133 a, Expectatio muneris, quæ rumore nonnullorum creuerat. pro S. Roſc. 32 a, Si mihi liberè accuſare, accuſarem alios potius, ex quibus poſſem creſcere. de Ar.254 b, Creſcebat in eos odium, à quibus,&c. pro Clu.33 b, Ex inuidia alterius creſcere. I.V. 271 b, De multis mihi creſcere licebit. *id eſt, in altiorem locum peruenire.*

☞ Syntaxis. *Creſcere numero, dignitate, materia. Creſcere ex inuidia.*

CRETA,tæ. *inſula.* I. A. 197 a, Eſt enim nobis creta notior, quam Roma Cydæ. pro Plan.264 a, Is fuit in Creta.

¶*Terra alba, & tenax.* pro Flac. 154 a, Hæc quæ est à nobis prolata laudatio, obsignata erat creta illa Asiatica, qua vtuntur omnes in publicis & priuatis literis.

Cretatvs, a, um. *creta sparsus.* Att. 24 a, Etenim mihi eius caligæ, vt fasciæ cretatæ, non placebant.

Cretensis, se. *Cres.* de N. 70 a, Tertius Iupiter Cretensis & Saturni filius. I. A. 197 a, Cretensis iudex. & 196 b. Cydam Cretensem, portentum insulæ. & 197 a, Dura natio, s. Cretensium.

Creticvs, *Q. Metelli cognomen quod Cretam vicerit.* Att. 17 b.
¶*Pes in versu, qui est ex longa & breui & longa.* Oratore 218 a, & de Orat. 160 a.

Cretio, onis. *hereditatis aditio.* Att. 222 a, Ex eo cognoui cretionem Cluuio, Vestarium negligentem, liberam cretionem, testibus præsentibus sexaginta duobus. Att. 178 a, Puto enim cretionem simplicem fuisse.

Cretvla, læ. *diminutiuum à Creta.* I. V. 213 a, Signum in cretula.

Crevi, sti. *à verbo Cerno, decerno.* de Leg. 185 a, Quodcunque senatus creuerit, agunto. 173 b, Quibus diuis creuerint, procuranto.

Cribrvm, ri. *vas pistorum. ad grana, farinamue purgandam.* De Diuina. 120 b, Quasi verò quicquam intersit, mures scuta an cribra corroserint.

Crimen, nis. *criminatio, infamia.* Att. 140 a, ἀγνωσίας crimen subire non audeo. & 136 a, Ingrati animi crimen horreo. I V. 257 b, Inferre crimen proditionis alicui. pro Cor 66 b, Tum luxuria illius, quæ non crimine aliquo libidinis, sed communi maledico notabatur. In Ver. 235 b, Laudem imperatoriam criminibus auaritiæ obteri. pro R. P. 127 a, Posthumo crimen vestitus afferret? pro Syll. 180 a, P. Syllæ persona non suscipit crimen tantorum facinorum, ac tam atrocium pro Ro. P. 128 a, Hoc decem millium crimen. pro Cœl. 48 a, Duo sunt crimina vna in muliere summorum facinorum, auri, &c. veneni, &cœt. & 51 b, Maximi facinoris crimen. & 49 b, Fingere crimen maximi sceleris. pro S Rosc. 30 a, Tanti maleficij crimen. & 37 a, In crimen iudicium infamiæ reuocari. pro Syl. 169 a, Crimen coniurationis. de Ora. 118 a, Siue ex crimine causa constet, vt facinoris: siue ex controuersia, vt hereditatis: siue ex deliberatione, ut belli: siue ex persona, ut laudis, siue ex dispositione, ut de ratione viuendi, & ibi. At nostræ fere causæ, quæ quidem sunt criminum, &cœt.
¶*Facinus, peccatum fraus, noxa, culpa, delictum, maleficium* De Orato. 127 a. Non continuo si quis populi motus factus est, id. C. Norbano in nefario crimine & fraude capitali esse ponendum. In Ver. 254 b, Istam accusator in magnis criminibus abiiciendum putabat. & 205 b, Scio mihi crimini datum iri, pecuniam accepisse. & pro S. Ro. 29 a, Vita rustica, quam tu probro, & crimini putas esse oportere. Epis. 97 b, Sunt enim qui criminis loco putant esse, quòd viuam. pro Do. 232 a, Id quod mihi crimini dabatur, crimen non erat ad Her. 35 b, Nō apertissimæ res erant crimini datæ, non omnes hæ testibus comprobatæ. de Cla. 190 b, Cum accusatione sua Q. Gallio crimini dedisset, sibi eum venenum parauisset, Q. 32 a, Falsum crimen quasi venenatum aliquod telum iacere. de Ora. 139 a, Quæ suspicionē & crimen afferunt. pro Fla. 153 a, Qui probari potest in ea pecunia non referenda crimen sibi ipsum facere? in qua crimen esset nullum, si referret? I. A. 235 a, Aut suspicioni crimen, aut inuidiæ materiam dedisse videbimur. ad Heren. 35 a, Inferre crimina.) (. *Diluere crimina.* de Amic. 168 b, Nec criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. & ibidem. pro Milo. 120 b, Miloni facinoris suspicio, non facti crimen obstat L A. 223 b, Daretque operam, vt is eo crimine damnaretur, ne ipse esset in crimine. In crimen voco, vel reuoco. L. Voco.

☞ Syntaxis. *Crimen subire, inferre, suscipere, fingere. Reuocari in crimen. Ex crimine causa constans. Ponere alicui in crimine nefario. Abiicere in magnis criminibus culpam. Dari, esse crimini, & loco criminis. Autem facere. Crimen inferre, diluere. In crimine damnari. In crimen vocari.*

Criminatio, onis. *crimen, accusatio.* pro Q. Rosc. 51 a, Criminatio tua quæ est? Roscium cum Flauio pro societate decidisse de Inuent. 65 a, Cum omnia quæ in negocio gerendo acta sunt, cum vniuscuiusq; indignatione & criminatione colligimus. de Ora. 138 a, Quę valeant contra falsam criminationem. contra Rul. 88 a, Criminatio, qua in me absentem vsus est. pro Sest. 20 a, Nihil adhuc criminationis est in Sestium de Ami. 108 a, Ab aliquo oblatas criminationes depellere. • de Inuen. 74 a, Accusator sæpe ex remotione criminationem conficit.]

☞ Syntaxis. *Vti in aliquem criminatione. Id criminationis est in te. Criminationes afferre.*

Criminor, aris. *criminationem vel crimen infero, vel offero, culpo, vitio, crimini do, criminatione vtor, criminis loco pono, in crimen voco vel reuoco, arguo.* pro S. R. 25 b, Quod beneuolentia sit, id odio factum criminaris. pro Mil. 103 b, Conciones illæ, quibus inuidiose potentiā meā criminabatur. Off. 67 b, Marius Q. Metellum apud Pop. Roma. criminatus est illum bellum ducere. pro Cœl. 48 a, Venenū quod eiusdem Clodiæ necandæ causa parasse Cœlium criminantur. pro Syll. 175 a, Ne cui liceret illud iudicium temere creditum criminari. pro Pla. 267 a, Libet .n. mihi nescio quid ē de illa tribu criminari, & 276 a, Quòd tu me esse ingratum criminaris. I. A. 160 b, De amicitia quā iste a me violatam esse criminatus est. pauca dicam. I. V. 213 a, b, Iam enim non libet omnia criminari de Op. 244 a, Criminari crimenve dissoluere argumentando. ad Heren. 7 a, Cum accusatorem calumniari criminabantur. & 15 b, Secundus locus est, cum consideramus, illæ res de quibus criminamur, ad quos pertineant.

☞ Syntaxis. *Criminari inuidiosè. Criminor te, & criminor fecisse te. Hoc de te criminor. Hęc omnia ego criminor. De hoc re criminor illum.*

Criminose, & Criminosivs, *suspiciosè, accusatoriè, acerbè.* pro Deiot. 147 b, Sed tamen acta res criminose est. pro S. R. 27 a, Criminose, & suspiciose dicere aliquid. de Cla. 176 a, Qui suspiciosius aut criminosius diceret, audiui neminem.

Criminosior. ad Her. 36 b, L. Freqventatio.

Criminosvs, a, um. *suspiciosus, quod criminis suspicionem mouet, & affert.* I. V. 244 a, Tu tibi hoc criminosum nunquam fore putasti. pro Lig. 137 b, Quod si est criminosum, necessitatis crimen est, non voluntatis. de Cl. 185 b, & pro Cl. 37 a, Orator incitās animos, acer, acerbus, criminosus. pro Pl. 168 b, Officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. & 259 b, Non enim timeo, ne id mihi criminosum sit. pro Syl. 174 a, Mihi non videtur in hunc id criminosum esse debere.

☞ Syntaxis. *Suspiciosè & criminosè dicere. Id criminosum si est, voluntatis tamen non est. Criminosum nomen. Id in illum est criminosum.*

Crines, nium. *capilli.* I. V. 164 b, • Hoc modo hæc ciuitas mulieri redimiculum, hæc in collum, hæc in crines.] & Ora. 211 a.

Crinitvs, ta. *qui crines habet.* I. V. 229 a, Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus. Acad. 22 b, Crinitus Apollo. Poetæ. de Natu. 28 b, Stellæ quas Græci cometas, nostri crinitas uocant, *aliàs, & emendatè, cincinnatas.*

Crinomenon, *illud in quo quasi certamen est controuersia, quod Græcè* κρινόμενον dicitur. Or. 208 b, pro Mil. 102 b, Vt omni errore sublato • rem plane, quæ venit in controuersiam, videre possimus. • ad Heren. 6 b, Quam nos iudicationem, Græci κρινόμενον appellant.] L. Ivdicatio.

Crispvs, pa, pum. *intortus.* Tus. 200 a, Abiete crispa. Poetæ.

Crispisvlcans, antis. Top. 226 a, crispisulcans igneum fulmen.

Criticvs, ci. *poematum iudex quo nomine Aristarchus & Aristophanes grammatici appellati fuerunt.* Epist. 131 a, Ego inter Niciam nostrum, & Vidium iudex sum, profer alter (vt opinor) duobus versiculis expensum, Niciæ, Alter Aristarchus hos ὀβελίζει. ego tanquam criticus antiquus iudicaturus sum, vtrum sint τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι.

Crocodilvs, li. *Lacerta est Ægypti immensa magnitudinis.* de Nat. 50 b, Crocodili bestiæ sunt aquatiles, quæ in terra tamen gignuntur. de Nat. 17 a, & Tuscu. 243 b, Crocodilum, felem, & ibim non violari ab Ægypto.

Crocota, tæ. *vestis muliebris crocea* de Ar. 254 a.

Crocvs, ci. de Orat. 158 a, Vnguentum magis laudatur, quod terram quàm quod crocum olet.

Crodsmvs, mi. *locus.* pro Fon. 278 a.

Crommyacris, cridis. *Cypri promontorium.* Epi. 190 a, Vale, &c. Cypro à Crommyacride. Cassij.

Κρόνος. L. Satvrnvs.

Crotalvm, li. *instrumenti genus, quod manu pulsatur laminis quibusdam ex ære rotundis, sonum ex collisione reddentibus, non admodum à cymbalo dissimile.* L. P. 83 b, Neque collegæ tui cymbala & crotala fugi. *aliàs, Crotalia.*

Croto, onis. *vrbs Italiæ.* Att. 154.

Crotoniatæ. de Inu. 62. de Nat. 7.

Crvciamentvm, ti. *cruciatus.* I. A. 238 a, Nec grauiora verè sunt tormenta carnificum, quam interdum cruciamenta morborum.

Crvciatvs. *cruciamentum, tormentum, pœna, supplicium.* de Natu. 96 a, Summo cruciatu supplicioque Varius homo importunissimus periit. Offic. 37 b, Dionysius maximo cruciatu mortis angi solitus est, qui, &c. de Diu. 113 a, Magno animi cruciatu vitam agere. item, Vt omnes animi cruciatus & corporis etiam egestas & mendicitas consequatur. pro S. R. 38 a, Is vel sese in cruciatum dari cupit, dum, &c. I. V. 78 a, Q. ciues Ro. cruciatu & morte affecerit. Att. 117 a, Confectus iam cruciatu summorum dolorum. de Fin. 83 b, Cui ueng, &c. tetros cruciatus cient.

Crvciatvs, a, um. Antequ. 259 b, Illi scelerum suorum conscientia cruciati P. Rum. pœnas dabunt. I. A. 232 a, cruciatus est à Dolabella Trebonius. &c.

Crvcio, as. *cruciatu afficio, conficio, afflicto, torqueo, premo, in animo, angoribus conficio supplicio macto, maiore mala, macto.* Attic. 33 a, Officij mei deliberatio me cruciat, cruciauitque adhuc.

Crvcior, ris. de Ar. 252 b, Dolore corporis cruciari & consumi. Par. 119 a, Tuæ te ærumnę præmunt, tuæ libidines te torquent, tu dies noctesq; cruciaris. de Fin. 67 a, Quorum alter lętitia gestiat, alter dolore crucietur. de Fin. 78 a, Cruciati uigiliis & fame.

☞ Syntaxis. *Cruciatu summo, & supplicio perire. In cruciatum dari. Dolorem cruciatus. Cruciatus ab aliquo. Cruciari, & consumi.*

• Crvdelis, lis. • Toruus, trux, dirus, efferatus.] *durus, inhumanus, ferrum ferus, ater, immanis, importunus, omnis humanitatis expers, natura asper, singulari immanitate, & crudelitate praditus, prado barbarus, atque immanis inexorabilis, omni diritate atq; immanitate teterrimus, immemor humanitatis, immansuetus, qui maxima asperitate & immanitate natura est.*)(*Clemens misericors.* Atti. 280 b, Lepidus crudelis in liberos. de Ora. 126 a, Quispiam in alicuius calamitate crudelis. At. 139 a, Bellum crudele & exitiosum suscipi a Pompeio intelligebam. ad Her. 18 b, Animus ferus, crudelis & inhumanus. pro Deio. 144 a, crudelis Castor est, ne dicam sceleratum & impium.

☞ Syntaxis. *Ferus, crudelis, inhumanus.*

Crvdelitas, tis. *feritas, immanitas, inhumanitas, feritas, acerbitas, atrocitas animi, importunitas, acerbitas morum, immanisatque natura.*
)(*Clemen-*

(*Clementia*. Off. 61 a, Est enim homioum naturæ, quam sequi debemus, maxime inimica crudelitas. Q. Fr. 304 a, Inimicorum crudelitas nondum est nostra calamitate satiaes. de Orat. 104 a, Atti. 139 a, Ii quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri. Is suam insatiabilem crudelitatem exercuit, non solum in viuo. sed etiam in mortuo. pro Sest. 26 a. Non est ex medicina, sed carnificina atq; crudelitas. pro Dom. 225 a, Vxorem vexauistis, rapuistis, omni crudelitate lacerauistis. ad Her. 41 b, At iste spumans ex ore scelus anhelans ex infimo pectore crudelitatem, contorquet brachium. pro Do. 22 a, Crudelitas, quam in me atque in meos adhibuistis. Attic. 152 a, Nihil abest à me longius crudelitate. pro Flac. 151 a, Homo crudelitate barbarus.

☞ Syntaxis. *Crudelitas insatiabilis. Carnificina & crudelitas. Lacerare omni crudelitate. Ex infimo pectore crudelitatem anhelare. Homo crudelitate barbarus. In aliquem adhibere crudelitatem.*

CRVDELITER. ssime. *dure, acerbè.*)(*. Dissolutè.* I. C. 110 a, Qui de exitio vrbis tam acerbe tamque crudeliter cogitarit. Off. 16 b, Illud considerandum est, ne quid temere, ne quid crudeliter fiat. At. 165 a, Crudeliter eripere aliquid cuipiam. I. C. 103 b, Crudeliter animaduertere in aliquem. pro Syl. 181 a, Crudelissimè perire.

☞ Syntaxis. *Crudeliter cogitare, facere, mori. Item vis duplex crudelitatis, per pellem & in alium illata.*

CRVDITAS, tis. *stomachi affectio, cum male concoxit, vel est stomachi redundantia ex agra concoctione.* de Fat. 147 a, Cruditas morbi causa est. de Senectu. 86 a, & de Finibus 96 b, Epistol. libro 15 253 b, Decius Sulla mortuus cruditate. & lib. 9, Cruditate satius est hic, quã isthic fame.

CRVDVS, a, um. *immaturus.* de Sen. 91 a, Poma ex arborib. si cruda sunt, vi auelluntur: si matura & cocta, decidunt.

¶ *Cruditate affectus.* de Fin. 69 b, Asotos, qui in mensam vomant, crudique postridie se rursus ingurgitent. pro Clu. 53 a, Dico illum cum ad illud prandium crudior venisset, & sibi tum non pepercisset, ergotasse, & cæt. de Orato. 95 a, Noluit, inquiunt, hodie agere Roscius, aut crudior fuit. & ibidem. Nemo videtur, quia crudus fuerit, stultus fuisse.

CRVENTO, as. CRVENTOR, aris. *sanguine imbuo.* Postquam 105 b, Ne propter me ciuium vulneribus respub. cruentaretur. pro Ses. 20 b, Tribunus plebis templum cruentauit. de Arc. 251 b, Secures suas cruentari scelere voluit.

CRVENTVS, a, um I. A. 92 a, Antonius cruentus sanguine ciuium Romanorum. de Orat. 124 a, Et cruentum gladio cruento comprehensum es. pro Milo. 108 a, Tu P. Clodij cruentum cadauer eiecisti domo.

☞ Syntaxis. *Cruentus, absolutè, &, Sanguine cruentus.*

CRVOR, oris. *sanguis e vulnere.* Antéq. 193 b, Liberos vestros ad cędem & cruorem non sum passus euerahi. pro S. R. 21 b, Cruorem inimici quàm recentissimum ostendere.

CRVS, ris. *tota illa pars, quæ à extendiculis ceruice incipit, & ad extremos pedis digitos porrigitur.* pro S. R. 27 b, Quod si luce quoque canes latrent, cù deos salutatum aliqui venerint, opinor iis crura suffringantur. I. A. 233 b, Qui præstantissimos ciues Pollentia expulit, & quidem fracto crure. I. A. 252 a, Perire eum non posse, nisi ei crura fracta essent. de Na. 82 b, Ibes sunt aues excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro.

CRVSTA, stæ. I. V. 212 a, Vasis crustæ aut emblemata detrahebantur.

CRVSTVMINVS, ager. *à Crustumio op. & flu.* pro Pl. 261 a, Crustumina tribus. pro Pl. 267 a, & pro Cor. 67 a.

CRVX, cis. *patibulum.* I. V. 77 b, Verres ciues Rom. in crucem sustulit. & Ar. 108 b, In crucem tolli. de Fi. 246 b, Polycrates Samius ab Oronte prætore Darij in crucem actus est. pro Clu. 57 a, Strato in crucem actus est execta lingua. I. V. 238 a, Vt quam damnatis fecus crucem fecerat, hanc indemnatis ciuibus Romanis reseruares? Q. F. 300 b, Is crucè sibi ipsi cõstituit, ex qua tu eum ante detraxisti. I. V. 78 a, Qui ciues Ro. morte, cruciatu, cruce affecerit. I. P. 88 b, Non ego si te cruci suffixum viderem, maiore afficerer lętitia ex corporis tui laceratione. I. A. 210 b. Hostis teterrimus omnibus bonis, cruces ac tormẽta minatur. I. V. 270 b, Itaque illa crux sola post cõditam Messanam illo in loco fixa est. Att. 231 a, Quis. n. audeat violare, propositis cruce, vel saxo? & 230 b, De saxo in crucem.

☞ Syntaxis. *In crucem tollere, agere, figere. Alicui crucem constituere. Suffigere cruci. Crucem & saxum proponere.*

CVBICVLARIS, re. *quod ad cubiculum pertinet.* de Diui. 136 a, Quidam somniauit, ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis. & Tus. 230 b, Lectus cubicularis.

CVBICVLARIVS, rij. *cubiculi minister.* I. V. 249 b, Hunc vestri ianitores, hunc cubicularij diligunt. & Attic. 90 b, Nihil per cubicularium.

CVBICVLVM, li. *conclaue, cella, testudo.* I. V. 159 b, Is cum iste etiam cubaret, in cubiculum introductus est. & Epis. 94 b, de Or. 133 a, Quando Galba de triclinio tuo exibit? Cum tu, inquit, de cubiculo alieno. & pro Deio. 147 b, Q. F. 318 a, Grande cubiculum autem, & hybernum altum, valde probaui. & ibi. Nec atriolum habere poterat, adiuncta cubicula, & eiusmodi membra. Tusc. 239 b, Cũ fores cubiculi clauserat, &c.

CVBILE, lis. *lectus.* de Na. 51 a, Bestiæ in cubilibus delitescunt. I. C. 122 a, Nemo inuentus est tam miser, qui non cubile ad lectulum suum saluũ esse vellet. de Ar. 252 b, Cum, quod in eas cubile, nõ sentis. Epi. 140 a, Pherei hi cubile iure est autus. & ibi. Vsurpata duplex cubile. pro Cl. 20 b, Non limen cubiculi, non cubile filiæ. Tusc. 283 a, Vt collocet in cubili, vt vulnus obliget. & 246 a, Mihi cubile terra. I. P. 97 a, Scelera tua non vestigiis odoratus ingressus eros, sed totis volutationibus corporis & cubilibus persecuti sumus. I. V. 147 a, Vt omnes mortales huius auaritiæ nõ solùm vestigia, sed etiam cubilia videre possunt.

☞ Syntaxis. *Inire cubile alicuius. Vitiorum cubile, non modò vestigia.*

CVBITO, as *sæpe cubo.* pro Cl. 45 a, Qui tecum semper pusio, cum maiore sorore cubitauit.

CVBITVS, tis. *mensura, quantum à cubito brachij ad extremam manum est.* Att. 207 b, Biennium preterijt, cũ ille καλλιπίδης assiduo cursu cubitũ nullũ processerit. de L. 183 b, Nã super terræ tumultum, noluit • quid statui, nisi columellã trib. cubitis non altiorem. * ad Her. 41 a, Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat.]

CVBO, as. *recumbo, accumbo.* I. V. 159 b, Is, cum iste etiã cubaret, in cubiculũ introductus est. pro S. R. 29 a, Cũ pater eius esset cubitũ in idem conclaue cũ duobus filijs isset. & ibi. Duo filij propter patrem cubantes. de Di. 112 b, In eo conclaui ei cubandũ fuisset, quod proxima nocte corruit. de Inu. 80 b, Alexãdrum Pheręum vxor sua, cũ simul cubaret, occidit. de Som. 126 b, Deinde cubitũ discessimus. de Di. 113 b, Alligandi essent omnes, qui cubicum irent. Tus. 188 a, Itaq; narrabat cum grauiter de hoc ipso cubantem disputauisse. ad Here. 12 b, Ægrotus in lecto cubans. pro Mur. 142 a, Cretes quorum nemo gustauit vnquam cubans. de Or. 141 a, Simonides dicitur ex eo q̃ meminisset, quo eorum quisque loco cubuisset, demonstrator vniuscuiusque sepeliendi fuisse.

CVDVS, as. *vndo, quo ex gente, vel sella.* Tuscu. 249 a, Socrates cum rogaretur, ciuitatem se esse diceret, mundanum, inquit, totius enim mũdi se incolam & ciuem esse arbitrabatur.

CVIAS, a, um. *id est, cuius.* I. V. 105 a, Vt optima conditione sit is, cuia res sit, cuius periculum. & 151 a, 162 a. * ad Heren. 40 a, Illi decima venerunt, reperiunt domus in via sit.]

CVIVSDAMMODI. de Fini. 133 a, Iam verò animus non esse solum: sed etiam cuiusdammodi debet esse. de Diui. lib. 2. Num etiam si fissum cuiusdammodi fuerit in iecore, lucrum ostenditur.

CVIVSMODI. Tus. 252 b, Vbi enim melius vti possumus hoc cuiusmodi est, ocio. de Inu. 44, Legem cuiusmodi sit, conseruare.

CVIVSMODICVNQVE. pro Cl. 21, Cuiusmodicunque mater sit.

CVICVIMODI. pro S. Ro. 34 a, Vereor enim cuicuimodi es Rosci, ne, Aca. Att. libro 3, Tuque ad me velim omnia quàm diligentissime, cuicuimodi sunt, scribas. de Leg. lib. 2. Neque in populo lex cuicuimodi fuerit illa.

CVIVSQVEMODI. de Fin. 64 b, Quum enim fertur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusquemodi rapiat, nihil tum teneas, nihil apprehendas. pro Flac. Tabulæ cuiusquemodi. I. V. act. 6, Homines cuiusquemodi.

CVLCITRA, træ. *puluinus, lectulus.* Tusc. 200 b, Collocemus hunc in culcitra plumea, psaltriam adducamus, &c. Att. 221 b, Silius culcitras non habet.

CVLEVS, lei. de Inu. 85 a, Quidam iudicatus est parentem occidisse, & statim q̃ effugiendi potestas non fuit, ligneæ soleæ in pedes inductæ sunt, os autem obuolutum est folliculo & prǽligatum: deinde est in eũ carcerem deductus, vt ibi esset tantisper, dum culeus, in quẽ coniectus in profluentem deferretur, compararetur, &c. Q. F. 300 a, Insuere aliquem in culeum. pro S. R. 23 b, & 30 a.

CVLINA, næ. *popina.* Epi. 231 a, Oblitusne es fungorum illorum, quos apud Niciam? & ingentium culinarum cum Sophia Septimiæ? & Epi. lib. 15 Vbi igitur, inquies, philosophia? Tua quidem in culina, mea molesta est.

CVLMEN, nis. *culmen.* in Ara. 187, & 388 b.

In culmum vector magnum sub culmine portat.

CVLMVS, mi. *frumenti calamus, à radice ad spicam.* de Senec. 87 b, Herbescens viriditas, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit, culmoque erecta geniculato, vaginis iam quasi pubescens includitur.

CVLPA, pæ. *causa, meritum, crimen reprehensio.* de Vniu. 203 a, Ego me, si quid postea fraudis aut vitij euenerit, extra omnẽ culpam causamq; pono. pro Lig. 137 a, Cum à te non solũ liberationẽ culpæ, sed ẽt errati veniã impetrauissem. de Sen. 78 b, Sed omnium huiusmodi querelarum in moribus est culpa, non in ętate. de Legi. 186 a, Senatori qui nõ aderit, aut causa, aut culpa esto. & 191 b, Nã Cassię legis culpam Scipio tuus sustinet, quo autore lata esse di si tu tabellariã tuleris, ipse pręstabis. Epi. 78 b, Simus igitur ea mente, vt nihil in vita nobis præstandum præter culpã putemus. Epi. 136 a, Nihil est sapiẽti præstare, nisi culpã. At. 250 a, Atticæ meæ velim me ita excuses, vt omnẽ culpã in te transferas. Att. 122 b, Malo Tyronis verecundiã in culpa esse, q̃ liberalitatem Curij. At. 108 b, Vt iam me ullius quidẽ rei culpam sustineã, quo minus diu fuerim in prouincia, q̃ fortasse fuerit vtile. Q. Fr. 314 b, Cum Domitius dixisset, vestra culpa hæc acciderunt equites Rom. At. 237 b, Iudicans hęc eius opera accidisse & culpa. de Or. 181 b, Magis adeo id facilitate quam vlla alia culpa mea contigit. Q. de Pet. 209 a, Hoc sine maxima culpa negligentiæ fieri non põt. pro Mar. 133 b, Et si aliqua culpa tenemur erroris humani, a scelere certe liberati sumus. pro Pl. 270 a, Neq; vero vt te libẽtens aliqua culpa, quam tu vereris, ne à te suscepta videatur. de Orat. 93 a, De reliquo iam nostra culpa erit, si te dimiserimus. de Senect. 97 b, Sua vitia insipientes, & suam culpam in senectutẽ conferunt. Att. 129 a, Omnino oẽm culpam Domitius in Põpeium confert. & 135 b, At solet, cum se purgat, in me conferre omnem illorũ temporum culpam. pro Fon. 277 b, Transferre culpã in alios. Attic. 212 a, Ego librarios tuos culpa libero, neq; te accuso. At. 285. Bru.

Huius rei culpa in te residet. de Fi. 55 b, Similis sunt in culpa qui officia deserunt. Epist. 160 b, Nos in culpa sumus. Epist. 12 b, Multorsi. est & varia culpa. & 13 a, Vt iam sit in iis culpa, qui me defenderint. de Natura Deor. 75 b, Vt si medicus sciat eum, qui, &cet. magna sit in culpa. Attic. 101 b, Sustinere culpam alicuius rei. Epist. 252 b, Horum in me iniuriam culpam fortuna sustinet. Epist. 266 b, Non potes effugere huius culpæ pœnam, te patrono. Orat. 200 a, Inuitis operis impositu tua culpa sis, mea recepit. I. V. 263 a, Ego culpam in te fuisse demonstro. Qu. Fr. 290 a, Ea ferre homines molestissime debet, quæ ipsorum culpa contracta sunt. I. V. 263 a, Aut omnes extra culpam esse, aut in attribuendam esse culpam. Orato. 215 b, Sed & illi priores erant, & Ephorus in culpa est. & 209 b, Vt in eo, in quo reprehendatur, culpam in aduersarium conferat. de Inué. 65 a, Eximere culpā à Culpa. pro Mar. 141 a, Ille præfecit, & hic a culpa remotus est. pro Cluen. 44 a, Non omnes in culpa sunt, aut suspicione ponendi. pro Pl. 260 a, Cum te ædilem fieri oportuisse dices, populi culpam, non competitoris accusas & ibid. Non competitor, a quo es victus, sed populus, e quo res præteritus, in culpa est. I. V. 244 a, In hoc genere omnes insunt culpæ, auaritiæ, maiestatis, libidinis, &c. de Inuen. 68 b, Facti alicuius atrocitatem, aut omnino culpam augere. Offic. 18 a, Cauendum est, ne maior pœna quam culpa sit. de Natu. deor. 78 b, Nec cum Paridis libidinem videmus, a Deo causam requirimus, cū culpæ pene vocem audiamus. de Orat. 105 a, Nunc ille damnatus, nullam aliam ob culpam, nisi propter inscitiam dicendi. Atti. 138 a, Sed opinor quiescamus, ne culpam nostram coarguamus. Att. 184 a, Ea est enim contracta culpa, vt, &cet. & 176 a, Vitio meo pereo, omnia culpa contracta sunt. pro Rabir. 90 b, Non enim C. Rabirium culpa delicti discrimen vocauit. pro S. R. 37 a, Ergo idcirco turpis hęc culpa est, quod, &c. Episto. 262 a, Graues solent offensiones esse ex grauibus morbis, si qua culpa commissa est. Par. 119 b, Peccare, est tanquam transire lineas: quod cum feceris, culpa commissa est. pro S. Rosc. 26 a, Iam profecto intelliges, te inopia criminum, summā laudem S. Rosc. vitio & culpæ dare. pro R. P. 127 a, Nolite igitur fortunam conuertere in culpam. in Ver. 259 b, Non dicam ne illud quidem, si maxime in culpa fuerit Apollonius, tamen, &c. * Heré. 10 b, Considerandum est utrum per culpam ventum sit in necessitudinem, num culpam necessitudo fecerit.].

☞ Syntaxis. *Liberatio culpa. Nihil præter culpam præstare. In aliquem transferre culpam. Culpam sustinere, in aliquo esse. In culpa esse. De reliquo, tua culpa est, nisi, &c. Culpam conferam. In te culpa residet. Sustinere culpam. Eximere aliquem à culpa. Culpam contrahere committere. Fortunam in conuertere in culpam.*

CVLPO, as. *culpa do, culpa alicuius tribuo, in culpa pono, reprehendo.* in Sall. 273 a, Non te tui piget homo leuissime, cum ea culpa quæ in historiis gloriæ mihi ducis? & ibi. b, Bibuli patientiam culpant.

CVLTER, tri. Off. 37 b, Dionysius cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum.

CVLTIO, onis *cultura.* de Sene. 89 a, Qui se agri cultione oblectabāt. I. V. 199 a, Cultio agri.

CVLTOR, ori. Offic. 22 a, Alii veritatis cultores, fraudis inimici. * de Fin. 134 a. Cultor vitis.]

CVLTRIX, cis de Fin. 134 a.

CVLTVRA, æ, *tultio, cultus* de Sen. 88 b, Hesiodus de cultura agri scripsit. de Ac. 116 b, Sicut in vitibus noua sarmenta cultura excitantur. cont. Rul. 82 b, Ager desertus à plebe atq; à cultura hominum. Tus. 177 a, Ager quamuis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest cont. Rul. 85 a, Ager nihil ferens, nisi multa cultura, magnoq; labore quæsitum. de Fin. 134 a, Adhibere culturam vitibus. de Finib. 114 b, Si cultura vitium in vite insit ipsa, &c. pro Fl. 161 a, Ager natura per bonus, & diligentia culturaq; melior.

☞ Syntaxis. *Cultura excitari sarmenta.*

CVLTVS, a, um. *excultus.* Tuscu. 177 b, Animi non omnes culti fructū fuerunt. pro Qu. R. 50 b, Ager nulla ex parte cultus, incultus. de Cl. 194 b, Studium philosophiæ à prima adolescentia cultum, & semper actū, nuper renocaui. I. A. 169 b, Postea cultus sum à te, tu a me obseruatus.

☞ Syntaxis. *Cultus animus, homo, ager, studium. Cultus minus est, quam. Obseruatus, vt ex Tullio liquet.*

CVLTVS, tus. *vita ratio.* Epi. 127 b, Dabimus sermonem iis qui nesciūt nobis, quocunque in loco simus, eundem cultum, eundem victum esse. Offi. 18 b, Eademque mediocritas ad communem usum cultumque vitæ referenda est. de Orat. 87 b, Homines a fera agrestique vita ad hunc humanum cultum ciuilemque deducere. Offi. 32 a, Quę ad victum cultumque pertinent. Offic. 6 a, Delectant etiam magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia & copia. de Fin. 137 b, Animi cultus quasi quidam humanitatis cibus. Offi. 35 b, Quibus rebus exculta hominum vita tantum distat a cultu victuque bestiarū. de Natu. 20 a, Cultus & curatio corporis erit adhibenda Deo.

* Tus. 240 b, Dionysius omni cultu, & victu humano carebat.]

¶ *Cultura, cultus.* 58 a, Oues nullum fructum edere ex se sine cultu hominum & curatione possent. de L. 156 a, Agricolæ cultu stirpes diuturnæ seminantur.

¶ *Cura.* de Inu. 82 b, Tribuere alicui officium & diligentem cultum.

☞ Syntaxis. *Cultus & victus. Vita cultus. Humanus & ciuilis cultus. Cultus, victusque bestiarum. Cultus & curatio corporis. Tribuere officium alicui, & cultum diligentem.*

CVM. *præpositio vim habet coniunctionis, instrumenti, societatis.* de Natu. 37 b, Homo quę agit, ea molitur cū labore operoso & molesto. pro R. P. 123 a, Quod cum ipse magna sis ingressus, id non exequi vsque ad extremum. I. V. 168 a, Sic habeo statutum cum animo deliberatū. pro Cl. 32 a, Si cum animis vestris longo interuallo recordari illius vitam volueritis. I. V. 253 b, Considerare cū vestris animis vosmetipsi. de In. 64 a, Perspicere aliquam rem cū consilio & cura. I. V. 191 a, Cū aratoribus & cū ciuitatibus frumentū æstimasse. Atti. 118 b, Vagamur egentes cum coniugibus & liberis. de Orat. 124 a, Et tu cum gladio cruento comprehensus. Ora. 218 b, Quo de genere cum exēplis sup. diximus. Offi. 74 b, in cod. Germ. Is cum prima luce Pomponii domum venit. de Opt. 244 a, Inscius faciendi, cum aliqua solertia, iudicandi Ora. 214 a, Orationem cum seueritate audiri, poetas autem cum voluptate. pro Cęcin. 189 b, Cum ferro inuadere in aliquem. pro Cl. 28 a, Semper magno cum metu dicere incipio. Offic. 27 b, Ira procul absit, cum qua nihil rectè fieri potest. I. C. 104 a, Hisce omnibus Catilina cum reipublicę salute & cum tua peste ac pernicie proficiscere. de Di. 94 b, Conscensio in nauem cum fuga. Tuscu. 241 a, Immissi cum falcibus multi locum purgarunt. & 231 b, Omnia auide appetentem cum inexplebili cupiditate Episto. 20 a, Iulium cum his ad te literis misi. Episto. 170 b, Quanquam intelligo me cum multis esse facturum: tamen, &c. de Amicitia 112 a, Idque faciunt cum desiderio, & cum quadam similitudine amoris humani. de Orat. 122 b, Quid denique cum aliqua virtute aut fecerit, aut tulerit. Q. Fr. 300 b, Facere aliquid cum causa. de Senect. 77 b, Sæpe mirari soleo cum hoc C. Lælio, &c. Att. 577 a, Quare id quoque velim cum illa videas, vt sit, qui vtamur. Att. 111 b, Tu ipsa cum Sexto scire velim quid cogitet de exeundo. ad Heren. 40 a, Venit iste cum Sago. & ibidem, Mulier cum magno fletu. de Arch. 125 b, Responsum aruspicum, in quo cū aliis multis etiam illud est, loca sacra, &c. de Or. 136 a, Cū ceteris tuis laudibus, hęc est maxima. Cum aliquo stare, vel facere. i. ab aliquo. I. A. & Epi. 74 a, L. MACVM.

¶ *Aduerbium autem, significat causam occasionem. Dicitur quū, et quom, antiquitus.* in Sall. 273 a, Non te tui piget homo leuissime, cū ea culpas quæ in historiis gloriæ mihi ducis? de Or. 122 b, Numa magnus vir habendus est, cum illam sapientiam constituendæ ciuitatis duobus prope seculis ante cognouit, quam eam Græci natam esse senserunt. I. V. 74 a, O pręclaram existimationem nostri ordinis, cū socii iudicia de pecuniis repetundis fieri volunt. de Orat. 117 a, Vix annus intercesserat ab hoc sermone, cum iste accusauit Norbanum. I. V. 126 b, Vna nox intercesserat, cum iste illum sic diligebat, vt diceres inter eos omnia esse communia. pro Clu. 23 a, Dies nondum decem intercesserant, cum ille alter filius necatur. & 20 a, Mater quæ multos iam annos, & nunc, cum maxime filium interfectum cupit, &cæt. de Cluen. 169 a, b, M. Curius, cum Appius de plebe consulem non accipiebat, patres autores fieri coegit. pro Cluen. 32 b, Vnus & alter dies intercesserat, cum, &c. I. A. 263 a, Fides mea, quam cum secutus es, nunquam te consilii tui pœnitebit. Sall. in Cicero. 270 b, Sed cum in te modestiam nullam animaduerto, respondebo tibi. de Orato. 105 a, Qui nunc cum ille damnatus est, tamen dicunt, &cę. ad Herenn. 29 b, Bene facitis, cum uenitis, &cęt. de Finib. 91 b, Pręclare facis, cum tenes memoria, &c. Epistol. 214 a, Tibi gratias ago, cum tantum meæ literæ potuerunt, vt his lectis, &cęt. Epistol. 233 a, & Attic. 226 b, Gratulor tibi, cum tantum vales apud Dolabellam, quantum, &cęt. Epistol. 163 a, Mihi gratissimum fecisti, cum eum nobis amicum quam seruum esse maluisti. de Natu. deor. 130 a, Sæpe de L. Crasso videor audisse, cum te togatis omnibus anteferret. Attico. 37 a, Cum diceret. Epistol. 74 a, Cum unum sit iudicium. Epistol. 79 a, Præsertim cum possem promittere. pro Flac. 159 a, Vnum quidem erat tempus, cum L. Flacco portas tota Asia claudebat. Cappadocem illum recipiebat. Attic. 193 a, Iam pridem scito esse, cum vnum te pluris, quam omnes illos putem. Atti. 147 b, Aliquot enim sunt anni, cum uos duos elegi, quos pręcipue colerem. Epist. 251 a, Multi anni sunt, cum ille in ære meo est. Or. 213 b, Iam anni quadringenti sunt, cum hoc accidit. Epis. 253 a, Iam biennium est, cum virtuti nuncium remisisti. de Inu. 42 a, Fuit quoddam tempus, cum in agris passim homines bestiarum more vagabantur. Atti. 207 b, Biennium præteriit, cum ille assiduo cursu cubitum nullum processerit. pro Mure. 127 b, Cum ego verò tanto interuallo claustra ista nobilitatis refregissem, &c. non arbitrabar accusatores esse dicturos, &cę. in Ver. 231 b, Cum diutius in negocio curaq; fueram, ad Carpinatium reuertebar. de Som. 126 b, Cum in Africam venissem, &c. Epis. 40 a, Cum est allatum ad nos de temeritate eorum qui &c. grauiter primo nuncio commotus sum, &c. * Episto. 125 a, Tamen quo maturius constitueres, cum hunc aduentum prouidebam, visum est.]

☞ Syntaxis. *Cum animo statutum habere. Considerare cum suo animo. Docere cum exemplo. Cum prima luce ire. Cum voluptate audire, cum metu: id est, cum sua peste, ac bonorum salute. Cum fuga discedere. Id facio cum desiderio, cum virtute, cum causa. Venit illa cum fletu. Cum cæteris laudibus hæc est maxima. Nox una intercessit, cum ille sic mutatus est. Aliquot sunt dies, cum te amo. Fuit iam quoddam tempus, cum. Cum fueram in cura, & ea consolationem tamen capiebam. Cum aduenit, & aduenerit.*

CVM & TVM, *præcedit illud, hoc subsequitur, solet autem vtrumque pro Et, explicari: aut Cum, pro Non solum: Tum, pro Sed etiam. Illud etiam obseruatur, vt Cùm minus quiddam, Tum verò, grauius & maius significet.* de Inu. 79 a, Hęc cum summe inutilia, tū multo turpissima sunt. Atti. 112 a, Imparatus cum à militibus, tum à pecunia. Epistol. 8 b, Lentulum nostrum cùm cęteris artibus, tum in primis imitatione tui fac erudias. Epistol. 203 b, Cum mihi multa grata sunt, tum in primis, quod &c. de Natu. 130 a, Id cum sæpe, tum cum te audirem,

paulo antè contigit. Epist. 223 b, Ergo cùm antea studiosè commendabam Marcilium, tum multò nunc studiosius, quòd, &c. Attico. 2 a, Sane sum perturbatus, cum ipsius Satirij familiaritate, tùm Domitij, in quo, &c. Acade. 17 a, Ergo de omni statu consilioque totius vitæ, aut certare cum alijs pugnaciter, aut frustrari cum alijs, tum etiam meipsum velim? Epist. 264 a, Nam cum maximam cepissem lætitiam ex patris epistola, tum verò iucundissimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudij attulerunt. Epist. 133 b, Nam cum te semper tantum dilexerim, quantum, &c. tum his tuis factis sic incensus sum, vt, &c. & 70 b, Ad consolandum autem cum illa valeant quæ collegisti, &c. get. tum nihil plus, quam quod, &c. Epist. 153 a, Nam literæ tuæ, cum rebus ipsis essent & beneficijs in rempub. gratissimæ, tum erant grauissimis verbis sententijsque plenæ. Att. 104 a. Hoc cum antea intelligerem, tum vero proxime iudicaui. Att. 48 b, Nisi mihi dolor meus, cùm omnes partes mentis, tum maxime huius generis facultatem ademisset. Epi. 234 a, Quare cum dolore conficior, cum etiam pudore. Att. 42 a, Itaque cum meus me mæror quotidianus conficit, tum vero hæc addita cura vix mihi vitam reliquam facit. de Ora. 96 a, Sine quo, cum in vita nihil quicquam egregium, tum certe hoc quod tu expetis, nemo vnquam assequetur. Att. 104 b, Ex victoria cumulata mala, tum certe tyrannis existet. & ibidem. Qui acerrime cum cætera, tum hoc iter vituperarent. de Natu. 1 a, Cum multæ res in Philosophia nequaquam satis adhuc explicatæ sunt, tum perdifficilis quæstio est de Na. Deor. &c. Epi. 149 b, Cum ipsum Furnium per se vidi libentissime, tum hoc libentius, quod, &c. Offic. 61 b, Plena exemplorum est nostra respub. cum sæpe alias, tum maxime bello Punico secundo, quæ, &c. Epist. 249 a, Nam cum te semper dilexi, amauique, cum mei amantissimum cognoui in omni varietate rerum mearum, tum patris tui pluribus beneficiis vel defensus tristibus temporibus, vel ornatus secundis, necesse est, vt sim totus vester. & 13 a b, Velis per te, me hoc muneris, cum ipsis amicis hominibus, tum municipio Caleno, tum Lepeæ dare. de Cla. 165 b, Cum in cæteris ciuitatibus tum maxime in nostra. de Cla. 165 b, Quibus cum rerum gestarum gloria, tum etiam sapientiæ laude perfrui licuit. pro Marc. 2 b, Ille omnis ante actæ vitæ fructum hodierno die maximum cepit, cùm summo cõsensu Senatus, tum præterea iudicio tuo grauissimo. ad Heren. 30 a, Hoc exornationis genus cum commodum est auditu, &c. tum verò vehementer comprobat, &c. Epist. 221 a, Nam cum iam diu diligerem M. Anneium, deque eo, &c. tum verò posteaquam mecum fuit, &c. neminem pluris facio. Epi. 22 b, Primum tibi, vt debeo, gratulor, &c. & cum gratulor, tum vero, quibus gratiam agam, non reperio. Tusculan. 148 a, Res militaris in qua cum virtute nostri multum valuerunt, tum plus etiam disciplina. Epist. 55 a, Quod cum in omni re, tum in hoc maxime negocio potes existimare. Epistol. 47 a, Omnino cum miserior res nunquam accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior. & 244 a, Quo audito vehementer sum commotus, cum de Syria, tum de mea prouincia, de reliqua denique Asia.

☞ Syntaxis. *Hoc cum summe vtile, cum multo honestissimum illud est, quod. Cum doctrina, tum imprimis pietate. Id fecerunt sæpe alias, tum vero hoc tempore. Cum valet prudentia, tum plus etiam pietate. Cum cætera, tum hoc dictum vitupero.*

Cvm primvm, *vt primum, vbi primum, simul atque.* Att. 52 b, Cum primum Romam veni, fuitq; cui recte ad te literas darem, nihil prius faciendum putaui, quàm &c. Epi. 166 b, Cum primum poterit isthuc recurrere, nõ dubitabit, ne quo loco reip. desit. Epi. 153 b, Sed tamẽ cum primum posse ingredi cœpit, non recusabat, &c.

Cvm primis. *in primis.* In Ver. 122 b, Homo domi suæ cum primis locuples & 104 a, Homo cum primis honestus.

Cvmæ, arum. *oppidum.* de D. 100 a, contra Rull. 83 a.

Cvmanvm, ni. *villa Ciceronis.* Att. 60 a, b, Epi. lib. 12.

Cvmanvs, na, num. In Rull. Cumanus ager.

Cvmvlate, Cvmvlatius, & Cvmvlatissime. *plenè, maiore mensura* postquam. 204 a, Si parum vobis cumulate gratias egero, quæso, &c. Q. F. 309 b, & Att. 141 b, Cumulatissime satisfacere alicui. Att. 145 b, Id etiam ad dignitatem meam pertinet, cum non modo per liberaliter à vobis, sed etiam ornate cumulateq; tractari. de Di. 108 b, Quæ vt plene posset cumulateq; tractari. de Di. 108 b, Quæ vt plene esset cumulateq; perfecta, &c. Att. 92 b, Cumulate publicanis satisfactum. Ora. 201 b, Cumulatius augere aliquod munus. quà, &c.

* Epi. 229 b, Te omnia mihi cumulate recepisse.

☞ Syntaxis. *Cumulate satisfacere, aliquem tractare. Cumulatè, ornateque tractare aliquem. Iam est plenè, cumulatèque perfectum. Munus cumulatius auctum.*

Cvmvlandvs, a, um. de Or. 158 b, Duæ partes mihi supersunt illustrandæ orationis ac totius eloquentiæ cumulandæ. Ep. 20 a, Remunerando cumulandoque illustrare gratiam.

Cvmvlatvs, a, um. *expletus, perfectus plenus.* de Orat. 111 b, Quid plenius quàm omni rerum genere cumulata oratio? de Orat. 94 b, Fingendus est nobis detractis omnibus vitiis orator, atque omni laude cumulatus. Epist. 133 b, Vt mirarer locum, angẽdi in eo fuisse, quod mihi iam pridem cumulatum esse videbatur. de Ora. 110 a, Hoc vitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio. Offi. 36 b, Quorum studiis ea quæ natura desiderat, expleta cumulataq; habeamus. pro Sest. 28 a, Perfecta cumulataq; virtus. Attic. 187 a, Domus duplici decore cumulata. de Fin. 77 b, Ex altera parte ponebas cumulatum aliquem plurimis & maximis voluptatibus, nullo nec præsenti nec futuro dolore, ex altera autẽ cruciatibus maximis, nulla nec adiuncta nec sperata voluptate. * Tusculan. 236 a, Quod in suo genere expletum atque cumulatum est.]

* Cvmvlo, as. *augeo, adaugeo, expleo, compleo, perficio.* * adiicio.] Offi. 23 b, Africanus eloquentia cumulauit bellicam laudem. pro S. R. 23 b, Sed tamen hæc alijs nefarijs cumulant atque adaugent. I. C. 100 a,

* Alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti. * Of. 23 b, Timotheus ad bellicam laudem ingenij gloriam adiecit.]

Cvmvlor, ris. Epi. 13 a b, Non possum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quòd, &c. pro Cœl. 45 a, Nunc mihi animus ardet, & meum cor cumulatur ira. Epi. 220 b, A te peto, vt ea quæ initio ostẽdisti, deinde quæ fecisti, ad exitũ augere & cumulari per te velis. de Fin. 134 b, Summum bonum, quod cumulatur ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta.

☞ Syntaxis. *Cumulanda oratio, & eloquentia. Remunerando & cumulando gratiam illustrare. Orator omni laude cumulatus. Vitijs cumulatus homo. Perfecta, cumulataque virtus. Cumulare probitate fortunam. Cumulare & augere. Scelere scelus cumulare. Gaudio cumulatus. Cumulatur bonum pietate.*

Cvmvlvs, li, *accessio, summa, aceruus.* pro S. R. 19 b, Vt ad illã optimam prædam damnatio S. R. velut cumulus accedat. Att. 67 b, Ad summã lætitiam, quam ex reditu tuo capio, magnus ex illius aduentu cumulus accedit. 336 b, Ad tua innumerabilia in me vnum merita, quod fieri iam non posse arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus accessit. Epist. 222, b, Et magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris, contra Rul. 76 b, Accesserint in cumulum manubiæ nostrorum Imperatorum. Att. 252 b, Qui quidem etsi per se est amabilis, à meque diligitur, tamen accedit magnus cumulus commendationis tuæ. de Pro. 74 a, Ergo ille cumulus dierum hominis est dignitati tributus. pro Cl. 33 a, Vt ad cumulum spe maiorum præmiorum ipsius sententia septima decima accederet. Attic. 258 Libenter corrigam, quæ à te animaduersa sunt, & de laudibus Dolabellæ deruam cumulum. Epi. 264 a, Nam cum maximam cepissem lætitiam ex humanissimi patris epistola, tum verò iucundissimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudij attulerunt. Epist. 87 a, Peto à te, vt ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Cæcinnam habiturus esses, tantus cumulus accedat commendatione mea, quanti me à te fieri intelligo. * Tuscu. 172 b, Cumulus bonorum.]

☞ Syntaxis. *Cumulus ad prædam, ad lætitiam accedit ex. Id voluit cumulus accedat. Has te accedit cumulus tuis laudibus. Cumulo beneficium augere. Id in cumulum accedit, & ad cumulum. Deruere cumulum de laudibus, &c. Cumulum gaudij afferre. Tua commendatione ad meam voluntatem cumulus accedit.*

Cvnabvla, orum. *cunæ, rudimenta.* de Diu. 97 a, Qui cum esset in cunabulis, educareturq;, &c. cont. Rul. 86 a, Qui non incunabulis sed in campo consules sunt facti. In Sall. 273 a, An vlla alia putas esse rudimenta & incunabula virtutis?

Cvnæ, arum. *incunabula, cubilia infantium.* de Diuin. 96 b, Platoni in cunis paruulo dormienti apes in labellis consederunt. de Senect. 94 b, Vagire in cunis. Tuscu. 168 b, Si puer occidit in cunis, ne quærendum quidem putant.

Cvnctandvm, & Cvnctando, de Vniuer. 169 b, Quam ob caussam non est cunctandum profiteri, hunc mundum animal esse, &c. Epistol. 7 a, Nos hoc sentimus, si exploratum tibi sit, posse te illius regni potiri, non esse cunctandum: sin dubium, nõ esse conandum. At. 34 a, & de Sen. 79 a)

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

Cvnctans, tis. de Or. 156 a, Cunctantem & quasi verecundantem incitare. Ep. 79 a, Excitare aliquem cunctantem & diffidentem.

Cvnctatio, onis. vel Contatio. *mora, tarditas.* Att. 134 b, Audio à bonis viris hanc cunctationẽ nostram non probari. de Am. 104, Studium semper adsit, cunctatio absit. in Ver. 32 a, Dicam sine cunctatione, quod sentio. Offi. 15 a, Abiecta omni cunctatione adipiscendi magistratus sunt. Ep. 124 b, Denique illud cogita, quod offensæ fuerit in ista cũctatione te prius subisse nunc, &c. *alias fuisse.* pro Sest. 24 a, Nõ nunquam cunctatione & tarditate, dum ocium volunt etiam sine dignitate retinere, vtrunque amittunt.

☞ Syntaxis. *Cunctationem abijcere. Cunctatio & tarditas.*

Cvnctator, oris. Ep. 120 b, Nosti Marcellum, quam tardus & parũ efficax sit, itemque Seruius, quam cunctator. Cælij.

Cvnctor, aris. *remoror, retardo, differo.*)(. *Propero.* Attic. 160 b, Sed aufe quæ omnia, si propero, si cunctor, amitto. *aliter Cunctor.* Qnm. Frat. 309 b, Quin etiam Paulus confirmauit se nomen Vatinii delaturũ, si Macer Licinius cunctaretur. Epistola 52 b, Quibus rebus cognitis, cunctatus non sum in cursu bonorum consiliorum. At. 109 b, An cũcter & tergiuerser & in ijs me dem, qui tenent, qui potiuntur? pro Sestio. 21 a, An etiam tunc quiesceretis? cunctaremini? timeretis? de Diuinat. 62 a, Quam velis cunctare, tamen tibi est pereundum. Tusculan. 172 b, Cunctari illum diutius in vita fortunæ, obiectum, inutile putabat ipsi.

Cvnctvs, a, um. *totus, omnis, vniuersus.* de Na. 46 a, Nemo cunctam intuens terram de diuina ratione dubitaret. de Som. 130 b, Cũ ad idẽ vnde semel profecta sunt, cuncta astra redierint. Anteq. 164 b, Qui in labore pro cũctis ferre consueuit. de Or. 100 a, Pene cunctis ciuibus lucem ingenij sui porrigere. Ep. 156 a, Cuncta prouincia. de Cl. 167, Cuncta Græcia. Ep. 43 a, Cunctus populus. I. A. 164 b, Quid ergo in tanta lætitia cunctæ ciuitatis me vnum tristem esse oportebat? cont. Rull. 47 b, Alexandria, cunctaque Ægyptus.

☞ Syntaxis. *Cuncta terra. (Hic aduerte quantitatem continuatam, solidamque.) Cuncta sydera. (Hic numerum & copiam agnosce.) Cunctus populus.*

CVNEATVS, a, um. de Vni. 203 a, Crebris quasi cuneolis insectus vnum efficiebant ex omnibus.

CVNEVS, nei. *quod inseritur in ligno, quo facilius findatur.* Tus. 189 a, Hos ille cuneos fabrica crudeli inserent, prorupit artus.

CVNICVLVS, li. *foramen occultum sub terra translatione dolus.* I.A. 187 b, Ipse in templum nescio, qué per Gallorum cuniculum ascendit. Qu. Frat. 318 b, Quatuor eius conseruos Venafri cuniculus oppresserat. cont. Rull. 61 a, Quæ res aperte petebatur, ea non cuniculis oppugnatur. pro Cec. 102 a, Non oportet eos in cuniculũ quá aggressi erant, restitui oportere.

CVNQVE. de Cla. 189 b, Quicquid habuit, quantumcunq; fuit, habuit ex disciplina. Att. 241 b, Hoc qualecunque esset, te scire volui pro Arch. 188 a, Hæc facultas, quæ quantacunque in me est, &c. nunquam, &c. pro Sest. 18 a, Quod iudicium cunque sibi erat, damnabatur. de Diu. 127 a, Perinde, vtcunque, &c. ita, &c. pro Clu. 21 a, Cuiusmodicunque mater sit. Att. 219 a, Quantuscunque sum. Att. 232 a, Quacunque me commoueo. * Pecunia L. Cornelij, quæ quantacunque est, conseruata magis quam corrupta esse videntur.]

☞ Syntaxis. *Quan tuscunque, qualiscunque. Quod iudicium cunque. Vtcunque. Cuiusmodicunque.*

CVPA, pæ. *vas vinarium latè patens, in quo musta coquuntur, & defæcantur, vt inde in dolia reponantur.* I.P. 94 a, Panis & vinum à propola atq; de cupa.

CVPEDIA. *suauiorum ciborum cupiditas.* Tuscol. 214 b, Ægrotationi autem talia quædam subiecta sunt, auaritia, ambitio mulierositas, pervicacia, liguritio, vinolentia, cupedia, & si qua sunt similia.

CVPIDE, *studiosè: saepius in vitium.* pro Sext. Rosc. 86 b, Agros suos studiose colebant, non alienos cupide appetebant de Orato. 110 a. Hoc si tu cupidius factum existimas, Cæsari attribues: si familiarius, vtrtque nostrum. Officio. 7 b, Cum vtrisque separatim locutus est, ne cupide quid agerent. I.A. 170 b, Quid cupide à senatu quid temere fiebat.

CVPIDITAS, tis. *ἐπιθυμία, auiditas, libido, desideratio, desiderium, studium amor ardor, cupiditatis sitis, impetus animi.* de Inuen. 42 a, Ita cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad se explendam viribus corporis abutebatur pro S. R. 35 b, Cupiditas & auaritia reddit homines cæcos I.V. 146 a, Vos iam coniectura assequi potestis, quam multas cupiditates, quam varias, quam infinitas habuerit. pro Quin. 9 b, Cupiditas atque auaritia respirat. pro Syl. 151 a, P. Sylla dignitatis habuisse animus magnam iudicatus est cupiditatem. Epistol. 32 b, Aut impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus. contra Rul. 61 b, Summa auaritia, infinitaq; omnium rerum cupiditas. pro Plan. 265 a, Cuius quantam honoris huius cupiditatem fuisse creditis? Att. 192 b, De voluntate sua vel studio potius & cupiditate vt simul simus, nõ dubito. de Cl. 193 a, Ardebat autem cupiditate, sic vt in nullo vnquam flagrantius studium viderim. I. V. 83 a, Cupiditas & studium defendendæ veritatis. & 153 a, Studia cupiditatesque bonorum. de Cla. 164 b, Duo quæ me imitandi cupiditate incitarunt. pro Qu. 2 a, Alicuius studio ac cupiditati morem gerere. Attic. 213 a, Intemperans sum in eius rei cupiditate, quam nosti. de Orat. 96 a, Vos nimis etiam video flagrare cupiditate. Indomitæ atque effrenatæ animi cupiditates. L. INDOMITVS. Att. 100 b, De triompho autẽ nulla me cupiditas vnquam tenuit. de Ora. 92 a, Frangere cupiditates. de Le. 182 b, Minima olim istius rei fuit cupiditas. I.P. 92 a, Quæ te prædo amentissime, nisi prædæ cupiditas tam cæca rapiebat? & ibidem. Meditare, quibus verbis incensam illius cupiditatem comprimas atque relinquas. I.A. 240 b, Acerrima illa & fortissima cupiditas imminuta ac debilitata est. pro Dom. 136 a, Proiecta quædam, & effrenata cupiditas. Par. 116 b, Nũquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis. I.P. 92 a, Cæsar fertur (mihi crede) gloria, flagrat, ardet cupiditate triumphi. I.A. 204 a, Cupiditas dominandi præceps, & lubrica. Epi. 67 a, Ardeo cupiditate incredibili, nomen vt nostrum scriptis celebretur tuis. Epist. 69 a, Illa nos cupiditas incendit, de qua initio scripsi, sed maiorem, quod alacres animo sumus, vt, &c. Tuscu. 257 b, Natura inest mentibus nostris insatiabilis quædam cupiditas veri videndi: & oræ ipsæ locorum illorum quo faciliorem nobis cognitionem rerum cœlestium, eo maiorem cognoscendi cupiditatem dabunt. * ibid. Cognitionis cupiditate incensus.] Episto. 17 b, Præsertim cum sine suspicione tuæ cupiditatis non possitis illius cupiditatem refutare. pro Plan. 268 a, C. Alsij voluptas erga Cn. Plancij salutem quam ille sine vlla cupiditatis suspicione præ se fert. I. V. 146 a, Iam coniectura assequi potestis, cuius prædo iste in illa prouincia fuerit, quam multas cupiditates, quam varias, quàm infinitas habuerit. de Inuent. 82 b, Continentia est, per quam cupiditas consilij gubernatione regitur. I.A. 188 a, Vir omni carẽs cupiditate. pro Cl. 50 a, Et cæteri, qui sine cupiditate vixerunt. pro Flac. 150 b, Testes, qui aut sine vllo studio dicebant, aut cum dissimulatione aliqua cupiditatis. pro Mar. 135 b, Qui, & sine amore, & sine cupiditate, rursusque sine odio & sine inuidia iudicabunt. pro Deio. 149 a, Is nemini in illa causa studio & cupiditate concedebat. de Orat. 101 a, Docemur autoritate nutuque legum, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. * Episto. 76 b, Videndi tui summa cupiditate affectus sum. Tuscu. 218 b, Cupiditatis ardor. & ibidem. Flagrans cupiditas. I.P. 97 a, In laudis, & gloriæ cupiditate versari. Epist. 250 b, Maximè mihi fuit optatum Romæ esse tecũ multas ob causas, sed præcipuæ, vt, &c.]

☞ Syntaxis. *Cæca, dominatrix, animorum indomita, effrenata, præceps, lubrica, insatiabilis cupiditas. Studium & cupiditas. Auaritia & cupiditas. Cupiditatis sitis. Domitas habere libidines, & cupiditates. Cupiditas veri. (in bonam & malam partem.)*

CVPIDO, nis. *Amores.* I.V. 200 b, Cupido ille marmoreus, qui est Thespiis, & 131 b, Tibi argenteũ Cupidinem cum lampade. de Nat 61 a, Ex Venere & Mercurio Cupidinem secundum natum accepimus. & ibi. Diana, quæ pinnatum Cupidinem genuisse dicitur. & ibidem b, Cupidines multi. * Tusculan. 204 a, Cupido cepit miseram nunc me proloqui.]

¶ *Cupiditas.* Tus. 204, Cupido cepit miseram. Ennij.

CVPIDVS, a, um. ssimus. *studiosus, appetens, auidus, amans, obseruans.* Epis. 6 b, Quo quidem tempore cognoui Hortensium percupidum tui, studiosum Lucullum. I.V. 111 a, Ille vehementer tui cupidus est. Epist. 154 a, Homo pudens & cupidus satisfaciendi reip. de Ora. 89 a, Græci contentionis cupidiores, quàm veritatis. de Ora. 93 b, Homo nostri cupidissimus. de Ora. 98 a, Si ea se posita, vt dicis, essent, suq; valde spectandi cupidus esses. Off. 31 a, Aliquis cupidus in perspicienda cognoscendaque rerum natura. de Or. 110 a, Sum cupidus te audiendi. Off. 63 b, Emit homo cupidus, & locuples tanti, quanti Pythius voluit. pro Fon. 280 b, Cupidus.)(. *Moderatus.*

☞ Syntaxis. *Cupidus amicorum, Cæsaris, literarum contentionum. (ad bonam & malum.) Cupidus in hac re.*

CVPIENS. tis de Or. 83 a, Neque verò nobis cupientibus & optantibus fructus ocij datus est. de Ar. 254 b, Qui cupientem Italiam populum Rom. desiderantem excitauit.

CVPIO, pis. *opto, desidero, amo, exopto, expeto, appeto, concupisco, cupidus sum, studeo, sitio, studio & cupiditate ardeo, auide sum affectus, cupiditatem & libidinem habeo, cupiditas me tenet, cupiditate alicuius rei flagro, vel inflammatus sum, cupiditate in aliquam rem immineo, desiderio teneor, studio efferor, alacer animo sum, auiditas me tenet, gestio, immineo, cupiditas alicuius rei est, studio trahor, incendor.* Attic. 54 b, Cum ad Clodium ventum est, cupiit diem consumere. I.A. 217 b, Ego conseruare coloniam Popul. Roman. cupio, tu expugnare studes. de Cla. 196 b, Tibi fauemus, tua virtute frui cupimus, tibi optamus eam remp. quæ, &c. Epist. 9 b, Nam ij Bibuli sententiam valere cupierunt. & 69 a, Hæc nos vitare cupimus. I.A. 258 b, Cum semel ad eum, quem cupimus optamusque vestitum redierimus. Tusculan. 217 a, Ardenter cupere aliquid. I.C. 98 a, Cupio me esse clementem. pro S.R. 43 b, Is mihi causam tradidit, quem sua causa cupere ac debere intelligebat. Attic. 259 a, Dolabellæ causa & cupio & debeo. I.V. 145 a, Cupere omnia causa alicuius. Episto. 227 a, Vehementer cupere causa alicuius. Epi. 230 b, Cuius causa omnia tum cupio, tum mehercule etiam debeo. Epist. 245 b, Et tibi, cui maximè cupio, satisfaciam. & 26 a, Faueo Curioni, Cæsari honestissimè cupio, pro Pompeio emori possum. * Epist. 205 b, Cuius causa quantopere cuperem deberemq; cognouisti.]

Nec sese dedit in conspectum corde cupienti.

☞ Syntaxis. *Cupio & opto. Tua causa cupio vehementer, maximè. omnia Honestè tibi cupio.*

CVPRESSETVM, ti. *locus cupressis consitus.* de Legibus 159 a, In cupressetis Gnosiorum.

CVR. *quod est, quòd. qua ratione, quod est causa, cur, quid est, quamobrem.* de Orat. 160 a, Quid est causæ, cur repudietur? de Ora. 96 a, Causa, cur cuperes, non erat.

CVRA, ræ. *diligentia, studium, cogitatio, meditatio.* de Orato. 160 a, Hæc acrem curam diligentiamque desiderant. de Inuent. 56 a, Quod ipse magna cum cura atque diligentia scripsit. de Diuinat. 99 b, Ægyptij omnem curam in siderum cognitione posuerunt. Episto. 21 b, De sacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, cognosces, &c. Attic. 151 a, Tu nunc eniteré, vt nos cura tua & prouidentia iuues. Offic. 4 b, Quod in rebus honestis & cognitione dignis operæ curæq; ponetur. Episto. 143 b, Te hortor, vt in rempu. omni cogitatione curaque incumbas. item, Si qua de re Pompeio nostro tuendo cura te attingit. de Somn. 131 a, Curæ de salute patriæ optimæ sunt. Att. 284 b, Studium tuum curaque de salute mea. Q.F. 324 b, Non omnino sumus sine cura anni venientis. Att. 147 b, Quamobrem te rogo, vt in maximis tuis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi. Offic. 33 a. Omnes meas curas, cogitationes in rempub. confero. Epi. 130 a, Quamquam tum quidem vel aliæ quæpiam rationes honestas nobis & curas & actiones darent. I. A. 235 b, Et cogeris partem aliquam in Asiam deriuare curæ, & cogitationes tuæ. de Orato. 125 b, In ea cogitatione curaque versor, vt odorer, &c. Epist. 142 a, Sed caue, existimes me, quid iocosius scribam, abiecisse curam reipub. de Amic. 98 b, Quo cum mihi coniuncta cura de republica, & de priuata fuit. Att. 1 a, Petitionis nostræ, quam tibi summæ curæ esse scio, huiusmodi ratio est. Epist. 16 b, Tibi erit idem, cui salus mea fuit, etiam dignitas curæ. & 143 b, Mihi maximæ curæ est, non de mea quidem, vita, sed me patria solicitat. & 119 a, Eos tibi & rem, de qua misi, velim curæ habeas. Postquam. 202 b, Mihi maior curę erit & quemadmodum quidem vobis gratiam referam, quàm quemadmodum inimicorum iniurias persequar. pro Dom. 134 b, Homines soluti, & à cura liberati. Att. 103 a, De Tyrone mihi curæ est. At. 240 a, Hanc rem, curam tibi maiorem afferre sentio. Ep. 114 b, Qua tu securus sis, quod ad bellum attinet, nescio. At. 95 a, Baiulus maximum belli curam sustinet. de Orato. 137 a, Omnis cura mea solet in hoc versari, vt prosim. &c. Att. 70 a, Gratissima est mihi tua cura de illo meo primo & maximo mandato. & 172 b, Mihi de augẽda dignitate tua curæ erit. I.V. 216 a, Is polliceretur sibi magnę curæ fore, vt omnia ciuitatibus restituerentur.

¶ *Solicitudo, angor, molestia.* Attic. 39 a, Pompeius de Clodio iubet non esse sine cura. I.V. 69 b, Hunc amplexatur, hunc iubet sine cura esse.

Attic.

Attic.262 b, Et ipsi dixit, vt sine cura esset. & 245 a, Magna cura & sollicitudine Atticum & me liberaris, si, &c. Tusc.169 a, Nulla cura, nulla sollicitudo reliqua est. de Di. 139 a, At ex ipso somno plurimę curæ metusque nascuntur. de Cl. 165 b, Vos verò & præsentem me cura leuatis, & absenti, magna solatia dedistis. Epist.188 a, Videbatis enim non solùm fauere nobis, sed etiam grauem curam suscepisse, vehementerque esse de nobis solicitus. Att.16 Cura & angor animi. de Cla. 165 b, Vt eorum aspectu, omnis quæ me angebat de rep. cura consederit. de Diu.

85 a, *Tu tamen anteferas curas requiete relaxas.* de Sen. 77 a.

Curæ —— Quæ nunc te coquit, & versat sub pectore fixa.

de Cl. 165 b, Quorum memoria in maximis nostris grauissimisque • curis iucunda sane fuit. * ad Her. 28 b, Cur eam rem tam studiose curas, quæ multas tibi dabit curas.]

☞ Syntaxis. *Cura & diligentia. Studium & cura. Cogitatio curaque. Cura de salute. Conferre & curas & cogitationes in amicum. Id mihi dat curam honestam. Derivare curam in se ipsum. Curam abijcere. Id mihi est curæ: &, Habeo curæ aliquid. De te mihi est curæ. Curam sustinere.*

CVRANTIA, tiæ. *cura.*) (*non curantia, incuria.* Qu. Fra. 310 b, Quòd me admones de non curantia, suadesque vt meminerim, &c. ergo verò memini.

CVRATIO, onis. *procuratio, administratio.* Tusc.221 b, Sed aliæ quędam ad eum est admouenda curatio. Tus. 191 a, Omnibus his nullane adhibenda curatio? de Natu. 20 a, Cultus & curatio corporis erit adhibenda Deo. de Natu. 58 a, Oues nullum fructum edere ex se, sine cultu hominum & curatione possunt. Offi. 17 a, Medici grauioribus morbis periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur. de Diuin. 134 a, Æsculapius potest præscribere per somnium curationem valetudinis. Offic. 35 a, & 55 a, b, Valetudinis curatio, nauigatio, &c. pro R.P. 127 a, Rabirius curationem & quasi dispensationé regiam suscepit. 258 a, De medico tu bene existimari scribis, sed planè curationes eius non probo. pro Do. 216 a, Quasi ego in isto genere omnino quicquam, aut curatione, aut potestate valuissem. & 223 b, Ne id quidem per legem Liciniam, vt ipse tibi curationé ferres, facere potuisti. de Ar. 251 a, Aedes Telluris est curationis meæ. Attic. 243 a, Seruilia pollicebatur se curaturam, vt illa frumenti curatio S.C. tolleretur. Episto. 92 b, De curatione munerum regiorum collocutus sum cum Oppio. de Nat. 1 b, An dij ab omni curatione administra• tione rerum vacent? • Tusc. 208 a, Nam quam quisque curationé recipere potest videndum est.]

☞ Syntaxis. *Curationem ad aliquem admouere, adhibere. (curatio negociorum & morborum, erit secundum 1 illum.) curatio & administratio. Cultus & curatio. Curationem adhibere alicui, & ad aliquem.*

CVRATOR, oris. *procurator, præfectus.* de Leg. 185 a, Sunto ædiles curatores vrbis, annonæ, ludorumq; solennium. de Op. 244 b, Demosthenes curator muris reficiendis fuit. I.V. 137 b, Aliquem curatorem præficere, qui statuis faciundis præsit. Att. 1 b, Thermus curator viæ Flaminiæ. cont. Rul. 69 b, Curatores legibus agrarijs constituti sunt decem viri. I.V. 36 a, Legati curatores, interpretes, &c.

CVRES, ium. *oppidum Sabinorum.* Epist. 255 a.

CVRIA, riæ. *sedes ac templum publici consilij, tribus, priuatæ domus pars.* de Ora. 143 a, Senatus frequens vocatu Drusi in curiam venit. de Fini. 91 a, Catonem ipsa curia legere solebat, dum senatus cogeretur. pro Mil. 119 a, Curia templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilij publici, caput vrbis, ara sociorum, portus omnium gentium. Atti. 85 b, Scapeius inclusum in curia se natum Salamine obsederat. I.V. 119 a, In curia Syracusis, quem locum illi Buleuterium vocant. pro Fla. 158 a, Cum curia vindex temeritatis, moderatrix officij, speculatur & obsidet rostra. Att. 20 a, Nulla res me à curia diuellet. de Diui. 86 b, Curia Saliorum quæ est in Palatio. & 113 a, Curia Pompeiana, in qua Cæsar occisus est. pro Dom. 228 b, Si id XXX curiæ iussissent, num id iussum esset ratum.

CVRIALIS, lis. *tribulis, municeps.* Offic. 46 b, Cimon in suos curiales Laciadas hospitalis fuit.

CVRIATVS, a, um. *vt Curiata lex, quæ curiatis comitiis lata erat. Curiata comitia, quę in curiis lituum tonsa fieri solebant, & quę curiatim per lictorem conuocabantur, quorum erant Pontifices arbitri.* Q. F. 323 a, Appius sine lege curiata confirmat se Lentulo nostro successurum. Epist. 17 a, Appius dixit in senatu palàm sese (si licitum esset legem curiatam ferre) sortiturum esse cum collega prouinciam. si curiata lex non esset separaturum cum collega, tibique successurum, legemq; curiatam consuli ferre opus esse necesse non esse. con. Rul. 72, Consuli, si legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet & 71 a, Iam hoc inauditú est, vt curiata lege magistratus detur, qui, &cę. pro 220 b, Centuriata & curiata comitia.

☞ Syntaxis. *Lex & comitia curiata.*

CVRIOSE, sius. *diligenter.* Att. li. 9. Cum de eo curiosé quæsisset seruus noster Diony. de Cl. 176 b, Conquirere aliquid curiosius.

CVRIOSITAS, tis. *nimia diligentia.* Atti. 29 b, Sum in curiositate. *ὀξύπεινος.*

CVRIOSVS, a, um. *nimium in quærendo diligens.* de Finibus 70 b, Reperiam multos non tam curiosos, nec tam molestos, quàm vos estis. & 49 b, Offic. 25 b, Peregrini & incolæ officium est, nihil præter suum negocium agere, nihil de alio inquirere, minimeque in aliena esse re pub. curiosum. pro Dom. 219 b, Curiosum est, ea scire velle, quę ad nos non pertinent. de Natu. 12 b, Quis enim non timeat curiosum, & plenum negocij Deum? Atti. 61 a, Quare vt homini curioso, ita perscribe ad me. Attic. 25 a, Tu quicquid indagaris de republ. facito vt sciam, tametsi omnis sum curiosus: statui enim nihil iam de repu. cogitare. pro Domo. 221 a, Non sum in exquirendo iure augurú curiosus. Attic. 89 b, Sumus enim ambo belle curiosi. Attic. 75 b, Si me nihilominus nosti curiosum in republ. quàm te. pro Sest. b, Sed hæc obstructio non ita obducta est, vt curiosi oculis perspici non possit. • pro Cl. 54 b, Seruulus percuriosus. * Tus. 172 a, Multa colligit Chrysippus, vt est, in omni historia curiosus.]

☞ Syntaxis. *Curiosus, absolutè: & in aliqua re. Curiosus, & negocij plenus. Curiosi oculi perspicere.*

CVRANDVS, a, um. Attic. * Nihil minus curandum est atque hoc &c Epistola. 256 b, Ego omnem spem tui diligenter curandi in curio habeo.

CVRATVRVS, a, um. Epi. 259 b, Curio misi, vt medico honos haberet, & tibi daret, quod opus esset: me cui iussisset curaturum.

CVRATVS, a, um. pro Corn. 66 a, b, Sacra Cereris per Græcos semper curata sunt sacerdotes. Episto. 75 b, Erat enim curata nobis pecunia Valerij mancipij nomine.

CVRO, as. *do operam, laboro, elaboro, studeo, diligentiam, curam, adhibeo, medeor, curationem adhibeo, curam in aliqua re pono, cura, ac diligentia complector, diligentiam in aliquam rem confero, indulgeo, deseruio, mihi curæ est, procuro.* Attic. 122 a, Eo ad te scripsi, ut eam epistolam mihi curares referendam. Tu fasciculum, qui M curio descriptus est, uelim cures ad eum perferendum. Attic. 190 a, His velim meo nomine reddédas literas cures. de Diui. 90 b, Alexander ex eo auro buculam curauit faciendam. Episto. 56 a, Funus ei satis amplum faciendum curaui. Epist. 57 b, Ego quæ pertinere ad te intelligam, studiosissime omnia diligentissimeque curabo. Episto. 124 a, Ego quæ ad te pertinere arbitrabor, studiose diligenterque curabo. Episto. 142 a. Noctes & dies nihil aliud ago, nihil curo, nisi ut mei ciues salui sint. Epist. 200 b, Cura, vt valeas. Attic. 210 b, Vides, quanto hoc diligentius curem, q̃ aut, de Rumone aut de Pollione. Episto. 114 b, Item de pantheris, ut Cybiratas accersas, curesque mihi vt vehantur. Epist. 19 b, Vereor, ne cum veneris, non habeas iam quod cures. Attic. 172 a, Omnibus rebus cura & prouide, ne, &c. Att. 82 b, Pollicitus sum curaturum me Bruti causa, vt ei Salaminij pecuniam soluerent. Attic. 4 b, Concio H-S. DCCCC. pro signis megaricis curaui. Qu. frat. 209 b, Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui. Attic. 179 b, Minutius duodecim sola mihi curauit. Attic. 2 b, Signa quæ nobis curasti, ea sunt ad Caietam exposita. de Finibus. 76 a, Qui animi conscientiam non curat. de Diuinat. 139 b, Sed deos non curare opinor, quid agat humanum genus. Episto. 13 b, Quintus Metellus, qui & summa volútate cesserit, neque sane redire curaret, &c. Att. 228 a, Qui de emendo nihil curat hoc tempore. ad Herenn. 40 b, Ego patriam liberaui, vos liberi esse non curatis. Attic. 216 b, Id populus curat scilicet. pro S.R. 39 b, Intelligo me errare: qui cum capiti mederi debeam, reduuiam curem. pro Flac. 146 a, curare periculum atque insidias alicui per aliquem. pro Cęl. 49 a, Et quod facinus in alienum illatum seuerè acciperet, id omisisset curare in hospite? Aca 39 b, Itaque ea noluit scribere, quę nec indocti intelligere possent, nec docti legere curarét. L. AMAVIS. Atti. 71 b, Curare mandata alicuius. Topic. 226 b, Curare negocia aliena. Atti. 1 b, Illam manum tu mihi cura ut præstes. de Natura. 59 b, Magna dij curant, parua negligunt. Attic. 203 b, Tartesium illum tuum mihi adeunti vrbem iube sodes nummos curare. Episto. 57 a, Ego quia curo, attendoque, id tibi affirmo, te in isto molestijs non diutius futurum. Att. 190 b, Atticam saluere iube, & eam diligenter cura. in Ant. 222 a, Reijcere & curare se. Att. 84 a, Appius ἐξ ἀφαιρέσεως prouinciam curauit, sanguiné misit. de Ora. 146 b, Sed iam surgamus, inquit, nosque curemus.

CVROR, ris. Acad. 30 b, Quis enim potest, cum existimet a Deo se curari, non semper diuinum numen horrere? pro Cl. 25 b, Mulier exclamat se ab eo nullo modo curari uelle, quo curante omnes suos perdidisset. Tusculan. 191 a, Corpora curari possunt animorum nulla medicina est. I. P. 82 a, cum diceres te violétis quibusdam medicaminibus solere curari. Attic. 4 b, Quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret. de Senect. 91 a, Adolescentes grauius ægrotant & tristius curantur.

☞ Syntaxis. *Curare hoc dicit Cicer. & Cæsa. Non habeo quod curem. Omnibus rebus cura, & prouide. Curare alicui libros (comparandos.) Curare insidias & periculum alicui: id est, molliere, ordiri, moliri. Tristius adolescens curantur: id est, difficilius.*

CVRRENS, tis. I. A. 187 a, Quanquã ille non eguit consilio cuiusquam, sed tamen, vt dicitur, currentem excitaui. Quint. frat. 298 b, Hęc nó eo, dixi, vt oratio mea dormientem excitare, sed potius ut currenté incitare videatur. Attic. 96 a, Quintius filius currentem animum patris sui sorori tuæ reconciliauit. Quint. frat. 15 b, Quare facis tu quidem fraterné, quòd me hortaris, sed mehercule currentem núc quidem, vt omnia mea studia in hunc conferam. Attic. 72 a, Sępe tu me currentem hortatus es. & 219 a, b, Quod me hortaris, &c. currentem • tu quidem, sed, &c. Epi. 262 b, currentem, vt aiunt, incitare * Episto. 19 b, In hanc sententiam scriberem plura, nisi te tua sponte satis incitatum esse considerem.]

☞ Syntaxis. *Currentem excitare, incitare, hortari.*

CVRRICVLVM, li. *spatium quo curritur, stadium, currus, cursus.* de Amici. 104 a, Deflexit enim iam aliquantulum de spacio curriculoque, mos maiorum. pro Muræ. 135 a, cum te de curriculo petitionis deflexisses, animumque ad accusandum transtulisses. de Vn. 202 a. Qui rectè & honestè curriculum, viuendi a natura datum confecerit. pro Rab. 91 b, Qui ex constituto spacio defensionis in semihoræ curriculũ coegisti. pro Mur. 137 b, Quasi desolatorius in quadrigarum curriculũ incurrere.

incurrere. pro Rabir. 95 b, Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscripsit, immensum gloriæ. pro Ar. 191 a, In hoc tam exiguo tamq; breui vitæ curriculo. I.A. 210 b, Omne curriculum industriæ in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis elaboratum est. pro Rab. 131 a, Nec fas esse ducebam versari me in vestro veteri curriculo, &c. de Senect. 32 b, Athletæ in curriculo se exercent. de Sene. 84 b, Hæ sunt exercitationes ingenij, hæc curricula mentis. de Clar. 180 a, Qui tantum absit à primo, vix vt in eodem curriculo esse videatur. Orato. 198 a, Ciceronem oratorem ex Academiæ spacijs extitisse: illa enim sont curricula multiplicium variorumque sermonū. de Clar. 196 b, Tuum enim forum, tuum erat, illud curriculum, &c. & 166 b, Vereor ecquodnam curriculum aliquando sit habitura tua singularis industria. de Leg. 174 a, Quod sine curriculo & certatione corporum fiat. I.V. 145 a, Sine minimū quidem de meo curriculo, quod mihi semper propositū fuit, decessero. Acad. 47 a, Breuia curricula vitæ. de Leg. 177 a, Curricula equorum. in Ara. Sol. consistens in Cancero conuertit curriculū. de Ar. 248 b, Tui sacerdotij sunt tecum, curricula, &c. ad Heren. 24 b, Sic isti clam in artis curriculum descenderunt, aiunt, &c.

☞ Syntaxis. *De spacio, curriculoq; deflectere, & se deflectere. Curriculum conficere. Cogere in hoc curriculum. In curriculo versari. Curricula mentis. De curriculo suo decedere. In artis curriculum descendere.*

CVRRO, ris. *cursum conficio, cursum in eo, cursum curro.* contra Rull. 74 b, Cur non eosdem cursus hoc tempore quos antea cucurrerunt? Offi. 60 a, Qui stadium currit, eniti debet vt vincat. Atti. 157 b, Curio cucurrit Puteolos. * Tusculan. 188 b, Quæ est flamma, per quam non cucurrerint illi, qui hæc olim singulis colligebant. Attic. 136 a, Domitij filius transijt Formias, currens ad matrem Neapolim. & ibidē. Cum ad me currens ad Cæsarem Curtius venit.]

CVRRVS, rus. *vehiculum.* de D. 138 a, Quidam visus est in somnis curru quadrigarum vehi. Postquam. 210 b, Equis insignibus & curru aurato in patriam reportari. Tul. 173 a, Cum sacerdotem ad sacrificium curru vehi fas esset. At. 210 b, Nec est melius quicquam, quam vt Lucullus sustineat currum, vt bonus sæpe agitator. pro S.R. 35 a, Suis manibus in curru Automedontem collocat. pro Cel. 44 b, Claudia, quæ patrem triumphantem de curru detrahi passa non est.

☞ Syntaxis. *Quadrigarum currus. Currum sustinere.*

CVRSANS, tis. de Diu. 83 a,

Fuscaque nonnunquam cursans per littora cornix.

CVRSIM, *cursu.*)(*Sensim* I.V. 168 b, Ille sensim dicebat, quod causæ prodesset: tu cursim dicis aliena. Att. 150 b, Quid autem Plancius tā cursim? in Ant. 231 a, Alter in Asiam irrupit cursim. Attic. 142 a, Quæ ego serò & cursim arripui, & subsiciuis operis, vt aiunt. de Or. 132 a, Tantum licet furtim, si quando & cursim. Tusc. q. 230 b, Cum amplissima dignitate, vt ad eas cursim perrectura. ad He. 41 b, Cū Gracchus deos inciperet precari, cursim illi impetum faciunt.

☞ Syntaxis. *Cursim dicere, irrumpere, facere impetum.*

* CVRSITO, as. Epi. 113 a, Nunc quotidie non esse te, ad quem cursitem, discrucior.]

CVRSO, as *frequenter curro.* pro S.R. 28 a, Postea homines cursare vltrò & citro non destiterunt. de Sen. 80 b, Cum alij malos scandant, alij per foros cursent. Att. 143 a, b, Ne cursem huc & illuc via deterrima.

CVRSOR, oris. de Di. 132 a, Cursor ad Olympia proficisci cogitans, visus est in somnis curru quadrigarum vehi. Tusc. 187 a, Cursores in stadio exclamant. ad Her. 24 b, Ladas & Boius cursores.

CVRSVS, sus. *curriculum, lapsus, iter nauigatio.* pro Muræ. 132 a, Cum contento cursu hostium classis Italiam peteret. Pro Pomp. 10 b, Quis vnquam tam breui tempore, tantos cursus conficere potuit? de Ora. 97 a, Qui ingrediuntur ad studium, quique iam sunt in cursu. Epist. 46 b, Sed etiam perspicis, qui cursus rerum, qui exitus futurus sit. ad Herenn. 23 a, Solis exortus, cursus occasus nemo miratur, quia quotidie fiunt. Attic. 42 a, Ille incertus altum cursum petiuit. Att. 75 b, Ille tibi non ignotus cursus animi & industriæ meæ. I.A. 216 a, Quē enim cursum industria tenere potuisset, sine forensibus causis, sine iudicijs? Attic. 2 a, Vides, in quo cursu sumus. de Natura. 76 b, Dionysius cum secundissimo vēto cursum teneret, ridens. Videtisne, inquit, &c. Attic. 120 b, Infero mari nobis in certo cursu nauigandum est. Offic. 62 a, Naues in cursu frumentū onustas vidi. de Natur. 64 a, Stellæ cursus certos & constantes habent. Officio 24 a, Implicari aliquo certo genere cursuque viuendi. de Nat. 39 b, Partus maturescit nouem Lunæ cursibus. de Legibus. 160 b, Perpetui cursus cōuersionesque cœlestes. de Somn. 128 a, Orbis extimus, in quo infixi sunt illi qui voluuntur stellarum cursus sempiterni. & ibidem b, Hunc vt comites consequuntur, alter Veneris, alter Mercurij cursus. de Nat. 35 b, Stellæ nunquam cursus sui vestigium inflectunt. de Somn 129 a, Illi autem octo cursus, &c. de Diuinat. 101 a, Si lacus emissus lapsu & cursu suo ad mare profluxisset. pro Sest. 13 b, Vita breuis est, cursus gloriæ sempiternus. de Clar 195 b, Hortensius tamen hunc cursum confecit. de Orato. 98 a, Tantus cursus verborum fuit, & sic euolauit oratio, vt, &c. de Orato. 164 a, Cursus vocis per omnes sonos. Orat. 216 b, Interdum cursus est in oratione concitatior, interdum moderata ingressio. de Orato. 130 b, Defessus iam labore & itinere disputationis meæ. de Natur. 20 a, Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio, &c. I.V. 254 a, Tenere eundem cursum. Topico. 221 a, Reuocare aliquem e cursu. contra Rull. 74 b, Qui per rectum cursum regnum tenere non potuerunt. ad Herenn 24 b, Si quis ad Olympiacum venerit cursum.

☞ Syntaxis. *Esse in cursu. Rerum cursus & exitus. Petere cursum. Solis cursus, animi, industriæ, gloriæ, nauis. Genus atque cursus viuendi. Cursus, & conuersio cœlestis.*

CVRTVS, a, um. *decurtatus, mutilus.* Orato. 213 a, Meæ, aures perfecto completoque verborum ambitu gaudēt, & curta sentiunt, nec amāt redundantia. 213 b, Nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicās, &c. de Fin. 114 b, Eorum enim omnium multa prætermittentium, dum eligant aliquid quod sequantur, quasi curta sententia: at verò illa perfecta atque plena, eorum qui, &c.

CVRVATVS, a, um de Na. 14 b, Corpuscula curuata, & quasi adunca.

CVRVLIS, le. I.C. 118 a, Non denique hæc sedes honoris, sella curulis, vnquam vacua mortis periculo fuit. *id est, sedes consulis.* de Ar. 250 a, Curulis ædilitas. Epi. 192 b, Curulis sella.

CVSTODIA, diæ. *carcer, præsidium, vigilia, excubiæ, conseruatio.* de Nat. 58 a, Canum tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio. de Cla. 196 a, Teneamus eam domi septam liberali custodia, tueamurque, vt adultam virginem caste, &c. pro Mareg. 139 b, Cum in eiusdem anni custodia te atque L. Marenam fortuna posuisset. I.P. 98 b, Exercitus præsidium Pop. Rom. custodia prouinciæ. pro Muræ. 143 a, Deijci de vrbis præsidio, & de custodia ciuitatis deturbari. pro Syll. 175 a, Cum illæ tabulæ priuata custodia continerentur. I.A. 236 a, Id signum cœlo delapsum Vestræ custodiis continetur. de Somn. 128 a, Retinendus est animus in custodia corporis. I.A. 212 b, Idcirco in hac custodia tanquam in specula collocati sumus. I.A. 213 b, Cuius ego excubias & custodias mei capitis cognoui in consulatu meo. Pro Pōp. 6 b, Publicanorum familiæ, quas in portubus & custodiis habent. pro Rabi. 95 a, Ignauiam suam tenebrarum & parietum custodiis tegere. I.C. 98 b, Illam coloniam meis præsidiis, custodiis, vigiliisque muniui. pro Plan. 259 a, Non extimesco, ne Cn. Plancio custodia meæ salutis apud vos obsit. pro Mar. 136 a, Nos tibi & excubias & custodias pollicemur. I.A. 244 a, Hæc mea sedes est, hæc vigilia, hæc custodia, hoc præsidium statiuum. de Leg. 175 b, Vt aduigiletur ad custodiam ignis. pro Mil. 112 b, Milo vitam suam nunquam in periculum sine præsidio, & sine custodia prouehebat. I. Ant. 185 a, & I.V. 249 b, Dare aliquem in custodiam, *id est, in carcerem.* I.V. 265 a, Includere aliquem in custodias. At. 277 a, Eripere aliquem ex custodia. I.C. 113 b, censuerunt, vt P. Lentulus in custodiam traderentur. Quin. Fra. 302 b, Is hominem comprehendit, & in custodiam Ephesi tradidit. pro R.P. 126 a, Is in custodia fuit regia, & vita eius oblata pœnæ est. de Di. 91 b, Socrates cum esset in custodia publica, &c. I.C. 101 a, Tu te ipsum in custodiam dedisti. Tus. 174 a, Emittique nos e custodia, & leuari vinculis arbitremur. & 63 b, Socrates cum posset educi e custodia noluit.

☞ Syntaxis. *Custodia fida, liberalis. De custodia deturbari. Custodia detinere. Ad custodiam aduigilare. in custodiam, in custodias dare, includere, tradere. Educere è custodia.*

CVSTODIENDVS, a, um. Att. 243 b, Orationem tibi misi: eius custodiendæ & proferendæ arbitrium tuum sit.

CVSTODIO, dis. *asseruo, tueor, se ipsum custodia teneo, in vigilia alicuius rei maneo. priuata custodia contineo, incolumem seruo, obseruo, præsideo, speculor, conseruo.* I.C. 98 b, Multorum te oculi & aures speculabuntur atque custodient. pro Mil. 114 b, Delecta iuuentus, quæ tuam corpus domumque custodit. I.A. 229 b, Vt Brutus prouinciam tueatur, defendat, custodiat, incolumemq; seruet. Or. 95 b, Posse perspicere animo, & custodire memoria. de Or. 109 a. Custodire literis, quæ a summis viris dicta sint. I.A. 243 b, Hic me non solum amicorum fidelitas, sed etiam vniuersæ ciuitatis oculi custodiunt.

CVSTODIOR, iris. Atti 277 a, Aliquem custodiri vt parricidam. Q. de Pet. 213 b, Fac, vt se alis te custodiri atq; obseruari sciant. Epi. 82 b, Liber tuus & legitur a me diligenter, & custoditur diligentissime.

CVSTODITVS, a, um. in Att. 169 b, Postea custoditus sum a te, tu a me obseruatus. *hic pro Custoditus, alij legunt Cultus.*

☞ Syntaxis. *Aures & oculi speculantur, & custodiunt. Custoditur ab illo liber.*

CVSTOS, dis. *vtriusque sexus, præses, antistes, conseruator, vindex.* I.V 222 a, Clamor a vigilibus fanique custodibus tollitur. cont. Rul. 69 a, Tribunus plebis præses custosque libertatis. cont. Rull. 71 a, Custos, & vindex cupiditatum. I.C. 110 a, Nullus est portæ custos, nullus insidiator viæ. I.A. 169 a, Quoties te pater eius domo sua eiecit? quoties custodes posuit, ne limen intrares? item qui multorum custodem se profiteatur, cum sapientes sui primum capitis aiunt custodē esse oportere. pro Dom 242 a, custos ac præses templi. pro Sest. 15 a, custos & conseruator vrbis. pro Flac. 155 b, Hermippus custos T. Aufidio prætore in frumento publico est positus. Postquam. 208 a, Tu me comitiis prærogatiuæ primum custodem præfeceras. contra Rul 70 b, Qui in tribus quas voluit, vocauit nullo custode sortitus. pro Ses. 26 b, Senatus Reipu. custos, præses, propugnator. I.A. 188 b, O præclarum custodem ouium (vt aiunt) lupum. de Fin. 110 a, Sapientia custos & procuratrix hominis Offi. 37 a, Malus custos diuturnitatis, metus. * I.V. 62 b, custodem inquit Tullio me apponit. & ibidem Etenim fides mea custodem repudiat diligentia speculatorem reformidat.]

☞ Syntaxis. *Præses ac custos. Custos & vindex. Vigil & custos. Custodes ponere. Custos & conseruator. Custos, præses, propugnator. Sapientia custos atque procuratrix.*

CVTIS, tis. *pellis corium.* Epi. 154 b, Sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest vulneris. quod prius nocere potest, quam sciri curarique possit.

CYBEA, bææ. *nauium oneraria.* In V. 293 b, & a, 7, Nam verò cybæam maximam triremis instar pulcherrimam atq; ornatissimam palam ædificatam sumptu publico, &c.

CYBELE, les *magna mater, Idæa mater.* de At.249 a, Hanc matrem magnam accepimus, agros & nemora cum quodam strepitu fremituq; peragrare. de Senec.86 a. Sacra Idæa Magnę matris. de Legib. 174 a, Mater Idęa de Ar.248 b, Mater dea *aliter Idaa, sicenim nobis corrigendus locus videtur.*

ΚΥΚΛΟΣ. L. CIRCVLVS.

CYBINA, æ. *oppidum. aliter*, I.V.206 a, Epist.213.

CYBABIABAR, I.V.206 a,

CYBIBATICVS, ca cum. I.V. 210 b.

CYBISTRA, orum. *oppidum ad montem Taurum in Cappadocia.* Epis. 24 b, Att.77 b.

CYCLOPS, pis. *monstri genus.* I.V.265 b, Cyclops Aetnam solam & eam partem Siciliæ tenuisse dicitur.

CYDNVS, ni. *Cilicia flumen* I.A. 165 b.

CYGNEVS, a, um. *cygni peculiaris.* Cygnea vox & oratio de Ora.143 a.

CYGNVS, ni. *auis candidissima, quæ & olor.* Tuscu. 163 b, Cygni non sine causa Apollini dicati sunt, sed quòd ab eo diuinationem habere videantur: quia prouidentes quid in morte boni sit, cum cantu & voluptate moriuntur.

CYLINDRVS, dri. *omne quod volubile est, qualis est columna latidea, teres, quæ terra densatur & æquatur.* de Natu.6 b, At mihi vel cylindri, vel quadrati, vel coni, vel pyramidis forma videtur esse formosior. & 35 a, de Fat. 149 a, Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis: volubilitatem autem non dedit. & ibidem. Cylindrum volui, & turbinem versari putant. & 148 b, Chrysippus reuertitur ad cylindrum & turbinem suum: quæ moueri incipere, nisi pulsa, non possunt. Tusc.241 a, In summo sepulchro Archimedis, sphęra erat posita cum cylindro.

CYLLENIVS, a, um. Io Arat.

Cedit clara fides Cyllenia. — — *idest, lyra Mercurij.*

CYLO, vel CYLLO, onis. *cynædus, impudica patiens turpiter canens.* In Syll. 275 a, Quicquid impudicorum, cylonum, &c. fuit in vrbe, &c.

CYLONIVS, a, um. *Cylonis Atheniensis, de quo Thucydides.* lib. 1. de Legib. 175 a, Nam illud vitiosum Athenis, q. Cylonio scelere expiato, Epimenide Crete suadente, fecerunt Contumeliæ fanū & Impudentiæ.

CYMBA, æ. *parua nauis, scapha.* Offi.63 b, Cymbarum ante oculos multitudo.

CYMBALVM, li. I.P.83 b, Neque collegæ tui cymbala & crotala fugi. & ibid.84, Domum cantu & cymbalis personare.

CYMEVS, *fundus Roma.* pro Flac. 156 a.

CYNICVS, a, um. de Ora.148 b, Ab Antisthene Cynici primùm, deinde Stoici. Off. 30 a, Cynicorum verò ratio tota eiicienda.

CYNNA, næ. *quater consul Romanus.* Tuscu. 238 b, & 139 a, Cynna collegæ sui consulis C. Octauij præcidi caput iussit.

CYNOCEPHALVS, li. *simiarum de genere, sed maior & ferocior.* Atti.89 a, Erat præterea cynocephalus in essedo, nec deerant onagri.

CYNOSVRA, ræ. *minor vrsa. altera ἄρκτος dua enim ἄρκτοι sunt.* de Na. 46 b, Ex his altera apud Græcos Cynosura vocatur. altera Helice. & Acad.17 a. L. HELICE.

CYNOSVRÆ, *oppidum & promontorium in Arcadia.* de Nat. 71 a, Cynosuris humatus Aesculapius.

CYPRIVS, a, um. pro Dom.224 a, Rex Cyprius. & de Diuin.91 b, Eudemus Cyprius.

CYPRVS, *insula* Att.81, Epi.190 a, & 247, pro Flac. 152 a.

CYRENE, arum. *vrbs* pro Pla.161 b, Desiderarunt te, inquit, oculi mei, cum tu esses Cyrenis.

CYRENAICVS, a, um. Offic. 57 b, Ab Aristippo Cyrenaici atque Anniceriij Philosophi nominati. de Orat.148 b, Ab Aristippo, quem illæ magis voluptuariæ disputationes delectarãt, Cyrenaica philosophia manauit.

CYRENENSIS. cont Rul.76 a, Agros Cyrenenses.

CYRENAEI. Acad. 192.

CYRRHESTICA, cæ. *Syria pars proxima Cilicia.* Att. 77 b.

ΚΥΡΙΑΣ *δόξας*. L. SENTENTIA.

CYRVS, ri. Q.F.294 a, Cyrus ille à Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperij. de Clar. 174 b, At Cyri vitam & disciplinam legunt, &c.

CYZICVS, ci. *vrbs Asia.* I.V.26 b, & alibi.

CYZICENI, orum. I.V.231 a, & pro Pom.7 b, Vrbem Cyzicenorum.

D

D *Latinorum literula muta: in numeris valet quingenta.* Att.4 b, H-S. DCXX.

DACTYLICVS, a, um. Or.215 b, Dactylicus numerus.

DACTYLVS, li. *pes in versu.* Orato 218 a, Dactylus, qui est e longa & duabus breuibus. de Orato. 160 a, Pedes heroi tres: dactylus, spondæus, anapæstus.

DÆMON, nis. *lar.* de Vn. 301 b, Dij quos Græci *δαίμονας* appellant nostri (vt opinor) lares, si modo hoc recte conuersum videri potest.

DÆMONIVM, *genius, sapiens.* de Di. 105 b, Hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus, quodque ab ipso in libris Socraticorum sæpe dicitur, esse diuinum quiddã quod Dęmonium appellat cui semper ipse paruerit, nunquam impellenti, sæpe reuocanti.

DALMATA, tæ. Episto.67 a, Dalmatis dij male faciant, qui tibi molesti sunt.

DALMATIA, tiæ. *regio in Illyria.* Epist.66 b, ter, Vatinij.

DALMATICVS, a, um. Epi.66 a, Cæsar de meis rebus gestis Dalmaticis adhuc non refert. Vatinij.

DAMNATIO, onis. *condemnatio.* At.102 b, Omnes damnati, omnes ignominia affecti, omnes damnatione ignominiaq; digni. I.P.98 a, Reorum acerbissimæ damnationes.)(*Libidinosissima liberationes.* pro Cl. 28 b, Quid est ista damnatione iudicatum nisi, &c. I. V. 129 a, Hanc damnationem duci non oportet. ad Her. 5 b, Ne parua quidem dubitatio potest remorari damnationem.

DAMNATORIVS, a, um. *vt damnatorium iudicium.* In Ver. 159 a.

DAMNATVS, a, um. pro R.P.153 b, Causa iudicata atque damnata. In V.257 b, Næuius iniuriarum damnatus est. Tuscu.158 b, Sed plurimi contra nituntur, animosq; quasi capite dãnatos morte mulctant. & 169 b, Capite damnati. Atti.289 b, Si Lepidus positis armis de vi damnatus esset pro Fla.155 a, Nicomedes, qui & furti, & pro socio damnatus est. pro Cl.19 a, Causa, quæ ipsa opinione hominum tacita prope conuicta & damnata sit. de Cl.193 b, Iam Qu. Varius sua lege damnatus excesserat. & de Orato. 105 a, Ergo ille quoque damnatus est, non solum primis sententiis, quibus, &c. sed etiã illis, quas, &c. pro Sex.Rosc.37 b, Damnatus per arbitrium, & rem restituit, & honestatem omnem amittit. I V.73 b, Qui ambo peculatus damnati sunt. & ibidem. Qui maiestate damnatus est I A.157 a, Lex quæ iubet ei qui de vi, itemque ei qui maiestatis damnatus sit, aqua & igni interdici.

DAMNO, as. *condemno, improbo, conuinco.*)(*Absoluo.* pro Dom.214 b, Eos ego potissimùm damnare debui. Att.109 b. Damnare aliquem sceleris. Par.244 a, Dãnare aliquem stultitiæ. ad Her.31 b, At eum vos irati capite damnastis. ad Heren.29 a, Maiores nostri, si quam vnius peccati mulierem damnabant, simplici iudicio multorum maleficiorum putabant.

DAMNOR, ris. In Ver.223 b, Vt is eo crimine damnaretur. pro S.R.37 a, Turpi iudicio damnari. I.V. 237 b, Damnari nomine coniurationis. pro Cl.41 b, Damnari de repetundis. de Cla. 180 b, Damnari ambitus. * Tusc.169 Hæc ob eam capite damnaret.]

☞ Syntaxis. *Causa iudicata, atque damnata. Iniuriarum damnatus, capite, de vi. Causa conuicta & damnata. Damnare aliquem stultitia, de vi, nomine coniurationis.*

DAMNVM, ni. *iactura, detrimentum, incommodum malum frans.* Offic.7 a, Nec contra officium est, maius damnum anteponi minori, vt si, &c. de Clar.175 b, Damnum Gracchi immaturo interitu res Romanæ Latinęque literæ fecerunt. Epi. 161 b, Magnum damnum factum est in Seruio. Episto 110 b, Quod declamationibus nostris cares, damni nihil facis. Att.12 b, Nihil est damni factum noui. de Fin.146 a, Si mercatura aliquid damni contraxerit Epist.10 b, In meis damnis ex authoritate Senatus resarciendis. contra Rull.64 b, Non quæro flagitium huius iacturæ atque damni. Offic. 56 b, Qui coniunctionem ciuium diriniunt, eos leges morte, exilio, vinculis, damno coercẽt. I.A.155 a, Quis vnquam tanto damno senatorem coegit? de Legib.166 a, Damna & detrimenta Attic.213 b, Ἐπιτίδευμα magnum nullum fieri potest, ἐπιτίδευμα vel non magnum molestum futurum est. Top.222 a, Damni infecti promittere. pro Q. Rosc.50 a, Iudicium damni iniuria constitutum. pro Qu.R.54 a, Cum lis contestata cum Flauio damni iniuria esset.

☞ Syntaxis. *Damnum facere: id est, pati. In illo magnum fit malum. Damnum contrahere. Iactura, & damnum. Damnum ac detrimentum.*

DANA, orum. *Graci.* de In.33 b, de Fin.68 a.

DANDVS, a, um. DATVS, & c L. Do.

DARDANI, *populi fere in sinu Illyrico, à Troianis oriundi.* pro Sest. 22 b.

DARDANVS, ni *philosophus Stoicus.* Aca. 13 a.

DARIVS, rei de Finib.146 b, Polycrates de Oronte Darei prætore in crucem actus est.

DATIO, onis cont. Rul.78 a, Cuius iudicium legumque datio tollitur. *alias, latio, à fero.*

DATVM, & Acceptum de Amic. 107 a, Hoc quidem est nimis exiguè & exiliter ad calculos reuocare amicitiam vt par sit ratio acceptorum & datorum. & ibidem. Nec obserua, strictene plus reddat, quam acceperit.

DE *propositio vim habet significandi A, Ex quo: nimirum ipsam materiam,* Episto. 109 a, Duos parietes eadem fidelia dealbare, prouerbium. Atti. 262 a, Atticus pecuniam numerauit de suo.

¶ *Cum potestate partis, copia, quantitatis.* cont. Rull. 70 b, Comitia de minore parte populi facta. contra Rull.88 a, Non adimitur cuiquam gleba de Syllanis agris. de Diui.136 a, Misit coniectori, quantum visum est, de argento: tum ille, Nihilne de vitello? Parad.117 a, Cęteri multa de suis rebus secum asportabant. I.V.131 b, Nihil ex sacro, nihil de publico attigi. de Orat.89 b, Quicquid erit quacunque ex arte, quocunque de genere. pro S.R.22 a, b, Cui de tãto patrimonio nihil relictum est.

¶ *Cum vi subiecta materia tractata.* pro Qu.5 b, De re pecuniaria iudicium esse. & ibidem. a, De capite suo priore loco causam dicere. de Orato.207 b, Explicare mentem suam de quaque re. de Orato. 200 b, De rebus bellicis canere bellicum. de Cl.166 b, Sit sane, vt iubet, de illo. I.V.175 a, Recita de epistola reliqua de Orat. 193 a, Philosophus, qui de sua vt ac sapientia vnus omnia pene profitetur. pro Q. R.46 b, De quo nomine ad arbitrum adisti, de eo ad iudicem venisti. Att.208 a, Illa quæ habes de Academicis, frustra descripta sunt. de Or. 162 a, His de rebus sol me ille admonuit, vt breuior essem. Attic.139 b, Itaque neque de ocio nostro spero iam, neque, &c. de Cla.174 b, Sunt orationes eius ieiunæ, multa præclara de iure. pro

Sest. 19 b, Quæ etiam collegæ eius moderatio de me. pro Corn. 64 a, Quis dubitaret de iure pacis & belli omnibus iuris peritissimis imperatores nostros anteferre? de Orat. 88 b, Nihil te de ratione vitæ didicisse, nihil quæsisse, nihil scire conuincam. de Diuina. 92 a, Somnium de Simonide, qui, &c. & 109 b, Vt Græcis philosophia literis non egeant. Epist. 178 a, Consiliis tuis, quæ scribis de agris assignandis ab vtriusq; vestrum, vehementer assentior. Attico. 191 a, Non potuit honorificentius à me fieri de nepote. pro Milon. 120 b, Fama de interitu Clodij. & ibidem Lætitia de interitu Clodij. Atti. 101 a, Episto. in qua est periculis reipub. I. V. 169 a, Recita decretum de tributis. Quinct. Fra. 317 a, O iucunda mihi tuas de Britannia literas. contra Rull. 27 a, Vt in omnibus meis factis atque consiliis vestrum de me factum consiliumque laudetur. de Inuent. 80 b, Deinde, vtra lex de genere omni, vtra de parte quadam, vtra communiter in plures, vtram aliquam certam rem scripta videatur. de Orato. 115 b, Præcepta de re militari cuipiam dare. & 116 a, Cuiusmodi artificium de ipso iure ciuili Crassus componi posse dixit. de Orat. 129 b, Oratio Crassi de Colonia Narbonensi, & altera de lege Seruilia. de Diu. 108 b, Primus liber est de contemnenda morte, secundus de tolerando dolore, &c. Att. 189 b, Liber de mouendo mœrore. de Cla. 167 b, Philosophia de natura. Offic. 68 b, Ipse autem in ore semper Græcos versus de Phœnissis habebat. I. C. 109 a, Postremum genus est de delectu Catilinæ.

¶ *Est & significatio vocum Inter, Ex.* de Clar. 176 a, Is accusator de plebe fuit. de Diuin. 108 a, Astrologi de circo. I. A. 173 a, Exultabat gaudio persona de mimo modo egens, repente diues. Eximi de reis. I. Eximo. Attic. 78 a, Mitte ad nos de tuis aliquem tabellarium. Atti. 12 a, Dus, qui nunc petunt, Cæsar certus putatur. Epist. 178 a, Cum quidam de collegis nostris agrariam curationem ligurirent, disturbaui rem. Atti. 117 b, Ei statim rescripsi, hominemque certum misi de comitibus meis. de Oratore. 101 a, Nemo de iis qui peritissimi sunt, huic anteponendus est. & 115 a, Magnum quoddam opus est, atque haud sciam, an de humanis operibus longe maximum. pro Milo. 114 a, Vnus de illis de Cla. 171 b, Oratio Lælij de collegis nō melior, quam de multis, quam voles. Scipionis. & 175 b, Ego istum de superioribus pene solum lego. de Ora. 201 b, De firmissimis alia prima ponet, alia extrema & ibidem. Id secundum erat de tribus. de Legibus. 178 a, Deinceps in lege est, vt de ritibus patrijs colantur optimi. Quin. Fra. 291 b, Legatos habes, de quibus dignitate præstat Tubero. de Op. 243 b, Is habeatur sane orator, sed de minoribus. pro S. Rosc. 35 a, De tribus & decem fundis, iste tres possidet. I. A. 212 b, De tribus enim quæ proposui, hoc extremū est. pro Lig. 159 b, Quam multi essent de victoribus, qui, &c. cum etiam de victis reperiantur, quam multi, qui. &c. de Inu. 56 b, Quodlibet exemplum de iis quæ proposita sunt. Offic. 22 a, De Græcis autem facetus Socrates, *id est, ex Græcis.* de Legibus. 160 b, Ex tot generibus nullum est animal præter hominem quod habeat notitiam aliquam Dei: de ipsisque hominibus nulla gens est, quæ non habendum sciat esse Deum. item, Ac primum de tribus illis quæ ante dixi, beneuolentiæ præcepta videamus. pro Domo. 235 a. Nemo fuit, &c. qui rem vllam de meis bonis attigerit. pro Flac. 147 b, Si quis vnquam de nostris hominibus fuit, &c.

¶ *Cum vi temporis.* Q. F. 315 b, De multa nocte vigilare.

DEIICIO, cis. *deturbo, demolior, depello, disturbo, exturbo, præcipito, dimoueo, eijcio, deiectionem facio.* pro S. R. 35 a, Habeo etiam dicere quem contra morem maiorum minorem annis XL. de ponte in Tyberim deiecerit. Or. 208 b, Nos sæpe aduersarios nostros de statu oi deiecimus. I.V. 70 b, Pollicitus est quantū vellent pecuniæ, si me ædilitate deiecissent. in Verr. 269 a, Hac se commemoratione ciuitatis omnia verbera depulsorum, cruciatumque à corpore deiecturum arbitrabatur. in Ant. 215 b, Antonii præsidium Claterna deiecit Hircius pro Dom. 218 a, Cum senatū a gubernaculis deiecisses, populum è naui extrusisses. in Ant. 153 a, Nec vero vsquam discedebam, nec à republica deiiciebam oculos. I.V. 156 b, Si primo illud propugnaculū quo contra omnes meos impetus vsurū se putat, ex defensione eius deiecero. pro Cec. 292 a, Eieci ego te, non deieci. pro Cecin. 289 a, Prætor interdixit, vt vnde deiecisset, restitueret. & 209 b, Non deieci, sed obstiti. in Verr. 262 a, Si metum hunc Siciliæ deiecero. Tusc. 27 a, Videsne, quantum de doloris terrore deieceris? Pro Qu. 4 b, Libellos S. Alphenus deiecit.

DEIICIOR, ris. *deturbor.* cont. Rull. 82 a, Deijci, vel dimoueri ex possessione. in Verr. 71 a, Vt cuius pecuniæ me de fide deducere nō potuissent, ne eiusdem pecuniis de honore deijceret. ad Her. 4 b, Is obuolutus & obligatus corio deiiciatur in profluentem. pro Mu. 143 a, Deijci [de vrbis præsidio], & de custodia ciuitatis deturbari. p Cec. 294 a, Dimoueri enim & depelli de loco necesse est eum, qui deijcietur. pro Qu. 14 b, De saltu deiicitur Quintius. Off. 16 b, Tumultuantē de gradu deijci. * Epi. 114 a, Promulgatio de Dictatore M. Cœlium Vicinianū subitò deiecit, & deiectū magno clamore insecuta est.]

Syntaxis. *Magistratu deijci. De omni statu deijcere aliquem. Deijcere à se cruciatum: id est, pellere, fugare. Deijcere oculos à suis: id est, remouere.*

DEIN, *deinde.* de N. 47 b, Dein quæ sequuntur. & de Cl. 278 b, Dein flaccescebat oratio. & pro Mil. 109, & Or. 211 a, Dein pro deinde.

DEINCEPS, *deinde, postea, posthac, rursus.* de Or. 87 a, Cotta qui tribunatum petebat, & Sulpitius qui deinceps eum magistratum petiturus putabatur. de Fi. 94 a, Primum est officium vt se conseruet in naturæ statu, deinceps vt ea teneat, quæ secundum naturam sint. de Or. 160 a, Breues deinceps tres, extrema producta, pæanem faciunt. Ep 29 b, Sed tamen tres fratres, quos deinceps Tribunos plebis per triennium vide fore, te nolo habere inimicos. de Or. 182 b, Tum reliquos vt instituit, deinceps persequar. de N 44 b, Annales Ennij, vt deinceps legi possint, effici posse. Top. 228 b, Loci autē qui, &c. deinceps est videndū. At. 279 b, Velim deinceps meliora sint. de Cl. 187 b, Res quas Cæsar anno post & deinceps reliquis annis administrauisset in Gallia. de Le. 178 a, Deinceps in lege est, vt de tribubus colantur optimi. de Or. 88 a, Sed deinceps oīa plena consiliorum videmus. Tus. 229 b, A quibus ducti deinceps omnes sapiētes habebātur. Off. 92 a, b, & 28 b, De iustitia satis dictum est: deinceps, vt erat propositum, de liberalitate dicatur. Off. 32 b, Prima, &c. secunda, &c. tertia, &c. deinceps gradatim reliqua reliquis debeant. de D. 131 b, ἀκροστιχίς, cum deinceps ex primis versus literis aliquid connectitur. de D. 94 a, Qui primus, qui secundus, q deinceps moriturus. Som. 130 b, Deinceps accipere ab alijs & tradere alijs. Tus. 209 b, Vt deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam, &c. Postq. 201 b, Opera mea remp. incolumem magistratib. deinceps traditam. de Le. 179 b, Sacra deinceps familijs pdātur & sint perpetua. ad Her. 3 b, Cauendum est etiam, ne id quod semel supra diximus, deinceps dicamus: *id est, iterum.* de Cl. 165 b, Posteaque deinceps, &c. & 194 a, Deinceps inde multa, &c.

DEINDE, *dein, exinde, exin, dehinc posthac, deinceps, secundo loco.* de D. 125 a, Totius augurii primum naturam ipsam videre, deinde inuentionem, deinde constātiam Epi. 35 b, Primum Appio Claudio, deinde imperatori, deinde more maiorū, deinde quod caput est, amico. de N. 48 b, Deinde Delphinus, exinde Orion. Qu. Fr. 327 a, Quas ad te deinde literas mittemus. * De industria. I.V. 72 b, Qui quasi de industria in odium populi irruere videatur]. de Inu. 61 a, Per quem locum consulte, & de industria factum esse demonstretur.]

DEINTEGRO, *denuò.* Att. 213 a, Illud vero vel optime quod ita multa mutari volunt, vt mihi deintegro scribendi causa non sit. Epi. 201 a, Qui in morbum deintegro inciderunt. I. A. 196 a, & Att. 221 b, Eas leges de integro ferri placet.

DEIVNCTVS a, um. de Vniu. 197 a, Ita necessitas cogit, vt eadem sint ea quæ deiuncta fuerunt.

DELABOR, ris. *labor, deuenio, deflecto* de Or. 195 b, Ex vtraque parte tecti aqua delabitur, & in Ara. Off. 16 a, De manibus audacissimorum ciuium delapsa arma ipsa ceciderunt. Q. F. 212 a, E cœlo diuinū hominem esse in prouinciam delapsum pro Mar. 134 b, Omnia quæ delapsa iam fluxerunt, seueris legibus uinciēda sunt. de Or. 93 a, Insperāti mihi cecidit, vt in istum sermonem delaberer. Am. 110 b, Iam enim à sapientum familiaritatibus, ad vulgares amicitias oratio nostra delabitur. pro Cæl. 40 a, A maledictis pudicitiæ ad cōmrationis inuidiā oratio est nostra delapsa. At. 104 a, Delabi in morbum. Part. 230 b, A maioribus ad minora delabi. de Or. 131 b, Delabi in aliquod vitium. Off. 46 b, Habenda est ratio rei familiaris quam delabi sinere flagitiosum est. de D. 92 b, Cum tu prouectus subito, atq; delapsus in flumen, nusquam apparuisses. Acad. 15 b, Delabitur interdum, vt dicat opinaturum, &c de Fat. 148 a, Dum autem verbis vtitur suis, delabitur in eas difficultates, vt necessitatem fati confirmet inuitus. Ep. 88 a, Nam ipse quotidie mihi delabi ad æquitatem, & ad rerum naturam videtur. Q. F. 293 a, Sed nescio quo pacto ad præcipiendi rationem delapsa est oratio mea, cum id mihi propositū initio non fuisset. in Ant. 236 a, Signum cœlo delapsum.

Syntaxis. *Delabi ex, & è loco, & loco. De manu delabi. Delabi in sermonem, ad nugas. Delabitur familiaris res. Delabi ad æquitatem, in optimam partem.*

DELATIO, onis. *accusatio.* I V. 62 b, Cuicunque vos delationem dedissetis. Epi. 115 b, Inter postulationem & nominis delationem vxor discessit. I.V. 65 a, & pro Clu. 22 b, Delatio nominis.

DELECTAMENTVM, ti. *oblectamentum* I. P. 92 b, Inania sunt ista, mihi crede, delectamenta penè puerorum.

DELECTATIO, *oblectatio, fructus, iucunditas, fructus iucunditas.*)(*fastidium.* de Sen. 86 b, Delectationes conuiuiorum nō corporis voluptatibus magis quàm cœtu amicorum sermonibusque metiebar. Tusc. 213 a, Delectatio est voluptas, suauitate sensus animum deliniens. Postq. 207, In omni parte corporis aliquam delectationem gaudiūque versari. de D. 131 b, Fabulæ delectationis habent multum. Epi. 95 a, Quæ popularem admirationem habuerūt, delectationem tibi nullam attulissent. de Or. 101 a, Mira quædam in cognoscēdo suauitas & delectatio. pro Pomp. 11 b, Non illum amœnitas ad delectationē reuocauit. pro Mur. 133 b, Ab delectatione omni negocijs impedior & ibi. Et in ipsa occupatione delectationes alias multas habere possumus. Off. 21 b, Hominis mens videndi & audiendi delectatione ducitur. de Or. 106 b, & 200 b, Res rusticas vel fructus causa, vel delectationis inuisere. Epi. 141 b, Magna delectatione, & voluptate te priuasti. de Or. 157 a, Post autem delectatio, iucunditasque celebrauit. de Leg. 172 a, Studii delectationisq; causa scribere leges, non resp. vt Plato, &c. Ep. 89 b, Doctrina & literæ, quæ secundis rebus delectationem modo habere videbantur, nunc vero etiam salutem. ad He. 29 b, Hoc habet magnam delectationem. * Epist. 95 a, Ne tu haud paulo plus delectationis habuisti. Epi. 68 a, Habet enim præteriti tēporis secura recordatio delectationem. Tus. 237 b, An delectationis & otij consumendi causa locuti sumus.]

Syntaxis. *Delectatio est voluptas (hoc obserua, genus ad delectationem esse voluptatem.) In omni corporis parte aliqua delectatio & gaudium, (agnoscas hic gaudium significare voluptatem.) Suauitas & delectatio & voluptas. Id non habet delectationem. Quæ tibi hæc est delectatio?*

DELECTO, as. *oblecto, ago, duco, capio, delectationem habeo, afficio.* de Orat. 151 b, Quod non solū delectet, sed etiam sine satietate delectet. Of. 30 a, Pulchritudo corporis mouet oculos & delectat, & Qu F. 311 b, Literæ tuæ incredibiliter me delectauerūt. At. 116 b, Philotimi literæ me admodum delectauerunt. Att. 26 a, Itaque libris me delecto, quorum habeo Antii festiuam copiam. Epis. 8 b, Quia me status hic reip. nō delectat. At. 25 a, Interea quidē cū Musis nos delectabimus. Ep. 138 a, Tu te istic Athéniano iure delectas, ego me hic Hirciano. de Am. 98 b, Itaque non tam ista me sapientiæ fama delectat, &c. At. 254 a, Incredibile est q̄ me Quintius id omni genere delectarit. At. 2 a, Hermathena tuo valde me delectat. Qu. Fr. 314 b, Me magis de Dionysio delectat: ipse est enim veterator magnus. * Tuscu. 240 b, Sic se res habet, Te tua, Me delectant mea.]

DELECTOR, aris. *oblector, ducor, capior, teneor, delectatione videndi ducor, ex aliqua re fructum capio, voluptate afficior, moueor, in studio faciendo aliquid, pascor, perfruor, gaudeo, lætor.* Q. F. 323 b, Puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videtur. in Piso. 89 a, Hisce ego rebus pascor, his delector, his pfruor, q Senatus, &c. pro Arch. 191 a, Nūc quidem certe cogitatione quadā speq; delector. At. 211 b, Multi opinione æquitatis delectantur. Ep. 200 b, Nullo prorsus plus hoīe delector. Epist. 33 b, Magis meo facto delector, q̄ tuo. de Or. 200 a, Ennio delector, ait quispiā, qui, &c. Q. F. 322 a, Cognosce nunc hominis audaciam. in rep. perdita delectare. de Le. 172 b, In hoc admodū delector, q, &c. At. 273 b, In quo valde delector, me ante prouidisse, &c. *id est, in Dolabella.* de Amic. 108 b, Ne criminibus inferendis delectetur amicus. I. V. 61 b, Vt me ab eo delectari facilius quàm decipi putem posse. Or. 216 a, Vt ab altero non delectere, alterum oderis. de Cl. 281 a, b, Delectatur audiens multitudo, & oratione ducitur, & quasi voluptate quadam perfunditur.

Syntaxis. *Id me delectat. Hoc me delecto. In hoc delector, & hoc. Cum studijs me delecto. Ille in omni genere me delectat. Hac re pascor, delector, perfruor.*

DELECTVS, a, um. contra Rul. 75 a, Cum delecta finitorum iuuentute, &c. p Dom. 218 a, Vir sæpe ad extrema reipubl. discrimina delectus. Antequam. 195 a, Nunc vel solus delectus ad calamitatem, vel primus vocatus ad tale periculum. Quin. Fr. 291 b, Quæstorem habes non tuo iudicio delectum.

DELECTVS, ctus. *discrimen, ratio, electio.* Officio. 102, Tertiū est propositum, vt in beneficētia delectus esset dignitatis. Officio. 11 b, Acceptorum

ptorum autem beneficiorum sunt delectus habẽdi: nec dubiũ, quin maximo cuique plurimum debeatur. I.V. 133 b, Iste omnia Iura pretia exæquauit, omnium rerum delectum atque discrimen pecunia sustulit. contra Rull. 77 b, Cæteri agri sine vllo delectu decemuiris addicentur. pro Cuen. 95 a, Qui imperatoribus nostris in bello delectum virtutis eripi vellet. de Fin. 121 b, Officia tollũtur delectu omni & discrimine remoto. I.A. 197 a, Delectus autem & notatio iudicum etiam in nostris ciuibus haberi solet. de Om. 156 b, Verborum propriorum delectus est quidam habendus. de Clar. 188 a, Verborũ delectum originem esse eloquentiæ. ex Cæsare. de Fin. 146 a, Mihi quidem etiam laudatius videretur, quo deligetur, & ad quod delectus adhibetur. Orato. 201 b, Quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur. Offic. 5 a, Si rerum aliquem delectum reliquissent pro Cl. 44 a, Quod idem facere cẽsores in delectu dignitatis, & in iudicio ciuium, & in animaduersione vitiorum, qui conuenit? de Finib. 55 b, Itaque harum rerum hic tenetur à sapiente delectus, vt reijciendis voluptatibus maiores alias consequatur. pro Pl. 86 b, Populus non delectu aliquo aut sapiẽtia iudicat, sed impetu nonnũquam & quadam temeritate. Offic. 30 a, Habere delectum ciuis & pegrini, in ipsoq; peregrino priuatimne an publice venerit. de Pro. 70 a, Exercitus ille noster superbissimo delectu & durissima conquisitione collectus, omnis interiit. At. 115 a, Nullus vsquam delectus. nam conquisitores φαινοπροσωπεῖν non audent, nec nomina dant. I.
• A. 200 b, Delectum haberi sublatis vacationibus. * Ep. 189 b, Delectum remigum magna contumacia ciuitatum, tamen satis celeriter habuimus.]

Syntaxis. *Delectum habere beneficiorum. Delectum & discrimen. Adhibere delectum. Tenere delectum. Delectus superbissimus, & durissima conquisitio copiarum.*

DELEGANDVS, a, um. At. 189 a, Balbi regia conditio est delegandi.

DELEGATIO, onis. *mandatum, prouincia.* Att. 286 b, Delegatio in mancipe annua die.

DELEGATVS, a, um. At. 27 b, Quoniam putas prætermittendum à nobis esse hoc tempore cratera illum delegatum.

DELEGO, as. *mando, mitto.* de Or. 120 a, Hæc ipsa, quæ nunc ad me delegare vis, ea semper in te præstantia fuerunt. Ep. 111 b, Tamen in hoc te deprecor, ne me arrogantiæ condemnes, q hunc laborem alteri delegaui. At. 230 a, Quincum delegabo, si quid æri meo alieno superabit. pro Dom. 216 b, Delegaui amico locupletiori, &c.

DELENDVS, a, um. pro Pom. 5 a, Delenda est vobis illa macula, Mithridatico bello superiore suscepta. I. A. 153 a, Omnẽ memoriã discordiarum obliuione sempiterna delendam cẽsui. Postq. 200 b, Quę deliberatio non in redelenda, sed in augenda mercede consumpta est.

DELEO, es. *tollo, extinguo, adimo, abstergeo.* Episto. 104 a, Non n. te puto meas Epistolas delere, vt reponas tuas. pro Deiota. 150 b, Hæc nulla vnquam vetustas obruet, nulla delebit obliuio. de Am. 97 b, Qui nõ modo præsentia, verum etiam futura bella delerit. Q.F. 387 a, Deleuit mihi omnem molestiam recentior epistula de Aru. 244 b, Extinguere & funditus delere aliquid. in Verr. 59 a, Extinguere atq; delere improbitatem. cõt. Rul. 73 b, Delere aliquod ædificium. de Leg. 283 a, Delere sepulchrũ. de N. 81 b, Cotta sic disputat, vt Stoicorũ magis argumenta confutet, quam hominum deleat religionem. Tusculan. 174 a, Sin autem perimit ac delet omnino, quid melius? Att. 21 a, Ius & fas omne delere. pro Sest. 15 b, Qui omnes leges vna rogatione deleuit. Off. 331 a, Tu cruore & flamma omnia delere vis. de Ar. 251 a, Vrbs hęc, quam delere voluisti. & Postq. 205 a, in Cat. 283 a, Scipio Numantiam deleuit. pro S.R. 40 a, Iupiter vrbes deleuit, fruges perdidit. Toscul. 167 b, Si patria deleatùr, non deleat? Postq. 204 b, Qui cum per se rempublicam lacerare non posset, sub alieno scelere deleuit. Att. 240 a, Iam scripseram, delere noluit. Episto. 234 a, Delere Epistolam lachrymis.

DELEOR, ris. ad Her. 28 a, Imagines sicut literæ delentur. At. 259 a, Nisi Pompeius vincit nomen populi Romani deleatur necesse est. pro S.R. 46 a, Hæc delentur statim, illæ seruantur sanctè.

DELETVS, a, um. Off. 52 b, Extincto senatu, deletisque iudiciis, quid est, &c. de N. 9 b, Homines morte deleti. Tusc. 167 b, Toto animante deleto, & facto interitu vniuerso. pro Pom. 7 b, Magnas hostium copias multis prœliis esse deletas. Off. 36 a, Multi deleti sunt, homines hominum impetu. pro Mur. 142 a, Quorum alteri vno aduentu nostri exercitus deleti sunt. pro Fl. 159 a, Nominis prope Romani memoriam cum vestigio imperij non modò ex ædibus Græcorum, verumetiam ex literis esse deletam. in Verr. 105 b, Tectorium vetus ex columna deletum esse, & nouum inductum.)(*Inducere.*

Syntaxis. *Delentur literę, imagines, macula, molestia, exercitus, nomen, memoria.*

DELENIO, nis. *delinio, mitigo.* Episto. 184 a, Alter nouis commentariis Cæsaris delenitus est. *alias, delinitus.*

DELETRIX, cis. *quæ delet, perniciesde* Arusp. 255 b, Illa penè deletrix, huius imperii sica.

DELIACVS, a, um. *ex Delo.* pro S.R. 40 b, Deliaca vasa. *id est, præstantissima.* & Aca. 212 a, Gallinarius Deliacus. L. DELOS.

DELIBANS, tis. ad Her. 41 b, Ille nullas voce delibãs insitam virtutem condidit tacitus.

DELIBATVS, a, um. de Cla. 169 b, Flos delibatus populi. *aliàs illibatus.* L. LIBATVS, & ILLIBATVS. de Inuent. 84 a, Quod sit de honestate delibatum, virtute aliquando recuperare. de Senec. 83 a, Ea vniuersa mente diuina, delibatos animos habemus.

DELIBERATIO, onis. *consultatio, consilium, ἐνθύμημα magnum.* At. 102 a, coram cõsiderabimus, quale sit: habet enim res deliberationem, etsi ex magna parte tibi assentior. in Ant. 153 a, Deliberationes, quas habebat de republica. At. 258 a, Suscipe nunc meam deliberationem, qua solicitor: ita multa veniunt in mentem in vtranque partem. de Orat. 139 b, Inciditur enim omnis iam deliberatio, si intelligitur nõ posse fieri. pro Pomp. 9 a, Vtinam virorum fortium tantam copiam haberetis, vt hæc vobis deliberatio difficilis esset, quemnam potissimum tantis rebus præficeretis? de Fat. 140 a, Maxime nos quidẽ exquirentes ea consilia, quæ ad pacem pertinerent, omnisque fere nostra in his deliberationibus consumebatur oratio. Offic. 61 a, De viri boni deliberatione & consulatione quærimus. 54 b, Panætius non videtur debuisse huiusmodi deliberationem introducere. & 5 b, Triplex est consilij capiendi deliberationum, &c. & ibidem. Id quod in deliberationem cadit. de Orat. 162 a, Communicatio, quæ est quasi cũ ijs ipsis apud quos dicas, deliberatio. & 118 a, Causa ea deliberatione constans vt belli. de Or. 86 b, Forenses disceptationes iudiciorum aut deliberationum. de Inuen. 44 b, Demonstratio & deliberatio, genera sunt causarum.

Syntaxis. *Id non habet deliberationem: id est, postulat. Habere deliberationes de. Deliberatio includitur: id est, admittitur. Deliberatio & consultatio. Deliberatio consilij capiendi. Cadit hoc in deliberationem.*

DELIBERANDI, do, dum. Att. 119 b, Coram tecum mihi potestas deliberandi non est. Postq. 200 b, Is noctem sibi ad deliberandum postulauit: quæ deliberatio, &c. pro Q.R. 58 b, Tibi diu deliberandum & concoquendum est, vtrum, &c. Off. 3 a, Cum enim vtilitas ad se rapere honestas contra reuocare ad se videtur, fit, vt distrahatur in deliberando animus, afferatque ancipitem curam cogitandi. Off. 8 b, In deliberando sæpe animi in contrarias partes distrahuntur.

DELIBERANS, tis. Att 251 a, & Off. 11 a, Quamobrem vt de maxima re deliberanti, ita mihi des consilium velim.

DELIBERATIVVS, a, um. *ex deliberatione constans.* de Inu. 61 b, Causa deliberatiua. & 43 b, Deliberatiuum genus est, quod positum in disceptatione & consultatione ciuili, habet in se sententiæ dictionem.

DELIBERATOR, oris. *qui de re aliqua deliberat.* pro Sest. 19 b.

DELIBERATVS, a, um. Epist. 61 a, Nec illi quicquam deliberatius fuit, quàm me, &c. euertere. contra Rull. 65 a, Mihi deliberatum & constitutum est, ita gerere consulatum. I.V. 168 a, b, Sic habuisti statutum cum amico ac deliberatum, omnes qui habitarent in Sicilia iudices reiicere? pro S.R. 23 b, Certum est deliberatumque dicere, &c. pro Qu. R. 25 a, Si iam tibi deliberatum est, quibus abroges fidem iurisiu-
• randi, responde. * Acad. 39 b, Tum ille, rem a me sæpe deliberatam, & multum agitatam requiris.]

DELIBERO, as. *consulto, consulo, consilior, deliberationem habeo, consilium exquiro, consilium capio, considero, video, concoquo, inquiro.* de Finib. 88 b, Qui voluptatem summum bonum esse decernit, nõ cum ex parte animi in qua inest ratio & consilium, sed cum cupiditate, id est, cum leuissima parte deliberat. ad Her. 26 b, Vt si senatus deliberet, captiuos redimat, an nõ. I.V. 76 b, Iste certe statuerat, & deliberauerat nõ adesse. At. 56 b, De geographia etiam atq; etiam deliberauimus. At. 271 b, Si te cum olim coram potius quàm per literas de salute nostra fortunisque deliberauissem. Orat. 209 b, Vt sępe cum his qui audiunt, nonnunquam etiam cum aduersario deliberet.

Syntaxis. *Hoc nihil mihi deliberatius, quàm constitutum ac deliberatum habere. Statuere & deliberare, Etiam atque etiam deliberare. Certum est, deliberatumque dicere. (Hic nota vim capiendi consilium, & à consilio statuendi.)*

DELIBO, as. *decerpo, quasi libando minuo, degusto.* pro Sest. 252, Vt omnes vndique flosculos carpam atque delibem. Epi. 156 a, Putabam posse me nec dè laude ieiuni hominis delibare quicquam.

DELIBOR, ris. de In. 76 b; Et tertius, si existant, qui, &c. nonne de sua gloria delibari putant?

Syntaxis. *Flosculos carpere, ac delibare. De laude aliquid delibare: id est, agere, vel minuere aut detrahere.*

DELIBVTVS, a, um. *vnctus, oblitus.* de Clar 184 a, Cn. Octauius, qui deuinctus erat fasciis, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. pro S.R. 41 a, Composito & delibuto capillo, passim per forum volitare. Tuscu. 171 b, Per terram sanie delibutam fœdè diuexarier. ad Her. 23 a, Vt si cruentam rem aut cœno oblitam, aut rubrica delibutam inducamus.

Syntaxis. *Capillus delibutus vnguentis, medicamentis. Terra sanguine delibuta.*

DELICATE. de Or. 148 b, Recubare alicui molliter & delicatè. Off. 28 b, Delicatè ac molliter viuere.

DELICATVS, a, um. *mollis.* Att. 18 b, Odia illa libidinosæ & delicatæ iuuentutis. de Nat. 21 b, Epicurus quasi pueri delicati nihil cessatione melius existimat. de N. 23 a, Delicatæ & obscenæ voluptates. p Mur. 228 b, Asia ista refe rta, & eadem delicata. de Clar. 181 a, Adolescens delicatus. I.C. 109 a, Puer lepidus ac delicatus. pro Mil. 106 b, Mulibri & delicato ancillarum puerorumque comitatu. Off. 29 a, In re suuera conuiuio dignum aut delicatum aliquem inferre sermonem. L.
P. 94 b, Is omnia eius adulteria delicatissimis versibus expressit. Att. 30 a, Delicatum conuiuium. Parad. 117 b, Delicatæ regum pateræ.
• *aliàs, Felicata, & rectius.* L. FELICATVS. * Tusc. 180 b, Vita vmbratilis & delicata.

Syntaxis. *Libidinosus ac delicatus. Voluptas delicata, & obscœna, Comitatus, regio delicata. Sermo conuiuio dignus ac delicatus, In bonam partem. Versus, & conuiuium delicatum.*

DELICIÆ, arum. *delectamentum, suauitas, voluptas, amores, mel.* in Ver. 200 b, Quæ ciuitas tibi in amore atque in deliciis fuit. Attic. 86 b, Publicanos habeo in delicijs. contra Rull. 73 b, Via Herculanea

vendibilis

vendibilis multarum deliciarum. pro Mur. 127 a, Multarum deliciarum comes est extrema saltatio pro Dom. 225 b, Alter se Catilinæ delicias fuisse dicebat. In Vat. 3 a b, Illi quibus erat in deliciis, vix risum tenebant. Att. 255 b, Pyliæ salutem dices & Atticæ, delicijs & amoribus meis. de Ora. 200 b, Longissimè ipsi à talibus delicijs, vel potius inepiijs abfuerunt. de Diu. 96 a, Simia, quam Rex Molossorum in delicijs habebant. & 97 a, Quid amores & deliciæ tuæ Roscius? In An. 207 b, Sed redeo ad amores deliciasq; nostras, L. In Antonium. & 25 a a, Quos Antonius deliciarum causa loris in conuiuio cædi iubebat. pro R. P. 126 b, Deliciarum & voluptatis causa quosdam cum mitella sæpe videmus. Par. 117 b, Cogitatio supellectilis ad delicias epularum, ad voluptates. Epist. 116 b, Scito C. Sempronium, mel ac delicias tuas, calumniam maximo plausu tulisse. Ora. 150 a, Pueriles deliciæ.

☞ Syntaxis. *Id mihi amore ac deliciis est. In deliciis habere filia mei amores, ac delicia. (& de vno dicitur hoc.) Id agit, deliciarum causa, id est, animi gratia. Is mel ac delicia tuæ.*

DELICIOLAE, larum. Att. 5.

DELICTVM, cti. *peccatum, error.* pro Mar. 123 a, Dij pœnas à Popu. Ro. ob aliquod delictum expetiuerunt. pro Cæc. 286 a, Quo delictum maius, eo pœna est tardior. Offic. 29 b, Quæ autem parua videntur esse delicta, ab iis est diligentius declinandum. pro Cæc. 209 b, & pro R. P. 124 b, Iniuriarum delictum esse. Epist. 73 b, Homines sapientes delicto suo, non aliorum iniuria commoueri.

DELIGENDVS, a, um. pro Mur. 129 a, Dicendi facultas sæpe valuit in consule diligendo cont. Rul. 70 b, Si vobis ex omni populo diligendi potestas esset.

DELIGO, gis. *lego, eligo, delectum habeo, delectum adhibeo* de Inu. 62 b, Ille autem quinque delegit, quarum nomina multi memoriæ tradiderunt. pro Mil. 105 b, Itaque delegit e florentissimis ordinibus ipsa lumina. Offi. 42 b, Eorum fore similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. de Leg. 168 a, Bona deligere, & reiicere contraria. pro Plan. 172 a, Pop. Ro. delegit magistratus, in quibus, &c. cont. Rul. 60 b, Quem vnum ex cunctis delegissetis.

DELIGATOR, ris. *ligator, vinctor.* I. V. 220 b, In ea, hominē diuaricari, & deligari, *id est, in ea statua.*

DELINIO, nis. *placo, allicio, mitigo, demulceo.* Off. 22 b, Milites blando appellando sermone delinire. I. V. 183 b, Delinire aliquem precio. pro Mur. 142 a, Fouere hominum sensus, delinire animos, & adhibere voluptates. * Offi. 44 b, Effusiones, quæ fiunt ad deliniendam multitudinem.]

DELINIOR, ris. pro Clu. 20 b, Ea animum adolescentis pellexit iis omnibus rebus, quibus illa ætas capi & deliniri potest.

DELINITIO, onis. *mitigatio.* Off. 45 a, Delinitio multitudinis, &c.

DELINITOR, oris. *blandus, leniuſq; moderator.* de Cla. 187 a, Iudex cuius delinitor esse debet orator.

DELINITVS, a, um. *mitigatus.* de Ora. 88 a, Genus hominum, disertorum oratione delinitum. pro Clu. 23 a, Mulier non nuptialibus donis, sed filiorum funeribus delinita est. Epi. 253 a, Iam biennium est, cum virtuti nuncium remisisti, delinitus illecebris voluptatibus. de Fin. 55 b, Delinitus blanditiis voluptatum.

☞ Syntaxis. *Delinire sermone, precio. Capere ac delinire ætatem. Delinitus illecebris voluptatis.*

DELINQVO, quis. *pecco, committo.* de Na. 78 a, Lex, vt condemnetur filius, si pater deliquisset. pro Clu. 44 a, Ne miles in bello propter hostium metum delinqueret. Tuscul. 177 b, Philosophus artem vitæ professus deliquit in vita. de Inu. 66 a, & cont. Rul. 86 b, Delinquere in aliqua re.

DELIQVESCO, scis. *dissoluor, liquesio, diffluo.* Tusc. 217 a, Nec alacritate futili gestiens deliquescat.

DELIRANS, tis. de Na. 10 a, Exposui ferè non philosophorum iudicia, sed delirantium somnia.

DELIRATIO, onis *stultitia, error, insania.* de Diu. 127 a, O delirationem incredibilem. & de Sen. 84 b, Sic ista senilis stultitia, quæ deliratio appellari solet.

DELIRO, as. *desipio.* Of. 19 b, Falli errare, labi decipi tam dedecet, quàm delirare, quàm mente captum esse. de Diu. 87 b, In extis totam Hetruriam delirare. de Nat. 20 a, Desipere, delirare, dementem esse. & 39 b, Omnes ne tibi delirare visi sunt?

☞ Syntaxis. *In aliqua re delirare. Desipere, delirare, dementem esse.*

DELIRVS, a, um. *stultus, insanus, mente captus.* de Ora. 115 b, Tum Annibal respondisse fertur, multos se deliros senes sæpe vidisse, sed qui magis, quàm Phormio, deliraret, vidisse neminem. de Diu. 137 b, An tu censes vllam anum tam deliram fuisse, vt hæc crederet? Tus. 158 b, Quæ est anus tam delira, quæ ista timeat.

DELITAE, literæ *deletæ* ad Caluum, autore Prisciano: Tuli molestè, quod literæ delitæ mihi ante redditæ sunt.

DELITESCENS, tis. de Na. 56 b, Stella tum delitescens, tum rursum se aperiens.

DELITESCO, scis, *lateo.* de Na. 51 a, Bestiæ in cubilibus delitescunt. pro Cœl. 50 b, Vt eò mitteret amicos, qui delitescerent, deinde repentè prosilirēt. & 51 a, Serui in balneis delituerunt. pro Cæc. 296 b, Æquitatis iudicium cum erit, caue in ista tam frigida calumnia delitescas. Acad. 5 a, Sic Arcesilans, qui constitutam Philosophiam euerteret, & in eorum autoritate delitesceret, qui negassent quicquam sciri posse.

☞ Syntaxis. *In autoritate delitescere.*

DELIVM, lij. *locus.* de Diu. 106.

DELIVS, a, um. I. V. 35 b, de Na. 77, Delius Apollo.

DELOS, li. pro Pompe. 14 b, Insula Delos tam procul à nobis in mari Ægæo posita. I. V. 216 a, & 85 b, Apollinem Deli violatum esse. Att. 144 a, Non solùm Romæ, sed etiam Deli tuum digamma videram. L. DIGAMMA.

DELPHI, orum. *vrbs.* de Na. 71 a, Apollinem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse. pro Fon. 280 a, Delphos vsque ad Apollinem Pythium. de Diuinat. 132 b, Cur isto modo iam oracula Delphis non eduntur?

DELPHICVS, a, um. I. V. 230 b, Mensæ Delphicæ & de Diu. 133 a, Oracula Delphica.

DELPHINVS, ni. *piscis marinus, omnium animalium velocissimus.* de Diui. 138 b, Gubernatores cum exultantes loligines viderint & Delphinos, tempestatem significari putant. de Nat. 16 b, An tu Delphinum vllam anteferre censes figuram suæ?

DELTOTON, *cœleste sidus.* In Ara. —— *Deltoton dicere Graij,*
Quod soleat simile quia forma litera claret. ∇.

DELVBRVM, bri. *templum.* In Ver. 69 a, Verres delubra sanctissimis religionibus consecrata depeculatus est. pro Arch. 189 b, Smyrnæi delubrum Homeri in oppido dedicauerunt. I. V. 55 b, Simulachra sanctissima deorum ex delubris religiosissimis sublata. de Na. 77 a, Mensas argenteas de omnibus delubris iussit auferri. & 68 b, Aras delubraque in Græcia videmus. pro Do. 240 a, Cùm nouum delubrum in vrbis clarissimo inchoaret. pro Arch. 191 a, Delubrum Musarum colere. de Leg. 173 b, Constructa à patribus delubra habento. de Natu. Deorum 79 a, Pugnare pro templis atque delubris deorum. L. TEMPLVM.

☞ Syntaxis. *Templa & delubra Deorum.*

DELVDO, dis. *ludo, illudo, eludo, derideo.* pro S. R. 22 b, Deinde aliquanto lenius, nihil agere atque deludere cœperunt.

DELVDOR, ris. cont. Rul. 81 b, Contemnere maiestatem Pop. Rom. deludi vosmetipsos diutius ab isto patiemini?

DELVMBO, as. *debilito, eneruo.* Or. 220 a, Nec minutos numeros sequens concidat, delumbetq; sententias.

DEMENS, tis, tior, ssimus. *de mente ac sanitate deturbatus, remota mente, insanus, amens.*)(*Sanus.* Offic. 17 a, In tranquillo tempestatem aduersam optare, dementis est. I. P. Tragico illo Oreste aut Athemante dementior. I. C. 313 a, Tum ille scelere demens, &c. de Aruſ. 257 b, Inconsideratissima & dementissima temeritas. de Diuinat. 132 a, Quæ perturbatione animi, sanus cum esset, timebat, ne euenirent, ea demens euentura esse dicebat. de Natura 20 a, Desipere, delirare, dementem esse.

☞ Syntaxis. *Scelere demens. Inconsiderata ac demens temeritas.*

DEMENSVS, a, um. *dimensus ad mensuram.* Orat. 200 a, Vt verba verbis quasi demensa & paria respondeant.

DEMENTER, *stulte.* In Cat. 116 a, Res tanta, tam dementer credita.

DEMENTIA, tiæ. *amentia, stultitia.* I. C. 123 a, Qui ex numero ciuium dementia aliqua deprauati hostes patriæ semel esse cœperunt.
* Tuscula. 192 a, Dementia est animi affectio, lumine mentis carens.]

DEMERGO, gis. *immergo, obruo.* de Diu. 83 a,
—— *Cornix. Demersit caput, & fluctum ceruice recepit.*

DEMERSVS, a, um. de Di. 137 a, Equus, in quo vehebar, mecum vnà demersus, rursus apparuit. Offi. 37 b, Quamuis enim demersæ sint leges opibus alicuius, quamuis tremefacta libertas: tamen, &c. de Senec. 91 a, Est enim animus ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram. pro Sest. 14 a, C. Mariū senile corpus paludibus occultauit demersum. pro Sest. 14 a, Patriam demersam extuli.

☞ Syntaxis. *Demersus & fluctibus, & opibus. In terram demersus.*

DEMETATVS, a, um. *descriptus, distinctus.* de Natu. 47 b, Atque ita demetata signa sunt, vt in tantis descriptionibus diuina solertia appareat.

DEMETIOR, iris. *metior, describo, dimetior.* de N. 57 b, Solis cursus demetiti, temporum varietates cognouimus. *aliàs Dimetati.*

DEMETO, tis. *meto.* de Na. 56 b, Tempestiuè demetere, percipereq; fructus. de Sen. 91 b, Demetere & percipere fruges.

DEMIGRANDVM. Para. 119 b, Mortem ne mihi minitaris, vt omnino ab hominibus, an exilium, vt ab improbis demigrandum sit? pro Dom. 233 a, Demigrandum est potius aliquo, quàm habitandum in hac vrbe.

DEMIGRO, as. *aliò ad habitandum eo, discedo.* Atti. 65 a, Multa mihi dat solatia, nec tamen ego de meo statu demigro. In Vat. Strumæ denique ab ore improbo demigrarunt, & aliis iam se locis collocarunt. Tus. 164 a, Vetat enim nos Deus iniussu suo hinc demigrare. In Pis. 99 a, Quos tu demigrare, & aras & focos relinquere coegisti. pro R. P. 96 b, Mētes quæ ex hominum vita ad deorum religionem sanctimoniamq; demigrant. In Cat. 101 a, A quo repudiatus ad sodalem tuum M. Marcellum demigrasti.

DEMIGRATVRVS, a, um. cont. Rull. 74 b, Demigraturi in illa loca nostri homines sunt propter agrorum bonitatem.

☞ Syntaxis. *De statu suo demigrare. In aliquem locum demigrare.*

DEMINVO, is. *diminuo.* Epis. 209 a, Non vt aliquid de illa commendatione deminuam, sed, &c. *aliàs, comminuam.*

DEMIROR, aris. *valde miror.* cont. Rul. 86 a, Hæc te sperasse assequi posse demiror. Epist. 108 a, Me autem propter quem cæteri liberi sunt, tibi liberum non visum demiror. Atti. 237 b, & de Ora. 12 b, Istam auditam à te esse omnino demiror. Attico. 229 b, Quod demiror equidem.

DEMISSE, *humiliter.* pro Dom. 232 a, Verum me non respondere, an demisse respondere decuit? Att. 34 a, Me tueor, vt oppressis omnibus

bus, non demisse, vt tantis rebus gestis, parum fortiter. Attic. 284 b, Suppliciter ac demisse agere gratias alicui. Tusc. 185 b, & 233 a, Demisse & humiliter loqui.

☞ Syntaxis. *Suppliciter ac demisse. Demisse & humiliter.*

DEMISSIO, *animi obiectio, infractio, debilitatio.* Tusc. q. 193 a.

DEMISSVS, a, um *humilis fractus, sordidus.*)(*laetus, alacer.* pro Clu. 29 b, At C. Fabritius subselliis demisso capite discesserat. pro Dom. 229 b, Inuenies eum apud sororem tuam, occultantem se capite demisso. pro Mur. 134 b, Videsne tu illum tristem & demissum? iacet, diffidet, &c. pro Syll. 181 a, P. Sylla mœrens, demissus, afflictus. pro Fon. 280 b, Animus demissus atque humilis. pro Clu. 29 a, Erigebat animum demissum, oppressum Oppianicus. de Ora. 125 a, Demissus, nó acer, non pertinax, non litigiosus, non acerbus. Att. 36 a, Vt ille tum humilis, vt demissus erat. Episto. 13 a, Fracto animo & demisso esse.
• * Tusc. 185 b, Est in animis omnium fere natura molle quiddam, demissum, humile, &c.]

¶ *Defluens.* pro Clu. 40 b, Illa vsque ad talos demissa purpura.

☞ Syntaxis. *Tristis ac demissus. Mœrens, demissus, afflictus. Animus demissus ac humilis.*

DEMITIGOR, aris. *mitigor, lenior.* Attico. 8 a, Nos quotidie demitigamur.

DEMITTO, tis. *inclino, deprimo, summitto, abiicio.* de Or. 133 b, Memmius in forum descendens caput ad fornicem Fabianum demittebat. In
• V. * demittere se ad aurem alicuius. de Fin. 135 a, Si vincunt, efferunt se laetitia; victi debilitantur, animosque demittunt. ad Heren. 26 b, In mediocri fulgure versabimur, si haec, vt ante dixi, aliquantulum demiserimus. de Diui. 95 b, Cum ipse equum demisisset in flumen, summersus equus non extitit. Q. F. 290 a, & de Fi. 135 a, Te rogo, ne contrahas aut demittas animum. ad Heren. 21 a, Sin erit in demonstratione sermo paululum corpus à ceruicibus demittemus.

¶ *Abiicio.* Epi. 147 b, Cum in eū casum me fortuna demisisset, vt, &c.

☞ Syntaxis. *Demittere caput. Se ad aurem alicuius. Se demittit equus in flumen. In eum casum te fortuna demisit.*

DEMIVRGVS, gi. *Turpilij comœdia.* Epist. 140 a, Itaque non modo in comœdiis res ipsa narratur, vt ille in Demiurgo modo, &c.

DEMO, mis, dempsi, ptum. *detraho.* de Fi. 69 b, Cui nihil dempsit ius. I. V. 164 b, Demit de capite medimna D C. & 165 b, Quantum de capite dempsisset. At. 108 a, Demere sollicitudinem alicui. de Pet. 206 a, Qui Canusiorum capita demebant, &c.

DEMOR, tis. Acade. 13 a. Cum aliquid minutatim & gradatim additur, aut demitur. de Natu. 76 b, Dionysius Æsculapij barbam auream demi iussit.

☞ Syntaxis, *Demere alicui de molestia. Minutatim & gradatim demere.*

DEMOCRITICVS. de Ora. 88 b, Tusc. 165.

DEMOCRITIVS, a, um. de Nat. 76 b.

DEMOCRITEVS, a, um. de Diu. 114 b, Verùm sint ista Democritea vera. Tusc. 186. de Nat. 15.

DEMOCRITVS, ti *nomen philosophi.* de Orato. 150 b, de Natu. Deor. 25 a, De risu.

DEMOLIENDVS, a, um. In Verr. 141 b, Quaestores statuas demoliendas locarunt.

DEMOLIOR, iris. *destruo, deiicio, disturbo, euerto.* Q. F. 318 a, Diphilus columnas demolietur. Offi. 28 a, Hanc Scaurus demolitus accessionem adiunxit aedibus. Top. 2 a, Demoliri parietem. Epist. 189 b, Partem muri demolitus est.

DEMOLITIO, onis. *euersio.* I. V. 141 b, & postq. 211 a, Dum ea demolitio fieret, Quaestores non minus triginta adessent.

DEMONSTRATIO, onis. *ratio validior.* de Or. 163 b, Gestus sententiam non demonstratione, sed significatione declarans. I. V. 230 b, Illi cōuersam iam habent demonstrationem suam. de Inuen. 44 b. Demonstratio & deliberatio genera sunt causarum. Aca. 8 a, Argumenti cóclusio, quae est Graecè ἀπόδειξις, ita definitur; Ratio quae ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur, adducit.

¶ *Euidentia. Ἐνάργεια.*

DEMONSTRATIVVS, a, um. *epidicticus.* de Inu. 43 b, Causae tres partes supponimus, iudicialem, deliberatiuam, demonstratiuam. & ibi. Demonstratiuum genus est, quod tribuitur in alicuius certae personae laudem, aut vituperationem. de Orat. 200 a, Id genus, quod Graecè
• ἐπιδεικτικὸν nominatur. * de Orat. 96 b, Genus orationis, quod in laudandis hominibus, vituperandisq; poneretur.]

DEMONSTRATOR, oris. de Ora. 141 a, Simonides dicitur, ex eo q̄ meminisset, quo quisque loco cubuisset, demonstrator vniuscuiusque sepeliendi fuisse.

DEMONSTRO, as. *commonstro, ostendo, significo, declaro, satis signi do, premo foro, apertè fero, non dissimulo, profiteor, digitum ad rem intendo, testificor.* I. V. 230 a, Nam vt ante demonstrabant, quid vbique esse, ita nunc, quid vndique ablatum sit, ostendunt. Att. 2 a, Demonstraui haec Cęcilio, simul & illud ostendi, &c. Epi. 32 a, Mihi Fabius demonstrauit me à te plurimi fieri. Episto. 141 b, Spurina quidem cum ei rem demonstrassem, & vitam suam superiorem exposuissem, magnum periculum summae reip. demonstrabat, nisi, &c. Q. Fra. 291 b, Demonstrare amorem fraternū in aliquem. de Ora. 96 b, Demonstrare rem:
• i. *narrare.* * pro Syl. 179 b, Et si scripsi, me hoc demonstrasse dicis, Syllam, &c.]

DEMOROR, aris. *detineo, remoror.* de Ora. 139 b, Ne diutius vos demoret, exponam, &c. Len. Epist. 193 a, Nonnullis etiam ipsi magistratus veniebant in suspicionem detinuisse nos & demoratos esse, dū classis Dolabellae certior fieret de aduentu nostro.

DEMORTVVS, a, um. *mortuus.* Att. 259 a, Alij enim sunt alias, nostrique familiares fere mortui. I. V. 139 b, Cum esset ex veterum numero quidam senator demortuus. In Ver. 220 a, Sanxerunt, ne quis emeret mancipium, nisi in demortui locum. & ibid. Si quis Romae esset ille mortuus ad Her. 4 a, Altera lex iubet augurem in demortui locum qui petat, nominare.

DEMOSTHENES, nis *orator princeps.* de Cla. 175 a, Lectitasse Platonem studiose, audiuisse etiam Demosthenes dicitur. Ora. 195 a, Ille cui sine dubio summa vis dicendi conceditur. Atheniensis Demosthenes, Ora 198 b, Vt mirarentur Demosthenem maxime, quo in Athenas quidem ipsas magis credo Atticas fuisse. Or. 206 a, Vsque adeo difficiles & morosi sumus, vt nobis non satisfaciat ipse Demosthenes: qui quanquam vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas. & ibid. b, Demosthenis imago ex aere in Tusculano Bru. Tuscul. quaest. lib. 4. Demosthenes dolere aiebat, si quando opificum antelucana victus esset industria. de Di o. lib. 2. Demosthenes Pytiam φιλιππίζειν, dicebat, *id est, cum Philippo sentire.* Tuscu quaest. lib. 5. Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculae, vt mos in Graecia est, insusurrantique alteri, Hic est ille Demosthenes. Ora. Demosthenes non tam dicax, quàm facetus. 1. de Orat. Demosthenes primam suae artis literam dicere nó poterat. Bru. Demosthenes qualis orator. Bru. Demosthenes sententiarum ornamentis, & conformationibus omnibus praestat. Or. Demosthenes mutos Athenienses reficit pecunia sua. 3. de Or. Bru. Orat. Demosthenes omnia actioni tribuit. Ora. Ne Demosthenes quidem Æschini videtur Attice dicere Ora. Demosthenis orationum perfectissima est. pro Ctesiphonte. 3. de Ora. Demosthenis ratio vocis & spiritus exercendi. Br. Ad Demosthenem audiendum concursus ex tota Graecia fieri solitus. & de Fin. 4, Demosthenem aiunt in Phalerico ad fluctum declamare solitū, vt fremitum assuesceret voce vincere. Off. 1. Demosthenem existimo, si illa quae à Platone didicerat, tenuisset, & pronunciare voluisset, ornate splendideque facere potuisse. de Diu. li. 2. Demosthenem scribit Phalereus, cum ῥῶ dicere nequiret, excitatione fecisse, vt plenissime diceret.

DEMOVEO, es. *remoueo, dimoueo.* pro Syll. 178 b, Vt non alteros demouisse, sed vtrosque constituisse videatur.

DEMOTVS, a, um. pro Cęcin. 294 b, Aliquis manu demotus & actus praeceps.

DEMVM, *tandem.* Tusc. 249 a, Exilium & quantum demum a perpetua peregrinatione differt? In Sal. 272 a, Ea demum magna voluptas est Crispe Sallusti, ęqualem ac parem verbis vitam agere.

DENARIVS, rij. *decima fere aurei nummi, seu coronati pars & ponderis pendidem quod drachma. Denarius autem dictus fuit, quòd denis assibus valeret.* I. V. 136 a, Singulis censoribus denari treceni ad statuam praetoris imperati sunt. Off. 70 b, Emere denario, quod sit mille denariorum, *alter, mille denarium.* pro Fon. 278 a, Quaternos denarios in singulas vini amphoras exegisse. pro Q. 3 b, Decidis statuisque tu, quid ijs ad denarium solueretur. Asin. Epist. 165 b, Antonius quingentos denarios singulis militibus dedit. Attic. 26 b, Vide quid narrent, & quae spes sit denarij. & 257 a, Octauius quingentos denarios dat. I. V. 192 b, Sperauerам me ad denarios peruenturum. Ep. 136 b, Quē tu mihi Popilium? quem denarium narras? & 138 a, Ollam denariorum implere.
• * I. V. 202 b, Si quadringentis denariis cupidinem illum putasset.]

☞ Syntaxis. *Soluere ad denarium.*

DENEGATVS, a, um. de Ora. 120 a, Et nihil à natura denegatum est.

DENEGO, as. *nego, inficio, recuso.* Epi. 97 b, Impudenter facio, qui tibi tantum oneris imponam: potest enim mihi denegare occupatio tua. pro Fon. 277 b, & pro Flac. 146 a, Hoc crimen optimis nominibus denegare possumus. I. V. 243 a, Quae iucunda videntur esse, naturae denegarem. I. A. 234 b, Allensero, ambitionem induxero in curiam: negauero, suffragio meo tanquam comitijs homini honorem amicissimo denegauero. Attico. 1 a, Aquilium non putamus, qui denegat, &cęt.

DENICALES, ium. *feriae, cum mortui causa familia purgatur.* de Leg. 185 a, Nec vero tam Denicales, quae à nece appellatae sunt, quia residentur mortui, quàm cęterorum cœlestium, quieti dies feriae nominarentur, nisi maiores eos qui ex hac vita migrassent, in deorum numero esse voluissent.

DENIQVE, *ad extremum, post omnia.* de Ora. 127 b, His omnibus consideratis, tum denique cogito, &c. de Ora. 138 a, Nihil est denique in natura rerum omnium, quod, &c. Postq. 201 b, Primò, &c. tum, &cę. denique ad extremum, &c. pro Pom. 11 b, Non denique, &c. postremò, &c. pro Q. 18 b, Ne sexagesimo denique anno macula notetur.
• de Fi. 126 a, Mathematici, poetae, musici, medici denique, &c. * Epist. 204, Denique in secundo membro.]

DENOMINATIO, *figura.* ad Her. 34. li. 4, Denominatio est quae à propinquis & finitimis rebus trahit orationem, qua possit intelligi res quae non suo vocabulo sit appellata.

DENOMINOR, aris. ad Her. 34 a.

DENOTATVS, a, um. *perspectus, cognitus, comprehensus.* Acad. 15 a, Sapientum, de quo omnis hic sermo est, cum ei res similes occurrant, quas non habeat denotatas, retenturum assensum.

DENOTO, as. *significo, designo.* pro Pomp. 5 a, Qui vna die tota Asia, vno nuncio atque vna literarum significatione, ciues necandos trucidandosque denotauit.

DENS, tis. de Nat. 53 a, Dentibus in ore constructis manditur, extenuatur & molitur cibus: eorum aduersi acuti diuidunt escas, intimi autem

tem conficiunt, qui Gemini vocantur. Tuscu. 283 a, Terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequitur. de Nat. 71 a, Æsculapius primus dentis euulsionem inuenit. Tusc. quæst. 237 b, Dentes candiduli I.P. 79 b. Dentes putridi. de Le. 182 b, Quot auro dentes vincti essent. pro Cor. 67 a. Dentes maledico carpere aliquem.

☞ Syntaxis. *Constricti dentes mandunt, extenuant, moliunt cibum, dentiducit, conficiunt. Carpere dente maledico.*

DENSELETAE, *Populi Macedoniæ.* I.P. 97.

DENSVS, a, um. *creber, crassus, plenior, concretus, pinguis.* de Na. 24 b, Loca syluestribus sepibus densa. Att. 190 a, Sylua densa atque aspera. Att. 98 b, Vbi illæ densæ dexteræ.

DENTATVS, a, um *mordax.* Q.F. 16 a, Charta dentata res agetur.

DENVDATVS, a, um Epi. 192 a, denudatis ad diuenditis ciuibus.

DENVDO, as. *nudo. spolio* de Ora. 105 a, Spoliare atq; denudetur a pectore, ne cicatrices Pop. Rom. aspiciant.

☞ Syntaxis. *Spolio ac denudo. A pectore denudatur.*

DENVNCIATIO, onis. *indicium, significatio, indictio.* pro Flac. 149 a, Vt eos qui domo exire noluerint, testimonij denunciatione terreret. & pro Plan. 272 b. Terreri a [illegible] denunciatione periculi. de Di. 119 b, Quæ est enim illa a diis [illegible] significatio, & quasi denunciatio calamitatum? I. A. 206 [illegible] Faci[illegible] vero huic denunciationi patebit. & ibi. Non est illa legatio, sed denunciatio belli, nisi paruerit. Plan. Epi. 148 a, Quod præmatura denunciatio boni ciuis imparati, quo periculo esset, ex casu collegæ videbam.

☞ Syntaxis. *Significatio, & quasi significatio.*

DENVNCIANDVS, a, um Epi. 198 a, Quos ad senatus nõ ad pacem deprecandam, sed ad bellum denunciandum miserat.

DENVNCIANS, tis. Epist 47 a, Monente & denunciante te.

DENVNCIATVS, a, um. in Ver. 70 b, Siculis denunciatum esse audio, domum ad illum ut venirent. Offi. 8 a, Nullum bellum esse iustum, nisi quod denunciatum ante sit & indictum. Epistu. 195 a, Ego autem nunquam, cum mihi denunciatum esset a tuis ire aliquem, non dedi. de Orato. 156 a, Plus etiam aliquanto attulisti, quam tibi esset tributum a nobis atque denunciatum. pro M[illegible] 11 a, Mortem ab illo denunciatam palam Miloni & prædicatam. Tu[illegible] 14 a, Vt à Deo denunciatum videatur.

DENVNCIO, as. *quasi moneo, palam dico, testor, ostento, significo, pronuncio.* Epi. 179 a, Expectanti mihi tuas quotidie literas Lupus noster subito denunciauit ut ad te scriberem. in Ver. 37 a, Moneo, prædico, ante denuncio. de Di. 94 a, Hect[illegible] moriens propinquam Achilli mortem denunciat. de Or. 93 b, Cum [illegible] ad omnia, de quibus quisq; audire vellet, esse paratum denunciaret. pro Q. 4 b, Sex. Alphenus denũciat se procuratorem esse. pro Cæc. 288 b, At ille denunciat [illegible] fundum illũ suum esse. pro Q. 10 a, An cum Romæ domus eius sit, domũ potius denunciem? pro Cæcin. 303 a, Cur Ebutij de isto potius fundo quàm de alio Cæcinnæ denunciabas? in Anto. 187 b, Denunciare timorem alicui. pro Mil. 101 b, Quamobrem illa arma non periculum nobis, sed præsidium denunciant. in Ant. 108 a, At ille inimicitias mihi denunciauit. in Ant. 189 a, Quid erat aliud nisi denunciare Pop. Rom. seruitutem? Epi. 66 b, Vt quicquid opus esset mihi denunciare. pro S. Rol. 49 a, denunciare iudici, & denunciare in iudicium. pro Mur. 136 a, Catilina Sulpitio vim denunciabat. pro Sell. 11 b, denunciare iudicium alicui. pro S. R. 30 b, denunciare testimonium alicui. pro Clu. 22 b, M. Aurius qui ante denunciarat. in Ant. 296 b, Testificor, denuncio, ante prædico, nihil eum facturum, &c. Att. 35 a, Clodius mihi adhuc denunciat periculum. Att. 38 a, Clodius non mediocres terrores iacit & denunciat.

DENVNCIOR, ris. de Di. 100 b, Quibus portentis magna Pop. Ro. bella denunciabantur.

☞ Syntaxis. *Denunciare alicui, pro significare. Bellum denunciatum ac indictum. Denunciata palam, & prædicata mors. Moneo, prędico, ante denuncio. Denunciare alicui inimicitias.*

DENVO. *de integro.* in Verr. 136 b, Sicilia prætore censa denuo est. & 83 b, Recita denuo. ad Heren. 30 a, Quæ denuo alio orationis membro excipitur.

DENI. denum. *decem.* I. V. act 4, Pueri annorum senum, septemque denum.

DEONERO, as. *exonero, depono.* in Verrem 61 b, Quid cum commiserari, & conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid & in te traijcere cœperit?

DEORSVM.)(. *Sursum.* de Vni. 103 b, I. SVRSVM. de Nat. 15 a, Directo deorsum ferri.

DEPACISCOR, ris. depactus sum. *paciscor, spondeo.* Att. 140 a, In quo nõ extimesco periculum: cum enim tot impendeant, cui non honestissime depacisci velim? pro S. R. 36 b, Cum illo partem suam depacisci. & 37 b, Ipse tria prędia sibi depactus est. I. V. 170 b, Neq; ante dimissus est, quàm ad conditiones eius depactus est. de In. 61 a, Depacisci cum aliquo, vt aliquid fiat.

DEPASCENDVS, a, um. de Or. 137 b, In summa vbertate inest luxuries, quæ stylo depascenda est.

DEPASCOR, ris. *absumor, pascor.* de Ora. 136 a, Qui à pecore eius depasci agros publicos dicebant. de Leg. 167 b, Depasci veterem possessionem Academiæ, ab hoc acuto homine non sinemus.

DEPECVLATOR, oris. *fur, raptor.* I. V. 67 a, Depeculator ærarij, I. P. 200 b, Depeculator, vexator, &c.

DEPECVLOR, aris. *furor, compilo.* I. Ver. 68 a, Verres in prouincijs omnia fana depeculatus est. & 69 a, I. Verr. 218 b, Cur pro illo, qui laudem honoremque familiæ vestræ depeculatus est, pugnas? I. V. 108 a, Eum omni argento spoliatis & depeculatus es. ad Her. 3 a b, Ciuitates, regna domos omnium depeculatus est. * ad Her. 36 a, Aliorum famam depeculans.]

DEPELLO, lis. *pello, repello, expello, declino, propulso.*)(*Appeto, asciscο, assumo* I. C. 114 b, Non facile tantam molem mali a ceruicibus nostris depulissem. de Prou. 70 a, Virgines voluntaria morte nefariam turpitudinem depulerunt. Antequam 194 b, Quem fortuna erexerat ad gloriam, eundem tribuni furor depulit ad calamitatem. pro Sest. 20 b, Nec alia vlla re ab se mortem, nisi mortis opinione depulit. Epist. 26 b, Nisi iam ipsa ratio depulisset omnes molestias. & 107 b, Sed si morbum depulero, facile, vt spero, illa reuocabo. de Arusp. 257 b, Qui patriæ conseruatorem vrbe depulit. pro Lig. 141 a, Depellere aliquem de proposita sententia. pro Sest. 22 a, Qui ab aris, focis, ferrum, flammam depellit. &c. de Cl. 192 b, Longi sermonis initium depulisti. Att. pro Q. a, Tela depellere, & vulneribus mederi. * Tusc. 164 b, Sed me nemo de immortalitate depellet.]

DEPELLOR, ris. de Fat. 144 a, Sequitur enim, vt si alia ab alia nunquã depellatur, ne contingat quidem alia aliam. in Anton. 248 a, De Falerno anseres depellantur. pro Cęcin. 294 a, Dimoueri & depelli de loco.

☞ Syntaxis. *Depellere mortem, turpitudinem: & à se, ab alio. Depellere ad calamitatem. & de sententia. De [illegible] dimoueri, & depelli.*

DEPENDENDVS, a, um. Epi. [illegible] 1 b, Dependendum tibi est, quod mihi pro illo spopondisti.

DEPENDO, dis. *pendo, soluo.* Att. 5 a, Mihi abiurare certius est, quam dependere. pro Sest. 17 a, Omnes reip. pœn. præsenti morte dependerunt. in C[illegible] 120 a, Latorem legis Semproniæ pœnas reip. pependisse.

DEPENDOR, eris. Ep. 186 a, Quod spopõderis, quemadmodum soluas, nisi is dependi faci[illegible] paratur, pro qu[illegible] sponderis. Att. 231 b, Puto, si quid in homine pudoris est, præstaturum eum, ne sero quodammodo dependatur.

☞ Syntaxis. *Quod spopondisti pro alio, id tibi dependendum. Dependere alicui pœnas. Dependitur.*

DEPERDO, dis. *amitto, perdo.* pro Fon. 280 a, Ne quid apud vos de existimatione sua deperderet. pro Cęc. 305 a, De iure ciuitatis nihil potuit dependere. de Prou. [illegible] a, Qui non solum bona, sed etiam honestatem miseri deperdiderunt. Tusc. 236 a, Nam qui timebit, ne quid ex his deperdat, beatus esse non poterit.

☞ Syntaxis. *Deperdere de hon. statu, & honestatem.*

DEPEREO, ris. *pereo.* Top. 222 a. Si seruus, cuius vsusfructus legatus est, deperisset. Att. a[illegible] b, Enitere vt scheda ne qua depereat.

DEPICTVS, a, um. Ora. 200 b, Minuta quædam, nimiũq; depicta.

DEPINGO, gis. *pingo, describo.* Academ. 13 a. Vt ea declarant, quæ cogitatione depingimus. de Natu. deor. 9 b. Mens nostra quiduis cogitatione potest depingere. pro S. R. 30 b, Quẽadmodum vitam huiusce depinxeris.

☞ Syntaxis. *Depingere mente, item cogitatione. Minuta, nimiũq; depicta oratio.*

DEPLORANDVS, a, um. & gerund. DEPLORANDVM. in Cat. 119 a, Vt nemo ad deplorandum quidem reip. nomen, atq; ad lamentandum tanti imperij calamitatem relinquatur. pro Sest. 5 b, Necessario mihi de ijsdem rebus esse arbitror, si non subtilius disputandum, at certe dolentius deplorandum.

DEPLORO, as. *lamentor, conqueror.* de Sen 94 b, Non libet mihi deplorare vitam, quod multi & indocti sæpe fecerunt. in Ver. 271 a, Si ad saxa ea conqueri & deplorare vellem. de Sen. 78 a, Sæpe interfui querelis, quas illi deplorare solebant, &c. Att. 3 a a, Nam ita deplorat primis versibus mansionem suam, vt quemuis mouere possit. I. A. 231 b, Quis est, qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? Att. 153 a, Multaque inquam, de C. deplorabo. in Verr. 12 a a, Socijs ne plorare quidem de suis incommodis licet. & 157 a, De miserijs deplorare ac conqueri. Offic. 47 a, Deplorare interitum alicuius. Tusculan. 150 a, Deplorare suam cæcitatem. pro Cluent. 31 a, Quorum alter eloquentia damnationem illam, alter tacita pietate deplorat.

DEPLOROR, ris. de Orato. 128 a, Quæ de altero deplorentur, ad suas res reuocare.

☞ Syntaxis. *Aliquem deplorare & de aliquo. Ad saxa deplorare. De iniurijs deplorare, & conqueri. Aperta pietate aliquid deplorare.*

DEPONENDVS, a, um. Atti. 14 a, Animus mollis & ad accipiendam & deponendam offensionem. de Di. 131 b, Libri Sibillæ valeant ad deponendas potius quam ad suscipiendum religiones.

DEPONO, nis. *repono, colloco, abijcio, exuo, pono, commodo, credo.*)(*Suscipio* pro Cęc. 305 a, Derelinquo iam communem causam populiq; iuris in vestra fide ac religione depono. Epi. 51 b, Cum in sermone & suauitate, omnes curas doloresque deponerem. in Anto. 264 b, deponere mœrorem & luctum. Attic. 25 b, Sed quid ego hæc, quæ cupio deponere, & toto animo philosophari: item, Cum nostrum negocium aut confecerimus aut deposuerimus. Academ. 39 b, Deponere aliquid de manibus. pro Syl. 170 a, Deponere ex memoria iniurias factas & pro Pomp. 17 a, pro S. Ros. 26 a, Deponere studium faciendi aliquid. Tuscu. 149 b, Si nobis placet, nec pri[illegible] nimum dicendi studiũ deponere, & in hac maiore & vberiore arte versari. pro P[illegible] 295 b, Is deposuit simultates, quas mecum habebat. cont. Rull. 80 a, Deponere inuidiam, pecuniam condere. de Natu. 28 a, Consules imperium deponere, consules abdicare. Epi. 28 a, Rationes meas quæstoris Apameæ deponere cogitabamus. Q. Fr. 316 b, Tribuni ij candidati H-S. CC[illegible] C. apud M. Catonem deposuerunt. Offi. [illegible]5 a, deponere pecuniã apud aliquem. pro Mil. 102 a, in Pis. 80 b, Deponere prouinciam. Ep. 60 a, Vt primum in eiusmodi prouinciam depositum iratum, &cæt. &

Atti.

Att. 21 b, de Orato. 128 a, Gloriam partam abijcere atque deponere. in Anto. 218 b, Prouinciam remitto, exercitum depono. Episto. 99 b, Tu modò ineptias istas & desideria urbis depone. pro Qu. 8 a, Possumus petitoris personam capere, accusatoris deponere. in Ant. 250 a, Deponere alienum nomen ipse maluit quam suum illis reddere. pro Clu. 58 a, Deponere inimicitias veteres. de Ami. 110 b, Deponere amicitias.)(*Suscipere inimicitias.* I. A. 220 a, Deponere errorem. Epist. 178 b, Deponere timorem. in Anto 251 b, Cum in gremijs mimarum mentem metumque deponeres. Episto. 203 a, Si audierit te ædificationem deposuisse: *id est, abiecisse.* pro Sex. Rosc 20 a, Opprimi me onere officij malo, quàm id quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abijcere, aut propter infirmitatem animi deponere. pro Cæl. 49 b, Obliuiscor iniurias, depono memoriam doloris.

Deponor, ris. pro Cæc. 304 b, Non adimitur ijs ciuitas sed ab iis relinquitur atque deponitur.

☞ Syntaxis. *Deponere ius suum in alicuius fide, & in sanitate dolores, mœrorem, luctum, studium, simultates. Ex memoria deponere amorē. Imperium deponere, rationes alicubi, errorem, ædificationem.*

Depopulatio, onis. *vastatio.* pro Font. 283 a, Prouincia a Thracum depopulatione defensa. de Arusp. 244 a, Qui excisionem, inflammationem, euersionem, depopulationem, uastitatem meis omnibus tectis atque agris intulerant in Ver. 68 b, Ædium, sacrorum, publicorum operum depopulatio. I. P. 88 a, Agrorum depopulatio. I. A. 199 a, Depopulationes, vastationes. &c. pro Dom. 243 a, Non me bonorum direptio, non tectorum excisio, non depopulatio prædiorum, non præda consulum ea meis fortunis crudelissime capta permouet.

Depopulator, oris. *prædator, direptor.* pro Dom. 215 b, Depopulator fori, obsessor patriæ.

Depopulor, aris. *vasto, diripio, depopulationem infero.* I. A. 56 b, Verres Siciliam per triennium depopulatus est. I. A. 252 a, Antonius agros depopulatus est.

Deportatus, a, um. pro Mure. 126 b, Aliquod aut in Asia susceptum, aut ex Asia deportatum flagitium ac dedecus. in Ver. 59 a, Vt ante Calen Sex. omnes decumas ad aquas deportatas haberet.

Deporto, as. *affero, exporto, palàm porto.* pro Dom. 235 b, Hoc simulachrum quidam homo nobilis ad ornatum ædilitatis suæ deportauit. pro Pomp. 15 b, Pompeius bellum in Africa confecit, uictorem exercitum deportauit. Ep. 102 b, Nihil ex ista prouincia potes, quod iucūdius sit, deportare. I. V. 59 a, Illi quidem, vt est hominum genus nimis acutum & suspiciosum, non te literas ex Sicilia in Verre deportare uelle arbitrantur, sed quod iisdem illius pręiura & tua quęstura consignata sit, asportare velle ex Sicilia literas suspicantur. Epi. 256 b, Mihi placebat, si firmior esses, vt te Leucadem deportares. ut ibi te plane confirmares. de Senec. 77 b, Teque non cognomē solum Athenis deportasse, sed humanitatem. Orato. 16 a, Deportare triumphum ex prouincia. Epistola 119 b, [illegible] qui pantheras alant, & eas deportent. in Verr. 243 b, Tertia illa tua, quam tecum deportabas.

☞ Syntaxis. *Deportare flagitium, exercitum, se aliquo.*

Deposcens, tis. Att. 69 a, Hortensio deposcenti cætera mea mandata vniuersè mandaui.

Deposco, scis. *animum posco, appeto, exposco.* I. V. 88 b, Cum iste iter hoc sibi ad quæstum suum depoposcisset. pro Sylla. 194 b, Hoc non modò non recuso, sed etiam deposco. de Inu. 88 a, b, Quam volet sibi rem à magistratu deposcito. I. A. 190 a, Hoc non modò recuso, sed appeto etiam atque deposco. pro S. R. 34 b, Tene has partes tibi depoposcisse? pro Pomp. 122 a, b, Populus Ro. unum sibi ad commune omnium gentium bellum, Cn. Pompeium Imperatorem depoposcit. I. C. 105 b, Qui sibi has urbanas insidias cædis atque incendiorū depoposcerat. I. Ant. 248 a, Sed hanc mihi dispositionem pro paterna necessitudine & coniunctione deposco.

Deposcor, ris. pro Pomp. 4 b, Pompeium ad id bellum imperatorem ab omnibus deposci atque expeti.

☞ Syntaxis. *appeto & deposco: & contrà.*

Depositum, ii *alicui commendatum, vel creditum.* Offic. 7 a, Vt non reddere depositum, etiam ne furioso promissum facere. & 71 a, Tuscu. 194 a, Qui propter auaritiam clam depositum nō reddit, quod est iniustitiæ.

Depositus, a, um. *creditus, commendatus.* contra Ru 74 b, Misimus qui ab illis pecuniam depositam nostris recuperarent. I. V. 77 a, Itaq, uis hi videor magnam & maximam, ægræ & prope depositam rempu. partem suscepisse, *i. desperatam.* I. V. 206 a, Habere aliquid depositum apud aliquem. Att. 245 a, Apud me item puto depositum. pro Syll. 179 b, Cęcilius deposito onere domestici, nihil postea nisi de reipu. commodis cogitauit pro Q. 7 b, Depositis armis de re pecuniaria disceptare. cont. Rull. 87 b, Sin aliter eam opinionem huc ipso in loco depositam & abiectam relinquatis. Offic. 61 b, Athenienses statuerunt, ut coniugibus & liberis Drœzene depositis naues conscenderent. • Epistola. 124 b, Sed aiunt se pecuniam depositam habuisse.]

☞ Syntaxis *Magnam & maximam, ægram & propè depositam rei pub. partem suscipere. Deponere & abijcere opinionem. Deposita copia. id est, exposita in littore.*

Depravandum, Bru. 289 a, Multi ad deprauandum parati.

Depravate, & corrupte iudicare de aliqua re. de Fin. 63 b.

Depravatio onis. *corruptio, distortio.* Offi. 7 a, Deprauatio & fœditas turpificati animi. de [illegible] 161 a, Deprauatio consuetudinum, & opinionum vanitas. & 177 b, Hęc nō interpretatio, sed deprauatio verbi est. de Ora. 132 a, Oris deprauatio non digna nobis. Part. 241 b, • & de Diu 136 b, Deprauatio verbi. • de Finib. 132 b, Distortio, & deprauatio corporis.]

Depravatus, a, um. de om. 128 a, Quædam contra naturam deprauatam habere, & ea natura restitui atque corrigi. &c. Att. 157 a, Filius indulgentia videlicet nostra deprauatus est. in An. 159 a, Mores hac dulcedine corruptelaq; deprauati sunt.

Depravo, as. *corrumpo.* de Fin. 52 a, Epicurus quæ corrigere vult, deprauare mihi videtur. cont. Rull. 85 b, Nimiæ rerum copiæ illos deprauabunt.

Depravor, ris. pro Arc. 187 a, Eas quæ deprauari non possunt. repudias tabulas: quas dicis solere corrumpi, sequeris. de Fin. 71 b, Deprauari mala disciplina.

☞ Syntaxis. *Deprauatus & corruptus. Deprauatus ac fœdus. Deprauatio & vanitas. Filij indulgētia deprauati. Non corrigit, sed deprauat.*

Deprecatio, onis. *detestatio, amotio, remotio, precatio, postulatio* de Inuen. 75 a, Deprecatio est, in quo non defensio facti, sed ignoscēdi postulatio continetur. Para. 241 b, Ad eius facti deprecationem ignoscendi petenda venia est. de Orato. 162 a, pro Rab. 96 a, Huic afferet aliquam deprecationem periculi ætas illa, qua tum fuit. pro Cl 19 a, Viar ea deprecatione, qua, &c. Postquā 199 b, Non enim ille deprecatione redit sed, &c. I. Ant. 198 a, Nulla æquitatis deprecatio. pro Qu. R. 52 b, Quis enim deprecatione deorum, non cōscientiæ fide promouerit? Episto. 66 a, & 53 a, De Catilio, nescio quid ad me scripsisti deprecationis diligentissime. pro Cluent. 19 a, Aggrediar ad crimen cum illa deprecatione, iudices, qua mihi sępius vtēdum esse intelligo.

Deprecator, oris. *qui reo veniam & impunitatem deposcit, & eximit periculo.* Att. 171 b Filium misit non solum tui deprecatorem, sed ēt accusatorem mei. & 179 a, pro Pom. 10 a, Cretenses ad Pompeium legatos deprecatoresque miserunt. pro Flu. 146 a, Sperabam iudices honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum, quam miseriarum deprecatorem

¶ *Defensor.* pro Pl. 281 a, Deprecator fortunarum alicuius. pro Sest. 91, Deprecator salutis meę. Ep. 21 a. Post temeritatem nostri Dolabellæ deprecatorem me pro illius periculo præbeo.

Deprecandus a, um. Epi. 198 a, Quos senatus non ad pacem deprecandam, sed ad bellum denunciandū miserat. pro Cor. 58 a, Deprecandæ maleuolentiæ causa.

Deprecor, aris. *precando amoueo, supplico, recuso, detestor, remoueo.* In V. 108 a, Iam qui tot scelera commisit, is nullam ab sese calamitatem poterit deprecari. Tuscu. 186 b, Qui nullum supplicium deprecatus est, neque recusauit. pro Syl. 180 b, Multorum hic uitam est à L. Sylla deprecatus. Postquam 199 a, Pro reditu P. Popilij multi cognati & affines deprecati sunt. in Ant. 294 b, Pacem vult M. Antonius, arma ponat, roget, deprecetur. Postquam 199 b, Me autem fratris lachrymę à vobis deprecatæ sunt. pro Plan. 281 a, Custodem salutis meæ a vobis deprecor, Iud. & idem. Pro vno filio duo patres deprecamur. in V. 100 b, Vt a me quādam prope iustam patrię querimoniam detester, ac deprecer. pro Clu. 34 b, Inuidia remota, quā dies mitigauit, oratio mea deprecata est. in Verr. 261 a, Deprecari mortem alicuius. & 60 a, Supplicium deprecari. contra Rull. 85 b, Si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à vobis deprecentur. Epist. 122 a, Deprecari iniuriam ab aliquo. de Orat. 92 b, Ad extremum deprecari aliquid & conqueri. de Fin. 64 a, Primum, inquā, deprecor, ne me putetis, &cę. I. V. 164 b, Seruilius & recusare & deprecari. Ora. 109 b, Deprecari, supplicare. Ep. 163 b, Neque est ullum periculum, quod pro libertate aut refugiam, aut deprecer. pro Mur. 138 a, In quo ego accusatore primum illud deprecabor, ne quid L. Murænę dignitas illius noceat. Attic. 280 b, Mater & soror deprecatur pro pueris. 147 b, Auaritiæ crimina frugalitatis laudibus deprecari. pro Cęc. 290 b, Excusatione summæ stultitiæ, summæ improbitatis odium deprecari. Ora. 143 b, Cum Q. Catulus sibi non incolumem fortunam, sed exilium & fugam deprecabatur. pro Flac. 158 a, Tamen eius à ciuibus communis humanitatis iure ac misericordia deprecarer, ne, &c. in Ant. 158 a, Primùm deprecor, ne irascaris. de Ora. 149 b, Quę cum ita sint, paululum equidem de me deprecabor, & petam a vobis, vt, &c. Cęl. Epi. 111 a. Tamen in hoc te deprecor, ne, &c. de Or. 177 a, Omnia semper pro amicorum periculis, nihil unquam pro me ipso deprecatus sum. pro Fon. 281 b, Iratos hostium animos atq; horribiles eorum impetus deprecari.

☞ Syntaxis *Deprecari ab se calamitatem. Deprecari atq; recusare. Deprecari vitam alicuius ab aliquo. Arma, pœnas, reges, deprecari. Aliquid ab aliquo deprecari. R fugio, ac deprecor.*

Deprehendo, dis. *comprehendo, animaduerto, agnosco comperio.* Epi. 188 b, Tabellarios deprehendere, literasque intercipere. & 116 b, Deprehendi cum aliqua muliere. pro Cæl. 40 a, Cum ego facinora oculis prius quam opinione, manibus ante quàm suspicione deprehendi. pro Quint. 11 a, Hominem pro Quint. deprehendis, in publico conatu obducere, &cę. pro Cluent. 21 b, Cum manifesto venenum deprehendisset.

Deprehendor ris. de Inuent. 63 b, Deprehendi in maleficio. in Verrem 258 b, Deprehendi in manifesto scelere pro Milo. 113 b, Scutorum gladiorum, pilorumque multitudo deprehendi posse iudicabatur. in V. 148 a, Qui quod uitium in altero reprehendit, in eo ipse deprehenditur. in Verr. 111, Vt tota res a nobis manifeste deprehenderetur. Orato. 218 a, Nec deprehenderetur manifestò, quia a nobis de industria fiat. de Ora. 134 a, Deprehēdi in adulterio.

Depre-

DEPREHENSVS, a, um. Ora. 204 b, Aliquid manifeste deprehensum appareat. Att. 7 a, P. Clodius deprehensus dom. C. Cæsaris. pro Fla. 154 a, Certa deprehensa, consideremus totius testimonij fictam audaciam in manifesto comprehensam atq. oppressam teneri. I V. 113 a; De gladiis & sicis, quæ apud se erant deprehensa, respondit, &c. & ibidem: Propter vim sceleris manifesti atque deprehensi. de Cla. 190 b, Sibi eum venenũ parauisse, idque a se esse deprehensum dicebat. de Ora. 191 b, Deprehensum me, inquit Antonius, plane video. de Cla. 137 a, C. Statienus in facinore manifesto deprehensus, pœnas legibus & iudicio dedit.

Syntaxis. *Deprehendere manibus suspectione. Deprehensum in adulterio. Manifestus ac deprehensus.*

DEPREHENSIO, onis. pro Cl. 27 b, Manifesta veneni deprehensio.

DEPRESSVS, a, um. *demissus, deiectus.* (*Sublatus.* In Pis. 82 a, Altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio. In V. 249 b, Latumiæ opus ingens in mirandam altitudinem depressum. ad Heren. 2 a, In conquestione vtemur voce depressa. *i. humili.* ad Her. 20 a, Si quam maxime depressa ac sedata voce principia dicemus. pro Cl. 56 b, Hoc modo sæpe multorũ improbitate depressa veritas emergit. de Sen. 93 a. Est.n. animus ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram.

DEPRESSVS, a, um. pro Pom. 7 a, At eodem imperatore classem magnã superatam esse atque depressam. pro Arc. 190 a, L. Lucullo dimicante cum interfectis ducibus depressa est hostium classis.

DEPRIMENDVS, a, um. ad Her. 16 b, In quibus extranea causa conficiet deliberationem, in his ea ipsa erit causa adaugenda, aut deprimenda.

DEPRIMO, mis. *affligo, protero, conculco, depello, demitto.*)(*Extollo, erigo, effero.* I. P. 88 a, Etiamne vos meam fortunam deprimitis, vestram extollitis? Tuscu. 238 a, Tantum propendere illam boni lanceam putat, vt terram & maria deprimat. Epi. 140 b, Batuit, inquit, impudenter, depressit multo impudentius.

Syntaxis. *Depressa & sedata vox. Animus depressus ac demersus in terra. Superata & depressa classis.*

DEPROMENDVS, a, um. de Orato. 101 a, In causis priuatis depromenda sæpe oratio est ex iure ciuili.

DEPROMO, mis. *exprimo, profero, expono, eruo.* de Ora. 119 a, Vt habeant, vnde statim possint argumenta depromere. & 120 a, Illa deprome nobis, vnde afferas, &c. I. V. 182 b, Depromere aliquid domo alicuius. pro Clu. 29 b, Cum illa verba ex intimo artificio deprompsisset, respicere, iudices, &c.

DEPROMOR, eris. de Or. 107 a, Iuris vtilitas ad quanque causam quamuis repente, vel a peritis, vel de libris depromi potest. Offi. 43 b, Altera ex arca, altera ex virtute depromitur. de Fin. 108 a, Nam e quibus locis quasi thesauris argumenta depromerentur, vestri ne suspicati quidem sunt.

DEPROMPTVRVS, a, um. Epi. 205 a, Et pollicitus sum, me, ex intima nostra arte depromptum mirificum genus commendationis.

DEPROMPTVS, a, um. Par. 116 b, Vereor, ne cui ex Stoicorum disputationibus, non ex meo sensu deprompta hæc videatur oratio. de Or. 206 a, Mutius quid attulit, quod de iure ciuili depromptum videretur? pro Pomp. 11 a, Pecunia ex ærario deprompta ad bellum administrandum. I. A. 186 a, Primum in Cæsarem maledicta congessit, deprompta ex recordatione stuprorum tuorum. de Orato. 138 a, Res pene ex intima detentione depromptæ.

Syntaxis. *Domo depromere aliquid. Depromere de philosophia, ex ærario.*

DEPSO, sis, depsui. *manu stringendo emollire ac omnino pinsere, à Græco* δέψω, *i. mollio, coquo, tingo: etiamsi Latinis obscœnum aliquid significatio.* Epistola. 140 b, Batuit, inquit, impudenter, depsit multo impudentius.

DEPVGNATVR. Att. 259 a, Calendis Ianuarijs erat forcasse præsidio, aut quidem ante depugnabitur.

DEPVGNATVRVS, a, um. Tusculan. 210 a, Aiax depugnaturus cum Hectore.

DEPVGNO, as. *decerto, dimico.* Atti. 106 a, Cum hoc aut depugnandum est, aut habenda e lege ratio: depugna, inquit, potius, quam seruias. de Finibus 80 a, Torquato cum Gallo apud Anienem depugnauit prouocatus. in Ant. 198 a, L. frater, qui Myrmillo Mylasis depugnauerat.

DEPVLSIO, onis. *expulsio, infestatio.* de Fin. 73 a, Adeptio boni.)(*Depulsio mali.* I. A. 216 b, Seruitutis depulsio. de In. 45 a, Intentionis depulsio. de Fin. 128 a, Voluptatis alij primum appetitum putant, & primam depulsionem doloris. de Vni. 203 b, Supina etiam ora cernuntur depulsione luminum.

DEPVLSOR, oris. *expulsor.* I. A. 165 b, Depulsorque dominatus, quam particeps esse maluit.

DEPVLSVS, a, um. Epis. 7 b, Scito nos de vetere illa nostra diuturnaq; sententia prope iam esse depulsos. pro Cæci. 189 a, Quo loco depulsus Cæcina tamen, &c. de Ora. 143 a, C. Cotta per inuidiam depulsus tribunatu. de Na. 53 a, Stomachus agitatione linguæ depulsum & quasi detrusum cibum accipit. pro Do. 116 a, Depulsis & dissipatis copijs hostium. in Cat. 115 a, Cum & simulachra deorum immortalium depulsa sunt, & statuæ veterum hominum deiectæ. Epi. 183 a, Vt tantummodo odium illud hominis impuri, & seruitutis dolor depulsus esse videatur.

DEPVLSVS, a, um. *depulsus.* ad Her. 27 a, Nam qui perduellionibus vendidat patriam, non satis supplicij dederit, si præceps in Neptunias depulsus erit lacunas.

DEPVTO, as. *puto, constituo, destino. dico, consecro, dispendeo.* de Diu. 89 b, Proinde vide ne quem tu esse hebetem deputes æque ac pecus, is sapientia munitum pectus egregium gerat. Accij.

DERELICTIO, onis. *contemptio.* Offi. 58 a, Communis vtilitatis derelictio, contra naturam est.

DERELICTVS, a, um. *desertus.* de Cl. 169 a, Ager incultus & derelictus. & ad Heren. 22 a, Locus celebris.) (*. Derelictus.* I. C. 105 b, Aliquis perditus, & ab omni non modo fortuna, verumetiam spe derelictus.

DERELINQVO, quis. *desero.* I. V. 274 a, Aratores agros desererent, totasque arationes derelinquerent. pro Cæc. 305 a, Derelinquo iam cõmunem causam, populique ius in vestra fide depono.

DEREPENTE. pro Lig. 139 a, Si cum hoc domi fecimus, tu derepente irrupisses, &c. de Diui. 94 b, Sed quis oculis rapere visa est derepente ardentibus?

DERIDEO, es. *ludo, deludo.*) (*. Arrideo.* de Ora. 147 b, Quare istos omnes deridere atque contemnite, pro Flac. ° Pergameni te deriserunt, quid tu? Iudi te non intelligebas?

DERIDEOR, ris. de Opt. 432 b, Aut adhibiti derideantur: nam si arriderantur, esset idipsum Atticorum. Quint. Fratr. 316 a, Domitius se derideri putat.

DERIVANDI. pro Mil. 107 a, Dicam enim non deriuandi criminis causa, sed vt factum est.

DERIVATIO, onis. *deductio.* Offi. 35 b, Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum.

DERIVO, as. *duco, deduco, traho, mano, auerto.* I. A. 221 a, Et cogeris partem aliquam in Asiam deriuare curæ & cogitationis tuæ. Tusc. 242 b, Iustitia nihil in suam domum inde deriuat. Attic. 6 a, Id poterat in alios deriuare. I. V. 118 b, Quid est, quamobrem putes te tuam culpam non modo deriuare in aliquem, sed communicare cum aliquo posse? I. V. 104 b, L. Domitius alio responsionem suam deriuauit.

DERIVOR, ris. ad Her. 14 b, Considerandum est, ne tota causa mutata, in aliam causam deriuetur.

Syntaxis. *Deriuare crimen, flumina, curas. In alios deriuare culpam, responsionem alio, causam in aliam causam.*

DEROGATIO, onis. *diminutio.* ad Herẽ. 9 a, Cum duæ leges inter se discrepant, videndum est, num quæ abrogatio aut derogatio fit.

DEROGATVR. ad Her. 9 a, Cum ostenditur id factum esse, quod ea lex sanciat, cui legi abrogatum sit. de Inu. 84 a, Dignane causa videatur, quare aut de magnificentia, aut de honestate quiddam derogetur. pro Q. 13 b, Ne fides mea perfidia illius derogetur laboro. pro Cæc. 286 b, De aduersarij testium fide derogetur.

DEROGO, as. *detraho, delibo, minuo.*)(*Arrogo.* de Diui. 138 b, Quomodo illi, si somnium verum euasit aliquod, non ex multis potius vni fidẽ derogant, quam ex vno innumerabilia confirmant? pro Fon. 78 b, Quorum virtuti & rebus gestis fidem & autoritatem in testimonio inimicitiarum suspicio derogauit. pro S. Rosc. 33 a, Non enim mihi tantum derogo, tametsi nihil arrogo, vt te copiosius quam me putẽ posse dicere. de Inuent. 68 b, Derogare aliquid de dignitate populi. & 79 b, Derogare aliquid de lege, abrogare legem, commutare legem aliqua ex parte. pro Flacc. 147 b, Non ego nationi huic fidem derogo.

Syntaxis. *Id fidem & autoritatem tibi derogat. Nimirum tibi derogas, tibi dum arrogas. De lege aliquid derogare.*

DEROSVS, a, um. *corrosus.* de Diuinat. 200 b, Clypeos à muribus esse derosos.

DERTHONA, næ. *vrbs Ligurum* Epist. 273 a.

DERVO, ruis. *diruo, euerto.* Atti. 258 b, De laudibus Dolabellæ deruam cumulum.

DESCENDENDVM. de Or. 107 a, Quanto minus est ad iuris ciuilis discendi occupationem descendendum?

DESCENDENS, tis. pro Plan. 266 a, Cum ille domum descendens rogasset Granium, quid tristis esset.

DESCENDITVR. de Or. 164 a, Est item contra quiddam in remissione grauissimum, quo tanquam sonorum gradibus descenditur.

DESCENDO, dis. *loco superiore venio, venio, delabor.*)(*. Ascendo.* in Vat. 34 a, Vt cum iam Vectius ad arbitrium tuum perorasset, descendissetque de rostris, eum repente reuocaris. Tuscu. 210 a, Vt enim in inferiorem ambulationem descendimus, &c. in Ver. 96 a, Ad omnem animi remissionem ludumque descendere. Cæl Epist. 118 b, Alteram ad conditionem descendere vult Cæsar: aut, &c Tuscu. 118 b, Descendere in aliquod certamen. ad Heren. 37 b, Descendere in magnam dimicationem vitæ. de Ora. 133 b, Descendere in forum. Off. 68 a, Descendere in rostra pro Mur. 137 a, Non qui odio inimicitiarum ad accusandum, sed qui studio accusandi ad inimicitias descenderent. pro Quin. 9 a, Viri boni cum experiundi potestas non est timide & pedetentim huc descendunt. in Ver. 53 a, Subito nunc mutata voluntas ad accusandum descendere. pro Fon. 276 a, Videte, quo descendam, iudices. I. A. 215 a, Consensus Populi Ro. qui iam descendit in causam. I. V. 144 b, Placet mihi ista defensio, descendo: qua enim conditio, æquumque certamen proponitur.

DESCENSVRVS, a, um. Attic. Epis. 166 a, Si mihi in tepido spei sit, descensurum ad extrema, & non modo nationes, sed etiam seruitia concitaturum. pro Cæl. 37 b, Si constitueritis iudices, non descensurũ quenquam ad hanc accusationem fuisse, cui veniam vellet, liceret.

Syntaxis. *Descendere ad animi remissionem, ad conditionem, in rostra, in dimicationem, ad accusandum, ad extrema, iniiſi extrema tempore. Descendere ad accusationem.*

DESCISCO,

DESCISCO, scis. *desicio, retrahor.* I. A. 235 a, Cum à republica pestiferi ciues desciuerint. & pro Rab. 95 a, de Ar. 153 a, Tibi Gracchus à senatu desciuerat. & 214 a, Desciscere à partibus. Attic. 25 a, Neque me vnquam permittebis, quòd a me ipse non desciuerim. Epistola. 26 b, Qui ab exsitata fortuna ad inclinatam & prope iacentem desciscerem. de Finibus 111 a, Scire cupio, quæ causa sit, cur Zeno ab hac antiqua institutione desciuerit. de Finibus 103 a, Sepe officium est sapientis, desciscere à vita, cum sit beatissimus. Academ. 12 b, Desciscere à veritate.

DESCRIBENDVS, a, um. Attic. 123 a, Eam epistolam multis dedi describendam.

DESCRIBO, bis. *transcribo, exscribo.* Episto. 119 a, Nam hoc quàm vehementer ad me pertineat. in iis quas tibi illi reddent literis, descripsi. Epistol. 195 a, Dicam suis vt eum librum describant, ad teque mittant. Academ. 4 a, Qui se ab ipso libros dicerent descripsisse. Attic. 210 b, Scripsit Balbus ad me, se à te quintum de Finibus librum descripsisse.

¶ *Explico, fingo.* Quin. Fra. 308 b, Respondit ei vehementer Pompeius, Crassumque descripsit. de Orato. 135 b, Describere aliquid in multa genera. & 151 a, *id est, diuidere.* de Fini. 137 a, Archimedes, qui dum in puluere quædam describit attentius, ne patriam quidem captam esse sensit. de Senec. 89 b, Dimetiri atque describere ordines arborum, &c. pro Cluen. 36 a, Si vt nos dicimus, DCXL millia nummum sexdecim iudicibus darentur, non Archimedes melius potuit describere.

¶ *Indico, designo, demonstro, dispono.* de Ora. 103 a, Crassus mihi visus est oratoris facultatem, non illius artis terminis, sed ingenii sui finibus immensis describere. de Inuen. 44 b, Definire rem verbis, breuiterque describere. ad Heren. 141 a, Quadruplator, vt breuiter describam, capitalis: est enim improbus & pestifer ciuis. Academ. 58 b Tu mores finges, fines bonorum & malorum constituas, officia describas, quam vitam ingrediar, definias, &c. pro Mil. 110 b, Videlicet illi me latronem describebant. Orat. 209 a, Hominum sermones moresque describere. pro Cæl. 48 a, Si qua mulier sit eiusmodi, qualem paulo ante descripsi, vita institutoque meretricio. in Pis. 94 a, Non mehercule contumeliæ causa describam quenquam, præsertim ingeniosum, &c.

¶ *De orno, distribuo odo, destino.* pro Fla. 152 b, Flaccus descripsit pecuniam ad Pompeij rationem, quæ fuit accommodata L. Syllæ descriptioni. in Verr 248 a, Ciuitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere. pro Flac. 152 b, L. Sylla omnes Asiæ ciuitates proportione in prouincias descripsit. Q. F. Vectigal, quod Græcis æqualiter Sylla descripserat. contra Rull. 83 a, Dena describit in singulos iugera. I. A. quorum ipsorum bona quantacunque erant, statim suis comitibus compotoribusque descripsit. I. C. 99 a, Descripsisti vrbis partes ad incendium. pro Quint. 8 a, Quis nobis ista iura tam æqua describit? & Offic. 25, Est proprium magistratus, iura describere. Quint. de Pet. 213 b. Describere suum cuique munus. Postquam 196 b, Quorum bona suis comitibus compotoribusque descripsit. in Verrem 241 a, Verres pretio, non æquitate iura describebat.

DESCRIBOR, ris. *homonyma voce ex actiuo.* de Orat. 87 a, Quæ mihi videtur non tam ipsa aquula, quæ describitur, quam Platonis oratione creuisse. ad Her. 39 b, Cum alicuius natura certis describitur signis. de Diui 110 b, Quæ in Geometria describuntur, &cæ Mathematicorum sunt, &c. ad Her. 9 b, Primum igitur vocabuli sententia breuiter describitur.

☞ Syntaxis. *Describere aliquid à libro. Definire ac describere. Describere loca ad incendium. Describere iura pretio.*

DESCRIPTIO, onis. *designatio, figura, forma, distributio, definitio dispositio.* Offic. 28 a. Domus finis est, vsus ad quem accommodanda est ædificandi descriptio. pro Sest. 29 a, Nosse descriptionem ciuitatis a maioribus vestris sapientissime constitutam contra Rull. 86 b. Vrbis salubritas: descriptio, pulchritudo. pro Syll 177 a, Tum descriptio totam per vrbem cædis atque incendiorum constituta est de Natu. 47 b, Ita demetata signant, vt tantis descriptionibus solertia appareat. de Somnio. 130 b, Cum cuncta astra eandem totius cæli descriptionem longis interuallis retulerint de Leg 164 b, Magistratus, quorum descriptione omnis reipublicæ moderatio continetur. de Legibus 50 a, Solers subtilisque descriptio partium corporis. cont. Rull. 74 a, Vrbs & natura, & situ, & descriptione ædificiorum nobilis Offi. 35 b, Iuris æqua descriptio, certaque viuendi disciplina. de Inuen. 58 a, Horum exempla & descriptione, in præceptis elocutionis continentur. pro Dom. 239 a, Seruorum omnium vicatim celebratur tota vrbe descriptio. de Diu. 87 a, Quæ sit ab Actio Nauio per lituum regionum facta descriptio. de Ora. 114 a, Rerum ratio ordinē temporum desiderat, regionum descriptionem: Offi 5 a, Similique est priuatarum rerum descriptio & 20 b, Hæc est enim fere descriptio officij. de Nat. 50 a, Solers subtilisque descriptio partium in figuris animantium. de Nat. 7 a, Anaxagoras primum omnium rerum descriptionem & modum mentis infinitæ in hac ratione designari, & confici voluit. Tusc. 156 a, Rationem illi sententiæ suæ non fere reddebant, nisi quod erat numerus aut descriptionibus explicandū. & 142 b, Descriptio expetendarum ve rerum. Aca 40 b, Descriptio temporum. de Inuen. 69 a, Nominis liceat & aperta & ex opinione
• hominum descriptio. * Tuscu. 241 b, Descriptio expetendarum, fugiendarum rerum. Acad 45 a, Rerum ordo, & descriptio disciplinæ. & 43 a, Artis forma, atque descriptio.]

¶ *Exornatio, & sententiarum lumen.* ad Heren. 36 a, Descriptio nominatur, quæ rerum consequentium continet perspicuam & dilucidam cum grauitate expositionem, &c. de Ora. 162 a, Vel grauissimum lumen augendi descriptio. Top. 228 a, Descriptio, quam Græci χαρακτῆρα vocant: vt qualis sit auarus. qualis assentator, cæteraque eiusdem generis, in quibus natura & vita describitur. ad Herennium 9 b. *hoc* Deinde factum nostrum cum verbi descriptione coniungetur. &c.

☞ Syntaxis. *Descriptio vrbis, ædificiorum iam factorum, hominum membrorum corporis, naturarum, &c. vt vrbes definientibus.*

DESCRIPTVS, a, um. *dispositus.* Q. de Pet. 208 a, Fac vt planè his in rebus descriptum ac dispositum suum cuique munus sit. de Fin. 105 b, Natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius. pro Do. 215 b, Cum desperatis ducibus decuriatos ac descriptos haberes exercitus perditorum. de Sen 78 a. Naturam sequitur ducem: à qua cum cæteræ partes ætatis bene descriptæ sint, non verisimile est extremum actum, tanquam ab inerti poeta, esse neglectum. de Natu. 42 b, Cum solarium vel descriptum, aut ex aqua contemplere. de Ora. 125 a, Materiam orationis, cuiuscunque sit generis, omnibus locis descriptam, instructam, ornatamque comprehendere. & 90 a, Ius ciuium generatim in ordines ætatesque descriptum. I. C. 112 b, Vt vrbem omnibus ex partibus, quemadmodum descriptum distributumque erat, incenderent. & 107 a, Docui quemadmodum esset ei ratio belli descripta. de Offic. 112, Quæ descripta sunt legibus, & iure ciuili, hæc ita teneantur, vt sit constitutum, &cæ. Att. 254 b, O dies in auspicijs Lepidi descriptos.

☞ Syntaxis. *Munus cuique suum descriptum & dispositum. Natura nihil descriptius. Exercitus descripti. Partes ætatis bene descriptæ. Descripta materia orationis. Descriptum est, absolutè. Descripta legibus. Dies descripti.*

DESECANS, tis. de Vni. Partes rursus ex toto desecans.

DESECO, as. *seco.* L. EVPHEMICA. Attic. 255 a, Tu illud desecabis, & hoc conglutinabis.

DESERENDVS, a, um. pro Syll. 178 a, Non enim mihi deserenda est causa amici veteris. Offic. 6 a, Prætermittendæ defensionis, deferendique officij plures solent esse causa.

DESERO, ris. *destituo, relinquo, derelinquo, non adsum, absum, desertum esse patior, ... à causa alicuius recedo, negligo, prætermitto.* in Verr. 174 a, Aratores agros desererent, totasque rationes derelinquerent I. A. 225 a, Deserere ac prodere aliquem. Tuscu. 172 b. Fama nunquam deseret Curium Att. 48 b, Non deseram preces fratris, nec cæterorum promissa, nec spem vxoris, nec obsecrationem filiæ, nec fideles literas tuas: *non frustrabor.* Tolcu. 159 a, An tu cum me in summam expectationem adduxeris, deseris? pro Pl. 261 a, Deinde scientē me virtutis tuæ deseruisti ac dereliquisti. pro Cęl. 43 b, Si quem offendis huius splendor, si nec ... iste deseruerit. de Diuin. 89 a, Vires vitaque corpus meum deserit omne. de Senec. 98 a, Deserere vitam. in Verr 258 b. Deserere exercitum pro Sest. 14 b, Nonne si vitam meam deseruissem, rempublicam perdidissem? Q. Fra. 304 a, Amici partim etiam prodiderunt. Atti. 121 a, Turpe erit Domitium deserere, implorantem eius auxilium. pro Cęcin. ... 5 a, Is nec suum deseruit, nec quicquam illius audaciæ concessit. de Fat. 142 b, Vigila
• Chrysippe, ne causam suam deseras. * de Fin. 73 b, Quos nisi argumentis, omnis vis sua, omne decus, omnis vera laus deserenda est.]

DESEROR, ris. Atti. 60 b, A cæteris oblectationibus deseror, & voluptatibus pro repub. pro Clu 66 b, Illi quorum eminet audacia, a malitia deseruntur Episto. 5 a, Verentur ne aut eripiatur a nobis causa regia, aut deseratur. Atti 45 b, Deseror a mente: *i. dest., præ nimis dolore insaniri.* Epistola. 8 a, Multum interest, verum laus minuatur, an salus deseratur. I A. 181 a, Cur honorem Cæsari tua lege datum deseri patimur? pro Sex. Rosc. 20 a, Siu à vobis deserat, tamen omnino non deficiam Att. 2 98 b, Certe enim deseremur, ocyus a re familiari, quam a republica.

DESERTOR, oris. Postquam 200 b, Cum viderem eos aut proditores esse, aut desertores salutis meæ. Attic 154 a, Quid hoc miserius, quā alterum ex ... conieruatorem inimicorum, alterum desertorem amicorum?

DESERTVS, a, um. *relictus, incultus, vastatus, nudus.* de Amicitia. 106 b, Vita insolita & deserta ab amicis, non potest esse iucunda. in Piso. 100 b, Introitus in vrbem desertus ab amicis. & 91 a, Vt nullius vnquam reditus fuerit desertior Epi. 61 a, Desertus ab officijs amicorum. & 6 b, Desertus & abiectus Q. F. 320 b, Nihil turpius, nec desertius. Offi 6 b, Vt eos quos tueri debeant, desertos esse patiantur. Tu
• sit. 230 b, Non sum passurus amicos meos à me desertos. * ib. Nec eas beata vita a te desertas passura videatur.] pro Q. 9 a, Viri boni multis vadimoniis desertis, sæpe illusi ac destituti hoc faciunt. pro 8 a, Vadimonium tibi ait esse desertum. pro Pomp. 10 a, Multas insulas esse desertas. pro Clu. 40 b, Locus a Tribunitia voce desertus. pro Cæl. 285 a, & de Leg. 164 a, In agro locisque desertis. I. V. 278 a, In desertissima solitudine cont. Rul. 85 b, Ager desertus à plebe atque a cultura hominum. Q. F. 294 b, Multas dirutas & desertas vrbes per se esse recreatas. pro Cęl 46 a, Via deserta & inculta, atque interclusa frondibus & virgultis.

☞ Syntaxis. *Fama illum deseret. Desero ac derelinquo, pura synonyma. Vitam deserere. A mente deseri, & a re familiari. Inculta & deserta vita. Desertus locus, homo. Introitus ab amicis desertus. Desertissima solitudo. Ab hominum cultura desertus ager. Via deserta, inculta, frondibus inclusa.*

DESERVIENS, tis. de Leg. 163 b, Epicurei sibi indulgentes, & corporibus deseruientes, &c.

DESERVIO, *alicui seruio.* pro Syll. 172 a, Si diligentia mea, si operæ, si vigiliæ deseruiunt amicis, & præsto sunt omnibus. Offic. 22 a, Reliqui, qui quadam perspiciuntur, cuius deseruiunt, dum quod volunt, consequantur. Epi. 263 b, Indulge valetudini tuæ: cui quidem tu adhuc, dum mihi deseruis, seruisti non satis.

DESIDEO, vel DESIDO, dis. *resideo, quasi descendo.* de Diu. 109 a, Labes agri Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra desedisset. de Diu. 96 b, Multa oppida corruerint, multis locis labes facta sit, terræque desederint. *Desidere dicuntur terræ, cum facta labe, i. hiatu, quasi descendunt, & demerguntur.*

DESIDERABILIS, le. *expetendus.* Topi. 226 b, Desiderabile. (*. quo quis facile carere possit.* de Fi. 60 a, Nihil desiderabile concupiscunt.

DESIDERATIO, onis. *desiderium, cupiditas.* de Sen. 86 b, Non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus, sed nec desideratio quidē.

DESIDERATVS, a, um. Postq. 198 b, Omnia desiderata magis, quam assidue percepta delectant.

DESIDERIVM, rij. *Cupiditas, studium, amor, sitis, igniculus desiderij.* de Ora. 102, Et si paululo latius dixeris, expleris omnem expectationem diuturni desiderij nostri. Tus. 231 b, Desiderium est libido eius qui nondum adsit, videndi. de Cla. 165 a, Hortensius extinctus, & autoritatis, & prudentiæ suæ triste nobis desiderium reliquit. Q. F. 289 b, Annus tertius accessit desiderio nostro & labori tuo. de Ami. 111 a, Deinde requirunt atque appetunt ad quas se applicent eiusdem generis animantes, idque faciunt cum desiderio, & cum quadam similitudine amoris humani. In Ant. 169 a, Is desiderium sui dissidij ferre non potest. de Senect. 8 b, Homerus Laertem lenientem desiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum fecit. Att. 144 b, Nūc emergit amor, nunc desiderium ferre non possum. Epist. 246 b, Voluntas, in qua inest aliqua vis desiderij. In Ant. 159 b, 160 a, Popu. Roma. desiderium liberatoris sui perpetuo plausu & clamore leniuit. Postquam 199 b, Qui suo fletu desiderium mei, memoriamque renouaret. Q. F. 315 b, Faciam vt in medio dolore ac desiderio mei laterem. pro Rab. 93 a, Tyb. Gracchus magnum desiderium sui reliquit apud Popu. Roman. pro Rabir. 95 b, Qui hominis seditiosi imagine desideria imperitorum misericordia commoueret. Postq. 398 a, Vt aliquando vos memoria mei, desideriumque teneret. de Senect. 83 b, Ne ille quidem magno desiderio tenebitur virium. Epist. 24 a, Me mirum desiderium tenet vrbis. Epist. 24 b, Spes triumphi, in qua satis gloriose triumpharem, si non essem tam diu in desiderio rerum mihi charissimarum. In Anto. 227 a, Brutus erat in desiderio ciuitatis. Epist. 260 a, Non ignoro quantum ex desiderio labores, sed, &c. & 155 b, Tum discedis a nobis, meque tanto desiderio afficis, vt vnā consolationem mihi relinquas, fore vt vtriusque nostrum absentis desiderium crebris & longis epistolis leuiatur. Episto. 255 a, Vt tolerabilius feramus igniculum desiderij tui, crebris nos literis appellato. in 3 b, Sed magis, vt desiderio nostri te æstuare putarem. & 234 a, Valete mea desideria, valete Epist. 233 b, Hem mea lux, meum desiderium. * de Fin. 70 a, Veniebat ad cœnam, ut animo quieto satiaret desideria naturæ.]

☞ Syntaxis. *Expectatio desiderij. Desiderium est libido. Cognosco libidinem esse supra desiderium. Relinquere sui desiderium triste. Mora desiderio accedere. Applicatis tum desiderio. Desiderium lenire. Tenere desiderio. Esse in alicuius rei desiderio. Desiderium meum, filius.*

DESIDERO, as. *desiderio alicuius rei flagro, in desiderio alicuius vel sum, desiderium alicuius rei me tenet, ex desiderio laboro. desidero vel studio alicuius rei teneor, requiro, postulo, sitis quæro.* de Senectu. 32 b, Neque nunc vires desidero adolescentis, non plus quam adolescens tauri vires desiderabam. Q. F. 311 a, *ἀμεροποιεῖν* illam, quam tu soles dicere, bono modo desidero. de Prou. 78 a, Cum vos me vt charissimum filium desiderabatis. pro Pl. 251 b, Desiderarunt te, inquit, oculi mei, cum tu esses Cyrenis. Att. 76 b, Dum hæc quæ longiorem desiderat orationem, summatim tibi perscriberem. de Orato. 101 b, Iam illa non longam orationem desiderant quamobrem, &c. At. 132 a, Quis ab eis vllam rem laude dignā desiderat? & 200 a, Quis congressum meum aut facilitatem sermonis desiderauit? de Clar. 175 a, Vnum excipio Catonem, in quo perfectissimo Stoico summam eloquentiam non desiderem. Orato. 198 a, Antonius multa & in se & in aliis desiderauit. Att. 11 b, Refertur ad consilium, vna sola sententia præsidium non desiderauit. Q. Fr. 325 b, Nec honores sitio, nec desidero gloriam. pro Ar. 191 a, Virtus nullam aliam mercedem laborum suorum desiderat, præter hanc laudis & gloriæ. pro Q. 10 a, Desiderare vel requirere aliquid ab aliquo. I. V. 100 a. Et reliquos non desideraret solum, sed etiam posceret & flagitaret. Epist. 104 b, Ius ciuile doctorem vsumque desiderat. Epist. 153 b, Lepidus, quod ego desiderabam, fecit, vt, &cæt. & 76 a, Quando id te video desiderare. Epistola 38 a, In quo autem desiderare te significabas literas meas, præterfers, &cæt. Episto. 108 b, Intellexi te ex libris meis animum meum desiderare.

DESIDEROR, aris. *desum.* Att. 137 a, Sin erit bellum, vt video fore partes meæ non desiderabantur. in Ver. 222 b, Nec quicquam ex eo fano præter vnum perparuulum signum ex ære desideratum est.

DESIDIA, diæ. *inertia, ignauia, languor.* contra Rull. 87 a, Qui propter desidiam in ocio viuunt, tamen in turpi inertia capiunt voluptatē. Tuscul. 243 b, Sed nos vmbris, delicijs, ocio languore, desidia animum infecimus. in Sal. 273 b, Homo desidiæ ac luxuriæ plenus. pro Sest. 26 b, Sed mihi omnis oratio est cum virtute, non cum desidia. de Cl. 165 b, Confugere in portum, non inertiæ, ocique desidiæ, sed ocij moderati atque honesti. Offic. 25 a, Languori desidiæque se dedere. Ac. 45 a, Hinc gignebatur fuga desidiæ. ad Her. 2 a, inertia, ignauia, desidia, luxuria. & 15 a, Socordia atque desidia.

☞ Syntaxis. *Propter desidiam in ocio viuere. Inficere animum desidia, ocio, languore. Plenus desidiæ.*

DESIDIOSVS, a, um. *ociosus.* de Ora. 181 a, Aliquid quod cum desidiosa delectatione vestiges. & contra Rul. 84 b, Inertissimum & desidiosum ocium. ad Heren. 34 a, Vtcum desidiosam artem dicimus, quia desidiosos facit. * ad Herenn. 47 a, Desidiosum studium luxuriosum otium.]

DESIGNANDI. de Di. 135 a, Sin vera diuina sunt, falsa autem humana, quæ est ista designandi licentia?

DESIGNATIO, onis. *descriptio.* de Natu. 6 a, Requiro omnem totius orbis designationem & apparatum. Attico. 57 a, Ostendes designationem Tyrannionis. de Or. 96 b, Infinitæ rei quæstio sine designatione personarum & temporum.

DESIGNATOR, oris, *qui ludis funebribus præest, quique locum & tempus personis designat ad agendum.* Att. 56 a, Post has ruinas desertus a suis vix iam decimum designatorem, vix Gellium retinet.

DESIGNATVS, a, um, *in annum proximum, aut consul, aut prætor, aut Tribu. pleb. creatus, renunciatus, declaratus, decretus.* Epi. 170 a, Cum Tribuni plebis haberent in animo de præsidio consulum designatorum referre. Atti 6 a, Quod in epistola tua scriptum erat, me iam arbitrari designatum esse, scito nihil tam exercitum esse nunc Romæ, quàm candidatos. contra Rull. 69 a, Rullus tam designatus Tribunus plebis alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur. Att. 38 a, Permagni nostra interest, te, si comitijs non poteris, at declarato illo esse Romæ. item, Consul designatus a populo suffragiis, declaratus autem vel renunciatus ab alio consule voce. pro Cluc. 24 a, Designatus Reipub. ciuis *infans in vtero matris necatus.* de Diui. 98 a, Neque dij ignorant, quæ ab ipsis constituta & designata sunt. de Natu. Deor. 77 a, Nec domus, nec respubli ratione quadam & disciplina designata videatur, si in ea nec recte factis præmia extent, nec supplicia peccatis.

DESIGNO, as. *describo, noto, significo, constituo, definio.* I. C. 97 b, Catilina notat & designat oculis ad cædem vnumquenque vestrum. de Orat. 94 a, Res aliquas verbis designare, generibus illustrare, partibus distribuere. & 130 b, Hæc enim ridentur, quæ notant & designant turpitudinem aliquam, non turpiter. de Natu. 8 b, Aristoteles quodam loco mundum designauit Deum. de Vniu. 203 a, Quæ cum ita designasset, &c. I. A. 224 a, Vtique locum sepulchro pedes triginta quaquo versus designat.

DESIGNOR, ris. cont. Rul. 71 b, At quomodo vt ij decemuiratum haberent, quos plebs designauerit, oblitus est nullos à plebe designari. de Ar. 256 a, Nam hoc verbo nec Clodius, nec quisquam de gregalibus eius designatur. de Na. 7 a. Anaxagoras omnium rerum descriptionem & modum mentis infinitæ vi ac ratione designari & confici voluit. de Inu. 49 a, Ea quæ certum quiddam designatur oratori, in quo animum debeat habere occupatum.

☞ Syntaxis. *Orbis designatio & apparatus. Personarum ac temporum designatio. Designata sunt à Deo cuncta. Hoc tibi designo: idest, tribuo, decerno, assigno.*

DESILIO, lis. *celeriter & quasi saltu descendo.* pro Milo. 106 b, Milo de rheda rejecta penula desiluit.

DESINENDI. Ora. 218 b, Hæc copia facultatem affert, non semper eodem modo desinendi. Off. 27 b, Vt incipiendi ratio fuerit, ita desinēdi modus.

DESINO, nis: *desisto, cesso, finem facio, omitto, conquiesco, consido, cado, prætermitto, intermitto.* Att. 19 a, Conuentus qui initio celebrantur, iā diu fieri desierunt. de Somn. 130 a, Quod sese mouet, nunquam moueri desinit. pro Q. 5 a, Iste caput petere non desinit. de Ora. 123 b, Illud iam mirari desino, huoc, &c. Epist. 179 a, Quem ego ad bellum commune vocare non desino. & 17 b, Non desinam tua decreta defendere. & 141 b, Te ad cœnas ire desisse moleste fero. Att. 272 a, Nam mihi stat alere, morbum desinere. de Ora. 162 a, Illa quæ similiter desinunt, aut quæ cadunt similiter. Episto. 95 b, Libentius mehercule artem desinerem. Aca. 20 a, Desine communibus locis. * Ep. 94 b, Vt ei desinere per omnes homines liceret.]

DESINOR, ris. de Fin. 73 b, Recte contra eos desitum est disputari. Epi. 159 b, Qui primus est Papisius vocari desitus. de Inu. 48 b, Ab eo in quo desitum sit, rursus incipere. Offic. 38 a, Desitum est enim videri quicquam in socios iniquum.

☞ Syntaxis. *Id fieri desijt. Similiter desinentia verba. Ille vocari desitus. Disputari desitum est.*

DESIPIENS, tis. *demens.* de Diui. 119 a, An est quisquam ita desipiens, qui credat, &c. Epist. 37 a, Neque enim eram tam desipiens, vt, &c. de Na. 25 b, Nec enim tam desipiens fuisset, vt, &c. & 29 a, Desipiens arrogantia. Epi. 142 a, Populus Atheniensis pene iam desipiens senectute. & ibid. b, Desipiente populo.

DESIPIO, is. *demens sum, deliro.* I. V. 260 b, Vtrum ego desipio, an vos quoque doletis? Epi. 22 b, In quo eum obiurgarer, quod nimio gaudio pene desiperem, ita me defendebam, &c. pro Pl. 278 b, Licet me desipere dicatis. de Na. 20 a, Desipere, delirare, dementem esse.

DESISTO, stis. *cesso, intermitto, dimitto, discedo.* I. V. 132 b, Vt aliquando de rebus ab isto iudicatis dicere desistamus. de Clar. 194 a Cum amici me hortarentur, vt causas agere desisterē, quod eis periculum mihi adeundum, q̄ a sperata dicendi gloria discedendum putaui. Epi. 2 a, Pompeium hortari & orare non desistimus, vt, &cæ. pro Quint. 3 a, Auctionem Quintus velle facere destitit. Tusc. 181 a, Verbo de sententia destitit. Epi. 60 b, Qui agerent cū eo, vt ab illa mente desisteret. Off. 74 a, Docuit, cur sibi a causa desistere necesse esset. pro R. P. 123 b,

123 b, Vt magis pœniteret cœpisse, quàm liceret desistere. de Clari. 195 a, Nosnon desistebamus augere illud, &c. in Verr. 256 a, Rogat eos, vt id facere desistant. Tuscu. 174 a, Vt homines mortem timere desistant. Q. F. 297 a, Non desistunt nobis agere quotidie gratias honestissimæ societates. Offi. 55 a. Cum sint docti a peritis, desistunt facilè sententia. Episto. 13 a, Desistere pugna. Epist. 14 a, Quasi desisterim pristina causa.

☞ Syntaxis. *Desino dicere, à causa, sententia. Mente ab aliquo desistere.*

DESITVS, a, um. L. DESINO de Di. 128 b, Nam si esset factitatum, non esset desitum. de Cla. 175 b, Veteres orationes post nostras, a plerisque legi sunt desitæ.

DESPECTIO, *contemptio.* in Hor. Consolabitur eam magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam despectio. ex Non.

DESPECTVS, a, um. I. P. 101 a, Abiectus, contemptus, despectus ab omnibus.

DESPECTVS, us ad Her. 36 a, Ludibrio & despectui omnibus esse.

DESPERANDVS, a, um. *sine spe.* I. C. 106 b, Essent illi quidem desperandi, sed tamen ferendi de Ami 11 a, Cuius aures ita clausæ sunt veritati, vt ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda est. Ora. 197 b, Nam neque illud quod est optimum desperandum est, neque, &c.

DESPERANS, tis. Epist. 156 a, Laterensis suo chirographo misit mihi literas, desperans de se, de exercit . de Lepidi fide, querensque se destitutum. I P. 98 b, Diffi lens & desperans rebus suis. pro Mil. 2 a, Ser

• ui desperantes vitam domini. * de Fin. 61 a, Ecce autem alij minuti, & angusti, aut omnia semper desperantes, a ir &c.

DESPERANTER. Att. 234 a, Seruius proficiscens, quod desperanter tecum locutus est, minime miror, &c.

DESPERATIO, onis.)(*Spes, bona spes.* Atti. 120 a, Fuga & maritima opportunitas visa quæri desperatione. Tusc. 213 a, Desperatio est ægritudo sine vlla rerum expectatione meliorum. Att. 173 b, Desperatio rerum Pompeij omnium animos occupauit. Epist. 47 b, Tanta est omnium rerum amissio & desperatio recuperand . I. C. 1 b, Bona spes cum omnium rerum desperatione confligit. Postq. 10 a Qui me à desperatione ad spem reuocauit. Atti. 185 a, Ita vera imbecillitas, & desperatio, &c. I. A. 177 a, Quæ propter conscientiam scelerum desperatio vitæ? & 141 b, Desperatio victoriæ.

DISCO, scis. *percipio, disciplinam accipio, cognosco, perdisco, condisco, documentum capio, exemplum ex aliquo capio, cognitionem ac[...] comprehendo.* de Orato 121 b, Crassus, quod disci potuit de iure, didicit. de Senect. 82 a, Vt ego feci, qui senex Graecas literas didici: quas quidem sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. de Orato. 156 a, Qui non cito aliquid discit, nunquam omnino posse perdiscere. Or. 214 b, Est enim haec non scripta, sed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus, sed ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus. de Ora. 151 a, Liber semper discere. pro Quin. 10 a, Multa discere atque dedidiscere. apud 131 a, & Acad. 53 a, Discere literas apud aliquem. de Senect. 81 a, Antiqui discebant fidibus. Episto 35 a, Animaduerti enim, & didici ex tuis literis te &c. Tusculano. 162 a, Ex quo efficit vult Socrates, vt discere nihil aliquid sit, quam recordari.]

DISCOR, tu. I. V. 99 b, Dum est, vnde ius ciuile discatur.

☞ Syntaxis. *Discere apud aliquem, ex aliquo.*

DISCOLOR, oris. *diuersus, dispar, dissimilis, varius* I. V. 73 b, Vt discoloribus signis sententiae iudicum hominum notarentur.

DISCORDIA, diae. *dissidium, dissensio, factio, odium.*)(*amicitia.* Tusc. 213 b, Discordia est ira acerbior, intimo odio & corde concepta. de Finibus. 58 a, Ex cupiditatibus odia, discidia, discordiae, seditiones, bella nascuntur. de Am. 500, Empedocles doctis, quae in rerum natura, toque mundo constarent, quaeque mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. de Ar. 256 b, Nec alius discordiarum solet esse exitus inter claros & potentes viros, nisi aut vniuersus interitus, aut victoris dominatus aut [...]. Offic. 1[...], Rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt, seditionem atque discordiam. Qu. F. 264 b, Multas esse in oppidis seditiones, multas discordias. pro Muren. 135 b, Vt odia occulta ciuium quae nunc tacitis discordijs continentur, in optimi cuiusque fortunas erumpent. de Ar. 254 b, Sit discordiarum finis aliquando. pro Mil. 144 a, Seditionem ac discordiam concitare. P. A. 1[...] 3 a, Sedare discordias. pro Fon. 282 a, Summi duces ciuitate discordijs consumpti.

☞ Syntaxis *Discordia, ira (quae ab hoc genere Lector: Discordia si quidem est ira perfecta.) Dissidia, discordia. Discordijs consumptus.*

DISCORDO, as. *dissideo, discrepo, dissentio, non consentio.* de Fin. 58 a, Cupiditates intus in animis inclusae inter se dissident atque discordant. de Fi. 61 a, Animus a seipso dissidens, secumque discordans.

☞ Syntaxis. *Dissidere ac discordare. A seipso dissidet, ac secum discordat (expende synonyma.)*

DISCORS, dis. *dissentiens, discordans.*)(*concors.* cont. Rul. 84 b, Non contentione, non ambitione discordes.

DISCREPANS, tis.)(*Congruens* de Legibus 181 a, Oratio verbis discrepans sententijs congruens. Tuscu. 222 b, Philosophi discrepantes de aliqua re. de Oratu. 161 a, Non modò caeteris atque consentientibus, sed ipsi sibi singuli discrepantes existuntur.

DISCREPANTIA, tiae. *dissensio, discordia.* de Orato. 135 a, Ridetur etiam discrepantia, quid huic abest, nisi res & virtus Officio. 23 b, In actiones omnemque vitam nullam discrepantiam conferre debemus. Topic. 239 a, discrepantia scripti & voluntatis. de Finibus. 99 a, Maiorem multo habere Stoicos & Peripateticos rerum omnino discrepantiam, quam verborum.

DISCREPO, as. *dispar sum, abhorreo.*)(*Congruo.* Att. 3 a, Id à tuis literis, quas ad me accessu tuo miseras, discrepabat. Episto. 25 a, Ex eo quidam suspicati sunt, animorum contentione, non opinionum dissensione me ab eo discrepare de Oratore. 53 b, Si qua in re discrepavit ab Antonij diuisione nostra partitio. Orat. 29 a, Quae multum ab humanitate discrepant. pro Planc. 267 b, Sed factum tuum à sententia legis discrepat. P[...] rad. [...] 6 a, Quae tamen multum discrepant ab opinione populari. de Inuent. 80 a, Cum duae leges inter se discrepant. Offic. 6[...] b, Et quidem sic haec duo verba inter se discrepant, vt tamen vnum sonare videantur. pro Cluent. 43 a, Indicia censorum quandoque inter se discrepare. In Verrem 260 b, Fadem dicit, nulla in re discrepat. & 134 b, Si quis discrepat, eximit vnum diem. de Finibus. 83 b, Facta Epicuri cum dictis discrepant. & 119 b, Hoc discrepat cum illo. *Hoc conuenit cum illo.* Officior. 39 a, Vt in fidibus, aut in tibijs, quamuis paulum discrepent, tamen id à sciente animaduerti solet. E[...] 76 a, Nec in eo quicquam a meis rationibus discrepabunt tuae. Ep. 145 b, Nec vnquam a tuis consilijs discreparem.

☞ Syntaxis. *Discrepare verbis, de verbis. Discrepare ab aliquo in aliquare. Inter se discrepare. Cum aliquo discrepare. Ego à tuis consilijs non discrepo.*

DISCRETE, *distincte.*)(*confuse.* de Inuent. 52 a.

DISCRETIO, onis. de Leg. 329 D. in Cod. Germ.

DISCRIMEN, nis. *differentia, delectus.* in Verr. 133 b, Iste omnia sura pretio exaequauit, omnium rerum delectum atque discrimen pecunia sustulit. de Natura. 76 b, Deorum iudicio, si vident res humanas, discrimen esse sublatum. de Finibus. 121 b, Officia omnia tolluntur delectu omni & discrimine remoto. pro Plan. 269 b, Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia, &c. Finibus. 742, Totumque discrimen summi boni in ea comparatione positum putat. pro Corn. 65 a, Sit hoc discrimen inter gratiosos ciues atque fortes velit, &c.

¶ *Periculum.* I. A. 209 b, Adducta est respublica in maximum periculum, & extremum pene discrimen. & 189 a, Res in discrimen adducta est, vtrum ille poenas reipub. luat, an nos seruiamus. pro Quin. 17 a, Ex res nunc in discrimine versatur, vtrumne, &c. pro Planc. 130 b, Eternum vero et credo, angustiam, quasi res in contentionem aut discrimen posset venire. Att. 260 a, Maximo in discrimine respublica versatur. pro S. R. 21 a, Cum omnium nobilium salus in discrimen veniret. de Orato. 85 a, Deuenit in medium rerum omnium certamen atque discrimen. pro Muraen. 144 a, In discrimen extremum venimus. pro Pomp. 6 a, & Offic. 57 a, In periculum ac discrimen vocari. pro Syll. 138 a, In extremo discrimine ac dimicatione fortunae. pro Domo. 218 a, Vt saepe ad extrema reipub. discrimina delectus. pro Deiotar. 144 a, & Episto. 90 b, Adducere aliquem in discrimen capitis. pro Muraen. 137 a, Adduci in discrimen vitae. pro Sest. 5 a, Obijcere se in discrimen pro aliquo. I. V. 66 a, & Episto. 13 b, Venire in discrimen existimationis suae. ad Bru. 90 b, Res existimabatur in extremum adducta discrimen. Episto. 77 a, Res mihi videtur in propinquum adducta discrimen, & 95 a, Omnis respubl. in meo capite discrimen est habitura. I. A. 159 a, discrimen totius belli in vnius viri fortissimi vita positum est. Acad. 33 b, Huc igitur iam res in discrimen. Att. 99 a, Nunc incido in discrimen ipsum. de Nat. 59 b, Dij discriminum periculorumque comites. de Orato. 186 a, & de Fi. 29 a, In summum discrimen adduci. Att. 79 a, Ostentationes meas in discrimen esse adductas.

¶ *Contentio.* Episto. 12 b, Socij quidam caput meum quasi certaminis causa in mediam contentionem, dulcem hoc tamque causam, quod in discrimine, &c.

¶ *Spatium, interuallum,* contra Rull. 83 b, Duo maria pertenui discrimine separata.

☞ Syntaxis. *Delectum & discrimen auferre, tollere. In extremum periculum & maximum discrimen adduci. (vide synonyma.) In discrimine versari. Venire & versari in discrimine. Vocari in periculum & discrimen. Discrimen in dimicatione Fortunae. Obijcere se, adduci in discrimen. Habere discrimen aliquod, In discrimen est. (synonyma.) esse in discrimen.*

DISCRIMINO, as. *distinguo.* I. A. 243 b, Hetruriam discriminat Cassia, *scilicet via.*

DISCRVCIATVS, a, um. I. A. 255 a, Et si posset, Brutum Cassiumque discruciatosque necares.

DISCRVCIOR, aris. *excarnificor.* Att. 224 b, Discrucior Sestilij fundum a Verberone Curtilio possideri. pro Q. R. 50 a, Quod enim ipse celeriter arripuit, id cum tarde percipi videt, discruciatur.

DISCVMBO, bis. *decumbo, cubo ad mensam, ad somnum.* At. 63 a, Discubuimus omnes praeter illam. in Verr. 89 b, Discubuimus *ad ept, coenandi causa.* de Inuent. 63 b, Coenati discubuerunt ibi.

DISCVPIO pis. Episto. 224 a, Te videre, & omnia intima conferre discupio Cx[...]j.

DISCVS, sci. *vas est, quo cibi, in carnis & huiusmodi alia, in mensam feruntur, & forte patina dici potest. Sed hoc Cicero discum intelligit, molem quandam rotundam, è saxo, ferro, vel plumbo factam, quam iactu certabant, vt vires corporis exercerent & exercerent.* de Ora. 110 a, Philosophi, quorum auditores discum audire quam philosophum malunt: qui simul vt increpuit, philosophum disputantem relinquunt.

DISCVSSVS, a, um. *procul sus fugatus.* I. A. 240 a, Discussa est illa caligo, quam paulo ante dixi, diluxit, patet, videmus omnia.

DISCVTIENDVS, a, um de Ora. 163 a, Discutienda sunt ea, quae obscurant, & ea quae sunt eminentia & prompta, sumenda.

DISCVTIO, tis. *depello, remoueo, tollo, perrumpo.* Att. 39 a, Modò caedem timueramus, quam oratio fortissimi senis. Qu. Consilij discusserat ea quam quotidie timere poteramus, exorta est. pro Dom. 224 a, Cum totum aduocationem manibus, ferro, lapidibus discussit. pro Muraen. 144 a, Dij faciant, vt hoc periculum, quod, & discutiam & comprimam. Quint. Rat. 313 b, De Comageno rege, quod rem discusseram,

scusseram, mirificè mihi blanditur Appius. Acad. 12 b, Discutere captiones alicuius. Asin. Epist. 165 b, Si ad Lepidum venissem, omnem cunctationem eius discussissem.

☞ Syntaxis. *Discutere caliginem, periculum, cunctationem, rem.*

Diserte, *docte, perite.* de Orat. 88 b, Denique vt prudentibus diserte, stultis etiam vere dicere videare. Acad. 12 a. Diserte copioseq; dicere, in Ver. Diserte scribere.

Disertus, a, um. *doctus, peritus.* de Orat. 88 a, Reliquas vtilitates à disertis & ornate dicentibus esse constitutas. de Ora. 90 b, Disertos cognoui nonnullos eloquentem adhuc neminem. Or. 198 a, Antonius disertos ait se vidisse multos, eloquentem vero neminem. de Diuin. 102 a, Sed difficultas laborque discendi disertam negligentiam reddidit. & 125 b, Aliquem esse cōtra se copiosum & disertum I. A. 179 b, Quasi Rhetor ille te disertū facere posse. pro Cæl. 41 b, Homo disertus. Att. 60 b Disertus epilogus. & Epi. 44 a, Disertæ literæ. & At. 101 a, Disertissima Epist. de Cla. 173 a, Oratio neque nimis infans, neque perfecte diserta. de Oratore. 105 a, Sic orationem illam disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. Oratore. 198 a, Ita & doctis eloquentia popularis, & disertis elegans doctrina defuit.

Disiectus, a, um *dispersus.* Att. 102 a, Nos disiecta manu pares aduersariis esse non possumus. ad Her. 24 a, Res dispersas & vage disiectas eligere. Disiecta saxa. In Arat.

Disiicio, is. *dispergo* pro Clu. 45 a. Dede, disiice, per me licebit.

☞ Syntaxis. *Dispersum & disiectum (synonyma pura.)*

Disiunctio onis. de Pro. 77 b, In disiunctione sententiæ, coniuncti tamen amicitia manemus. de Ami. 110 a, Statim alienatio & disiunctio facienda est cont. Rull. 69 a, Animorum disiunctio dissensionem facit. pro Sest. 13 a, In tanta disiunctione meorum.

¶ *Item enunciationis, seu argumentationis genus, cum vna harum ponitur, aut, vel* de Natura 15 a, In omnibus disiunctionibus, in quibus est aut non ponitur, alterutrum verum esse. Topico. 225 b, In disiunctione plus vno verum esse non potest. Academ. 24 b, disiunctio e contrariis. de Fat. 147 b, Epicurei dicunt veras esse ex contrariis disiunctiones.

¶ *Insuper exornatio Rhetorica, cum eorum de quibus dicimus, aut vtrunque aut vnumquodq; certo concluditur verbo, &c.* ad Her. 32 b.

Disiunctus, a, um. ctior, ctissimus. *procul remotus, distans, discrepans.* pro S. R. 24 b, Quæ vita est maxime disiuncta a cupiditate, & cum officio coniuncta. pro Sest. 2 / a, Græci longe a nostrorum hominum grauitate disiuncti. pro Cæl. 48 b, Mores eius longissime a tanti sceleris atrocitate sunt disiuncti. I. P. 80 a, Tamen ea quæ sunt longissime disiuncta, comprehendam. I. P. 99 a, Ætiola procul a Barbaris disiuncta gentibus. de Ar. 256 a, Quorum mentes longe à communi salute disiunctæ sunt. I. V. 128 a Fons munitione ac mole lapidum a mari disiunctus. de Orat. 86 a, Quod longissime est ab imperitorum intelligentia, sensuque disiunctum. de Amic. 124 a, Videre iam videor Pop. Rom. a Senatu disiunctum. pro Pomp. 5 b, Duo loca disiunctissima, maximeque diuersa, de Ar. Quod est aliquo disiuncto diuersoque monstro significatum caueremus, Id, &c. Epistο. 6 a, Quoniam internallo locorum & temporum disiuncti sumus. Acad. 17 a, Nihil est disiunctius ab ea cogitatione, quæ. &c Aca. 24 b, Omne quod ita disiunctum sit, quasi aut etiam aut non: non modo verum esse, sed etiam necessarium. I. V. 273 b, Quasi natura & genere disiuncti sint, qui ita dissident a nobis.

Disiungo, gis. *diiungo, separo, ab alieno, distraho, dissidium vel dissensionem, abalienationem disiunctionemque facio.* Qu. Fr. 296 a, Ordinem de nobis optime meritum, & a nobis, & a republica disiungemus. In A. 165 a, Cæsar Pompeium a mea familiaritate disiunxit. Epistο. 16 b, Nam ab orationibus disiungo me fere, referoque ad mansuetiores musas. de Nat. 5 a, Qui honesta à commodis non nomine, sed genere toto disiungerent. de Ora. 156 a, Sin eos disiungent, hoc erunt inferiores, quod, &c. pro Syll. 178 b, Disiunxit, inquit, eos a colonis. de Diu. 124 b, Disiungere iumenta.

☞ Syntaxis. *Disiunctus populus, animus, vita, mores, mens, locus. Disiuncta regio, maximeque diuersa. Natura, genere, locorum interuallo ac temporum disiungi.*

Dispar, ris *dispariilis, impar, dissimilis, diuersus, varius.* pro Marc. 134 a, Par dignitas, sed dispar fortuna in hoc & in illo fuit. de Pro. 70 b, Et in vtriusque parti scelere disparem conditionem facit. Offi. 22 a, Sunt his alij multum dispares. de Diuina. 127 a, Etenim geminorum formas esse similes, vitam atque fortunam plerunque disparem. de Senec. 93 b, Animus simplex est, nec habet in se quicquam admistum dispar sui atque dissimile. pro Pl. 71 b, Honorum gradus summis hominibus & infimis sunt pares, gloriæ dispares. Orat. 125 a, Huic autē illa dispar adiuncta ratio orationis. Offi. 08 a, O domus antiqua, heu quām dispari dominaris domino. de Natura. 18 b, Disparibus temporibus eadem spacia conficere. & 20 b, At motus in vtroque dispares. de Amic. 110 b, Dispares mores disparia studia sequuntur. Officio. 46 a, Non vno modo in disparibus causis affecti esse debemus. Officio. 24 b, Officia non eadem disparibus ætatibus tribuuntur. In Verr. 245 b, & Epistο 8 a, Varium ius ac dispar conditio. de Inuent. 66. Ex dispari genere culparum. Tuscu. 235 b, In disparis animantis vitam transire. de Fin. 66 a, Varietas enim Latinum verbum est. idque proprie quidem in disparibus coloribus dicitur, sed transfertur ad multa disparia, &c.

☞ Syntaxis. *Dispar sui, ac dissimile. Dispares colores.*

Disparatum, ti. *quod contradictorium nonnulli vocant. Est autem dispar anum in negantibus positum.* de Inuent. 51 b, Disparatum est, quod ab aliqua re, per oppositionem negationis separatur: vt sapere, non sapere. * ad Heren. 7 a, Si non poterit par vitium cum eo reperire, reperiat dispar.]

Disparilis, le. *dispar.* de Di 97 a, Quę omnia fiunt ex cœli varietate, & ex disparili aspiratione terrarum.

Dispartio, tis. *diuido.* I. A 215 b, Vt fortunas nostras dispartiat parricidis. Offi 41 a, Æquabiliter prędam dispartire. Acad. 11 b, dispartire aliquid in minima.

Dispartior, tis. *dispartio.* de Leg. 179 b, Iureconsulti, quod positum est in vna cognitione, id in infinita dispartiuntur.

¶ *Partiendi modo.* de Natu. 79 a, A dijs immortalibus hominibus dispartiri & diuidi somnia.

Dispello, lis. *discutio* Tus. 161 b, Eademq; philosophia ab animo tanquam ab oculis caliginem dispulit.

Dispensatio, onis. *procuratio, administratio.* In Vat. 36 a, Eripueras Senatui ærarij dispensationem. pro R. P. 127 a, Rabirius curationem, & quasi dispensationem regiam suscepit. Att. 245 b, Profectionem meam vt video, Erotis dispensatio impedit.

Dispenso, as. *dispono, procuro.* Atti. 170 b, Qui nostras res domesticas dispensauit, neque adest istic, neque vbi terrarum sit, scio. de Orat. 96 b, Inuenta non solum ordine, sed etiam momento quodam dispēsare atque disponere.

☞ Syntaxis. *Dispensare ac disponere.*

Disperditio, nis. *ruina.* I. A. 189 b, Antonius ad disperditionem vrbis venire conatus.

Disperdo, dis. *dissipo.* cont. Rul. 61 a, Disperdere ac dissipare possessiones a maioribus relictas. Epistο. 66 a, Tot ciues Romanos occidit, arripuit, disperdidit.

Dispereo, ris. *pereo.* cont. Rul. 82 a, An caput vestræ pecuniæ disperire patiemini?

Dispergo, gis. *inspergo, respergo, dissicio, dissipo* de Na. 73 a, Puerum interea obtruncat, membraq; articulatim diuidit, perque agros passim dispergit corpus. Aca. 30 a, Cur deus mortifera tam multa terra marique disperserit. ad Her. 31 b, & de Inuen. 49 a, Exornationes in causa dispergemus.

Disperse, *diffuse.* I. V. 227 b, Nunc illa omitto, quę disperse a me multis locis dicentur. de Inu 60 a, Res disperse & diffuse dictæ.

Dispersio, onis. *dissipatio.* At 143 a, Dispersione enim consulum actio de pace sublata est, quam quidem ego meditabar.

Dispersus, a, um. *disiectus, fusus.* pro Flac. 150 a, Prædones toto mari dispersi vagabantur. pro Pomp. 10 b, Bellum tam longe lateq; dispersum. & 3 a, Membrorum collectio dispersa. pro Sest. 02 a, Quodam tempore homines fusi per agros ac dispersi vagabantur. Qui. de Pet. 200 a, Vt omnia quæ in re dispersa atque infinita viderentur esse ratione & distributione sub vno aspectu poneretur. ad Her. 6 b, Narratio accusatoris suspiciones interiectas & dispersas habere debet. • de Or. 100 b, Dum hæc quæ dispersa sunt, coguntur. * pro Plā. 271 a, Disseminato, dispersoque sermoni credere.]

☞ Syntaxis. *Disperse ac diffuse dicere. Bellum longè lateq; dispersum. Dispersa collectio Fusi ac dispersi milites.*

Dispertiendus, a, um. pro Cl. 30 a, Pecuniam illam iudicibus dispertiendam esse. I. V. 118 a, Bona verbo redigenda, re dispertienda.

Dispertio, tis. *dispartio, diuido, distribuo, distinguo.* de Oratore 152 a, Redeamus rursus ad coniecturam, eamque in quatuor genera dispertiunt. de Cl. 179 a, Dispertire orationem in membra. pro Murę. 148 a, Romani homines, qui tempora voluptatis laborisque dispertiūt. de Oratore 100 b, Deinde eorum generum quasi quædam membra dispertiat.

Dispertior, tis. I. C. Cæsar coniuratos municipiis dispertiri iubet.

Dispertitus a, um. Epist. 59 b, Mihi tecum ita dispertitum officium est, vt tu, &c. Att. 145 b, Satius existimo vos dispertitos & in speculis esse. I. V. Act. 7, A quibus initia vitæ atque, victus, legum, morum mansuetudinis, humanitatis, exempla hominibus & ciuitatibus data ac dispertita esse dicuntur.

☞ Syntaxis. *Dispertire municipijs milites.*

Dispicio, is. *video, nosco, intelligo.* de Di. 105 b, Imbecillus animus verum dispicere nō potest. At. 35 b, Si dispicere quid cœpero, scribam ad te. Att. 97 a, Nunc velim dispicias Res Romanas. Qu. Fr. 304 a, & 307 b, Sed ego quid sperem, non dispicio. de Fin. 134 b, Cum dispicere cœperimus, & sentire quid simus. Tus. 157 b, Tamen acie mentis dispicere cupiebant.

Displiceo, ces. *odiosus, sum, in iucundus sum.*)(*arrideo.* de Orato 97 b, Atque in ea exercitatione non sane mihi displicet: adhibet, &c. At. 318 a, Mihi quæ adhuc acta sunt, displicet. & ibi Vereor, ne tibi mea consilia displiceant. Att. 2 10 a, Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet. Epi. 5 a, Est quiddam tertiū, quod neque Selio neque mihi displicebat. de Cla. 183 a, Sed mihi placebat Atticus maxime, vel dicam minime displicebat. pro Dom. 204 a, Nonne fieri poterat, vt populo, de Cyprio rege placeres? de exulibus Byzantijs displiceres?

☞ Syntaxis. *Displicet illud de illa re.*

Dispolio, lis. *despolior, priuor.* Anteq. 194 b, Qui sunt assecuti summum gradum honoris, non dispoliabuntur honore. I. V. 209 b, Vt etiam cum cęteris Siculis dispoliaretur.

Disponendo, ad Her. 30 a, Videndum est, cuiusmodi rationem in disponendo habere conueniat.

Dispono, nis. *dispenso, distribuo.* de Ora. 96 b, Inuenta non solum ordine, sed etiam momento quodam atque iudicio dispensare atque disponere. de Or. 155 b, Pisistratus Homeri libros antea cōfusos sic disposuit,

sposuit, vt nunc habemus. Or. 202 b, Verba ita disponunt, vt pictores varietatem colorum. Att. 59 a, Postea vero quam Tyrannio mihi libros disposuit, mens addita videtur meis ædibus.

DISPOSITE, *distincte.* I. V. 220 a, Non possum dispositè istum accusare.

DISPOSITIO, onis. *distributio, ordo, collocatio, sinorsuis.* de Inu 44 a, Dispositio est rerum inuentarum in ordinem dispositio. ad Her. 3 a. Dispositio, est ordo & distributio rerum, quæ demonstrat, quid quibus in locis sit collocandum. & 19 b, Hæc autem dispositio locorum tanquam instructio militum, facile in dicendo, sicut illa in pugnando parere poterit victoriam. de Or. 134 b, Ordo ac dispositio argumentorum. & ibid. Ratio ordinis & disponendarum rerum.

DISPOSITVS, a, um. I. A. 196 a, Sic vero erant disposita præsidia, vt ab ingressione fori populus propulsaretur. Ep. 163 a, Qui locis omnibus dispositi scrutabantur tabellario. I. V. 86 a, Signa ad columnas & omnibus inter columnia disposita subdio vidimus. de Or. 151 b, Sed ita distinctum, vt sint quasi in ornatu disposita quædam insignia & lumina. Qu. de Pet. 208 a, Fac vt planè iis in rebus descriptum ac dispositum suum cuique munus sit. pro Mur. 13 a, Nunc de studiis ad honorem dispositis loquor. pro S. R. 40 b, Aptam & ratione dispositam se habere existimant.

Syntaxis. *Disponere ac dispensare: & contrà. Confusa disponere. Dispositio est ordo ac distributio rerum. Ordo & dispositio.*

DISPVLSVS, a, um. At. 106 a, Pecudes, quæ dispulsæ sui generis sequuntur greges.

DISPVTATIO, onis Epist. 16 b, Scripsi etiam Aristotelen more tres libros in disputatione & dialogo. de Oratore, libro 3, Disputatio, exornationis species. Ac. quæst. ed. 1. li. 2. Disputatio copiosa, sed paulo abstrusior. ibidem. De hac vna re vnius diei disputatio de Finibus lib. 5 Disputatio litigiosa. de Finibus. lib 2. Disputatio splendida. de Finibus. lib. 1, Disputationi interesse. de Finibus lib. 1, Negat opus esse ratione neque disputatione Ac. quæst. ed. 2 lib. 2, Non quæro rationes eas quæ ex coniectura pendent, quæ disputationibus huc & illuc trahuntur, nullam adhibeant persuadendi dignitatem. de Orato. 85 a, Solesque nonnunquam hac de re à me in disputationibus nostris dissentire. de Oratore. 101 a, Infinitæ concertationumque plenæ disputationes. Offic. 40 b, Alia est illa, cum veritas limitatur in disputatione subtilius. * de Fin. Tusc. 143 a, Habeni enim & bene longam & satis litigiosam disputationem Tuscu. 175 a, Velut ex ea disputatione, quæ mihi nuper habita, est in Tuscu.]

Syntaxis. *Disputatio litigiosa, Concertationum plena disputationes. Limitatur veritas in disputatione subtilius.*

DISPVTANDI, do. dum. de Finibus. 55 a, Sed & argumentandum, & accurate disserendum & rationibus conquisitis de voluptate & dolore disputandum putant. de Finibus. 90 b, Subtile ac spinosum disputandi genus. Par. 236 b, & 242 b, Sunt autem aliæ quasi ministræ comitesque sapientiæ: quarum altera, quæ sint in disputando vera atque falsa, quibusque positis quid sequatur, distinguit & indicat, quæ virtutis omnis in ratione sententiaque disputandi sita est: altera autem, &c.

DISPVTANS, tis. Tuscu. 233 b, Acutè disputantis est, videre quid cuique dicendum sit.

DISPVTATOR, oris. *dialecticus.* Offic. 1 b, Demetrius Phalereus disputator subtilis, orator parum vehemens.

DISPVTATVS, a, um. Epist. 110 a, Quæ sunt à me in secundo libro per Antonij personam disputata.

DISPVTO, as. *dissero, siue, & legibus disceptando, decerto, dico.* de Nat. 79 a, Quæ disputaui, disserere malui, quam iudicare. Att. 146 a, Multa disputas huic sententiæ conuenientia. de Oratore. 94 a, Neque hæc in eam sententiam disputo, vt homines, &c. I. A. 250 b, Eas literas dum recito, dumque de singulis sententijs breuiter disputo, quæ sunt attendite. Episto. 37 a, Idque me arbitror pro tribunali multis verbis disputauisse. Episto. 57 a, Qui hæc disputant. Tusc. 194 a, Itaque non inscite Dionysius ad ea disputat, quæ apud Homerum Achilles quæritur, hoc (vt opinor) modo. Tuscu. 234 a, Neque ego vllam in partem disputo. de Orat. 127 a, Genus illud de quo ante disputaui. & 97 b, Disputare de omni re in contrarias partes. & 1ti a, Disputare de aliqua re cum aliquo.

Syntaxis. *Argumentandum, disserendum, disputandum. Disputata sunt hæc per illius personam. Quæ disputaui, non iudico, sed dissero. In quam sententiam disputas. De aliqua re disputare. Ad aliquid disputare. In quam partem? in contrarias partes disputas?*

DISQVISITIO, onis. *inquisitio, inuestigatio.* de Arusp. 246 b, Ad facinoris disquisitionem interest adesse quàm plurimos. pro Syl. 182 a, In magnis disquisitionibus, repentinisque periculis vitam vniuscuiusque esse testem. ad Her. 14 a, Pro argumento sumere, quod in disquisitione positum est, vitiosum est.

DISRVMPO, pis. *diuido, rumpo.* de N. 117 a, Nubis tenuissimam quanque partem diuidere atque disrumpere.

DISRVMPOR, ris. Offic. 56 a, Si propter suum quisque emolumentum spoliet aut violet alterum, disrumpi necesse est humani generis societatem in Vat. 32 a, C. Cosconius noster, quem disrumperis cum ædilitium vides. Att. 65 a, Disrumpuntur ij, qui me posse aliquid doluerunt. pro Dom. 233 a, Quare disrumpatur licet ista furia, bis seruaui &c. Att. 66 b, Disrumpatur licet. Att. 109 b, Disrumpor dolore.

DISSEMINATVS, a, um. pro Planc. 271 a, Vos oro iudices, ne fictis auditionibus, ne disseminato dispersoque sermoni credatis. I. C. 119 a, Latius opinione disseminatum est hoc malum, manauit, non solum, &c.

DISSEMINO, as. *dispergo, dissipo.* pro Ar. 191 b, Ego vero omnia quæ gerebam, iam tum in gerendo spargere me, ac disseminare arbitrabar in orbis terræ memoria sempiternam.

Syntaxis. *Credere disseminato, dispersoque sermoni. Spargere disseminare.*

DISSENSIO, onis. *dissidium, dissentio.* Orat. 105 a, Quibus in causis omnibus fuit inter peritissimos homines summa de iure dissensio. Qui. Fr. 309 b, Vehementer inter fuit reipub. nullam in eiusmodi causa dissensionem esse, contra Rull. 99 a, Non potestatum dissimilitudo, sed animorum disiunctio dissensionem facit. pro Syll 178 b, Vt dissidio ac dissensione facta posset, &c. Offic. 18 a, Qualis fuit inter P. Africanum. & Quin. Metellum sine acerbitate dissensio. & 63 a Hæc est illa, quæ videtur vtilium fieri cum honestis sæpe dissensio: quæ iudicanda sunt. Attic. 15 a, Non dissensione ac dissidio vestro, sed voluntate ac iudicio tuo. de Clar. Orat. 181 a, Itaque nunquam de bono oratore, aut non bono, doctis hominibus cum populo dissensio fuit. de Finibus. 123 a, & Epist. 8 a, De isto magna dissensio est. de Na. 2 a, Qui deos esse dixerunt, tanta sunt in varietate ac dissensione constituti, vt, &c. pro Mar 15 b, Inter me & alium quempiam dissensio est. contra Rul 88 a, Commouere nouam dissensionem. & 87 a, Tumultus dissensio ciuium. * Tusc. 175 b, Philosophia doctissimorum contentionibus, dissensionibusque viguit.]

Syntaxis. *Dissidium, & dissensio. Constituti philosophi in tanta varietate ac dissensione. Dissensionem commouere.*

DISSENTANEVS, a, um.)(. *Consentaneus.* Part. 230 a, Vt ea quæ sunt ipsi contraria eius, aut similia, aut dissimilia, aut consentanea, aut dissentanea.

DISSENTIENS, tis. Tusculan. 215 a, Vitiositas est affectio in tota vita inconstans, & à seipsa dissentiens. I. A. 244 b, Ciues inter se grauissime dissentientes.

DISSENTIO, tis. *dissideo, discrepo, inter me & alium quempiam dissensio est, in alia voluntate vel opinione sum, in alia omnia eo vel discedo.* de Natura. 2 a, Res nulla est, de qua tantopere non solum docti, sed etiam indocti dissentiant. & 3 a, & de Orat. 85 a, Solesque nonnunquam hac de re à me disputationibus nostris dissentire. Orato. 218 a Aristoteles pæana vt optimum probat, a quo dissentio. pro Font. 280 a. Galli à cæterarum gentium more ac natura dissentiunt. I. C. 116 a, Dissensit M. Lepidus. Qu. Catulo. de Finibus. 81 b, & 132 a, Græci maledictis insectantur eos à quibus de veritate dissentiunt. de Fini. 68 a, Ubi inter se dissentiunt. Offic 67 a, Ego etiam cum Catone meo sæpe dissensi. ad Heren. 4 a, Cum videtur scriptoris voluntas cum scripto dissentire. de Arusp. 256 b, Sylla dissensit cum Mario. de Finib. 106 b, Stoicos à Peripateticis non verbis, sed vniuersa re & tota sententia dissentire.

Syntaxis. *A se ipso dissensit impius. Inter se dissentientes. De hoc dissentiunt omnes. Ab aliquo dissentire de. Alicui dissentire, & cum aliquo. Vniuersa re, & tota sententia dissentire.*

DISSERENDI, dum de Finibus. 55 a, Sed & argumentandum, & accurate disserendum, & rationibus conquisitis de voluptate disserendum putant. Oratore. 123 a, Dialectica ars disserendi, & vera ac falsa diiudicandi. de Legibus. 168 b, Atque hæc omnia quasi sepimento aliquo vallabit disserendi ratione veri & falsi iudicandi scientia, & arte quadam intelligendi, quid quanque rem sequatur, & quid sit cuique contrarium, *& ibi de rhetorica, & earum differentia.* de Orato. 90 b, Philosophia in tres partes est distributa: in naturæ obscuritatem, in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores. * Tusculan. 248 b, In quo inest cum omnia vtilitas disserendi, tum veritas iudicandi.]

DISSERENS, tis. de Fin. li. 1, Disserentium inter se reprehensiones non sunt vituperandæ. Att. 137 a, Disserens in vtranque partem.

DISSERO, ris *disputo, dico* de Nat. 79 a, Quæ disputaui disserere malui, quàm iudicare. de Orat. 109 b, Cæsar dicebat te per multa cum Antonio de eloquentia disseruisse. & 89 a, Hæc ego cum ipsis philosophis tum Athenis disserebam. pro Fl. 155 a, Sed de hoc teste disseruit & subtiliter, & copiosè Q. Hortensius. Episto. 186 b, Quod pluribus verbis in Senatu disserui, & dixi in concione de N. d. lib. 1, Dissero breuius quàm causa desiderat. de Amic. C. Lælij persona visa est idonea fuisse, quæ de amicitia ea ipsa dissereret

DISSEROR, ris. de Finib. lib. 2, Vt inter quos disseritur, conueniat. Tuscu. lib. 1, In vtranque partem multa disseruntur. de Amic. Quæ inter me & Scipionem de amicitia disserebantur. de Fin. lib. 1, Disseretur inter principes ciuitatis. Academico. quæstio. ed. 1. libru 2, Et rem idoneam de qua quæratur, & homines dignos quibus cum disseratur, putant.

Syntaxis. *Argumentandum & disserendum. Aliqua disserere non tamen iudicare. De re aliqua disserere, inter eos disseritur. Cum aliquo disserere.*

DISSIDEO, des, dissedi & dissidi. *dissideo discordo.*)(. *Congruo,* I. V. 273 b, Quasi natura & genere disiuncti sint, dissident a nobis animo, & voluntate. Antequam. 195 b, Hostes, qui in bello dissident voluntate, dimicant armis. de Oratore 96 a, Ita à sententia scriptum dissideat Offic. 34 a, Temeritas, quæ à sapientia dissidet plurimum.]de Cl. 185 a, Nisi Quin. Cæpio nimis equestri ordini deditus, a Senatu dissedisset pro Sest. 12 b, Consules a Tribuno plebis post interitum meum dissident? qui, &c. Acad 33 b, Definitio summi boni, de qua qui dissident, de omni ratione vitæ dissident. Atti. 7 b, Quinimo inter se leuiter dissident. Atti. 105 a, Non rectum me in tantis rebus à Pompeio dissidere. de Leg. 166 b, Hi de re vna solum dissident, de cæteris mirifice congruunt. de Fat. 149 a, Aliquos verbis, non re dissidere. pro Mar. 135 b, Non consilijs solum & studijs, sed armis etiam & castris dissidebamus.

dissidebimus.de Ami.95 b, Cum P.Sulpitius capitali odio a Q. Pōpeio dissideret.pro Cor.61 a, Odio quodam atque dissidio dissidere ab aliquo.Aca.36 a, Chrysippus cum Cleante doctore suo qui multis rebus dissidet ad Her. 8 b, Cum voluntas scriptoris cum scripto dissidere videtur. In Anto 233 b, Non cum homine, sed cum causa dissideo.de Finibus 61 a, Dissidere à seipso, secumque discordare & 56 b, & 58 a, Cupiditates intus in animis inclusæ inter se dissident atque discordant.de N.2 a, Opiniones variæ, atque inter se dissidentes. *Tusc.236 b, Tam grauibus concitationibus, tamque ipsis inter se dissidentibus atque distractis aliter dissidentibus.

Syntaxis. *Dissidere ab aliquo studiis, genere. Inter se dissident. Illi. De re aliqua dissidere. Cum aliquo dissidere. Dissidere atque discordare. Variæ opiniones, & inter se dissidentes.*

Dissidium, dij *dissensio, diuortium*. pro Cl.58 a, Sæpe fieri diuortia, atque affinitatum dissidia vidimus. pro Syll. 178 b, Vt hoc dissidio ac dissensione facta, oppidum in potestate posset habere. Att 15 a, Non dissensione ac dissidio vestro, sed voluntate ac iudicio tuo. pro Cel. 43 b, Magnum odium video cum crudelissimo dissidio extitisse. pro Cor.61 a, Odio quodam atque dissidio dissidere ab aliquo. de Amicitia. 110 b, Ne qua amicorum dissidia fiant. Acade.47 a, Doce, quod & qua de causa dissidium factum sit: vt videamus, satisne ista sit iusta defectio. de Finibus 58 a, Odia, dissidia, discordiæ, &c de Ar 254 a, Dissidium optimatium. pro Dom.232 a, Defleui coniugis miseræ dissidium. I A.169 a, Is desiderium tui dissidij ferre non poterat. Attic. 250 a, Iulia non vult amplius ferre: constitutum enim est dissidium.

Syntaxis. *Diuortia, & affinitatum dissidia. Dissidium & dissensio. Odio & dissidio dissidere ab aliquo.*

Dissimilis le. *dispar ab aliquo cum aliquo dissimilitudinem habens.* de Or.116 a, Existimant artificium esse hoc quoddam, non dissimile cæterorum. de Cla. 191 a, P.Crassus dissimilia cæterorum Crassorū. item: Tam excitatum, si non tam acerbum odium, attamē aut odij, aut inuidiæ non dissimilis offensio. de Finibus 134 a, Stirpium educatio quædam & perfectio est, non dissimilis animantium. Orat.220 a, Numerus omnium dissimillimus In Anton.171 b, Antonius saturaat se sanguine dissimillimorum sui ciuium. pro Dom. 237 a, Aliquis mei dissimilis. Epi.146 b Qui te ab impiorom ciuium tui dissimillimorum societate seiungas. de Finibus 109 b, Hoc sit expositū, dissimile, est superiori Att.64 a, Nulla vis est naturæ, vt sui dissimilia possit effingere. de Clar.183 b, Quid tam dissimile, quam Cutta Sulpitio? pro Syl.186 b Et erat huic iudicio longe dissimilis illa contentio de Finibus 139 b, In his verò ætatibus, quis est tam dissimilis homini, qui non, &c. de Cla. 191 b, Quid est tam dissimile, quam Demosthenes & Lysias. de Cl.191 b, Quæ sunt inter se dissimiles, & aliorum. de Orator.145 a. Res dissimiles inter se, quæ tamen consimili laude dignentur. de Orat.110 a, Cum inter vos in dicendo dissimillimi sitis. Postquam 203 a, In officio persoluendo dissimilis ratio pecuniæ debitæ est. pro Plan 263 a, Dissimilis est pecuniæ debito & gratiæ. de Diuinat. 127 b, Eos qui nascuntur eodem tempore posse in dissimiles incidere naturas propter cœli dissimilitudinem. Episto.8 a Gaudeo tuam dissimilem fuisse fortunam. I.C.106 a, Diuersa Catilinæ studia in dissimili ratione. pro Mur.136 b, Quam turbam dissimillimo ex genere distinguebant homines perculsi Syllani temporis calamitate.

Syntaxis. *Dissimilis istr, & istius, (id sapim.) Quid tam dissimile quam impius pio, vel quam pius & impius. In dicendo dissimiles, inter se dissimiles. In dissimiles incidere naturas.*

Dissimiliter. *dissimili ratione*. cont. Rull. 71 b, & ad Heren. 10 a, Res dissimiliter indicatæ & de Finibus 66. * de Finibus 66 a, Cum voluptas percipitur ex dissimilibus rebus dissimiliter efficientibus voluptatem.]

Dissimilitudo, nis. *varietas, distantia, differentia*. de Ami. 110 a, Morum dissimilitudo dissociat amicitias. pro Corn.61 a, Dissimilitudo ciuitatum varietatem iuris habet maximam. de Diuina. 128 b, Dissimilitudo locorum dissimiles hominū procreationes habet. de Ora. 107 a, Ius ciuile hanc habet ab illis rebus dissimilitudinē, quòd vox, & gestus, &c. iuris autem vtilitas, &c. Episto.25 a, Genus institutorum meorum dissimilitudinem habet cum illius administratione de Di. 128 a, Quarum rerum tantę dissimilitudines sunt, vt alia Romę, alia Tusculi eueniat sæpe tempestas de Fi.128 b, Est etiam alia cum ipsis artibus sapientiæ dissimilitudo. de Fa.141 b, Quoniam tantum natura a natura distat, quid mirum est has dissimilitudines ex differētibus causis esse factas. Off.21 b, Vt enim in corporibus magna dissimilitudines sunt, sic in animis existunt maiores varietates, & 22 b, Innumerabiles aliæ dissimilitudines sunt naturæ. morumque minime vituperandorum. de Leg.162 a, Nulla dissimilitudo est in genere. de Cla.191 b, Videat, ne ignoret & gradus, & dissimilitudines, & vim & varietatem Atticorum.

Syntaxis. *Ab aliquo dissimilitudinem habere. Vt in corporibus magna dissimilitudines, sic in animis maiores varietates.*

Dissimulanter, *obscure*)(. *Aperte*. de Orat. 122 a, Id tamen dissimulanter facere, prudentia est. de Cla. 109 a, Numeri non aperte & eodem modo, sed varie dissimulanterq; conclusi. Epi.5 b, Cæteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati.

Dissimulantia. ææ. *ironia, dissimulatio*. de Ora. 134 a, Socratem opinor in hac ironia dissimulantiaque longe lepore & humanitate omnibus præstitisse.

Syntaxis. *Ironia & dissimulantia.*

Dissimulatio, onis. *mala, & non mala dissimulantia, ironia*. de Orat. 133 b, Dissimulatio est, cum alia dicuntur ac sentias. & 141 a, Aliquando euolutus es illis integumentis dissimulationis tuæ. de Ora. 162 a, Tum illa, quæ maxime quasi irrepit in hominum mentes, alia dicentis ac significantis dissimulatio. Offic. 64 a, Ex omni vita simulatio dissimulatioque tollenda est Aca.5 a, Socrates autem de seipso detrahens in disputatione, plurimum tribuebat iis, quos volebat refellere: ita cum aliud diceret atque sentiret, libenter vti solitus est ea dissimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant, quam ait etiam in Africano fuisse Facinus.

Syntaxis. *Ex omni vita simulatio dissimulatio tollenda.*

Dissimulator, oris. de Or lib.2, Dissimulatores studiorum.

Dissimulo, as, *occulto, contineo*. Att 118 b, Dissimulare enim non potero, mihi quæ adhuc acta sunt, displicere. pro Cl.28 b, Neque id obscure ferebat, nec dissimulare poterat pro Dom 137 b Non dissimulo me nescire ea, quæ etiam si scirem, dissimularem. pro Plā 274 b, Cæteri vera beneficia etiam in mora dissimulant, ne obligati esse videantur pro Sest. 18 b, Dissimulare aliquid silentio. Epi. 148 a, Molesta & simulaui inuitus & dissimulaui cum dolore. I.C.103 a Nonnulli sunt, qui ea quæ vident, dissimulant. pro Mur. 133 b, Etiam illos quid simulant, non solum eos qui fatentur. Of 21 b, Si quis est paulo erectior, occultat & dissimulat appetitū voluptatis. Att 16 a, Fingere, dissimulare, & obtegere, Of 329 b, Vt ista dissimolare possit.

Dissimulor, ris. pro Sex.R.32 b, Tenuitas hominis dissimulari non potest.

Syntaxis *Fingere, dissimulare, obtegere. Dissimulare simpliciter, & aliquid & silentio.*

Dissipabilis, le. *quod facilè dissipatur*. de Nat.65 b, Aer natura cedens est maxime dissipabilis.

Dissipatio, onis *dissolutio* de Natu 15 b, Epicurus corporum concretionem fugit, ne interitus & dissipatio consequatur. Att.197 a, Dissipatio pecuniæ publicæ I A.248 a, Tantam ei pecuniam decreuistis, quantam ex bonis patriis in prædæ dissipatione inimicus victor redegisset. I.A.248 a, Sed hanc mihi dissipationem pro paterna necessitudine deposco.

Dissipatus a, um. *dispersus, dissolutus*. pro Sest.22 a, Tusculan. 161 a, Homines dissipatores vnum in locum congregare. pro Dom 216 a, Depulsis ac dissipatis copiis hostium Att 143 a, Prorsus dissolutum offendi nauigium, vel potius dissipatum. de Cl.184 a, Curio cum tardius in cogitando, tum instruendo dissipatus fuit. Postquam.209 b, Aliquis fractus & prope dissipatus. de Orat.188 a, Genus hominum in montibus & syluis dissipatum. & 121 b, Ius ciuile, quod nunc fusum dissipatum est, in certa genera cogere & ad artem facile redigere. Facilius est apta dissoluere, quàm dissipata connectere. pro Flacc.149 a, Distributis partibus sermo est tota Asia dissipatus, Cn. Pompeium, &c de Orato.100 b, Omnia, quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata, quondam fuerunt. pro Sest 28 a. Euersa domus est, dissipati liberi, rapta coniux. contra Rull.84 a, Effusis ac dissipatis fluctibus vestris. * Tuscula. 226 b, Dissipatas animi partes in suum locum cogere.]

Dissipo, as. *dispergo, disperdo, dissoluo, diffundo, consumo, conficio, distraho*. de Na.33 b, Ignis quocunque inuasit, cuncta disturbat ac dissipat. de Orato.129 b, Nihil superest libidines totum dissipauerunt. I A.261 a, Dissipare famam vel romorem. I.Ver.79 b, a, Cum istius amici sermones huiusmodi dissipauissent, me, &c. Episto 56 b, Dissipare fortunas. de Na.74 b, Postremò a parco patre quod sumas, quanto dissipas libentius de Amic. 100 a, Amicitia omnia contrahit, discordia dissipat. contra Rull. 61 a, Disperdere ac dissipare patrimonium. de Diuinat.96 a Simia omnia, quæ erant ad sortem parata, disturbauit, & aliud alio dissipauit In Va.36 a, Subsellia dissipauit, vrnas deiecit. de Diuinat.122 b, Simia vrnam euertit, sortes dissipauit. pro Pomp.8 a Medeam prædicant in fuga fratris sui membra in iis locis, quà se parens persequeretur, & dissipauisse. Epist 23 b, Capere, occidere, & dissipare hostēs. & 190 a, Dissipare classem. I.P.99 b, Illi statuam istius deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant. Postqu. 201 a, Mihi, quod potuit sceleratorum furor detrahere, eripuit, abstulit, dissipauit. * Diuulgo. Epistol.112 a, Te subrostrarij dissiparant periisse.]

Dissipor, ris. Tusc.152 a, Qui discedere animum censent, alij dissipari statim, alij diu permanere, ali, &c. Tusc.152 a, Animum dissipari dissolui, & interire. pro Pl.27 a, Maledicto nihil facilius emittitur, nihil latius dissipatur. Epis.53 a, Habemus etiam rationem rei familiaris tuæ quam dissipari nolumus. * Tusc.153 a, Si animus aer est. fortasse dissipabitur. & ibi. Si Aristoxeni armonia dissoluitur.]

Syntaxis. *Interitum & dissipatio corporum. Pecuniæ prædæ dissipatio. Depulsa & dissipata copia. Nauigium dissolutum & dissipatum. Homo in instruendo dissipatus. Homo fractus & dissipatus (in ærumnis inquam.) Fusum ac dissipatum. Dispersum & dissipatum. Dissipati liberi. Cuncta ignis disturbat & dissipat. Dissipare rumorem. Statuam comminuere, dissipare. Animus non dissolutum, non dissipatur.*

Dissociatus, a, um. de Or 149 b, Postea dissociati a Socrate, diserti a doctis. Att.65 a, Dissociatis animis ciuium.

Dissocio, as. *disiungo*. de Amic.110 a, Morum dissimilitudo dissociat amicitias.

Dissolubilis, le. *dissipabilis*.) (. *Indissolubilis*. de Nat.65 b, Animal mortale, dissolubile, & diuiduum est & 62 a, Coagmentatio dissolubilis.

Dissoluendus, a, um. pro Mur.139 b, Misericordia commotus ne sis etiam in dissoluenda seueritate.

Dissoluo, uis. *pro alieno me libero*. pro Syll.177 b, Dissoluere æs alienum. pro Qu.3 a, Per te C. Aquili decedit Quintius, quod liberis,

Scapulæ dissolueret. I.V.187 b, Pecuniam tenere, nec quicquam vlli dissoluere. Att.234 b, Tibi assentior maiorem eius *πραξιν* fore, si mihi quod debet dissoluerit Att.261 a, Illi turpe erit eo nomine, q satis dare debeat, procuratores eius non dissoluere. Tusc.170 a, Ego verò Lycurgo maximam gratiam habeo, qui me à pena mulctauerit, quã sine mutatione, & sine versura possum dissoluere.

¶ *Resoluo.* pro Dom. 223 a, His verbis scripta est ista proscriptio vt seipsa dissoluat. Acad. 19 a, Chrysippus multa contra sensus, quę in cõsuetudine probantur, dissoluit de N 65 a, Illa autem quę Carneades afferebat, quemadmodum dissoluitis? de Orat 123 a, & ibi &c. Dialectici multa inueniunt, quæ non possunt ipsi dissoluere. de Diu. 211 b, Quomodo autem mentientem dissoluas, quem pseudomenon vocant, dialectici dicent contra Rul.73 a, Interea dissoluant iudicia publica, de consilijs abducant, quos velint. in Verr. 146 a, Pecuniamque ex S.C & ex lege dissoluerant pro Quin. 3 a, Facilius est apta dissoluere, quam dissipata connectere. de Orat 220 a, Compositi oratoris bene structam collocationem dissoluere permutatione verborũ. & ibidem b Illis, vt est in prouerbio, scopas (vt ita dicã) mihi videtur dissoluere. de Sen 922, Opus ipsa suum eadem quę coagmentauit, natura dissoluit Officio. 75 a, Fraus constringit, non dissoluit periurium pro S R 37 a, Dissoluere amicitiam. & pro Quint. R. 51 a, Dissoluere societatem.

Dissolvor, ris. *euanesco abrogor.* Off. 57 a, Quam si ad se quisque rapit, dissoluetur omnis humana consociatio. de Vo.202 a, Indissolubiles quidem esse non potestis, nõ tamen dissoluemini. I.A. 156 a, Ea lege omnes iudiciariæ leges Cæsaris dissoluuntur. I.A.156 b, In maximis rebus, id est, in legibus, acta Cæsaris dissolui ferendum non puto. Tusc. 253 a, Dissolui, dissipari, interire.

Dissolutus, a, um. *remissus, negligens. effæminatus.* Bru.91 b, Nec dissolutum a te quicquam homines expectant, nec crudele. I.V. 237 a, Crudelis in animaduertendo, dissolutus in permittendo. I.V. 214 b, Verres negligens ac dissolutus. & 176 b, Vir omnium dissolutissimus. pro Quin 6 b, Dissolutus in re familiari ac negligens. & 7 a, Dissolutus, profusus, perditus nepos Tusc.221 a, & 218 a, Adolescens perditus & dissolutus. Att 274 b, Ne tua liberalitas dissolutior videatur, Off 20 a, Negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis, sed omnino dissoluti. pro S R 23 b, Dissoluto animo esse. pro Flac. 150 a, Dissoluta Græcorum consuetudo. & impudens licentia. contra Rull. 77 a, O consilia dissoluta & perdita I V.177 a, Iudicium dissolutum, perditum, summarium. Att. 18 b, Nihil populare ac dissolutum.

¶ *Infirmatus, afflictus, fractus, dissipatus* de Legib. 275 b, Quod institutum peritè a Numa posteriorum Pontificum negligentia dissolutum est de Or.100 b, Ars quæ rem dissolutam & diuulsam conglutinaret & ratione quadam constringeret. pro Cec. 286 a, Id iam mala cõsuetudine dissolutum est. Att.243 a, Dissolutum offendi nauigium vel potius dissipatum pro Cec. 287 a, Dissoluta argentaria. de Fin.86 a, Quod dissolutum sit, id esse sine sensu.

Dissolute, *remisse, indulgenter, negligenter, ignaue.* At.228 a, Ei nec crudeliter quicquam eripui, nec dissolute quicquam remisi. pro Cecinna. 205, Ius suum dissolute relinquere. I.An. 205 b, Res confecta est minus quidem illa seuere, quàm decuit, non tamen omnino dissolute.

Dissolutio, onis. *resolutio, infirmatio, confutatio, reiectio.* de Leg. 162 a, Mors est dissolutio naturæ I.V.231 a, Hi qui post iudiciorum dissolutionem ædiles facti sunt de Fi. 86 a. Quæro autem, quid sit, quod cum dissolutione, i. morte, sensus omnis extinguatur. I. A. 157 a, Hęc verũ tãdem lex est? an legum omnium dissolutio? pro Cl. 18 a, Dissolutio criminum ab oratore quæritur. ad Her. 1 b, Confortatio, est cõtrariorum locorum dissolutio Ep. 61 b, Si humanitas appellãda est, in acerbissima iniuria remissio animi & dissolutio. Part. 231 b, Dissolutionibus relaxare constructionem.

¶ *Est etiam dissolutio & dissolutum, exornatio, que coniunctionibus verborum è medio sublatis, separatis partibus effertur. &c.* ad Her.33 b.

Dissolutum, ti. *dissolutio, de qua proximè.* de Or. 162 a.

☞ Syntaxis. *Dissoluere debitum, pecuniam, es alienum. Coniuratio in verum se ipsa dissoluet. Dissoluere amicitiam, Nil à te dissolutum expecto. Negligens ac dissolutus. In re familiari dissolutus. Dissoluti negligentia consilij. Iudicia dissoluta, perdita, summaria. Animi remissio, & dissolutio in acerbissima iniuria*

Dissuadens, tis. Top. 213 a, Dissuadentibus aut vtilitas labefactanda est, aut efficiendi difficultates efferendæ, neque alijs ex perceptis, sed ijsdem ex suasionis locis.

Dissuadeo, des *deterreo.* contra Rul. 86 b, Quis vnquam tam secunda concione legem Agrariam suasit, quàm ego dissuasi si hoc dissuadere est, ac non disturbare ac peruertere. Off. 72 a, Non modo non censuit captiuos remittendos, verũm etiam dissuasit. & 74 a, Cum præsertim de captiuis dissuasurus esset

Dissuasio, onis)(*Suasio* pro Cl.47 a, Dissuasio rogationis eius, quæ contra coloniam Narbonensem ferebatur. ad Her. 1 a, Deliberatiuũ genus est, quod habet in se suasionem.

Dissuasor, oris. de Or. 133 a, Dissuasor legis.)(*Autor legis*, Att 283 b, Auctor quasi dissuasor consilij mei.

Dissuauior, aris *suauiter osculor.* Epist. lib. 16, 267 a, Ego vos videbo, tuosque oculos etiam si te veniens in medio foro videro, dissuauiabor. Qu. fratri.

Dissuo, is. *sensim paulatimque dissoluo.* de Am. 110 b, Tales igitur amicitiæ dissuendę magis sunt, quàm discindendæ. Off. 34 b, Amicitiã magis decet sensim dissuere, quàm repente præcidere.

Distans, tis. *dissimilis, diuersus.* Or 201 b, Naturæ variæ & voluntates multum inter se distantia effecerunt genera dicendi. I.A. 173 a, Tot res, tam dissipatæ, tam distantibus in locis positæ Or. 199 b, Quid autem tam distans, quã a seueritate comitas? de Na. 59 a, Terræ ab his, quas regionis, quam nos incolimus continuatione, distantes. Tusc. 241 b, Sidera inter se & altitudine, & humilitate distantia.

Distantia, tiæ *differentia, discrimen.* de Amic. 110 a, Tanta est inter eos, quanta maxima esse potest, morum studiorumque distantia.

Distentus, a, um, & Distentissimus, *occupatus, impeditus.* At.246 b, Intelligo te distentissimum esse, quã de Buthrotijs, quã de Br. de Nat. 79 a, Diuina prouidentia distenta, cęlum versans, terras tuens, maria moderans Att. 150 a, Breuitate epistolæ scire poteris eum valde esse distentum. Q F. 257 a, Et si distentus tum opera, tum animo sum multo magis. pro S R. 222, & Att. 8 b, Sylla tot tantisque negocijs distentus est, vt respirare libere non possit.

Disterмino, as. *separo, disiungo.* In Ara.

Quas interuallum binas disterminat vnum.

Distincte: & Distinctius. *disposite, distribute.* de Ora. 147 b, Distincte, explicate, abundanter, & illuminate dicere Tusc 176 a, Qui profitentur, se neque distincte, neque distribute, neque eleganter, neque ornate dicere de Legibus 163 a, Articulatum distincteq; dicere. Orat. 205 b, Partite, definite, distincteque dicere. In Anto. 276 b, Num conturbo te? non enim fortasse satis quæ distinctius dicantur, intelligis

1.ad Atticum, Dare Epistolam de phaselo. 9.in Verr. Excusationem. 3.ad Attic. Expectationem. *pro Mouere expectationem.* Diuinat.lib.2. 5.Philip. Dare alicui facultatem sui trudendi. in Piso. Gloriam. 3.in Verr. Dare hæreditatem. 5.Philipp. & 11. Dare Imperium. 7 in Ver. in Catil. & 3.Philipp. Dare in custodiam. pro Rosci. Amer. In quæstionem. 1.Verr. & pro Cecinn. 13.Famil. Iudicium alicui. *hoc est, iurisdictionem.* pro Planc. Dare lætitiam alicui. Officio. 1. Tusculano. pro Cluent. Laudi, vitio, contraria, tertio de Leg. Legem & disciplinam viuendi populis. ad Attic. lib. secundo, Librum perferendum ad aliquem. 1. Offic. pro Domo sua, Licentiam. pro Rosc. Com. Litem. ad Atti. lib. 2, Is quærit ex me, num consueuissem. Siculis locum gladiatoribus dare. 2. de Natura deorum. Quæcunque enim motus, quæcunque mouemur, videtur quasi locum dare & cedere. 3. de Natu. deor. Dare locum respondendi. 13.ad Attic. Dare mancipio. ad Attic. lib. 8. 5. Philipp. Mandata alicui ad aliquem 11. Philipp. Materiam inuidiæ. 1.ad. Quint. Frat. Materiam sermonis. Offic. 3, Alicui medicamentum. pro Domo. sua, Mercedem. *pro dare pœnas.* pro Milo. Mentem. *id est, in animum immittere.* Læl. Merita. pro Sest. Munus gladiatorium alicui *id est, in eius memoriam.* 15.ad Atti. Dare operam funeri. primo Officio. Liberis dare operam, re honestum est, nomine obscœnum. *hoc est, liberis procreandis.* 2. de Leg. Operam rebus diuinis. 1. de Oratore. Operam valetudi. Academ. quæst. edend. 1.lib. 2, Offic. 3, Optionem. pro Rabir. Posthum. Dare partes. Catil. 4. ad Atti. & 3, ad Quin. frat. Alicui plausum multiplicem. 3. Philipp. Potestatem & fortunam aliquid faciendi. 3. ad Atticum. Potestatem vt quid fiat. in Piso, Præcepta. 11. Philip. Præsidium. 3. de Oratore. 8. Philipp. Primas, secundas, tertias alicui rei. Offic. 2. Principatum alicui, *τὰ πρωτεῖα δίδοναι.* 1. de Finibus. Primum erit hoc quasi prouincias atomis dare, quæ recte, quæ obliquæ ferantur, tertio in Verr. Dare rationé. 4. ad Herenn. Rationem sui consilij pro Rabir. Posthum. Reditum regis Consuli. 5. Famil. Recordationes. in Verr. Se ad descendendos homines. de Natura deorum. 1, Se ad legendos libros. Tusc. quæstio. lib. 2, Se gemitui lamentabili, imbecillo, abiecto, flebili. 7. Verr. 1. de Diuinat. Se in conspectum alicuius. 5. Tusculan. Se in tormenta. 1. Offic. Se iucunditati. 13. Famil. Se petitioni. 4. Tusculan. Se philosophiæ excolendum. 5. in Verr. pro Sest. in Piso. Se populo ad coronam. de Arusp. respub. Se prouinciæ, vel rei militari, atque ibi piratarum contumelias perpeti. 7. Fami. Se amicorum salutationi. Tusculan. Se somno. de Finibus. libro. 2, Se vadem ad mortem pro amico. de Senectut. Se voluptatibus. 9. Famil. Sermonem alicui. 3. Philipp. Signum. *pro, ostendere, vel Probare.* 3. de Finibus. Addo etiã illud, multa iam mihi dare signa puerum & pudoris & ingenij. Topic. & Oratore. Significationem. 1. Verr. Virtutis specimen. quarto Famil. Studium suum artibus. pro Flacc. Dare tabellam de aliquo. pro Cæl. Tempus ad ludum ætatis. pro Qu. 6. & 7. in Ver. Testes. pro Plan. Testimoniũ dignitati alicuius. in Pi. Dare veniam ad ignoscendum. Offic. 1. pro Clu. Alicui venenum. 15. Famil. Veritati vel amicitiæ. 10. Philip. Vestitum & arma. 12. Pilip. Vicarium. 2. Pilip. Vitam. pro Ro. Amer. Vitio, vel culpę. 14. Fa. Vrbem diripiendam. D. li. b, Deos gallis signũ dedisse cantandi. de Diu. lib. 2.

DANDVS, a, um. *donandus exhibendus* . de Ami. Virtuti opera danda est. 3. de Or. Danda palma docto oratori. Tusc. q. li. 1, Quantum autẽ consuetudini famæque dãdum sit, &c. 8. Philip. Cæteris autem, si errorem suam deposuerint, & in Remp. gratiam redierint veniam & impunitatem dandam, puto. Off. 2, Conuenit autem cum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum. ad Attic. libr. 4, Vesturio dandi sunt dies in Oratore. Ingredientibus considerandum fuit, quid ageremus: nunc quidem iam quocunque feremur, danda nimirum vela sunt de Amicitia. Vt in dandis recipiendisque meritis, quod quisque minus per se posset, id acciperet ab alio, vicissimque redderet.

DARIS, datur. 2.ad Att. Si dabitur quies. 3. de Natu. Quęnam vnquam ob mortem Myrtili pœnis luendis dabitur satietas supplicij? 3. de Legib. Hæc detur cura Censoribus. de Nat. deorum. 1, Detur id nobis. *id est, concedatur.* 11. Philipp. Castin vere sententia mea dominatum & principatum dari. 2. de Finibus. Et tamen quid attinet luxuriosis vllam exceptionem dari, aut fingere aliquos, &c. pro Ro sc. Amer. 38 a, Is se in cruciatum dari cupit, dum hac de re quæratur. ad Octau. dari in seruitutem. ad Attic. lib. 1, Neque ijs a Senatu responsum dari patitur. 13. ad Attic. Sed tum dari totas scriptas, cum vtrique nostrum videbitur. de Amic. Est enim, quatenus amicitiæ dari venia possit. 2. Offic. Quanquam enim quod præsens tanquam in manu datur, iucundius est tamen hæc in posterum gratiora. 10. ad Attic. Datur opera de illo. 2. de Finibus. Ad eas enim res ab epicuro præcepta dantur. 6. Verr. Is accusatur, ficti testes in eum dantur. Part. 241 a, Ea litera de accusatore solet dari iudici, *id est, transferri in iudicem.* de Orat. 120 b, Si se dant, & suas sponte, accipit quod datur. pro S. R. 40 a, Commoda quibus vtimur, a deo nobis dari atque imperti ri videmus.

DATVRVS, a, um. Attic. 122 a, Epistola quam de nocte daturus eram. quarto Verr. Si quis eum pulsasset, edixit se iudicium iniuriarum non daturum, &c. Lentulus Ciceroni, libr. 12. Spero celeriter eum pęnas daturum. Lentulus lib. 12, Quamobrem opinione confido sceleratissimum latronem pœnas daturum. 5. de Finibus. Non intelligunt idcirco esse ea propter se expetenda, quod nulla vtilitate obiecta delectentur animi, atque ipsa scientia etiamsi incommoda datura sit, gaudeant.

DATVS, a, um. Pomp. 13 a, Hoc tantum boni quod a dijs immortalibus oblatum & datum est. Attic. nono a, Et tamen ab illo aperte, te ctę, quicquid est datum, libenter accepi. sexto Verr. Apud amicos multa deposita, multa alijs data atque donata. Episto. Accepi literas tuas Corcyræ datas 3. in Catil. Itaque vt comperi legatos, &c. atque huic esse ad Catilinam datas literas, &c. ad Quint. Frat. libro secundo, Accepi literas tuas datas Placentiæ, de Senect. Quibus quum á cuncto consessu plausus esset multiplex datus, dixisse ex eis quendam, Athenienses scire quæ recta essent, sed facere nolle. secundo Officio. Huic quoque ergo á maioribus nostris est in tota dignitate principatus datus. ad Quint. Frat. libro secundo, Eodem igitur die Tyrijs est Senatus datus frequens. de Amic. Virtutum amicitia adiutrix á natura data est, non vitiorum comes. primo de Finibus. Data est mihi facultas, vt meo arbitratu facerem. 4. Famil. Ser. Sulpitij, Quod nõ prius quám datum, ademptum sit. pro Leg. Man. Tantum boni á dijs immortalibus oblatum & datum. ad Att. Et tamen ab illo aperte, recte, quicquid est datum, libenter accepi pro Cluent. Ne legi quidem quicquam per tribunum plebis laxamenti datum est primo. de Leg. Ego plane vellem me arbitrum inter antiquam Academiam & Zenonem datum. de Senect. secundo de Finibus primo. Officio. de Legib. Non M. Attilium, qui ad supplicium est profectus, vt fidem hosti datam conseruaret. 6. Ver. Ferebat grauiter illam sibi ab isto prouinciam datam. Terentię libro 14. Datum III. Iunij. ad Tiron. lib. 16. Datum pridie Idus Iunij Episto. Datam ad III. non. Octob. Thessalonicæ pro Pomp. Hoc tantum boni, quod á dijs immortalibus oblatum & datum est. 2. Offic. Ne Marco quidem Seio, vitio datum est, quod in caritate asse modium populo dedit. secundo Philipp. Ad sepulturam corpus vitrici sui negat á me datum. Att. lib. septimo. Alterum Consulatum a Republ. ne data quidem occasione repulimus. 8. Famil. Cęlij, Data opera paraui.

☞ Syntaxis. *Dare ad populi partes: Dare luctum mœrores, perniciem alicui. Dare literas alicuius, id est, reddere. In alicuius sermonem se insinuare, ac dare, & in familiaritatem bene penitus sedare. Dare se ad alicuius gloriam augendam. Ad lenitatem se dare. Dare se labori, timori. Dare operam alicui, historię. Dare dies totos literis, studiis. Ad eos respondendum se dare alicui. (siue Liberum.) Natura alicuius dari. Tibi hoc do, & concedo. Natalitia dare. Dare alicui negocium. Dare alicui solatia, cœnam. Dare operam alicui, vt ex eo aliquid noscamus. In rem aliquam dare operam. Salutem afflictis dare. Dolorem alicui dare. Verba dare, decipere. Hoc tibi dabo: id est, tua causa faciam. Hoc mihi da: id est, permitte, concede. Dare se pami: id est, se credere. In viam se dare. Scribe, vt se initia dederint. Dare aliquid alicui auribus. Alicui hominis & vos ciuitatem dare. Dare expectationem, iudicium: id est, iurisdictionem. Litem alicui dare. Aer locum dat, & cedit. Mercedem præmidans: id est, pœnas. Veritati dare mentem. Dare operam liberis, rei diuinæ. Potestatem & fortunam faciendi dare, recordationes. Dare se in conspectum alicuius, in tormenta, iucunditati. Se pro amico vadem dare ad mortem. Dare alicui sermonem. Dare tempus ad ludum, testimonium dignitati alicuius, veniam ad ignoscendum. Dare vitam. Alicui signum dare. Veniam & impunitatem dare. In dando munificus. Dantur scripta foras. Præsens in manu datur. Datur de illo opera. Dari & impertiri ab aliquo. Virtus incommoda dat. Bonum á Deo oblatum & datum. Dare & donare. Dare plausum. In tota dignitate principatus datus. Datus alicui frequens Senatus.*

DOCENDVS a, um do, di, dum. de Oratore 156 b, & 125 a, Cum docendus iudex est, aut de docendus. de Legibus. 179 b, Iureconsulti ignoratione docendi (nam non solum scire aliquid artis est, sed quædam etiam ars docendi) quod positum est in vna cognitione, id in infinita dispartiuntur. de Cla. 104 b, Vir instituendo docendoque prudens. de Finib. 104 a, Natura impellimur, vt prodesse velimus, quam plurimis, in primisque docendo, rationibusq; prudentia tradendis, itaque non facile est inuenire, qui quod ipse sciat, non tradat alteri: ita non solum ad discendũ propensi sumus, verum etiam docendum.

DOCEO, *es instituo, erudio, edoceo, præcepta do, vias trado, informo, disciplinam trado.* pro Quin. Rosc. 49 b, de Oratore 128 b, Aut si qua est ars falis, eam nos tu potissimum docebis. I. P. 95 a, Quid nunc te A sine literas doceam? non opus est verbis, sed fustibus. de Orato. 126 b, Quamobrem hoc vos doceo Sulpitij, vt in dicendo irasci, vt dolere possitis. pro Quin. decimaquarta b, Docet me eiusmodi rem & factũ simul Sex. Nęuij, quod si solum proferretur, satis esse deberet. pro Pomp. septimo a, Deinde nos idem iste Mithridates docuit, id quod certe calamitate docti memoria retinere debemus. de Opti. 243 a, Docere delectare, permouere animos audientium. de Oratore. 119 b, Conciliare, docere, mouere. Epistol. 61 b, De rationibus prouinciæ quid vellem fieri, vt is vos doceret & commonefaceret. Orato. ducentesimo b, In quo cum doceret eos, qui, &cęt. domus eius officina habita eloquentiæ est. contra Rull. 88 a, Vt doceam te in his tacere rebus. de Oratore 116 a, Docilem, non cum polliceor me demonstraturum, sed cum doceo, & explano. Officio. vigesimoseptimo b, Altera quę docet & explanat, quid faciendũ fugiendumque sit. Officio. 31 a, Erudire atque docere aliquem. Diuinat. 109 a, Docere atque erudire iuuentutem. de Oratore. 95 a, Docere mercede. I. A. 162 a, Iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede nihil sapere docuit. Quint. frat. 309 b, Tyrannio docet apud me. pro Flacc. 155 a, Tradere artem docendi. Epistola. 140 b, Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicem. de Orato. 95 b, Docere, tradere, inculcare. Attic. 118 b, Nihil arbitror fore, quod reprehendas si qua erunt, doce me. Attic. 157 a, Docui literis, hoc fieri non posse. Episto. 34 a, Cum interea ne literas quidem vllas accepi, quę me

docerent quid ageres. pro Dio. 219 b, Docere Pontificum collegium de rebus diuinis. de Orato. 118 a, Equidem soleo dare operam, vt de sua quisq; re me ipse doceat. I. V. 226 b, Docere iudicem de iniuriis suis. de Senect. 82 b, Senectus adolescentes docet, instituit, ad omne • Officij munus instruit. * de Fin. 104 a, Non facile est inuenire qui quod sciat ipse non tradat alteri.]

Doceor, tis. de Clar. 182 b, Doceri de aliqua re. & pro S. R. 39 b, Aliquem doceri ab aliquo de aliqua re. pro S. Ro. 23 b, Vt mori mallet, quam de his rebus Syllam doceri.

☞ Syntaxis. *Ignoratio docendi. Instituere doceréque. Docere de aliqua re aliquem. Docere & erudire. Docere, tradere, inculcare. Docere aliquem quid agat. Docere, instituere, instruere.*

Dochimus, mi. *pes oratorius* ∪——∪—— Or. 218 b, vt, Amicos tenes.

Docilis, le. *qui facilè libentérque docetur & intelligit, aptus ad disciplinam.*)(. *Indocilis.* de Or. 116 a, Iubent enim exordiri ita, vt eum qui audiat, beneuolum nobis faciamus, & docilem, & attentum. & 138 b, de Or. 116 a, Docilem autem facio, non tum cum polliceor me demonstraturum sed tum cum doceo, & explano. ad Herenn 2 a, Docilis est, qui attente vult audire. Tuscula. 178 a, Præbere se docilem ad aliquam sententiam. Epist. 105 a, O medicum suauem, meque docilem ad hanc disciplinam.

☞ Syntaxis. *Docilis est, qui attentè audit. (Ergo quoddam discrimē inter docilem & attentum?) Ad pietatem docilis.*

Docilitas, tis. *discendi facilitas.* pro Sest. 22 a, Ij perfecto genere humanæ docilitatis atque ingenij dissipatos unum in locum congregauerunt. de Fin. 133 a, Prioris generis est docilitas, memoria: quas uirtutes qui habent, ingeniosi vocantur.

Docte, *peritè, literatè.* in Sal. 273 a, Satis docte ac perite fecisti.

Doctor, oris. *magister, præceptor, interpres.* de Or. 87 a, Ea, quę Greci dicendi artifices & doctores reliquerunt. de Ora. 19 a, Summus ille doctor istius disciplinæ Apollonius. Or. 207 b, Iudicem me esse, nō doctorem volo. de D. 81 a, Panætius Posidonij doctor, discipulus Antipatri. de Orat. 148 a, Neque disiuncti doctores, sed ijdem erant uiuēdi præceptores atque dicendi. Ora. 148 a, Off. 1, Doctor sapientiæ. Ep. 104 b, Liberi iuris ciuilis quanquam plurimi sunt, doctorem tamen lumenque desiderant.

☞ Syntaxis. *Doctè & peritè facere. Liber doctorem ac lumen desiderans, Theologiæ doctor.*

Doctrina, næ. *eruditio, litera.* I. V. 194 a, Homo omni doctrina & uirtute ornatissimus. de Orat. 85 b, Qui in artium studijs liberalissimis sunt doctrinisque versati. Ora. 200 a, & pro S. R. 25 b, In maximis occupationibus nunquam intermittas studia doctrinæ. pro Cæli. 42 a, Studium doctrinæ atque humanitatis. de Oratore. 154 a, Nostra est omnis ista prudentiæ doctrinæque professio. de Clar. 186 a, M. Piso quicquid habuit ex disciplina, maximeque ex omnibus qui fuerunt, Græcis doctrinis eruditus fuit. Episto. 41 a, Is autem summe omniū doctrinarum studiosus fuit. de Orat. 110 b, Res quæ doctrina aliqua continetur. Episto. 49 a, Me omnis ars & doctrina liberalis, & maxime philosophia delectat. pro Arch 187 a, & 188 a, Relaxare animum doctrina & ibidem. Excolere animum doctrina. Acad. 1 a, Magnum optimarum artium studium, & omnis liberalis & digna homine nobili a Lucullo percepta doctrina. de Ora. 132 b, Ambigui genera, de quibus est doctrina quædam subtilior de Orato. 198 a, Ab alijs rerū, ab alijs uerborum doctrina quæritur. Part. 139 a, Doctrina dicendi in tres partes distributa est. Orato. 212 b, Quòd si io docta consuetudo tam est opifex suauitatis, quid ab ipsa tandem arte & doctrina postulari putamus? pro Muræn. 138 a, Ego quoque in adolescentia diffisus ingenio meo, quæsiui adiumenta doctrinæ. de Ar. 188 b, Sæpius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina, quàm sine natura ualuisse doctrinam. de Le. 177 b, Ciuitates malis studijs malisque doctrinis euersi. de Ora. 118 b, Eiusmodi definitio genere ipso doctrinam redolet, exercitationemque pene puerilem. & 154 a, Institutus liberaliter educatione doctrinaque puerili. & 102 b, Hæc non aliqua mihi doctrina tradita sunt. & 107 a, Ius ciuile summatim percipi sine doctrina potest. Offic. 30 b, Doctrina rerum honestarum. *id est, ipsum docere res honestas.* de Or. 202 b, Hęc nō aliqua mihi doctrina tra- • dita sunt, sed, &c. * Q. fr. 291 a, Doctrina vel vitiosissimam naturā excolere potest. Epist. 202 b, Omni liberali doctrina politissimus.]

☞ Syntaxis. *Studium artium, & doctrinæ. Doctrinæ professio. Educatio, doctrinaque puerilis, Doctrina tradere aliquid alicui.*

Doctus, a, um. *literatus, doctrina excultus, eruditus, intelligens, literis perpolitus, homo abundans doctrina, doctrina atque optimarum artium studiis eruditus, vir præclara eruditione atque doctrina ornatus.* de Orato. 93 b, Quid mihi tanquam Græculo ocioso & loquaci fortasse docto & erudito, quæstiunculam ponis? de Or. 124 b, Hęc apud doctos semi doctus ipse percurro. & 11 a, Ea quæ scribo, neque ab indoctissimis neque ab doctissimis legi vellent. de Natura. 13 b, Simonides non solum poeta suauis, sed etiam doctus fuisse traditur. Oratore. 108 a, Ita & doctis eloquentia popularis, & disertis elegans doctrina defuit. de Clar. 181 a, In quo nunquam fuit populo cum doctis intelligentibusque dissensio. Tusculan. 148 b, Antiquissimum e doctis genus poetarum. de Diuinat. 80 a, Gens humana atque docta.)(. *Immanis atque barbara.* pro Cæl. 42 a, Adolescens humanissimus & doctissimus rectissimis studijs atque artibus præditus. T. Coponius. de Cla. 179 b, M, Gratidius doctus Græcis literis. & ibidem. Doctus & Grecis literis & Latinis. & 196 b, Officio. 1 a, Vt non modo Græcarum literarum rudes, sed etiam docti aliquantum se arbitrētur adeptos de Cl. 173 a, Vir doctus ex disciplina Stoicorum. & 174 b, Doctus vir, & Græcis literis eruditis. de Cl. 175 b, Tritæ nostrorum hominum au-

res, & erudita ciuitas. de Orat. 136 b, Quidam doctus homo, & in primis eruditus. de Or. 115 a, Dicā enim tibi Catule non tam doctus, quàm (id quod est, maius) expertus. pro Planc 276 b, Locus ille nutus, vbi quisque altus aut doctus est. pro Mil. 193 a, Ad hanc legē nō docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus. Off. 55 a, Itaque cum • sunt docti a peritis, desistunt facile a sententia. * Tusc. 249 b, Docto, & erudito homini viuere est cogitare.

☞ Syntaxis. *Doctus & eruditus. Doctus & intelligens. Græcis literis doctus. Ex disciplina Stoicorum doctus. Doctus homo, & in primis eruditus.*

Documentum, ti. *admonitio, præceptum, exemplum, monumentum.* pro R. P. 127 a, P. Rutilius, qui documentum fuit hominibus nostris virtutis, antiquitatis, prudentiæ. I. A. 231 b, Ex quo nimirum documentum nos capere fortuna voluit, quid esset victis extimescendum. pro D. 138 b, Homo omnium scelerum flagitiorumque documentū. Attic. 284 a, Vt in posterum documentum statuerem, ne quis, &c. pro Mil. 105 b, Iam ab adolescentia dederas documenta maxima, quàm contemneres populares insanias, contra Rull. 65 a, Habere aliquem sibi documento.

☞ Syntaxis. *It fuit nobis documentum. Homo flagitiorum documentum. Capere documentum. Habere aliquem sibi documento. Documenta dare: id est, argumenta, signa, indicia.*

Dodona, nę. *Epiri urbs.* de Diuinat. 209 a, Aut a Dodona oraculum petebant.

Dodonæus, a, um. de D. 96 a, Cum oraculum a Ioue Dodonæo petiisset. & 80 b, Dodonæum oraculum. Att. 25 a, Quercus Dodonæa.

Dodrans, tis. *nouem unciæ, quasi de asse dempto quadrante: & significat totius integrae tres partes.* Att. 19 a, Q. fr. Qui Argiletani ædificij reliquum dodrantem emit, &c.

Dogma, tis. *decretum quasi dictatum, præceptum,* δόγμα. Acad. 33 b, Scelus enim dicebas esse Luculle, dogma prodere. Aca. 8 a, Sapientia neque de se ipsa dubitare debet, neque de suis decretis, quę philosophi vocāt δόγματα, quorum nullum sine scelere prodi poterit. cū enim decretum proditur, lex ueri rectique proditur. Aca. 86 b, Vt prouerbia nonnulla veriora sint, quàm vestra, dogmata.

Dolendus, a, um. Episto. 197 a, Hæc à te vlciscenda sunt, etiam si non sint dolenda.

Dolendum, At. 278 a, Et est dolendum in tam graui vulnere.

Dolens, tis. *mœrens.* Para. 122 b, Epist. 64 a, Quædam pestes hominum laude aliena dolentium.

Dolenter, de Oratore. 128 a, Casus humanarum miseriarum grauiter accipiuntur, si dicuntur dolenter. & Ora. 209 a, Episto. 159 a, Dolenter mehercule magis, quàm inimice facio. I. A. 218 a, Dolēter hoc dicam potius, quam contumeliose. pro Dom. 232 b, Atque ita vt dolenter absis.

Doleo, es. *dolorem capio vel accipio, condoleo, indoleo, mœreo, angor, dolenter fero, angor animo, dolore ardeo, ingemisco, acerbè fero dolorem animi capio, molestiam capio, in dolore & mœstitia sum, dolor mihi accidit, in* • *dolore sum vel mœrore potius.*)(. * In voluptate esse.] de Orat. 104 b, Nemo ingemuit, nihil cuiquam doluit, nemo est questus, nemo rempub. implorauit, nemo supplicauit. pro Muræn. 134 a, Cui placet, obliuiscitur: cui dolet, meminit. pro Cæl. 45 a, Si egebis, tibi dolebit. Attic. 288 b, Dolet, mihi, quod tu non stomacharis. Epistola. 70 b, Doleo, quia doles & angere. Attic. 252 b, Dummodo doleant, aliquid doleant, quilibet. Brut. 165 a, Si id dolemus, quòd eo iam frui nobis non licet, nostrum est id malum. Attic. 186 b, De Atticæ febricula scilicet valde dolui. Episto. 122 a, A te peto, vt meas iniurias perinde doleas, vt me existimas & dolere, & vlcisci tuas solere. & ibidē. Doleo dolorem tuum. Attic. 133 a, Vt meam dolores, cum me videres desideri. & 113 b, Pompeius cuius. ego vicem doleo. I. V. 99 a, Si alienam vicem pro nostra iniuria doleremus. Atti 92 b, Curionis & Pauli meorum familiarium vicem doleo. Attic. 92 b, Equidem doleo non me tuis literis certiorem fieri. Attic. 58 a, Nosque malo solatio, sed nonnullo tamen consolamur, quòd ipsius vicem minimè dolemus. & 95 b, De Hortensio te certo scio dolere. pro Planc. 266 a, Omnibus illa iniuria dolori fuit. Octau. 329 b, Quis illa aut dissimulare possit, aut non dolere? pro Sestio. 18 a, Qui meum casum luctumque doluerunt Tusculano. 206 b, Quid ergo? illud quod Alcibiades dolebat, non ex animi malis uitijsque constabat. in Vatin. 35 a, Quis tum non ingemuit? non doluit Reipubl. casum? pro Cæl. quadragesimasecunda a, Qui ex omnibus maxime Dionis mortem doluit. pro Flac. 158, Non enim omnia quæ dolemus, eodem iure queri possumus.

☞ Syntaxis. *Id non est dolendum. In tanto vulnere dolendum est. Dolenter facio, non inimicè. Ille dolet. Illi dolet. Dummodo doleas aliquid. De febricula filiæ valde doleo. Dolere iniurias, dolorem, vicem alicuius. Pro mea iniuria tuam doleo vicem. De Cæs. doleo.*

Dolium, lij. *vas amplum, in quo vinum in annum reconditur.* de Cla. 192 b, Qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet?

Dolo, as. *dolo.* de Di. 226 b, Quis robur illud cecidit? quis dolauit? de Or. lib. 2, Dolare orationem. Aca. li. 4, Non enim est e saxo sculpatus, aut e robore dolatus. *de homine loquitur.*

☞ Syntaxis, *Dolare orationem.*

Dolopas, pum. *populi.* I P. 99 a.

Dolor, oris. *mœror, acerbitas, acerbus sensus animi vel corporis, animi cruciatus.* Attic. 120 b, Tusculano. 182 a, Dolor autem dolor asper in corporea sensibus alienus. In utraq; re summa difficultas erit, summus animi dolor. Tusculan. 213 a, Dolor est ægritudo crucians. Attic. 142 b, Plus apud me valere beneficij gratiam, quàm iniuriæ dolorem

lorem volo. de Prou. 78 a, Ego dolorem & inimicitias meas reipub. concessi I. A. 217 b, Quanquam proprios dolores suarum rerum omnes habeant, tamen huius ciuitatis miserijs non poterant non commoueri. de Prou. 79 a, Sed ego in hac sententia dicenda non parebo dolori meo, nec iracundiæ seruiam. & ibid. Tamen aliquam dolori meo veniam tribueretis. pro Clu. 19 b, Huic mihil potest offensionis accedere, sine acerbissimo animi sensu & dolore. de Arusp. 247 b, Animi quidam dolor homines aliquando effert ad gloriam in refutandis maledictis improborum. Attic. 175 b, Sed augeo commemorando dolorem, & facio etiam tibi. pro Dom. 132 b, Accepi magnũ atque incredibile dolorem. & Episto. 47 b, Est omnino vix consolabilis dolor. Att. 124 a, Sed hæc omittamus: augemus enim dolorem retractando, & 45 b, Ne scindam dolorem meum de Orat. 127 a, Et eorum dolorem qui lugebant suos, oratione refricabam. & ibidem. Nihil mihi ad dolorem acerbius accidere poterat. pro Dom. 242 b, Vt perpetuum dolorem auulsus a meis sustinerem. I. C. 118 a, Mihi hæc conditio consulatus data est, vt omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusque perferrem. pro Cęl. 44 a, Minimom enim dolorem capiet, qui illam non videbit. de Cla. 165 a, Opinione omnium maiorem animo cepi dolorem. & Epist. 5 b, Summus dolor, quem in rebus tuis capio de Cla. 176 a, Is cum remiserant dolores pedum, non deerat in causis. Q. Fr. 305 a, Sed omnis dolor est, quòd, &cęt. & 300 b, Atque his dolor est, quòd, &c. & 315 b, Faciam, vt in medio dolore ac desiderio mei lateris. pro Mur. 145 a, b, At habet magnum dolorem, vnde cum honore decesseris, eodem cum ignominia reuerti. de Orat. 203 b, Quid esset iracundia, feruorne mentis, an cupiditas puniendi doloris. de Arus. 151 b, Hominibus iniuria tui stupri illata in ipsos dolori non fuit, & 254 a, Causa grauis, & cum aliquo animi & iuris dolore coniuncta. I. Vat. 258 b, Ille facile dolorem corporis patiebatur. pro Sest. 14 a, Hunc dolorem perpeti malui, quàm, &cę. pro Cęl. 50 a, Vidi enim, & illum hausi dolorem, vel acerbissimum, in vita, cum, &ce I. V. 210 b, Hæc res magnum & acerbum dolorem commouet, mulierculis præsertim Episto. 50 b, Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat. Att. 138 b, Obsecro te, eripe mihi hunc dolorem. & ibid. Non augor, sed ardeo dolore. & 85 b, Accipiam equidem dolorem, mihi illum irasci. & 110 a, Hoc tamen profecit, dedit illi dolorem. I. V. 231 b, Existimare vos hoc loco mirum, quendam dolorem accidere ijs, ex quorum vrbibus hæc auferantur. Atti. 4 a, Terentia magnos articulorum dolores habet. Octa. 329 a, Nulla remedia tam faciant dolorem, quàm quæ sunt salutaria Tusc. 246 b, Si voluptas dolorem affectura sit. de Finib. 53 b, Vt omittam dolorem, quem optimus quisque pro patria, & pro suis suscipit. & 56 b, Aliquem in voluptate esse, aut in dolore. Epis. 51 b, Sed opprimor interdum, & vix resisto dolori. Episto. 52 a, Nec enim dolorem, quem à Repub. capio, domus iam consolari potest, nec domesticum Respub. Episto. 72 a, Exhaurire alicui vniuersum dolorem. & 51 a, Minuere dolorem.)(*Augere dolorem.* & 70 a, Abijcere omnem dolorem. Episto. 81 a, Hoc loco vides me augere dolorem tuum, quem consolando leuare debeam. Epist. 62 a, Cuius in sermone & suauitate omnes curas doloresque deponerem. Epist. 47 a, Vehementer esse solicitum, & in communibus miserijs præcipuo quodã dolore angi. & 81 b, Quanto fuerim dolore, meministi, in quo, &c. I. A. 130 b, Magno in dolore sum, vel mærore potius, quẽ accepimus ea crudeli morte Trebonij. & 238 b, Quàm acerbissimũ alicui dolorem inurere. Epist. 4 b, Afficior summo dolore, eiusmodi tempora, &c. Tuscul. 186 b, Et tamen fuisse acrem morsum doloris idem Marius ostendit, crus enim alterum non præbuit: vita & tulit dolorem vt vir, & vt homo. maiorem ferre sine causa necessaria noluit. Att. 190 b, Recordationes effugio, quæ quasi morsu quodã dolorem efficiunt. Att. 45 b, De luctu & dolore. & ibid. Cæteri doloris mitigantur vetustate. * I. P. 98 b, Cum sustentare vix posses mærorem tuum, doloremq; decessionis Tusc. 194 b, Inurere magnũ dolorem alicui Episto. 133 a, Quanquam erat oppressus totius corporis doloribus.]

☞ Syntaxis. *Dolor est motus asper. (ecce genus:) est ægritudo crucians, (alterum genus.) Acerbus animi sensus, & dolor. Dolor non consolabilis. Dolorem sustinere, perferre, capere. Remittit dolor. Omnis dolor est, quod, &c. Dolorem haurire, Dolorem id commouet. Dolore ardere. Dolorem accipere. Eripere alicui dolorem & dare. Dolorem habere capitis. Facere alicui dolorem. Suscipere dolorem pro aliquo. Dolorem alicui exhaurire. in aliquo dolorem deponere. Esse in dolore. & magno dolore. Dolorem alicui inurere.*

DOLOSE, *malitiosè, ex insidijs, ex occulto.* Offi. 64 a, Dolosè & malitiosè agere aliquid.

DOLOSVS, a, um. *malitiosus.* pro R. P. 123 b, Ptolemæus dolosis consilijs regno pulsus.

DOLVS, li. *fraus, fallacia, machina, insidię, dolus malus.*)(*bona fides.* de N. 74 b, Doli, machinæ, fallaciæ, præstigiæ, sine ratione esse non possunt. & ibid. Commoliri dolos & fallacias ad aliquem in versu. Topi. 234 a, Dolus malus est, cum aliud agitur, aliud simulatur. Offi. 64 b, Simulatio & dissimulatio dolus malus est, & 60 b, Pacta semper ne sint seruanda, quæ nec vi, nec dolo malo, vt prætores dicere solent, facta sint. de Na. 75 a, Iudicia de fide mala, & iudicium de dolo malo. Offic. 64 a, Aquilius protulit formulas de dolo malo. & ibi. iste dolus legibus erat vindicatus. de N. 75 a, Iudicium de dolo malo, quod Aquilius protulit, quẽ dolum idem Aquilius tum teneri putat, cũ, &c. ad Heren. 16 b, Dolus consumitur in pecuniam, pollicitationes, dissimulationes, maturationes, mentiones, &cę. & 40 b, Dolis malitiosa Carthago. & 17 b, Nam quòd in dicendo rei dilucidandæ causa dolum appellauimus, id in dicendo honestius consilium appellabimus. Att. 1. 1 b, Agere cępit cum eius fratre de ijs rebus, quas eum dolo malo accepisse de Vario diceret. pro Fl. 161 b, Adductus est in iudicium Polemocrates de dolo malo, & de fraude à Dione huius ipsius tutelæ nomine. pro Dom. 228 b, Illud in primis neque calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur.

☞ Syntaxis. *Doli, machinę, fallacia. Dolus malus. Dolus malitiosus. Dolo malo agere.*)(*bona fide.*

DOMESTICVS, a, um. *familiaris, intestinus, vernaculus, priuatus, intimus.*)(*Externus, alienus.* I. V. 35 a, Quis vnquam in luctu domestico, in funere familiari cęnauit cum toga pulla? Offi. 38 a, Externa libentius in tali re, quàm domestica recordor. Episto. 59 b, Ego vrbem à domesticis insidijs, & ab intestino scelere defendi. I. V. 179 b, Domesticum atque vernaculum crimen. *id est, Romæ non in prouincia paratum*, & 84 a, Occultum, intestinum ac domesticum malum. ad Heren. 14 a, Domestico & sui ipsius testimonio abuti. de Ora. 116 b, Stultitiæ suæ quàm plurimus testes domestico præconio colligere. de Arc. 248 a. Huius generis ac terræ domesticus natiuusque sensus. Tuscu. 148 a, Res domesticæ & familiares. pro Sest. 23 b, Domesticis malis impediti. Difficultate domestica laborare. L. DIFFICVLTAS. 1. ad Atti. Domesticus amor. de Arusp. respub. Domesticus sanguis. pro Ros. Amer. Domesticus vsus & consuetudo. ibi. Domestica crudelitas. Acad. q. edi. lib. 1, Domestica disciplina. 8. Fami. Cęlij, Domestica dissensio, *i. ciuilis discordię.* pro Deiot. Domestica inhumanitas. 5. Ver. Domesticum lenocinium. 7. Fam. Valde iam lautus es, qui grauere literas ad me dare, homini præsertim prope domestico. 16. ad Att. Domesticum consilium capere. 4. Fami. Domestica sede iucundior locus. pro Fonteio, Domestici & alienigenæ. ad Brut. Domesticæ epistolæ. *id est, domo missæ, & de rebus domesticis scriptæ.* 1. ad Atti. Domesticæ res & forenses: publicæ & priuatæ, opponuntur. 10 ad Att. Domesticæ tricæ. 2. de Na. deor. Domestica exempla. 1. de Fi. Vnde hoc tam insolens domesticarum rerum fastidium. pro Deiot. Intra domesticos parietes dicere. Curionis li. 2. Paucis. n. diebus eram missurus domesticos tabellarios. *id est, priuatim & meo nomine.* 2. Off. Externa libentius in tali re, quàm domestica, recordor. Luceij libro 5. Ergo & domestica feremus vt censes: & publica paulò et fortius, quàm tu ipse qui præcipis. de Nat. deor. 2, Ne domesticis quidẽ exemplis doct. 6. Fam. Domesticis rebus & cupiditatibus suis per opportunam victoriam fore putabant. * Epis. 31 a, Is est ex meis domesticis, atque intimis familiaribus.]

☞ Syntaxis. *Domestica insidia. Domesticum & vernaculum crimen, id est, in patria. Intestinum ac domesticum. Domesticus natiuus*q*; generis sensus. Domestica dissensio, id est ciuilis.*

DOMICILIVM, lij. *domus, habitatio, sedes, tectum.* de Natu. 45 a, Si essent qui sub terra habitarent bonis & illostribus domicilijs. contra Rul. 83 b, Vt aratores cultu agrorum defessi vrbis domicilijs vterẽtur. pro Arch. 136 b, Cum hic domicilium Romæ multos iam annos haberet. cont. Rul. 85 b, Coloni Capuæ in domicilio superbię atque in sedibus luxuriæ collocati. Postquam 207 b, In qua vrbe domicilium quondam superbiæ fuit. Tusc 153 a, Io cęlum quasi in domicilium suum peruenire. pro Arch. 187 a, At domicilium Romæ habuit. pro Cor. 57 a, Pompeij gloriæ domicilium cõmunis imperij finibus terminatur. I. P. 96 a, Qui familiaritatis licẽtia suorum improbissimorum sermonum domicilium in auribus vestris eius impulsu collocauerunt. de Nat. 163 a, Humanam figuram domicilium mentis esse. Epi. 263 a, Cui verbo domicilium est proprium in officio. pro D. 238 b, Consecrantur ædes, non priuatorum domicilia. pro Arc. 186 b, Si in Italia domicilium habuissent I. V. 110 a, Sedes ac domiciliũ collocare. de Senect. 90 a, Lacedęmona esse honestissimum domicilium senectutis. & 93 a, Est enim animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus in terram. pro Rab. 93 a, Quem censoriæ leges vrbis domicilio carere voluerunt. Epist. 108 a, Erat enim multo domicilium huius vrbis aptius humanitati tuæ. de Clari. 138 b, Firma tecto in domicilijs habere. de Orato. 92 a, In hoc domicilio imperij & gloriæ.

☞ Syntaxis. *Bonis & illustribus domicilijs habitare. Vti domicilio. Habere domicilium. Gloria domicilium. Sedes & domicilium collocare.*

DOMINA, næ *princeps, regina.* Offic. 57 b, Hæc enim virtus est domina & regina virtutum. & 40 b, Voluptates blandissimæ dominæ. pro Marc. 132 a, Fortuna domina rerum humanarum. I. P. 80 a, Sit sane fors domina campi. Parad. 123 b, Cupiditas honoris quam est imperiosa domina. de Legibus 18 a a, Et in ea lamina scriptum, Domina honoris.

DOMINANS, tis pro Mil. 116 b, Dominante homine furioso. Off. 43 b, Vt nos adolescentes contra L. Syllæ dominantis opes fecimus. pro Cluent. 31 b, Bestiæ fame dominante, plerunque ad eum locum, vbi aliquando pastæ sunt, reuertuntur de Senec. 85 a, Libidine dominante, temperantiæ locus non est. Tusc. 164 a, Vetat enim dominans ille in nobis Deus.

DOMINATIO, onis. *dominatus, tyrannis, regnum.* Attic. 110 b, Idem fecero, quod in Cinnæ dominatione & Marij tyrannide Philippus. I. A. 190 a, Nõ modo crudelis & superba dominatio nobis, sed ignominiosa etiam & flagitiosa est ferenda. Episto. 163 a, Vita sub dominatione misera est. ad Herenn. 30 a, Ne fortuna magnam in nos habeant dominationem. I. V. 108 a, Dominationem expectant, rerum potiri volunt. contra Rullum. 64 a, Nouam dominationem sibi comparare. Atti. 115 a, Nihil Cæsari minus expedit ad diuturnitatem victoriæ & dominationis, & 125 a, Dominatio quæsita ab vtroque est. I. V, 72 b, Dominatio regnumque iudiciorum. de Int.

81 b, Rationis in libidinem dominatio.

☞ Syntaxis. *Habere dominationem, Rationis in libidinem dominatio.*

DOMINATRIX, cis. *domina.* de Inuent. 48 a, Dominatrix animi cupiditas.

DOMINATVS, tus. *dominatio, principatus.*)(*Seruitus.* de Diuinat. 57 a, Terrenorum cōmodorum omnis est in homine dominatus. de Nat. 31 a, Dignissimus potestate & dominatu omnium rerum. pro Deio. 149 b, In dominatu seruitus sit, in seruitute dominatus. de Diuin. 61 b, Vrbs ab Alexandro tyranno crudeli dominatu premebatur. I. A. 238 a, Cassio mea sententia dominatum & principatum dedi. Para. 183 b, Dominatus cupiditatum. & ibid. Iudea vero quantum habet dominatum. Off. 33 a, Cum dominatu vnius omnia tenerentur, pro R.P. 118 b, Dominatus est, inquit, Alexandriæ: imo vero in superbissimo dominatu fuit. pro Do. 216 b, Aliquem nouo dominatu pulsum esse. de Ora. 129 b, & pro Dom. 235 b, L. Brutus popu. Roman. dominatu regio liberauit. de Finib. 115 a, Cum autem assumpta ratio est, tanto in dominatu locatur, vt omnia illa prima naturæ, huius tutelæ subijciantur. Tuscu. 139 a, * Dionysius XXX. natus annos dominatum occupauit. de Arch. 256 b, Victoris dominatus aut Regnum.]

☞ Syntaxis. *Potestas & dominatus. Dare alicui principatum & dominatum. Esse in superbissimo dominatu. Dominatu pelli.*

DOMINOR, aris. *rerum. potior, regno teneo dominatum teneo, dominatu, teneo, dominatu premo, imperium in aliquos teneo.* de Fin. 32 a, Cleanthes solem dominari & rerum potiri putat. pro R.P. 118 b. Dominatus est, inquit, Alexandriæ: imo verò in superbissimo dominatu fuit. *In hoc exemplo, Alexandriæ vrbis, genitiuus est, non datiuus, vt si dicas, Cæsar dominatus est Romæ: id est, in vrbe Roma.* Ora. 218 a, Vbi libido dominatur, innocentia leue præsidium est. de Or. 111 b, Vsus dicendi in omni pacata & libera ciuitate dominatur. pro Qu. 17 b, Improbos in capite fortunisque bonorum honestissimorum dominari. & 18 a, Dominari in bonis alicuius. Q.F. 290 b, Neque eiusmodi partem reip. geris, in qua fortuna dominetur. Epist. 55 b, Casus & fortuna in bonis dominatur. pro Cæ. 698 a, Nimia potentia in ciuitate dominatur. de Senect. 84 b, Senectus honesta est, si nemini mancipata est, si vsq; ad extremum spiritum dominatur in suos. de Ora. 87 b, Hæc vna res in ciuitatibus semper floruit, semperque dominata est. I.V. 58 b, & 104 a, Dominari in iudicijs. Or. 204 a, Atque hæc in oratore dominabuntur.

¶ *Regor, gubernor.* Offic. 18 a, O domus antiqua, heu quàm dispari dominaris domino.

☞ Syntaxis. *Dominatur & rerum potitur Sol. Dominari in capite bonorum, in suos. Dominans in nobis Deus.*

DOMINVS, *rex, princeps, tyrannus, imperator.* Offic. 68 b, Ecce tibi qui rex Pop. Roma. dominusque omnium gentium esse concupierit. de Legib. 189 b, Senatus est dominus publici consilij pro Dom. 131 a, Populus dominus regum, victor atque imperator omnium gentiū. I.A. 207 b, Pop. Roman. victor dominusque omnium gentium. pro Plan. 261 a, Hic princeps populus & omnium gentium dominus atque victor. contra Rull. 70 a, Hos omnium rerum dominos habebimus. I.V. 163 a, Aratorum domus & rex. de Finib. 61 a, In discordia dominorum domus beata esse non potest. Acad. 32 a, Cogimur dissensione sapientum dominum nostrum ignorare. de Vni. 198 b, Deus animum vt dominum atque imperatorem obedienti præfecit corpori. Ac. 191 b, In omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate. Tuscul. 192 b, Qui ita sit affectus, cum dominum esse rerum suarum vetant XII. tabulæ. pro S.R. 31 b, Ne tam diu quidem dominus erit in suos, dum ex ijs de patris morte quæratur? de Senect. 87 a, Libenter verò istinc tanquam à domino agresti ac furioso profugi. Tuscu. 158 b, Liberatos enim se per eum dicunt grauissimis dominis, terrore sempiterno, & diuturno ac nocturno metu. Fr. 108 b, Deos summus rector & dominus. de Leg. 171 a, Dominos esse omnium rerum & moderatores deos. pro Corn. 61 a, Sui quemque iuris & dimittendi, & retinendi esse dominum. de Senec. 89 a, Semper boni & assidui domini referta cella vinaria, olearia, penuaria est pro Do. 254 b, Cum vir bonus dominum se in suis ædibus esse voluisset. I.V. 35 a, Cū ipse epuli Dominus. Q. Arrius albatus esset. I. A. 249 b, Nā si ipse seruire poterat, nobis dominum cur imponebat? de Ora. 134 b, Nasica sensit ancillam domini iussu dixisse, &c. Off. 18 a, O domus antiqua, heu quam dispari dominaris domino. de Natu. 98 a, Canum tam fida custodia, tam amans dominorum adulatio. Offic. 18 a, Non domo dominus, sed domino domus ornanda est. * de Inuent. 74 b, Nauis dominus.]

☞ Syntaxis. *Senatus est publici consilij dominus. Grauissimo domino liberatus. Canum amans dominorum adulatio. (in bonam partem.)*

DOMIPORTA, æ. *cochlea epitheton.* de Diui. 136 a, Terrigenam, tardigradam, domiportam, sanguine cassam. I. COCHLEA *exemplum hoc est obscuræ intentionis, seu descriptionis.*

DOMITIA, via, pro Font. 277 b.

DOMITOR, oris. Offi. 18 b, Equos propter crebras præliorum contentiones ferocitate exultantes, domitoribus tradere solemus, vt his facilioribus possimus vti. pro Milon. 108 b, Milo domitor armorum Clodij.

DOMITVS, tus. de Natu. 56 b, Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones.

DOMITVS, a, um. de Ora. 101 a, Docemur autoritate nutuque legum, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates de Nat. 58 b, Belluæ domitæ & condocefactæ. pro Syll. 167 a, Improbi ciues dominatiq; victi. pro Fon. 176 b, Galli subacti & bello domiti. de Pro 79 a, Domitis gentibus finitimis, barbariaque compressā.

DOMO, as. *condocefacio, edomo.* Offi. 35 b, Sine hominum opera, aut pascere equos, aut domare non possemus. pro Sest. 18 a, Qui seruitia, virtute victoriaque domuit. pro Mar. 131 a, Domuisti gentes immanitate barbaras. de Pro. 75 b, C. Pontinus Allobroges domuit.

DOMOR, ris. de prouin. 75 b, Omnes has nationes frangi domarique cupimus.

☞ Syntaxis. *Habere domitas libidines coercere cupiditates (aspice synonymiam in sententijs.) Domita & condocefacta bellua. Domitus & victus. Subacti & bello domiti Galli. Frangere, domareque nationes.*

DOMVS, mi, & mus. *ædes, & domicilium, tectum, dij penates lares, lar familiaris, lares, familiares, sedes, foci patrij, aræ focique.* pro Dom. 235 a. Nihil sanctius, nec omni religione munitius, quam domus vniuscuiusque ciuium: hic aræ sunt, hic foci, hic dij penates, hic sacræ religionis cerimoniæ continentur: hoc perfugium est ita sanctum omnibus, vt inde abripi neminem fas sit. pro Dom. 242 a, Domus sedes, aræ, foci, dij penates. pro Deiot. 145 a, Domus, dij penates, aræ focique. Off. 85 a, Ornanda est dignitas domo, non ea domo dignitas tota quærenda. ibid. Non domo dominus, sed domino domus honestanda est. & ibi. Domus finis est vsus, ad quem accommodanda est ædificandi descriptio. & ibid. Cn. Octauius præclaram ædificauit in palatio, & plenam dignitatis domum. I.C. 118 a, Domus commune perfugium. I.V. 200 b, Domus amicis apertissima & perhospitalis. Q.F. 299 a, Iam tibi Asia, sicut vnicuique sua domus, nota esse debet. I.P. 82 b, Me domo mea expulistis, Pompeium domū suā compulistis. pro Flac. 149 a, Qui domo exire nolebant. & ibid. Qui domi stare non poterant. Orato. 205 a, Ridicula ex tempore ficta vel domo allata. Attic. 26 b, Clodius in domo Cæsaris quondam vnius vir fuit. Att. 7 a, P. Clodius deprehensus domi Cæsaris. I.V. 71 a, Siculis denunciatum est domum ad illum vt venirent. Episto. 119 a, Apud eum sic fuit, tanquam domi meæ. I.V. 250 b, Is domi apud me est. I. Var. 224 a, Ego verò neque veni, & domo me tenui. & ibidem. Scio me domi mansisse. Att. 54 b, Venonius domum Ventidii venit. Offic. 74 b, Is cum prima luce Pomponij domum venit. Tuscu. 250 a, Diodorus multos annos nostræ domi vixit. Epist. 148 a, Balbus recte a porta domum meam venit: neque hoc admiror, quod non ad tuam potius, sed illud, quód nec ad suam. ad Heren. 54 a, qui nuper alienæ domui, non ausim, &c. de Diui. 90 a, Quæ ipsa domi Phalaridis consecrauisset. Episto. 38 a, Nonne mauis sine periculo domi tuæ esse, quàm cum periculo alienæ? Episto. 222 a, Quem tibi sic commendo, vt vnum ex domo nostra. Epistol. 235 a, Tu velim cum fabris domum perspicias: si enim nihil est in parietibus aut in tecto vitii, cætera mihi probabuntur. pro Dom. 136 a, Is duas magnas & nobiles domos coniungere voluit. Episto. 64 a, Vt domus tua tota cognoscere, &c. ad Octa. Domos illa æterna. *vbi videlicet agunt beati animæ.* 2. Offic. Ampla domus, Lel. Quo cum domus fuit & militia communis. Offic. 1, Domus clari hominis, in quam & hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominum cuiusque generis multitudo, qualiter cōparata esse debeat. de Arusp. resp. Domus in imperio est de Nat. deor. 1, Domus magna pulchraque. 12. ad Atti. Tota domos superior vacat. pro Do. sua, Affligere domum alicuius. pro Do. sua, Disturbare ac diripere domum alicuius. 1. ad Q.F. Extra domum gratiosus 4 ad Heren. Domum & familiam perstringere. pro Dom. sua, Domum conijcere aliquem. Acad. quæst. edit. 2. lib. 1. Domum deducere. pro Quin. Domum denunciare. 15. Famil. Domum aliquid literarum dabis. 8. ad Att. Domum aliquem expectare. pro Arc. Statim Luculli, &c. cum domum suum receperunt. 11. Famil. Domum alicuius ventitare, in summis officiis ducebatur. pro Rosc. Amer. Domum vocare. Offi. 1. Odiosum est, cum à prætereuntibus dicitur, O domus antiqua, heu quàm dispari dominare domino. 10. Famil. De domo me deduceret. pro Flac. Adiuuant illa, vt eos qui domo exire nolebant, testimonii denunciatione terreret. 9 Famil. Domo se non commouerunt. 2. Phil. Domo continuit pedem. 12 ad Attic. Domo se recipere. Post redit. Propter metum dimicationis & sanguinis domo se tenere. 3. Ver. Clamor interea fit tota domo inter seruos Rubri atq; hospitis, &c. Offi. 2, Est enim valde decorum, patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus. * Tuscu. 159 a, Nunquam alienæ domi, aliter domum.]

☞ Syntaxis. *Domo se tenere. Domum aliquem expectare. De domo deducere. Domum alicuius affligere. Domo se non commouere. Tota domo fit clamor. Commedare aliquem, vt vnum ex domo sua.*

DONANDI. I.V. 190 a, Aduocare concionem donandi caussa.

DONATIO, onis. *dimicè, sponte, facta distributio.* I A. 193 a, Quos non bonorum donatio, non agrorum assignatio satiauit. & de Legibus 180 a, de Opt. 244 b, & pro Sex. Ros. 22 b, Eaque donatio in theatro facta est.

DONATVS, a, um. de Finib. 94 a, Alia videntur à natura propter eorum vsum tantum esse donata. de Ar. 144 b, Aliquem quasi diuino munere donatum Reipu. videri de Natu. 27 a, P. Vacienus, & agro à senatu, & vacatione donatus. de Finib. 94 a, Cauda pauoni a natura donata est ad ornatum, Attic. 277 a, Dyrrhachini sibi donatum æs alienum a Cæsare dicunt. * de Fin. 121 a, Tabula, in qua nomina ciuitate donatorum incisa sunt.]

DONEC, *dum, quoad, vsq; eo dum, tandiu, dum vsque ad eum finem dum, vsque eo, quoad.* Epist. 67 b, Ad properationem meam quiddam interest, non te expectare donec ad locum venias. * I.V. 79 b, Tamen vsque eo timui, donec, &c.]

DONO,

Dono, as. *condono, largior, munere afficio, munus affero, donum offero, Hipendeo, afficio, muneribus amplissimus orno.* I. V. 190 a, Qui Rubrium corona, & phaleris, & torque donasti. I. C. 101 b, Vtinam tibi istam mentem dij immortales donarent. pro S. R. 22 a, Is non pauca suis adiutoribus large effuseque donabat. Q. F. 329 b, Minuebat vectigalia, donabat ciuitates ex commentario. I. P. 80 b, Mihi Popu. Roma. non vnius diei gratulationem, sed aeternitatem immortalitatemq; donauit. pro Arc. 186 b, Itaque eum Tarentini ciuitate caeterisque praemiis donauerunt. de Nat. 58 a, Nihil forte dubium est, quin hominibus haec omnia natura donauerit. I. V. 214 a, Donare aliquē annulo aureo. Tusc. 249 a, Munera ista ciuibus tuis dona. Ep. 62 a, Tu tuas inimicitias, vt reip. donares, te vicisti. *id est, permitteres.*

Donor, ris. de Op. 544 b, Corona aurea donari. de Ora. 94 a, Haec quidē inseri & donari ab arte non possunt. pro S. R. 36 a, Donari ab aliquo maximis praemijs. Ep. 69 a, Cum ipsi corona donarentur. de Legib. 178 a, Vir nemo bonus ab improbo se donari vult.

Donum, ni. *munus.* de Leg. 386 a, Donum ne capiunto, neve danto, neve petenda, neve gerenda, neve potestate. de Orato. 135 a, L. Cincius legem de donis & muneribus tulit. pro Cl. 31 b, Tantum donis datis muneribusque perfecerat, vt &c. de Orato. 94 b, Omnia sunt n. illa dona naturae. Tusc. 161 b, Philosophia donum deorum. de Nat. 75 a, Donum hoc diuinum rationis & consilii. pro Arch. 198 a, Poetae quasi deorum aliquo donoatque munere commendati nobis esse videntur. I. A. 139 a. Non intermittis quasi donum aliquod quotidie afferre reipu. pro Clu. 31 b, Dona nuptialia. I. V. h. 7. Donū tarere. Tusc. q. li. 5. Quasi dona fortunae. de L. lib. 2, Donis placare Deorū iram impius ne audeto. L. Divinus. L. Ervm.

☞ Syntaxis. *Donino munere donatus vir ipsi Reip. Vocatione donatus à Senatu. Aeternitate immortalitateq; donatus. Donare suas inimicitias alicui id est, alicuius gratia inimicitias omittere. Dona & munera. Dono & munere commendatus. Afferre donum Reip. (Saepe Tullius iungit donum & munus.*

Doras, *terrarum genus verò Graecorum.* pro Fl. 159 b.

Dormiens, tis. de Di. 94 a, Iacet enim corpus dormientis vt mortui. Q. F. 298 b, Dormientem excitare. Di. 132 b, Si ea dormientes agerent quae somniarent, alligandi essent omnes, qui cubitum irent. de Diu. 137 b, Dormientes animus imbecillus & remissus.

Dormio, mis. *somnum capio, sopitus sum, quieti me trado, cubo.* de Diu. 133 a, Contrahi autem animum Zeno, & quasi labi putat atq; concidere, & ipsum esse dormire. Ep. 106 b, Capius (opinor) olim, Non omnibus dormio, sic ego non omnibus, mi Galle seruio. de Iuuē. 63 b, Postquam illos artius, vt fit, ex lassitudine dormire sensit, &c. de Diu. 93 a, Arcte & grauiter dormire. Att. 167 a, Puella eius maior primum dormit. ad horas treis.

☞ Syntaxis. *Arcte & grauiter dormire. Dormire ad horam mane.*

Dormitans, tis. de Or. 121 b, Ex istam oscitantem dormitantemque sapientiam. Scaeuolarum & reliquorum beatorum ocio cōcedamus. Att. 31 a, Cenato mihi etiam dormitanti pridie cal. Maias epist. est illa reddita, in qua de agro Campano scribis.

☞ Syntaxis. *Oscitans & dormitans sapientia. Cenato mihi etiam dormitanti: id est, ferè quo.*

Dorylenses. *populi.* pro Fla. 154.

Doryphorus, ri. *militaris Polycleti statua, significat autem satellitem, vel armigerum* de Clar. 192 b, Polycleti Doryphorum sibi Lysippus aiebat magistrum fuisse. Or. 107 a.

Dos, dotis. *Ornamentum.* de Leg. 278 a, Calisthenes Iunoni Samiae filiarum dotes credidit. Att. 228 a, Quintus torquetur debitione dotis, pro Q 18 a, Ipse filiae nubili dotem conficere non potest. I. A. 133 a, His quasi praeter dotem, quam in ciuilibus malis acceperant, agrum Campanum est largitus Antonius. pro Fl. 162 b, Quaecunq; sine tutore authore est dicta dos, nulla est. & ibi. Dotis valeria pecuniā omnem suam dixerat. de Ora. 103 a, Cuius autem cum indotatam atq; incomitatam & incomptam videres, verborum cam dote locupletasti & ornasti.

☞ Syntaxis. *Dotis debitione torqueri. Dotem conficere filia. Dicere dotem. Dote verborum ornare.*

Dotalis, le. Att. 247 b, Mercedes dotalium praediorum. Octa. 133 a, Dotale matrimonium.

Dotatus, a, um. *dote, donatus. ornatus.*)(*Indotatus.* At. 228 a, villa quo introducatur dotata Aquilia.

Drachma, mae. *vncia pars, octaua, denarius.* L. Denarius. pro Fl. 153 a, dixit publice datum drachmarum CC. & sex milia. & Epistol. 28 b, de Diuina. 108 a, Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmas ipsi petunt. Episto. 190 a, Ternis tetradrachmis triticum penes Dolabellam est.

Draco, onis *serpentis genus immane.* de Di. 121 a.

Vadimus immani specie, tortuq; draconem —

Terribilem, &c. —— & 122 a, & 36 b, Draco is quem mater Olympia alebat. L. A. 248 a, Seruus domini patrimoniū complexus, quasi thesaurum draco. ad Her. 40 a, Iste quotidie per forum tanquā subasuo draco serpit.

Drepanitanus, a, um. *ex Drepano promontorio.* I. V. 137 a.

Druides, dum. *sacerdotes, vates. & sapientes quondam Gallorum de quibus Caesar de bello Gallico, libro 6.* de Diuina. 99 a, Et in Gallia Druides sunt.

Dubie. de Diu. 106 a, Potest accidere vt aliquod signum dubie datū, pro certo sit acceptum.

Dubitans, tis. pro D. 141 b, Identidem se ipse reuocando, dubitans, timens, haesitans. de Di. 112 a, Nihil affirmando quaeram omnia, dubitans plerunque mihi ipse diffidens.

Dubitanter. *timide, diffidenter.*)(*Fidenter, non dubitanter.* de Inn. 63 a, Sine vlla affirmatione quaerentes. dubitanter vnum quodque dicemus. de Cla. 172 a, Verecunde dubitanterque facere aliquid. Oct. 329 a, Spes posteritatis, qua sublata non dubitanter occidam. * Epi. 184 b, De me quidem non dubitanter.]

Dubitatio, nis. *exornatio est, cum quaerere videtur orator, vtrum de duobus, potius, aut quid de pluribus potissimum dicat.* &c. ad Her. 33 a, de Orato. 162 a.

¶ *Haesitatio, scrupulus, aporia.* Episto. 33 a, Itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere. pro Clu. 21 b, Nec in causa vlla dubitatio esse potest. I. C. 119 a, Illi sine dubitatione damnati esse videantur. de Orato. 160 b, Pro his omnibus sine vlla dubitatione respondeo. Att. 262 b, Consules probauerunt causas sine vlla dubitatione. pro Cec. 285 b, Vestra in iudicando dubitatio. & 286 b, Iuris dubitatio tardiorem me facit ad iudicandum pro Clu. 32 b, In ea obscuritate & dubitatione omnium Canotio placuit pronunciare. contra Rull. Si foedus illud habet aliquam dubitationem. Off. 36 a, Nihil hic locus habet dubitationis, quin, &c. 54 a, De quo alterum potest habere dubitationem an, &c. & 29 b, Ad ea eligēda quae dubitationem afferunt, adhibere homines vsu peritos de Nat. 14 a, Cum poenam ne dubitatio quidem effugere potuisset. de Orat. 127 a, Qui timor? quae dubitatio? quanta haesitatio, tractusque verborum? Episto. 52 b, Hoc mihi affert dubitationem. de Natu. 58 a, Nisi forte illud dubitationem affert, quin, &c. Att. 188 a, Tollere omnē dubitationem alicui. de Arc. 254 b, Primum explicabo, &c. si id facere vere & sine cuiusquam dubitatione potero: sin scrupulus tenuissimus residere aliquis videbitur, religioni parebo. & 257 a, Aliquis sine vlla dubitatione deterrimus. Off. 55 b, Si quando dubitatio accidit, quale sit id de quo consideretur. de Fini. 130 b, Quod quanquam dubitationem non habet, est enim infixum in natura, comprehenditur suis cuiusque sensibus, sic vt contra si quis dicere velit, non audiatur: tamen, &c. pro Cluē. 33 b, Hic tum iniectus est hominibus scrupulus & dubitatio, quidnam esset actum. * de Cla. 167 a, Hoc sine vlla dubitatione confirmauerim.]

Dubitatur. pro Caecin. 292 a, Non de armis dubitatur, sed de verbis quaeritur.

Dubitaturus, a, um. pro Mil. 113 b, Arbitror eum non dubitaturū, quin cum suo periculo salutem patriae afferat.

Dubito, as. *addubito, haereo, ambigo, quaero, timeo, mihi in dubium venit, dubium mihi est, dubium habeo, pendeo animi, mihi ipse diffido, ambiguum habeo, in dubium venio.* de Natu. 5 b, Tum ille fidenter sane, nihil tam verens, quam ne dubitare de aliqua re videretur. & 46 a, Nemo de diuina ratione dubitaret. pro Syll. 177 a, Cornelius etiam de iudicando dubitat. Tuscu. 163 b, Nec vero de hoc quisquam dubitare posset, nisi idem, &c. 67 b, Turpe est dubitare philosophos, quae ne rustici quidem dubitant. Episto. 76 a, Illud caue dubites, quod ego, &c. I. C. 120 a, Itaque homo mitissimus non dubitat. P. Lentulum aeternis vinculis mandare. Aca. 148, Dubitant, haesitant, reuocant se interdum. Att. 264 b, Non dubito, quin mirere, qui tecum de eadem re saepius agā. & 90 a, Dionysius non dubitabat, quin ei crederemus. pro Marc. 133 b, Non dubito, quin multos, si fieri posset, & Caesar ab inferis excitaret. Epist. 248 b, Non dubito, quid praesentes sentiant. Attic. 154 b, Non dubito, quid nobis agendum putes. de Orato. 100 a, Mancinus in Senatum introire non dubitauit. * Tusc. 163 b, Itaque dubitans, circumspectans, haesitans, multa aduersa reuertens. &c.]

☞ Syntaxis. *Se reuocando, dubitans, timens, haesitans. Omnia dubitanter dicere, facere. Omnium obscuritas & dubitatio. Id habet, affert dubitationem. Tollere alicui dubitationem. Inijcere alicui scrupulum aut dubitationem. Deligendo dubito aliquid, de aliqua re. Non dubito, quin, & quid credas.*

Dubius, a, um, *incertus, anceps, controuersus, lubricus, suspiciosus, varius, habens aliquid quaestionis, habens dubitationem, dubitationem afferens, habens deliberationem, ancipiti cogitatione distractus.* de Nat. 61 b, Rē minime dubiam argumentando dubiam facis. & pro Flac. 156 b, Res minime dubia. de Arc. 248 a, Ne plura de re minime loquar dubia. de Dioi. 130 a, Quae dubia sunt, ea sumere pro certis atque concessis. & ibi. Id sumere pro certo, quod dubium controuersumque sit. pro Mur. 140 a, Ridiculum est, quod est dubium, id relinquere incertum: quod nemini dubium potest esse, iudicare. de Inuen. 55 b, Eorum igitur quae constant, exempla ponemus: illorum quae dubia sunt, rationes afferemus. Offi. 36 a, Vti in re non dubia testibus non necessarijs. pro D. 215 a, Res erat non in opinione dubia, sed in praesentia, atque ante oculos proposito periculo de Orat. 92 b, Quae ab oratoribus tractantur, dubia esse & incerta. Ibi 105 b, Tum ille confirmabat ita se rem habere, nec dubium esse posse. de Finib. 121 b, Dubium est, ecquaenam fieri possit accessio. Attic. 197 a, Cum non esset dubium esset, quin Brundusium contenderemus. & 219 a, Prorsus ex his literis non videbatur esse dubium, quin, &c. de Ora. 211 b, Non est dubium, quin si quis hoc animaduerterit, id possit notare. Par. 133 b, Non dubium est id quidem, quin definitio, &c. Att. 115 b, Mihi dubium non est, quin, &c. Att. 173 b, De hac re mihi dubiū non est. pro Caecin. 288 a, De ciuitate in dubium venire. Att. 179 b, Alij non veniunt in dubium de voluntate. pro Qu. Non eo dico, quo mihi veniat in dubium tua fides. pro Qu. 12 a, Res in dubium venire non potest. pro Pom. 9 a, Quae res est, quae cuiusquam animum in hac causa dubium facere possit? Acade. 8 b, Haec autem habere dubia, abhorrere à sapientia est. pro Caecin. 290 b, An in coacta multitudine,

tudine, in armis, in telis, &c. dubium vobis fuit, an esse vis aliqua videretur, necne? Epist. 7 a, Si dubium tibi est, posse te illius regni potiri, non est conandum: si exploratum, non est cunctandum. & 58 b, Cognoui autem id quod mihi dubium, non fuit. de Inu. 75 b, Vocare aliquid in dubium. & Part. 533 b. & Epist. 163 b, de Ora. 121 b, Quę in dubium vocarentur, &c. Att. 263 b, Acta Cæsaris in dubium ventura videntur pro Cæc. 389 b, Omnia in dubium, incertumq; reuocari pro Clu. 59 b, Dubij & varij casus. de Natu. 64 b, Et Chrysippus tibi acute dicere videbatur, homo sine dubio versutus & callidus de Fin. 131 a, Att 17 b, Heluetij sine dubio sunt in armis. Episto. 59 b, Et hercle sine dubio erit ignominia. * de Clar. 181, Quando autem dubium fuisset apud patres nostros eligendi, cui patroni daretur optio, quis Antonium optaret, aut Crassum.]

☞ Syntaxis. *Dubium & controuersum. Non id opinioni dubium est, sed ante oculos proposito periculo. In dubium id mihi venit, & venio de hac re. Vocari, vocare in dubium, & reuocare. Dubij & varij casus, Hercle, sine dubio. Non est dubium, quin, &c.*

DVCENDVS, a, um. & di. *æstimandus.* pro Sest. 7 b, Officij rationem in omni vita, non commodi esse ducendam. pro Arch. 188 a, Pericula mortis parui esse ducenda.

¶ *Hauriendi.* Anteq. 197 a, Vti liberum spiritum ducendi nullam habeat potestatem.

DVCENS, tis *gubernans, ductor dux.* Att. 116 a, Cohortes ex Piceno Lentulo & Thermo ducentibus cum Domitij exercitu iunctas esse.

DVCENTI, orum. cont Rul. 72 b, L. Stipatra.

DVCENTIES, I. A. 168, Ego .n. amplius H-S. ducenties acceptum hæreditatibus retuli.

DVCO, cis. *deduco, sumo.* I. A. 156 b, Viri fortissimi, qui ordines duxerunt. pro Muræ. 128 a, Qua legatione duxit exercitum, signa contulit pro Fla. 155 b, Heraclides, quem iudicatum hic duxit Hermippus.

¶ *Adduco, induco.* Tusc. 184 a, Ita me ad credendum tua ducit oratio. • * Op. 124 b, Hanc autem nemo ducit rationem.]

¶ *Iudico, existimo.* I. V. 548 b, Ducere aliquos in hostium numero Episto. 6 a, & 52 a, Quę ne tu quidem vnquam timenda duxisti item, Quæ non aliena esse ducerem à dignitate tua. in Sal. 273 a, Nunc ea reprehendis, quæ antea gloriæ mihi ducebas. de Ora. 193 a, Nec in hoc ironiam duxeris esse de Fin. 69 b, Lælius eo dictus est sapiens, nõ q intelligeret quid suauissimum esset. sed quia parui id duceret. de Fin. 96 a, Ducere omnia humana infra se, ad Her. 30 b. Et tamen cũ ita viuit, neminem præ se ducit hominem.

¶ *Produco, profero, protraho, traho.* pro Milo. 115 b, Ducere parietẽ per vestibulum alicuius. Att. 91 b, Vt fœnus quaternis centesimis ducant. I. V. 82 a, Ducere tempus.

¶ *Deriuo.* Q. F. 318 b, Ducere aquam per fundum alterius. Episto. 83 b, Quarum alteram duco e Cæsare ipso. alteram, &c.

¶ *Concipio, assequor.* pro Do. 144 a, Qui commendationem ineuntis ætatis a scelere duxerit. Orato 197 b, Aliquis a quo similitudinem duceret.

¶ *Abeo, cum me, te, se.* Episto. Asinij ad Ciceronem, Balbus quęstor magno pondere auri, maiore argenti coacto de publicis exactionibus ne stipendio quidem militibus reddito duxit se à Gadibus, *i. abduxit, latenter abijt.*

¶ *Promiscua verba.* pro Sest. 4 a, Pu. Sestius duxit C. Albini filiam. de Ora. 138 a, Neque attendis eos ipsos, vnde hoc simile ducit, aliter facere. Acade. 46 b, Ex quo etiam nomen hoc duxerat. Bru. 579 b, C. Nesennius Cretensi bello Metello Imperatore octauum principem duxit. Epist. 143 b, Vt operandum sit, vt possimus ad id tempus reip. spiritum ducere. Or. 209 b, Ab eodem verbo, ducere sæpe orationẽ. *i. incipere.* I. V. 31 b, de Nat. 37 a, Ducere principium ab aliquo, vel ab aliqua re. pro Pomp. 10 a, Atque eos portus, quibus vitam & spiritum ducitis, ad Her. 34 a, Ducere spiritum præcura de Natu. 59 b, Aer ille quem spiritu ducimus. Atti. 158 a, Duxi meam mecum rationem. I. V. 101 a, Debere eum aiebat suam quoque rationem ducere, multa sibi opus esse &c. pro S. Ro 40 a, Nonnullius rationem sui commodi ducit. de Fi. 158 a A quo totius vitæ ducat exordium. cont. Rull. 69 b, Tunc quæro quam ob causam initium rerum ac legum suarum hinc duxerit, vt P. R. suffragio priuaretur.

DVCOR, ris. *habentur in præcedenti verbo Homonyma.* de Diu. 87 b, Oracula quæ, æquatis sortibus dicuntur. & ibid. Sortes duci. pro Fl. 190 a, Si quis despicatui ducitur. pro Q 9 b, Officij rationem atque existimationis duci conuenit. I. V. 529 a, Hanc damnationem duci non oportet, & 561 a, Ipsi in hostium loco numeroque ducemini. pro Quin. 9 a, Huic acerbissimum viuo videntique funus ducitur. Par. 128 b, Tanquam in gyrum rationis duci oporteret. Ora 207 a, Qui eloquentiæ laude ducitur. pro Rab. 96 b, Qui in periculis cum laude & virtute versantur, spe posteritatis fructuque ducuntur. Tuscu. 129 b, Alij emendi quæstu & lucro ducuntur. I. V. 137 b, Qui statuarum honore & gloria ducitur. pro Sex. Rol. 38 b, Ita, credo, literis eorum Chrysogonus ducitur. de Ora. 110 a, Mulier, quæ in concubinæ locum duceretur. Offic. 30 a, Nec quenquam hoc errore duci oportet. de Natu. 36 a, Ex quatuor temporum mutationibus omnium, quæ in terra marique gignuntur, initia causæque ducuntur. Att, 143 a, Belli initium ducetur a fame. Off. 12 b, Ab ijs rebus quẽadmodum ducatur honestum, satis fere diximus. Offic. 30 b. Sed ab ijs partibus, quæ sunt honestatis, quemadmodum officia ducerentur, satis expositum videtur. de Aruspi. 156 b, Ad quem metum, si deorum monitis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu coniectu • raque, raperemur. Br. 289 b, Bellum ducetur, *i. producetur.* * Attic. 63 a, Sed comitia puto fore vt ducantur.]

DVCTOR, oris. *dux, qui ordinem ducit.* Tus. 167 b, Quoties ductores nostri ad non dubiam mortem concurrerunt!

DVCTVRVS, a, um. I. C. 109 b, Non suas secum mulierculas sunt in castra ducturi?

DVCTVS, a, um. Ora. 197 b, Ac video hanc primùm ingressionem meã non ex oratoris disputationibus ductam, sed à media philosophia repetitam. de Fin. 93 b, Ex quo intelligi debet principium ductum esse à diligendi sui. pro Flac. 156 b, Heraclides cum iudicatum non faceret, additus Hermippo, & ab hoc ductus est, & postea missus, &c. Attic. 85 a, Soluere centesimis ductis cum renouatione singulorum annorum. Att. 91 a, Centesimis ductis non perpetuis, sed renouatis quotannis. de Cla. 181 b, In beneuolẽtia ductus mihi tribuebat omnia. pro Mur. 139 a, Non re ductus es, sed opinione. 206 b, Ducere animam de cœlo. de Nat. 53 a, Aspera arteria excipit animam eam, quæ ducta est spiritu, eademque à pulmonibus respirat. Attic. 44 b, Meque temporis non longinqua spe ductum esse, moleste feram, de Nat. 53 b, Vtæ ab intestinis ad iecur ductæ ac directæ Tus. 163 b, Cõtumacia à magnitudine animi ducta, non à superbia. in Ar.

Hinc spacio simile ductum latus exstat vtrunque.

pro Q. R. 52 a, Vnde hoc totum ductum & conflatum iudicium est. de Cla. 166 b, Hinc Pomponij ductus est sermo. de Fin. 124 a, Vt nõ sine causa ex his memoriæ ducta sit disciplina. de Clar. 184 b, Omnis ille sermo ductus e percunctatione filij.

☞ Syntaxis. *Spiritum ducere. Aer quem spiritu ducimus. Tua oratio me ducit ad credendum. Infra se ducere omnia. Ducere opinionem ex aliqua re. Ducere commendationem & nomen a scelere. Ducere suam rationem secum ducere aliquem despicatui. Ducere rationem officij: idest, habere, in hostium loco ducere aliquem. A fame belli ducitur initium. Ad metum duci. Ductum & conflatum inde iudicium.*

DVCTVS, ctus Epi. 45 b, Omnes vires ciuitatis se ad Pompeij ductum applicauerunt. pro Pompe. 15 b, Pompeius rem optime ductu suo gessit. de Ar 244 a, Qui suo ductu, & imperio cruento non potuerunt, &c. Offi. 31 b, Adde ductus aquarum deriuationes fluminum. • de Leg. 191 a, Ductus aquarum. * de Fin. 136 a, Qui ductus oris, qui vultus in quoque sit.]

DVDVM. *tam de breui tempore fere dicitur, quandoque etiam de longiore.* Att. 57 b, Dudum enim circum rodo, quod deuoranda est de Orat. 133 a, Dixi dudum, materiam aliam esse ioci, aliam seueritatis de Fat. 148 b, Ratio, quam dudum duximus. de Cla. 177 a, & 188 a, Cũ vix vt dudum ad Demosthenem. sic nunc ad Crassum peruenimus. Att. 184 b, Quæ dudum ad me, & quæ etiam antea ad Tulliam scripsisti, ea sentio esse vera. Atti. 237 a, Id erat quondam quasi necesse, nunc quoquo modo res se habet, non est item quàm dudum.

DVELLIVS, lij. Ora. 511 a, Duellius, qui Pœnos classe deuicit, &c.

DVELLVM, li. *bellum.* Or. 522 b, Antiqui nomina contrahebant, quo essent aptiora: vt duellum bellum, duis bis. de Leg. 179 a, Iam æs atq; ferrum duelli instrumenta, non fani & 173 b, Quique agent rẽ duelli, quiq; populare auspicium, præmonento.

DVLCEDO, nis. *dulcitudo.* Att. 586 b, Vos quibus virtus aliena dulcedinẽ viuendi minuere non potuerit. pro Ar. 190 b, Milites dulcedine quadam gloriæ commoti, magno illud clamore approbauerunt. Anteq. 198 b, Si liberum conceptam dulcedinem animo inclutam continetis. de Leg. 165 b, Quæ natura bona sunt, quia dulcedine voluptatis & scabie carent. non cernimus satis. & 177 a, Mores hac dulcedine corruptelaque deprauati. de Fin. 73 a, Voluptas quæ maxima dulcedine sensum mouet. & 88 b. Cũ omnes sensus dulcedine quasi perfusi mouerentur. Epistola. 179 b, Neque pecuniæ dulcedine captus sum. Quint. Fratr. 300 a, Quasi dulcedo iracundiæ. de Orato. 157 b, Dulcedo orationis. ad Heren. 30 b, Auium dulcedo ducit ad auium.

☞ Syntaxis. *Viuendi dulcedo, gloria, voluptatis. Dulcedo & corruptela. Pecuniæ, iracundiæ, orationis, auium dulcedo.*

DVLCESCO, scis. de Sen. 88 a, Vua primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit.

DVLCICVLVS, a, um. *dim. à dulcis.* Tusc. 200 b, Damus scutellam dulciculæ potionis.

DVLCIS, ce cior, cissimus. *suauis, charus, iucundus.*)(. *Amarus.* de Offic. 1 b, Demetrius Phalereus, orator parum vehemens, dulcis tamen, vt Theophrasti discipulum possis agnoscere. de Nat. 65 b, Omne. n. animal sensus habet. Sentit igitur & calida & frigida, & dulcia & amara. de Clar. Oratione Lælij nihil esse dulcius. Attic. 254 a, Nunc epistolæ tuæ quid respondeam, nisi eam fuisse dulcissimam? Attic. 91 b, Nihil inquam in isto, Brutum amasti dulcissime Attico. & de Legib. 189 a, Dulcissime frater, dulcissime scribere. de Clar. Orato. • 171 a * de Fin. 99 b, Dulce mel. de Fin. 66 a, Res, quæ dulcem motum afferat sensibus]

☞ Syntaxis. *Dulcis Demetrius, frater, litera. Dulcissimè scribere.*

DVLCITER. *suauiter iucundè.* de Fin. 68 a, Voluptas, qua sensus dulciter ac iucunde mouetur.

DVLCITVDO, nis. *dulcedo.* Ora 151 a, Gustatus præter cæteros sensus dulcedine commouetur de Or lib. 3. Dulcitudo orationis.

DVM, *dummodo donec, quamdiu, vt.* de Diu. 148 b, Virtus, quæ vetat spectare fortunam, dum præstetur fides. Anteq. 197, Si mea pericula neglexi dum timorem à patria propulsarem. de Orato. 93 b, Ista concione, dum mihi liceat fateri nescire quod nesciam. Attic. 85 a, Quod tu præfecturas sume, dum ne hic negocieris. I. V. 208 a, Nihil ei longius videbatur, quàm dum illud videret argentum. pro Q. 3 b, Hæc dum Romæ geruntur, Quintius interea, &c. I. V. 201 b, Nihil

hil dum etiam istiusmodi suspicebat. Attic. 135 b, Brundusio nihil dum erat allatum. I.V. 174 b, Num expectatis, dum L. Metellus, &c. • Tusc. * Expectas fortasse dum dicat, patietur? Att. 276 b, Noli expectare dum tibi gratias agam. de Natu. 52 a, Visque ad eum finem, dum possint se ipsa defendere. Epi. 151 a, Nihil dum enim scribam. & 186 b, Nihil dum audieramus vbi esses pro Mil. 112 a, Sustinuisse hoc crimen primum ipse ille latronum occultator locus, dum neq; multa solitudo indicasset, neque cæca nox ostendisset. Milonem. I.V. 201 a, Vti aliqua re tamdiu dum velis. pro Fla. 154 a, Qui valuit tandiu, dum hic prodiret. Attic. 12 a, De Aufidio non puto te expectare • dum scribam. * Att. 96 b, Batonius e naui recta ad me venit, dum essem ephesi.]

☞ Syntaxis. *Dum ne hoc fit. Nihil dum etiam audiebatur. Non expecto, dum gratias agat. Vsque ad eum finem, dum. Nihil dum enim scribã. Tamdiu dum velis. Expecta dum scribam, &c.*

DVMETVM, ti. *locus spinis abundans et vastis.* Tusc. 241 a, Septum vndiq; & vestitum vepribus & dumetis indagaui sepulchrum.

¶ *Ardua, & spinosa disputatio.* Aca. 282, Stoicorum dumeta.

DVMMODO, *modò vt, si modo, dum tamen, dum vt.* Att. 106 a, Quod nunquam dummodo ociosi essent, recusarunt. & 202, dummodo ne iisdem verbis. de Orat. 160 a, dummodo ne continuum sit. Offic. 68 a, Qui omnia honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur. • * I.C. 118 a, Feram libenter, dummodo meis laboribus vobis salos pariatur.]

DVMVS, mi. *spina.* Tuscu. 241 a, Animaduerti columellam non multum e dumis eminentem.

DVNTAXAT *tantùm, solùm, saltem.* I.P. 86 b, Atque illi discessus, dolor meus duntaxat, vestrum quidem scelus ac dedecus haberetur. de Orato. 119 b, Hæc artem quidem & præcepta duntaxat requirunt. de Ami. 106 a, Coluntur autem simulatione amicitiæ duntaxat ad tempus. Att. 57 a, Nos animo duntaxat vigemus. pro Deiot. 144 a, Quod ipsum etsi non iniquum est in tuo duntaxat periculo, tamen, • &c de Fin. 69 a, * Epist. 112 a, Non bellidice en rumores, sed susurrationes duntaxat veniunt.]

DVO, *gemini, bini, duplices.* Octauio, duo Decij. I.V. 113 a. Horum pater a bhinc duo & viginti annos est mortuus. Vir. 194 a.

Et duo præterea tales Idæa tulisset.

Terra viros. duo, pro duos.

Epi. 32 b. Duos duarum ætatum plurimi facio Cn. Pompeium, & M. Brutum. Orat 211 b, Video sepulchra duo duorum corporum. ex Accio. & ibi. Mulier vna duorum virum. *aduerbi. duum, ni.* de Cla. 179 a, • Oratio, qua anno duodequinquagesimo vsus est. * Epis. 107 a, Preter duo nos, loquitur isto modo nemo.]

DVODECIES. In Sall. Sellertio duodecies cum Cęsare pacifcitur. I. V. 4, Furta prætoris quæ essent H-S. duodecies.

DVODECIM. de Leg. 181 a, discebamus enim pueri duodecim, vt carmen necessarium. & 181 a, Quid? qui post duodecim in vrbe sepulti sunt. de Leg. li. 2. de Ora. li. 1. duodecim tabulæ.

DVODENVS, a, m Rul. 83 a, Et in eo duodena describit in singulos homines iugera.

DVODETRICIES, I.V. 184 a, H-S. duodetricies in annos singulos. Verri decernebantur.

DVODEQVINQVAGESIMVS annus. de Cla. 179 b.

DVODEVIGINTI, & duodequadraginta. L. VNDEVIGINTI.

DVPLEX, cis. *geminus.* L. COAGMENTATVS, ad Her. 222, Duplices similitudines esse debent: vnæ rerum, alteræ personarum. Tusc. 163 b, Itaque disseruit duas esse uias, duplicesq; cursus animorum e corpore excedentium. Ora. 226 a, Par, duplex, sesquiduplex.

☞ Syntaxis. *Viæ duæ, duplicesq; cursus.*

DVPLICATVRVS, a, um. At. 78, Exercitum Deiotari aduentu cum omnibus suis copijs duplicaturi eramus

DVPLICATVS, a, um. Par. 231 b, Verba duplicata & idem significantia, & 234 b, Verba iterata duplicata Par. 231 b, Verba geminata, & duplicata, vel sæpius iterata. pro D. 232 a, At id nec propositum vllum fuit, & si fuisset, duplicata gloria discessissem.

☞ Syntaxis. *Duplicare nouis copiis exercitum. Duplicata, & idem significantia verba. Verba geminata, duplicata, iterata. Duplicata gloria discedere.*

DVPLICITER, *bis, bipartito.* Ora. 287 b, Is se maledictis non abstinet, iis quidem, quæ in ipsum dupliciter recidunt Epi. 138 a, Dupliciter delectatus tuis literis, & quod, &c. & 136 a, Qua culpa mihi videor dupliciter carere, Acad. 26 a. Quæ cum exposuit, adiungit, dupliciter, dici, assensus sustinere sapientem, uno modo, cum, &cæt. altero, cum, &cæ.

DVPLICO, as. *gemino, itero.* de Diu. 117 a, Facile fuit, quas nos habemus duplicare.

DVPLICOR, ris. Epi. 70 b, Duplicari solicitudines, Or. 209 a, Cum duplicantur iteranturque uerba.

DVPLVS, pla, plum. *altero tanto.* de Vo 199 a, Vnam principio partẽ detraxit ex toto, secundam autem primæ partis duplam, deinde tertiã quæ esset secundę sesquialtera, deinde quartam quæ secundæ dupla esset, quintam inde quæ tertiæ tripla, tum sextam octuplam primæ, postremo septimam, quæ septem & viginti partibus antecederet primæ. pro Fla. 156 b, Pretor iudicauit, vt si iudicatum negaret, in duplum iret. Off. 64 b, Subire pœnam dupli. in Cod. Germ. Orat. 215 b, Duplo maius, & altero tanto maius idem. de Vni. 199 a, Duplum & triplum interuallum.

☞ Syntaxis. *Ire in duplum, r. dupli pœna multãri.*

DVPONDIVS, dij. *à duobus ponderibus, dictum dupondium. Varro scripsit, quòd vnum pondus Assipondium dicebatur, ideo quòd as erat libra pondus. Sed apud Cic. pecuniola est, siue nummus duobus assibus valens.* pro Qu 9 b, Si dipondius tuus ageretur. *sic enim legit Budæus. in figura quę Communicatio dicitur.*

DVRIVS, aduerb. *crudelius, grauius.* Att. 274 b, Nihil differri durius. & Att a 2, Durius accipere aliquid. Famil. lib. 11. Durius quam te facta sunt, nonnulla proferuntur.

DVRESCO, scis. *durus fio.* de Nat. 31 a, Aquilonibus reliquisque frigoribus durescit humor.

DVRIENSE bellum. pro Cor. 55.

DVRITAS, tis. *seueritas durities, acerbitas*)(*comitas lenitas.* Orat. 201 b, Duritas & seueritas & quasi mœstitia orationis. de Sen. 90 b, Quanta in altero duritas? in altero comitas?

DVRITER. ad Her. 27 a, Verba duriter aliunde translata.

DVRITIA, tiæ. *durities* pro Dom. 232 b, Animi duritia sicut corporis, quod cum vtitur, non sentit, stupor potius est quam virtus. Par. 237 a, Patientiam duritia immanis imitatur. de Orato. 148 b, Qui patientiam & duritiam in Socratico sermone adamarat Tuscu. 243 a, Duritia virilis.

DVRITIES, ei. *duritia* pro Dom. 233 a, An ego tantam animi duritiem habere possim, vt possem, &c.

☞ Syntaxis. *Animi duritia stupor est. Duritia virilis. Habere animi duritiem, &c.*

DVRO, as. *sto, maneo, diuturnus sum stabilis permaneo, diu habeo.* de Senec. 92 b, Iam sensus moriendi, si aliquis esse potest is ad exiguum tempus durat, præsertim in sene. Offi 45 a, Ipsa illa delinitio multitudinis, ad breue exiguumque duratura est tempus.

☞ Syntaxis. *Ad breue tempus exiguumque durare.*

DVRVS, a, um, DVRIOR, & ssimus. *crudelis, asper, inhumanus, incultus, ferreus, horridus, vix homo, agrestis.* de Cl. 575 a, Vir vt vita, sic oratione durus, incultus, horridus Offi. 43 a, Duri hominis, vel potius vix hominis videtur periculum capitis inferre. Brut. 91 a. Duri fuimus in Dolabella. I.V. 290 a, Durus, ferreus, inhumanus. pro Cæl. 45 a, Senex durus, & pene agrestis Orat. 210 b, durum agrestemque se præbere. At. 228 b, Duriorem se præbere miseræ & afflictæ fortunæ alicuius.)(*Facilem se præbere.* de Fin. 124 a, Horridiores euadunt, asperiores, duriores & oratione & moribus. Attic. 235 b, Attilius poeta durissimus. pro Mur. 138 b, Accessit his tot doctrina non moderata nec mitis, sed paulo asperior ac durior. pro Arch. 169 a, Quis tam animo agresti ac duro est? de Inuen. 48 a, Nam ipse durus est præter æquom & bonum. pro Arch. 289 b, Marius qui durior ad hæc studia videbatur. pro Dom. 216 a, Annona in meo reditu facta erat durior. & 231 b, Hæc durissima resp. tempora. Par. 123 b, Durissima seruitus. pro R.P. 125 a, Prouidere, ne duriorem vobis conditionem statuatis. Par. 123 b, Cupiditas honoris quam dura est domina. de Orato. 134 b, Neminem puto esse tam durum, cui non oratio tua miseranda visa sit. Offi. 8 b, Quanquam id nomen durius effecit iam vetu• stas. de Cla. 190 b, Verbum durum. insolens, humile. * Epist. 199 a, De Minutio rumores duriores erant. Tuscu 178 b, Epicurus, homo asper durus. Tus 170 b, Estote fortes, & duri spartiatæ de Finib. 123 b, Horridiores euadunt, asperiores, duriores, & oratione, & moribus.]

☞ Syntaxis. *Vt vita, sic oratione durus, incultus, horridus. Durus, ac vix homo. In quo durus. Durus, ferreus, inhumanus Annona durior, tempus, seruitus, conditio nom n..*

DVVMVIRI, orum. Orat. 211 b, Plane duorum virorum iudicium, aut triumuirorum capitalium, aut decemuirorum litibus iudicandis dico nunquam, atque dixit Accius sepulchra duorum corporum. cõt. Rul. 62 b, Triumuiri quinqueuiri, decemuiri, &c. pro Cl. 22 b, Quatuor viri, quos municipes fecerant.

Septemuiralis, & Septemuiratus, vide locu suis.

DVVMVIRATVS, *duumuirorum officium.* pro Sest. 6 a.

DVX, cis. *qui ducit exercitum, ductor, imperator, princeps, signifer, qui ordinis duces, præfectus, autor.* I.V. 254 a, Dux præfectusque classis Atti. 157 a, Plane hoc spectat Octauius, vt se duce, bellum geratur. Epis. 142 a, Summum me ducem literæ tuę reddiderunt plane nesciebam te tã peritum esse res militaris. de Senec. 83 a, Sed tamen ille dux Græcię &c. pro Fla 151 b, Prætor, dux, & imperator. pro Font 283 a, Induciomarus dux Allobrogum. pro Dom. 231 a. Præbere aliquem ducem exercitui. pro Planc. 275 a, Qui causæ nostræ duces & quasi signiferi fuerunt. pro Mur. 136 a, Dux & signifer calamitosorum. de Amici. 101 b, Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho & Annibale. I.C. 98 a, Imperator eorum castrorum, duxque hostium de Ami. 104 a, Nec maior pœna statuenda est iis qui secuti erunt alterum, quàm iis qui ipsi fuerint impietatis duces. & 103 b, Nec te comitem illius furoris, sed ducem præbuit. & 99 a, Natura optima recte viuendi dux. de Fin. 63 b, Magistra ac duce natura. Off 56 b, Naturam debemus ducem sequi. I.C. 155 b, Diis immortalib. ducibus, hanc voluntatem suscepi. de Orat. 148 b, Autor publici cõsilij, dux regendæ ciuitatis; sententiæ princeps in senatu. Epist. 146 b, Præbere se autorem, principem & ducem senatui. I.V. 159 a, Dux & magister ad faciendum aliquid. Attic 115 a, Duces improuidi & negligentes. de Arusp. 257 a, Sed tamen eorum omnium hic dux est atque princeps. de Ora. 85 b, Belli duce? præstantissimi de Diui. 105, Ad hostiam deligendam potest dux esse vis quædam sentiens. de Diui. 125 b, Vt ad rem gerendam non superstitionem habeas, sed rationem ducem. Tuscu. 154 a, Mors claris viris & feminis dux est in cœlum pro Pompe. 10 b, Cn Pompeio duce tanti belli. Att. 106 a, Dux tanta autoritate.

☞ Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Causa, dux & signifer. Magistra et duce natura. Duce regi a de ciuitatu. Praebere se autorem, ducem, principem Senatus. In hac re, ad hanc rem ducem habeas rationem. in caelum dux est pia mors.*

DYNAS, *popul.* Att. 50 b.

DYNASTES, stae. *princeps, & quiuis magistratus.* Attic. 28 a, Si erit nebulo iste cum ijs Dynastis in gratia. I. A. 237 a, Caeteri reges, tetrarchae, dynastae.

DYPILVS, li. *locus.* de Fin. 114 a.

DYRRACHINI. populi. pro Sest. 34.

DYRRACHIVM, chi. *oppidum.* Att. 129 b.

ΔΥΣΧΡΗΣΤΗΜΑΤΑ, L. COMMODA.

DYSENTERIA, riae, *tormina.* Epist. 107 b, Sanè δυσεντερίαν pertimueram & ibid. Δυσεντερικὰ πάθη, morbus edacitatis.

DYSVRIA, riae *vrinae difficultas, στραγγουρία. Quomodo autem dysuria, & stranguria distinguantur, à Galeno, & Celso discendum est.* Episto. 107 b, Δυσουρικὰ πάθη, morbus turpioris intemperantiae. Att. 164 b, *Δυσουρία* tua mihi valde molesta.

E

E *Altera ex vocalibus.* de Orat. 147 a, Vt ioca literam tollas, & e plenissimum dicas.

¶ *Praepositio eadem vertitur qua Ex, De: & hic varia potestas, nimirum.*

¶ *Ratione materiae.* Acade. 26 b, E saxo sculptus. pro Planc. 279 b, Lapidem è sepulchro venerari pro deo. Ora. 214 b, E poeticis numeris. Ora. 215 b, E breuibus. * Epi. 139 b, Ciuis e Repu. Carbonum nemo fuit.]

¶ *Originis.* Ora. 210 a, Eunuchi e Syria Aegyptoruinque. de Ora. 86 a, Caeterarum artium studia ferè reconditis e fontibus hauriuntur. de Clar. 280 b, Quicquid habuit, id totum habuit e disciplina. de Nat. 75 b, Posse acerbos è Zenonis schola exire.

¶ *Numeri.* de Cla. 179 b, Q. Vectius Vectianus e Marsis. * I. V. 79 a, Quo in numero è vobis nemo fuit.]

¶ *Pro à.* Att. 116 a, E Philotimo literas accepi.

¶ *Commodi, vsus, & vtilitatis ratione.* Orat. 212 a Ex vsu dicunt, & è repu. quod in altero vocalis excipiebat, in altero esset asperitas, nisi literam sustulisses. I. A. 189 a, E rep. *idest, ex vtilitate reip.* Item Senatusconsultum e rep. factum I. A. 224 a, Senatus censet, atque è rep. existimat, aediles, &c. 273 b, Facis ex tua dignitate & è rep. in Anto. 229 b, Brutum bene & e repub. & sua maiorumque suorum dignitate consuetudineque fecisse. Epist. 207 a, Ea praedia, si dicam non esse è repu. diuidi, nocere te videar, non rogare. * de Finib. 136 a, Status corporis, qui est maxime e natura.]

E Regione. *ex contrario, & quasi recta lineae oppositum.* Topic. 224 b, Occurrunt tanquàm è regione quadam contraria. de Natu. 46 b, Luna cum est e regione solis, deficit. de Di. 112 a, Luna e regione solis facta incurrit in vmbram terrae. Q. F. 318 a, Diphilus columnas neq; rectas, neque e regione collocarat. Acade. 31 a, Nonne etiam dicitis esse e regione nobis, e contraria parte terrae, qui aduersis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis? de Fat. 144 a, E regione ferri deorsum ad lineam, de Finibus 53 b, Si omnia deorsum e regione ferrentur. & vt dixi, ad lineam. de Vniuersi. 199 a, Vt & ipse secum & inter se ex commissura, quae è regione esset, iungeretur.

☞ Syntaxis. *Cas. literas accepi. Ex tua dignitate facis & è repub. Id fieri non est è Repub. Id existimo è re tua esse.*

EA, re *propterea, ob eam rem.* Att. 123 a, O rem turpem & ea re miseram sic enim, &c. Epi. 127 a, Is metuit, & ea re fugit. I. A. 191 a, Deinde ea re non venit in mentem: quia nihil attinuit Off. 62 b, Id ea re quia turpe est, non est faciendum. Epi. 221 b, Ea re vtrunque scripsi, vt, &c. de Vni. 74 b, Et ea re traduci non potuerunt.

☞ Syntaxis. *Id ea re, quia turpe est, non faciendum. Ea re dico, vt*]

EATENVS, *hactenus, vsque dum, vsque ad eum finem, vsque eò, quoad, vsque eò ne.* Q. F. 291 b, Ferre aliquem eatenus, quoad per se negligat, &c. de Opt. 245 a, Verba persequens eatenus, vt ea non abhorreant à more nostro. de Legib. 158 b, Sed hoc ciuile eatenus exercuerunt, quoad populo praestare voluerunt. de Vni. 102 a, Dij eatenus nobis declarantur quo ipsi volunt.

☞ Syntaxis. *Eatenus ferunt, quoad. Eatenus vt. Eatenus id spero facies, quo possis.*

199 b, Qui si virtutes ebullire volent & sapientias, nihil aliud dicent, nisi, &c. de Fin 143 b, Dixerit hoc Epicurus, semper beatum esse sapientem, quod quidem solet ebullire nonnunquam.

EBVR oris. *dens elephantis.* de Leg. 178 a. Ebur ex inani corpore extractum, haud satis castum donum deo. Par. 118 a, & I. V. 201 b, Marmorea tecta ebore, & auro fulgentia. de Cl. 188 b, Mineruae signum ex ebore pulcherrimum Phidiae.

EBVRNEVS, a, um. & EBVRNEOLVS. *ex ebore.* I. V. 200 a, Signum aeneũ, marmoreum, eburneum de Or. 164 a, Eburneola fistula.

EC, *num vel an, in compositione.* I. V. 122, 139, Ecquis? ecqui, ecquae. I. V. 193 b, Att. 23 b, Sed heus tu, ecquid vides Cal. ventre? de Ar. 251 b, Ecquid scis, &c. Epi. 102 b, Ecquid in Italiam venturi sitis, fac sciam. Att. 128 b, & Ep. 124 a Deinde fingas, quem me esse deceat: vbi me plurimum prodesse reipu. sentias, ecquae pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia. de Fin. 121 b, Dubium est, ecquae nam fieri possit accessio. de Inu. 67 a, Ecquae lex, ecquod artificium, &caet. ecquo ab alio fieri potuerit. Aca. 39 a, & 21 a, & Tusc. 151 a, Percunctantibus nobis ecquid Roma forte noui. Par. 234 a, Quid illa, ecquonam modo, ecquonam loco artis indigent? & 235 a, Vt cum quaeritur, ecquisnam, &c pro Mur. 140 b, Eccui autem non proditur reuertenti? I. A. 166 a, Eccui potestas in forum introeundi fuit? I. V. 117 a, Ecquando te rationem factorum tuorum redditurum putasti? Ecquando de his rebus tales viros adiutores existimasti? Attic. lib. 13, Brutus ecquid agit? Ecquando? I. A. 151 b, Ecquo te tua virtus prouexisset? ecquod genus, &c.

☞ Syntaxis. *Ecquid venturus est? Ecquae persona hic adsit nescio. Ecquo ab alio speras? Ecsi quid illic est noui, scribe. Ecquonam modo? Eccui docui? Et quando venias? Ecquò vadis.*

ECBATANA, orum. pro Pomp. 5 b, *Quae tamen lectio nonnullis hominibus doctis minus probatur. Neque enim Mithridates Mediae, sed Ponto Cappadociaeq; imperauit.*

ECCE, aduerb. *rem improuisam subitamque demonstrans.* Atti. 15 b, Ecce aliae deliciae equitum vix ferendae. Att. 208 b, Ecce tuae literae de Varrone. pro Clu. 20 b, Ecce autem subitum diuortium. de Prouin. 78 a, Ecce illa tempestas, &c. I. V. 334 b, Ecce autem noua turba atque rixa. Att. 89 a, Ecce autem alia pusilla epistola. At. 121 a, Sed ecce nuncij scribente me haec ipsa noctu in Caleno. & ibid. Ecce literae Caesaris ad Corfinium. & 123 a, Ecce subitò literae Domitij ad illum. & 116 b, Ecce postridie Cassij literae, de Ar. 254 b, Ecce ijsdem auctoribus restituti sumus. Att. 240 a, Ecce autem de transuerso. L. Caesar vt veniam ad se rogat Off. 69 b, Ecce tibi qui rex Pop. Rom. esse concupierit. Atti. 30 b, Ecce ex altera parte Sebosus, &c. I. V. 69 b, Ecce autem repente. &c. pro Caec. 290 b, Cum subito ecce idem, &c. pro Cl. 33 a, Ecce tibi eiusmodi sortitio, vt in primis Bulbo esset iudicandũ. ad Her. 27 a, Ecce tibi ille, &c. de Or. 117 a, Ecce tibi exortus est Isocrates. de Fin. 85 a, Ecce miserum hominem, si dolor summum malum est, dici aliter non potest.

☞ Syntaxis. *Cum subito ecce. Ecce tibi iste. Ecce miserum hominem:*

ECDICVS, ci. *Ecdici dicuntur munerum tribunis: vel quaestores, qui eos persequuntur, qui reip. pecuniam debent.* Epis. 224 b, Dixerat mihi Euthydemus se curaturum, vt Ecdici Milasij Romam mitterentur, ter vsurpatum est.

ECHINADES. *insulae in Aegeo.* in Arat.

ECLIPSIS, psis. *defectio* ad Heren. 23 a, Eclipsia solis & lunae.

ECLOGARII, orum. Att. 255 a, Sed notentur Eclogarij, quos, &caet. *id est nomina eorum qui in libris de gloria loquentes inducuntur, notentur minio, aut simili colore, vt internoscantur.*

ECONTRARIO, de Fin. 153 a, E contrariò moderati habitus, &c.

ECVLEVS, lei *genus tormenti, vt vocat.* I. A. 232 a, Ponite ante oculos vincula, verbera, eculeum, carnificem, tortoremque Samarium. pro Milo. 17 b, & pro Dei. 144 b, Facti enim in eculeo quaestio, iuris in iudicio. de Fi. 99 a, & 112, & Tus. 230 b, 231 a, Eculeo torqueri.

EDACITAS, tis. *vitium ventris & gutturis.* Q. F. 328 b, Sine matre edacitatem pueri pertimesco. Epi. 107 b, Epicurei δυσεντερικὰ πάθη morbum edacitatis putant.

EDAX, cis. *vorax.* Epi. 238 b. Cum homine edaci tibi res est. pro Fl. 154, Edacem hospitem amisisti.

EDENDVS, a, um. Episto. 16 b, Quos iampridem ad te misissem, si esse edendos putassem.

EDERA, rae. Quin. Fra. 319 a, Topiarium laudaui, ita omnia conuestiuit edera. *bis.*

EDICENDVM. de Fi. 80 a, Est enim tibi edicendum, quae obseruaturus sis in iure dicendo. Att. 17 b, Ne absens censeare, curabo edicendum & proponendum locis omnibus.

EDICO, cis. *indico, proscribo, expono. Edicere non solùm praetoris est, sed etiam consulis.* I. P. 83 a, I. Vat. 122 a, Si quis eum pulsasset, edixit sese iudicium iniuriarum non daturum Offi. 68 a, Edictum quod communiter compositum fuerat, solus edixit. pro Q. 15 b, Quid est causae quin si longe aliter possedit quàm praetor edixit, ille ex edicto non possederit? I. P. 83 a, Consul edicit, vt senatus senatusconsulto ne obtemperet. de Nat. 77 a; Edicit re quisque, &c. Q. F. 295 a, Praetorem edicere, ne fiat aliquid. de Legi. 194 a, Suade igitur istam ipsam legem, vt ego possim edicere &c. de Inu 70 b, Quae praetores edicere consueuerunt. de Ami. 107 a, Alius igitur finis amicitiae constituendus est, si prius quid Scipio reprehendere solitus sit, edixero. At. 174 a, Antonius edixit, ita vt me & Laelium exciperet.

EDICOR, ris. de Ora. 209 b, Nullus locus ferè ab eo fine confirmatione sententiae edicitur. *aliter, inducitur.* I. A. 206 a, Iustitium edici, saga sumi dixi placere.

EDICTVS,a,um. Q.F. 307 a, Comitia edicta sunt ad XI. Cal. Feb. I.V. 104 b, Ille locare incipit non proscripta, neque edicta die.

EDICTVM, cti. *interdictum*. I.V. 95 b, Hi qui decretis edictisque ruis in se concitati sunt. I.V. 98 b, Qui plurimum tribuūt edicto pretoris, edictum legem annuam dicunt esse. I. V. 132 b, Qui Romæ totum edictum & omnia decreta vendidit. Of. 69 a, Edictum, quod communiter compositum fuerat, solus edixit. I. A. 253 a, Senatū cēsere, ędiles curules edictum quod de funeribus habeant, Seruij Sulpitij funeri remittere. pro Q. 11 a, Quod prętor non fieri, sed ex edicto suo fieri iubet. Ep. 224 a, Pecuniam neque ex edicto, neque ex decreto depositam habui. pro Qu. 13 a, Si ex edicto possedisti, quæro, cur bona non venierint. & 15 b, Qui ex edicto meo in possessionem venerit. pro Fla. 160 a, Flaccus sanxit edicto, ne frumentum ex Asia exportari liceret. pro Pom. 15 a, Edictum & intercessio tribunorū. I. V. 155 a, Edictum, vt ne quis cum telo seruus esset.

☞ Syntaxis. *Edicta & decreta ex edicto facere. Sancire edicto. Edictum & intercessio Tribunorum.*

EDISCENDVS,a,um. de Ora. 97 b, Exercenda est etiam memoria, ediscendis ad verbum quam plurimis & nostris scriptis & alienis. pro Mur. 129 a, Qui singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit. Aca. 34 a, Est enim non magnus, sed aureolus, & ad verbum ediscendus libellus.

EDISCO, scis. *memoriæ mando*. de Fi. 68 b, Quis vestrūm non edidicit Epicuri κυρίας δόξας? Epi. 92 a, Lepta suauissimos edi'cat Hesiodum, & habeat in ore, &c. de Or. 106 b, & 105 a, Qui istam artem facillimē non ediscunt.

EDISCOR, ris. Tusc. 180 b, Non leguntur modò, sed ediscuntur.

EDISSA. *vrbs & portus*. I. V. 253 b.

EDISSERO, ris. *expono*. de Leg. 38 a, Neque necesse est edisseri à nobis, quæ finis funestæ familiæ.

EDITIO, onis. pro Pl. 167 a, Ista editio summam habet acerbitatem.

EDITITIVS, tij. *qui ab vna tantùm parte iudex electus est*. pro Pl. 267 b, Nec quicquam aliud in hac lege nisi edititios iudices es secutus. itē pro Mur. 135.

EDITVRVS, a, um. pro Syl. 175 b, Tibi familiari meo prius edituri fuerunt iudicium scribæ mei si voluisses quam in codicem referrent.

EDITVS, a, um. *altus*. I. V. 225 a, Locus præcelsus atque editus.

¶ *Genitus*. Offi. 21 a, Hercules Iouis satu editus. Tus. 190 a, Simulatq; editi in lucem & suscepti sumus.

¶ *Pronunciatus*. Att. 264 a, Hæc ex oraculo Apollinis edita tibi puta. de Or. 100 b, Deinde postea quam est editum, expositis a Cn. Flauio primum actionibus, nulli fuerunt.

¶ *Creatus*. pro Plan. 267 b, Clarissimi ciues nomen editi iudicis non tulerunt.

¶ *Factus*. I. C. 113 a, Post autem aliquando Vulturnij iam iudicio exposito atque edito surrexit. de Ar. 257 a, Infinita sunt scelera, quæ ab illo in patriam sunt edita.

EDO, is. *facio, profero*. de Fin. 69 b, & de Diui. 119 a, Edere clamores. de Leg. 163 b, Edere magnam ruinam. Q.F. 312 a, Meminisse miros. ri us edere. pro Sest. 16 a, Edere scelus in aliquem. I. A. 250 b, Edere facinus. de Na. 52 a, Crocodilos cum in terra partum ediderint, obruere oua. Q.F. 300 a, Edere exemplum seueritatis alicubi. de Natu. 58 a, Oues nullum fructum edere ex se sine curatione hominū possunt. de Or. 110 b, Ages, qui meliores fœtus possit & grandiores edere. ° de Na. 3 a, Multos libros breui tempore edidimus. de Or. 92 b, Libellus, qui me imprudente excidit, & peruenit in manus hominum. Att. 232 a, Liber ἀνέκδοτος.]

¶ *Diuulgo*. Attic. 219 b, Dic mihi placetne tibi primum edere iniussu meo? de Or. 138 a, Nam nonnulli cum proœmium meditati ediderunt, sic ad reliqua transeunt, vt, &c. de Legib. 157 a, Scriptores qui nondum ediderunt, de quibus existimari non potest. 193 b, Qui magistratu abierint, apud Censores edant, exponāt, quid in magistratu gesserint. pro Q. 18 b, Iudiciū quin acciperet, in ea ipsa verba quæ Neuius edebat, non recusasse. & 12 a, Se iudicio id quod edat accipere. de Clar. 166 b, Vt illos de repu. libros edidisti. de Orat. 95 a, Qui nihil possunt dignum hominum auribus efficere atque edere. Att. 32 a, Is me rogat, vt annales suos emendem & edam. Aca. 42 a, Nec se tenuit, quin contra suum doctorem librum etiam ederet. pro Dom. 216 a, Is meum nomen operarijs ediderat, imperitis iniecerat. Offi. 49 b, Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia nisi auaritia esse perituram. ° Tusc. 179 a, Quas hic voces apud Sophoclem in Trachinijs edit.]

¶ *Compono*. Att. 102 b, Edere rationes alicui.

¶ *Promitto, vel contundendum tam. do*. I. A. 243 a, Cuius in complexu libenter extremum vitæ spiritum ediderim. pro Sest. 21 a, Edere animam.

EDOR, ris. pro Pl. 266 b, Non intelligo, cur vno in genere tribus edi voluerat. *id est ab accusatore*. Att. 255 a, Eas epistolas perspiciam, corrigam, tum denique edentur. de Diu. 124 a, Illud naturale genus diuinandi concitatione mentis edi, & quasi fundi videbatur. de Leg. 173 b, Leges autem edentur a me non perfectæ, &c. Tusc. 173 b, Qui nascitur, in lucem edi dicitur. pro Syll. 175 a, Illas tabulas describi ab omnibus statim librarijs, diuidi passim & peruulgari. atque edi populo imperaui.

☞ Syntaxis. *In lucem editus, ac susceptus. Edere scelus. Ager meliores & grandiores fœtus edens. Spiritum, animam, rationes edere.*

EDO, es, edit. *comedo, cibum capio*. Attic. 228 a, Itaque & edit, & bibit ἀδεῶς, & iucunde, opipare, sane, & apparate. de Or. 130 a, Catulus se nō alios arbitratū esse oportere. de Na. 27 b, Mergi pullos in aqua iussit mergerent, quoniam esse nollent. Tuscu. 147 a, Nunquam sitiens biberat, nec esuriēs ederat. de Fin. 69 a, Primum ita non religiosi vt edant de patella. de Ami. 109 a, Multos modios salis simul edendos esse, vt amicitiæ munus expletum sit. ° ad Her. 148 a, Esse oportet, vt viuas non viuere, vt edas.]

EDOCEO, ces. *doceo*. Postq. 310 b, Qui meam causam prudentibus commēdarit, imperitos edocuerit. Sal. in Cic. 271 a, Quem Minerua omnes artes edocuit. Tusc. 308 a, Edocuit tamen ratio, &c. ad Her. 13 a, Id magis verisimile aiunt, quod vsus te ab se experiendo edocere.

EDOLO, as. *dolo*. Attic. 220 a, Omisi ea quæ in manibus habebam quod miseras edolaui.

EDOMO, as. *domo*. de Fat. 142 a, Vitiosam naturam ab eo sic edomitam & compressam esse doctrina, vt, &c.

ΗΔΟΝΗ. L. VOLVPTAS, & VOLVPTARIVS.

EDORMIO, mis. *opere somni confecto, expergiscor*. I. A. 166 a, Edormi crapulā & exhala. Acad. 14 a, Cumque edormierunt, illa visa quam leuia fuerint, intelligunt.

EDVCANDO de Fi. 87 b, Vt in gignendo, in educando.

EDVCATIO, onis. *institutio, disciplina*. de Ora. 154 a, Institutus liberaliter, educatione doctrinaque puerili. de Le. 160 a, Id difficile factū est, nisi educatione quadam & disciplina. de Fi. 103 a, Fœtus & educatio bestiarum. pro Sest. 28 b, Partus & educatio ferarum.

☞ Syntaxis. *Educatio & doctrina. Educatio & disciplina. Fœtus & educatio bestiarum. (hic fœtum partum, & actum parturiendi, non quod nascitur, significat.)*

EDVCATOR, oris. *altor*, de Nat. 43 a, Omniumque rerum sator, educator, & altor mundi est. & pro Plan. 276 b, Educator alicuius.

EDVCATRIX, cis. *nutrix*. de Leg. 168 b, Earum rerum parens est educatrixque sapientia.

EDVCATVS, a, um. *altus, nutritus, institutus*. I. V. 245 b, Habemus hominem in fœcialium manibus educatum. de Or. 96 a, Homo ingenuus liberaliterque educatus. & 201 a, Educata huius nutrimentis eloquētia est. de Inu. 50 b, Apud quos, quo more, cuius arbitratu sit educatus. de Cla. 183 b, Filiusnon tā in gremio quam in sermone matris educatus. I. V. 160 b, Qui à parentibus suscepti educatiq; sunt.

EDVCO, as, educani & eduxi. *alo, nutrio, instituo*. de Or. 161 b, Sed vt ea quæ orta sunt, educet atque confirmet. de Ora. 119 b, Non est Phogni parentis quem procrearit & eduxerit, eum non & vestiret ornare.

EDVCO, cis. *extraho, duco, libero*. de Inu. 63 b, & I. C. 112 a, Educere gladium e vagina. de Ora. lib. 1. Educere in medium agmen. I.V. or. 5, Educere in ius. Q.F. lib. 3. Educere rus. de Diu. lib. 1. Educere in aciē copias. de Ora. lib. 1, Educere dictiones in aciem forensem. de Diu. 95 b, Educere exercitum in expeditionem. I. C. 99 b, Educ tecum omnes tuos. Q.F. 324 a, Si nobiscum eum rus aliquo eduximus. de Ora. 154 a, Quantis ex angustijs oratorem educere ausus es. contra Rul. 70 a, Sortiri tribus, & educere quas velis. I. V. 171 b, Cum in ius ipsū eduxi, expressi, vt conficere tabulas se negaret. ° de Diu. 122 a, Sylla cum in expeditionem educturus esset immolauit.]

EDVCOR, ris. Tus. lib. 1 Educit e custodia. de Ora. 100 a, P. Rutilius Mancinum de senatu iussit educi.

EDVCTVS, a, um. Att. 7 a, Eum per manum seruulæ seruatum & eductum. de Diuin. 101 a, Si lacus ita esset eductus, vt ad mare peruenire non posset.

EFFANDVM. Attic. 120 b, Opinor augures nihil habere ad templum effandum.

EFFARI, vel re, tur. *eloquor, nuncio*. in Sal. 275 b, Mihi ratio habenda est, vt ea dicam, quæ honeste effari possim. pro Do. 241 a, Nec vllum verbum solenne potuit effari. Aca. 24 b, Quod ita effabimur, aut viues cras, &c. de Diu. 29 a, Hæc pater effatus, &c. de Ora. 157 a, Effari & nuncupari Latine dici posse. Att. 230 b, Effari templum.

EFFATVS, a, um. *passiue*. de Leg. 173 b, Vrbem & agros & templa liberata & effata habento.

EFFATVM, ti. *pronunciatum*. Aca. 23 b, Nempe fundamentum dialecticæ est, quicquid enunciatur (id autem appellatur ἀξίωμα, quod est quasi effatum) aut verum esse aut falsum.

¶ *Oraculum, vaticinium*. de Leg. 173 b, Alterum genus sacerdotum, quod interpretetur fatidicorum & vatum effata incognita.

EFFECTIO, onis. *effectus, efficientia, usu actio*. de Fin. 99 b, Quemadmodum opportunitas non fit maior productione temporis, sic recta effectio (κατόρθωσιν enim ita appello, quoniam rectum factum κατόρθωμα) affectio crescendi accessionem nullam habet. Acad. 49 de Fi. 95. ° de Fi. 133 a, Effectiones, viusque corporis. Aca. 40 a, Nostra tu physica nosti, quæ continentur ex effectione, & materia ea, quam fingit, formatque effectio. de Fini. 95 a, Vt in ipsa arte insit, non foris petatur extremum, id est artis effectio]

EFFECTOR, oris. *perfector, architectus, molitor, creator, autor*. de Vniu. 197 b, Effector mundi & molitor Deus. & Tus. 163 a, Effector tanti operis ac muneris. de Di. 120 a, Magna stultitia est earum rerum deos facere effectores. de Vni. 202 a, Horum operum ego parens effectorq; sum. de Or. 97 a, Stylus optimus dicendi effector & magister.

☞ Syntaxis. *Deus mundi effector & molitor. Alicuius rei effector. Horum operum parens & effector, id est princeps, author, effector ac magister.*

EFFECTRIX, cis. de Fi. 76 a, Pecunia est effectrix multarum & magnarum voluptatum. de Vni. 201.

EFFECTVRVS, a, um. de Natu. 12 a, Vt innumerabiles mundos natura effectura sit, efficiat, effecerit.

EFFECTVS, a, um. vt, *locus ab effectu rebus*. Topic. 222 b, Of. 32 a, Quare hoc quidem effectum sit in officijs deligendis, hoc genus officiorum excellere, quod, &c. Top. 226 b, Quod effectum est, quid fuerit eā, demonstrat. Or. 206 b, Nā in me quidē iampridem effectum quod futurum,

turam fuit. de Di. 159 a, In latere & cæmẽtu, ex quib. vrbs effecta est.

Effectus, ctus. *quod effectum est, euentus quandoque*. de Fin. 97 a, Sic in libidine peccatum est etiam sine effectu. *& ibid.* Nam vt peccatum est patriam prodere, parentes violare, quæ sunt in effectu: sic timere, sic in libidine esse peccatum est, etiam sine effectu. de Diu. 318 a, Radicum, quarum causam ignoramus, vim & effectum videmus. Tuscu. 175 b, Effectus eloquentiæ est audientium approbatio. * Top. 230 a, Alia ex causis, alia in effectibus. de Orat. 124 a, Ex causis, &c. ex iis, quæ sunt orta de causis.]

☞ Syntaxis. *Violare, vitium est in effectu: timere, sine effectu. Causarum vim & effectum videre.*

Efferatus, a, um. *immanis*. de N. 14 a, Multas esse gentes sic immanitate efferatas, vt, &c. Tusc. 216 a, Sunt enim multa efferata & immania. (*hic habemus efferatum, absolute: & coniunctim, cum immanitas.*)

Efferens, tis. Par. 118 a, Aliquis se gloria & prædicatione efferens.

Efferator, atis. de Nat 46 b, Homines non patiuntur terram immanitate belluarum efferari.

Effero, fers, extuli, elatum. *edo*. de Cla. 166 a, Ager qui multos annos quieuit, vberiores efferre fruges. I. V. 172 a, Cum ager id quod per-raro euenit, cum decimo extulisset. & 193 a, Id perdere aratorem, quod agri segetesque extulissent. de Nat. 43 a, Quæ efferunt aliquid ex se, perfectiora sunt quàm ea quæ ex his efferuntur.

¶ *Promo, pronuncio*. de Or. 94 a, Peto à vobis, inquit, ne has meas ineptias efferatis. Or. 211 b, Efferre sententiã grauem inconditis verbis.

¶ *Profero, educo*. Att. 97 a, & 101, Bibulus pedem porta non plus extulit quàm domo sua. pro S. R. 18 b, Vt quam existimationem & honestatem in iudicium suum attulit; cum liceat ei secum ex hoc loco efferre. I. C. 122 a, Qui ex ædibus eius, si quid telorum esset efferret. & ibi, Maximum sicarum numerum extulit. Epist. 104 a, Iam ista tua culpa est, qui verecundiam tecum extuleris, & non hic nobiscum reliqueris. I. C. 124 b, Quod vero non cruentum mucronem, vt voluit, extulit, quanto tandem, &c. de Na. 76 a, Cur Maximus filium extulit consularem. *i. ad funus extulit.*

¶ *Extollo, celebro*. Att. 238 a Cn. Lucullus matrem efferebat. pro Mure. 247 b, Efferre aliquem verbis. Epi. 133 a, Efferre aliquem summis laudibus in cœlum. de Fini. 153 a, Si vincunt, efferunt se lætitia: victi debilitantur, animosque demittunt. Tusc. 27 a, Efferre se insolenter pro Do. 24 b, Efferre animos. de Pro. 76 a, Quæ quanquam sunt abiectæ, tamen efferent se aliquando, & ad renouandum bellum reuirescant. de Ora. 140 b, Cum pupillum filium ipse pene in humeros suos extulisset. pro * 184 a, Patriam demersam extuli. I. C. 103 a, Populus Romanus, qui te per omnes honorum gradus ad summum imperium extulit pen Q. R. 50 a, Quæ res extulit cum vna commendatio huius. Antequam 194 b, Quem paulo ante fortuna erexerat ad gloriam, virtus extulit ad laudem, eundem Tribuni furor depulit ad calamitatem. pro Cor. 58 a, Hi quos fortuna extulit, aut, &cæt. de Arusp. 247 b, Si me efferret aliquando ad gloriam in refutandis maledictis improborum animi quidam dolor, quis non ignosceret? * Tusc. 157 b, Animus finem altius se efferendi facit.]

¶ *Afficio*. Epi. 23 a, Comitia præclara, quæ me lætitia extulerunt.

Efferor, ris. *homonyma in actiuo fine*. Att. 5 a, Efferri studio in aliqua re L. Elatus. de Sen 94 b, Efferor studio te videndi. in Sal. 274 a Cupiditatibus infinitis efferri. pro Dem. 148 b, Efferri lętitia. cont. Rul. 85 b, Sed certo non continebuntur, progredientur longius, efferentur. de Ar. 244 a, Dolore efferri, & iracundia longius digredi quàm deceat. pro Cęl. 41 b, Læsi dolent, irati efferuntur. de Leg. 183 b, Efferri ante lucem, *i. ad sepulturam*. pro Fla. 154 b, Cum casu in eadem causa cum funere efferretur anus Iunia ad Her. 39 b, Verba quæ similiter iisdem casibus efferuntur. Tus 219 a, Et efferri ira.

☞ Syntaxis. *Ager cum decimo effert. Parum ager & seges extulit. Efferre ex se aliquid. In cœlum laudibus efferre, & simpliciter. Efferre. Animos efferre. Se lętitia efferre & efferri. Animi dolor ad gloriam illum extulit. Efferor studio in literis, in philosophia, Cupiditatibus efferri. Ille tum funere effertur.*

Efferuescens, tis. de Cla. 187 a, Pontidius efferuescens in dicendo. de Ora. 116 a, Verba efferuescentia. de Pro. 70 b, Totus Pontus armatus, efferuescens in Asiam, atque erumpens.

Efferuesco, scis. efferbui. *ebullio, erumpo*. de Nat. 71 b, Aquæ, quæ efferuescunt subditis ignibus. Epist. 127 a, Censeo latendum tantisper ibidem, dum efferuescat hæc gratulatio. pro Cęl. 53 b, Si nimium efferbuisse uideatur huius in gerendis inimicitiis vis, ferocitas, pertinacia pro Plã. 261 a, Sic campus atque ille vnde comitiorum, vt mare profundum & immensum, sic efferuescũt quodam quasi ęstu, vt, &c.

☞ Syntaxis. *Efferuescit prouincia armata, aqua, lætitia, comitiorum vndo. Efferuescens in aliquem & erumpens.*

Efficacitas, tis. *virtus, efficientia, efficiendi facultas*. Tusc. 255 b, Itẽque viribus corporis & neruis & efficacitati similes, similibusq; verbis animi vires nominantur. Q. de Pet. 206 b, Qui tantum habet in libidine artis & efficacitatis, vt, &c.

Efficax, cis. *qui multum habet efficacitatis*. Epist. 120 a, Nosti Marcellũ quam tardus & parum efficax sit, itemq; Seruius quam cunctator.

Efficiendi. de Leg. 159 a, Cuius muneris colendi efficiendique causa nati sumus.

Efficiens, tis *conficiens, quod efficit*. de Di. 106 b, Nihil est futurum, cuius non causas id ipsum efficientes natura contineat. de Fat. 146 a, Sed causas id efficientes non habebat. Offic. 14 a, Causa autem & ratio efficiens magnos viros est in priore. Offic. 75 b, & de Fin. 68 b, Cyrenaici virtutem censuerunt esse laudandam, quod efficiens esset voluptatis. Acade. 43 b, Philosophi virtutem diuidebant in res

duas, vt altera esset efficiens, altera autem quasi huic se præbens eaque efficeretur aliquid, in eo quod efficeret i uim esse censebant, in eo quod efficeretur, materiam quandam. *efficientem hic, pro forma vsurpauit.* Topic. 225 b, Res effectæ ab efficientibus causis. Topic. 225 b, Res efficientes, quæ causæ appellantur. Topico. 238 a, Efficiens causa. *aliter, Conficiens* de Fini. lib. 3. 101 b, Bonorum alia ad illud vltimum pertinentia (sic enim appello, quæ τελικά dicuntur: alia efficientia, quæ Græce ποιητικά: alia vtrunque. Off. 54 b, Si virtus efficiens vtilitatis esset.

Efficienter, de Fat. 147 a, Quòd cuique efficienter antecedat.

Efficientia, tiæ *vis efficiendi*. de Fat 144 a, Interest inter causas fortuitò antegressas, & inter causas continentes in se efficientiam naturalem. de Na 45 a, Cum aspexissent solem, eiusque tum magnitudinem pulchritudinemque, tum etiam efficientiam cognouissent, quòd is diem efficeret toto cœlo luce diffusa.

Efficio, cis. *facio, reipsa facio, efficax sum, effector sum, persequor, concludo, conficio, effero*. Att. 204 a, De pecunia verò, video à te omnem diligentiam adhiberi, vel potius iam adhibitam esse: efficies enim à te hortos habeo. Top. 226 a, Causæ quæ sine vlla appetitione animi, sine voluntate suum quasi opus efficiunt. Att. 98 b, Feci igitur atque effeci, vt neuter quemquam omnium pluris quàm me faceret. de Ora. 119 b, Hoc ille in nostros mores induxit, solus auxit, solus effecit. de Ora. 95 a, Qui nihil possunt dignum hominum auribus efficere atque edere. de Ami 107 a, Sed potius debet eniti & efficere, vt excitet, &c. Att. 263 b, Enitere. elabora, vel potius eblandire, effice. Attic. 213 a, Heri effeci epistolam ad Cæsarem: tibi enim placebat. Epist 115 a, Nec adhuc frequentem senatum efficere potuit. At. 85 a, Ea vix in fœnus Pompeij, quod satis sit, efficiunt. de Fin 53 a, Efficere & concludere rationem. Qu F. 207 b, Caueamus quantum efficere & consequi possimus, ne, &c. Atti 10 a, Tu mandata effice, quæ recepisti. I A. 181 a Statimque illa mirabilia facinora effecit. Par 116 a, Cato minutis interrogatiunculis quasi punctis, quod proposuit, efficit. de N 41 a, Hinc omnia effingis atque efficis I. A. 200 b, Quæ L. Antonius in Parmensium vxoribus effecerit. de Fin. 56 b, Doloris amotio, successionem efficit voluptatis. Epist. 1 a, Ego quia non idẽ in tua causa efficio, vitam mihi acerbam puto. Epi. 58 a, Quod sententias, aut te efficere, aut denique libera oratione defendere. de Fini. 131 a, Vsus progrediens familiaritatem efficit.

Efficior, ris. Orat. 229 a, Maius opus institutum est quam effici potuerit. Off 4 a, Quibus ex rebus conflatur & efficitur id quod quærimus honestum. Epist. 35 a, b, Sic habeto quicquid arte effici potuerit (non enim &c.) sed tamen quicquid elaborari aut effici potuerit ad illorum beneuolentiam conciliandam, summo studio me consecutum esse. Att. 85 a, Nec id satis efficitur in vsuram menstruam. Att. 260 a. Hoc nec institui, nec effici potest sine tua ope.

☞ Syntaxis. *Virtus est efficiens voluptatis. Enitere, elabora, effice. Efficere & concludere rationem. Caue quantum efficere & consequi potes. Efficere mandata recepta. Efficere senatum, epistolam. Feci atque effeci.*

Effictio, onis. *ornatio sententiarum*. ad Her. 39 b, Effictio est, cum exprimitur & effingitur verbis corporis cuiuspiam forma, &c.

Effictus, a, um. Aca. 6 a, Visum igitur impressum effictumque vnde esset, &c pro S. R. 26 a, Vt effictos mores nostros in alienis personis, & expressam imaginem nostram vitæ quotidie videremus.

Effigies, ei. *species, imago, simulachrum*. de Fin. 76 b, Filia effigies moris, sermonis, animi mei. de Fin 76 b. Reliquit effigiem & humanitatis & probitatis suæ filium. Q. F. 294 a, Cyrus ille a Xenophonte non ad fidem historiæ scriptus, sed ad effigiem iusti imperij. pro Ar. 198 b, Consiliorum relinquere & virtutum nostrarum effigiem multo malle debemus, summis ingeniis expressam & politam. de Ora. 108 a, Plurima in XII. tabulis antiquitatis effigies. I. V. 140 a, Effigies simulachrumque Mithridatis. de Natu. 22 b, Hominis effigies & imago. Qum. Fra 303 a, Quædam effigies spirantis mortui. de Ora. 141 a, Res autem ipsas rerum effigies notaret. Tusc. 190 b, Eminens effigies virtutis.

Effingo, gis. *exprimo*. ad Her. 39 b, Exprimere & effingere formam alicuius. de Ora. 135 a, Mores oratoris effingit oratio. de Legi. 161 a, Tum natura speciem ita formauit oris, vt in ea penitus reconditos mores effingeret. Tuscu. 161 a, Quæ porro tam immensa magnitudo, quæ illa tam multa possit effingere. de Natu. 14 a, Hinc omnia effingis atque efficis. de Diu. 85 a, Aspersa temere pigmenta in tabula oris lineamenta effingere possunt de Na 64 a, Natura sua dissimilia non potest effingere. de Ora. 141 a, Effingere animo, quæ memoria tenere velis.

Effingor, ris. de Or. 141 b, Ea animis effinguntur nostris.

☞ Syntaxis. *Effictum & expressum, vel impressum. Effictos mores, & expressam vitæ imaginem videre. Effigies, simulachrumque. Effigies & imago. Effigies eminens. Exprimere & effingere formam. In ore mores effinguntur. Hinc effingis omnia, & efficis. Effingere animo, idest, concipere, agitare, cogitare.*

Efflagitatio. onis. *petitio. postulatio*. Atti. 287 a, Efflagitatio omniũ, &c & Pl. Ep. 159 a. * Epi. 74 b, Efflagitatio ad coeundam societatem periculi.]

Efflagitatus, tus. *efflagitatio*. I. V. 521 a.

Efflagitatus, a, um. I. V. 56 a, Iudiciorum desiderio tribunitia potestas efflagitata est.

Efflagito, as. *magnopere postulo*. pro Milo. 129 b, Eorum nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illã efflagitant. Q. Fr. 313 a, Epistolam hanc conuicio efflagitarunt codicilli tui. At. 287 a, Quoniam efflagitas, coactu tuo scribam. I V. 88 b,

Cum

Cum iste à Dolabella efflagitasset, &c. Antequam 194 a, Auxiliū ab alienis efflagitatis, cum ciues vestros deseratis?

EFFLANS, tis pro Mil. 11 a, Clodius, Cuius animam efflantem reliquit. de Di. 102 a, Abiectu efflantem & laceratum effigit in vnda.

EFFLO, as, emitto. Aca. 12 a, Nam & agere animam & efflare dicimus. ● * Tusc. 179 b, Efflare extremum halitum.]

EFFLORESCO, scis. splendesco, eluceo, niteo, ex flo. mans. de Or. 86 b, ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio. de Ami. 115 a, Vtilitas efflorescit ex amicitia etiam si tu eam minus secutus sis. de Or. 160 a, Post anapæstus procerior quidam numerus effloruit. pro Cœl. 35 b, Amputanda multa sunt illi ætati, si quidem efflorescit ingenii laudib. de Ora. 138 a, Et apparebit eas penitus ex ea causa, quæ tum agatur, efflorauisse. de Fi 63 a, Cum autē vsus progrediens familiaritatem effecerit tum amorem efflorescere, &c.

☞ Syntaxis. *Efflorescens ac redundans oratio rerum cognitione. Efflorescere ex aliquare.*

EFFLVO, is. elabor, excido, abeo. de Or. 136 b, Quod semel esset infusum, nunquam effluere posset. Att. 201 b, Considerabis etiam de Tusculano, ne æstas effluat. pro Dom. 237 b, Et si effluunt multa ex vestra disciplina, quæ etiam ad nostras aures sæpe permanant. de Di. 110 a, Quondam lactis imber effluit. de Sen. 78 a, Præterita ætas, quamuis longa, cum effluxerit, non potest consolari stultum senem. de Clar. 184 a, Huic minimum est ex tempore recentis solitam effluere mentem. de Sen. 91 b, Cum enim id aduenerit. tunc illud quod præterit, effluxit. I. V. 213 a, Hoc modo me commonuit Pisonis annulus, quod totus effluxerat. i. exciderat Ep. 112 a, Antequam plane ex animo tuo effluo. de Fin. 57 b, Nec præteritas voluptates effluere patiatur. Tusculan. 187 b, Cum vna cum sanguine vitam effluere sentiret.

¶ *Emano copiosè.* de Diu. 93 b, Siue deest naturæ aliquid, siue abundat atque effluit.

☞ Syntaxis. *Effluere tempus, ambrem, mentem voluptates. Ex animo alicuius effluere. Vita cum sanguine effluit.*

EFFODIO, dis. eruo. de Nat. 78 b, Hi duos oculos oræ maritimæ effoderunt. pro Mar. 132 b, Omnium Marcellorum meum pectus memoria effodit.

EFFODIOU. ris. Of. 35 a, Nec ferrum, aurum, æs, argentum effoderetur penitus abditum, &c.

EFFOEMINATE, muliebriter. Off. 42, Caueq; neque ne quid indecore, effœminate, muliebriter. Off. 4 a, Caueq;, ne quid indecore effœminateq; faciat.

EFFOEMINATVS, a, um. qui animum gerit muliebrem. Off. 26 a, Ne qd effœminatum aut molle, aut ne quid durum aut rusticum sit pro Mi. 119 a, Homo effœminatus. I. A. 185 b, Impudicus & effœminatus. Tusc. 223 b, Videndum est in vtrisque ne quid humile summissum, molle, effœminatum, fractum abiectumq; faciamus. pro Pl. 277 b, Illa vox furialis nefariis stupris effœminata.

EFFOEMINO, de Na. 39 a. Effœminarunt autem eum, Iunoniq; tribuerunt, q nihil est eo mollius, i. aerem.

EFFOEMINOU, r. eneruor. Tusc. 169 a, Nam nunc quidem cogitationibus mollissimis effœminamur de Fin. 84 b, Fortitudinis quædam præcepta sunt, quæ effœminari virum vetant in dolore.

☞ Syntaxis. *Effœminatè, indecore, muliebriter agere. Effœminatum, ac molle.*

EFFOETVS, a, um. exhaustus, confectus, debilis. de Sen. 83 a, Intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti.

EFFRACTVS, a, um. I. V. 222 a. Conuulsis repagulis, effractisque valuis. pro Mur. 132 a, Ianua qua effracta reuulsa tota pateret prouincia.

EFFRENATE, temere. de Sen. 85 a, Voluptatis auidæ libidines temerè, & effrenate ad potiundum incitantur Tusc. 192 a, Effrenate ferri. At. 163 a, Libertatis auida legio effrenatius in aciem hostium irrupit. ● * Tusc. 219 b, Effrenate inuadere in aliquem.]

EFFRENATIO, onis, impotentia, insolentia. I. A. 198 b, Quæ effrenatio impotentis animi?

EFFRENATVS, a, um. & tior proiectus praeceps indomitus profusus, impotēs. Offic. 18 b, Homines secundis rebus effrenatos sibique præfidentes tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet. pro Clu. 29 b, O libidinem effrenatam & indomitam. I. A. 244 b, Noui hominis furorem, noui effrenatam violentiam. I. V. 88 a, Indomitæ atque effrenatæ cupiditates. I. C. 102 a, Quo te ista tua cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat. de Or. 111 b, Languentis populi incitatio, & effrenati moderatio de Ar. 243 b, Effrenatus & præceps furor alicuius. pro Cœl. 44 b, Mens & effrenata & præceps. pro Do. 236 a, Proiecta quædam & effrenata cupiditas Tusc 212 b, Libido efficit effrenatam, appetentiam de Ora. 162 a, Vox quædam libera atq; etiam effrenatior, i. imo potius. ● * Tusc. 192 a, Qui effrenati feruntur aut libidine, aut iracundia.]

☞ Syntaxis. *Effrenatus ac sibi præfidens. Effrenatus ac indomitus. Effrenatus ac furiosus. Effrenatus & præceps furor, mens. Proiecta & effrenata cupiditas.*

EFFRINGO, gis. frango, deiicio, perfringo. pro Cœl. 45 b, Fores effregit, restituentur.

EFFRINGOR, ris. I. V. 211 b Effringi fores, reuelli claostra.

EFFVGIENDVS, a, um de Fi. 56 b, Dolorum effugiendorum gratia. Q. F. 305 b, Quod ad effugiendos intolerabiles dolores fuit aptissimū.

EFFVGIO, gis. euito, elabor, euolo. Pro Pomp 8 a, Rex ipse e manibus effugit. ad Her. 7 b, Aut eum effugisse alias orationes commodiores propter cupiditatem. I. V. 97 a, In quibus non dubito quin offensionem negligentię vitare atq; effugere non possim. de Ora. 180 a, Theophrastus moleste tulit, se non effugere hospitis speciem, cum ætatem ageret Athenis. At. 266 b, Effugere vituperationem. Epi. 49 a, Et effugere vituperationem. Epist. 49 a, Et effugere offensionem alicuius. pro Fla 147 b, Et is est reus auaritiæ, qui in maledicentissima ciuitate in suspiciosissimo negocio maledictum omne, non modo crimen effugit. de Ora. 122 a, Nihil te effugiet, atque omne quod erit in re, occurret atque incidet.

☞ Syntaxis. *Vitare atque effugere offensionem, negligentia, vituperationem. Nihil te effugiet, atque omne (id est, imo) quod erit in re, occurret atque incidet. animaduerto repetita sensa, Nil effugiet, imò occurret, ac incidet.*

EFFVGIVM, gij. refugium, profugium, verè euasio. de Nat. 50 a, Quosdam animantes habere effugia pennarum. I V. 270 a, Non modo effugiū, sed ne moram quidem mortis assequi potuit.

EFFVNDO, dis. profundo, emitto. de Or 98 a, Effudi vobis omnia quę habebam. pro Fla. 154 b Testis effudit, quæ voluit omnia. de Orat. 167 b, Hæc enim ætas effudit hanc copiam. Ora. 291 b, Segetes fœcundæ effundunt herbas inimicas frugibus Epis. 15 b, Quod ego odium effudisse me omne arbitrabar. Att. 274 a, Magno timore perculsa ciuitas tota ad te se cum coniugibus & liberis effundebat. Ep. 198 b, Effundere furorem in aliquem. de Ar. 25 b, Qui omnes iudices Tribunos e carcere in forum effudit. I P. 82 b, Quod in me carcerem effudistis. Att. 283 a, Per eos ipsos dies effudi (ita vis) honores in mortuos. pro Pl. 281 a, Effudi plurimas lachrymas. I. A. 184 a, C. Cæsar patrimonium suum effudit, quanquam non sumus vsi eo verbo, quo decuit. non enim effudit. sed in salutem reipublicæ collocauit. Off. 44 a, Effundere patrimonium. pro S R. 19 b, Per luxuriam effundere & cōsumere omnes fortunas. pro S. R. 29 b, C. Gracchus cum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, verbis tamen defendebat, ærarium. ● * Epi. 26 b, Vt collectam gratiam florentissimi hominis effunderem.]

¶ *Eloquor.* Att. 256 b, Brutus effudit illa omnia, quæ tacuerat.

¶ *Mergo.* Par. 129 b, An temperantem eum dices, qui se in aliqua libidine continuerit. in aliqua effuderit.

EFFVNDOR, ris. de Na 49 a, Mare, medium terræ locum expetens conglobatur vndiq; æqualiter, neq; redundat vsquam, neq, effunditur. pro Fl. 160 b, Vox in coronam turbamque effunditur.

EFFVSE, large, prolixe. pro S. R. 22 a Large effuseq; donare alicui. & p Cœl. 45 b, Tusc. 212 a, Cum & inaniter & effuse animus exultat, tū illa Lætitia gestiens, vel nimia dici potest. I. P. 81 a, Id nemo tam effuse petulans conatus est.

EFFVSIO, nis. ἐκχέω, largitio. corruptela. de Off. li. 2, Effusiones pecuniarum. pro S. R. In hac vita iudices quos sumptus quotidianos, quas effusiones fieri putatis. Par. 237 a, Liberalitatem effusio imitatur. ● Att. 102 a, Pro ipsius in alios effusione. * Effusio animi in lætitia,) (in dolore contractio.]

¶ *Dissipatio populi in occursu, obuiatio.* Tusc 242 a, Eodem vitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio. de Na. 31 a, Aquę effusio, I. P. 90 b, Quid dicam aduentus meos? quid effusiones hominum ex oppidis? quid concursum ex agris?

EFFVSVS, a, um. prodigus, profusus. pro Cœl. 40 a, Quis in largitione effusior? & 29 b, Sumptus effusi cum dedecore.

¶ *Diffusus, dissipatus.* pro Deio. 145 b, Consules ex Italia profugisse, cunctum senatum, totam Italiam esse effusam. cont. Rul. a, Effusis ac dissipatis fructibus vestris.

¶ *Apertus.* Att. 60 a, Pompeius is nos suauissimè est effusus.

☞ Syntaxis. *Segetes fœcunda effundunt herbas. (hic seges pro agro.) Effundit se ad te tota vrbs. In aliquem effundere carcerem. Honores in mortuos effundere. Effundere, pro eloqui. In libidinem se effundere. Per luxuriā patrimonium effundere & consumere. Non redundat mare, neque effunditur. Vox in coronam, turbamq; effunditur. Inaniter & effuse exultare. Animi, & hominum obuiam prodeuntium certatim effusio.*

EFFVTIENS, tis. de Na. 18 a, Quam bellum erat confiteri potius nescire, quod nescires, quam ista effutientem nauseare.

EFFVTIO, tis. inaniter fundo de Na 45 a, quidam temere de mundo effutiunt. Tusc. 245 b, Nec hoc sic agit, vt ex tempore quasi effutire videatur.

EFFVTITVS, a, um. de Di. 132 a, Quorum partim ficta sunt aperte, partim effutita temere.

ΗΓΕΜΟΝΙΚΟΝ. I. PRINCIPATVS.

EGENS, tior, simus. indigens, qui eget, qui in egestate est, cui quæsito opus est.) locuples. At. 85 a, Nihil illo regno spoliatius, nihil rege egētius. Att. 226 b, Seruis & egentes in tecta nra cū facib. immissi. pro S R. 22 a, Qui i sua re fuisset egētissimus, erat (ut fit) isolēs i aliena. p Fl. 153 b, Asclepiades fortuna egēs. Epi. 93 b, Ipse egēs reb. oibus. ad Her. 29 b, Egēs ęque est is qui nō satis habet, vt is cui nihil satis pōt esse. At. 140 a, Egestates tot egētissimorū hominū. & 118 b, Vagantur egētes cum coniugibus & liberis. de Amic. 100 a, Amici egentes abundant.

EGEO, es. mihi opus est, mihi quæsito opus est, indigeo.) (. quàm plurimum habeo, abundo. de Na. 49 a, Quæ vt fierent, rōne eguerunt. & 55 a, Cum oculis ad cernendū non egeremus. Top. 226 b, Quæ se ipsis contenta sunt, melioraq; q̄ egent aliis. de Cla 186 b, C. Macer authoritate semper eguit. Ot. 10 b Etiam si ille non eget. Tus. 176 a, Ne bibliothecis quidē Gręcis egebimus. de Di. 109 b, Vt Græcis de philosophia literis non egeant. Q. F. 325 b, Incredibile est quam egeam tēpore. Epist. 153 a, Tu quanquam consilio non eges, vel abundas potius, &c. 35 a, Earum rerum quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus inuectio. Epis. 82 b, Egere auxilio alicuius. & 71 b, Et egere consolatione. Att. 136 a, Recte sic censeo, cedendū de

oppidis lis, ergo consilij quod optimum facto videbitur, faciem. Epist. 337 b. Grauitas morbi facit, vt medicinæ egeamus. ad Her. 41 a, Egeus longæ orationis. pro Q. R. 48 b, Egebat, imò locuples erat. Att. 124 b, Themistoclis liberi egeuerunt. Anteq. 195 a, Quondam felix, &c. nunc ab amicis circumuentus eget indigue. Off. 11 a, Eorum qui egent, infinita est multitudo. Egere confirmationis. ad Heren. 24 a. * ad Her. 39 a, Si virtutis & artium egebit. ad Heren. 41 a, Cum res non egent longæ orationis.]

☞ Syntaxis. *Nihil hoc loco egentius, nihil spoliatius. Serui, & egentes commouerunt. Ille fortunis egens. Egentium egestas. Consilio & consilij egeo. Absolute Egeo. Egere indignè.*

EGESTAS, tis. *inopia, indigentia, mendicitas, domestica difficultas*). *abundantia. copia.* Para. 124 b, Ista paupertas, vel potius egestas & mendicitas tua. Attic 140 a. Egestates tot vehementissimorum hominum. Post q. 206 a, Qui egestatem & luxuriam domestico latrocinio sustentauit. pro S. R. 42 b, & 32 b, Degere vitam in egestate. I C. 109 b, Copiæ cum egestate confligunt. de Inu. 58 b, Si propter inopiam in egestate esset pecunias non haberis. I. P. 84 a, Non capiunt angustiæ pectoris tui, non egestas animi recipit tantam personam.

☞ Syntaxis. *Paupertas, imo potius egestas & mendicitas. Esse in egestate propter inopiam. Animi egestas, angustia pectoris. vis eadem duplicata.*

EGIALEVS, ei. *viri nomen apud Pacuuium comicum.* de Na. 69 a.

EGYNA, *ciuitas.* I. V. 170 a.

ΕΓΧΕΛΕΥΣΜΑΤΑ. *vide.* COHORTATIO.

EGO, mei. *ipse.* I. C. 118 a, Ego sum ille consul, qui &c pro Syl. 170 b, At que idem ego, neq; &c. I C. 98 b, Si ego idem in Senatu, &c.

EGREDIENS, tis. de Ar. 243 b, Cum egredi entem in equis cœpissem.

EGREDIOR, ris *exeo, prodeo.* pro Q. 6 b, Certos mihi fines terminosque constituam, extra quos egredi non possim. & ibi. Si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipse circundedi. I P. 93 a, Cum senatum egressum vidi ad complectendum conseruatorem suum. Tu co. 251 a, An tu egressus porta Capena, putas, &c. Att 96 b, Tarquinius simul e portu egressus est &c & 208 b, Nos pedem villa adhuc egressi non sumus. I. C. 104 b, Egredi vrbe. pro Lig. b, Roma est egressus ad bellum. Qu. 42 a, Roma egreditur Q. &c. Epist. 241 b, ex prouincia egredi. I. V. 12 b, Egredi e naui. de Clar. 17 b, Egredi à proposito ornandi causa. * Epist. 39 a, Antequam ex Asia egressus es.]

☞ Syntaxis. *Neque pedem è villa egredi. A proposito egredi.*

EGREGIE, *bene, valde, præclare, belle.* de Or. 133 b, Cornelius egregie fortis & bonus imperator. Q F. 293 a, Seruus egregie fidelis. de Fin. 167 b, Egregie subtilis scriptor. Attic. 235 a, Dolabellam valde tibi placere video, mihi quidem egregie. de Clar. 188 b, Pauci post egregie pingere. Att 37 a, Egregie gratum, de Or. 101 b Egregie cordatus homo Catus Ælius Sextus. * de Fi. 68 a, Vterque egregie græce loquitur.]

☞ Syntaxis. *Egregiè fortis, fidelis, subtilis scriptor, gratum, cordatus*

EGREGIVS, a, um. *excellens, præstans, præclarus* I. A. 13 a, Præclara tum oratio Antonij, egregia etiam voluntas. de Ora 95 a, Egregia & præclara indoles. & 85 b, Minimam copiam poetarum egregiorum extitisse. de Clar 172 a, Lælius in laude bellica egregius. de Ora 103 a, Vir in procuratione ciuitatis egregius de Na F. suum opus. ad Her. 23 a, Egregia pulchritudo, vnica turpitudo. de Fi. 78 a, Egregius color integra valetudo. Epi. 22 a, Ciuis egregius.

☞ Syntaxis. *Egregia & præclara indoles, oratio, vocta. Egregius in laude bellica.*

EGRESSVS, *profectio.* I. P. 86 a, Qui frequentia sua egressum vestrum in prouinciam ornauerunt & celebrauerunt.

EHEV. *dolentis nota.* Anteq. 197 b, Eheu conditionem huius temporis.

EHO, admonentis vox. Or. 211 b, Eho tu cognatum tuum non noras? ad Her. 13. de Inu. Or. 202, Eunij.

EIACTIO, onis. Att. 33 a, Tenemur vndiq;, neq; iam quo minus seruiamus, recusamus: sed mortem & eiectionem, quasi maiora timemus, quæ multo sunt minora.

EIECTVS a, um. *proiectus.* I. P. 83 a, L. CADAVER. pro S. R. 19 b, Damnatus & eiectus. *ἐκπεπτωκὼς* pro Q. b, Eiectum hominem. I. C. 100 b. A me in exilium eiectus est Catilina. de Ora. 133 b, Gallus pictus eiecta lingua, buccis fluentibus. de Ora. 143 b, C. Cota eiectus est e ciuitate.

EIICIENDVS, a, um. I. A. 246 a, Eumq; ex numero hominum eijciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto.

EIICIO, is *expello, exturbo, extrudo, detrudo, deijcio, extermino, effundo, profundo.* de Or. 130 b. Non nimium liberare hospitium meum dicesnã te in viam statim extrudam & eiciam. pro S R. 27 a, Amorem illum penitus insitum eijcere ex animo. Epist 274 a, Eijcere nos, magnum fuit. excludere, facile est. Q F 312 a, Fursium Flaccum Capitolinis & Mercuriales collegio eiecerunt. I. C. 103 b, Quid, si se eiecerit, secumq; suos eduxerit?

EIICIOR, ris. Or. 206 a, Ita postremo eijciuntur, vt ne ad saxa quidem mortui conquiescant. de Orat. 143 a pro Q. 4 b, Expelli atq; eijci e prædio. pro Mil. 121 b, Ex vrbe expelli, exterminari, eijci.

EIERO, as *anuo.* de Or. 135 a, Non ego mihi illum iniquum eiero, verũ omnibus. *abdico, renuo.*

ΕΙΜΑΡΜΕΝΗ, *vide.* FATVM.

ΕΙΡΩΝ. I. SIMVLATOR.

EIVLANS, tis. *plorans.* Tusc. 178 b, Aspice Philoctetam magnitudine dolorum eiulantem.

EIVLATIO, onis. *eiulatus.* de Leg. 182 b, Lessus, quasi lugubris eiulatio.

EIVLATVS, tus. *eiulatio.* de Ar. 252 b, Non sunt illi gemitus & eiulatus Philoctetæ tam miseri, quàm, &c. Tusc. 187 a, Eiulatus ne mulieri quidem concessus est.

EIVRO, as. *eiuro, iuro, intercedo.* I V. 178 b, Negociatores putant esse turpe id forum sibi iniquum eiurare, vbi negocientur: pretor prouinciã suam totam sibi iniquam eiurat. I. A. 242 b, Itaque vt alacris illi inter se quasi vicissent, gratulabantur. sic me iniquum eiurabant, de me querebantur. Epist. 136, Tu autem, quod mihi bonam copiam eiures, nihil est.

EIVSDEMMODI. *eiusdem generis.* I V. 114 b, Eiusdem modi totũ ius prætorium, eiusmodi omnis res iudiciaria fuit. & Aca. 19 b, Vt doceret nullum tale esse visum à vero, vt non eiusdemmodi etiam à falso possit esse.

EIVSMODI *talis, eius generis.* pro Pompe. 4 b, Genus belli est eiusmodi, quod maxime vestros animos excitare debet. Aca. 10 b, Si id tale esset ab eo quod est eiusmodi ab eo quod non est, posset esse. Epist. 55 b, *bis.* Reliqua sunt eiusmod, vt, &c. Epi. 5 a, Sed tñ in eiusmodi rerũ perturbatione quanquam omnia metuenda sunt, nihil magis quàm perfidiam timemus. Or. 207 a, Nã cũ compresserat digitos, pugnumq; fecerat, dialecticã aiebat eiusmodi esse. * Aca. 11 a, Quod aut rerum visum est id omne tale est, vt eiusmodi falsum et possit videri & ibi. Si ex omni parte eiusmodi sint. Tus. 127 a, Sunt eiusmodi constituti, quasi mala valetudine animi.]

¶ *Adeò, tam.* pro Cel. Quod quanquam nec sapienter, & me inuito facit, tamen est eiusmodi cupidus, vt magis insectari, &c.

ELABOR, ris. *excido, euado.* de Or. 127 a, Nihil vnquam vidi, quod tam e manibus elaberetur quàm mihi tum elapsa est illa causa. pro Do. 25 a, Frater meus e vestro ferro ac manibus est elapsus. Epi. 172 a, Dabo operam ne veterinus elabatur. Q F. 324 a, Quid essem, si me agente esset elapsus? I. C. 100 b, Quoties tibi sica excidit casu aliquo & elapsa est. pro Do. 234 a, Ex ore isto religionis verbum excidere atque elabi potest. de Natu. 58 b, Cum anguis ex vtro elapsum excidit. de Di. 90 a, Cũ se conuolens sol elaberetur & abiret. de Som. 131 a, Eorũ animi corporibus elapsi circum terram ipsam voluuntur. I. V. 138 a. & de Sen. 85 b, Ex tot tantisq; criminibus elapsus est. Att. 18 b, Statum illum, quem, &c elapsum scito esse de manibus. ad Her. 23 a, Visitatæ res a memoria elabuntur. Tus. 153 b, Cùm posui librum, assensio omnis illa elabitur.

☞ Syntaxis. *E manibus elabi. Ex ferro & manibus elabi. Sica excidit & elapsa est. Sol elabitur, & abit. Simpliciter, Elabi.*

ELABORANDVS, *enitendum, contendendum.* Tusc. 149 a, In quo eo magis est elaborandum, q & cæ. pro Mar. 535 a, In hoc tibi elaborandum est, remp. vt constituas. Epist. 21 a, & 29 b, & 30 a, & 291 b, Mihi est in petitione Milonis non modo contentione, sed etiam dimicatione elaborandum.

ELABORATIO, onis. *labor, nimia cura.* ad Her. 31 a, Hæc non videntur reperiri posse sine elaboratione, & operæ consumptione.

ELABORATVR. Ora. 200 a, De industriaq; non ex insidijs elaboratur, vt verba verbis quasi demensa & paria respondeant. Epi. 135 a, b, Sic habeto quicquid arte effici potuerit (non iam satis) &c. sed ea quicquid elaborari, aut effici potuerit ad istorũ beneuolentiã conciliandam, summo studio me consecutũ esse. Att. 98 b, Quod superest, elaboratur in hoc à me, sicut tibi sensi placere. * de Fin. 108 a, De quibus a Chrysippo maxime est elaboratum.]

ELABORATVS a, um. *exornatus, excultus, volutus* de Cl. 194 a, Diligenter elaborata etiam quàm elucubrata oratio. pro Cæl. 47 a, Oratio & cura & vigilijs elaborata. Or. 200 a, Ornati elaboratique versus. Ora 204 b, Elaborata concinnitas. pro Pom. 42, Perfectũ ingenio, elaboratum industria. de Cla. 167 a. Græcia omnes artes vetustiores habet, quàm hæc est a Græcis elaborata dicendi vis. I. A. 210 a, Omne curriculum industriæ nostræ in foro elaboratum est.

ELABORO, as *laboro, curo, operam do, contendo, enitor, elucubro, excludo.* de Or. 136 a, Nõ tam vt prosim, elaborare soleo, quã vt ne quid obsim, & 85 b, Qui non aliqua in re vna separatim elaborauerunt. & 87 a, Neq; in vniuerso genere singulos elaborasse, sed, &c. cont. Rul 79 b, Nullũ est tã asperũ saxetũ, in quo agricolarũ cultus non elaboret. de Or. 85 b, Ex illis rebus vniuersis eloquẽtia cõstat: quibus in singulis elaborare permagnũ est. de Senec. 84 a, Desudare & elaborare in aliqua re. Or. 201 b, Elaborant alij putu quasi quodã genere dicẽdi. & 205 b, Quã tu illo subtili elaborauit, &c. de Sen. 42 a, In literis elaborauit. Qu. de Pet. 208 b, Elaborare & eniti causã alicuius. Bru. 282 b, Sacerdotum comitia mea summa contentione in alterũ annũ sunt reiecta quod ego cum Ciceronis causa elaboraui, tum Domitij, &c. Att. 163 b, Enitere elabora, vel potius eblandire, effice, vt Planc. &c. Q F. 205 a, Commende quiesco atq; elaborã re, &c. 171 a, Qui se ostenderit de hoc toto genere nihil elaborare.

ELABOROR, ris. Epist. 45 a Hæc mihi ampliora multo sunt, quàm illa ipsa propter quæ elaborantur.

☞ Syntaxis. *Non modo contentione, sed etiam dimicatione elaborandum. Ornati, elaboratiq; versus Elaborare in aliqua re vna. Cultus agricolæ in saxeto etiam elaborat Elaborare pura oratione. Elaboro & enitor. Enitere, elabora, eblandire, effice. (animaduerte congestam vim fere synonymorum) De hoc et non elaboro.*

ELAPSVRVS, a, um. Attic. 22 b, Et cum extraordinaria pecunia crimen subterfugere velles, satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare.

ΕΥΑΞΙΣΤΟΝ. I. MINIMVS.

ELAPSVS, a, um. pro Mur. 144 a, Si hæc elapsa de manib. nostris in eum annum, qui consequitur, redundarint.

ELARGIOR, tis. *largior.* Epi. 5 a, Ex ijs reb. quas tibi fortuna elargita est.

Elate, Tusc. 233 a, Elatè & ample loqui.)(*Humiliter demisseque sentire.* de Opt. 243 b, Elate dicere.)(*Submisse.*

Elatio, onis.)(*præstantia*)(*submissio.* Top. 227 a, Parium comparatio nec elationem habet, nec submissionem. de Diuin. 97 b, Lætitia, quasi gestientis animi elatio voluptaria. Offi. 13 a. In hac elatione & magnitudine animi facillime pertinacia & nimia cupiditas principatus innascitur. de Clar. 170 b, Horum sententiis officit Theopompus elatione atque altitudine orationis suæ. * Tuscu. 212 a, Lætitia gestiens est elatio animi sine ratione. Tuscu. 224 a, Fieri contractionem animi rectè nunquam posse, elationem posse.]

Elatius, *nomen* de Cl. Or. Nihil tam ornatum aut verborum grauitate, aut sententiarum, quo quicquam esset elatius.

Elatus, a, um cont. Rul. 85 b, Quibus illi rebus elati & inflati nõ continebuntur. Off. 12 b, Quod animo magno & elato factum sit. Ora. 268 a, Principia verecundia non elatis intensa verbis. de Di. 90 b, Ille autem elatus cupiditate respexit. Tuscu. 231 b, Elatus inani lætitia exultans, temere gestiens de Natu 13 a, Sed elatus studio vereor ne longior fuerim Or. 203 b, Res alio atq; alio elata verbo. de Aru. 247 b, At te ipsum Cato & nunc animi quodam impetu concitatũ, & vi naturæ atque ingenij elatum, iam ætas mitigabit. Att. 226 b, Si Cæsar funere elatus esset. Epi. 151 a, Et gaudio tum elatus. pro Do. 211 b, Cum tua rogatione funere elata Resp. est.

☞ Syntaxis. *Elata & ampla locutio. Elatio & magnitudo animi. Elatio & altitudo orationis. Elatus & inflatus. Animus magnus & elatus. Studio elatus, in bonam partem. Elatus cupiditate. Elata Respublica funere.*

Electe, *distinctè, disertè.*)(*Permistè.* de Inu. 5 a b, Electe gerere.

Electio, onis. *lectio, selectio, delectus.* Orat 203 a, Iudicium electioque verborum. & de Finib. 126 b, Initia quorum ex electione virtus possit existere.

Elector, oris ad Her. 25 a, Postremò in eo vim artificij consumane, vt ipsi ab aliis potius eligendi, quam aliorum boni electores existimentur.

Electus, a, um. ssimus *lectus.* pro Q. 1 b, Vir electissimus nostræ ciuitatis. I. V. 95 b, Prudentissima electissimaq; fœmina. cont. Rull 85 a, Isti ab Rullo conquisiti atque electi coloni. * ad Her. 1 a b, Optimũ, & electissimum verbum.]

☞ Syntaxis. *Vir electissimus. Prudentissima, electissimaq; fœmina.*

Elegans, tis. *luculentus, concinnus, politus.* de Or. 131 a, Perspicitis hoc genus q̃ sit facetum, quam elegans, q̃ oratorium. de Cla. 192 a, Faceta & elegans ironia. de Diu. 53 b, Epicurus sensit nihil vnquam elegans, nihil decorum. Tusc. 191 a, A quibus mansuefacti, & exculti ad elegantiora defluximus. Epist. 105 a, b, Homo in omni iudicio elegantissimus. de Fin. 69 b, Vir mundus & elegans de Cla. 161 b, & Off. 21 a, Politus, vrbanus, elegans. de Cla. 167 b, Lysias subtilis scriptor atque elegans. & 170 a, Acutus, elegans, facetus, breuis. Ora 204 b, Vt in epularum apparatu a magnificentia recedens, non se parcum solum, sed etiam elegantem videri volet, eliget quibus vtatur. pro S. R. 58 b, Pueri ex tot elegantissimis familiis lecti. pro Pla. 279 a, Per elegans & persubtilis oratio. de Cl. 186 b, Torquatus elegans in dicendo. * de Na. 40 b, Religiosi dicti sunt ex relegendo, vt elegantes ex eligendo. Tus 233 a, Theophrastus elegantissimus omnium Philosophorum.] At. 259 b, Elegantissima epist L. Paccvs.

☞ Syntaxis. *Politus, vrbanus, elegans. Elegans familia, i. egregia. In iudicio elegans homo.*

Eleganter, & tissime, *ornatè, politè, enucleatè.*) (*Ineleganter.* Tusc. 276 a, Qui profitentur se neque distinctè, neque distribute, neque eleganter, neq; ornate dicere. de Cla 171 a, Causam pro aliquo polite eleganterq; dicere. Attic. 200 a, Liberti lautiores eleganter accepti. de Cla. 118 a, Cæsarem omnium fere oratorum Latine loqui elegantissimè. Epi. 69 b, Quæ eleganter copioseq; collegisti.

☞ Syntaxis. *Neque eleganter, neque ornatè. Causam dicere politè ac eleganter. Latinè loqui eleganter.*

Elegantia, tiæ. *munditia, lautitia, Latinum aptissimum.* Att. 103 a, Terentius, cuius fabulæ propter elegantiam sermonis putabantur à Lælio scribi. de Or. 111 a, Catulus cui Græci ipsi solent suæ linguæ subtilitatem elegantiamque concedere de Cla. 188 b, Itaq; ad hanc elegantiam uerborum Latinorum adiungit illa oratoria ornamenta dicendi. de Ora. 85 a, b, Tu autem eloquentiam ab elegantia doctrinæ segregandam putas? Ora. 204 a, Elegantia & munditia orationis. de Cla. 18 a, Loquendi elegantia de Fin. 90 a, Politior elegantia. Epist. 48 b, Scriptorum tuorum subtilitas & elegantia. de Fin. 70 a, Epicurus contemnit elegantiam disserendi confuse loquitur. & ibid. b, In hac diuisione rem ipsam probo, elegantiam desidero. ad Heren. 27 b, Elegantia est, quæ facit, vt vnumquodq; pure & apertè dici videatur. eius partes duæ, Latinitas & explanatio. Epist. 138 b, & 139 a, Venius tuus & Camillus qua munditia hominis? qua elegantia? de Legi. 184 a, Quid enim est elegantia tua dignius? pro Syl. 182 a, Vos qui cum summa elegantia atq; integritate vixistis.

☞ Syntaxis. *Elegantia & munditia orationis. Polita elegantia. Viuere cum summa elegantia & integritate.*

Elei, *populi.* de Diu. 114.

Elementum, ti *initium.* Acad. 44 a, Ergo illa initia, & vt è Græco vertam, elementa dicuntur, e quibus aer & ignis mouendi vim habent, & efficiendi, reliquæ partes accipiendi & quasi patiendi, aquam dico, & terram. de Orato. 98 a, & 112 b, Hæc quæ tibi fortitan puerorum elementa videantur. Aca. 35 b, Quod in elementis dialectici docent. Academ. 23 a, Dialectica, quæ primo progressu tradit elementa loquendi, &c.

Elephantus, ti. & Elephas, antis. de Na. 20 b, Elephanto belluarum nulla prudentior. de Natu. 50 b, Manus etiam data elephantis, quia propter magnitudinem corporis difficile aditus habebant ad pastũ. I. A. 231 b, Romani nepotem Antiochi elephantos alere prohibuerunt. I. A. 20 b, Equites, sagittarios elephantos in suam potestatem redegit. de Sen. 82 b, Nec adolescens vires tauri aut elephantis desiderabam.

Elevandus, a, um. de Or. 130 a, Quod est ab aduersario obiectum lepore magis eleuandum quàm contentione frangendum videtur.

Elevo, as. *leuo. sublevo. minuo.* de Ami. 112 b, Suspiciones & offensiones in amicitia tum euitare, tum eleuare, tum ferre, sapientis est. Tusc. 198 a, Nihil est, quod tam obtundat eleuetque ægritudinem, quam, &c. Ep. 70 b, Non intelligis duplicari solicitudines, quas eleuare tua te prudẽtia postulabat. de Or. 230 b, Mouere risum oratoris est, qđ frangit aduersarium, quod impedit, quod eleuat, quod deterret, quod refutat, &c.

Elevor, ris. de Inuen. 57 a, Reprehensio est, per quam argumentando aduersariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut eleuatur. * *aliàs, alleuatur.* * Aca. Inconstantia eleuatur authoritas.]

☞ Syntaxis. *Hic summopere animaduertas hoc dictum. Infirmatur aut eleuatur, enim non disiunguntur, quia synonyma sunt.*

Eleusin, *ciuitas in Attica prouincia, non longè ab Athenis.* Att. 95, de Natura 24.

Eleutherocilices, *populi.* Att. 79, Epi. 245.

Eliciendus, a, um. *seligendus.* de Ora. 97 b, Et quicquid erit in vnaquaque re probabile, eliciendum atque dicendum. de Inu. 53 b, Si tacebitur, eliciendà est responsio. de Nat. 56 b, Manus aptæ ad neruorũ eliciendos sonos.

Elicio, cis. *educo, extraho, allicio, adduco.* de Orato. 93 a, Verbum ex eo nunquam elicere potui de ratione dicendi. I. V. 31 b, Elicere animas inferorum. de Ora. 109 b, Tu quem ego toties omni ratione tentans ad disputandum elicere nunquam potui. Q. F. 300 a, Elicere aliquẽ blanditiis ad iudicium. Acad. 3 a, Neque nostræ disputationes quicquam aliud agunt, nisi vt in utranque partem dicendo, & audiendo eliciant & tanquam exprimant aliquid, quod aut verum sit, aut ad id quàm proxime accedat. de Inuent. 42 a, Si quis opportunitatem quæ in animis inesset hominum, posset elicere, & præcipiendo meliorem reddere. de Di. 63 a, Quis igitur elicere causas præsensionum potest. pro Cor. 59 a, & 61 b, Propositis premijs elicere ex ciuitatib. sociorum optimum quenq; ad subeunda pericula pro nobis. Tusc. 131 b, Elicere aliquem præmio, ut agat aliquid. Attic. 99 a, Tamen dabunt operam, vt eliciant sententiam meam. de Ora. 190 b, Dolor & ardor animi, qui etiam ex infantium ingeniis elicere voces & querelas solet. Attic. 135 b, Vt aliquas abs te epistolas eliciam. & 109 b, Tuas uolo elicere. de Natura 56 b, Nos e terræ cauernis ferrum elicimus.

¶ *Emitto, profundo.* de Senect. 88 a, Terra semen tepefactum complexu suo defendit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem pro Cæl. 51 a, Nonne ipsam domum metuet, ne quam vocem eliciat?

Elicior, ris. de In. 67 a, Ex quibus elicitur aliquid suspicionis. de N. 31 a, Lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus. Att. 37 a, Multa ab ipso Publio elici, multa cognosci potuerunt. Tusc. 174 a, Vt hostium sanguis eliciatur suo.

☞ Syntaxis. *Elicere blanditiis aliquem ad disputandum. Vocem dicere, i. emittere. Terra viriditatem dicit herbescentem.*

Elidendus, a, um. *perdendus.* Tusc. 208 b, Hæc sunt illæ fibræ stirpium. quas initio dixi, persequendæ & omnes elidendæ, ne vlla vnquam possit existere. Tuscu. 208 b, Stirpes ægritudinis trunco euerso omnes elidendæ sunt.

Elido, *frango, excido.* Tus. 280 b, Poetæ neruos omnes virtutis elidunt.

Elidor, ris. *conficior.* Tusculan. 231 a, Qui rebus his fractus ægritudine eliditur.

Eligendus, a, um. de Am. 108 a, Sunt igitur cõstantes eligẽdi amici.

Eligo, gis. *lego. deligo. carpo, excerpo, opto, adopto.* Atti. 147 b, Aliquot. n. sunt anni, cũ vos duos elegi, quos præcipue colorem. Or. 215 b, Elegit ex omnibus Isocratis libris versus fortasse XXX. Hieronymus Peripateticus. I. V. 61 b, Facere alicui potestatem optionemque, vt eligat vtrum velit. de Inoẽ. 61 b, Eligere à multis commodissimum quodq;. I. A. 225 a, Ac permitto, vt de tribus Antonijs eligas, quẽ velis. pro Do 213 a, Eligere amplissimos viros ad sacerdotia. Off. 53 a, Nõ solũm ex malis eligere minima oportet, sed etiam excerpere ex his ipsis, si quid in est boni. * Quando autẽ dubium fuisset apud patres nostrum eligendi cui patroni daretur optio, quin aut Antoniũ optaret, aut Crassum.]

☞ Syntaxis. *Eligere ex, & a. Ex malis eligere minima.*

Elimatus, a, um. Acad. 17 a, Sed ad Helicem & clarissimos septentriones. *i. rationes has non latiore specie, non ad tenue elimatas.*

Elimo, as. *perpolio, limo.* Atti. 256 a, Velim σχόλιον aliqđ limes ad me.

☞ Syntaxis. *Ad aliquem aliquid elimare.*

Elinguis, gue. *Mutus.* de Cla. 173 b, Fannius nũquam est habitus elinguis. pro Fl. 150 b, Conuincit, elinguem reddidit. L. Mvtvs.

Elis, dis. *vrbs Peloponnensi.* de Di. 99 a.

Elocatus, a, um. *locatus.* I. V. 253 a, Xenophon fundum elocatum esse dicebat. pro Fl. 160 b, Nunc vero hoc magis, q̃ illa gens est victa, q̃ elocata quod seruata.

Elocutio, onis. *explicatio exornata & elaborata.* de Inu. 44 a, Elocutio est idoneorum verborũ & sententiarum ad inuentionẽ accommodatio. ad Heren. 34 a, Circuitio est oratio, rem simplicem assumptam circumscribens, elocutione. & 27 b, Elocutio commoda & perfecta

tres res in se habere, elegantiam, compositionem, dignitatem.

¶ *Similex dictio.* de Orat. 86 b, Oratio, quæ nisi subest res ab oratore percepta & cognita, inanem quandam habet elocutionem, & pene puerilem.

ELOGIVM, gij. *dictum, siue sententia, laudem alicuius vel vituperationem, vel aliquid aliud declarans.* de Sen 90 a, Attilius Calatinus, in quem illud elogium, Vnicum plurimæ consentiunt gentes populi primarium fuisse virum. de Fin. 89 a, Neminem videbis ita laudatum, vt artifex callidus comparandarum voluptatum diceretur, non elogia monumentorum id significant, velut hoc ad portam, vno ore, cui plurimæ consentiunt gentes, populi primatium fuisse virum. Tus. 154 b, Quid ipsa sepulchrorum monumenta, quid elogia significant? nisi nos futura etiam cogitare? pro Mur 142 a, At hoc nusquam opinor scriptum fuisse in illo elogio, quod te consule in sepulchro reip. incisum est, velitis, iubeatis, &c in Sal. 274 b, Si illud censorium elogium Appij Claudij, & L. Pisonis, quo usus est quisq; eorum pro lege palam vniuersis recitarem, nonne tibi viderer æternas inurere maculas? pro Clu. 45 b, Quod elogium recitasti de testamento Cn. Egnatij, idcirco se exheredasse filium, quis ad Oppianici damnationem pecuniam accepisset. de Sen 92 a, Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum lamentisque vacare.

☞ Syntaxis. *Monumentorum elogia, fabius in bonam partem.*

ELOQVENDI, Ora 202 b, Dicendi, i. eloquendi maxima vis oratori conceditur. Q. F. 325 b, Qui omnes isto eloquendi & exprimendi genere superasti. de Ora. 62 b, Exercitatio eloquendi celeritatem incitat. Ora. 202 b, Græce ab eloquendo rhetor, Latine eloquens dictus est. de Na 56 a, Eloquendi vis *i. eloquentia.*

ELOQVENS, tis. *rhetor, copiosus ad dicendum, copiose sapienterque dicens, in dicendo suauis, orgens, non infans.* Or. 206 a, Is est eloquens, qui humilia subtiliter, & magna grauiter, & mediocria temperate potest dicere. ibi. Parua summisse, modica temperate, magna grauiter dicere. item: Erit igitur eloquens, is qui in foro causisq; ciuilibus ita dicet, vt probet, vt delectet, vt flectat. probare necessitatis est, delectare suauitatis, flectere victoriæ. Or. 205 a, Is erit eloquens, qui ad id, quodcunque decebit poterit accommodare orationem. Or. 198 a, Antonius disertos ait se vidisse multos, eloquentem vero neminem. & de Ora. 92 b, Disertos cognoui nonnullos, eloquentem adhuc neminem. Ora. 202 b, Perfectus orator, & Græce ab eloquendo rhetor, & Latine eloquens dictus est de Ora. 90 a, Socrates dicere solebat, omnes in eo quod scirent, satis esse eloquentes. de Or. 89 a, Peripatetici, qui eloquentes & in dicendo suaues, & ornati fuerunt. de Natu. 26 a, Nec timuissem sine ista philosophia rhetorem quamuis eloquentem. Att 136 a, Posthumus ad me venit, nihil nisi classes eloquens & exercitus. * de Ora. 85 a, Quid viri omnium, eloquentissimi sentetiur de omni ratione dicendi]

¶ *Loquens, simpliciter* Ora 209 b, Muta quędam eloquentia inducere. ad Her. 40 b, Cum res muta aut informis fit eloquēs & formata.

ELOQVENTIA, æ. *eloquendi vis, dicendi ratio, dicendi grauitas, & copia, summa copia, & singularis facultas dicendi, diuinum atq; incredibile genus orationis.*)(*infantia* Par. 236 b, Nihil aliud est eloquentia, q̄ copiose loquens sapiētia. de Or. 157 b, Est n. eloquentia vna de summis virtutibus. & 148 b, Stoici eloquentiam virtutē ac sapientiā esse dixerunt. itē: Eloquentia n. rē vnam esse omnium difficillimam quibus. n. ex quinq; partibus constare dicitur, earum vnaquęq; est ars ipsa per sese. de Or. 86 b, Ex illis rebus vniuersis eloquentia constat, quibus in singulis elaborare permagnū est & 97 a. Non esse eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum. de Cla 169 a, Vt hominis decus est ingenium, sic ingenij lumen eloquentia. 191 a, Multitudo & forum, cur nata eloquentia est. 168 b, Pacis est comes, otijque socia, & iam pene constitutæ ciuitatis quasi alumna quędā eloquentia. Or. 210 a, Eloquentia primas tenuit semper vrbanis pacatisq; rebus, secundas iuris scientia. Or. 210 a, Eloquentia illi ipsi, qui consecuti sunt, tamen se valere dissimulant prouterea q̄ prudētia hominibus grata, lingua suspecta. de Opt 243 a, Eloquentia constat ex verbis & sententijs. Tus 175 b, Popularis n. est illa facultas & effectus eloquentiæ est audientiū approbatio. Tusc. 161 b, Eloquentiam non sine vi quadam maiore fluere, abundantē sonantibus verbis, vberibusq; sententijs de Inu. 42 a, Hęc ars quæ vocatur eloquētia, siue ars, siue studium, siue exercitatio siue facultas à natura profecta Of. 31 b, Eloqui copiose modo prudenter, melius est, q̄ vel acutissime sine eloquentia cogitare Offi 42 b, Contentio orationis maiorem vim habet ad gloriam: ea est enim quam eloquentiam dicimus, & 43 b, Quid tam inhumanum, q̄ eloquentiam a natura ad salutem hominum & ad conseruationem datam, ad bonorum pestem perniciemque conuertere? & 46 b, Quid enim eloquentia laudabilius & præstabilius, vel admiratione audientium, vel spe indigentium, vel eorum qui defensi sunt gratia? Tus 154 b, Aristoteles prudentiam cum eloquentia iungebat. de Or. 85 a, b, Tu autem eloquētiam ab elegantia doctrinæ segregandam putas & 86 a, Athenis studia eloquentiæ viguerunt. de Fin. 52 a, Et tamen à philosopho, si afferat eloquentiam, & non aspernetur, si non habeat, non admodum flagitem de Na. 55 b, De quo dum disputarem, tuam mihi dari velim eloquentiam. * Tusc. 174 a, Quæ cum ita sint, magna tamen eloquentia est vtendum]

ELOQVOR, tis. *dico, effero, nuncio, exprimo.* Part. 230 a, In rebus inuenire, in verbis eloqui dicitur. Tuscu. 149 a. Fieri autem potest, vt recte quis sentiat, & id quod sentit polite eloqui non possit, sed mandare quenquam literis cogitationes suas, qui eas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis & ocio & literis de Clu. 188 a, Præclare eloqui cogitata mentis. de Ora. 89 a, Oratoris est composite, ornatē, copiose eloqui. de Orato. 123 a, Omne quod eloquitur, fit, vt id aut esse dicamus, aut non esse. Episto. 140 b, Meminit in senatu disertum consularem ita eloqui: hanc culpam maiorem an illam dicam? de Finib. 74 b, Vereturque quicquam aut facere, aut eloqui, quod parum virile videatur. Offic. 31 b, Eloqui copiose, modo prudenter, melius est, quam vel acutissime sine eloquentia cogitare, q̄ cogitatio in seipsa vertitur. de Or. 102 b, Nullum est periculum, ne quid tu eloquare nisi prudenter. ad Her. 30 a, Eloqui rem aliquam per continuationem. * Of. 25 b, Hoc difficilius est ad eloquendum, sed satis erit intelligi. I. V. 61 a, Iam nunc cogito quid nam pro expectatione omnium dignum eloqui possim.]

☞ Syntaxis. *In eo quod scimus, eloquentes sumus. Eloquens, & in dicendo suauis & ornatus. (agnosce synonyma tria.) Rem mutam eloquentem facere.*

ELORINVS, na. *ex Eloro Siciliæ vrbs.* I V. 170 a.

ELVCENS, tis. de Or. 128 a, Inter flammas circulus elucens splendidissimo candore.

¶ *Excito, incito, confirmo.* Antequam. 194 b, Quem Paulò antè fortuna erexerat ad gloriam, virtus extulit ad laudem, eundem tribuni furor depulit ad calamitatē. pro Pl. 266 a, Vbi illa antiqua libertas, quæ malis oppressa ciuilibus extollere iam caput, & aliquando recreata se erigere debebat. Att. 131 a, Possumus etiam nunc rēpu. erigere, si communi consilio rem administrabimus. pro Deiot. 151 a, Quibus literis se magis etiam erexit, ab omniq; solicitudine abstraxit. Att. 282 b, Erexerat se ciuitas in retinenda libertate consentiens. pro Cl. 19 a, Erigebat animum iā demissum & oppressum Oppianicus. pro Cl. 60 a, Qui erigere animum, & Paulum respirare à metu cœpit. I. V. 196 a, Erigere & recreare aliquem afflictum. pro Do. 210 a, Is ciuitatem ad spem libertatis erexit. cont. Rul 83 b, Vt recreatus atque erigere se posset. pro Sest. 18 b, Vt erigere oculos, & viuere videretur. ad Her. 24, Imo erigit omnium cupiditatis, & acuit industriam. Q. F. 304 a, Nunc si potes, erige te & cōfirma. pro Syl. 173 a, Erigite mentes aureisque vestras, & me de inuidiosis rebus, vt ille putat, dicentem attendite. I. V. 81 b, Quo tempore igitur aures iudex erigere, animumq; attenderet? Aca. 3 b, Ad audiendum animos ereximus. de Na. 46 b.

Hic sese infernus è partibus erigit hydra.

Erigor, ris. de Fin 60 b, Iis bonis erigimur quæ expectamus. Orato. 208 a, Aut erigatur, aut paret se ad discendum.

Syntaxis. *Erigere aliquem, & se. Erectus & excitatus homo ad cœli conspectum. Erigere & recreare afflictos. Erigere & erigere se. Erigere se, & confirmare. Erigere aures, & attendere. Erigo: pro inflammare, & lætare.*

Eriphyla, les. *vxor Amphiarai, quæ pulchritudine monilis incensa, salutem viri prodidit.* In Ver. 208 b, & de Inuen. 59 b, Eriphyle auro viri vitam vendidit.

Eripio, pis. *aufero, adimo, extorqueo.* cont. Rull. 70 a, Id totum eripere nobis atque ex manibus extorquere conatus. de Diuina. 125 a. Cæsar Deiot. regnū eripuit. I. C. 101 a, Hunc mihi timore eripere. Att. 112 a, Omnem illi παῤῥησίαν, eripuit. Att. 138 b, & 157 b, Eripe mihi hunc dolorem. de N. 3 a, Philosophia quæ lucem rebus eriperet. pro Sest. 15 a, Cum ergo me e conspectu vestro eripuissem. de Ami. 112 a, Eripere alicui potestatem hominis aspiciendi.

¶ *Libero, eruo* de Ora. 104 a, Eripite nos ex miserijs, eripite, &c. de Diu. 133 b, Eripere aliquem a morte. pro Clu. 32 a, Si quis eum cassis ex periculo eripuerit.

Eripior, ris Paradox. 126 a, Virtutes nec eripi, nec surripi potest. Episto. 5 a, Sed vereor ne eripiatur a nobis causa regia. pro Mur. 143 b, Nunquam est, cum ego non ex istorum insidiis eripiar atq; euolē.

Erogatio, onis. *distributio.* At. 139 a, In primis erogatio pecuniæ.

Erogatvs, a, ū. I. V. 185 a, Pecunia publica ex ærario erogata, ex vectigalibus populi ad emendum frumentum attributa. & 245 b, Ostendā multas pecunias isti erogatas in operum locatione falsas esse perscriptas. pro Flacc. 152 a, Pecunia in classem est erogata.

Erogo, *curo, distribuo* in Vatin. 35 a, Erogasti pecunias ex ærario tuis legibus.

Erogor, ris. Att. 82 a, Qua ex insula nullus nummus me obtinente erogabitur. Q. F. 295 a, Quanta tamen pecunia penderetur, si omnium nomine quicunque Romæ ludos facerent, erogarentur.

Erraticvs, a, um. de Senect. 88 a, Vitem serpentem multiplici lapsu & erratico ferro amputans coercet ars agricolarum.

Erratio, onis. *error.* de Nat. 37 a, In cœlo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas inest. de Vn. 198 a, Deus motum cœli ab omni erratione liberauit.

Erratvm, ti. *mendum, error.* contra Rul 67 a, Cui errato nulla venia, recte facto exigua laus proponitur. pro Syl. 170 b, Peterem veniam errato L. Cecilij. pro Cl. 45 a, Nullum ob totius vitæ, non dicam vitiū, sed erratum. At. 255 b, Agnoui erratum meum. & 88 a, Nā illud de Flauio si secus est, commune erratum est. Epist. 264 b, Tantum enim mihi dolorem cruciatumque attulerunt errata ætatis meæ, vt non solum animus a factis, sed aures quoque a commemoratione abhorreant. Att. 219 a. Quod appelletur L. Corsidius in oratione Ligariana, erratum est meum, sed, vt aiunt, μνημονικὸν ἁμάρτημα. Episto. 76 b, Non meum erratum, sed tuum.

Syntaxis. *Errato suo veniam petere. Agnoscere erratum. Errata ætatis meæ magnum mihi afferunt dolorem & cruciatum.*

Errans, tis. *imprudens.* de Ar. 252 a, Sacrificium tam occultum, quod non modò curiosos oculos excludit, sed etiam errantes.

¶ *Vagus.* de Nat. 26 a, Errans & vaga sententia.) (*Stabilis & certa.* & 36 a, Maximè verò admirabiles sunt motus earum quinque stellarum, quæ falsò vocantur errantes.

Erro, as. *labor, pecco, offendo, prolabor, per errorem labor, errore ducor, in errore versor, error mihi obiectus est, consilio labor, errore captus sum, in errorem rapior, in culpa sum.* I. A. 240 a, Cuiusuis hominis est, errare: nullius, nisi insipientis, perseuerare in errore. I. A. 164 b, In eo nō tu quidem tota re, sed temporibus errasti. Tuscul. 156 a, Errare malo cum Platone, quàm cum istis vera sentire. Orator. 201 a, Me autem quē Isocratem non diligunt, cum Socrate & Platone errare patiantur. p Corn. 68 b, Videre, ne vtilius nobis & honestius sit, illius ducibus errare, quàm hoc magistro erudiri. de Or. 116 a, Quod autē putās, &c. Valde mihi videntur errare: omninoque in hoc omnis est error, quod, &c. Orato. 215 b, Sed & illi priores errant, & Ephorus in culpa est. I. V. 183 b, Sed in hoc errat vno, quòd, &c. pro Cecin. 291 a, Fac in hoc errare me.

¶ *Vagor. aberro.* de Orat. 102 b, Ne vagari & errare cogatur oratio. & Or. 204 a, Vt ingredi libere, non vt licenter errare videatur. Aca. 17 a, Eo fit, vt & errem & vager latius. Att. 124 b, Ego Arpini. volo esse pridie Calend. deinde circum villulas nostras errare.

Error, oris *erratio erratum, peccatum lapsus, prolapsus, fraus falsa opinio, culpa, flagitium.* de Na. 40 a, Quæ res genuit falsas opiniones erroresque turbulentos, & superstitiones penè aniles. de Leg. 178 b, Opinionibus vulgi rapimur in errorem. Tuscul. 171 a, Sed plena errorum sunt omnia. & 190 b, Errorem cum lacte nutricis suximus. & 242 b, Ægyptiorum mentes imbutæ priuatis erroribus. pro Syl. 174 b, Vos mihi in tantis tenebris erroris & inscitiæ, clarissimum lumen prætulistis. pro Sest. 7 a, Aliquis falsa opinione & errore hominum commēdatur. I. P. 92 a, Honores in quibus homines errore ducuntur. pro Corn. 60 b, Quo errore ductos vidi ego mer moltos, &c. I. A. 220 a, Deponere errorem. Off. 30 a, Ne quenquam hoc errore duci oportet, vt arbitretur, &c. & 54 b, Quorum error eripiendus est, omnisque opinio, &c. Attic 41 b, Coarguere errorem alicuius Att. 157 b, Eripe mihi hunc errorem. pro Cecinn. 286 b, Si quis error nobis in tanta re sit obiectus. de Nat. 1 b, Versari in summo errore, & in maximarum rerum ignoratione. I. A. 140 b, Pansa eodem captus errore quo nos. contra Rul. 90 a, Hoc vos in errore versari diutius non oportet. & 67 a, b, Versatur enim magnus error. pro Muræn. 129 a, Non patiar te in tanto errore versari. Acade. 29 a, Estne quisquam tanto inflatus errore, vt sibi se illa scire persuaserit? de Orat. 133 a, Natura enim nos noster delectat error. Officio. 68 b, Auertere aliquem ab errore. de Cl. 192 b, Inducere aliquem in errorem. I. P. 92 a, In errorem induci. Quin. Fra. 328 b, Lapsus est per errorem de Diuin. 120 b, Sæpe etiam errorem creat similitudo. & 121, Eumque errorem, quem tibi rei nouitas attulerit, naturæ ratione depellito. de Orat. 116 a, Omninoque in hoc omnis est error, quòd, &c. pro Cec. 298 b, Nonnunquam honesto ac probabili nomine bono viro iudici error obijci solet. * de Natura. 9 a, Aristonis non minus in errore sententia est.]

Syntaxis. *In errorem rapi. Surgere errorem cum lacte nutricis. Erroris tenebra. Falsa opinio, & error.* hic habes descriptionem erroris. *Errore duci in aliqua re. Eripere, abijcere alicuius errorem. Errore inflari. Per errorem labi.*

Ervbescens, tis. de N. 23 a, Epicurus voluptates nō erubescens, persequitur omnes nominatim.

Ervbesco, scis. *rubeo pudet.* de Legibus. 166 a, Vt bonum morem colligant, erubescant, & pudeat impudica loqui. & 164 a, Orem dignam, in qua omnes erubescant. pro Quint. Rosc. 46 a, Erubescit: quid respondeat, nescit. in Sal. 274 b, Sallustius confessus est vobis audientibus adulterium, nec erubuit ora vestra. in Vat. 36 b, Affines te erubescunt.

scunt. Att 254 b, Circunspicite. sed ante quàm erubesco. Ep. 67 a, & de Fin 79 b, Epistola enim non erubescit. ad Heren. 7 b, Erubuisse, expalluisse, titubasse.

☞ Syntaxis. *Erubescere; & in aliqua re. Erubescere ora senatorum. boni prauos erubescunt.*

ERVCTANDO, I. P. 82 a, Vnde tu nos turpissimè eructando eiecisti.

ERVCTO, ctas. *ructo, iacto, vepo, erumpo.* I. C. 106 b, Socij Catilinę accubantes in conuiuijs, eructant sermonibus suis cædem bonorum.

ERVDIO, dis. *doceo, instituo, expolio, imbuo, instruo, ad humanitatem informo.* de Orat. 109 b, Nec verò rhetoricis quibusdam libris insequor, vt erudiam. Tuscula. 182 a, Erudire iuuentutem laboribus. Officio. 31 b, Neque solum viui atque pręsentes studiosos dicendi erudiunt atque docent, sed hoc idem etiam post mortem monumentis literarum assequantur. de Finib. 161 b, Philosophia nos primum ad deorum cultum, deinde ad ius hominum, tum ad modestiam magnitudinemque animi erudiuit. I. V. 184 a, & de Orator. 146 a, Instituere & erudire filios ad maiorum instituta. Quin. Fra. 291 b, His autem in rebus iam te vsos ipse profectò erudiat. Epist. 8 b, Lentulum nostrum cum cæteris artibus, quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudias. de Amicitia. 98 a, Qui magnam Græciam institutis & pręceptis suis erudierunt. de Or. 107 a, Erudire aliquem iure ciuili.

¶ *Certiorem facio.* Epist. 24 b, Obuiæ mihi velim sint literæ tuæ, quæ me erudiant de omni repu. ne hospes plane veniam.

ERVDIOR, ris. Qu Fr. 200 b, Qu filius puer optimus eruditur egregie.

ERVDITIO, onis. *doctrina, cultissimo.* Quint. Fr. 330 b, De Ciceronis tui eruditione quod labores, nihil est. Off. 24 a, Vir pręclara eruditione atque doctrina. de Diu. 135 b, Ad hæc opus est ingenio præstanti, & eruditione perfecta. de Orato. 108 b, Vir omnino omnis eruditionis expers de Fi. 63 b, Epicurus nullam eruditionem esse duxit, nisi quæ beatæ vitæ disciplinam iuuaret. Ac. 39 b, Quæ sine eruditione Græca intelligi non possunt.

ERVDITIVS, *aduerbium.* de Sen. 77 b, Qui si videbitur eruditius disputare, quàm consueuit ipse in suis libris.

ERVDITVS, a, um & ssimus. *doctus, perpolitus, philosophus.* de Orat. 93 b, Quid mihi tanquam Gręculo ocioso, & loquaci, & fortasse docto atque erudito, quæstiunculam ponitis? de Finib. 54 a, Eruditus est, qui omnibus bonis artibus politus est. Quint. Fra. 294 a, Vir doctrina atque optimarum artium studijs eruditus. Tuscola. 140 a, Eruditus & doctrina excultus. de N. 3 b, Complures Græcis institutionibus eruditi. Attic. 66 b, Ex quibus nullos puto te literis aut musicis eruditos expectare. de Orato. 99 b, Homo omnium disciplina iuris ciuilis eruditissimus. de Finibus. 51 b, & de Nat. 64 a, Homo omni doctrina eruditus. de Clar. 191 a, Erat autem cum institutus optime, tum etiam perfecte eruditus. pro Cor. 64 b, C. Marius stipendijs & legationibus bellicis eruditus. de Diuina. 128 b, T. Tarutius in primis Chaldaicis literis eruditus. de Orato. 155 b, Quidam Socraticis disputationibus eruditi Par. 116 b, Annalia quædam esset erudita, alia popularis oratio. pro Ar. 188 b, Quid illi, istanc literatora eruditi fuerunt? pro Pl. 263 b, Aliquis eruditus artificio simulationis. pro Font. 283 a, Homo non literis ad rei militaris scientiam. sed rebus gestis & victorijs eruditus. pro Ar 186 a, Vrbs eruditissimis hominibus liberalissimisque studijs Affluens. de Orat. 111 a, Hominem audiens de schola atque a magistro & Græcis literis eruditum. de Cl. 174 a, Doctus, & Græcis literis eruditus. Par. 123 a, Nam hos quoque oculos eruditos habemus. Episto. 79 b, Animus eruditos, qui semper aliquid ex se promat, quod alios delectet. Tuscu. 196 a, Qui liberaliter eruditi adhibita etiam differendi elegantia, ratione, & via philosophantur. ad Herenn. 40 b, Disciplinis erudita Corinthus. de Orator. 85 a, Eruditissimorum hominum artes. Quint. Fra 293 a, Græci diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi de Clar. 174 a, & de Finib. 49 a, Gracchus fuit literis Græcis eruditus. de Nat 90 b, Homo eruditus in Philosophia.

☞ Syntaxis. *Erudire ac docere. Erudire ad picturam, & ad instituta patrum.* hic habes finem, & rationem, vel rem cum qua, *Erudire in aliqua re. Erudiunt literæ de* · *id est, reddunt certiorem. Eruditio & doctrina. Doctus & eruditus. Eruditus & doctrina excultus. Oculus, eruditus, eruditus disciplinis Basilea, in iure eruditus.*

● ERVMNA, æ, calamitas, miseria, ægritudo laboriosa. Cic. Tuscul. 213. Erumna est ægritudo laboriosa. Parad. 119 a, Te miseriæ, te erumnæ pręmont omnes. De Finib. 147 a, Vbi virtus est, ibi esse miseria, & erumna non potest. De Fin 89 b, Herculei perpeti erumnas. Post quam. 211 b, Si mihi æternam propositam esse erumnam arbitrarer. Pro Syll. 176 b, Tu ornatus erumnis venis ad eum lacerandum, quem intercemisti. De Finib. 89 b, Maiores nostri labores non fugiendos tristissimo tamen verbo erumnas etiam, vt video, nominauerunt.

● ERVMNOSVS, sa sum, calamitosus. Tusculano. 227 b, Miseri, afflicti, erumnosi, calamitosi, & Parad. 118 b, I. V. 269 a, Infelix, & erumnosus. Pro Clu. 60 a, Hic erumnosissimus }

ERVMPENS, tis. de Pro. 70 b, Byzantij totum pòtum armatum efferuescentem in Asiam atque erumpentem, ægre repulsum & ceruicibus suis interclusum sustinuerunt.

ERVMPO, pis. *exeo, euado, efferuesco, exardeo, eruptionem facio.* pro Dom. 125 b, Omnis improborum vis diu collecta & inueterata compressio odio erumpebat in actum. pro Mur. 135 b, Vt odia occulta ciuium in optimi cuiusq; fortunas erumperent. I. V. 225 a, Ignes qui ex Ætnæ vertice erumpunt. Quint. Frat. 318 a, Vaporarium ex quo ignis erùpit. de Diuinat. 226 a, Itaque perfracto saxo sortes eruperunt. pro Sest. 4 b, Cum illa coniuratio ex latebris erupisset. pro Syl. 179 b, Furor biennio ante conceptus erupit in meo cōsulatu. I. C. 104 b, Abijt excessit, euasit, erupit. I. A. 238 a, Postremu erumpat aliquando vera & me digna vox. de Amic. 110 b, Erumpunt sæpe vitia amicorum, tum in ipsos amicos, tum in alienos. de Or. 130 b, Quomodo istius existat, atque ita repente erumpat. Att. 252 b, Ne in me stomachum erumpant, cum sint tibi irati.

¶ *Emitto.* in Arat.

Aestiferos validis erumpit flatibus ignes.

ERVPTVRVS, a, um. At. 35 b, Hęc dominatio quorsum eruptura sit, horremus de Ar. 244 a, Videbam illud scelus non posse arceri ocij finib. sed erupturum aliquando ad perniciem ciuitatis. Att. 92 b, Bellū magnum videtur in Italiam erupturum.

☞ Syntaxis. *In actum erumpens vis, odium. Erumpere in aliquos stomachum. Bellum in pios erumpit.*

ERVENDVS, a, um. pro Muræ. 227 b, Ex annalium vetustate eruenda est memoria oblitatis tuæ.

ERVO, eruis. *eligo, eripio, extraho.* Ep 65 b, Profectò tibi illum reperiam, nisi in Dalmatiam ausugerit, & inde tamen aliquando eruam. Tusc. 154 a, Si quæ Græci scriptores prodiderunt, eruere conor. de Or. 122 a, & 141 b, Scrutari locos, ex quibus argumenta eruimus. cont. Rull 61 b, Aliquid indagare, moenire, ex tenebris eruere. de Finib. 100 b, Erue obtura Att. 224 b, Sicunde potes, erues.

ERVOR, ris. de Or. 214 a, Reliqua cura & cogitatione eruūtur. Att. 198 a. Fannum Fieri volo, neque hoc mihi erui potest.

☞ Syntaxis. *Hoc mihi non erues, id est, ab hac sententia non possum auelli.*

ERVPTIO, onis. Att. 121 b, His eruptionem facturi dicebantur. & 373 b, Bruti eruptio.

ERVTVS, a, um. *extractus.* de Di. 92 b, Aliquem mortuum erutum esse. & de Fin. 108 b, Sententiæ nescio vnde ex abdito erutæ.

ERYCINA. *Venus.* I. V. 63, & 81 b.

ERYCVS, *mons, Siciliæ.* I. V. 112 b.

ERYMANTHIVS, a, um. *ab Erymantho monte & fluuio.* L. APER.

ERYTHRAE. *populi.* I. V. 86 a.

ERYTHRAEA. *Sibilla.* de Nat 87.

ESCA, scæ. *cibus.* de D. 27 b, Dij nec escis, nec potionibus fruūtur. de N. 58 a, Sui verò quid habet præter escam? de D. 104 a, Si modo tēperatis escis medicisque potionibus est affectus. de Sen. 86 a, Plato escā malorum voluptatem appellat, quòd ea videlicet homines capiuntur, vt hamo pisces. de Fin. 83 b, Negat enim tenuissimo victu, id est, contēptissimus escis & potionibus maiorem voluptatem percipi, quam rebus exquisitissimis ad epulandum.

☞ Syntaxis. *Esca & potiones iunguntur ferè semper.*

ESCVLANTA, orum. *esca, cibus.* de Nat. 54 b, Ea pars oris, qua esculentis & poculentis iter natura patefecit.

ESCVLENTVS, a, um. *esca, escas redolens.* I. A. 172 b, Antonius vomēs frustis esculentis vinum redolētibus, totum tribunal impleuit. de N. 51 a, Eligere quæ sint esculenta.

☞ Syntaxis. *Esculenta & poculenta,* substantiuæ modo: *& frustra esculenta.* adiectorum ratione.

ESQVILINA, *porta.* I. P. 91 b.

ESSEDVM, di. *genus vehiculi.* Attic. 89 a, Vedius venit mihi obuiam cum duobus essedis & rheda equis vincta & lectica. I. A. 171 b, Vehebatur in essedo Tribunus pl.

ESSEDARIVS, rij. *essedi auriga.* Ep. 99 a.

ESTO, *vox concedentis.* pro Deiota. 149 b, Esto, concedatur hæc quoque acerbitatis magnitudo. I. A. 275 b, Esto hoc imperite (nec enim, &c.) I. V. 62 a, Esto, ipse nihil estiat oenit, &c. pro S. R. 30 b, Esto, causam proferre non potes, tametsi, &c. I. V. 251 a, Verum esto. de Fini. 77 b, Esto, feceris, si ita vis.

ESTVNTO, *imperantis.* de Legib. 185 b.

ESVRIENS, tis. I. V. 253 b, & de D. 96 b, Ecce autē ebrio Cleomene esurientibus cæteris, nunciatur naues esse in portu. Toscu. 247 a, Nunquam videlicet sitiens biberat, nec esuriens ederat.

ESVRIES, ei. *fames.* Episto. 142, Vt ego mederer eius esuriei, non sum commutus. Cælio.

ESVRIO, ris. *famesco.* Epist. 125 b, Nostri milites facilè algere & esurire consueuerunt.

ET, *qua etiam, tam verò etiam, item, itemque.* de Orato. 85, Mathematici recondita in arte, & multiplici subtilique versantur de Orat. 106 b, Virtus hominibus instituendo, & persuadendo, non minis, & vi ac metu traditur. I. C. 106 a, Frigore, & fame, & siti, ac vigilijs perferendis, Offic. 14 a, Tum etiam ægritudine & voluptate animi & iracundia vacare. pro Dom. 257 b, Senatus est Summum populi Roma. populorumque & gentium omnium ac regum consilium. item: Alterūque & tertium poscitor. L. Qu Toscul. 243 a, Academici balbutire desinant aliquando, apertoque & clara voce audeant dicere, &c. Offic. 22 a, Quod in Catulo, & in patre, & in filio, idemque & in Qu. Mutio Mancino vidimus. de Oratore. 88 a, Quorum pater & sæpe alias & maxime censor saluti reipub. fuit. pro Cecin. 295 b, Non alia causa est æquitatis in vno & in pluribus. pro Cæl. 52 a, Lux lūge alia est solis & lychnorum. & 43 a, Res tamen ipsa & grauiter accusari potest. de Diuinat. 130 b, Et quidem cur ita opinetur, rationem subijcit. de Cl. 291 b, Et quidem duo fuerunt, &c. I. A. 168 b, Duo millia iugerum ei assignasti, & quidem immunia. & ibi. a, Et quidem vide, quàm te amem, &c. de Diuinat. 137 b, Sed draconem loquentem visus est audire. & quidem, quo maius sit, cum radiculam in ore teneret, locutus est. I. A. 275 a, Atque etiam me aspicit, & quidem si videris iratum. Epistol. 253 b, Præposteros habet tabellarios, & si me

quidem

quidem non offendunt, sed tamen, &c. * pro Quint. 5 b, Nisi tu q‚ esse etiam ius & officium, potestatque docuisses.]

☞ Syntaxis. *In patre, & in filio, idem ipse & ut, &c. & sæpe alias, & maximè nunc. Non magis amo te, & illum. Ille tamen & alacer venit.*

ETENIM, *nam sedenim, nunc, quippe.* de Diuinat. 137 b, Etenim ex diuisione hoc secundum est, quæ est, &c. *id est, nunc hoc, &c.* I.V. 143 a, Etenim rem totam breuiter cognoscite. & 138 a, Etenim sic considerare, I.V. 158 b, Etenim quoniam numerum iniuriarum vobis nō possum exponere, sigillatim autem de vniuscuiusque incommodo dicere institutum est, genera ipsa iniuriarum quæso cognoscite. pro Rab. 97 a, Etenim si Sæug setuo, &c. & 96 b, Etenim Quirites. &c. de Finibus 55 a, Etenim quoniam detractis, &c. & ibidem. Etenim quid percipit præter voluptatem. pro Flac. 154 a, Neque in toto Æmonensiū testimonio commouebor: etenim quibus ego illam laudationem remittam *id est, quippe quibus, &c.*

ETESIAE, arum. *venti flatus, qui quotannis post caniculæ exortum flant diebus.* xxxx. de Natura. 52 a, Venti Etesiæ, tempestiui & salutares non modo hominibus, sed etiam pecudibus ac stirpibus: quorum flatu nimij temperantur calores, & ab eisdem maritimi cursus celeres & certi diriguntur. Attic. 282 a, Etesiarum diebus auster me in Italiam retulit & 90 b, Rhodo Athenas euntibus. Etesias valde reflare posse. Epistola. 108 b, In Græciam desperata libertate rapiebar, cum me Etesiæ prosequi noluerunt, austerque aduersus maximo flatu me Rhegium retulit. Episto. 26 b, Ego nisi quid me Etesiæ morabuntur, celeriter vos videbo. Oratore. 211 a, Hoc motu radiantis Etesiæ in vada ponti.

ETHOLOGVS, gi. de Orator. 131 a, Vitanda est minorum ethologorū similitudo.

ETRVSCI, *populi.* de Diu. 114.

ETIAM, *& item, vel.* Epist. 142 b, Authoritate tua nobis opus est, & consilio, & etiam gratia. Epistol. 48 b, Vno te vicimus, quod te Marcelli collegæ tui salute paulo antequam tu, cognouimus, etiam mehercule, quod quemadmodum ea res ageretur, vidimus. pro Dom. 220 Adoptat annos viginti natus etiam minor Senatorem. Quint. frat. 388 a, Cum multa maledicta versus etiam obscœnissimi in Clodium dicerentur. de Orator. 88 b, Erat etiam Metrodorus, &c. Attic. 52 b, Cognoui te, &c. etiam, &c. eundemque te, &c. de Orato. 99 b, Etiam illa cognoram, &c. audieram etiam, &c. quin etiam, &c. I.V. 256 b, credo haice tabellas ei nihil profuturas, etiam plus suspicionis in eo crimine futurum. Or. 220 b, Vt ea qui vtantur, nō stulti homines haberi possint, etiam plerumque prudentes. *hoc etiam pro imo.* I.V. 19 a, Facinus fortasse adhuc in nullo etiam vindicatum. de Cl. 389 a, Voce, motu, forma etiam magnifica. de Cl. 189 a, Orato. probabilis, iam verò etiam probatus ex hac, &c.

ETIAM, nunc. *nunc etiam, etiam num, adhuc, etiam, tum, etiam cum.* Atti. 48 a, Aut ad te conferam me, aut etiam nunc circum hæc loca commorabor. Attic. 43 a, Me etiam nunc istorum beneficiorum expectatio hic tenet. Att. 131 a, Da operam, si vlla ratione etiam nunc efficere potes, vt explices Orat. 207 b, de materia loquor orationis etiam nunc, non ipso de genere dicendi. pro Mur. 130 a, Etiam nunc statuere non possum vtrum, &c. Ep. 76 a, & 170 a, Quod etiam nunc corrigere possum Att. 29 a, Sed tota res etiam nunc fluctuat Epist. 165 a, Etiam nunc Balbus in prouincia esset. & I.V. 105 b, & de Or. 109 a, & Att. 137 b, Ep. 41 a, 76 a, 149 b, 210 a, I.V. 128, Cum isti etiam tū de Sthenio in eyra tota res esset. pro Arch. 189 a, Etiam cū, &c. I.V. 107 a, Quærimus etiam quid, &c.

ETIAMSI *etiam si, quamuis, licet.* Att. 106 a, Ego bonos viros sequar, etsi ruent. de Fin. 128 b, Etiamsi id assequi nequeas, tamen, &c. At. 240 b, Etiam vt nullum periculum sit, &c. Epi. 14 b, etiamsi non in nos is esset, qui est Ep. 178 a, Tuis enim opibus, etiamsi timidi essemus, tamen omnem timorem abijceremus.

ETIAM, atque. *magnopere, magis ac magis, magis magisq;* pro Pom. 15 a, De qua, vt arbitror, illi ipsi, qui minantur etiā atque etiam, quid liceat, considerabunt. At. 131 a etiam atque etiam te hortor, vt, &c. I.V 62 a, Vide modo, etiam atque etiam cōsidera. I.V. 60 b. Tu quē admodum existimes, vide etiam atque etiam. Epi. 83 a, Etiam atque etiam puto, &c. Q. fr. 301 b, Te vehementer etiam atq; etiā rogo. Att. 133 b, Etiam atque etiam se auertere, &c. de Di. 81 a, Diligenter etiam atque etiam facere aliquid.

ETIAM. *affirmantis aduerbium.*)(*Non.* Ac. 24 b, Omne quod ita disiunctum sit, quasi aut etiam aut non modo verum esse, sed etiam necessarium. Aca. 26 a, Vt sequens probabilitatem vbicunque hæc aut occurrat aut deficiat, aut etiam aut non respondere possit.

• Et quidem. Cic. de Di 130 b, Et quidem cur ita opinetur rationem subijcit. Certe in quam absolutus est, me præsente, pronūtiatum est, & quidem omnibus ordinibus, sed & singulis in vno quoque ordine sententijs. Epist. 312 b, Et quidem duo fuerunt, &c. Cic. de Cla. 191 b, Duo millia iugerum et assignasti, & quidem immunia Cicero. I. A. 168 b, & ibi a, Et quidem vide quam te amem. &c. & 169 a, Certa flagitii merces, nec ea parua. Philosophi nec ij quidem contemptissimi. Cic. de D. 139 a, & 137 b, Sed draconem loquentem visus est audire, & quidem quo maius sit, eum radiculam in ore teneret, locutus est. Atque etiam me aspicis, & quidem, vt videris iratus. Cicer. L. A. 175 a.]

ETSI. *tametsi.* Attic. 128 Id enim etsi erat deliberationis, tamen obire non potui. Att. 76 a, Etsi in ipso itinere diffidebant tabellarij tamen surripiendum aliquid spacij putaui, ne me immemorem tui putares. Q. fr. 289 b, Etsi non dubitabam, quin, &c. tamen, &c. Etsi quamuis. &c. L. QVAMVIS.

☞ Syntaxis. *Etsi quamuis.* Aduerte, quamuis, vocem formè redundantem.

ETVERO ETIAM. *id est, atque etiam.* L. VERO.

☞ Syntaxis. *Et etiam. In aula adhuc etiam versum. Etiam nunc mecum! Etiam nunc non possum. Etiam tum illo docebat. Etiam si nobis dicas. Etiam vt neges, dabo.*

ET VERO L. VERO.

ETIMOLOGIA, giæ. *notatio ἔτυμον, vocabulum.* Academ. 45 a, Verborū etiam interpretatio probabatur, qua de causa quæque essent ita nominata, quam etymologiam appellabant. Topic. a 23 b, Ἐτυμολογία, idest, verbum ex verbo, veriloquium: nos autem nouitatem verbi non satis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus, quia sunt verba rerum notæ.

ETYMON. Ep 291 a, Docui enim te fides ἔτυμον, quod haberet.

EVADO, dis *fo.* I.V. 184 a, Tu eiusmodi euasisti, in furis & diuisoris disciplina educatus. de Clar. Ora. 193 a, In dicendo pauci digni nomine euadunt. & 176 b, Is perfectus Epicurus euaserat & 18 a, Is simili ratione summus euaserat. de Orato. 95 a, Quos iudicabat non posse oratores euadere. de Leg. 178 b, Sed nimis sæpe secus aliquos videmus euadere. Quin. de Pet. 210 a, Minutatim ex communibus proprij euadūt Or. 105 b, E Philosophorum scholis tales fere euadūt. de Finibus. 121 b, Ex his angustijs illa euaserunt deteriora. de Finib. 124 a, Quæ curius dum sibi euelli ex ordine nolunt, horridiores euadunt, asperioris, duriores & oratione & moribus. Attic. 277 b, Bibulum noli dimittere ex sinu tuo, tantum iam virum, ex quanto, crede mihi, potest euadere, qui vestris paucorum respondeat laudibus.

• * Att. 92 b, Sumpto iam nepos euadit Seaptius

¶ *Aufugio, euolo, exeo.* Tusculan. quæstio 257 a, Accedit vt eo facilius animus euadat ex hoc aere, eumq; perrumpat. quod, &c. de D 118 a, Ægrotus euasit ex morbo, nauis euasit ex periculo, exercitus euasit ex insidijs. Tusculano. 169 b, Euadere ab improbis iudicibus. I.V. 78 b, Euadere ex iudicio. & emergere. L. EMERGO. de Sen 93 b, Cū animus ex corpore euasisset. I.C. 104 b, Abijt, excessit, euasit, erupit. de N. 45 a, Ex abditis sedibus euadere in loca clara.

¶ *Erumpo, irrum.* pro Cæl. 51 b, Euasissent subitò ex balneis mulieris amici: *id est, erupissent.*

¶ *Euenio, cado.* de Diuinat. 233 b, Aliquando id quod somniamos euadere. de Diu. 138 b, Cum eadem somnia & alijs aliter euadant, & ijsdem non semper eodem modo. & ibid. Cui somnium euasit. de D. 131 a, Multa vera, inquit, euadunt. & ibid. Aliquid sicut prædictū est, euadere. Att. 234 b, Nihil ante de profectione constituam, quàm ista, quo euasura sint, video. Atti. 153 a, Antea videamus, hoc quorsum euadat. Att. 261 b, Quoad audiamus hæc, quæ commota sunt, quorsum euadant.

☞ Syntaxis. *Ille eiusmodi euasit. Dignum in dicendo euadere. Euasit ille perfectus, summus. Ex sudicio euadere. & emergere. Euasit Abijt, excessit, euasit.* synonyma perpende per gradus potestatum. *Illud euadet verum.*

EVAGOR, aris. Off. 10 a, Nam qui appetitus longius euagantur, & tanquam exultantes siue cupiendo, siue fugiendo, non satis a ratione retinentur, hi sine dubio finem & modum transeunt.

EVANESCO, scis *vanesco, a tumulum recedo, è conspectu omnium me aufero, exarcesco, obsolesco in nihilum occido.* de Orato. 127 b, Omnis eorū memoria sensim obscurata est & euanuit. Attic. 43 b, Sin, vt scribis, illa euanuerint, aliud videbimus. Attic. 44 b, Posteaquam extenuari spem nostram & euanescere vidi. Attic. 287 a, Non modò reliqui temporis gloriam eripueris tibi, sed etiam præterita euanescere coges. Tusculan quæstio. 245 a, Nam Pyrrhonis & Herilli sententiæ euanuerunt. de Diuinat. 83 a, Potest autem vis illa terræ euanuisse vetustate. de Diui. 132 b. Hoc loco cum vigerentur, euanuisse aiunt vim lutatius. de Diuin 132 b, De vino aut salsamento putes loqui, quæ euanescunt vetustate. de Clar. orat. 193 b, Cum iam pene euanuisset Hortensius.

EVANGELIA, *præmia quæ dantur ob secundum nuncium, & supplicationes quæ ob rem bene gestam decernuntur.* Attic. 24 a, Primum, vt opinor, εὐαγγέλια. Attic. 29 a, Epistolis tuis εὐαγγέλια, quæ reddam nescio. & 218 a, Iliane nunciat Brutus illum ad bonos viros εὐαγγέλια. sed vbi eos: nisi forte se suspendit.

EVASVRVS, a, um. At. 113 b, Hæc intelligentur, quorsum euasura sint.

EYKAIPIA. L. OCCASIO & OPPORTVNE & OPPORTVNITAS.

EVCHIVS, chi. *Bacchus* L. BACCHVS.

ΕΥΧΡΗΣΤΗΜΑΤΑ. L. COMMODAT.

EVCLIDES. *Socratis discipulus Megareus.* Acad. 32 b.

EVDAEMON, onis. *id est, Arabia.* Att. 147.

ΕΥΔΟΞΙΑ. L. FAMA.

EVECTVS, a, um. *sublatus.* de Cl. 169 a, Vt semel è Piræo eloquentia euecta est. I.V. 86 b, Signa plurima euecta asportataque.

EVELLENDVS, a, um. pro Sest. 10 a, Consules non modò ex memoria, sed etiam ex fastis euellendi.

EVELLO, lis. *extirpo.* de Diuina 139 a, Timidè fortasse signifer euellebat, quod fidenter infixerat pro S. R 19 b, Hunc mihi ex animo scrupulum euelle. Att. 165 a, Euellere radices. pro Sest. 16 b, & de Orat. 143 a, Euellere linguam alicui. Orato. 205 b, Inserere nouas opiniones, & euellere insitas. de Or. 104 b, Tamen omnem eorum importunitatem ex intimis mentibus euellisset vi orationis tuæ.

• EVELLOR, ris. de Fin. 85 a, Euelli iussit hastam. * Tusc. 221 b, Quæ euellenda, & ex radicanda penitus sunt.]

☞ Syntaxis. *Aliquem ex memoria euellere. Scrupulum ex animo euellere.*

EVENIO,

EVENIO,nis. *euado, obuenio, cado, fio, obtingo, conficior, accidit, vsu venit, procedo, exitum habeo, intercedo.* de Diuinat. 119 b, Omnia ferè contrà ac dicta sunt, euenere. & 86 a, Auspicia quæ alicui secunda euenerunt. de Diuinat. 106 a, Vt cum euenerit, ita cadet, vt prædictũ sit. pro Q. 8 b, Nam quid homini potest turpius accidere? quid verò miserius aut acerbius vsu venire? quod tantum euenire dedecus? Tuscu. 266 a, At certe ei melius euenisset. Epist. 93 a, Timebam, ne euenirent ea quæ acciderunt. I. C. 124 a, Idem ego sum precatus, vt ea res vobis fauste, feliciter, prosperèque eueniret. Epist. 44 b, Velim tibi prospere euenire quæ facta sunt. pro Sest. 19 a, Quibus vtinam ipsius euenissent ea, quæ sum homines precabantur. de Nat. 59 b, Magnus viris prospere eueniunt semper omnes res. & 76 a, Multis bonis male euenire, multis improbis optime. de Diui. 219 a, Quota enim quæq; res euenit prædicta ab his? & 120 a, Alia Romæ, alia Tusculi euenit sæpe tempestas. de Orat. 129 a, Forte euenit, vt in Priuernati essemus. de Inuent. 52 b, Quæri soler, quid ea quaque re euenerit, eueniat, euenturumque sit. & 54 b, Quare euenit, vt res &c? *idest, quare fit.* de Inu. 46 b, Quod eueniet, si facies, &c. Atti. 255 b, Id euenit ob eam rem, quòd, &c. pro Plan. 262 a, Nihil vt plerunque euenit, præter opinionem accidet. de Finibus. 60 a, Incommoda, quæ eueniunt improbis, Atti. 285 a, Nihil nobis aduersi euenise putetis. Epi. 23 a. Ex quo
● vereor, ne idem eueniat in meas literas. * Epist. 195 b, Eam rem tibi volo bene, & feliciter euenire. Episto. 130 a, Emptionem feliciter euenire volo. Tusculan. 149 b, Ergo & hi quibus euenit tam vt mœrerentur, & his quibus euenturum est, miseri.]

EVENTVRVS, a, um. de Diuinat. 80 a, Vt prædici possit, quicquid cuique euenturum, & quo quisque fato natus sit. de Diuina. 130 a, Nescire ea, quæ euentura sunt, melius est quam scire. Tuscu. 149 b, Illi quibus iam euenit vt mœrerentur, & quibus euenturum, miseri. de Nat. 49 b, Ex quo euenturum nostri putant, vt ad extremum omnis mundus ignesceret.

☞ Syntaxis *Alicui, & in aliquem ad aliquid euenire.*

EVENTVM, ti. *euentus, exitus, casus, vel fortuna.* de Di. 82 b, Rerum euenta magis arbitror quàm causas quæri oportere. Topic. 226 b, Causarum cognitio cognitionem euentorum facit. Attico. 137 b, Causæ euentorum magis mouent quàm ipsa euenta. pro Milon. 122 b, Hoc plerique facimus, vt consilia euentis ponderemus: & cui bene quid processerit, multũ illum prouidisse, cui secus, nihil sensisse dicamus. de Diuinat. 129 a, Chaldæorum prædicta quotidie re, & euentis refelluntur. I. P. 100 b, Non euentis, sed factis cuiusque fortunam ponderari. Epistola octaua a, Ego te ex nostris euentis communibus admonendum putaui. & 68 a, b, Vt e continentibus tuis scriptis secernas hanc, quasi fabulam rerum euentorumque nostrorum. *sæpius plurativo numero.*

EVENTVS, tus. *euentum, exitus, casus.* de Iouen. 51 b, Euentus est alicuius exitus negocij. Att. 142 a, Consilia ex euentu non ex voluntate à plerisque probari solent. de Orato. 114 a, Consilia primum, deinde acta, postea euentus. pro Quint. 13 b, Spem maleficij præsentis in incerto reliqui temporis euentu collocase. pro Rab. 93 b, Hatum rerũ non solus euentus atque perpessio, sed etiam expectatio indigna homine libero est. de Aruspi. 244 b, Scipio Carthaginem quasi fatali euentu solus euertit. pro Corn. 56 b, Ipse casus euentusque rerum, non duces, sed comites eius consiliorum erunt. I. A. 295 a, Sed spei fructum rei conuenit & euentui reseruari. de Legib. 178 b, Sceleris est pœna tristis, & præter eos euentus qui sequuntur, per seipsa maxima est. de Diuina 92 b, Mihi à peritis in Asia prædictum est fore eos euentus rerum qui acciderunt. de Diuinat. 113 a, Si ab adolescentia scisset, quos euentus senectutis esset habiturus. de Orator. 95 a, Euẽtum dicendi ex sententia procedere. & 94 b, Varios euentus orationis pertimescere Attic. 139 a, Fortiter ferre aliquem euentum. Epistol. 93 b, Nunc nihil timeo, & ad omnem euentum paratus sum. ad Herenn. 26 b, Qui sciunt, quid alijs acciderit, facile ex aliorum euentibus suis rationibus possunt prouidere. I. C. 100 b, Ab euentu suo ista subsellia vacua facta sunt. *id est, ab euentu.* de Diuinat. 82 b, Signifi-
● catione euentus. * Epistula. 114 a, Mea comitia quem euentum habitura sint nescio.]

☞ Syntaxis. *Euentus est exitus.* habes hic genus. *Casus euentusque*

EVERRICVLVM, li. *retis piscatorij genus, à verrendo dictum.* in Verr. 212 a, de Natura. 75 a, In euerriculum malitiarum omnium iudicium de dolo malo.

EVERSIO, onis. *ruina, casus, pernicies.* de Fini. 131 a, Quæ sine dubio vitæ sint euersio. de Sen. 85 a, Hinc rerum publicarum euersiones. I. A. 153 b, Euersio illius exectatæ columnæ. de Ar. 244 a, Inferre euersionem tectis atque agris. Ac 25 a Omnis vitæ euersio.

EVERSOR, oris Par. 259 b, Ciuis euersor ciuitatis. pro Sestio. 5 b, & pro Dom 133 a, Euersor huius imperij.

EVERSVS, a, um. pro Sest. 10 b, Vrbs excisa & euersa. Art. 76 b, Euersam in perpetuum prouinciam nos inuenisse sciro. pro Quint. 15 b, Aliquis afflictus, euersus.

EVERSVS, sa, sum. *ab euertor, euerteris, vt apparet.* I. Vert. 119 b O Verrea præclara, &c. quod fanum denique, quod non euersum atque extersum reliqueris?

● EVERRO, ris. I V. 119 b, Quod fanum non euersum, atque extersum reliqueris?]

EVERTO tis *exturbo, euersionem confero.* Atti. 283 b, Lepido statuam in rostris statuimus, ijdem illam euertimus. pro S. R 37 b, Sed hunc funditus euertit bonis. Acade. 6, Vt reimetiamus eam definitionem, quam Philo voluit euertere Ora. 208 a, Sua confirmare, aduersaria euertere de Finibus 81, Ista præcepta quæ probas, funditùs euertunt amicitiam de Arusp. 244 a, Scipio solus Carthaginem euertit. Atti. 16, Ille annus duo firmamenta reipub. per me vnum constituta euertit. pro Dom 220 a, Funditus euertisti ciuitatem. de Ora. 99 a, Qui duorum scalmorum naniculam in portu euerterit. Parad. 119 a, & de Finib. 123 b, An si nauem euertat gubernator, an paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil interest. de Cl. 164 a, Huius vita & mores omnem commendationem ingenij euertunt Epist. 61 a, Is me decreuerat non iudicio atque disceptatione, sed vi atque impressione euertere. Atti. 261 a, Is quantum in ipso fuit, rempub. euertit. in V. 85 a, Euertere aliquem omnibus fortunis de Fin. 91 a, Quasi virtutis lumen extinxeris, & virtutem penitus euerteris. I. P. 98 a, Euertisti miseras funditus ciuitates.

EVERSOR, ris. de Am. 100 b, Nulla domus tam stabilis, nulla ciuitas tã firma est, quæ non odijs atque dissidijs funditus possit euerti.

☞ Syntaxis. *Vi aliquem, & impressione euertere. Omnibus fortunis aliquem euertere.*

EVESTIGIO. *repentè.* Epistola. 56 a, Euestigio eò sum profectus prima luce. in Verr. 56 b, Sed repente e uestigio ex homine, &c. factus est Verres.

EVICTVS, a um. I. V. 76 b, Verres tam nefarijs criminibus, tam multis testibus euictus.

EVIDENS tis. *clarus, apertus, perspicuus, dilucidus.* Aca. 5 b, Plerique definitiones euidentium rerũ non improbant. & 12 a, Euidentes perspicuæ res de Nat. 61 b, Euidens est, de quo inter omnes conueniat. & 26 b, Quid enim est hoc euidentius? de Amic. 101 a, Quod in homine multo est euidentius Top. 229 b, Narratio euidens. *idest, dilucida.* de Vn. 200 b, Mensura euidens.

☞ Syntaxis. *Euidens & perspicuum.*

EVIDENTIA tiæ *perspicuitas.* Academ. 5 b, Nihil est clarius ἐνάργεια, vt Græci perspicuitatem, aut euidentiam nos, si places, nominemus. & ibid. Sed tamen orationem nullam putant illustriorem, ipsa euidẽtia reperiri posse.

EVIGILATVS, a, um. Att. 148 a, Honesta atque expedita tua consilia, quàm euigilata tuis cogitationibus.

EVIGILO, as, *vigilo, incumbo, elaboro.* Parad 118 b, In quo euigilarũt curæ & cogitationes meæ. Att. 282 a, Messala tanta est industria, tantoque euigilat studio, vt, &c.

EVISCERATVS, ta, tum, *visceribus, exemptus, confessus, discerptus.* de Diu. 136 a, Euiscerata, inanima, cum animali sono. ex Pacu. I. P. 80 b, & Tuscu. 171 b, Vt tu vipiam saxis finis aspera, euisceratus latere penu
● dentes, vt ast ille saxa spargens tabo. * Tusc. 179 b, Euisceratum corpus lacerari patsis.]

EVITANDVS, a, um. Orat 216 a, Vt versum fugimus in oratione, sic ij sunt euitandi continuati pedes.

EVITATIO, nis. ad Her. 6 b, Euitatio incommodorum.

EVITO, as *vito, effugio.* de Finibus. 129 a, Ne vitationem quidem doloris ipse per se quisquam in rebus expendendis putauit, ne sic etiam euitari posset.

EVITAVI, vitam. *idest, vitam eripere, auferri.* de Orat. 163 a, & Tusen. 176 b, & 200, Hæc omnia vidi inflammari. Priamo vi vitam euitari.

EVLOGIVM, gij. L. EVLOGIVM.

EVMENIDES *furia.* de Natura. 68 b, Eumenides, quæ si deæ sunt, quarum & Athenis fanum est, & apud nos, vt ego interpretor, lucus feriæ, furiæ deæ sunt, speculatrices credo & uindices facinorum, & sceleris.

EVMOLPIDAE. de Le. 177 a, Quid ergo aget Inachus, Eumolpidæque vestri & augusta illa mysteria? si quidem sacra nocturna tollimus.

EVNVCHVS, chi. *exectus, castratus.* Orato. 220 a, Eunuchi e Syria Ægyptoque.

EVOCATIO, onis. ad Her. 19 b, Euocationes hominum.

EVOCATOR, oris I. C. 101 b, Euocator seruorum & ciuium perditorũ.

EVOCATVS, ta, tum. *miles auxiliarius & externus, ex diuersis locis conductus.* Ep. 244 a, Euocatorum firma manus. & 162 a, & 34 b

¶ *Accersitus.* de Fin. 85 b Probitas præmiorum mercede euocata. pro Deiot. 151 a, Misericordia tua occurrere solet supplicibus, nullius oratione euocata. Att. 119 a, Non expulsi, sed euocati e patria. pro Deiot. 146 a, Et venis vel accersitus, vt socius, vel euocatus, vt is qui senatui parere didicerat.

EVOCO, as *elicio, exuscito, excito.* in Ver. 81 b, Verres statim Messana literas dedit, Dionem euocauit. de Orato. 141 a, Iuuenes stant ad ianuam duo, qui te magnopere euocant. Attic. 38 a, Sic te euocabam, vt nihil acrius.

EVOCOR, ris. in Verr. 162 a, Ita Agyrio quinque primi accitu istius euocantur.

EVOLO, as. *auolo, effugio,* I. V. 253 a, Euolarat iam è conspectu ferè fugiens quadriremis. I. V. 78 b, & pro Mus. 143 b, Confringat iste sanè vi sua consilia senatoria, quæstiones omnium perrumpat, euolet ex vestra tenesitate. Epi. 190 b, Quin hinc ipse euolare cupio. pro Dei. 149 b, Vbi id quod tuus est atque nostrum, impune euolare potest. de Cl. 190 a, Itaque tantos processus faciebat, vt euolare, non excurrere videretur. de Leg. 165 a, Aquila euolauit ex arbore. I. A. 193 b, Liceat ex hac flamma euolare. de Som. 127 b, Qui ex corporum vinculis tanquam ex carcere euolarunt. de Diu. 103 b, Quorum animi spretis corporibus euolant, & excurrunt foras. pro Sest. 8 b, Consul ex animatus euolate Senatu. de Orat. 58 a, & 150 b, Tantus cursus verborum fuit, & sic euolauit oratio, vt, &c.

¶ *Ascendo.* Episto. 7 b, Quem illi esse in principibus facilè sunt passi, euolare altius certe noluerunt.

¶ *Vito, effugio.* de Pro 17 b, Quam pœnam tum euolauerunt.

☞ Syntaxis. *Euolat manu. Euolare & excurrere foras. Cursus verborum & euolans oratio.*

EVOLVENDVS, a, um. de Finibus 63, In poetis euoluendis tempus consumere.

EVOLVO, vis. *explico.* pro Cl. 49 a, b, Cuius ego criminis neque principium inuenire, neque euoluere exitum possum. Off. 67 a, Si quis voluerit animi sui complicatam notionem euoluere. In Ara.

Quare ego nunc nequeo totos euoluere cursus.

Att. 146 a, Totam hanc deliberationem euoluis accuratius in literis v iii. cal. Mar. datis. Top. 221 b, Euoluere id quod inuolutũ est.
¶ *Expendo animo.* Tusc. 153 b, Euolue diligenter eius librum, qui est de animo. Aca. 28 b, Euoluere naturam omnium rerum. Att. 145 a, Euolui volumen Epistolarum tuarum.

EVOLVTIO, onis. *lectio.* de Fi. 53 b, Quid historiæ cognitio? quid poetarum euolutio? quid tanta tot versuum memoria voluptatis affert?

EVOLVTVS, a, um *absolutus.* de Or. 141 a, Aliquando re euolutum mãdatumque video illis integumentis dissimulationis tuæ.

EVOMO, mis. *foras proiicio.* I.C. 104 b, Quod tantam pestem euomuerit, forasq; proieccerit. de Na 51 a, & I.A. 198 a, Cõchas cõcoquere, & eas postea euomere. pro Milo. 116 b, Non vereor, ne odio inflammatus hæc in illum euomere videar. de Amicitia. 122 b, Apud aliquem euomere virus acerbitatis suæ. I.P. 99 a, In quo tu accepta tamen deuorata pecunia. Vticanorum centum talenta euomere non poteras.

☞ Syntaxis. *Euomere, forasque proiicere. Euomere pecuniam, &c.*

EVPHRATES, tis *flumen.* de Na. 52 b, Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates in quam quotannis nouos agros inuehit.

EVRIPIDES, dis. Epi. 259 a, Ego singulos Euripidis versus, singula eius testimonia puto.

EVRIPIDEVS, dea, deum. Tusc. 203 a, Euripideum carmen.

EVRIPVS, pi. de Legi. 269 b, Ductus aquarum, quos isti euripos vocãt. de Natu. 64 a, Quid Chalcidico euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius? pro Muræ. 132, Quod fretum, quem euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum? L. NILVS.

EVROPA, pæ. *e tribus mundi partibus vna, sed minor.* de Natu. 64 b, & pro Flac. 159 b.

Europam Lybiamque rapax vbi diuidit vnda.

EVROTAS, tæ. *fluuius.* Tusc 182, 247. de Inu. 74. Att. 242.

EVRVS, euri. *ventus ab ortu flans, inter Subsolanum & Nothum* Att. 25 a.

EVVLSIO, onis de Natura 71 a, Æsculapius primus dentis euulsionem inuenit.

EVVLSVS, a, um Att. 239 b, Excisa est arbor, non euulsa: itaque quàm fructificetur vides.

ΕΥΘΥΜΙΑ. *animus terrore liber.* de Finibus. 145 a, Democritus ex illa vestigatione naturæ consequi volebat, vt esset bono animo: id enim illi summum bonorum εὐθυμίαν, & sæpe ἀθαμβίαν appellant, id est, animum terrore liberam.

ΕΥΤΑΞΙΑ. L. ORDO, COLLOCATIO, DISPOSITIO.

EVXINVS, *pontus.* de Ora. 99 a.

EX, *præpositio, vires habens diuersas, nimirum dictionum, &c.*

¶ *Ab.* Epist. 137 a, Ex aliquo scire & aliquo quærere. pro Quin. R. 46 a, C. Piso ex aduersarijs pecuniam non peteret. Episto. 177 a, Ex hoc pendere totum negotium, vt plurimum lucri fiat. Att. 159 b, Ænigma Opicorum ex Velia. Or. 65 a, Pater sæpe ex filio est nominandus. Epi 34 a, Ex literis tuis intellexi. Att. 252 b, Ex Zenone cognoscam. Or. 107 a, Rhetoricam quasi ex altera parte respondere Dialecticæ. Att. 125 b, Accepi tuas literas, ex quibus cognoui, &c. Ex eadẽ parte eodem in genere. de Inu. 45 a, * I. V. 65 b Hoc onus non ex meo, sed ex meorum necessariorum tempore suscipiendum putarem.]

¶ *Post.* Att. 117 b, Diem ex die expectare. I. V. 18 b, Ex interuallo regustare aliquid. I.A. 205 b, Res ex cal. Ian. agitata, paulo ante confecta est. I.A. 262 a, Ex cal. Ian. ad hanc horam vigilaui. Epi. 259 b, Vereor, ne ex cal. Ian. Magni tumultus fint. & 214 b, Negocia mea quæ sunt in Achaia, ex eo quod hæres sum M. Mindio. Att. 138 b, Ex ea die Septentriones venti fuere. pro Quin. 4 a, Ex eo tempore res esse in vadimoniũ cœpit. At. 251 a, Sumptus ex cal. Apri. ad H-S. LXXX. accommodatur pro Domo. 227 a, Ex cal. Ian. quoad perfecta res est, de me retulisti. Att. 76 b, Futurus sum extra vrbem ex Idi. Ian. I.A. 153 a, Nec verò vsquam discedebam ex eo die, quo in ędem Telluris conuocati sumus. de Cla 194 b, Cotta ex consulatu profectus est in Galliam. I V. 71 b, Tribum militares ex cal. Ian. Non iudicabunt. contra Rul. 77 a, Infinito ex tempore non ut antea ab Sylla & Pompeio Coss. Offic. 42 b, Ex qua ætate qui exercentur, laude affici solent pro Sest. 3 a, Si quis antea iudices mirabatur, &c. ex hoc tempore miretur potius, &c. pro Dom. 131 b, Tantum ex vetere illa coniuratione odium continebat.

¶ *Propter.* Att. 24 a, Ex literis alicuius aliquem in amicitiam recipere. Epist. 32 b, Ex illius sermone ad te scribam plura. pro Fon. 279 a, Aliqui ciuilibus studijs atque ex obtrectatione domestica inimici. de Cla. Or. 190 b, Ex te nos duplex afficit solicitudo. pro Rab. 126 a, Demetrius & ex repu. Athenis, quam optime digesserat, & ex doctrina nobilis & clarus. pro S. R. 32 a, Quæ mihi iste visus est ex alia oratione declamare. Off. 66 a, Ex alterius inscitia prædari. At. 128 b, Ex literis Pompeij non dubitabam, quin, &c.

¶ *Circa.* Off. 32 a, Ea virtus quæ constat ex hominibus tuendis. *id est, ex societate generis humani.* & 16 a, Quanquam hæc quidem res, non solum ex domestica ratione est, attingit enim & bellicam.

¶ *In.* Off. 38 a, Alexander Pheræus ex insidijs interijt. & 57 a, Ex insidiis capi. de Clar. 173 a, Spurius doctus ex disciplina Stoicorum. pro Mur. 142 a, Fuit eodem ex studio vir eruditus apud patres nostros. Q. Tubero. Tus. 139 b, Ex turri alta concionari.

¶ *Per.* de Inuens. 57 b, Ex se intelligi propositio dicitur, cum approbationis non indiget. de Inuent. 45 a. Ex se & ex natura considerare aliquid & ibid. Ex se nihil firmi dare ad recusationem. de Nat. 32 a, Ipsum ex se sua sponte moueri. & 31 a, Quæque ipsa ex se genera stirpibus continentur.

¶ *Iuxta.* pro Quint. 5 b, Ex sponso agere. pro Quin. 8 b, Ex Officij ratione, atque ex omnium consuetudine factum alicuius considerare. de Na. 75 a, Quæ ex empto aut vendito, conducto aut locato fiũt. Par. 247 b, Fides ex fortuna ponderanda non est. pro Sext. Ro. 7 a. Ex vnius iudicio factum alterius considerare. pro Quin. 1 b, Si ex operibus, non ex veritate causa pendetur. de Orator. 153 b, Ex iure ciuili surculo defringendo vsurpare possessionem amissam. pro Muræ. 119 b, & 131 a, Ex iure manu consertum pro Cluen. 39 a, Iudex qui non ex lege sedisset. pro S. Ros. 22 b, Ex sua natura cæteros fingere, de Ar. 248 a, Domus mea ędificatur ex autoritate Senatus, pecunia publica. Attic. 173 b, Facis ex tua dignitate & e repub. & 91 a, Statues, vt ex fide, fama, reque mea videbitur. de Diuina. 90 a, Somnia, quæ Magi Cyro interpretati sunt ex Dionysij Persici libris. Atti. 811 b, Te ex sententia nauigasse gaudeo. pro Corn. 67 b, Nauigium ex tempestate moderari. de Ora. 121 a, Non ex reis, sed ex rebus numerare causas. pro Q. R. 52 b, Non ex pactione verborum, sed ex malitia & perfidia dij hominibus irasci solent. pro Qu. R. 54 a, Ex iurisperitorum consilio & autoritate restipulari ab aliquo. de Inuen. 56 a, Ex lege iurati iudices iudicent. de Inuen. 55 b, Ex legibus optime resp. administratur. de Inuen. 35 b, Ex vtilitate communi leges interpretari, non ex scriptione quæ in literis est. & ad vtilitatem communem. de Inuẽ. 44 a, Ex ore alterius loqui. Tuscula. 160 b, Ex quo. ad Heren. 5 b, Ex testamento iuberi, & ex plebiscito vetari aliquid facere. ad Her. 25 a, Ex arte scribere. de Inuent. 44 a, Ex arte dicere. Tusculan. 225 a, Ex præceptis sapientium viuere, *id est vt præcipiunt sapientes.* Episto. 31 b, Atque me e. tuis mandatis monuit. Epist. 146 a, Ex re & ex tempore constituere aliquid. & 185 a, Ex opinione hominum scribo quæ scribo. Tusculan. 134 b, Ex aliqua re spectare aliquem. *id est æstimare.* Antequam. 197 a, Quæcunque administraui, ex vestra autoritate, & patrum conscriptorum voluntate feci. I.P. 86 b. Illud etiam accidit præter optatum meum, sed valde ex voluntate. contra Rul. 79 a, Ex sua voluntate facere, &c. I.V. 65 b. Duo consules erunt ex illius voluntate. de Orato. 92 b, Ex communi quadam hominum opinione dicere. Atti. 111 b, De quibus ante ad te falsum ex Torquati literis scripseram. & 167 a, Atque hoc poteris ex superioribus meis literis recordari. & 151 a, Tu ex meis literis quando respondeas meditare. Quint. fra. 506 b, Noli, inquit, ex taciturnitate nostra Lupe quid aut probemus aut improbemus, iudicare. Quin fr. 306 a, b, Ex superiorum temporum conuicijs, ex præsenti silentio, quid Senatus sentiret, se intelligere dixit & 300 a Zeuxis, quem ego & ex suis ciuibus & ex multis alijs quotidie magis cognosco nobiliorem esse prope, quàm ciuitatem suam. pro S. R. 21 a, Spero ex hoc ipso non esse obscurum, ad quem. &c.

¶ *Insuper numeri, copiæque rationes.* de Orato. 93 b, Ex magna hominum frequentia dicere iubebat, si quid quæreret. Epistola. 2 b, Treis legatos ex iis qui priuati sunt, &c. I.V. 132 b, Nihil ex sacro, nihil de publico attigis. Offi. 39 b, Honestum illud maxime perlucet ex iis quas commemoraui virtutibus. contra Rul. 70 b, Si vobis ex omni populo deligendi potestas esset. & ibi. Quem vnum ex cunctis elegissetis. Epist. 103 a, Is non ex istis. & ibid. Aulus vnus ex meis intimis de Legibus. 160 b, Ex tot generibus nullum animal est, &c. de Am. 108 a, Hunc ex maxime raro hominum genere iudicare debemus. de Ora. 98 b, Homo ex numero disertorum postulabat, &c. pro Ar. 180 b, Ex hoc esse hunc numero, quem, &c. Att. 280 b, Veterem ex tuis literis complexus sum. * Episto. 202 b, Is non quo sit ex istis, sed &c. I.V. 71 a. M. Crepereius ex acerrima illa equestri familia]

¶ *Materia.* pro Arch. 190 a, Ennius in sepulchro Scipionum constitutus ex marmore. I.V. 119 a, Statua ex ęre facta. & 216 b, Simulachrũ ex ære. & 214 a, Poculum ex auro. de D. 90 b, Alexander ex eo auro buculam faciendam curauit. de N. 67 a, Temperantia constat ex prætermittendis voluptatibus. de Vniuer. 197 a. Vinculorum idest aptissimum, quod ex se, atque de iis quæ astringit, maxime vnum efficit. Att. 207 b, Totam Academiam ex duobus libris contuli in quattuor. Parad. 124 b, Populus Romanus ex tantis vectigalibus iam pridem vix potest alere exercitum.

¶ *Mutationis.* de Opt. 244 b, & 245 a, Ex Græco, vel e Græco, vel à Græco conuersa oratio.

¶ *Recessus.* Ex vita, vel e vita, vel à vita excedere. L. AZCEDO.

¶ *Causa efficientis, & occasionis. Ex quo, quo, qua ex re, quocirca, vnde.* de Finibus. 52 a, Atomi ita feruntur, vt concursionibus inter se cohærescant. ex quo efficiuntur omnia. de Fas. 149 a, Ex quo facile intellectu est, verbis eos, non resistere. de Amicit. 100 a, Ex quo quantum boni sit in amicitia, iudicari potest. Officio. 8 a, Ex quo intelligi põt, nullum bellum, &c. de Diuinat. 93 a, Ex quo etiam Pythagoricis interdictam putatur. &c de Diuin. 77 a, Ex quo fictum est, vt rex, &c. de Diuina. 94 a, Ex quo illud est Calen, &c. Officio. 7 b, Ex quo illud, summum ius, summa iniuria. & 5 a, Ex quo fit, vt ager Arpinas, Arpinatium dicatur, &c. & ibidem. Ex quo, quia suum cuiusque fit, &c. quod cuique obtigit, id quisque teneat. de Na 4 b. Ex quo exsitis & illud, &c. Offi. 3 b, Ex quo animi magnitudo existit, &c. de Orato.
122 b,

122 b, ex quo quidam ferunt, &c. de Natu. 137 a, Ex quo etiam illud assequor, &c. de Clar. 169 b, Ex quo nulla suspicio est, &c. pro Mar. 133 a, Ex quo nemo erit, &c. ad Herenn. 6 a, Ex quo simul ostendebatur, quomodo, &c.

¶ *Loci.* pro Clu. Boni viri ex occulto interuenissent.

¶ *Tandem vim habet praepositionum Absque, Sine, Cum.* de Inu. 50 b, Ex tempore: *idest, subitò.* de Orato. 131 b, Illud egregium & ex tempore, Manui, lana, inquit, & coena. item: Itaque his de rebus ex tempore & coram. pro Arc. 159 a, Saepe ego hunc vidi cum literam scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus quae tum agerentur, dicere ex tempore. de Orato. 191 a, Antipater Sidonius solitus est versus ex tempore fundere. de D. 95 b, Alia autem subito ex tempore coniectura explicantur. Offic. 39 b, Capere consilium ex tempore. Ora. 105 a, Ridicula ex tempore ficta, non domo allata pro Flac. 153 b, Graecos ex tempore, quod opus sit, obsignare dixit. Att. 154 b, Quae partim parari & iam cogitari, partim ex tempore futura censes. de Inu. 97 b, Res ex tempore nata. Tusc. 141 b, & de Inu. 50 b. Ex tempore effutire, &c. Att. 86 b, Te enim sequor χεδιάζοντα: idest, ex tempore agentem.

Exactio, onis. *pensio, tributum, stipendium, vectigal.* Attic. 67 a, Ne extrema exactio nostrorum nominum expectetur. Epist. 164 a, Magno pondere auri coacto de publicis exactionibus, & 37 b, Illa acerbissima exactio capitum atque ostiorum. de Leg. 180 b, Exactio pecuniarum pro Do. 223 b, Quid operum publicorum exactio? quid inscriptio nominis tui?

¶ *Item expulsio.* de Or. 88.

Exacturus, a, um. Quint. de Pet. 212 a, Demonstres, quàm moleste feras, alius re id rebus exacturum esse persuadeas. *idest, quasi simulatè compensaturum.*

Exactus, a, um. *completus.* I. V. 85 b, Latonam iam ad pariendum vicinam temporibus exactis fuisse Delum. Tusc. 168 b, Eorum autè qui exacta aetate moriuntur, fortuna laudatur. & I. V. 239 b, Pater exacta aetate. I. C. 112 a, Tertia fere vigilia exacta.

¶ *Acceptus, de argento, scilicet debito.* de Nat. 77 a, Per praeconem vendidisse, exactaque pecunia dixisse, vt, &c.

Exacuendus, a, um. de Orat. 95 b, Ad vos exacuendos accommodaui orationem meam.

¶ *Expulsus.* de Or. 88 a, Quid exactis regibus.

Exacuo, is. *acuo, cohortor.* Atti. 198 a, Velim cohortere & exacuas Cloatium. de Legibus. 168 a, Cum homo exacuerit illam ingenij aciem ad bona diligenda, & reijcienda contraria. de Legibus. 188 a, Clodius ad statum nostrum labefactandum mucronem tribunitium exacuerit. Epistola. 158 a, Solicitudinesque meas quotidie magis tua merita exacuunt.

Exaduersus: *aduerbium, è regione, ex aduerso.* de Diu. 101.

Exaedificatio, onis *constructio, compositio.* de Or. 114 a.

Exaedificatus, a, um. de Leg. 178 b, In nostris sedibus exaedificatum templum Licentiae. Aca. 32 a, Ne exaedificatum quidem hunc mundum diuino consilio existimo.

Exaedificior, ris. *aedificor.* I. V. 245 a, Nauis publice gratis coactis fabris operisque imperatis exaedificari atque effici potuit. de Or. 98 a, Te rogo, ne grauere exaedificari id opus quod instituisti.

☞ Syntaxis. *Exaedificare, ac efficere.*

Exaequo, as *equo. aequalem vel parem facio.* I. V. 133 b, Iste omnia iura precio exaequauit, omnium rerum delectum atque discrimen pecunia sustulit. de Finibus. 92 a, Exaequare omnia. Epistola. 218 b, Sed vereor, ne quia complures tibi praecipue commendo, exaequare videar ambitione quadam commendationes meas. Attic. 62 b, Pecunia omnium dignitatem exaequat. ad Herenn. 30 b, Vt longitudo & plenitudo harum, multitudinem alterius assequatur & exaequet. in Arato. Exaequare vnum cum alio. de Amicitia. 109 b, Qui in amicitiae necessitudine superiores sunt, exaequare se cum inferioribus debent.

Exaequor, ris. ad Heren. 30 a, Pauci pluribus exaequari non possunt. Postquam. 203 a, Superiorem esse contra improbos minus est negocij, quam bonis exaequari.

☞ Syntaxis. *Pecunia omnium exaequat dignitatem. Exaequare se cum inferioribus, & cum datiuo.*

Exaggeratio, onis. *elatio.* Tuscula. 188 b, Exaggeratio quàm altissimi animi.

Exaggeratus, a, um. *erectus, cumulatus, amplus.* Par. 124 a, Qui animo excelso, & alto, & virtutibus exaggerato est. Or. 225 b, Alta & exaggerata oratio.) (*.humilis & abiecta.* de Cla. Or. 170 b, Haec posteriorum quasi exaggerata altius oratio I. C. 122 a, Benignitate deorum auctas exaggeratasque fortuna nox vna pene deleuit.

Exaggero, as. *amplifico, verbis aliquid magnum facio, augeo.*) (*.extenuo.* de Oratore 105 a, Virtutes, nisi istam artem exaggerasses, ne operam perdidissa. pro Planc. 274 a, At cum nimis ego magnum beneficium Plancio facio, &, vt ais, id verbis exaggero. de Orator. 135 b, Id complector, exorno, exaggero. & 152 b, Exaggerare & amplificare orationem. Officior. 19 a, Rem familiarem omni ratione exaggerare.

☞ Syntaxis. *Exaggeratus animus virtutibus. Exaggerare, & amplificare.*

Exagitator, ris. *vexator.* Oratore. 200 b, Plato exagitator omnium rhetorum.

Exagitatus, a, um *agitatus, vexatus.* Epist. 2 b, Vt in rebus multo ante quàm tu profectus es ab ipso rege, & ab intimis Pompeij clam exulceratis, deinde palam à consularibus exagitatis, & in summam inuidiam adductis ita versamur. pro Syl. 178 b, Colonorum dissensio, delata ad patronos est, cum multos annos esset exagitata. Orato. 198 a, Horum enim disputationibus, & exagitatus maxime orator est, & adiutus. Postq. 208 b, Causam Senatus exagitatam esse concionibus improborum de Som. 131 a, Nec in hunc locum nisi multis exagitati seculis reuertuntur: *idest, exercitis & agitati.*

Exagito, as. *vexo, diuexo, insector, exerceo, iacto.* de Orat. 148 a, Inuenti sunt, qui hanc dicendi exercitationem exagitarent atque contemnerent. Att. 12 a, Insectari & exagitare aliquem.

¶ *Tracto, commemoro.* Or. 210 b, Quod apud Lucilium scitè exagitat in Albutio Sceuola. Att. 41, Ne & meum moerorem exagitem, & te in eundum luctum vocem.

Exagitor, ris. Orato. 199 a, Quonam igitur modo audiretur Phryx Athenis, cum etiam Demosthenes exagitetur vt putidus?

☞ Syntaxis. *Res exulcerata & exagitata. Insectari & exagitare hostes. Exagitare suum moerorem.*

Exalbesco, scis. *expallesco, extimesco.* de Orator. 93 a, Equidem in me ipse saepe experior, vt exalbescam in principio docendi. & 165 b, Academ. 15 a, Tremere & exalbescere obiecta re terribili. de Finib. 131 b, Exalbescere metu.

Examen, nis. *apum congregatio.* Off. 31 b, Apum examina fingunt fauos. de Aru. 249 b, Si examen apum ludis in scenam venisset.

Examinandus, a, um. pro Font. 278 b, Ad vnamquanque rem examinandam momentoque suo ponderandam.

Examinatus, a, um. *libratus.* Tusc. 157 b, Cum enim sui similem & leuitatem & calorem adeptus est, tanquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem mouetur.

Examino, as. *perpendo, expendo, pondero, excutio, exquiro, in manibus iacto.* pro Planc 276 a, Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, quid cuique debeam. Orato. 199 a, Diligenter examinare verborum omnium pondera.

Examinor, ris. de Or. 123 a, Sed ea probanda, quae non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur.

☞ Syntaxis. *Rem examinare, momentoque suo ponderare. Animus aequis examinatus est ponderibus.*

Exanguis, gue. *pallidus.* de Ar. 242 b, Ille exanguis & aestuans se è curia repente proripit. I. P. 98 b, Cum tu, quod tibi, succederetur, exanguis & mortuus concidisti. I. V. 205 a, Exanguium corpora mortuorum. pro Sest. 29 b, Aliquis extremo spiritu exanguis & confectus. & 8 a. Homo eneruatus & exanguis. Q. F. 308 a, Ille furens exanguis interrogabat, &c. Tuscu. 196 a. Lachrymae perdere humore exangueis genas. ad Her. 27 b, Aridum & exangue genus dicendi.

☞ Syntaxis. *Exanguis & aestuans. Exanguis ac mortuus. Extremo spiritu exanguis & confectus. Furens exanguis. Arida & exanguis dictio.*

Examinatio, onis. Offic. 26 b, Sic cauebimus, ne in perturbationes atque examinationes incidamus. Tusc. q. 213 a, Examinatio est metus
a subsequens, & quasi comes pauoris. * Tusculano. 212 a, Examinatio humilis, & abiecta.]

Examinatus, a, um. *consternatus, metu conturbatus.* I. C. 118 b, Meam mentem domum saepe reuocat examinata vxor, metu abiecta filia. I. V. 147 a, Itaque illum mutum, examinatem, & vix viuum te inquo, de Orato. 146 b, Nolo verba exiliter examinata exire. pro Milo. 113 a, Milo nullo metu perterritus, nulla conscientia examinatus. Epist. 124 b, Miraris me tanta perturbatione valetudinis tuae tam grauiter examinatum fuisse? de Orato. 95 a, Adolescentulusque in initio dicendi sic examinatus sum, vt, &c. Epi. 124 b, Examinatus sum tuis li-
e teris, &c. * Tus. 216 b, Qui appropinquans aliquod malum metui, examinatusque pendet anima.]

Examino, as. *perturbo, perterrefacio.* At. 162 b, Aduentus Philotimi exanimauit omnes qui mecum erant. pro Mil. 118 b, Ne quidem examinant & interimunt hae voces Mil. Par. 116 a, Te metus exanimant, & interimunt hae voces Mil. Par. 116 a, Te metus exanimat iudiciorum. Att. 173 b, Tulliae meae morbus me exanimat.

Examinor, ris. de Finibus 85 a, Cum graui vulnere exanimari videret se. Tuscula. 243 b, Denique vt exanimarentur, priusquam se victos faterentur.

☞ Syntaxis. *Verbum examinatum. Examinatus conscientia. Exanimari aliquem & alterum.*

Exantlo, ab ἐξαντλεῖν, *exaurire, significat. n. excipio, perfungor, haurio.* de Diuinat. 122 a, *Tot nos ad Troiam belli exantlabimus annos.* Tuscu. 174 b, Quod cum exantlauisset omnes labores tum incideret in mortis malum sempiternum.

Exantlatus, a, um. Tusc. 179 a, Quae corpore exantlato atque animo pertuli. Aca. 27 a, Herculis labor exantlatus à Carneade.

Exardescendus, de Or. 125 a, Materia facilis ad exardescendum.

Exardesco, is: exarsi *inflammor.* de Amicitia. 115 a, Mirabilis quaedam exardescit beneuolentiae magnitudo. de Amic. 115 a, Ex quo eorum exardescit amor, &c. Tusculan. 167 b, Ira exardescit, libido concitatur I. V. 89 a, Homo vt haec audiuit, exarsit ad id quod nunquam viderat? *id est. amore captus est.* Epist. 15 a, Exarsi non solùm praesenti iracundia, sed, &c. Attic. 35 a. Nunc vero sibilis vulgi, &c. vereor, ne exarserit. I. V. 118 b, Homo exarsit iracundia & stomacho. de Orato. 145 a, Philippus grauiter exarsit. *idest iratus est.* Tusculan. 244 b, Ingenium Carneadis exarsit contra Stoicorum disciplinam. Bru. 90 b, Is in causa Bruti exarsit incredibili dolore. Orator. 206 a, In omni genere amplificationis exarsimus. I. A. 194 a, Hodie lōgo interuallo ad spem libertatis exarsimus. & 228 b, Tota Italia libertatis desiderio exarsit. & 231 a, Ipsi enim sponte vestra exarsistis ad libertatis recuperandae cupiditatem. pro R. P. 224 b, Quanquam tum propter multorum

rum delicta etiam ad innocentium periculum tempus illud exarsesat. pro Sylla 18. Ex mult. is vitijs repente ista tanta importunitas inaudita scelerum exarsit. de Amic. 110 b, Nisi quædam admodum intolerabilis iniuria exarserit. de Diu 94 b, Præsagitio, &c. quæ si exarsit acrius, furor appellatur. de Arusp. 154 a, Ego illam flammam excepi pro patria solus exarsi.

☞ Syntaxis. *Exardescere beneuolentiam, importunitatem. Exardescere ad quippiam, iracundia, flamma.*

Exaresco, scis. *exsiccor, exhaurior, absumor.*)(*reuiresco.* de Din. 18 b. Vt quosdam exaruisse amnes videmus. I P. 97 a, Si amnes exaruissent. de Cla. 166 a, Sic omnis fluctus expressus, exultusque flos suus veteris vbertatem exaruit. Att. 167 a, Miror eius lachrymas diuturna miseria non exaruisse. de Cla. 171 a, Itaque exaruerunt, uix iam vt appareant. Epist. 138 a, Deinde ipsa illa, si qua fuit in me facultas orationis, nisi me ad has exercitationes retulissem, exaruisset, & 106 b, Vides enim exaruisse iam veterem vrbanitatem. ad Her. 24, Aliquando reipublicæ rationes quæ malitia nocentium exaruerunt, virtute optimatum reuirescunt.

Exaratus, a, um, *arando, effossus.* de Diuina 119 a, An est quisquam ita insipiens, qui credat exaratum esse Deum? & 125 a, Exaratus puer. de Legibus 162 b, Cum multa in eo loco sepulchra fuissent, exarata sunt.

Exaro, as. *ergo, colligo.* I. V. act. 3, Iis plus frumenti importabatur, quam quantum exararant eadem, Hæ literæ Iudices L. Metelli quas audistis, hoc quantum est, ex Sicilia bonorum exarauerunt: *sepe in eosdem Verrinis hoc modo vtitur.*

¶ *Conscribo.* Atti 217 a, Ante lucem cum scriberem contra Epicureos, de eodē oleo & opera exaraui, nescio quid ad te. & 135 a, Hoc literarum exaraui egrediens e villa ante lucem & 255 b, Itaque ista tum nouum prouinium exaraui. Epistola. 96 a, Hæc cum essem in Senatu, exaraui. & 142 b, Cum ad tuharum exemplum in codicillis exaraui.

Exaturo, as. *vid.* Exsaturo as. Exsaturo.

Exaudio, dis. *audio.* I. C. 141 b, Sed quę exaudio, dissimulare non possum. pro Sylla 173 b, Vt idem omnes exaudiant, clarissima voce dicam. & ibid. a, Maxima voce, vt omnes exaudire possint, dico, &c. de Diuina. 95 b Cum aliquantulum progressus esset, subito exaudiuit hinnitum, I. C. 102 b, Quorum voces paulo ante exaudire potuistis. Orato. 215 b Sed non attendimus, neque exaudimus nosmetipsos. Attic 220 b, Heri in strepitu mihi videor exaudisse, cum diceres, &c. Atti. 59 b, Vix enim mihi exaudisse videor. Multa exaudiunt in eo genere exercitati.

Exauditus, a, um. de Finibus 63 b, Qui exaudita quasi uoce naturæ, sic, &c. ad Heren. 7 b, Eum qui clarius exauditus sit. Attic. 9 a, Tanti sonitus fuerunt, ut ego eo breuior sim, quod eos vsque istinc exauditos putem.

Excæco, as. *sensu videndi orbo.* Acad. 19 a, Nam ergo is excæcat nos, aut orbat sensibus?

Excandescentia, *est ira nascens & modo existens, quæ Grecè, dicitur θύμωσις.* Tusc. 213 b.

Excandesco, scis. *exardesco.* Tusc. 218 a, Hęc nullam habent uim, nisi ira excanduit fortitudo. Epist. 21 a, Id postquam rescit, excanduit, & me causam inimicitiarum quærere clamitauit.

Excarnificatus, a, um. *discruciatus.* de Na. 76 b, Democritum a Cyprio tyranno excarnificatum accepimus.

Excauatus, a, um. I. V. 214 a, Trulla excauata, cū manubrio aureo.

Excedo, dis. *emineo.* Para. 12, b, Quid, cum cupiditatum dominatus excessit? de Vniuer. 197 b, Sic in omni mundo omnes partes collocatæ sunt, vt nulla pars huiusce generis excederet extra. in Sall. 174 b, Ea pars, quo tanquam in unam uoraginem cœtus omnium uitiorum excesserat.

¶ *Abeo exeo.* Att. 282 b, Vos fortasse sapientius excessistis vrbe, quam liberaueritis. Epist. 165 a, Finibus prouinciæ meæ nunquam excessi. I. A. 154 b, Excedere urbe. I. C. 104 b, Abiit, excessit, euasit, erupit. Postquam, 215 a, Cum is excessisset, qui cædi & flammæ nobis autoribus restiterat. I. A. 210 b, Nisi prius ñs respondisset, quam ex illa circumscriptione excederet. de Diuinatio. 91 b, Cum animus Eudemi ex corpore excesserit. pro Arc. 126 a, Vt primum ex pueris excessit Archias. de Orat. 138 b. Nam is postquam excessit ex ephebis, &c. de Clar. 189 a, Sed ad eos qui uita excesserunt, reuertamur. Officio. 31 a, Excedere e vita, & de Cla. 171 b, Tuscula. 154 a, Excedere a uita. * Tuscul. 164 a, Cum animus ex his tenebris, in lucem illam excesserit.

☞ Syntaxis. *Excedere vrbe, & ex. Sic a vita, è vita, & vita excedere.*

Excellens, tis. & tissimus, *præstans, præstabilis, præcellens, antecellens, eximius, egregius, excellens animo ac virtute.*)(*vulgaris.* de Cl. 199 b, Virum excellentem præclare iam illi homines florem populi esse dixerunt. de Diuinat 135 a, Dij immortales, earum omnium præstantia excellentes. de Natu. 2, b, Vt vna excellentissima uirtus iustitia. pro S. R. 52 a, b, M. Peties excellens in autore reipu. uirtus. de In. 62 a, Excellens muliebris formæ pulchritudo Tusculano. 148 b, Excellens in quoqi genere uirtute. pro Ar. 159 a, Excellens animo ac uirtute uir. de Cla. 196 b, Galba fuit inter tot equales unus excellens. Academ. 41 b, Vir excellens omni genere laudis. de Cl. 189 b, Excellens in aliqua arte. de Nat. 13 a, Et pie sancteque colimus naturam excellentem atque præstantem. Epi. 48 a, Tua scientia excellens ac singularis. antequam. 196 b, Dij, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constitutam.

☞ Syntaxis. *Vir excellens. Et rerum præstantia excellens, & in aliqua re. Excellens ac præstans. Excellens ac singularis.*

Excellenter, *Magnifice, excelse.* Offic. 13 a, Quæ magno animo fortiter excellenterque facta sunt.

Excellentia, æ. *præstantia.* Offic. 40 a, Nobis autem personam imposuit natura, magna cum excellentia præstantiaque animantium reliquorum de Am. 109 a, Sæpe enim excellentiæ quædam sunt, qualis erat Scipionis in nostro (vt ita dicam) grege. Offi. 10 b, Decorum, idest, quod consentaneum est hominis excellentiæ. Offi. 4 b, Animi excellentia magnitudoque κατ' ἐξοχήν L. Enthymema.

☞ Syntaxis. *Excellentia præstantiaque. Excellentia, & magnitudo animi.*

Excello, lis *præsto. antecello, antesto, emineo, eniteo, princeps sum.* de Clar. 172 a, Mos est hominum, vt nolint eundem pluribus rebus excellere. & 154 a, Tusculan. 174 a, Sed ab ea vita virtute quæ cæteris excellat, omnes nominatæ sunt. de Inuen. 62 a, Zeuxis longe cæteris pictoribus excellebat. de Orat 228 b, In iocis tu longè alijs mea sententia excellis. & ibidem. Attici in eo genere præter cæteros excellunt. Or. 197 b, In oratoribus verò admirabile est, quantum inter omnes vnus excellat. Orato. 156 a, Si quærimus, quod vnum excellat ex omnibus docto oratori palma danda est. de Inuen. 42 b. Excellere inter aliquos. de Leg. 166 a, Qui singulis vitijs excellunt aut etiam pluribus, de Diuinat 99 a, Telmesus in Caria est, qua in vrbe excellit aruspicum disciplina. de Diuina. 84 a, Igitur oraculum illud nunc minore gloria est, quia minus oraculorum veritas excellit de Amic. 110 a, Non enim tu possis quantumuis licet excellas, omnes tuos ad honores amplissimos perducere. Episto. 177 b, Excellere in aliquo genere virtutis. Acad. 2 a, Excellere ingenio & doctrina. de Ora. 103 b, Qui in aliqua arte aut facultate excellit. * de Diuina. 126 b, Excellere in Astrologia.]

☞ Syntaxis. *Excellere aliqua re: & in re. Excellere aliem, & inter aliquos.*

Excelsius, *altius.* Or. 207 b, Excelsius & magnificentius dicere.

Excelsitas, tis. *celsitas, altitudo.* Off. 56 b, Etenim multo magis est secundum naturam excelsitas animi & magnitudo, quam voluptas, &c. Nonius. *altitur, celsitas.*

Excelsus, a, um. *altus, sublimis.* Att. 66 b, Septa marmorea facturi sumus, eaque cingemus excelsa porticu. in Verrem. 217 a, Hæc erat posita Segestæ sane excelsa in basi. pro Milone 111 b, Atque excelsiu locu superiorem se fore putabat. Milo. de Somn. 127 a, Ostendebat autem Carthaginem de excelso, pleno stellarum illustri & claro. de Natura. 21 b, Ibes sunt aues excelsæ, cruribus rigidis &c. in Verr. 217 a, Erat admodum amplum & excelsum signum cum stola. in Arato. Excelsi colles. Att. 38 a, Statua quæ ad Opis per te posita in excelso est. I. C. 115 a, Simulachrum Iouis maius facere, & in excelsum collocare. de Optim. 244 a, Ii quos nihil excelsum magnificumque delectat. pro Muræna. 178 b, Vir magnus & excelsus. Orato 207 b, Orator grandis, & quodammodo excelsus. Tuscu. quæst. 177 a Vir altus, & excelsus, & humana despiciens. Offic. 16 a, Animum excelsus & magnificus. & 42 a, Animi excelsi atque inuicti magnitudo ac robur. Epi. 19 b, Excelso & illustri loco sita est laus tua. ad Heren. 18 b, Patrem non excelsiorem fuisse.

☞ Syntaxis. *Excelsitas animi & magnitudo. In excelsum collocare. Humanum. Vir altus & excelsus. Animus excelsus & magnificus. Excelsum simulachrum, basis, colles.*

Exceptio, onis. *adiunctio.* de Amicitia. 107 b, Tum si inter eos omnium rerum sine vlla exceptione communitas. Epist. 82 a, Quotiescunque filium tuum video, polliceor & studium quidem meum & operam sine vlla exceptione, aut laboris, aut occupationis, aut temporis: gratiam autem & autoritatem cum hac exceptione, quantum valeo, quantumque possim. contra Rul. 70 b, Optimæ leges hac lege sine vlla exceptione tollentur. de Finibus. 69 a, Quid attinet luxuriosis vllam exceptionem dare? pro Corn. 61 a, Quod si exceptio facit ne liceat, ibi inesse est licere. contra Rul. 62 b, Sunt in tota lege exceptiones: duæ excepit enim &c. de Inuent. 69 a, Prætoris exceptionibus multæ excluduntur actiones. & ibidem. Exceptio, extra quam in reum capitis præiudicium fiat pro Cæci. 289 a, Prætor interdixit sine vlla exceptione, tantum vt vnde deiecisset, restitueret. de Orato. 98 b, Vt illi vnde peteretur. vetus atque vsitata exceptio daretur, cuius pecuniæ dies fuisset. de Ora. 98 b, Vt petitor rursus cum peteret ne exceptione excluderetur. de Inuen. 53 b, Exceptio, extra quam si quis, &c. Attic. 87 b, Habeo exceptionem ἐπὶ τὰ ἐναντία, extra quā si quis, &c. de Inuen 83 a, Homines vt cibo vtantur non necesse est, nisi cum illa exceptione, extra quam si nolint fame perire ad Heren. 4 b, In priuatis actionibus, prætoriæ exceptiones fiunt. I. V. 252 a, Tā etsi recte sine exceptione dixeram. de Inn. 80 a, Quædam tacitis exceptionibus cauentur. de Or. 121 b, Nunquam ego cuiquam tam præcise negaui, quam hic mihi plane sine vlla exceptione præcidit. pro Q. 197 a, Non patiar te cum exceptione laudari.

☞ Syntaxis. *Luxuriosis dare exceptionem idest, modum præscribere. Sine exceptione interdixit. Prætor, vt tantum restitueret, &c. Habere exceptionem.*

Excepto, as. *excipio, extraho.* Par. 123 a, Aliquis barbatulos multos exceptans de disciplina, & pertractans.

Exceptus, a, um. *exclusus, quod etiam significamus his vocibus, Extra. Præter.* Epist. 2 b, Is hac regia causa excepta, pollicetur se &c. & 77 a, Mihi istiusmodi iucundius est, quam sermones eorum qui frequentant domum meam: excepto vno, aut ad summum altero. de Orato. 88 a, Omnes, exceptis, Crasse, vobis duobus. Post. 205 b, Duos consules improbos

improbos nunquam, excepto illo Cesonio, tempore fuisse. de Or. 114 b, Denique ei qui profitetur, &c. nullum potest esse genus orationis, quod sit exceptum. pro Clu. 42 b, Leges quibus exceptum est, de quibus causis iudicem legi non liceat. pro Clu. 42 b, Exceptum fœdere, I.V. & pro Corn. Balbo.

¶ *Lecium.* Epist. 190 a, Clausis dissipatæ est, onerariæ omnes ad vnam à nobis sunt exceptæ.

¶ *Audieris.* Attic. 29 a, Nisi si quid ex prætereunte viatore exceptum est, nihil scire possumus.

Excerpendus, a, um. de Or. 112 b, Non enim si est facilius, eo de numero est excerpendum.

Excerpo, pis. *decerpo, deligo* Officio. 53 a, Non solum ex malis eligere minima oportet, sed etiam excerpere ex his ipsis, si quid inest boni. de Inuent. 62 a, Quod quisque commodissime præcipere videbitur, excerpsimus.

Excessus, sus. de Legib. 156 b, Romulus post excessum suum Proculo Iulio dicit, &c. * de Fini. 102 b, Excessus e vita.) (. Mansio in vita Tusc. 153 b, Nec excessu vitæ deletur homo.]

Excetra, træ. *hydra.* Tusc. 179 b, Hæc dextra Lernam terram mactata excetra placauit.

Excido, dis. *elabor, fluo, defluo.* I.A. 240 b, Excident gladij: fluent arma de manibus. de Amic. 107 a, Neque enim verecundum est, ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat. I.C. 100 b, Quoties tibi sica excidit casu aliquo, & elapsa est? pro Syll. 180 b. Verbum ecquod vnquam ex ore huius excidit, vnde quisquam posset offendi. pro Dom. 234 a, Ex isto ore religionis verbum excidere aut elabi potest? I.A. 225 a, Quod verbum tibi non excidit fortuitu. At. 278 b, Quodammodo victoria excidit e manibus. de N. 51 b, Cum animal ex ventre elapsum excidit. Att. 145 a. Sol excidisse mihi e mundo videtur. de Ora. 85 a, Libellus, qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum. & ibi. Quæ pueris nobis ex commentariolis nostris inchoata atque rudia exciderunt.

¶ *Cum vi obliuionis.* de Leg. 179 a, O miram memoriam Pomponi etiam: at mihi illa exciderant. Att. 157 b, Sed ea tam mihi exciderūt. Ep. 99 b, Quæ cogitatio cum mihi non omnino excidisset, etenim penitus insederat, tamen, &c. Att. 86 a, Sed plane te intelligere volui, mihi non excidisse illud, quod tu ad me quibusdam literis scripsisses. de Prou. 78 a, Ex animo excidere aliquid.

☞ Syntaxis. *Excident gladij, fluent arma de manibus. Caue, ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat. Excidit, & elapsum est.* hic expende in synonyma pura. *Ex ventre elapsum animal excidit. Id ex animo excidit.*

Excindendus, a, um. *diruendus.* Offic. 15 b, Africanus in excidenda Numantia reipub. profuit.

¶ *Rescindendus* de Ora. 143 a, Hæc tibi est excidenda lingua: qua vel amissa libidinem tuam libertas mea refutabit.

Excido, dis. *cædo, excindo, excisionem infero* ad Br. 286 a, Iis qui illud malum exciderint, cuius illæ reliquiæ sunt, nullum vnquam dignum præmium tribui poterit. Epistola. 105 a, Quanquam illa quidem habet locum, à quo etiam aduenæ teneri solent: quem tamen si excideris, multum prospexeris.

¶ *Diruo.* pro Dom. 225 b, Excidere vrbes hostium. pro Sest. 23 a, Qui ædes sacras expugnauit, excidit, incendit.

Excido, ris, Offic. 35 a, Nec lapides exciderentur e terra ad vsum nostrum necessarij.

Excindens, tis. de Som. 129 a, Numantiam excindens.

Excindor, ris. *excidor, euertor, diruor, deleor.* pro Plan. 280 a, Vrbs quæ se, vel potius excindi facile pateretur, quam &c. pro Mil, 119 a, Curiam inflammari, excindi, funestari.

Excio, cis. *euoco.* in Antoni. 242 a, Iuuentutem omnem ex tota Italia exciuimus.

Excipiendus. *excludendus.* Attic. 81 b, Hic facit vt mihi excipiendus sit, cum teruncium nego sumptum factum.

Excipiens, tis. de Diuinat. 99 b, Nihil est quod diuturnitas temporum, excipiente memoria, prodendisque monumentis, efficere atque assequi possit.

Excipio, pis. *excludo secerno* I.C. 121 b, Hosce ego homines excipio & secerno libenter. Tusculan. 150 a, Nam si solos eos diceres miseros quibus moriendum est, neminem tu quidem eorum, qui viuerent, exciperes. Acad. 18 a, Democritus ita est ausus ordiri. Hęc loquor de vniuersis: nihil excepit, de quo non profiteretur. quid enim esse potest extra vniuersa? Quint. frat. 297 a, Omnes ita de tua virtute commemorant, vt in summis tuis laudibus vnam excipiant iracundiam. & 295 a, Cum lex nominatim exciperet, vt ad templum monimentumque capere liceret. Att. 85 b, Id verò per te exceperamus nego ciatoris, quod si cuipiam, huic tamen non. de Diuinat. 98 b, Excepi da antiquis præter Xenophanem neminem. in Ant. 215 b, Omnes idem sentiunt, cum omnes dico, eos excipio, qui, &c. Academ. 8 b, Qui negat quicquam esse quod percipiatur, is nihil excipit. Att. 174 a, Tum ille ita edixit, vt me exciperet, & Lælium nominatim. * Pro Corn. 61 a, Quorum in fœderibus exceptum est, ne quis a nobis ciuis recipiatur. & ibid. Fœdere Gaditano exceptum est.]

¶ *Recipio, capio, suscipio, arripio.* de Senect. 80 b, Sed memoriam illam vitæ excipient omnes anni consequentes. de N. 58 a, Linguam ad radices eius hærens excipit stomachus. Att. 28 b. Crassus postea quam vidit illum excepisse laudem, surrexit, &c * de Fin. 55 a. Quos dolores, quas molestias exceptori sunt.] Epist. 157 b, Excipere aliquem cum literis. I.C. 118 b, Excipere fugientes. de Cl. 187 a, & Epist. 133 b, Excipere labores. pro Syll. 7 b, Excipere vulnera. pro Sest. 27 b, Herculis ambusto corpore vitam & virtutem immortalitas excepisset dicitur. de Cl. 194 b, Interim me Quæstorem Siciliensis excepit annus. ad Herenn. 27 b, Grauem figuram excipiat attenuata. Orat. 212 a, Ex vsu dicunt & ex repub. quod in altero vocalis excipiebat, in altero erat asperitas. Brut. 91 a, Timen, ne illum aliquorum furor excipiat. de Inuen. 49 a, Cum rei expositio magnam excipiat offensionē. de Orato. 114 a, Ex alterius oratione excipere aliud atque ille vult. Epist. 16 a, Nullum meum dictum, non modo factum, pro Cæsare intercessit, quod ille non illustri gratia exceperit. pro S.C. 44 a, Ibi bonorum emptores arbitrantur vos hic tales viros sedere, qui excipiatis eos, qui de suis manibus effugerunt. de Ora. 122 a, Aduersarij non solum sententias, sed etiam verba omnia excipere. de Cl. 165 a, Excipere sanguinem paterā: *id est, bibere* I.A. 126 b, Brutus legionēs conscripsit nouas excepit veteres. de Diuinat. 119 a, Omnia alicuius loquentis verba excipere, literisque mandare. pro Deiota. 148 a, At eo tempore ipse misit, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se deferrent. de Diuina. 113 a, Genus diuinandi naturale, quod animos arriperet extrinsecus ex diuinitate. pro Pompe. 8 a, Hunc in illa fuga Tigranes rex excepit, diffidentem rebus suis confirmauit. pro Milon 122 a, O terram illam beatam, quæ hunc virum exceperit. pro S. R. 51 b, Roscius sua omnia tibi concessit, ex omnibus rebus seipsum nudum, neque præterea quicquam excepit. Epist. 51 b, Non enim vt tum me à repub. mœstum domus excipiebat, quę leuaret, sic nunc domo mœrens ad rempub. confugere possum, vt in eius bonis acquiescam. de Le. 170 a, Patria est illa quæ nos genuit, & illa quæ excepit. I.V. 256 b, Vt filiorum extremum spiritum excipere sibi liceret. pro Domo. 223 b, Omnem vim improborum excepi meo corpore. de Pro. 73 b, Vnum pro vniuersis subire atque accipere pericula de Pro. 73 b, Quamuis accipere fortunam, subire uim atque iniuriam, dō. de Orat. 93 a, Aliquid ex sermone alicuius memoria dignum excipere. I.V. 144 b, Is omnia tela excipiat necesse est. Att. 164 a, Omnino excipiam hominem. Orato. 216 a, Eaque dum animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos & præteruolat numerus. de Ar. 254 a, Cum in me illa flamma illorum temporum coniiciebatur, excepi, & pro patria solus exarsi.

¶ *Sustineo.* pro R.P. 129 b. Excipere aliquem labentem.

Exceptio, nis. Attic. 174 a, Poterat enim sine nomine res excipi, pro Cecinn. 200 b, Nulla res est, quę aut comprehendi satis, aut caueri, aut excipi possit. pro Plan. 245 a, Maledicto nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur. Attic 127 a, Multis admoniti sumus, vt caueremus ne exciperemur à Cæsare. de Na. 55 a, Anima quæ excipitur spiritu, ac respiratur.

☞ Syntaxis. *Excipere spiritum, ac respirare. Excipere flammam vulnera labentem amicum. Animam excipi spiritu, & respirare:* egregia dicendi ratio.

Excisio, onis. pro Dom. 243 a, Tectorum excisio. & 144 a.

Excisus, a, um pro Sest. 10 b, Vrbs excisa & euersa. I.V. 246 b, Opus ingens multorum operum penitus excisum. Attic. 256 b, Excisa est arbor, non auulsa, &c.

Excitandus a, um. *incitandus, accendendus, inflammandus.* Offic. 21 a, Appetitus omne contrahendi, sedandique sunt, excitandaque animaduersio, &c de Orato. 125 b, Omnia dicendo excitanda sunt, nihil adiuuante natura. de Ora. 86 b, In eorum qui audiunt mentibus sedandis, aut excitandis. Epi. 156 a, In excitando autem & in acuendo plurimum valet, si laudes eum quem cohortere.

¶ *Reuocandus.* pro Font. 281 a, Ita vero C. Marius excitandus erit ab inferis, qui, &c.

Excitatus, a, um. *sublatus, erectus, flans, celsus.* de Nat. 54 a, Deus homines homo excitatus, celsos, & erectos constituit, nt, &c.

¶ *Excellens.* Epist. 23 a, Qui ab excitata fortuna ad inclinatam & prope iacentem desciscerem.

¶ *Vehemens.* de Som. 129 a, Summus ille cœli stelliferi cursus, cuius conuersio est concitatior, acuto & excitato mouetur sono.

¶ *Concitatus* pro Sest. 25 b, Tantus ex omnibus spectaculis plausus excitatus. Offic. 49 a. Tantum Italicum bellum propter iudiciorum metum excitatum est.

¶ *Confirmatus.* Attic. 278 b, Arectior Senatus erat, non sententijs solum nostris, sed etiam cohortationibus excitatus. pro R. P. 129 b, Sunt ea quidem magna, sed magnis excitata sunt præmijs ad memoriam hominum sempiternam.

¶ *Vsurpatus.* de Or. 124 a, His locis in cogitatione defixis, & in omni re ad dicendum posita excitatis.

Excito, as. *adhortor, vnnero, inflammo, incito, allicio, commoneo, concito, stimulo, elicio, stimulos admoueo* pro Planc. 271 b, Quæ scripsit grauis ille poeta, ut nos & nostros liberos ad laborem & laudē excitaret. pro Pomp. 4 b, Genus belli est eiusmodi, quod maxime vestros animos excitare atque inflammare debet. de Orator. 102 a, Motus in animis hominum dicendo excitare vel sedare. Topic. 211 b, Vt mea diligentia mandatorum tuorum, te quoque ad memoriam rerum nostrarum excitarem. Academ. 23 b, Excitare aliquem ex somno. Episto. 162 a, Excita ex somno tuas literas, Quint. fra. 298 b, Dormientem excitare, currentem incitare. Planc. Epistol. 154 b, Quæ si aduentus meus repressérit, agam gratias fortunæ constantiæque meæ, quæ ad hanc experientiam excitauit. Attic. 96 a, Eum valde tuæ literæ excitarunt. Epistola. 79 a, Quem authoritate tua cunctantem & diffidentem excitare solitus es, Officio. 36 b, Hoc cognito, dicendum est, quoniam modo hominum studia ad vtilitates nostras allicere atque excitare possimus. de Orato. 119 b, & 126 b, Excitare reum consularē, & cicatrices aduersas senis iudicibus ostendere. pro R.P. 130 b, Pos-

sum

sum excitare multos reductos testes liberalitatis meæ de Orato. 116 b, Dicendo excitare aliquem a morte. Orat. 204 b, & Top 224 b, & I. V. 262 a & I. C. 108 b, Excitare mortuos ab inferis. Post 109 b, Excitare aliquem ab inferis vel ab Acheronte. Or. 200 a, Excitare aliquē ab inferis vel ab acheronte. Ora. 200 a, Excitare alicuius memoriam charam alicui.

¶ *Confirmo, erigo, sublevo, consolor.* de Clar. 166 a, pro Mar. 134 a, & pro Dom. 238 b, Excitare iacentem. de Am. 107 a, Excitare animū abiectum & iacentem. Att. 12 a, Confirmare & excitare afflictos & abiectos, & eos ad pristinam dignitatem revocare.

¶ *Facio, offero, exhibeo praebeo, edo, occasionem praebeo.* pro Mur. 136 b, Excitare incendium in fortunas alicuius. pro Sest. 12 a, Hanc ei suspicionem quidam nuncijs excitarunt. Offic. 4 a. Faces honesti, quæ si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret sui. de Fin. 75 b, Sapientia ardentes amores excitaret sui si videretur. Epi. 43 a, Excitare risum. & 140, Excitare clamorem. Or. 258 a, Magnus clamor concionis excitatus est. de Cl. 195 a. Excitare summam hominum admirationem. Off. 45 a, Quæ in multitudine habetur oratio, ea sæpe universam excitat gloriam pro Sest. 25 b, Excitare fletum alicui.

¶ *Vexo.* Offic. 65 b, Excitare atque agitare feras.

¶ *Concito.* pro Mar. 133 b, Dij, qui facile tantum bellum excitauerint.

Excitor, ris. *in proximo actiuo sunt homonyma.* de Natura 49 b, Excitari homo. de Legibus. 183 b, Nec e laude excitari plus, nec impori, quam quod capiat laudem mortuus inrisam. pro Muræn. 153 a, Tempestates commoueri. concitari, excitari. de Ar. 144 a, Tum vidi, ac multo ante prospexi, quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella reipub. pro Planc. 263 b, Nec vides istorum ipsorum charitate ad huius salutem defendendam maxime stimulari me atque excitari. de Diuinat. 110 a, Galli victores alacritate ad cauendum excitantur.

¶ *Educor, extrahor.* de Natura. 49 b, Vapores, qui a sole ex aquis excitantur.

☞ Syntaxis. *Audientes excitare, sedare. In excitando & accendendo id valet. Ab inferis excitare. Homo animal excitatum, erectum, celsum,* omnium synonyma. *Fortuna excitata.*)(*inclinata, iacens. Sonus celi acutus & excitatus. Excitatis primus virtus. Excitanda sunt in vita philosophia precepta. Excitare mortuos ab inferis, a morte, ab Acheronte. Confirmare & excitare, afflictum & abiectum. Incendium in fortunas alicuius excitare. Excitare sui amores. Fletum alicui excitare. Tempestas commota, concitata. Vapor ex aquis a sole excitatus.*

Excitus a, um. *experrectus.* de D. 88 b, Eunij.

Exclamatio, onis. *acclamatio, clamor.* ad Heren. 18 b, Exclamatio est, quæ conficit significationem doloris aut indignationis alicuius, per hominis, aut vrbis, aut loci, aut rei alicuius, compellationem: hoc modo, Te nunc alloquor, Africane, cuius, &c. & 202, Acutas vocis exclamationes vitare debemus. Orato. 299 b, Exclamatio uel admirationis, vel conquestiones. * ad Heren. 202, Acuta exclamatio vocem, & fauces vulnerat.]

Exclamo, as de N. 4 b, Itaque mihi licet exclamare vt Statius in Synephebis pro Deum, &c. Tus. 187 a, Qui volunt exclamare maius, toto corpore contentioni vocis asserviunt. de Som. 127 a, Hic cum exclamasset Lælius, &c. de Or. 112 a, Non possum quin exclamem, &c. I. A. 166 a, Brutus nominatim Ciceronem exclamauit.

Exclusorius, tis. *se cludens, excipiens.* Q. fr. 19 a, Nec excludētes ad eius vsus suos potiusque & amicis impartientes & reip.

Excludo, dis. *arceo, distraho, extrudo, prohibeo, portas alicui excludo.* pro Cor. 62 a, Gaditani Pœnos mœnibus excluserūt. Ep. 71 b, Sed nescio quomodo ipsæ illæ excludere me a portu & perfugio videntur. At. 230 a, Priusquam Cæsar aut tuum iter impedire, aut te me excludere posset. Anteq. 196 b, Aliquem supplicem a se absterrere & excludere. de Ar. 254 a, Quod anno ante Senatus excluserat. de N. 75 a, Ratio quæ vitia culpamque excluderet. I. A. 100 a, Exclusi eum a repub. distraxit, segregauit, sceius illius, &c.

¶ *Excipio.* Epistola. 2 b, Crassus treis legatos decernit, nec excludit Pompeium.

¶ *Emitto.* de N. 52 a, & de Or. 150 a, Galliæ ex ouis pullos excludūt.

Excludor, ris. *excipior.* de Orato. 98 b, Vt petitor rursus cum peteret, ne exceptione excluderetur. de Iun. 69 a, Prætoris exceptionib. multæ excluduntur actiones I. V. 106 a, Angustijs temporis excluduntur omnes. pro Cæcinn. 330 a, Aliquem verbo excludi. de Orator. 89 b, Repelli oratorem a gubernaculis ciuitatum, excludi ab omnium rerum scientia. Attic. 136 b, Quæ soluto animo familiariter scribo solent, temporibus his excludūtur. pro Cl. 14 a, Ne partu eius ab hæreditate fraterna excluderetur. cont. Rul. 78 a, Qui honore Decemuiratus excluditur nominatim.

Exclusus, a, um. *expulsus, amotus* I. V. 257 b. Matres ab extremo cōplexu liberum exclusæ. I. V 213 a, Hi exclusi temporibus pop. Rom. agere quæ uoluerant, non potuerunt.

¶ *Reiectus, prohibitus, munitus, odiosus.* Bru. 91 a, Dolabellam a Rhodijs exclusum. Q. fr. 294 b, Nullius inopiam ac solitudinem domo tua & cubiculo esse exclusam. At. 128 b, Qui regionibus exclusi intra præsidia aliena venissent.

¶ *Orbatus.* pro Corn. 59 b, In socios verò incuriosum est, ijs præmijs exclusos esse eos, quæ patent stipendiarijs.

¶ *Sublatus, ademptus, ademptus* de Cl. 196 a, Pacis spem a publico consilio esse exclusam videmus.

¶ *Emissus, genitus, editus.* de N. 50 b, Ex ouis pulli orti relinquunt matres, a quibus exclusi fotique sunt.

¶ *Prolatus, pronunciatus, emissus.* I. A. 174 a, Itaque exclusis tuis vocib. ad te milites misit.

Excogitandum de Orat. 94 a, Motus animi atque ingenij celer ad excogitandum.

Excogitatio, onis. Tus. 161 a, Illa vis quæ inuestigat occulta, quæ inuentio atque excogitatio dicitur. de Ora. 119 b, Hæc excogitationē non habent difficilem

Excogitatus, a, um. pro Cl. 24 b, Ratio excogitata Latini est.

Excogito, as. *cogitando invenio, machinor, fingo, meditor.* I. A. 217 b, Excogitare quæ sua ratio sit Calene, non possum. Ac. 18 a, Excogitauit aliquid, eadem dies, quæ Stoici. I. V. 135 b, Mira quædam excogitare genera furandi. Att. 130 a, Ad hæc igitur cogita, vel potius excogita & 281 a, In quo tuo consilio egeo, & si nihil excogitas.

Excogitor, ris. I. C. 105 b, Quicquid sceleris fingi, aut excogitari potest. de N. 12 a, Vita, qua nihil beatius cogitari potest.

Excolo, lis. *orno, expolio* pro Ar. 188 a, Nisi animos nostros doctrina excolamus.

Excolor, ris. *amor, diligor.* Quint. fratr. 317 b, A propensis in hanc partem vehementer excolimur & amamur. Orator. 199 b, An victus hominum Atheniensium beneficio excoli potuit, oratio non potuit? Parad. 116 a, Nihil est tam horridum, quod nō splendescat oratione, & tanquam excolatur.

☞ Syntaxis. *Excoli & amari. Splendescens & excultum.*

Excors, dis. *amens, vecors.* de Nat. 26 b, Quæ anus tam excors inueniri potest, quæ extimescat? Tuscu. 150 a, Quis tam excors est quem ista moueant? de Am. 124 b, Aperte adulantem nemo non videt, nisi admodum est excors. pro Dom. 223 a, Neque tu eras tam excors, tāq; demens. vt nescires, &c. I. A. 195 b Hoc qui non videt, excors est, de D. 216 a, An quod aspexit vestitu purpureo excordem Cæsarem, ipse corde priuatus est?

☞ Syntaxis. *Excors & demens.*

Excruciatus, a, um. I. V. 263, Hominem fumo excruciatum semiuiuum reliquit pro Pomp. 5 b, Aliquem vinculis ac verberibus, atq; omni supplicio excruciatum necare.

Excrucio, as *conficio, exanimo, macero.* Att. 170 a, Non loquor plura, ne te quoque excruciem. ipse conficior venisse tempus, &c. Epistol. 234 a, Conficior enim mœrore, mea Terentia, nec me meæ miseriæ magis, excruciant quam tuæ. de Finibus. 59 b, Libido & ignauia animum excruciant.

Excubiae, arum. *diurnæ nocturnæque vigiliae.* p Mat. 136 a, Nos tibi excubias & custodias pollicemur. I. A. 215 b, Cuius ego excubias & custodias mei capitis cognoui in consulatu meo. pro Mil. 114 b, Si excubiæ vigiliæ, &c. pro Pl. 280 b, O excubias tuas Cn. Planci miseras.

☞ Syntaxis. *Excubiae & custodia.*

Excubo, as. *vigilo, vigilans sum.* I A. 208 a, Quamobrem Quirites quātum potero excubabo, vigilaboque pro vobis. de Diuin. 103 a, Vt tecta relinquerent, & armati in agro excubarent. de Di. 100 a, Lacedemonij non contenti vigilantibus curis. in Pasiphaæ fano somniandi causa excubabant, quia vera quietis oracula ducebant. Tusc. 217 a, Qui semper animo sic excubat, vt ei nihil improuisum possit accidere. Attic. 147, & Tuscu 217 a, Et tamen omnis spes salutis in illis est, & ego excubo animo nec partem vllam capio quietis. Pl. Epistol. 148 a, Ex quo intelligi potest, curam reipub. summæ defendendæ iampridem apud nos excubare.

☞ Syntaxis. *Excubare vigilareque pro aliquo. Animo excubare, & nullam capere partem quietis. Apud me cura hæc excubat.*

Excudo, dis. *compono, elucubro.* Att. 249 b, Tibi de gloria excudam aliquid Ἡρακλείδειον, quod lateat in thesauris tuis.

Exculpo, pis. Atti. 214 a, Tamen nescio quid e quercu exculpseram quod videretur simile simulachri.

Excultus, a, um *ornatus, decoratus, praeditus, instructus.* de Cla. 173 a, C. Tuditanus omni vita atque victu excultus atque expolitus. Tuscul. 161 a, A quibus mansuefacti & exculti a necessarijs artibus ad elegantiora defluximus. Tusculano. 149 a, Nec qui id sciebat, satis excultus doctrina putabat. & 236 a, Humanus animus si est excultus, &c. fit perfecta mens. Off. 35 b, Quibus rebus exculta hominum vita plurimùm distat a victu bestiarum. Orat. 201 b, Ingenia quæ disciplina exculta sunt.

Excurrens, tis. de Orat. 214 b, Productiora alia, & quasi immoderatius excurrentia. Att. 70 b, & 71 a, Summa excurrens DCCCXX.

Excurro, ris. Att. 168 b, Ego dum naues & cætera parantur, excurro in Pompeianum. & 231 b, Cupio excurrere in Græciam. & 1 b, Fortasse excurremus mense Septembri legati ad Pisonem. I. 79 b, Excurrat aliquis, qui hoc tantum mali filio suo nunciet. Ep. 35 b, Mandaui vtrique, vt ante ad me excurrerent, ut tibi obuiam prodire possem. cont. Rul. 83 b, Excurrere ex Africa, & immiuere pop. Rom I. V. 110 a, Habent propinquam prouinciam, quo facile excurrunt. de D. 108 b, Quorum animi spretis corporibus euolant & excurrunt foras. p Mu. 128 a, Cāpus in quo excurrere virtus & cognosci possit. de Cla. 290 a, Itaque tantos processus faciebat, vt euolare, non excurrere videretur. Or. 213 b, Orationem non claudicare, nec insistere, sed cum sententia pariter excurrere.

☞ Syntaxis. *Oratio producta & excurrens. Animus euolat, & foras excurrit. Excurrere ad aliquem. Oratio cum sententia pariter excurrens.*)(*Claudicans, insistens.*

Excursio, onis. *decursio, incursio* de Prou. 69 b, Via illa excursionibus barbarorum est infesta. & de Iun. 79 b, de Diuina. 113 b, Sed hæc fuerit nobis tanquam leuis armaturæ prima excursio, nunc cominus agamus. pro Dom. 147 b, Tueri fines suos ab excursionibus hostium & latrocinijs pro Pomp. 6 b, Cum vna excursio equitatus per breui

tempore totius anni vectigal ferre possit. de Sen. 81 a, Nec enim ex cursione, nec saltu utetur, sed, &c.

☞ Syntaxis. *Vti excursionibus infesta.*

EXCVSOR, oris. I. V. 112 b, I. A. 194. L. EMISSARIVS.

EXCVSATIO, onis. *purgatio, satisfactio, causa.* de Orat. 95 a, Stultitiæ peccatum excusationem non habet. de Senect. 90 b, Morositas tamen & hæc uitia, quæ dixi, habent aliquid excusationis, non illius quidem iustæ, sed quæ probari posse videatur. I. V. 229 b, Nam Sappho, quæ sublata de Prytaneo est, dat tibi iustam excusationem, prope vt côcedendum atque ignoscendum esse videatur. de Orat. 126 b, Vt is mihi tenuis quædam venia dabatur excusationis, quod tamen cum defenderem, qui mihi quæstor fuisset. Attic. 128 b, Nihil prætermissum est, quod non habeat sapientem excusationem, non modo probabilem. I. A. 197 a, Qui habeot legitimam excusationem, exilij causa solum vertisse. Orat. 2 0 a, Quibus si nihil aliud respôderem, &c. iusta esset excusatio. pro Cæl. 75, Sed ego Atracino ignosco, qui habere excusationem vel pietatis, vel ætatis, uel necessitatis. Officio. 47 b, Vtêdum est excusatione aduersus eos quos inuitus offendas, quacunque possis, quare id quod feceris necesse fuerit, nec aliter facere potueris. I. P. 32 a. Vt is excusatione ualetudinis. pro Cæl. 47 b, Defendere uitia alicuius excusatione adolescentiæ pro R P. 126 a, Necessitatis excusatio Rutiliû facile defendit. de Ar. 244 b, Si autem id non uidet, periculum est, ne se stuporis excusatione defendat. pro Syl. 172 a, & I. P. 67 a, Me neque honoris, neque ætatis excusatio vendicat a labore. pro Syl 176 a, Illæ valent apud me excusationes iniuriæ tuæ, status animus tuus, ætas, amicitia nostra. de Amic. 104 a, Turpis excusatio est, & minime accipienda cum in cæteris peccatis, tum si quis contra rempub. se amici causa fecisse fateatur. I. P. 81 a, An potest ulla esse excusatio consuli male sentienti? I. A. 211 b, & 222 a. Ser. Sulpitij excusatio legatis obeundæ. de Am. 104 b, Talis improborum consensio excusatione amicitiæ tegenda non est pro Cæcin. 293 b, Excusatione summæ stultitiæ, summæ improbitatis odium precari. pro Ra. 91 b, Cum ad iudicij moram familiaris funeris excusatio quæreretur. Attic. 195 a, Dubito, an excusationem aliquam ad Silium paré. & ibidem b, Quærenda est excusatio ad Brut. & 138 a, Hanc etiam ipsam excusationem relicturus ad Cæsarem, 165 a, Iam ibi non reddit quod ei dedi mutuum, & vtitur excusatione temporis. de Ora. 154 a, Cum Metellus excusationem oculorum a me non acciperet. pro Mur. 130 a, Morbi excusationi pœna addita est & 195 a, Nullæ istæ excusationes sunt, Meus amicus est, &c. de Amic. 103 b, Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaueris. Orat. x 19 b, Nobis in scribendo, atque in dicendo, necessitatis excusatio non probatur de Na. 78 a, At Deo ne excusatio quidem est inscientiæ. de Inuent. 74 b, & 75 a. Quibus in simili excusatione nô sit ignotum. I. P. 87 a, Nemini ciui vlla, quo minus adesset, satis iusta excusatio visa est Epi. 198 b, Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem. Epi. 145 a, Ego autem præteriti temporis excusationem affero. & ibi. Afferre excusationem cessationis. Ep. 86 a, Vtriusque rei excusationem tuę vitæ consuetudo dat. & 180 a, Errare cum excusatione posse. & 266 b, Vti excusatione iusta & idonea.

☞ Syntaxis. *Libertas non habet, non dat excusationem iustam. Hoc habet ja, veniam excusationem, legitimam, probabilem. Nullam tu habes excusationem. Minime accipienda excusatio. Quæsita excusatio, parata. Excusationem ad aliqua in reliquo pono. Vti temporis, necessitatis, ignorantia, imprudentia, valetudinis excusatione. Non accipio digiti excusationem.* id est affecti morbo digiti: *Id non dat excusationem. Errabit nunquam cum excusatione.*

EXCVSANDVS, a, um. Att. 189 a, De me excusando apud Apuleium dederam ad te pridie literas.

EXCVSANS, tis. de Cl 173 b, C. Lælius se excusans dixit, &c.

EXCVSATVS, a, um in Verr. 97 a, Hic omnibus me vehementer excusatum volo, non negligentia mea fore, vt, &c. Attico. 190 a, Martianus ad me scripsit, me excusatum esse apud Apuleium a Torquato & Strabone.

Fama, mę. *opinio existimatio, nomen, sermo, rumor, prędicatio, commemoratio hominum, celebritas sermonis hominum, auditiones, disseminatio, dispersusque sermo, celebritas, ventus quidam popularis.* Attic. 117 a, Bona de Domitio, preclara de Afranio fama est. I. V. 66 a, Qui ut antè collectam famam conseruet, laboret. pro Sest. 46 b, Expetenda est bona fama bonorum, quę vere sola gloria nominari potest. de Fin. 201 a, Quam Gręci εὐδοξίαν appellant, aptius est hoc loco bonam famam appellare, quam gloriam. Offic 48 a, Fundamentum perpetuę commendationis & famę est iustitia, sine qua nihil potest esse laudabile. pro Quinct. 9 a, Famam existimationemque amittere. Offic. 39 b, Amor multitudinis commouetur ipsa fama & opinione liberalitatis. Quinct. Frat. 294 b, Quod ita esse, constanti fama atque omnium sermone celebratum est. pro Murę. 133 b, Hoc quanti putas esse ad famam hominum? in hoc felicitatis fama sermoque ualuit. pro Flac. 148 b, Sed quod ipsi audistis communi fama atque sermone, de ui, de armis, &cęt. de A1. 78 a, Vt hominum fama est. pro Syll. 169 a, Vix ad meas aures istius suspicionis fama peruenit. pro Arch. 186 b, Hac tanta celebritate famę etiam absentibus notus erat. item: At fuit fama, quotusquisque istam effugere potest in tam maledica ciuitate? I. A. 261 a, Cum tristis a Mutina fama manaret. Attic. 126 b, A Brundusio nulla adhuc fama uenerat. pro Milon. 120 b, Fama de interitu Clodij fines Imperij Romani peragrauit. Epistol. 149 a, Tamen ipsa fama, quę de tua uoluntate percrebuit, magnam es laudem consecutus. I. V. 215 b, Hęc fama de nostris hominibus percrebuit. Topico. 227 b, Fama vulgi, quoddam multitudinis testimonium. pro Sest. 24 a, Hac fama celebrantur. Epi. 119 b, & 117 a, Magna illico fama surrexit, & de damnatione feruenter loqui est cœptum. de Clarit. 188 b, Catulo suauitas uocis, bene loquendi famam confecerat. de Natura Deorum 45 a, Accipere fama, & auditione esse aliquid. Offic. 56 b, Hercules, quem hominum fama beneficiorum memor, in concilio cœlestium collocauit. Tusculan. 172 b, Fama nunquam deseret Cęsarem. Epistola. 12 a, Non putaui famam inconstantię mihi pertimescendam. Epistol. 135 a, Effugere autem si velim nonnullorum acute aut facete dictorum offensionem, fama ingenij mihi est abijcienda. de Pet. Consul. Fama forensis Diuinat. libro secundo, Fama ac laus perennis. 2. Offic. Commendatio & perpetua fama. Tuscu quęst. libro 5. Fama popularis, stultorum improborumque consensu excitata. Tuscu. quęst. lib. 3. Fama popularis, quę se glorię imitatricem esse uult, temeraria atque inconsiderata, & plerunque peccatorum uitiorumque laudatrix, simulatione honestatis formam eius pulchritudinemque corrumpit. de Amic. Itaque non tam ista me sapientię, &c. fama delectat, falsa presertim, quam, &c. pro Mure. Verus & illustris fama. pro Cęl. Fama adolescentis paulum hęsit ad metas. 12. Fama nunciabat te esse in Syria, autor erat nemo. pro Syll. Vix ad meas aures istius suspicionis fama peruenit. Epistu. 116 b. & 117 a, Cœlij, Magna illico fama surrexit, & de damnatione feruenter loqui est cœptum. 14. Famil. 5. ad Attic. Cœlij, Famę seruire. In Verr. Famam colligere, 2. de Legi. Famam mulierum vt multorum oculis lux clara custodiat, dili-

gentibus

gentissime fanciendum est. 4 ad Her. Famam depeculari. 11. Philip. Reprimere famam. ad Brutum 18, Famam temeritatis subire. 9. ad Attic. Balbi, Famam tuam sustinere non posse, vt, &c. *id est, non conuenire famæ tuæ.* 3. de Natu. deor. Ex vetere fama Græciæ hæc collecta sunt. * Tus. 238 b, Omitte nobilitatem, formamque popularem. stultorum improborum quæ concentu excitatam. ad Herenn. 8 b, Fama, vel rumor de aliquo, vel de aliqua re.]

☞ Syntaxis. *Fama bona, præclara, collecta. Famam & existimationem amittere. Fama & opinio sapientiæ. Fama & omnium sermo. Communi fama, & sermone audire. Illinc fama venit, emanat. Res fama celebrata. Fama surrexit, confecta est. Fama & auditione accipere. Vetus & illustris fama, trista. Famam depeculari, sustinere, reprimere. Fama & auditione accipere, Ex rore ac fama colligere quippiam.*

Fames, mis. *cibi appetitus, esuries.* Atti. 82 a, Etiam fames, qua nihil miserius est, quæ tum erat in hac mea Asia mihi optanda fuit. de Finibus 56 b, Cum cibo & potione fames sitisque depulsa est. de Finib. 83 a, Cibi condimentum est fames. Tusculan. 247 a, Obsonare ambulando famem. Attic. 11 b, Fuerunt quos fames magis quam fama commouerit. pro Dom. 225 b, Nec illi cæmentis ac regulis tectorum meorum se famem suam expleturos putauerunt. de Diuin. 123 b, Auis fame enecta, in offam pullis inuadit. pro Cluen. 31 b, Bestiæ fame dominante, plerunque ad eum locum, vbi pastæ aliquando sunt, reuertuntur. Qui. fra. 308 a, Qui esset qui plebem fame necaret. Attic. 85 b, Senatores quinque fame necati sunt. I. C. 102 b, Patientia famis & frigoris. Epistol. 128 b, Integram famem ad ouum affero.

¶ *Charitas annonæ.* pro Flac. 149 b, Qui in fame frumentum exportare erat ausus.

☞ Syntaxis. *Obsonare ambulando famem. Fame enectus. In fame: id est, caritate.*

Familia, liæ. *agnatio, cognatio, stirps. Errant, qui putant familiam, & genus, & gentem, & gentiles, & agnatos, & stirpem, idem esse, & eiusdem rei vocabula. Hæc enim sic inter se differunt, vt totum & pars, siue vt genus & species. Nam genus, gens, gentilis, & gentilitas totum sunt, continentque quasi partes familiam, stirpem, agnationem. Sic autem inter se comparantur. Genus stirpis, gentilitas, agnatio, nomen, cognomen. nam gens ad nomen, vt Cornelius, vnde Cornelia gens, familia ad cognomen. qua familia vnius gentis inter se distinguuntur, vt Scipiones, Lentuli, Dolabellæ, Syllæ, Cinnæ, quæ omnia, Corneliæ gentis cognomina familiæque sunt.* de Clar. 171 a, Cum insimularetur familia, partim etiam liberi. pro Cec. 295 a, Vnus homo familia non est. pro R. P. 152 b, Qua in familia laus aliqua forte floruerit, eam, fere, qui sunt eius stirpis, cupidissime persequuntur. de Legibus 160 b, In ciuitatibus ratione quadam agnationibus familiarum distinguuntur status. pro Cluē. 11 b, Familia, cognatio, nomen. de Cla. 188 a, Vt dudum de Læliorum, & Mutiorum familijs audiebamus. pro Mure. 127 b, Vetus & illustris familia. ibidem a, Sunt amplæ & honestæ familiæ plebeiæ. de Orato. 109 b, Vnā putasti satis esse in vna familia Rhetorem. * pro Plan. 362, Hic familia consularis est, ille prætoria, reliquos, video esse ex equestri loco. Epi. 98 b, Accedit etiam quod familiam ducit in iure ciuili. I. A. 200 a, Lucius quidem frater eius, vtpote qui peregre depugnauit, familiam ducit.]

¶ *Secta.* de Or. 148 b, Proseminatæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se. de Or. 188 b, Tum singulæ familiæ in te impetum facerent. de Inu. 63 a, Ex his duabus diuersis sicuti familijs. de Diu. 109 a, A Peripateticorum familia. pro Syl. 177 b, Gladiatorum familiæ.

¶ *Tota patris familias possessio.* de Ora. 105 b. Qui quibus verbis herciscere oporteat nesciat, idem herciscundæ familiæ causam agere non potest. pro Cæcin. 283 b, Arbitrum familiæ herciscundæ. *id est, possessionis seu hæreditatis diuidendæ. Est etiam nomen actionis, familiæ herciscundæ, vt habetur Dig. li. 10. eod. tit.*

¶ *Seruorum numerus.* pro Cæcinn. 295 b, Familiæ, quæ constant ex seruis. de Na. 57 b, Homines coniugum, & liberorum, & familiarum suarum causa frumentum condunt.

☞ Syntaxis. *Coniuges, liberi, & familiæ. Familia constans ex seruis pluribus. Peripateticorum & gladiatorum familia.*

Familiaris, re, rior, ssimus. *familiaritate coniunctus, necessarius, intimus, domesticus, qui in intima familiaritate alicuius versatur, vsu coniunctus.*)(*Alienus.* Att. 264 b, Homo familiarissimus, & mihi omnibus rebus coniunctus. Epi. 31 a, Is est ex meis domesticis atque intimis familiaribus. I. A. 261 a, An ego non venirem contra alienum pro familiari & necessario meo. Q. frat. 305 a, Intimus proximus, familiarissimus quisque sibi pertimuit. Ep. 99 b, Cæsar ad me scripsit, nondum te sibi satis esse familiarem propter occupationes suas, sed certe fore. Offic. 41 b, Habere amicos, quibus cum possis familiares conferre sermones. I. V. 35 a, Quis vnquam in luctu domestico, in funere familiari, cenauit cum toga pulla? Tuscu. 148 a, Res familiaris & domestica. ad Her. 1 a, Etsi negocijs familiaribus impediti, vix satis, &c. pro Cæl. 51 b, & I. A. 175 b, Fieri familiarem alicui. de Amici. 103 b, Vidimus Pub. Æmilium C. Luscinio familiarem fuisse. Q. fr. 315 a, Ipse est enim veterator magnus, & perfamiliaris Philisto. de Ora. 149 a, Is qui familiarior nobis propter scriptorum multitudinem est Demosthenes.

☞ Syntaxis. *Ex domesticis & intimis familiaribus. Familiaris & necessarius, proximus, familiarissimus. Familiarior.*

Familiaritas, tis. *vsus consuetudo, necessitudo, coniunctio.* Epist. 212 a, Cum Lysone Patrensi est mihi quidem hospitium vetus, quam ego necessitudinem sancte colendam [illegible]. sed ea causa etiam cum alijs compluribus familiaritas tanta cum nullo hospite, & ea cum officijs eius multis, tum etiam consuetudine quotidiana sic est aucta, vt nihil sit familiaritate nostra coniunctius. Offic. 21 b, Consuetudines præterea & familiaritat[es], multæque cum multis res rationesque contractæ. & ibidem. Cum boni viri moribus similes sunt familiaritate coniuncti. Atti. 182, Itaque in sinu & in familiaritate adolescentis, & cum eo, vt res indicat, ingressus est. Epist. 212 a Nihil est familiaritate nostra coniunctius. pro Deiot. 151 a, Consuetudo familiaritatem affert. Off. 19 a, Familiaritates habere fides amantissimos amicorum. (*aduerb.* Epist. 112 b, In Vat. 143 a, Venire in familiaritatem alicuius. Q. frat. 300 a, & I. V. 175 a, Recipere aliquem in familiaritatem suam. pro Corn. 67 a, Versari in familiaritate alicuius. de Orato. 87 a, Antonius summa familiaritate, coniunctus. In Vat. 143 a, Ir bene penitus in illius familiaritatem sese dedit. Quin. frat. 292 a, Qui in tuam familiaritatem penitus intrarit. pro Clu. 31 b, Is sese ad Staleni familiaritatem applicauit. pro Quin. 2, Tamen inductus consuetudine & familiaritate. Quint. fecit, &c. * Epi. 223 b, Coniunctus cum aliquo magno vsu familiaritatis.]

☞ Syntaxis. *In sinu & familiaritate. Consuetudo familiaritatem efficit, affert. In familiaritatem venire, recipi, versari, se dare. In familiaritatem bene penitus intrare, se dare. Ad familiaritatem se applicare.*

Familias. *vt paterfamilias, id est, dominus & administrator rei familiaris.* pro Q. 2 a, Cū Quintius suarum rerum paterfamilias & prudens & attentus. de Repub. lib. 5, teste Nonio: Bono patrifamilias, colendi, ædificandi, ratiocinandi quidam vsus opus est. pro S. R. 25 a, Patresfamilias & 16 a, Patresfamiliar.

Familiariter, ius. ssime. *liberè, amicè.* Atti. 95 b, Decreueram cum eo valde familiariter viuere. I. V. 59 b, Cum aliquo familiarissime atque amicissime viuere. Att. 136 b, Quæ soluto animo familiariter scribi solent, temporibus his excluduntur. pro Cæl. 49 b, Licentius, liberius, familiarius cum aliquo viuere. de Orato. 110 a, Hoc fieri cupidius factum existimas, Cæsari attribues: si familiarius, vtrique nostrum.

☞ Syntaxis. *Familiarissime & amice.*

Famosus, a, um. *infamis.* (. *Clarus, nobilis, honoratus, magnum nomen habens, qui est in magno nomine & gloria.* de Orat. 134 b, Nam me ad famosas vetuit mater accedere. Poete. de Rep. li. 4. teste Nonio: Atque etiam si qua erat famosa, ei cognati osculum non ferebant.

Famula, læ. *ancilla.* Tuscu. 164 a, Res familiaris est ministra & famula corporis. Tus. 258 a, Si virtus famula fortunæ est.

Famularis, re. *seruilis.* Tus. 174 a, Famularis vestis. *alias famelaris.*

Famulatus, tus. *seruitium.* de Ami. 109 b, Qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis & generis in famulatu fuerunt. Offi. 75 b, Quàm miser virtutis famulatus seruientis voluptati.

Famulor, aris. de reip. Est. n. genus iniustæ seruitutis cū hi sūt alicrius, qui sui possunt esse, cum autem hi famulantur, qui, &c. apud Non.

Famulus, li. *pedisequus.* Offi. 37 b, Heris sit sane adhibenda sæuitia in famulos, si aliter teneri non possunt. de Am. 106 b, Parare pecuniā, equos, famulos, &c. Tusc. 185 b, Ergo hos vt famulos vinclis arceamus de Leg. 174 a, Famuli Idex matris.

☞ Syntaxis. *Res familiaris ministra & famula corporis.*

Fanaticus, a, um. *delirus, furens.* de Di. 133 a, Philosophi superstitiosi, & pene fanatici. pro Do. 234 a, Homo fanaticus.

Fando. pro Qu. 15 a, Nulla intercessit postulatio, multo æqua, verum ante hoc tempus ne fando quidam audita. de N. 17 b, Ne fando quidem auditum est, tibi, &c.

Fandus, a, um. *proferendus.* de Di. 94 b, Neque me Appollo fatis fandis mutam ciet. Poetæ.

Fanum, ni. *templum, locus religiosus.* de Leg. 175 a, Athenienses Contumeliæ fanū & Impudentiæ fecerunt. de Inu. [illegible] a, Crotoniatæ téplū Iunonis religiosissime colebant. & ibi. paul. post, Propter fani religionem: *cum de eodem templo loqueretur.* pro Rab. 96 b, Pro fanis atque delubris propugnare. de Fin 78 a, & Tusc. 73 a, Ita non superstitiosus erat, vt illa plurima in sua patria sacrificia & fana contemneret. Epi. 75 b, Vt pecunia in fano poneretur. item: Fanum, templū, ædes sacra. L. Ædes.

☞ Syntaxis. *Fanum facere, colere. Pro fanis atque delubris pugnare.*

Farcitus, ta, tum. *plenus.* I. V. 241 a, Puluinus perlucidus, Melitensi rosa farcitus.

Faris, vel fare, fatur. *loqui.* de Di. 94 b, Tum. n. ferunt ex oraculo hæc fatum esse Pythiam. de Vniu. [illegible] b, Tum ad eos is Deus qui omnia genuit, fatur. Hæc vos, &c. Tus. 250 b, Epicurei nostri Græce fari nesciunt, nec Græci Latine.

Fartor, oris. *qui lucanicas facit & farcit, siue qui aues farcit & saginat.* Of. 30 b, Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores, &c.

Fartus, ta, tum. *fartum.* Tus. 180 a, Tum iecore opimo farta & satiata affatim, &c. Or. 212, Poetæ.

Fas, *ius, quod licet.* cont. Rul. 69 b, 60 a, Vt id quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret, populi ad partes daret. pro Do. 220 a, Factus es filios contra fas, cuius per ætatem poteras esse pater. pro Mil. 10 a, Clodium nihil delectat, quod aut per naturā fas sit, aut per leges liceat. pro Dom. 238 b, Neque enim id fieri fas erat. de Ar. 251 b, Oratores contra ius fasque interfectos. Atti. 11 b, Ius & fas omne delere. pro Do 232 a, Cum hoc mihi vni dicere fas fuisset. pro Clu. 20 a, Socius generi sui, contra quam fas erat, amore capta. pro Mur. 143 a, Ciues, si eos hoc nomine appellari fas est. Tusculan. 236 a, Si hoc fas est dictu.

☞ Syntaxis. *Fas est, licet. Contra fas. Id per naturam fas est, contra ius fasque. Fas & ius. Ille, contra quàm fas erat, amauit. Fas dictu. Id agere fas est.*

FASCEOLÆ, larum. *fascia, sunt crurum integumenta, quibus ornatus causa crura inferiora vinciebant.* de Ar. 354 a, Muliebres soleæ purpureæque fasceolæ. *aliàs Fasciola & quidem melius.*

FASCIA. *fascia.* Attic. 24 a, Etenim mihi erat caligæ vt fasciæ cretatæ non placebant. de Cla. 184 a, Cn. Octauius qui deuinctis erat fasciis, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. de Diuinat. 136 a, Quidam somniauit ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis.

FASCICVLVS, li. Q. F. 314 a, Fasciculus ille epistolarum, in quo fuerat & mea & Balbi, totus mihi aqua madidus redditus est. Attic. 103 a, Eas epistolas in eundem fasciculum velim addas. & 74 a, Accepi fasciculum, in quo erat epistola Pyliæ. & 30 a, Fasciculum literarum. Tusc. 199 b, Fasciculum ad nares admouebis?

FASCES, scis. Att. 120 b, Age iam has cópedes, fasces, inquam, hos laureatos, hæc ferre ex Italia quàm molestum est. contr. Rul. 85 a, Lictores prætoribus anteibant cum fascibus duobus. I. V. 240 a, Fasces prætoribus præferri. & 111 a, Quæstores cum fascibus mihi præsto fuerunt. pro Do. 118 a, Nullus locus orbe terrarum vacuus extraordinarijs fascibus & imperio Clodiano fuisset.

☞ Syntaxis. *Fasciculus, & literarum fasciculus.*

FASTI, orum. *libri in quibus cuiusque dies annique gesta continentur.* At. 86 a, Flauius Annij Filius protulit fastos: nam occultatam putant quodam tempore istam tabulam, vt dies agendi peterentur a paucis. pro Mur. 129 b, Posset agi, necne, pauci quondam sciebát, fastos enim vulgo non habebant. & ibidem. Scriba quidam Cn. Flauius singulis diebus ediscendos fastos populo proposuit, & ab ipsis cautis iurisconsultis eorum scientiam compilauit. de Prou. 78 b, Non omnibus fastis legem ferri licere. in Pis. 86 a, Hanc legem vllis fastis ferre possunt? Att. 283 a, Decreui vt in fastis ad eú diè Bruti nomen ascriberetur. & ibi. Quod ego cum dabam Bruto, notam esse in fastis gratissimæ victoriæ memoriam volebam. I. V. 235 a, Cum diem festum ludorum de fastis suis sustulissent. I. V. 235 a, Eximere dies de fastis. pro Sest. 10 a, Consules non modo ea memoria, sed etiam ex fastis euellendi. Att. 59 b, Longe paginulæ in codicillorum fastis. Tuscu. 162 a, Luna accretione & diminutione luminis quasi fastorum notans & significans dies. Ep. 68 a, Etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet, quasi enumeratione fastorum.

☞ Syntaxis. *De fastis auferre, eximere.*

FASTIDIO, dis. *fastidio afficior, offensionem atque fastidium ad aliquam rem habeo.* pro Mil. 109 b, Qui nó modo improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam rectè factis sæpe fastidiunt. *aliter, in recte factis.* L. PAULA 2021.

FASTIDIOSE, *ambitiosè, leuiè.* de Or. 107 b, Quod ego non tam fastidiose in nobis, quam in histrionibus spectari puto. pro Plan. 273 a, Tú ego stomachans fastidiose, inquam, &c. de Orat. 64 b, Diligenter ac propè fastidiose iudicare aliquid. Att. 21 a, Lente & fastidiose probare aliquid. de Ora. 142 a, Prudentius, vel lautius, vel etiam fastidiosius facere aliquid.

FASTIDIOSVS, a, um, sior, ssimus. *difficilis.* de Cla. 153 a, Antonius facilis in recipiendis causis erat, fastidiosior Crassus, sed tñ recipiebat.

¶ *Abhorrens.* de Clar. 187 b, Memmius fastidiosus literarum Latinarum.

¶ *Insolens.* ad Her. 36 b, In æquos & pares fastidiosus.

¶ *Facile fastidiens.* ad Her. 31 b, Aurium sensus fastidiosissimus.

FASTIDIVM, dij. *offensio.* de Ora. 121 a, Non sunt tanti vlla eius merita quanta insolentia hominis, quantumq; fastidium. I. A. 283 a, Quorum si essent arrogantes, non possem ferre fastidium. & 245 b, Nec id fit fastidio meo, sed charitate reipu. In Sal. 178 a, Ego dabo operam, vt pro me minimo cum fastidio respondeam. de Orato. 151 b, Ab aliquo celerrime fastidio quodam & satietate abalienari. & 161 a, Vt neque ij satientur qui audient, fastidio similitudinis. de Orat. 107 b, Quæ re acta sunt probari, quæ praua sunt fastidijs adhærescere. de Opt. 244 b, Quod igitur est eorum in orationibus à Græco conuersis fastidium? nullum cum sit in versibus. de Opt. 244 a, Qui intelligentiam ponunt in audiendi fastidio. Tusc. 123 b, Eaque, quæ eis morbis contraria, quæ habent ad eas res certas vitiosam offensionem atque fastidium. de Fin. 51 a, In oleas domesticarum rerum fastidium. de Inu. 47 b, Cibi satietas & fastidium. de Fi. 50 a, Rudem enim esse omnino in nostris poetis, aut inertissimæ segnitiæ est, aut fastidij delicatissimi.

☞ Syntaxis. *Bono fastidire in bono. Fastidiosè stomachari. Diligenter & fastidiosè. Prudentius, lautius, fastidiosius. Fastidiosus virtutum. In pares fastidiosus. Id ago non fastidio meo. Fastidium & satietas. Vitiosam habere offensionem atque fastidium ad pietatem. Iners segnities, aut fastidium delicatum.*

FASTIGIVM, gij. *culmen, summa, finis, translatione.* de Ora. 159 b, Capitolij fastigium illud, cæterarumque ædium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. Q. F. 230 a, Tectum multorum fastigiorum. I. A. 181 a, Diuus Iulius habuit puluinar, simulachrum, fastigium, flaminem, &c. Orã. 59 a, Imponere fastigium operi inchoato.)(*iacere fundamenta.*

FATALIS, le. *ex omni æternitate definitus & constitutus.* Postquam 202 a, Quoniam nobis quasi aliqua fatali necessitate cum fortuna belligerandum fuit. pro Marcel. 136 a, Respub. perfecta est hoc misero fatalique bello. de Fat. 144 a, Causæ fatales. de Somn. 167 a, Cum hi duo numeri circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint. Academ. 44 b, Fatalis & immutabilis continuatio ordinis sempiterni. de Diuinat. 123 b, Hæc possunt prouideri, quia certa sunt, & fatalia. de Fat. 146 b, Tam enim fatale est medicum adhibere, quam cōualescere. de Diuina. 113 a, Non igitur fatales exitus habuerunt. de Arch. 244 b, Scipio quasi fatali euentu solus Carthaginem euertit. Postquam 204 b, I. annum, quem ego mihi quàm patria maluerã esse fatalem. I. A. 1 a, Quod fuit illorum vtrique fatale. pro Se. 6 b, Sed fuit profecto quædam illa reipu. fortuna fatalis, vt illæ, &cæ. de Cla. 187 b, In hoc cōmuni nostro & quasi fatali malo. I. C. 186, Meus consulatus ad salutem reip. propè fatalis fuit. & 1 b, Hic annus fatalis est ad interitũ huius vrbis. I. P. 81 a, P. Clodius fatale portentum reip. de Fat. 141 a, Vis est nulla fatalis. de Na. 1 b, & 50 a, Fatalis necessitas rerum futurarum. Par. 236 a. Quæ cuique accidunt diuina atq; fatalia. I. A. 209 a, Fuit aliquis fatalis casus, vt ita di. á, &c. nunc si quis erit, erit voluntarius.

FATALITER, *necessariò.* de Di. 1 a, Omnia quæ fiunt, quæq; sunt ex omni æternitate definita esse fataliter.

☞ Syntaxis. *Fatale & immutabile. Certum & fatale. Diuinum & fatale. Ex omni æternitate definita res fataliter.*

FATENDO, dum. Par. 234 a, Mori maluit falsum fatendo, quàm infitiando dolere. de Natu. 58 a, Hominum causa earum rerum copias comparatas fatendum est.

FATEOR, eris. *confiteor.* Epi. 157 b, Laterensis nostri animum in rempu. singularem semper fatebor. pro Cæc. 289 b, Non solum fateri, sed etiam profiteri aliquid. pro Rab. 93 b, Quamobrem fateor, atque etiã profiteor, & præ me fero, perduellionis iudicium a me sublatum. de Cla. 171 a, Tu quia Nævio vel tu aspisti multa, si fateris, vel si negas, surripuisti. Antequam 195 b, Qui de scelere fateretur. & de Inuentione 71 a, Fateri de aliqua re. contra Rull. 77 b, Quæ est ista æquitas? hunc agrum excipere nominatim, qui publicus esse fateatur.

☞ Syntaxis. *Fateor, & profiteor & præ me fero.*

FATIDICVS, ca. *quem Liuius fatiloquum dicit.* de Leg. 173 b, Fatidicorum & vatum effata incognita interpretari. de Nat. 5 b, Anus fatidica Stoicorum πρόνοια.

FATIGATVS, a, Top. 227 a, Fatigatus igne.

FATVITAS, tis. *stultitia.* de Inu. 74 b, Postea definitionibus ostendere non hanc imprudentiam aut casum, sed inertiam, negligentiam, fatuitatem nominari oportet.

FATVM, ti. *vis fatalis, fortuna, fatalis necessitas, εἱμαρμένη.* de Fat. 144 a, Fati necessitas, quod a Deo constitutum & designatum est vt eueniat, causarum series sempiterna, causæ æternæ rerum futurarum, causæ immutabiles, & æternæ, causę inclusæ in rerum natura atque mundo. de Diuinatio. 106 b, Fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην, id est, ordinem seriemque causarum cum causa causæ nexa rem ex se gignat, ea ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. & ibidem Fatum est causa æterna rerum, cur ea quæ præterierint, facta sint, & ea quæ instant, fiant, & ea quæ consequuntur, futura sint. de Nat. 61 b, Quod semper ex omni æternitate verum fuerit, id esse fatum. de Fa. 148 a, & de Natura Deorum 12 b, Omnia fato fieri, in qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuit. de Diuinatione 112 a, Nihil fieri extra fatum. de Fat. 147 a, Stoici fato omnia fieri dicunt. Topico 225 b, Ex hoc genere causarum ex æternitate pendentium fatum a Stoicis nectitur. de Diuinatione 1 a, Omnia quæ fiant, futurave sint, fato contineri. & ibidem. Anile sane & plenum superstitionis fati nomen ipsum. de Diuinat. 112 b, Ruina igitur oppressus esset. at id neque si fatum fuerat, effugisset: neque si non fuerat, in eum casum incidisset. & ibidem, Mutari enim fata non possunt. & ibid. Sin autem id potest flecti, nullum est fatum. de Fat. 141 a, Daphnitæ fatum fuit de equo cadere, atque ita perire. & 146 a, Si fatum tibi est ex hoc morbo conualescere. de Diuin. 128 b, L. Tarutius vrbis nostræ fata canere non dubitabat. de Diuinatio. 94 b, Neque me Apollo fatis fandis dementem inuitam ciet. de Somn. 127 a, Sed eius temporis ancipitem video, quasi fatorum viam. de Diuinatione 100 a, Ex fatis, quæ Veientes scripta haberent, Veios capi non posse. & 80 a, Prædicere, quid cuique euenturum, & quo quisque fato natus sit. pro Corne. 67 a, Fuit hoc meum fatum, vt in me, &cęt. de Diuinat. 84 b, *Atque hæc fixa gram fato & fundata tenemur.* Octau. 330 b, At te fata patriæ Paridem futurum prædicabant. pro Font. 283 b, Ea conditione atque eo fato natum esse me, &cęt. pro Milon. 107 a, Milo hoc fato natus, vt ne se quidem seruare potuerit, quin vna rempublicam seruaret. pro Marc. 133 a, Omnes qui ad illa arma fato sumus, nescio quo reipubli. misero funestoque compulsi. Attico. 240 b, Ego quid faciam? aut quo me fato geram? I. A. 160 b, Quoniam meo fato fieri dicam, vt, &cęt. de Vniuersi. 202 a, Nec vos vlla mortis fata vnquam perimant. I. A. 154, Si quid mihi humanitus accidisset: multa enim impendere videbantur præter naturam, præterque fatum. pro Dom. 241 b, In illo pene fato reipub. ad Her. 37 b, Vita hominis fato debetur. Attic. 16 a, Si nostrum fatum aut fortunam conqueremur. pro Murę. 135 b, Illud fati est, hoc consilij. I. C. 115 a, Nisi dij immortales omni ratione placati, prope fata ipsa flexissent.

¶ *Infortunium.* Quin. Fr. 305 a, Vt meo fato & tu omnes mei corruistis. Attic. 148 a, Miseros nos, cur non omnes fatum illius vna exceuti sumus? I. C. 160 b, Quibus ego confido impendere fatum aliquod & pœnam, iamdiu improbitati debitam. de Cla. 169 b, Sic Hortensij vox extincta fato sua est, nostra publico. I. C. 114 b, Neque tanto ante exitium ac fati diem reipu. denunciassem. Epist. 85 a, Quia quidem in re singulari sum fato. I. A. 190 a, Iam fatum extremum reipublicæ venit.

¶ Vati-

¶*Vaticinium*.I.C.112 b,Lentulus autem confirmauit ex fatis Sibyllinis,aruspicumque responsis,se esse tertium illum Cornelium,&c.

☞ Syntaxis. *Fata fieri,contineri, Nisi fatum sit,euades. Illum fuit fatum demergi.*

FATVVS,a,um.*stultus*.pro Deiot.147 b, Non modò nequam & improbus,sed & fatuus & amens. Att.95 b,Puer fortasse fatuus & non grauis,nec continens.de Ora.117 b,Hoc præceptum est magis monitoris non fatui, quàm acuti magistri.de Fin. 79 a, Nisi plane fatui sint. Episto.160 a,Nec cum periculo fatuus sis.de Orat.134 a, Homo fatuus, &c.

☞ Syntaxis. *Fatuus & amens.*

FAVCES,ium.*angustia gutturis*.de Nat.45 a, Patefactis terræ faucib.pro Cæc.35 b,Faucibus premi.Q.F.293 b,Thuscenius, cuius tu ex impurissimis faucibus inhonestissimam cupiditatem eripuisti.

¶*Locus angustus* cont.Rul.83 b,Corinthus erat posita in angustijs atque in faucibus Græciæ.

¶*Discrimen periculum*.de Orato. 104 a,Omitto fauces,ex quibus te eripi vis. pro Arc.189 b,Vrbem ex omni impetu hostium ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque seruatam.

¶*Aditus*.I.V.180 a,& pro Qu.4 b, Æmilius sedens in faucibus macelli.

FAVEO,ues, faui.*studeo,amo,complector.*) (.*Inuideo*. de Cla.196 b, Tibi fauemus,te tua frui virtute cupimus,tibi optamus eam rempub. in qua,&c.Epist.187 a,Fauebam & reip.cui semper faui, & dignitati ac gloriæ tuæ.& 6 b,Qui mihi semper tuę laudi fauere visus est.Ep.33 b,Non magis mihi faueo in amicitia nostra tuēdā,quam tibi. & 155 a,Non multo plus faueo patrię,q̃ tibi.& 146 b,Huic meę voluntati, in qua inest vis desiderij,vt faueas.adiutorq; sis,vehemēter te rogo. pro Pl.163 a,Cuius honori , agri propè dicam ipsi montesque fauerunt.pro Lig.138 a,Cuius industrię glorięq; faueo. Att 110 b,Fauere honori alicuius.In Sal 274 b,Ego virtutibus Cæsaris faui. Tuscu. 270 a,Ita isti faueo sententiæ.pro Plan.262 b , Qui fauent nobilitati.Anteq.196 b,Fauete innocentiæ. de Diu.101 b,Rebusq; diuinis, quæ publice fierent,vt fauerent,linguis imperabantur. de Di. 125 b, Iam illa fauere linguis.&c.In Ant.164 a, Ego fauisse me tibi fateor. de Di.120 a,Galli silentio noctis,vt ait Ennius fauent faucibus:rursus cantu plausuque præmunt alas. pro Q.R. 49 b , Qui diligebant hunc,illi fauebant.

FAVETVR.de Ora.157 b, Inuidetur enim commodis hominum ipsorum,studijs autem eorum cæteris commodandi fauetur. de Offi.42 a,Non modo non inuidetur illi ætati,verùm etiam fauetur.

☞ Syntaxis. *In hoc tibi non faueo.Fauens & adiutor sum. Fauere suis amicis.*

FAVNVS,ni.de N.62 b,Fauni vocem equidem nunquam audiui , & de Di.101 a,In prælijs Fauni auditi, & 104 a,

Versus quos olim Fauni vatesq; canebant.

FAVONIVS,nij.*Græcè Zepherus,ventus ab occasu flans*. In V. 241 a , Veris initium nō à fauonio notabat,sed cum rosam viderat, tum incipere per arbitrabatur.Acad.26 b, Mare fauonio nascente purpureum vt.

FAVOR,oris.*gratia,studium,iactatio,aura,iactatio cursusq; popularis , prosper flatus fortunæ*.pro Q.R.49 b,Quā expectatione , qd̄ studiū, quē
● fauorē secū in scenā attulit Panurgus.*ad Br.ex Q.138 b,Eum amorem,& eum (vt hoc verbo vtar) fauorem in consilium aduocatur.]

FAVSTE.*fortunatè*.pro Mur.124 b,Idem ego pręcatus sum,vt ea res vobis fauste,feliciter,pspereq; eueniret.*hic in tribus verbis est synonymia.*

FAVSTVS,a,um. Tusc.247 b, Horribilem eum diem alij,nobis faustū putemus.pro Fl.165 b,O nox illa fausta huic vrbi. de Di.101 a,Antiqui omnibus rebus agendis,quod bonum,faustū felix fortunatūq; esset,præferebant.(*hic synonyma in quatuor verbis* . & 102 b.

Faustaq; signa suæ laudis reditusq; notabant.

FAVTVRVS,a,um.Att.203 a,Rescripsi Patrono,illi nihil opus esse,me tamen ei fauturum. pro Planc.259 a, Iouidos huic accusationi esse fauturos .

FAVTOR,oris.*studiosus,studens.*)(.*Aterbos*.pro Pl.270 b, Multi sunt cupiditati,multi fautores laudi tuæ.Ora.210 a , Non inuidi solum sed fautores etiam laudum mearum.pro Pl.359 a , Cum multos & bonos viros eius honori viderem esse fautores.Epi.12 a, Cuius ego ab adolescentia fautor & adiutor extiti & 198 b,Ego tuorum consilio-
● rum autor,dignitatisq; fautor,&c.* Epi. 4 a , Fautor qui ęquus est alicui.Habere aliquem iustiorem.] Episto.151 b,Me tuæ dignitatis non modo fautorem,sed ēt amplificatorem cognosces. pro S. R. 21 a,Hic nobilitatis fautor fuit.Att.12 a, Studiosus ac fautor alicuius.

FAVTRIX,cis.pro Pl.263 b, Nostra illa fautrix suorum regio.de Fi.62 b, Amicitiæ fautrices fidelissimæ voluptatum.

☞ Syntaxis. *Fautor laudum,& laudibus. Fautor & adiutor alicuius.Et fautor,& amplificator. Studiosus & fautor.*

FAVVS,ui.Offi 31 b, Atque vt apum examina,non fingendorum fauorum causa congregantur,sed cum congregabilia natura sint,fingunt fauos : sic homines,&c.

● * FAVX,cis.*angustia gutturis*. Cic.cont.Rul.83 b,Corinthus erat posita in angustiis atq; in fau. ibus Græcię.Omitto fauces ex quibus te eripi vis.Ci.de Or.104 a,Vrbem ex omni impetu hostium, ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque seruatam.Cic. pro Ar.189 b, Thuscenius cuius tu ex impurissimis faucibus inhonestissimā cupiditatem eripuisti.Ci.Q.F.293 b, Æmilius sedens in faucibus macelli.Ci.I.T.180 a, Et pro Q.4 b, Patefactis terræ faucibus. Ci.de N. 45 a, Faucibus pręmi.Cic.pro Clu.35 b,ad Her.20 b, Plenis faucib. quam fœdatissima voce vti.

FAX,cis.*tæda*. I. A. 177 b,Illæ faces, quibus incensa L. Bellieni domus deflagrauit.I.P.80 a , Ego faces iam accensas ad huius vrbis incendium extinxi. & 85 a, Cū ardentes faces furijs Clodianis ministrabas.de Aru.252 b,Cū ardētes faces in vicinorū tecta iactas Att.226 a,Serui cū facibus in tecta nostra immissi. I. C.103 b ,Malleolos ad incēdēdā vrbē facesq; cōparare.pro D.215 b,Prouidēdū fuit, ne in hāc materiā seditionis ista funesta fax adhęresceret.I.V 217 a Dextera ardētē facē pferebat. Aca.22 b, Diana facē iacit à lęua. I. C.103 a,Cui tu adolescētulo nō ad libidinē facē ptulisti?I.A.169 b,Antonius oīum Clodij incēdiorū fax.Of.40 b , Dolorū cū admouent faces,pter modū plerīq; exterrent.de Or.127 b, Neq; paruis in rebus adhibendę sunt hæc dicēdi faces.pro Cl.20 b,Faces nuptiales. de N. 18 b,Faces cęlestes visę.I.C. 115 a,Visę iā nocturno tempore faces.

☞ Syntaxis. *Faces ministrare,iactare,comparare. Fax adhærescit. Prœferre alicui facem ad libidinem. Dolorum admota faces. Antonius fax,etc. Dicendi faces adhibere.*

FAXIT,faxint.*futuri temporis.pro faciat,faciant*.I.V.165 b,Dij immortales faxint,ne sit alter,&c.de Sen.92 b,

Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu.

Faxit. cur? volito viuus per ora virùm.

Epi.234 b,Dij faxint,vt tali genere mihi frui liceat. Atti. 231 a, Dij faxint,vt faciat ea quæ promittit,& 250 a,Quod promittis, Dij faxint. de Leg 173 a,Qui secus faxit,Deus ipse vindex esto.

☞ Syntaxis . *Faxit Deus,vt &, Si secus faxit,i.agat.*

FEBRICVLA,læ.*commotiuncula* Att 97 a,Erat in extremo , tum te febriculam habentem scripsisse. Epis.156 b,Qui ex labore in febriculam assiduam & satis molestam.Att.lib.12,De Atticæ febricula,*scilicet*,valde dolui.

FEBRIS,bris.*calor & siccitas in animante tota minimè naturalis*.I.C.103 b.Qui ęstu febriq; iactant,si aquā gelidā biberint , prius releuari vident deinde multo grauius vehementiusq; afflictant.de Fat. 143 a, Si cui venæ sic mouent,is habet febrē.Epis.107 a,b, Cū decimū iam diē grauiter ex intestinis laborarē,nec probarē me nō valere , qa febrim nō habebā,fugi in Tusculanū. de Or. 143 a , Ex quo sudorē cū cohorruisset,cū febri domū redijt. At 272 b, Sic cū biduū cibo se abstinuisset,subitò febris decessit.& 71 b,Incōmoda valetudine emersērā,vtpote cū sine febri laborassem.& 79 a,cognoui ex eo q̃ ita scrīpseras,te Romam venisse cū febri.Epi.262 a, Ægypta mihi nūciauit, te plane febri carere,& belle habere.de Na.64 b, Tertianę , quartanæ febres,quarum reuersio & motus constans est. Tuscu.167 a, In-
● est enim velle in carendo,nisi cum sic tanquam in febri dicitur.*Ep. 237 a,Mihi nunciatum est,te in febrim subito incidisse.]

☞ Syntaxis.*Habere febrim. In febrim incidere assiduam. Esse tria cū febre. In tertiū diem febris incurrit. Febri carere. Febris reuersio, & motus.*

FEBRVARIVS,ij.*intercalaris vel intercalarium mensis*.de Leg.181 a, Februarius mensis extremus anni.pro Q.R,2, Ante diem IIII. Cal. Fe. .i. *Cal. intercalares*. .L.INTERCALARIS. I. V.174 b,& Qui. F. 314 b, Mensis Februarius postulatis & legationibus prouinciarum audiendis dabatur, ex lege Gabinia.

FECIALIS,lis.*idem & sacerdos & orator*.de Leg. 143 b , Fœderū pacis, belli,iudiciarū oratores feciales,iudices.IIII.sunto.I.V.245 b , Dij approbent,habemus hominem in fecialium manibus educatum.

FECIALIS,le *a feciali sacitum constitutumque*.Off.8 a, Belli quidē ęquitas sanctissime feciali Pop Rom.iure perscripta est ibid. 74 a, Cum iusto n.& legitimo hoste res gerebatur,aduersus quem & totum ius feciale,& multa sunt iura communia.

FEL,lis *flaua bilis*.de Di.114 a.Gallinaceum fel,&c. quid habet naturale quod declarare possit, quid futurum sit ?

FELIS,lis,vel felis.*domestica bestia muribus infesta*.de Leg.161 a, Qui canem & felem vt deos colunt. de Na.17 b,& 60 a,Crocodylū,& ibin, & felem non violari ab Aegypto. Tusculan.143 b, Feles canis, Crocodylus.

FELICITAS,*beatitudo,prosperitas,secunda res.*) (.*Afflicta fortuna*.I.A.17 a,Antonius fuit felix , si potest vlla in scelere esse felicitas.pro Pom. 13 a,Felicitas,quā pręstare de seipso nemo potest, meminisse & cō-
● memorare de altero possumus.pro Syl.*Aliquid casu magis & felicitate ab aliquo,quā virtute,& cōsilio gestum esse de Cla.165 a,Summa alicuius felicitas.pro Fon.282 b, Felicitas Fonteij in re militari. de Cla.166 a,Felicitas ipsius qua semper visus est.Q.F.315 a,Felicitas L.Syllæ.ad Her.30 b , Illi fortuna felicitatem dedit, huic industriam virtutem comparauit.

☞ Syntaxis. *Virtus, Deus dans felicitatem.*

FELICITER,*prospere,fortunate,faustè*. I.V.127 b,Satis feliciter anni iā aduerso tempore nauigauit.pro Mur.124 a, Idē ego pręcatus sum, vt ea res fauste,feliciter,prospereq; eueniret.de Prou.75 b , Cæsar cum acerrimis nationibus Germanorum pręliis felicissime decerta-
● uit.I.A.102 a,Resp.bene & feliciter gesta.*Epi.21 a,Quarum sane feliciter,& ex mea sententia temp. gessi.}

FELIX,cis.*beatus,fortunatus,florens,cui bene est*.de D.101 a,Antiqui omnibus rebus agendis,quod bonum,faustum,felix,fortunatum esset, præcabantur.Q.F.295 b, Asia in te retinendo fuit felicior, q̃ nos in deducendo.de Cla.170 a, Sed ille Græcus ab omni laude felicior. I. A.171 a,Cæsar Alexandriam se recepit felix.pro S.R.Quāuis Sylla felix sit,sicut est,tamen,&c.de Fi.146 b, Polycratem Samium felicē appellant.pro Fon.282 a, Felix ad casum fortunamque.

☞ Syntaxis . *Faustè feliciter,prospereq;. Felix ab omni laude.*

FEMEN,inis.*crus seu extendens pars interior, & inferior*.I.V 211 b,Signū Apollinis pulcherrimum , cuius in fœminę literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum.de Nat 21 a,Redundans pedibus,feminibus,cruribus,&c.

Femur, oris. *cruris vel coxendicis pars exterior*. de Clar. 190 b, Frons non percussa non femur, nulla pedis supplosio.

Fenestra, stræ. *locus apertus ad lumen accipiendum*. Att. 24 2, Fenestrarum angustias quòd reprehendis, scito te κύρου παιδείαν reprehendere. Tusc. 158 a, Ex partes, quæ quasi fenestræ sunt animi.

Fera, feræ. *bestia, fera bestia*. ad Her. 11 b, Offi. 11 a, Feræ rationis, & orationis expertes. pro S R. 30 a, Noluerunt feris corpus obijcere, ne bestijs quoq;, quæ tamē scelus attigissent, immanioribus vteremur. Offi 65 b, Excitare & agitare feras.

Feralia, orum. *dies erant dijs manibus consecrati, quòd ad tumulos epulas ferrent, ibiq; cœnam & epulum agitarent*. Atti. 132 a, Video Cæsarē a Corfinio post meridiem profectum esse feralibus.

Ferax, cis. cior. *vber fœcundus, fertilis, frugifer*. LV. 170 a. Agri sunt feraces. & Or. 50 a, Nihil feracius ingenijs. item: Nullus in Philosophia locus est feracior, nec vberior, quàm de officijs.

Ferculum, li. Offic 56 b, Cauendum est, ne tarditatibus vtamur ingressu mollioribus, vt pomparum ferculis similes esse videamur. *Fortasse melius hic ferculus, li: vt bocculus, li, diceretur nam non est dubium, quin hoc loco pro ijs qui vasa simulachraque deorum, & id genus alia, in pompis siue triumphis ferunt, accipiatur. non, vt plerique omnes existimāt, pro epulis aut pulpitis, seu alijs quibusuis rebus. nā de incessu loquitur tardiori, qualis eorum esse solet hominum, quos id genus pompas ferre videmus.*

Fere, *fermè, propè, propemodum*. de Orat. 110 b, Lælius semper ferè cum Scipione solitus erat rusticari Epis. 87 b, Oēs fere familiares Cæsaris me colunt & obseruant. pro Cl 26 b, In quibus quantus splendor sit, q̄ prope æquabilis, quàm fere omnium constans & moderata ratio vitæ, nemo vestrum ignorat. de Inuen. 52 a, Probabile est, quòd ferè fieri solet. de L. 369 b, Pater meus hic fere ætatem egit in literis. Off. 13 a, Statuas videmus ornatu fere militari. Offi. 12 b, Quemadmodum ab his rebus ducatur honestum, satis fere diximus. Attic. 98 a, Hæc fere sunt in illa epistola, &c. 115 a, Nec adhuc fere inueni, qui non, &c. Epist. 16 b, Nam ab orationibus disiungo me ferè, referoq; ad mansuetiores musas. de Clar. 178 a, Ætates nostræ nihil aut non ferè multum differunt. de Ami 95 b, Sermo qui tum fere erat multis in ore. de Inu. 63 a. Vt fere fit. *i. vt fermè semper fit*. pro Pomp. 3 b, Hoc iam fere sic fieri accepimus, vt, &c. Att. 235 a, E Pompeiano naui aduectus sum in Luculli nostri hospitium VI. Iduum, hora ferè tertia. & ibid. A Lucullo postridie eadem fere hora quia veni. Attic. 12 b, Hora fere nona. I. P. 85 a, Idem illo fere biduo productus in
• concionem, &c. * de Or. 94 b, Adest enim fere nemo, quin.]

¶ *Tantùm*. de N. 79 a, Hęc fere dicere habui. de Nat. deor.

¶ *Profectò*. pro Ses. 14 a, Deniq; ex bellica victoria non ferè quàm est inuidia ciuium consecuta. ad Her. 11 a, Ferè non difficile est.

☞ Syntaxis. *Non ferè multum abest. Hæc ferè volui dixisse. Id ferè non difficile dictu. Aetatem fere in literis agere.*

Ferendus, a, um. *tolerandus*.)(*Intolerandus*. I. C. 115 b, Quibus ego, si me restitisse dicam, nimium mihi sumam, ne sim ferendus. de Senec. 78 a, Quod ferendum est mollius sapiens I. C. 111 a, Illa superiora quanquam ferenda non fuerunt, tamen vt potui, tuli. I. V. 129 b, Nihil mihi indignius ferendum videtur.

Ferens, tis. de Or. 104 b, Quod is L. Scribonio quæstionem in eum ferente populo misericordiam concitasset.

Ferentani, *populi*. pro Clu. 59 a, Adsunt Ferentani, homines nobilissimi, &c.

Feriæ, arum. *dies festus. cœlestium dies quieti*. de Leg 175 b Feriarum festarumque dierum ratio in liberis requietem habet litium & iurgiorum, in seruis operum & laborum. de Legib. 173 a, Ferijs iurgia amouento, eaque in famulis (operibus patratis) habento. de Legib. 181 a, Nece vero tam Denicales, quæ a nece appellatæ sunt, quia residunt mortui, quam cæterorum cœlestium quiete dies feriæ nominarentur: nisi maiores eos qui ex hac vita migrassent, in deorum numero esse voluissent. Offic. 63 b, Quærit ex proximo vicino, num feriæ quædam piscatorum essent. Q. F 325 a, Nouendiales feriæ, quæ fuerunt Tuditano & Aquilio Coss. de Na. 5 a. Cum ferijs Latinis ad C. Cottam familiarem meum venissem. At. 219 a, Dies feriarum mihi additos video. de Leg. 181 b, Contra censet habendas triduum ferias de Diu. 121 b, Imperare ferias. de Orat. 150 a, Tantum tribui doctrinæ temporis, quantum mihi puerilis ætas, & forenses feriæ concesserunt.

☞ Syntaxis. *Feriæ, festi dies. Habere ferias triduum.*

Feriatus, a, um. *otiosus, vacans* de Na. 21 b, Epicurei deum feriatum volunt cessatione torpere. de Or. 148 a. Aliquem feriatum esse Epi.
n 104 a Ne putes in Asia feriatum illum à ludijs futurum. * Attic. 327 a. Idq; perficiam his supplicationum otiosis diebus]

Feriendus, a, um. *percutiendus*. de Orat. 115 Aduersarius qui sit & feriendus, & repellendus.

Ferinus, a, um. *quod ferarum & belluarum est*. vt *vita ferina*. de Inuent. 42 a.

Ferio, feris. *percutio*. pro Corn 65 b, Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginensis. pro Cęl 50 a, Ferire parietem. At. 1 a, Puto te hoc restitisse aut ingemuisse, vt frontem ferias de Or 140 b, Sed tamen in laudando iungenda sunt etiam hæc genera virtutum: feriunt enim aurem hominum. Offic. 15 a. Quo minus patent multa in eorum vita, quæ sortiuntur ferias. Or 219 a, Binis aut ternis ferire verbis.

¶ *Contraho ico*. pro Cœl. 44 a, Ideone ego pacem Pyrrhi diremi, vt tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? pro. R. P. 113 b, & de Inu 63 b, Ferire fœdus cum aliquo.

Ferior, ris. Epi. 253 a, Istis autem spectetis etiam si oculi possent feriri, animus qui possit, non video. pro Do. 239 a, Fœdere feriebantur prouinciarum. I. V. 91 b Instar, vt secuti ambo feriantur.

Feritas, tis. immanitas)(*Mansuetudo animi*. Offi. 32 a, Magnitudo animi remota communitate, coniunctioneq; humana, feritas sit q̄dam & immanitas. pro Sext. 22 b, Eosq; ex feritate illa ad iustitiam mansuetudinemque, transtulerunt. Off. 58 a. Feritas & immanitas belluæ in figura hominis. de Di 93 a, Pars animi in qua feritas quędam sit & agrestis immanitas.

☞ Syntaxis. *Feritas & immanitas*

Ferme, *fere*. de Cla. 179 a, Vt eū nihil fermė quisquam possit addere. ad Her. 37 a, Hæc exornatio in coniecturali constitutione causę ferme semper necessaria est. Attic. 274 a, Mihi quidem ætas acta fermė est. Tuscul 249 b. Sapientis enim cogitatio non ferme ad inuestigandum adhibet oculos aduocatos. de Di. 84 a, Quod ferme dictum in tēpus cecidere Latinæ.

Fero, ers. *porto, gero*. de Leg. 138 b, Terra fruges fert. Epist. 114 a, Ferre aliquid acceptum alicui. L. Acceptus. Ferre in oculis. *pro eo quod est amare, & charum habere. L. Oculus ferre, gignere, parere, producere, ferre, acceptum habere.* Orato. 96 a, Illud quod eò quò intendas, ferat deducatque, cognoscendum est.

¶ *Opinor, coniicio, spero*. Att. 39 b, Nos, vt opinio, & spes, & coniectura nostra fert, tuti sumus. *i. vt opinamur speramus, & coniicimus.* de Clar. 167 b, & pro Fon 58 a, & Epist. 16 a, pro Clu. 26 b, Vt opinio mea fert. pro Dom. 219 b, Plura dixi, quam aut opinio mea tulerit. aut voluntas mea.

¶ *Constituo, sancio decerno, promulgo statuendum*. pro Corn. 60 a, Ferre ad populum de aliqua re. Off. 48 b, Perniciose etiam Philippus in Tribunatu cum legem Agrariam ferret. Par. 121 b, Familiaris tuus de re priuilegium tulit, vt si in opertum. Bonæ deæ accessisset, exulares. pro Syll. 179 a, Nihil de iudicio ferebat, sed pœnam ambitus eam ferebat quæ fuerat nuper superioribus constituta. pro Clu. 48 a, Vos autem iudices de hominum fortunis sententiam fertis. de Finu. 75 b, Vt P. Scęuola trib. pleb. ferret ad plebem, vellentne de ea re q̄ri, &c. pro Cęc. 304 b, Deinde quod Sylla ipse ita tulit de ciuitate, vt non sustulerit horum nexa, &c. Att. 105 a, Cum, vt absentis ratio haberetur, ferebamus. Atti. 120 a, Pompeius contendit, vt decem tribuni plebis ferrent, vt absentis ratio haberetur: quod idem ipse sanxit lege quadam sua.

¶ *Trado, exhibeo*. pro Dom. 22 a b, Perditos homines de capite alicuius suffragium ferre. Att. 17 a, Idemque refert, vt vniuersus populus campo Martio suffragium de re Clodij ferat.

¶ *Patior, tolero, perfero*. Att. 93 b, Qui potentissimorum hominū potentiam nunquam tulerim, ferrem huius asseclæ? Tusc. 217 b, Mo-
n dicè & immodice ferre aliquid. * ibi. Apte, & quiete ferre aliquem casum.] Epist. 78 b, Pacate & moderate ferre. de Or. 11 a b, & contra Rul. 64 a, Moderate ferre aliquid. *i. non intemperanter*. & Epist. 18 a, Modice ferre aliquid. L. Modica. de Sen. 77 a, Id & moleste & sapienter, ficut omnia & ferre, & laturum esse certo scio. Offic. 18 a, Immoderate ferre res aduersas. I. V. 68 b, Mediocriter ferre aliquid. Atti. 83 a, Clementer ferre aliquid. & 58 a, De Lentulo scilicet fero vt debeo. Epist. 72 a, Ferre aliquid grauiter. Att. 106 b, & 15 a, Grauiter ferre de aliquo. & I. V. 63 a, Valde grauiter ferre aliquid. Attic. 2 b, & 65 a, Humaniter ferre. *id est, æquo animo*. Quin. Fra. 300 b, Quàm humanissime ferre peruersitatem alicuius. Attic. 65 a, Bellè ferre aliquid. de Diuin. 95 b, & Tusculan. 222 a, Vt si quis ægrè ferat se pauperem esse. Attic. 19 b, Ægre pati. Attic 25 b, & 249 b, Moleste ferre. Postquam 210 b, Quid impediisset grauiter molesteq; laturos? Atti. 96 b, Moleste ferre de aliquo. Quin Fra Molestissime fero. & I. V. 223 b, Permoleste tulisse. Episto. 58 b, Ferre aliquid fortiter. & 58 b. Toleranter ferre aliquid. Attic. 139 a, Fortius ferre dolorem. 278 a, Ferre dolore melius. pro Qui. R. 47 a, & pro Cę. 49 a, Leuiter ferre aliquid. Quin. Frat 328 a, Leuissime ferre aliquid. Epist. 74 a, Quam leuissime ferre aliquid. de Senect. 77 b. Cato facile senectutem ferebat. pro Milo. 108 a, Quo tandem animo hoc tyrannum tulisse crederetis? & 116 b, Timeo quonam modo id factum feras. I. A. 227 b, Timere se dicunt, quomodo ferant veterani, exercitum Brutum habere. pro Quint. 18 b, Nec per te ferat, quo minus, &c. *id est, ne per te stet*. de Amic. 113 a, Obiurgari moleste ferunt, molestiam capiunt, de dolent. de Amic. 100 a, Aduersas res amicorum grauiter ferre. Episto. 76 b, & Attic. 249 b, Æquo vel iniquo animo ferre. I. A. 222 a, Is autorem senatus extinctum late atque insolenter tulit. Epistol. 9 a, Patienter ferre potentiam alicuius. I. A. 243 a, Non ferrent, inquam, oculi Saxam, Caphonem. & 219 a, Huius desiderium ciuitas ferre non potest. de Clari. 189 a, Sed cogitandi non ferebat laborem. Academ. 18 b, Ferres me, si ego idem dicerem? Tusculan. 218 b, Qui ignominiam & infamiam ferunt sine dolore. Attic. 69 b, Nondum satis hoc erat allatum, quomodo Cæsar ferret de autoritate præscripta. Episto. 49 b, Sanèque pro eo ac debui, grauiter molesteque tuli. Atti. 211 b, Mulieres autem vix humanæ, quæ inimico animo ferant. & 140 a, Nihil, inquam, ille minus obscure tulit. *id est, præ se tulit*. pro Clu. 28 b, Obscure ferre aliquid. pro Plan. 266 a, Aperte ferre aliquid. Attic. 327 b, Lætitiam apertissime tulimus omnes. *id est, ostendimus*. de Orat. 140 b, Ferre sapienter casus aduersos. Attic. 30 a, & de Orato. 125 b, Neminem adhuc offendi, qui hæc tam leniter quàm ego fero, ferret. I. V. 261 b, & de Orato. 121 b, Æquo animo ferre atque concedere aliquid. pro Planc. 256 a, Acerbe fero. Atti. 52 a, & pro Cluen. 29 b, Acerbissime ferre aliquid. I. V. 55 b, & 170 a, Tuli grauiter & acerbe, me, &c.

¶ *Requiro*,

¶ *Requiro, postulo, volo, iubeo.* I.V.274 a, Sicut opiniones hominum & religiones ferunt. I.V.157 a, Ita sui periculi rationes ferunt & postulant & 159 b, Tantum relictum est, quantum Aproni libido tulit: *id est, quantam Apronio libuit.* & 160 a, Quantum Apronij voluntas tulit. & 125 b, Prout Thermitani hominis facultates ferebant. I.A.494 a, Si res ita tulisset, *id est, Si opus fuisset.* Epist.45 a, Velim ita fortuna tulisset, vt, &c. & 7 b, Quid res, quid tẽpus, quid causa ferat, tu perspicies pro Cęcin. 199 b. Si tempus ita ferret: *id est, si ita opus esset.* Epist. Si ita tempus feret. Epi. 60 a, Meæ enim rationes ita tulerunt. 156 b, Si occasio tulerit. pro Quin 10 b, Vereor, ne grauioribus vtar verbis, quàm natura mea fert. pro Cęc. 301 a, Hoc si vobis versutius, quàm mea cõsuetudo defendendi fert, videbitur, &c. Att.378 a, Grauius quàm consuetudo tua ferebat. Q.F. 305 b, Ad me, vt tempora nostra, non vt amor tuus fert, verè perscribe, pro Clu. 35 a, Vt ætas illa fert de Som. 129 a, Natura fert, vt, &c. *id est, natura comparatam.* contra Rull. 81 b, Si ita commodum vestrum fert. pro Pompe. 17 b, Si vestra voluntas feret. I.P. 80 b, Ita existimabam tempora reipu. ferre.

¶ *Reporto.* pro Planc. 279 a, Ego fructus ex Repub. magna acerbitate permixtos tuli. Attic.62 b, Ne diutius pendeas, palmam tulit. pro S. Rosc.36 a, Qui ab eo partem prædæ tulerunt. I C. 191 a, Cum a me quoque id responsum tulisset. de Orato. 134 a, Cum ipse consul esset factus, ille repulsam tulisset: idest, præteritus esset de Cla.181 a, Ex his Cotta & P. Sulpitius cùm meo iudicio, tum omnium facile primas tulerunt. Attic. 24 a, Cætera si reprehenderis, non feres tacitum.

¶ *Affero do.* pro S.R.23 a, Hanc conditionem misero ferunt. Epist. 15 b, Cum ea contentio mihi magnum foris fructum tulisset. Attic.117 a, Non quia rectum esset, sed quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit. Attico.118 a, Quemcunque fors tulerit casum, subeam. de Clar. 168 a, Hæc ætas primum Athenis oratorem prope perfectum tulit L. Famosus.

Firmus, a, um. *stabilis, ratus, fixus, constans, immortalis, multum firmamenti, & uirium habens, quod nunquam ulla vi labefactari potest, nunquam dimoueri loco.* Officio. 2 a, Præcepta firma, stabilia, coniuncta naturæ tradenõ possunt. I. A. 267 b, Acta Cæsaris firma & rata sunt. I. A. 156 a, An in chirographis acta Cæsaris firma erunt? Quint. de Pet. 209 a, Firma & perpetua amicitia. in Anton. ducentesimo octauo a, Itaque Senatum sua sponte bene firmum, firmiorem uestra autoritate fecistis. de Aruspic. 258 a, Ciuitas ita firma & valens, ut ciuium iniurias ferre possit. de Clar. 174 b, Opinio firma & stabilis. de aliqua re. Orat. 220 b, Tenere aliquid firmum. Attic. 254 a, Iudicabis hoc quod dico firmum fore. Att. 279 b, Firmos omnino & duces habemus ab occidente, & exercitus. de Clar. 190 a, Argumenta firma ad probandum. Attic. 189 a, Domitius non satis firmus est ad castra facienda. pro Corn. 67 b, Aliquis firmus in sententia. Epist. 152 b, Firmus ab equitatu. pro Cæl. 40 a, Firma & fidelis amicitia. Aca. 35 a, Verum illud ratum, firmum, fixum fuisse uis. Epist. 181 a, Nondum satis firmo corpore cum esses. Epist. 256 b, Mihi placebat si firmior esses, vt te Leucadem deportares.

☞ Syntaxis. *Firmum, stabile, conincellum natura. Firmum & ratũ. Firmum & perpetuum. Ciuitas firma & valens. Hoc firmum teneo. Firmi duces, exercitus, argumenta ad, in sententia, ab equitatu. Ratum, firmum fixum. Iam et firmior, aut firmo corpore. (de conualescente dicta)*

Firmum, *oppidum.* Att. 130.

Firmanus, a. Attic. 59 b, Firmanus Gauius. I. A. 213 a, de Diui. 128 b, Tarutius Firmanus.

Fiscina, næ. *canistrum.* pro Fl. 154 b, Homini Phrygi, qui nunquam arborem fici uiderat, fiscinam ficorum obiecisti.

Fiscus, sci. *Ascanus est, fiscum esse sacculum ad maioris pecuniæ summam asseruandam, & pecuniam publicam.* I. V. 70 b, Reperiebam fiscos complures cum pecunia Siciliensi, à quodam Senatore ad equitem Romanum esse translatos. * & ibidem. Ex his quasi fiscos ad Senatorem illum relictos esse.] I. V. 192 b, Nummos in cistam transferre ex fisco, & 189 b, Viator ac Venerius, qui fiscum sustulit.

Fissio, onis. de N. 58 a, Cum terræ subigerentur fissione glebarum.

Fissum, si. *fossa, rima, quod hiat.* L. Findo. de Diuinatio. 73 a, Quid fissum in extis, quid fibra ualeat, accipio. & 204 b, Non placet Stoicis singulis iecorum fissis interesse Deum. & 211 b, Fissum iecoris. idem de Nat. 62 b.

Fistula, læ. *musicum instrumentum diuersum à tibia. Item ductus aquarum, quos tubos veteres etiam vocarunt.* L. Tubus de Or. 264 a, Seruus cum eburneola fistula, qui inflaret eum sonum, quo dominum suum excitaret. & ibid. Gracchi fistula. Att. 13 a, Pastoria fistula. pro Ra. 97 a, C. Marius fistulas, quibus aqua suppeditabatur, Iouis Op. Max. templis ac sedibus præcidi iusserat.

Fistulator, oris. de Orat. 164 b, Sed fistulatorem domi relinquetis: *idest, qui fistulam inflet.*

Fixus, a, um. pro Sest. 15 b, Quis est Italiæ locus, in quo non fixum sit in publicis monumentis studium salutis meæ? de Diuin. 97 a, Arma quæ fixa in parietibus fuerant. de Diuinat. 122 b, Eaque scuta, quæ fuerant sublime fixa, sunt humi inuenta. pro Sest. 5 b, Cuius ego nuper in Macedonia vidi vestigia, non impressa leuiter ad exigui prædicationem temporis, sed fixa ad memoriam illius prouinciæ sempiternam. pro R. P. 126 b, Quamobrem illud maneat ac fixum sit, quod neque moueri neque mutari potest. pro Corn. 68 b, Postremò illud fixum in animis uestris tenetote nos, &c. pro Cl. 43 b, Tamen non ita fixum esse deberet, ut conuelli non liceret. I. A. 156 a, An si cui quid ille promiserit, id erit fixum. pro Muræn. 139 a, Dixisti quippe, iam fixum & statutum est. Attic. 172 a, Ex simul scito labare meũ consilium, quod iam satis fixum uidebatur. Acad. 8 a, Decretum non solum non esse falsum, sed etiam stabile, fixum, ratum esse debet. Tuscul. 239 a, Stabile & fixum bonum. Epist. 167 a, Quæ perpetuò animo meo fixa manebunt. * Epist. 235, Sin hæc mala fixa sunt, ego te quam plurimum cupio uidere.]

¶ *Affixus.* I. P. 88 b, Vt tu uspiam saxis fixus asperis penderes.

☞ Syntaxis. *Manet, ac fixum est. Fixum in animo suo tenere. Quod promisit, id fixum esse. Iam fixum & statutum est. Decretum, stabile, fixum, & ratum. (synonyma ponens.)*

Flabellum, li. *instrumento quo aflatu uentum excitamus refrigerandi gratia.* pro Fl. 157 b, Cuius lingua quasi flabello seditionis, illa est egentium concio uentilata.

☞ Syntaxis. *Flabello aerem uentilare, digna paradisi.*

Flabilis, le. *spirabilis, aereus.* Tus. 162 a, Nihil est in animis, ne humidum quidem, aut flabile, aut igneum.

Flacceo, ces. *languidus sum.* de Cla. 173 a, Dein cum ociosius stylum prehenderat,

☞ Syntaxis. *Flexanima, & regina omnium oratio. Flexibilis & commutabilis materia. Mollis, tenera, flexibilis oratio, vt sequatur quocunque torqueas, synonyma quatuor, quartum enim descriptio flexibilis est. Assentator flexibilis ac dosius.*

Flexiloqvvs, a, um *dubius, ambiguus.* de Diuinat. 132 a, Oracula flexiloqua & obscura.

Flexio, onis. *flexus, anfractus, conuersio.* I. P. 99 a, Quos tu meandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diuerticula flexionesque quæsisti? de Legibus. 177 b, Ceruices oculosque pariter cum modorum flexionibus torqueant. Orator. 203 a, Cum alter alteri obijcit vocis flexiones. & ibidem. Virilis laterum flexio. de Vo. 201 b, Flexiones deorum. *aliàs, fusiones.*

Flexvosvs, a, um. *tortuosus.* de Natura. 55 a, Auditus flexuosum iter habet.

Flexvs, a, um. *inflexus, incuruus.* de Pi. 13 a b, Fracti flexique motus.

Flexvs, xus. *anfractus.* Attic. 256 b, Pons Tiretius, in quo flexus est ad iter Arpinas. de Nat. 55 a, Aures habent introitum cum multis flexibus pro Cæl. 53 a, In hoc quasi flexu ætatis.

☞ Syntaxis. *Meandri, diuerticula, flexiones. Via flexus aditer, &c. Aetatis flexus.*

Flo, flas. Attico. 100 a, Ita bellè nubis flauit ab Epiro leuissimus auster & mitis.

Flocci facio, cis. *contemno, nihil facio.* Atti. 62 a, Ex quo intellectum est, tres Areopagitas totam remp. flocci non facere. Att. 231 b, Neq; tamen floccifacio.

Flocci facteon. At. 13 b, Quare, vt opinor, φιλοσοφητέον, id quod tu facis: & istos consulatus non floccifacteon. *Vox est Latina, Græcorum more inflexa. alludit enim ad φιλοσοφητέον, quasi dicat, non debemus facere flocci, & dignos existimare istos consulatus, in quibus assequendis tantum studij laborisque ponamus. L. Victorij castigat.*

Flora, ræ *dea.* I. V. 243 a. Flora mater, &c.

Florens, tis, tior, ssimus. *integer, felix.*)(*afflictus, minimus, tenuissimus.* Par. 119 a, Qui te beatum, qui te florentem putas. de Orator. 128 a, Inuidetur enim præstanti, florentique fortunæ. pro Dom. 223 a, Cùm tu florens ac potens per medium forum volitares. pro S. R. 21 a, Roscius florens gratia atque hospitijs nobilissimorum hominum. pro Quint. 17 b, Ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliã deuolare. pro Planc. 277 b, Quos ego florentes atque integros sine ferro viceram. de Or. 358 a, Modos autem nullus est florentior. pro S. R. 26 b, Itaque ex minima tenuissimaque rep. maximam & florentissimam nobis reliquerunt. Epist. 25 a, Homo florens ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis. pro Clu. 40 a, Qui omnes in iudicijs publicis iam tum florente repub. floruerũt. Epist. 176 a, Florente Antonio.

Floreo, res. *vigeo florescis, auteo, emineo, excellens sum.* de Diuinat. 83 a, Hæc arbor vna ter floret: *id est, ianuis sum.* Officio. 75 b, Cyrenaicis obsoletis floret Epicurus. pro Pl. 272 a, Quæstura mea floruit. Tusculã. 149 a, Ergo in Græcia musici floruerunt. I. V. 262 a, Hic in sua patria multis virtutibus ab beneficiis floruit. de Orator. 142 a, Crassus priuatis beneficus & ingenij laude floruit. de Cla 167 a, Pericles floruit omni genere virtutis de Orator. 155 b, Cum Isocrates discipulorum nobilitate floreret. Epistola. 70 a, In sententijs Senatorijs, & in omni actione atque administratione reipublicæ floruissemus. Academ. 5 a, Acersilas floruit tum acumine ingenij, tum admirabili quodam lepore dicendi. & ibidem b, Et qui illum audiuerant, admodum floruerunt. de Orator. 85 a, Cùm & honoribus & rerum gestarum gloria florerent. pro Font. 282 b, Tum continuæ præturæ, quæ & ceteris ornamentis, & existimatione innocentiæ maxime floruerunt. de Natu. 3 a, Doctissimorum hominum familiaritates, quibus semper domus nostra floruit. pro Quint. 15 a, Tu qui inter illos florebas. Epist. 57 a, Studia & artes quibus a pueritia floruisti. & 133 a, Florere laudibus. Atti. 274 a, Florere honoribus, & gratia. I. V. 65 a, Iure tum florebat Popu. Roman. nomen. Academ. 2 a, Florere in foro. pro Flac. 151 a, Quod maxime florere in generis sui gloria viderat, prætor adamauit pro Sest. 26 a, Accessus meus ad orbem incredibili hominum gratulatione florebat. pro Cæl. 50 a, Quint. Metellus cum in repub. floret integerrima ætate, optimo habitu, maximis viribus ereptus est
• vniuersæ ciuitati. * Epist. 10 a, In omni administratione Reipub. floruissemus.]

Floresco, scis *floreo.* de Clar. 165 a, Hortensio florescente Crassus est mortuus. de Ora. 143 b, Sulpitio ad summam gloriam eloquentiæ florescenti ferro vita erepta est. pro Cæl. 54 b, Hic nonc florescens firmata iam stirpe virtutis. de D. 115 a, Pulegium aridum florescere dicitur ipso brumali die.

☞ Syntaxis. *Beatus ac florens. Præstans & florens fortuna. Florens & potens. Gratia & hospitijs principum virorum florens. Florens & integer. Florere honoribus in actionibus & causis. Florere inter primos, in gloria. Accessus eius gratulatione omnium floruit. Florescens homo, & ad gloriam florescens.*

Floridior, oris. de Clar. 191 b, At est floridior, vt ita dicam, quàm Hyperides.

Flos, oris. *lux, decus, honor, ornamentum.* de Senec. 88 a, Florum omnium varietas. & 89 b, Suauitates odorum qui afflantur e floribus. I. V. 225 Lectissimi flores omni tempore anni. de Cla. 193 a, Flos & color pigmentorum. I. A. 161 a, Gratia non virtutis specie, sed ætatis flore collecta. & 167 b, Omnis præterea flos nobilitatis & iuuentutis. de Cla. 169 b, Virum excellentem præclari tum illi homines florem populi dixerunt. de Cl. 169 b, Flos delibatus populi. Orato. 200 a, Versarisque in optimorum ciuium uel flore vel robore. pro Pl. Flos equitum Romanorum. pro Fl. 59 a, Aspiciant hunc florem legatorum & laudatorum Flacci, ex vera & integra Græcia. in Ant. 185 b, Flos Italiæ firmamentum Imperij nostri, ornamentum dignitatis. Parad. 116 a, Flos orationis.

Flosculus, li. Off. 41 b, Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt. pro Sest. 25 a, Non sum tam insolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper, & omnes vndique flosculos carpam.

☞ Syntaxis. *Odorum suauitas à floribus afflatur. Flos & color pigmenti. Ver excellens, populi flos.*

Flvcticvlvs, ta, tum. *quod fluctu geritur.* I. Paro.

Flvctvans, tis. de Vn. 196 b, Quietus & tranquillus.)(*immoderatè agitatus & fluctuans.* Orat. 206 b, Quid tam commune quam mare fluctuantibus? litus eiectis? I. V. 254 a, Cleomenes nauem in salo fluctuantem reliquerat. Att. 19 b, Fluctuans sententia.

Flvcto, as. *fluctibus iactor, vacillo, fluito.* Attico. 29 b, Tota res etiam nunc fluctuat. Acad. 8 b, Non debere eos in suo decreto, sicut in cæteris rebus, fluctuare, ad Heren. 27 a, Id genus orationis, quod appellamus fluctuans & dissolutum, eo quod sine neruis & articulis fluctuat huc & illuc.

☞ Syntaxis. *Fluctuantibus mare commune. In salo nauis fluctuans. Oratio, sententia fluctuans. Fluctuans & dissolutum dicendi genus.*

Flvctvs, ctus. *vnda, procella.* pro Fl. 159 b, Massilia, quæ barbariæ fluctibus alluitur. Orator. 206 b, Ita iactantur fluctibus, vt nunquam alluantur. Epist. 336 a, Fortunam tanquam fluctum a saxo frangi oportere. Attic. 74 a, Nihil est quod minus fluctum ferre possit. de Finib. 225 a, Ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, vt fremitum assuesceret voce vincere. de Inuent. 81 b, Sedatis fluctibus, & tempestate iam commutata. pro Muræn. 132 a, Motus & agitatio fluctuum. pro Milon. 162 a, Et quidem cæteras tempestates & procellas in illis duntaxat concionum fluctibus semper putaui Miloni esse subeundas.

☞ Syntaxis. *Fluctum ferre, frangere. Sedatis fluctibus, & commutata tempestate.*

Flvito, as. *fluctuo.* pro Sest. 13 a, Hæc reip. nauis ereptis Senatui gubernaculis fluitans in alto tempestatibus, seditionum, &c.

Flvmen, nis *fluuius, amnis, profluens.* de Inuẽ. 74 b, Vt qui transflumen essent, videre possent. de Diuin. 96 b, Flumina in contrarias partes fluxerunt, atque amnes mare influxit. de Arusp. 257 b, Nauis in flumine publico vulgata omnibus. de Inuent. 78 a, In Eurotæ fluminis magnitudine de Or. 114 a, Flumen orationis & varietas. de Ora. 125 b,
• Flumẽ grauissimorum & optimorum verborum. * Acad. 44 b, Continenter lauantur, & flumine omnia.]

Flvmentana *porta.* Att. 103.

Flvo, is. *labor, mano, defluo.* de Diuin. 96 b, Flumina in contrarias partes fluxerunt, & amnes mare influxsa. de Inuent. 74 a, Fluuius Eurotas, qui propter Lacedæmonem fluit. de Diuinat. 100 b, Quid quod fluuius atratus sanguine fluxit? de Nat. 10 a, Quæ natura fluunt atq; manant, vt aqua. de Finibus. 87 a, Fluit igitur voluptas corporis. *id est, labitur & præterit.* Orat. 197 b, Cætera fluere, labi, nec diutius esse vno & eodem statu. pro Muræn. 240 b, Excident gladij, fluent arma de manibus. Tusculan. 209 a, Pythagoræ autem disciplina, cum longe lateque flueret, permanauisse mihi videtur in hanc ciuitatem. de Na. 36 a, Multa a luna manant & fluunt de Cl. 182 b, A Cotta & Sulphio hæc omnis fluxit oratio. de Nat. 69 a, Ne illud quidem est hæc vnde fluxerunt. & ibidem. Hæc omnia ex eodem fonte fluxerunt. de Natura 3 a Multum sermonem de libris nostris fluxisse video. de Finibus. 72 a, Atque ab isto capite fluere necesse est omnem rationem bonorum & malorum. Offic. 18 a, In rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus. de Orator. 133 b, Gallus pictus, eiecta lingua, buccis fluentibus. I P. 84 b, Buccæ fluentes. pro Marcel. 134 b, Omnia quę delapsa iam fluxerunt, seueris legibus vincienda sunt. de Cl. 190 a, Oratio ita libere fluebat, vt nusquam adhæresceret. Orat. 202 b, Tracta quædam & fluens oratio. de Orator. 160 b. Ne fluat, ne vagetur oratio. de Senect. 83 a, Ex Nestoris lingua melle dulcior fluebat oratio.

¶ *Corrumpor.* Tusculan. 186 a, Cum voluptate liquescimus, fluimusque mollicia.

¶ *Respicio.* Att. 145 a, Videamus illius consilia, quorsum fluant.

☞ Syntaxis. *Fluunt sanguine flumina. Fluunt arma de manibus. Fluunt dies. Fluens oratio, disciplina.*

Flvviatilis, le. de Natura. 50 b, Bestiæ aquatiles, vt fluuiatiles testudines.

Flvvivs, uii. *flumen, amnis, profluens.* Tusculan. 168 b, Apud Hipanim fluuium, qui ab Europæ parte influit in Pontum. de Diuinat. 100 b, & 120 b, Quid, quod fluuius atratus sanguine fluxit? de Inuent. 24 a, Fluuius Eurotas is, qui propter Lacedæmonem fluit, de Nat. 27 a, Fluuius Sagrà.

Flvxio, onis. *cursus.* de Dio. 102 a, Vt aquarum fluxiones.

Flvxvs, a, um. *incertus vacensfluens.* Att. 278 b, Nonnulla in Hirtio huius belli fortuna, vt in secundis fluxa, vt in aduersis, bona. & 54 a, li. 4. Res nostræ, vt in secundis, fluxæ: vt in aduersis, bonæ.

Focvlvs, li. pro Do 238 a, C. Attinius bona. Q. Metelli consecrauit, foculo posito in rostris, adhibitoque tibicine.

Focvs, ci. *lar, locus, vbi ignis fouetur.* de Senect. 88 b, Curius ad focum sedens, &c. de Na. 39 b, & Att. 108 b, Vesta a Græcis ἑστία dicitur, cuius vis ad aras & focos pertinet. Ignis foci publici sempiternus. L. Vu ATALIS. de Diuinat. 122 a, In Selonio apud focum angues nundinari solent. pro Dom. 214 b, Vniuscuiusque nostrum sedes, aras, focos, deos penates subiectos esse libidini tribunitię. pro S. R. 22 a, Eijcere aliquem

pistrino. de Orato. 119 a, Tardi ingenij est riuulos consectari, fontes rerum non videre. Quint. frat. Poema ad Cæsarem quod composue ram, incidit, tibi quod rogas, quoniam ipsi fontes iam sitiunt si quid habeo spatij scribam. Acade. 40 b, Vt ea e fontibus potius hauriant quàm riuulos consectentur. de Natura. 69 a, Hæc enim omnia ex eodem fonte fluxerunt. Topicor. 223 b, Riuorum à fonte deductio. pro Muræn. 126 a, Cum enim fontes vel inimicis tuis pateant, nostros etiã amicis clausos esse. de Orat. 102 a, Equidem fontes vnde hauriretis, atque etiam itinera ipsa putaui esse demonstranda. Atti. 279 a, Nec sceleratissimorum consiliorum fontes haurire dubitaui. de Or. 88 b, Iam ab illo fonte & capite Socrate. & 122 a, Si quis legum fontes & capita viderit. Tusculan. 349 b, Multo studiosius philosophiæ fontes aperiemus. de Orat. 92 b, Omnes omnium rerum fontes animo ac memoriam continere.

☞ Syntaxis. *Consiliorum fontes. Legum fontes & capita. Aperire fontes, Animo rerum fontes continere.*

Foramen, nis. Tusc. 158 a, Quanquam foramina illa, quæ patent ad animum a corpore, callidissimo artificio natura fabricata est: *id est, via quadam, & quasi fenestra sensuum.*

Foras, *extrà*. pro Cæl. 49 b, Domus in qua nihil geratur, quòd foras proferendum sit. I. C. 104 b, Quod tantam pestem euomuerit, forasque proiecerit. At. 222 a, Sed ea scripta cimus foras dari. de Som. 131 a, Si iam tum, cùm erit inclusus in corpore, eminebit foras.

Fore *futurus, a, um, esse*. pro Milo. 116 b, In his singulis ita semper existimabitis, uiuo P. Clodio nihil horum vos visuros fore. Atti. 117 a, Sin erit bellum, ut video fore partes meæ non desiderabuntur. Atti. 117 b, Dionysiu dum existimabam vagos nos fore, nolui molestus esse. Att. 263 b, Nunquam putaui fore, vt supplex ad te venirem, & 93 b, Spero nihil fore aliter ac deceat. & 177 a, Præsertim cum ne spes quidem vlla ostendatur fore melius. Epi. 308 b, Ne spes quidem melius aliquando fore relinquitur. pro Syll. 179 b, Cæcilius anguriæ legi intercessorem fore perpessus est. Epist. 62 a, Omnibus in rebus me fore in tua potestate tibi confirmo. Epist. 99 b, Scripsit ad me Cæsar. nundum te sibi satis esse familiarem, sed certe fore. Epist. 213 a, Qui etsi suis literis valde confideret, tamen existimauit mea commendatione aliquid accessionis fore. de Orator. 164 b, Tu fore dicis, ego verò esse iam iudico Epist. 5 a, Quæque mihi videntur fore. Att. 23 a, Pomponia nunciari iussit, te mense Quintili Romæ fore. At. 278 b, Is ad cal. Septemb. Athenis non videtur fore. Qu. fra. 327 b, Hircius auctus fore videtur. At. 215 a, Puto fore, vt attraharis. * de Finib. 228, Fore faciendum.]

Forem, res ret. *essem, esses, esset*. Att. 125 b, Mihi dubium non erat, quin ille iam iamque foret in Apulia. de Fat. 325. D. in cod. Germ. Hoc modo viator bene vestitus, causa foret, cur a grassatore spoliaretur. de Finibus. 78 a. Et quærebas, quis aut hoc miserior, aut superiore illo beatior foret.

Forenses, *sc. iudicialis, publicus*. Par. 116 a, Cato locos graues ex philosophia tractabat abhorrentes ab hoc usu forensi & publico. de Clar. 291 b, Thucydides hoc forense, concertatorium, iudiciale non tractauit genus. Orat. 213 a, Oratio iudicialis & forensis. Epist. 65 a, Forensis.)(*domesticus*.

Fores. *ianua, ostium, aditus*. I. V. 89 b, Seruis suis Imperat Rubrius, vt ianuam clauderent, & ipsi ad fores assisterent. & Tusc. 244 a, Extra fores limenq; carceris. de N. 39 b, Fores in minibus profanarũ ædiũ ianuæ vocantur. Tus. 239 b, Cum fores cubiculi clauserat. Off. 54 b, Equus æneus, cuius in lateribus fores essent: quibus apertis, &c. pro Cæl. 45 b, Fores effregit, restituentur.

Fori, orũ. *nauium, tabulata, a puppi ad proram per medium nauium*. de Sene. 80 b, Cum alij malos scandant, alij per foros cursent, alij. &c.

Foris. *extrinsecus, in luce atque oculis ciuium*.)(*intus, domi*. de Ora. 123 b, Argumenta aut ea sua summi vi atque natura, aut assumi foris. & ibidem. Extrinsecus autem, cum ea quæ sunt foris, neq; inhærent in rei natura, colliguntur. Offic. 15 b, Parua sunt foris arma, nisi est consilium domi. pro Syl. 170 a, Ille relictus intus, expectatus foris. Q. fr. 321 a, Cicero tuus ad nos venit, cum Pomponia foris cœnaret Epi sto. 102 b, Ego si foris cœnitarem, &c. de Fin 95 a, Vt in ipsa arte insit, non foris petatur extremum. in Verr. 195 b, Non quæram foris. Part. 234 a, Sed foris ad te delata: *id est, de foris, ut fiunt* de Inuen. 71 a, Aliquo foris adiuncto argumento. * Tusc. 291 a, Cuius auxiliũ non petendum est foris.]

☞ Syntaxis. *Consilium domi, arma foris. Cœnare foris. Petere foris visum. Foris delata mortes.*

Forma, mæ. *species, figura, notio, character*. de Nat. 7 a, Quasi aer sine vlla forma esse possit, cum præsertim Deum pulcherrima specie esse deceat. pro Cæl. 38 a, Adolescens, in quo forma & species sit liberalis. cõtra Rull. 72 b, Formam adhuc habetis & speciem ipsam tyrannorũ, insignia videtis potestatis. de Finibus. 130 b, Corporis nostri partes, totaque figura, & forma, & statura, quam apta ad naturam sit, apparet. de Natura. 11 a, Omnium animantium formam vincit hominũ figura. & ibidem. a, Forma & species deorum. Offi. 40 4 a, Formam quidem ipsam, & tanquam faciem honesti vides. pro Cluen. 59 b, Ex sibi præter formam nihil ad similitudinem hominis reseruauit. de Finibus. 141 b. Gloria, quæ habet formam honestatis & similitudinem. de Finibus. 74 b, Cuius similitudine perspecta in formarum specie à dignitate transitum est ad honestatem, &c. Offi. 21 b, In formis alijs dignitas inest alijs venustas. de Natu. 9 b, Cleantes fingit quandam formam & speciem deorum. de Nat. 19 a, Non hominibus formæ figuram peruenisse ad deos. Tusculan. 250 a, Quæ species formæ? I. V. 219 a, Cognitio formarum ex pictura. pro Fla. 248 a, Si formam hominis, si nomen, si tribum nostis. Tos. 182 b, Qui Græciæ formam rempub. dederunt. Att 92 b, Formam igitur mihi totius reipub. velim mittas. Epist. 43 b, Forma temporum & reipu. expressa. & 22, a Videre formam. & ea ea quale ædificium futurũ sit, cognoscere. de Diu. 118 b, In nubibus nunquid animaduertisti leonis formam aut hippocentauri? & 84 a, Offi.

Terribiles forma nocturno tempore visa.

26 b, Formæ dignitas, coloris bonitate tuenda est, & ibidem a, Ergo & a forma virili remoueatur omnis virorum dignus ornatus, & 25 b, Natura formam nostram, reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu. de Natura 44 b, Formæ vnius & viginti literarum, vel aureæ, vel quas liber. de Ora. 100 b. In geometria lineamenta, formæ, interualla, &c. Offic. 22 a, Vt ad officij formam reuertamur. de Cl. 192 b, Forma ingenij admodum impolita & plane rudis. & 196 a, Ingenij quædam forma lucebat, & exercitatione perfecta erat. Orato. 200 a, Laudationum, scriptionum, & historiarum & suasionum formæ. de Orato. 217 b, Exprimere quandam formam, figuramque dicendi. Oratore 203 b, Non modo partes orationis, sed causæ totæ ulia forma dicendi sunt tractandæ. de Oratore 146 a, Pene innumerabiles sunt quasi formæ figuræque dicendi, specie dispares, genere laudabiles. de Orato. 153 b, Cum quæritur, quæ forma & quasi naturalis nota cuiusque sit: si quæratur auari species, seditiosi, gloriosi. Offic. 68 a, Species, forma, & notio boni viri. de Natu. 6 a, Vnde illæ quoque formæ, ex quibus reliquæ formantur. de Natura 6 b, Forma rotunda, *id est figura*. Tuscu. 240 a, Puer egregia forma. Epi. 152, Si laudabit hac illius formam, tu huius contra. ad Heren. 21 b, Imago, forma, nota, simulachrum, L. Infra. * Tusculan. 182 b, Qui. Græciæ formam rerumpub. dederunt. }

¶ *Dialecticè species*. Topi. 222 a, Forma a genere nunquam seiungit. & 223, Forma & species idem item: Forma est notio, cuius differentia ad caput generis, & quasi fontem referri potest. & ibi. Nolim specierum & speciebus dicere: at formis & formarum velim.

☞ Syntaxis. *In eo forma est, ac species liberalis. Honesti forma, & facies Formam & similitudinem alicuius habere. Forma species*, attributum ergo formæ species est. *Aedificij forma, exemplar. Ingenij impolita forma. Forma & figura dicendi.*

Formiae, arum. *oppidum* Att. 30 a,

Formianum. *villa*. Atti. 15 a, Tu si in Formiano non erimus, si nos amas, in Pompeianum venito.

Formica, cæ. de Na. 63 a, In formica non modò sensus, sed etiã mens, ratio, memoria est.

Formido, das. *metuo, paueo*. L. A. 172 a, Vnus inuentus est, qui id auderet, quod omnium fugisset & formidasset. Ora. 217 b, Quo etiam satietas formidanda est magis. Epi. 120 a, Neque prius formidare desinam, quàm, &c. Atti. 134 a, Huius insidiosa clementia delectatur, illius iracundiam formidat. Q. F. 322 b, ἀπότευγμα formido. de Fin. 75 b, Formidare omnia. * de Fin. 131 a, Quia quasdam post mortem formidines extimescant.

Formido, nis. *fremor, pauor*. Tusculan. 213 a, Formido est metus permanens. pro Sex R. 19 a, Forsitan quæretis, qui iste terror sit, quæ tanta formido. Att. 14 b, Vidi hominem IIII. Cal. Feb. Plenũ formidinis. & 132 a, Post has fugas & formidines. pro Q. 8 a, Minas iactare, formidines opponere. de Fin. 62 a, Horribilis formido. de Prou. 78 a, Subita atque improuisa formido. I. C. 119 b, Vt aliqua in vita formido improbis esset posita.

Formidolose, *timide*. pro Sest. 32 a,

Formidolosus, a, um, issimus. *horribilis*. pro Cl. 19 a, Consessus vester, quem illi horribilem A. Cluentio & formidolosum fore putauerũt. I. V. 235 b, Dubijs formidolosisque temporibus. I. P. 92 a, Formidolosissimum bellum.

☞ Syntaxis. *Fugit & formidat audacia. Terror & formido. Opponere formidines. Ponere alicui formidinem. Horribile & formidolosum tempus, bellum.*

Formandus, a, um. pro Ses 6 b, Capua qua ipsa tum imaginis formandæ causa duumuirum agebat. de Or. 160 b, Hanc igitur ad legem cũ exercitatione, tum stylo formanda nobis oratio est.

Formatus, a, um. *forma præditus*. ad Her. 40 b,)(*Informis* de Na. 62 b, Formatas in animis nostris deorũ notiores esse. Di. 137 a. Quæ nunquam vidimus, ea tamen formata in animo habemus. I. V. 16 a, Erat signa cõplura ex ære in his mira pulchritudine ipsa Chimæra in muliebrem figuram habitumque formata.

Formo, as. *figuro, fingo, effingo*. Aca 4 a, Ex materia quam fingit formatque effectio. de Ora. 159 a, Sed verba nos sicut nobilissimam ceram formamus & fingimus. de Nat 23 a, Atomi formare, figurare, colorare, animare nõ possunt. de Or. 112 a, Oratoris est formare orationem eamque variare & distinguere.

Formosus, sis. de Diuinat. 127 a, Perinde vtcunque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari. de Ora. 146 a, Non possunt ea, quæ inter se discrepant, ijsdem præceptis atque in vna constitutione formari. de Orat. 141 b, Verba quæ formari similitudine nulla possunt. de Natura 6 a, Vnde vero illæ quinq; formæ, ex quibus reliqua formantur? Aca. 29 a, Ignis qui moueat terram, quę ab eo formetur.

☞ Syntaxis. *Formata oratio, & distincta. In animo formata de Deo notio. Discrepantia non ijsdem præceptis, & vnica constitutione formantur.*

Formositas, tis. *pulchritudo formæ*. Off. 25 b, Decorum positum est in tribus rebus, formositate, ordinatu ad actionem apto.

FORMOSVS,a,um,sior.ssimus. *pulcher, qui eximia facie est.* de Inuent.50 a, Formosus,an deformis. de Inu.62 a.Zeuxis quæsiuit ab eis, quasnam virgines formosas haberent de Natura 6 b, Formosus, & pulcher. *Hic ad verte, formosus & pulcher.* de Natura deorum 1, Formosior Cylindri forma,quam quadrati, vel coni,vel pyramidis. de Inu. 61 b,Præbete igitur mihi quæso . inquit, ex istis virginibus formosissimas.

FORMVLA,læ. *præscriptum, norma, nota.* de Orato 118 a, Hæc est enim in ludo causarum ferè formula, Lex peregrinum vetat, &c. Officio.64 a, Aquilius protulit de dolo malo formulas, de Cla 190 a, Quod in iurisconsultorum includitur formulis. Epist. 215 a, Et vt vos soletis in formulis, sic ego in Epistolis de eadem re alio modo. & 105 a, Formula fiduciæ, vt, Inter bonos bene agier. de Finibus 64 b Primum prætoris: vt quibusdam in formulis agatur ea res de qua differitur. Offi 56 a, Formula quædam constituenda est, quam si sequemur in comparatione rerum, ab officio, nunquam aberrabimus.& ibi. Erit autem hæc formula Stoicorum rationi disciplinæq; maxime consentanea.de Legi. 157 b, Stipulationum & iudiciorum formulas componere. pro Q. R. 49 a, Sunt iura, sunt formulæ de omnibus rebus constitutæ, ne quis aut in genere iniuriæ, aut ratione actionis errare possit. pro S. R. 49 a, Expressę sunt publice a prætore formulæ, ad quas priuata lis accommodetur. pro Mur. 129 b, *De iurisconsultorum formulis.* Orat. 203 b, Sequitur. vt cuiusque generis nota quæratur, & formula. & 200 a, Quid est, quod præscriptum aliquod aut formulam exprimas? de Ora. 124 b, Plura iudicant homines odio aut amore, &c quàm veritate, aut præscriptio, aut iuris norma aliqua aut iudicij formula. de Opt. 244 b, Causa ipsa abhorret ab illa quidem formula consuetudinis nostræ. & ibi. Et ad quam eos quasi formulam dicendi reuocent. pro Qu. Postulat, vt sibi Quintius iudicatum solui satisdet, ex formula quod ab eo petat, quoniam, &c. pro Fla. 153 b, Nisi vero hactenus ista formula testimonij atque orationis tuæ describi ac distingui potest. pro Q. R. 46 b, Aliquem in aortissimam formulam sponsionis concludere. de Cla. 182 a, De testamentorum iure, de antiquis formulis. I.V. 138 b, Postulationis formulæ vitatæ. de Or 99 b Testamentorum formulæ.* Ac. 41 a, Vtrique certam quandam disciplinæ formulam composuerunt.]

FORNAX cis. de Na 22 a Sunt quædam bestiæ, quæ appareant in ardentibus fornacibus sæpe volitantes.

FORNICATVS,a,um. *qui fornicem habet, cum fornice, vt paries fornicatus.* Top.22 a,) (*.solidus.*

FORNIX,cis. *camera, arcus.* de Atti 148 b, I V. 60 b, Videt ad fornicem Fabianum in turba. I.V de Ora.133 a, pro Pl.202 a, Fornix Fabius. & de Or. 133 b, Fornix Fabij Top. 222 a, Præstare quod fornix fecerit. I. V. 139 b, Huius fornix in foro est, in quo nudus filius stat. ad Heren.21 b, Vt ædes, intercolumnium fornicem.

FORS. *fortuna.* Attico 287 a, Sed hæc sors viderit, quæ talibus rebus plus quàm ratio potest. Attico 60 b, Sed de illa amolatione fors viderit, aut si quis est, qui curet, Deus.& 111 b, Sed hæc vt fors tulerit. & 118 a, Quemcunque fors tulerit casum. I. P. 80 a, Sit sane fors domina campi.

FORTE, fortuna. de D. 112 a, Aliquid aut casu aut forte fortuna fieri.

☞ Syntaxis *Accid t casu, aut fortuna.*

FORSITAN, *fortasse.* de Or. 125 b, Maior ars aliqua forsitan esset requirenda. Et Att 190 a, pro S. R 19 a, Forsitan quæratis, &c. Cæl. Ep. 113 a, Forsitan cum locupletiore referam.

FORTASSE, *forsitan, forte.* Epistu. 26 b. Quod est igitur mihi tristi consilium? vt discederem fortasse in aliquas solitudines? & 27 b, de Ora. 93 b, Græculus ociosus & loquax, fortasse doctus & eruditus. Orat. 215 b, Elegit ex omnibus Isocratis libris versus fortasse triginta Hieronymus. Attico. 1 b, Et fortasse cum Romæ a iudicijs forum refrixerit, excurremus mente Septembri, &cæt. Att. 95 a, Puer fortasse fatuus.

FORTASSIS *fortasse.* Epi. 27 b, Sed ego furtassis vaticinor.

FORTE, *casu, fortuna, fortasse.* de Or. 129, Forte euenit, vt in Priuernati essemus, &c. & pro Cl. 47 a, de Or. 116 a, Ac ne forte hoc magnū ac mirabile videatur. I V. 55 a, Si quis forte miratur, &c. Qu. F. 300 a, Ne forte me in Græcos tam ambitiosum factū esse mirere. pro Plā. 273 a, Cum casu diebus ijs, &c. Puteolis forte venissem, cum, &cæ. pro Flac. 150 a, Nisi forte, &c. de Off. 56 a, Nisi forte illud, &cæt. de Ora 147 a, Et aliquem si forte morum, &c.

FORTICVLVS, la, lum. *diminuti.,a fortis.* Tus. 185 a, I. TORMINA.

FORTIS, forte, ssimus. *Magnanimus, strenuus, acer, cōstans, potens, robustus valens, masculus, magnus, animosus, multum roboris habens, in quo multum est roboris ac virtutis, qui animo excelso & alto est, maximi animi, quo omnia in se posita esse ducit, & humanos casus virtute inferiores putat.*) (*.ignauus.* de Ami. 96 b, pro Sex. R. 41 a, Viris fortibus quorum opera eximia in rebus gerendis extitit, honos habitus est. Tusc. 177 a, Fortes fortuna adiuuat, vt est in prouerbio. pro Milon. 115 a, Et vnius post homines natos fortissimi viri magnitudinem animi desideres In Ve. 136 b, Vir fortissimus & innocentissimus S. Peduceus. Attico. 127 b, Quod doleo viris fortissimis accidisse. pro Sest. 12 b, Vir fortis & acris, animique magni pro Milon. 119 b, Vir fortis & animosus, & acriter morti se offerens. Fortis ad vindicandum. Legi. 54 a, pro Font. 253 a Fortis ad pericula de Cla. 175 a, Constans & fortis vir. pro S. R. 32 b, Vir contra audaciam fortissimus. In Ver. 171 a Adolescens bonus & fortis. Officio. 10 a, Fortis animos & magnus. de Sene. 92 a, Senectus animosior est, quam adolescentia, & fortior. Att. 132 a, Quod vnquam eorum in repub. forte factum exstitit? de Orato. 163 b, inflexio laterum fortis & virilis. de Orat. 105 a, Sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortē & virilem non videri. de Or. 125 a, Oratio fortis, acris, vehemens.) (*.elata, submissa, lenis.* de Ora. 145 a, Forte & vehemens genus dicendi. de Or. 145 a, Fortissimo animi impetu, plenissima & maxima voce, summa contentione corporis. I. C. 113 b, Dictę sunt a principibus, acerrimæ & fortissimę sententię. I. A. 240 b, Acerrima illa & fortissima cupiditas, immuta & delibata est. Offi 16 b, Fortis animi est & constantis, non perturbari in rebus asperis. Att. 242 b, Hoc loco Cassius fortibus sane oculis matrem spectare.* Tus. 195 a, Fortis, &, vt ita dicam, virilis ratio.]

☞ Syntaxis. *Vir fortis, & animosus, & contrà Oratio fortis & virilis, Oratio fortis, acris, vehemens. Fortissimus animi impetus. Acerrima & fortissima sententia. Fortibus oculis spectare.*

FORTITER. *animose, viriliter, constanter, neruosè, acriter, strenuè, magno animo.* Atti. 227 b, Quicquid acciderit, fortiter ac sapienter ferre. pro Qu. 5 b, Dolabella iniuriā facere fortissimè perseuerat. At 247 a, Atque, mi Attice, fortiter hoc velim accipias, vt ego scribo. Offi. 13 a, Quę animo magno & fortiter excellenterq; facta sunt. de Pro. 77 b, Quam sapienter, non disputo: constanter quidē & fortiter certe. I. A. 192 a, Animose & fortiter facere aliquid. pro Fl. 168 b, Cum hostibus fortiter bellum gerere. At. 130 a, Quemuis euentum fortius feram, quàm hunc dolorem.

☞ Syntaxis. *Iniuriam fortiter facere, Fortiter accipere, forti animo. Magno animo, fortiter, & excellenter factum.*

FORTITVDO, inis. *magnitudo animi & robur, animi excelsi atque inuicti magnitudo & robur, animi excellentia magnitudoque, elatio & magnitudo animi, animi excellentis magnitudo & præstantia, præsentia, robur, vis, excelsitas & magnitudo, fortis animus & magnus, acer & præsens animus magnus & excelsus, excellens animus & humana contemnens, magna vis & incredibilis animi.*) (*.ignauia, timiditas, inertia.* de In 82 b, Fortitudo est considerata periculorum susceptio, & laborum perpessio. Off. 76 a, Fortitudo est dolorum laborumque contemptio Offi. 13 a, Itaque probe definitur a Stoicis fortitudo, cum eam virtutem esse dicant propugnantem pro æquitate. Tus. 236 b, Fortitudo est animi affectio in adeundo periculo, & in labore ac dolore patiens. Off. 73 a, Magnitudinis animi & fortitudinis proprium est, nihil extimescere, omnia humana despicere, nihil quod homini accidere possit, intolerandum putare. Tus. 184 b, Viri propria maxime est fortitudo: cuius munera duo maxima sunt, mortis dolorisq; cōtemptio. de Nat. 67 a, Fortitudinem omnem aut in dolore, aut in labore, aut in periculo spectari Tus. 220 b, Fortitudo est igitur animi affectio, legi in perpetiendis rebus obtemperans, vel conseruatio stabilis iudicij, in eis rebus quæ formidolosæ videntur subeundis & repellendis, vel scientia rerum formidolosarum contrariarumque, aut omnino negligendarum, conseruans earum rerū stabile iudicium. Tusc. 220 a, Fortitudo est, inquit Chrysippus, scientia perferendarum rerum, vel affectio animi in patiendo ac perferendo, summæ legi parēs sine timore. Tuscul. 181 b, Quid fortitudini comitibusque eius, magnitudini animi, grauitati, patientiæ, rerum humanarum despicientię, quomodo respondebis? Par. 236 b, Quin venientibus malis obstat fortitudo Antequam 193 a, Qui non militum pręsenti fortitudine, sed sua eximia virtute hostilem ciuium mētem vindicauit. pro Ses. 22 a, Hoc sentire prudentiæ est, facere, fortitudinis, sentire verò & facere, perfectæ cumulatæq; virtutis. I. C. 103 a, Non est verendum mihi, ne huius seueritatis, ac fortitudinis inuidiæ, quàm inertiæ ac desidię pertimescenda. pro Pomp. 3 b, Labor in negocijs, fortitudo in periculis. Offi. 16 a, Sunt ergo domesticæ fortitudines non inferiores militaribus ad Her. 16 b, Fortitudo est rerum magnarum appetitio, & rerum humilium cōtemptio, & laboris cum vtilitatis ratione perpessio Par. 237 a, Fortitudinem audacia imitatur.* Tus. 188 b, Amplitudo animi & quasi quædā exaggeratio quam altissima animi, quæ maxime eminet contemnendis, & despiciendis doloribus.]

FORTVITO *fortuitu, casu, temere.*) (*.consultò.* Orat. 115 a, Superior ætas numero caruit, nisi si quando temere ac fortuito. con. Rul. 69 b, Paucas tribus non certa conditione iuris, sed sortis beneficio fortuito ad vsurpandum libertatem vocare. de Diuinatione 107 a, Aliquid casu & fortuito factum esse. de Oratore 94 a, Fortuito dicerent, &cæte. Epistola. 64 b, Non repentina aliqua voluntate, neque fortuito incidere ad aliquid agendum. de Finibus 13 a, Hoc ita est fortuito.

☞ Syntaxis. *Temerè & fortuitò. Sortis beneficio aliqua ad libertatem vocare. Casu & fortuitò.*

FORTVITV, *fortuito, casu.* I. A. 225 a. Quod verbum tibi non excidit, vt sæpe fit, fortuitu, sed scriptum, meditatum, cogitatum attulisti. Offi. 11 a, Temere ac fortuitu, inconsiderate, negligenterque facere aliquid. ad Her. 4 a, & de Diu. 121 a & 112 a, Casu & fortuitu natu nauis in portum incolumis delata est.* Tus. 174 b, Non temere, nec fortuito sati, & creati sumus.]

☞ Syntaxis. *Temere, ac fortuitu inconsideratè, negligenterque.*

FORTVITVS a, um. *in fortuna positus.* Epistu. 98 b, Vt illud nescio quid non fortuitum, sed diuinum videretur. de Natura decimoquarto b, Ex his factum esse mundum concursu quodam fortuito. de Orato. 97 a, Subita & fortuita Oratio. de Natura 77 b, Si quippiam nati sumus fortuiti boni. Topic. 227 a, Concursio rerum fortuitarum.

• Academ. quarto a, Fortuita atomorum concursio. * de Diuinatio. 111 a, Fortuita sunt, quæ plerunque, non semper eueniunt. pro Domo 225 b, Domus ardebat in palatio, non fortuito, sed oblato incendio. de Diu. 42 a, Diuinatio est earum rerum, quæ fortuitæ putantur, prędictio.]

FORTUNA, æ. *fors, sors, hora* ... *temeritas, euentus, conditio.* de D. 111 b, Quid est enim aliud fors? quid fortuna? quid casus? quid euentus? nisi cum sic aliquid cecidit, sic euenit, vt non cadere atque euenire, vel aliter cadere atque euenire potuerit? de Diuina. 112 a, Nihil est tam contrarium rationi atque constantiæ, quàm fortuna. de Na. 71 b, Fortuna ab inconstantia & temeritate se iungi non potest. de Natur. 34 b, Fortuna, quæ amica varietati respuit constantiam. pro Milon. 114 b, Vide, quàm sit varia vitæ commutabilisque ratio, quàm vaga volubilisque fortuna. de Diuinat. 131 a, Varietas est propria fortunæ. de Amic. 106 b, Non solùm ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerunque efficit cæcos, quos complexa est. Par. 121 a, Cuius quidem, quæ maximam vim habere dicitur, fortuna ipsa cecidit. pro Mar. 133 a, Fortuna domina rerum humanarum. Acad. 44 b, Fortuna effecit multa improuisa nobis propter obscuritatem ignorationemque causarum de D. 126 b, Nusquam fortunatiorē, quam Præneste, fortunam esse. ad Her. 13 a, Fortunam insanam esse & cæcam & brutam perhibent philosophi, saxoque instare globoso prædicant volubili. *& ibi multa de fortuna ex Pacu.* Tusculan. 233 a, Vitam regit fortuna, non sapientia. item O saltiam & volucrem fortunam. & ibidem In quo ne tum quidem fortunæ rotam pertimescebat. I. A. 257 a, Ne vim fortunæ stultitia contempsisse videamur. de Na. 77 b, Fortunam a Deo petendam, a se ipso sumendam esse sapientiam. de Prou. 76 a, Aliquis fortunæ muneribus amplissimis ornatus, sæpius eius deę periculum facere non debet. pro Sest. 6 b, Sed fuit profecto quędam illi reipub. fortuna fatalis, vt ille, &c. de Natura. 19 a, Illud quæro, quę fuerit tanta fortuna, quis iste tātus casus, vt &c. I. A. 248 a, Quis hoc non videt? quod fortuna, quæ dicitur cæca, vidit? Officior. 36 b, Magnam esse vim in fortuna in vtranque partem, vel ad secundas res, vel aduersas, quis ignorat? Quint. frat. 290 b, Intelligerem etiam fortunæ potestatem in nos prorogatam: nunc verò ea pars tibi reipub. commissa, in qua nullam, aut per exiguam partē fortuna tenet. Postquam 198 a Prospera, ęquabilis, perpetuaque fortuna, secundo vitæ sine vlla offensione cursu. de Ar. 256 b, Vtrique horum secunda fortuna regnum est elargita, aduersa mortem. Epist. 52 a, Ea ijs rebus, quas tibi fortuna elargita est. pro Sest. 16 b, En cur cæteri reges stabilem esse suam fortunā arbitrentur? I. P. 87 b, Nunc meam spoliatam fortunam conferam cum florente fortuna Imperatoris. de Natura. 78 a, Ad prosperam aduersamque fortunam qualis sis, nihil interest. Episto. 31 a, Ferre pulcherrime secundam fortunam & aduersam. Attico. 121 a, Is superbum se præbuit in fortuna, quam putauit nostram fore: cuius fortunæ nos, quantum humano consilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus. & 275 a, Miserorum fortunam insectari. Episto. 11 a, Mala & afflicta fortuna. pro Syl. 174 a, Afflicta fortuna alicuius. pro Cl. 19 a, Alicuius misera, multumque iactata fortuna. Officio. 36, Hæc igitur ipsa fortuna cęteros casus rariores habet. pro Dom. 242 a, Caduca semper hæc esse, duxi, non virtutis & ingenij, sed fortunæ & temporum munera: quorum ego bonorum, non tam facultatem vnquam & copiam expetendam putaui, quàm in vtendo rationem & in carendo patientiam. Antequam. 294 b, Quem paulo ante fortuna erexerat ad gloriam, &c. de Orato. 126 b, Cum Imperatorem ad communem Imperatorum fortunam defendendam excitarem. Officio. 12 a, Propinqui quibus communis plerunque fortuna est. Atti. 278 b, Nonnulla in Hirtio huius belli fortuna, vt in secundis fluxa, vt in aduersis bona. pro Font. 283 a, Felix ad casum fortunamque belli. pro Pom. 13 a, Fuit profecto quibusdam summis viris quædam ad res magnas bene gerendas diuinitus, adiuncta fortuna. pro Muræn. 134 a, Par dignitas ad consulatus, petitionem, dispar fortuna prouincialium negociorum, in hoc & in illo fuit. & 139 a, Hos ad magistros, si qua te fortuna Cato cum ista natura detulisset, non tu quidem esses, &c. Attic. 273 b, Cuius qualis & prudentissimus & fortuna optima esse debet. & 231 b, Omne consilium in fortuna positum videretur. Postquam. 199 a. b, C. Marius subijt indignissimam fortunam præstantissima gloria sua. Attic. 156 b, fortuna qua illi florentissima, nos duriore conflictati videmur. & 138 b, Quorum ego causa timidius me fortunæ committebam. pro Flac. 253 b, Asclepiades fortuna egēs, vita turpis. pro Syl. 184 a, Orat vos, vt se aliquando si non integra fortuna, at afflicta patri suo gratulari sinatis. in Sal. 274 a, Sallustius bis ad iudicum subsellia attractus extrema fortuna stetit, Quint. de Pet. 206 b, Quanto melior tibi fortuna petitionis data est, quam C. Cęlio. de Diuin. 88 b, Interpretes respōderunt eam clarissimum Græciæ diuturna cum fortuna fore. Epist. 88 a, Gaudeo tuam dissimilem fuisse fortunam. de Orator. 94 a, Scæuola, quem nunc mearum ineptiarum testem fortuna constituit. Attico. 94 a, Sed hæc fortuna viderit, quoniam consilio non multum vti licet. & 236 a Sed hæc fortuna viderit, quoniam ratio non gubernat. Epistol. 54 b Nam adhuc & factum tuum probatur, & vt in tali re, fortuna laudatur. I. V. 92 b, Lampsacem Romanorum conditione socij, fortuna serui. pro Milon. 119 b, Conditio atque fortuna hominum infimi generis. Officior. non, Est autem infima conditio, & fortuna seruorū. I. P. 90 b. Mulieres oīa fortunæ ac loci. de Finibus. 137 b, Homines infima fortuna. Episto 204 b, Graue est, cum superior factus sit ordine inferiorem esse fortuna. & ibidem. Solatia, quæ cæteris simili in fortuna non defuerunt. de Amicitia. 107 a, Amplificare fortunam. de Prou. 71 a, & 70 b, Esse infelicem, fortunæ est: esse deteriorem, improbitatis est. Officior. 42 a, Aut aliquo casu & fortuna Tusculan. 233 b, Bona corporis, & quæ extra corpus in casu sunt atque fortuna. item: Fortuna L. Syllæ & Timothei. *Lege Plutarchum in vita Syllæ.*

☞ Syntaxis. *Fortuna vaga, volubilis, varia, cæca, rerum humanarum domina, insana, bruta, falsa, volucris, fatalis, prospera, æquabilis, perpetua, secunda, aduersa, stabilis, spoliata.*

FORTUNÆ, narum. *bona pecuniæ.* pro Dom. 218 a, Imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis. Postquam 211 b. Bonus viros lugere malui meas fortunas amittere coactus est. & in aduersis sine vllo remedio permanere. pro Quint. Rosc. 50 b, Tum omnium possessiones erant incertæ, nunc omnium fortunæ sunt certæ. Epist. 52 b, Nihil tibi deesse arbitror ad tuas fortunas obtinendas. Tusculan. 150 b, M. Crassus, qui illas fortunas morte dimisit. Episto. 87 b, Itaque si quis mihi erit aditus de tuis fortunis, id est de tua incolumitate agendi, agam ipse per me, &c. & 53 a, Tamen impetum prædonum in suas fortunas fieri nolo. Episto. 70 b, Dignitate tua & fortunis frui poteris. de Orator. 127 a, Ego pro mea omni fama fortunisque decerno. Brut. 286 a, Vir honoribus amplissimis fortunisque maximis. pro Rabir. 91 a, & Inuent. 55 b, Succurrere saluti fortunisque communibus. pro S. R. 19 b, Pecunia fortunæque alicuius. Att. 73 a, Ne prouincia nobis prorogetur per fortunas prouide. & 49 a, Ad quæ recuperanda, per fortunas incumbe. & 57 a, Per fortunas illud præmuni quæso, ut simus annui.

☞ Syntaxis. *Fortunæ ac bona. Lugere fortunas alicuius. Obtinere suas fortunas, dimittere. Vir maximis fortunis. Pecunia fortunæque. Per fortunas ad illud incumbe. Per fortunas prouide obsecrandi ratio.*

FORTUNATE. *feliciter.* Bru. 165 b, Fortunate beateque vixisse. de Finib. 95 b, Fortunate viuere.

FORTUNATUS, a, um. *felix, interdum valde fecundi.* de Orat. 141 a, Scopas fortunatus homo & nobilis. pro Quint. 14 b, O hominem, fortunatum. I. C. 105 b, O fortunatam remp. si quidem &c. Q. f. 316 b, Nihil nobis est fortunatius. Tusc. 202 b, Qui senem fortunatum esse dixit. de D. 126 b, Nusquā fortunatiorem, quàm Præneste, fortunam esse. de Sen. 83 a, Mihi vero illi comitatu nobilium iuuenum fortunati videbantur. pro Mur. 136 a, Integer & fortunatus. de Clar. 196 a, Fortunatus exitus illius.

FORTUNO, as. *firmo, augeo.* Ep. 18 b, Tibi patrimonium dij fortunent. & 249 a, Eum honorem tibi deus fortunare volo.

☞ Syntaxis. *Fortunate, feliciter. Nihil est fortunatius illo. Fortunat suos Deus.*

FORUM, ri. *macellum, iudicia publica, & locus vbi iudicia exercentur.* pro Cluen. 52 b, L. Clodius pharmacopola circumforaneus, qui peraret cui fora multa restarent, simulatque introductus est, rem confecit. At. 76 b, Ep. 34, Appius in vltimam prouinciam se coniecit, Tarsum vsque, ibique forum agit. *id est, iudicia exercet.* I. Ver. 255 b, Iura Siculorum, quæ habent, nec extra suum forum vadimonium promittere cogantur. & 143 a, Sectari aliquem circum omnia fora cont. Rull. 67 b, Sublata erat de foro fides Ep. 64 b, Vt primum attigi forū. Episto. 153 b, Forum Voconij, Forum Iulij. I. C. 102 a, Forum Aureliū. Epist. 185, Forum Cornelium. Epist. 162, Forum Gallorum. Epi. 166 Forum Voconium.

¶ *Vestibulum* de Leg. 182 b, Lex forum, id est vestibulum sepulchri, bustum ve vsu capi vetat.

☞ Syntaxis. *Forum agere.*

FOSSA, fæ Epist. 147 b, Oppidum vallo & fossa circundedi. Tuscul. 239 b, Cum fossam latam cubiculari lecto circundedisset. pro Cæc. 291 b, Prætor, qui de fossis & de cloacis* interdicit. I. P. 93 a, Rhenus fossa gurgitibus illis abundans.

FOSSIO, nis. *ipsa fodiendi actio.* L. F. 1510 de Sen. 88 a, Quid agri fossiones, repastinatione que proferam? de Diu 31 a, Recenti fossione terram fumare calentem.

FOTUS, a, um. de N. 60 b, Ex ouis pulli orti matres relinquunt, a quibus exclusi fotique sunt.

FOVEA, veæ Att. 293 b, Bellua, quę quoniam in foueam incidit, obruatur.

FOVENDUS, a um. pro Mu. 141 a, Gubernacula reipub. Petas, fouendis hominum sensibus & deliniendis animis, & adhibēdis voluptatibus? Qu. fr. 304 b Hortensius per Pomponium tibi fouendus est.

FOVEO, ues, foui, fotum. *rego, alo, sustento, vel, nutrio* De Na. 52 a, Aues eum ex ouis pullos excluserunt, pennis eos fouent ne frigore lędantur. Att. 276 a, Illum tamen non modo foui, sed & tantam pecuniam illi dedi, honoris mei causa. Episto. 12 a, Inimicum meum sic in manibus habebant, sic fouebant, sic osculabantur. Qu. fr. 319 b, Scribis de Cæsaris summo in nos amore: hunc tu fouebis. & nos quibuscunque poterimus rebus, augebimus. Att. 244 b, Vectenum, ut scribis & Faberium foueo. Att 190 b, Nam dum illud tractabam, quasi fouebam dolores meos.

☞ Syntaxis. *Fouere pullos, amicos, amorem, dolorem, hominū sensus.*

FRACTUS a, um. *infractus, debilitatus, afflictus.* pro Dom. 135 b, Qui me animo nimis fracto esse atque afflicto loquebatur. & 218 a, Ciuitas fracta malis, muta, debilitata, abiecta metu. Postq. 209 b, Aliquis fractus, & prope dissipatus. & 202 a, Aut debilitata virtute aut fracto animo esse, pro Flac. 150 a, Fractum & debilitatum Græcæ nomen. Att 193 a, Afflictus & fractus animus. de Cl. 198 b, Fractum & minutum & puerile, pro Syl. 169 b, Fractus & afflictus calamitate. de Or. 95 a, Simulat fractum, & debilitatum metu vidit.)(*esse erecto animo.* pro Mil. 116 a, Concussa hominum licentia, & cupiditatibus fractis. Att 55 a, Qu. fratris domus primo fracta coniectu lapidum. I. V. 212 b, Annulus aureus quem habebat, fractus est & comminutus. I. A. 233 a, Et quidem fracto crure. de Or 140 b, Non fractum esse fortuna. I. P. 25 b, Itaque in illo tumultu fracti fasces, &c. * Episto. 13 b, Fracto ac demisso animo esse. Tusculan. 196 a, Abiectus, & fractus. de Finib. 135 b, Fracti flexique motus.]

Demosthenes frequens fuit Platonis auditor. & 213 a, Nos in hoc genere frequentes, &c.

FREQVENTANDVS, a, um. *exornandus, sæpius illustrandus*. de Ora. 161 b, Distinguenda & frequentanda est omnis oratio luminibus verborũ.

fugientis, veram gloriam, qui est fructus veræ virtutis, repudiare. Off. 13 b, Vix inuenitur, qui laboribus susceptis periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. in Aut. 301 a, Neque enim vllam mercedem tanta virtus præter hanc laudis gloriæque desiderat. Tuscu. 172 a, Gloria virtutem tanquam vmbra sequitur. Attic. 226 b, Illi non heroes, sed dij futuri quidem in gloria sempiterna sunt. pro Arc. 190 b, Trahimur omnes laudis studio, & optimus quisque maxime gloria ducitur. Philosophi etiam in libris quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt: in eo ipso in quo prædicationem nobilitatemque despiciunt, prædicari de se ac nominari volunt. de Orat. 124 a, Si pecunia tantopere expetitur, quanto gloria magis est expetenda. Antequam 193 a, Si dulcis est gloria, consequimini virtutem. pro Pl. 271 b, Is gloria maxime excellit, qui virtute plurimum præstat. pro Sest. 13 b, Vita breuis est, cursus gloriæ sempiternus. Antequam 196 a, Nam vitam si eripiunt, non adimant gloriam immortalem. I. C. 123 a, Sic in æterna gloria Marius, qui, &c. de Orato. 115 b, Annibalis nomen erat magna apud omnes gloria. Offic. 69 a, Hic in maxima gloria est. pro Flac. 151 b, In imperio atque in publica dignitate, omnia ad gloriam splendoremque reuocantur. de Cla. 186 b, Cn. Pompeius maiorem dicendi gloriam habuisset, nisi, &c. I. A. 182 a, Illi eam gloriam consecuti sunt, quæ vix cœlo capi posse uideatur. Epist. 36 a, Vt mihi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam acquirendum deesse putarem. 1 P. 93 a, mihi illa omnia immortalem gloriam dederunt, tibi sempiternam turpitudinem inflixerunt. Episto. 68 b, Vt me sempiternę gloriæ per eum commendari uelim, qui non ipse quoque in me commendando propriam ingenij gloriam consequatur. de Amic. 191 a, Qui ob amicitiam summa fide seruatam maximam gloriam ceperit. Parti. 318 a, Qui gloria se & prædicatione effert. in Aut. 158 b, Ea autem est gloria & laus recte factorum & magnorum in rempubl. meritorum. de Fin. 142 b, Gloria quæ habet formam honestatis & similitudinem. Offic. 9 & 13 b, Altissimus animus, & gloriæ cupidus. de Or. 322 a, Vt gloria clarus, authoritate grauis. Attico. 274 a Solida uera que gloria. I. A. 204 a, Vera grauis & solida gloria. pro Pl. 271 b, Honorum gradus summis hominibus & infimis sunt pares, gloriæ dispares. pro R. P. 128 b, Quod genus est tandem illud ostentationis & gloriæ? Episto. 101 a, Moriar, ni (quæ tua gloria est) puto te malle a Cæsare consuli, quàm inaurari. Attic. 249 b, De gloria excudam aliquid ἀρχαλνὸδειον, quod lateat in thesauris tuis. Attico. 255 b, De gloria librum ad te misi. * Tuscu. 155, Mercedem gloriæ flagitat ab ijs, quorum patres affecerat gloria. pro Sest. 26 b, Expetenda est bona fama bonorum, quæ uera sola gloria nominari potest. Tusc. 190 b, Gloria uel fama popularis.]

☞ Syntaxis. *In gloriam esse. Gloriā habere, adipisci, acquirere. Hoc dabit gloriam tibi. Commendari gloria. Capere gloriam. Efferre se prædicatione & gloria. Solida veraq; gloria. Grauis, vera gloria.*

GLORIANDVS, da, di, do. Tuscula 238 a, Nec in misera uita quicquam est prædicabile, aut gloriandum. & ibid. Et est in aliqua uita prædicabile aliquid & gloriandum, ac præ se ferendum. & ibidem. Beata uita glorianda, & prædicanda, & præ se ferenda est. de Cla. 170 b, At ipse de se nec mentitur in gloriando. pro Cęl. 47 a, Defendendi causa hæc, non gloriandi loquor.

GLORIANS, tis. de Nat. 15 b, Mali ædificij dominus glorians se architectum non habuisse.

GLORIATIO, onis. de Fi. 60 a, Ex quo efficitur, gloriatione, ut ita dicā, dignam esse beatam uitam. & 117 b.

GLORIOLA, læ. Episto. 69 a, Vt nosmetipsi viui gloriola nostra perfruamur. & 98 b, Etiam hisce eum ornes gloriolæ insignibus.

GLORIOR, aris. *prædico, de me prædico, gloria me & prædicatione effero.* Antequam 197 b, Equites Rom. quorum factis gloriantur ciues, lætantur socij, gemunt hostes. Ora. 213 a, Quidam nominibus ueterū gloriantur. de Nat. 77 b, Propter virtutem iure laudamur, & in uirtute recte gloriamur. Tuscu. 258 b, Non pudet philosophum in eo gloriari? pro Lig. 140 b, Sed hoc non concedo, ut quibus rebus gloriemini in uobis, easdem in alijs reprehendatis. Offi. 45 b, & de Finib. 117 b, Nobis quoque licet in hoc quodammodo gloriari. de Finib. 96 a, Nemo de misera uitæ gloriari potest. pro Pl. 263 a, & Par. 118 a, In Vat. 35 a, Tu de tuis diuitijs intolerantissime gloriaris. de Ar. 245 a, Et sua concio risit hominem, quomodo ipse gloriari solet, ducentis conflxum senatusconsultis. de Ar. 247 a, Ne nimis gloriari uidear. de Sen. 94 a, Vt de me aliquid more senum glorier. Attic. 12 a, Non enim mihi uideor insolenter gloriari. de Sene. 83 a, Equidem posse vellem idem gloriari, quod Cyrus, sed tamen hoc queo dicere, me, &c. Offi. 16 a, Licet enim mihi M. Fili apud te gloriari, ad quem, &c. de Fi. 75 a, Quæ cum diceres, &c. tu ipse mihi gloriari, uidebare. I. P. 79 b, Hic mihi etiam gloriabitur, se omnes honores sine repulsa obtinuisse. Tus. 233 a, Gloriari contra aliquem. de Or. 142 a, Cum quidam omnes prouincias si peragrasse gloriaretur. pro Do. 231 b, De rebus suis gestis gloriari. Sal. in Cic. 272 a, Quasi uero togatus, & non armatus ea quæ gloriaris, confeceris.

GLORIOSE, sius, sissime. *magnificè, elatè.* pro Mil. 115 a, Gloriose, mentiri. & pro Do. 131 b, De seipso gloriosius loqui. de Ora. 111 b, Exorsus es enim non gloriose. Att. 223 b, Nostri autem ἄρεις, quod per se ipsos confici potuit, gloriosissime & magnificentissime confecerunt. * de Cla. 165 b, Gloriose uti armis.]

GLORIOSVS, a, um. *ostentator.* Of. 28 a, Deforme est, cum irrisione audiētium imitari militem gloriosum. de Ami. 114 b, Miles gloriosos.

¶ *Præclarus, qui maxima in gratia & gloria est.* de Ar. 255 b, Mihi exitus domo mea ad rationem reipu. gloriosum fuit. de Diu. 92 b, In illa fuga nobis gloriosa, patriæ calamitosa. pro Deiot. 152 b, Quæ si in priuatis gloriosa sunt, quanto magis commemorabuntur in regibus? I A. 156 b, Idque reip. præclarum fuisse tam multos, tum multo ipsis gloriosius est. de Diu. 190 b, Magnificum etiam illud, Romanisque hominibus gloriosum, vt, &c. & 91 a, Cuius mors ita gloriosa fuit, vt eam concupisceret filius. Epi. 133 a, Mihi uero gloriosum est habere. &c. de Fin. 56 b, Facta illustria & gloriosa. Att. 129 a, Non solum gloriosis consilijs vtamur, sed etiam paulo salubrioribus. de Orat. 101 a, Siue quem ista præpotens & gloriosa philosophia delectat. pro Fl. 157 a, Vbi illa magnifica & gloriosa ostentatio ciuitatis. pro Fl. Verum esto, gloriosus fuisti.

☞ Syntaxis. *Id illi gloriosum est. Illustre ac gloriosum factum præpotens & gloriosa philosophia. Magnificus & gloriosus. Id prædicabile est ac gloriandum. Vita beata est glorianda, prædicanda, præ se ferenda. Gloriandi causa. In gloriando mentiri. Illi sic dixit glorians. In virtute gloriari, & virtute, & de. Insol. nter gloriari. Contra aliquem gloriari. Aliqua gloriari. Vt ea quę gloriaris, confecisti. Gloriose & magnificè.*

GLVTIOS, *angues.* de Di. 99 a, Familiam glutidarum aruspicinæ nobilitate præstantem.

GLVTINATOR, ris. *qui schedulas ex quibus indices librorum conficiuntur, tabulis seu chartis explicat.* Att. 57 b, Et velim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio vtatur glutinatoribus.

GNARVS, a, um *peritus sciens.* Or. 198 a, Pericles gnarus, quibus orationis modis animi moueantur. pro Sest. 6 a, Gnarus & prudens impendentium malorum. de Cla. 185 b, L. Sisenna gnarus reip.

☞ Syntaxis. *Gnarus ille est, quomodo, &c. Gnarus militia, pietatis.*

GNATVS, ti. *filius.* pro Pl. 271 b, Quanquam ad præcepta ætas non est gnati. de Di. 89 a, O gnata, &c. *alias, cognata.* Poetæ.

GNIDIVS, a, um. *Gnidus oppidum est Cariæ, ex quo Gnidius.* de Diu. 85 a, Venus Gnidia. I V. 231 b, Quid Gnidios? &c.

GNOSIVS, a, um: vel GNOSIVS, *à Gnoso Cretæ vrbe.* de Legib. 159 a, In cupressetis Gnosiorum.

GORGIAS, *Leontinus orator.* de Ora. 93 b.

GORGON, is. *Medusa.* I. V. 229 a, Gorgonis os pulcherrimum cinctum anguibus.

GORGONA, æ. *alids.* GORGONOPHORA. *i. Pallas. Gorgonis caput in scuto ferens.* Anteq 196 b, L. PALLAS.

GORTYNIVS, a, *a Cortyna oppido Cretæ.* I. A. 197 a, Gortynius index.

GRABATVS, ti. *lectulus.* de Diuina. 135 a, Deos immortales concursare omnium non modo lectos, verum etiam grabatos, & his obijcere visa, &cæt.

GRACCANVS, na. de Cl. 176 a, Iudices Gracchani.

GRACILITAS. *corporis habitus tenuior, subtilitas.* de Cla. 170 a, Qui non tàm habitus corporis optimos, quàm gracilitates consectantur. de Cla. 194 a, Erat in nobis summa gracilitas & infirmitas corporis, procerum & tenue collum, qui habitus, &c.

GRADATIM. *gradibus, per gradus.* Postquam 199 a, Honores quos eramus gradatim singulos assecuti, nunc à vobis vniuersos habemus. Par. 234 b, Quæ ascendunt gradatim ab humilioribus uerbis ad superiora. de Orato. 164 a, Hinc Gradatim ascendere uocem utile & suaue est. de Nat. 39 a, Licet enim contrahere uniuersitatem generis humani eamque gradatim ad pauciores, postremo deducere ad singulos. Ora 209 b, Cum gradatim sursum versus reditur. Acad. 13 a, Cum aliquid minutatim & gradatim additur, aut demitur. Acad. 23 a, Minutatim & gradatim interrogare. Tuscula. 160 a, Gradatim respondens eò perueni. Epistola 134 a, Ita pedetentim & gradatim tum accessus ad causam, tum recessus. de Natu. 19 a, Gradatim aliquo peruenire.

☞ Syntaxis. *Minutatim & gradatim. Pedetentim & gradatim.*

GRADATIO, onis. *exornatio rhetorica.* ad Her. 32 a, Gradatio est, in qua non ante ad consequens uerbum descenditur, quàm ad superius conscensum est, &c.

GRADIENDO, de Natu. 50 a, Iam verè alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt.

GRADIENS, tis. Tusculan. 235 b, Serpentes quasdam, quasdam esse gradientes.

GRADIOR, eris. *ambulo, eo, ingredior.* Tusculan. 172 b, Quorum qui similitudinem aliquam arripuerit, fidenti animo gradietur ad mortem.

GRADVS, dus. *propriè, quo in aliquem locum ascendimus: ex translatione autem. & locum & dignitatem & momentum & ordinem & progressum quendam gressumque significat.* Attic. 53 a, Gradus templorum ab infima plebe completi erant. pro Sest. 10 a, b, Gradus eius templi tollebantur. pro Dom. 224 a, Cum gradus Castoris conuellisti. pro Cl. 37 a, Gradus illi Aurelij tum noui quasi pro theatro illo iudicio ædificari uidebantur, quos accusator concitatis hominibus compleuit. & pro Fla. 160 a, & I. A. 197 b, Ejust. 85 b, Quemadmodum scalarum gradus, si alios tollas, alios incidas, nonnullos male hærentes relinquas, ruinæ periculum struas, non ascensum pares: sic, &c. Offi. 32 b, In ipsa communitate sunt gradus officiorum, vt prima dijs, &c. secunda parentibus, &c. tertia patriæ debeantur. de Natu. 32 b, Quartus autem gradus est eorum qui, &cæt. Part. 238 b, In omnibus causis tres sunt gradus, &c. de Orat. 164 b, Est quiddam in remissione grauissimum, quo tanquam sonorum gradibus descenditur. Orato 201 a, Orator omnes sonorum tum intendens, tum remittens, persequetur gradus. de Natu. 19 a, A beatis ad virtutem video te venisse gradibus. in Cic. 103 a, & pro Pl. 271 b, Ad summum imperium omnes honorum gradus efferri. I. A. 203 a, Vt gradus essent petitionis inter æquales. pro Mil. 106 a, Qui non honoris gradum spectat, vt cæteri

teri. I. A. 225 a, Tibi summus honoris gradus est. pro Mar. 127 b, Pater facilem huic gradum consulatus adipiscendi reliquit. I. A. 168 a, Quæstura primus gradus honoris. Of. 72 a. Tenere consularis dignitatis gradum. pro Pl. 266 b, Summum in aliquo loco gradum tenere & dignitatis & gratiæ. de Cla. 189 a, Gradus tuos & quasi processus dicendi studeo cognoscere. Or. 218 a, Stabilis quidam & non expers dignitatis gradus. de Cla. 181 a, Eosdem gradus oratorũ antea fuisse. Par 230 b, Seruare gradus temporum. de Cl. 175 b, Nũc reliquorum oratorum ætates & gradus persequamur. pro Pomp. 15 b, Cuius ætas a senatorio gradu longe abest & Epist. 45 b, Gradus ætatis. I. A. 155 b, In altissimo dignitatis gradu locatus. Antequam 194 a, Qui sunt assecuti summum gradum honoris. Postquam 204 a, In altissimo gradu dignitatis collocati sumus. pro Cluen. 49 b, Altiorem gradum dignitatis assequi. pro Ses. 7 a, Cum is præter spem in altissimo gradu alienis opibus positus esset. pro Mur. 231 a, Locari in amplissimo gradu dignitatis. I. V. 286 b, Gradus peccatorum in vno furto. Att. 116 b Causa publica desperata, quasi hic gradus mei reditus est, q mulieres reuerterunt. cont. Rul. 73 b Sed attendite animus ad ea quæ sequuntur, hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cætera factum intelligitis. de Arus. 253 b, Atq; P. Clodio gradus ad rempu. hic primus est, aditus ad popularem iactationem & ascensus. I. Vat 109 b, Itaque maioribus in Africam ex hac prouincia gradus imperij factus est. pro Cor. 63 a, Vt sibi locus sit, his gradibus ascensus etiam ad ciuitatem. pro Dom. 228 a, Quibus tanquam gradibus in cœlum mihi uideor ascendisse. pro Mur. 137 a, Ascenderes vnum gradum dignitatis. Offic. 56 a, Ad altiorem gradum ascendere. de Arusp. 258 a, Deteriore autem statu ut simus, vnus est inferior gradus, aut interitus, aut seruitus. pro Coru. 58 a, Aliqui ea infimo genere & fortunæ gradu. pro Q 31 a, Qui primus erat officij gradus, seruatus est a procuratore diligenter. de Clar. 191 a, Is ad summam amplitudinẽ peruenit ascendens gradibus magistratum. Bru. 90 b, Qui esset eo, quo ego sum gradu, senatus populique iudicio collocatus Aca. 2 b, Quos P. Ro. in hoc gradu collocauit. pro S. R. 41 a, Suũ cuique honorem gradum redditum esse gaudeo. de Clar. 191 b, Videat, ne ignoret & gradus, & dissimilitudines, & vim, & uarietatem Atticorum, de Fin. 144 b, Gradus ista res non habet. Epi. 179 b, Fateor me ad istum gradum sapientiæ non peruenisse. de Fin. 177 b, Deinde reliqui gradus, pro Mur. 135 b, Vt omnes & dignitatis, & gratiæ gradus tollerentur. de Fin. 134 a, Multis gradibus ascendere. Ep. 8 a, Obtinere summum & altissimum gradum ciuitatis. 146 b, & amplissimum. Epi. 87 b, Omni gradu amplissimo dignissimus. de Ora. 150 b, Cum omnis gradus ætatis recordor tuæ de Fin. 99 b, Et gradus vnus in ex via, quæ est hinc in Indiam. Off. 11 b, Gradus plures sunt societatis hominum. & 12 b, Non iidem erunt necessitudinum gradus, qui & temporum. I. A. 208 b Quis ciuis præsertim hoc gradu, quo me esse voluistis &c. de Vniu 198 b, Ad hanc conuersionem, quæ pedibus & gradu non eget. ingrediendi membra non dedit Deus. I. V. 107 b, Vnoquoque gradu de auaritia alicuius commoueri. de Ora. 131 b, vt quotiescunque gradum facias, totiens tibi, suarum virtutum veniat in mentem. Off. 16 b, & Atti. 261 b, Tumultuãtem de gradu deijci, vt dicitur de Opt 243 a, Aliud alio melius fit non genere, sed gradu. * de Fin. 99 b, Et gradus vnus in ea via, quæ est huic in Indiam.]

☞ Syntaxis. *Gradus scalarum, dignitatis, officiorum, caussarum, hominum, sonorum. Efferri per gradus honoris ad imperium. Tenere gradum consularis dignitatis. In vobis tenere summum gradum. Locatus in gradu, positus. Ascendere gradum, & ad gradum altiorem. In gradu, & gradu collocari. De gradu deijci: a dejicere.*

Græce. Offi. 75 b, Acilius ille, qui Græcè scripsit historiam. de Orat. 97 b. Cum ea, quæ legerem Græce, latine redderem. Tus. 151 a, Scis enim me Græce loqui in Latino sermone non plus solere quàm in Græco Latine de Orat. 133 b, M Cicero senex &c. dicebat, vt quisque optime Græce sciret, ita esse nequissimum. pro Flac. 148 a, Qui Græce nesciunt.

Græcia, cix. pro Do. 225 a, Cum alteri totam Achaiam, Thessaliam, Bœotiam, Græciam, Macedoniam, omnemque Barbariã condonasses. pro Fla. 159 b, Hæc cuncta Græcia, in qua sunt Athenienses, Æoles, Dores, paruum, quendam locum Europæ tenet, Asiæ maritimam oram bello superatam cinxit vrbibus, &cę. & contra Rull. 83 b, Corinthus erat posita in angustijs & faucib. Græciæ. de Ami. 98 a, Philosophi qui in hac terra fuerunt, magnamque Græciã institutis & præceptis suis erudierunt. de Orat. 162 b, Referta quondã Italia Pythagoreum fuit, tum cum erat in hac gente magna illa Græcia. Tusc. lib. 2. Verborum inops interdum Græcia.

Græcostasis, sis. *locus Romæ, vbi nationum consistebant legati: à Græcis tamen appellatus,* Q. F. 306, Deinde eius opere repente a Græcostasi & gradibus clamorem satis magnum sustulerunt.

Græculus, a, um. pro Fl. 151 a, Motus temerarius Græculæ concionis. Postquam 207 a, Cum Græculis philosophari. & I. P. 94 b, Græculus assentator. & pro Mil. 112 a, Comites Gręculi quocunq; ibãt. Gręculus ociosus & loquax. L. Græculus. de Ora. 93 b, Quid mihi, inquit Crassus, tãquam alicui Græculos ocioso & loquaci quęstiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? de Orato. 98 a, Verbi enim controuersia iamdiu torquet Græculos homines, contentionis cupidiores quam veritatis. * Tusc. 166 b, Ineptum sane negotium, & græculum.]

Græcus, a, um. *Graius.* pro Fla. 159 b, Tria Græcorum genera verè, Athenienses Æoles, Dores. de Fin. 78 b, Sint ista Græcorum, quanquam ab his philosophiam & omnes ingenuas disciplinas habemus, de Cla. 171 a, C. Sulpi. Gallus maximè omnium Græcis literis studuit. de Cla. 194 a, Græca oratio plura ornamenta suppeditans, consuetudinem similiter Latine dicendi assert de Ar. 148 a. Græci artibus, Hispani numero Galli robore, Pœni calliditate ualent. pro Ar. 190 a, Nam si quis minorem gloriæ fructum putat ex Græcis uersibus percipi, quàm ex Latinis, vehemẽter errat. propterea quod Græca leguntur in omnibus fere gentibus, Latina suis finibus exiguis sane continentur. de Cla. 179 b, Quo Latinus orator sine Græcis literis peruenire potest. de Cla. 188 b. Cotta se ualde dilatandis literis à similitudine Græce locutionis abstraxerat. de Orat. 110 a. Hoc uitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio, & 115 b, Gręcorum doctrina per ridicula. & 109 a, Crassus contemnere, Antonius ne nosse quidem Græcos uidebatur. Q. F. 92 b, Græci fallaces & leues, & diuturna seruitute ad omniam assentationem eruditi. & ibidem. Græci omnes uias pecuniæ norunt, omnia pecuniæ causa faciunt. & 293 a, Græcorum familiaritates parum fideles. & ibid Paconius nescio quis homo, ne Græcus quidem, ac Mysius, aut Phrygius potius. pro Flac. 151 a, Homo leuitate Græcus, crudelitate Barbarus. pro Flac. 161 a, Græcorum luxuria & leuitas. de Orat. 93 b, Græci alicuius quotidiana loquacitas sine usu. ad Her. 1 a Græci scriptores inanis arrogantiæ causa, ne parum multa scisse viderentur, ea conquisierunt quæ nihil attinebant, vt ars cognitu difficilior putaretur. de 91 a, Latina lingua uberior quàm Græca. I. V. 234 a, Apud Græcos Græce locutus sum. pro Mur 147 b, & 148 a, Pro Græcis & contra Græcos multa. I. V. 89 b, Gręcorum bibendi mos. Epislo. 95 a Cum Græcos ludos ita ames, ut ne ad uillam quidem tuam uia Gręca ire soleas. de Fin. 50 b, C. Marius *ὠσ ἑλλην.*) (*Albutius ὠσ ἑλλην.* Aca. 6 a, M. Cato literas Græcas in senectute didicit.

Graiugena, næ. de Natu. 44 b, Graiugena de isto, aperit ipsa oratio. Pacuuij.

Graius, a, um. *Græcus.* de Na. 44 a, Quasi verò non Graius hoc dicat. de Na. deor. 70 a, Dioscuri apud Graios multi.

☞ Syntaxis. *Græcè loqui in Latino sermone. Græcè reddere. Græcè nosse.*

Gramen, nis. *herba.* de Fin 82 a, Si tua sint Puteolis gramina.

Gramineus, a, um. I. V. 269 b, Act. 6, Et iamne gramineas hastas? *Ego Calimo lego grauissimas: nam de ijsdem hastis subijcit Cicero; in quibus neque manu factum quicquam, neque pulchritudo erat vlla, sed tantum magnitudo incredibilis.*

Grammatica, cæ. *ars Grammatica.* de Fi. 91 a, Verba quibus ex instituto ueterum pro Latinis utimur, ut ipsa philosophia, vt rhetorica, grammatica, dialectica, &c.

Grammatica, orum *studium literarum, grammatices,* de Ora. 85 b, De Ora. 100 b, In grammaticis poetarum detractio, historiarum cognitio, uerborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus.

Grammaticus, a, um ad Her. 27 b, hęc qua ratione uitare possimus, in arte grammatica dilucide dicemus.

Grammaticus, ci. de Di. 87 b, Grammatici interpretes poetarum. & 104 a, Tus. 173 b, a, Vt si grammaticum se professus quispiam barbare loquatur, turpe sit Att. 103 a, Sed quoniam grammaticus es, hoc mihi *ζήτημα* persolue. Ora 205 a, Hanc hypallagen Rhetores metonymiam Grammatici uocant.

Grandesco, scis. *cresco.* de Diu. 83 a,

Lentiscus triplici solita grandescere fœtu. Poetæ.

Grandiloquus, a, um. *in oratione grandis, grauis, plenus, copiosus, amplus.* Ora. 198 b, Nam & grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt, cum ampla sententiarum grauitate, & maiestate uerborum. Tus. 245 b, Isti grandiloqui contra hęc duo, &c.

Grandis, de. *magnus, immanis.* de Senec. 79 a, Hic & bella gerebat ut adolescens, cùm plane grandis esset, &, &c. I. P. 98 a, Videras enim grandis iam puer, &c. Attic. 610 a, Ad Hirtium dederam epistolam sane grandem, quam scripseram proxime in Tusculo. & 107 a, Grandiores sunt omnino libri, quam erant. I. V. 217 a, In qua basi grandioribus literis P. Africani nomen erat incisum. Q. F. 318 a, Grande cubiculum & altum. de Natu. 50 b, Pinna duabus grandibus patula conchis. I. V. 610 b, Grande uas & maius opus. & 181 a, Patella grandis. I. V. 206 b, Hydria preclaro opere, grandi pondere. de Natu. 76 b, Dionysius aureum Ioui detraxit amiculum grandi pondere. pro Cęc. 287 a, Grande pondus argenti. de Inu. 82 a, His duabus rebus duę res grandes sunt attributę. pro R. P. 163 a, Is regi Alexandrino grandem pecuniam credidit. Ep. 226 b, & I. V 70 a Nicenses grandem pecuniam debent pro Flac. 157 a, Pecuniam illi grandi fęnore occupauisti. de Orato. 120 b, Ager, qui meliores fętus possit & grandiores edere. contra Rull. 77 a, Sicque agro grande uectigal imponitur. ad Heren. 31 b, Ipse grandi sponsione uinctus est. de Clar. 192 a, Subsellia grandiorem & pleniorem uocem desiderant. Orato. 199 b, Causidicus non ille quidem amplus atque grandis, subtilis & elegans tamen. & 207 b, Orator quo grandior sit, & quodammodo excelsior. de Clar. 183 a, Fuit enim Sulpitius uel maxime omnium grandis, &, vt ita dicam, tragicus orator. de Finib. 94 b, Grandiora verba. de Orato 139 b, Genus dicendi grandius. de Cla. 167 a, Hi grandes erant uerbis, crebri sententijs. de Di. 88 b, Sed exemplis decuit grandioribus uti I. V. 238 b & pro Quin. Ro. 56 a, Pater grandis natu. de Sene. 79 a, Non admodum grandis natu, sed tamen ętate prouectus. I. A. 203 b, Cum grandiorem ętatem ad consulatum constituebant. de Inu. 58 b, Perspicuum & grande uitium. cont. Rull. 85 a, Homo grandi macie torridus.

Granditas, tis. *magnitudo.* de Cl. 175 b, Idque apparet ex genere & granditate uerborum.

☞ Syntaxis.

GRATIFICOR, aris. *beneficium do, rem gratam facio.* Offi. 9 b, & contra Rull. 87 b, Qui gratificantur cuipiam, quod obsit illi, &c. de Fin. 134 & 135 a, Deque eo quod ipsis superat, alijs gratificari voluit. Episto. 2 b, Quod Pompeio se gratificari putant. de Leg. 192 a, Honeste gratificari cupiam. Epist. 115 b, In hanc partem porro tuum tibi erit, si quid volueris gratificari. Epist. 17 b, Cur tibi hoc non gratificer, nescio. pro Corn. 57 a, Gratificatur mihi gestu accusator, uelcientem Cn. Pompeium fecisse significat.

GRATIOSVS, a, um. *qui apud omnes plurimum gratia potest.* pro Planc. 268 b, Iam doceo gratiosum esse sum tribulibus Plancium. in Ver. 255 a, Splendidi homines, & alijs prætoribus gratiosi. pro Cæl. 41 b, Homo potens, gratiosus, disertus. Q. de Pet. 207 b, Vir ad ambitionem gratiosus. pro Mur. 135 b, & Q. de Pet. 208 b, Homines in suis ciuitatibus & municipijs gratiosi. Attic. 340 a, Cicero erat gratiosus apud Cæsarem. pro Mure. 141 b, L. Nata in equitum centuris voluit esse, & ad hoc officium necessitudinis, & ad reliquum tempus gratiosus. Of. 63 b, Tum Pythius, ut argentarius, qui esset apud omnes ordines gratiosus. Attic. 259 a, Syracusas commodius epistolas mittere potero, si Valerius Mitres ad me nomina gratiosorum scripserit. pro Pl. 268 b, Ego Plancium & ipsum gratiosum esse dico, & habuisse in petitione multos cupidos sui & gratiosos. de Cla. 192 a, Gratiosi scribæ sint in dando & cedendo loco. Epist. 4 a, Is vehementer confidit his meis literis se apud te gratiosum fore. Epis. 208, Iuuentutis & gratiosorum in suffragijs studia, propter ipsius excellentem, in eo genere gratiam, nostram suffragationem, si minus potentem, aut probatam tamen, & iustam, & debitam, & propterea fortasse etiam gratiosam. Episto. 76 a, Quando de Logeio parum gratiosum est.

☞ Syntaxis. *Gratificor tibi, & hoc tibi, & de hoc quod mihi superat. Gratiosus apud aliquem. De illo parum gratiosum est.*

GRATIS, *gratuitò, sine solutione, vel pecunia.*)(. *precio.* I. V. 100 b, Ne gratis in prouincia male audires. in Vat. 97, Is repente ut Romam venit, gratis prætor factus est. de Fin. 82 a, Virtutes omnes gratis per se diligant. I. V. 245 b, Nauis mihi constat gratis. pro Clu. 32 a, b, Seruire gratis alicui. Q. F. 219 a, Id me scis ante gratis tibi esse pollicitum. pro Q. R. 49 b, Communem esse factum gratis, qui precio proprius fuisset. Offi. 50 b, Habitare gratis in alieno.

GRATVITO, *gratis.* pro Arch. 187 b, Multis gratuito ciuitatem impartiebantur. Offi. 47 a, Multorum causas & non grauate, & gratuitò defendere.

GRATVITVS, a, um. *sine præmio & mercede.*)(. *mercenarius, conductus.* Q. F. 317 a, Comitia, si gratuita fuerint, plus unus Cato fuerit, quam omnes leges. & Attic. 63 a, & pro Mur. 140 b, p. Pl. 176 b, Tu ne gratuita quidem eorum suffragia tulisti. de Legibus 165 b, Quid liberalitas? gratuitane est, an mercenaria? si sine præmio benigna est, gratuita. si cum mercede, conducta. de Nat. 25 b, Hominum charitas & amicitia gratuita est. de Fin. 85 b, Innatam esse homini probitatem gratuitam, non mutuatam voluptatibus, nec præmiorum mercedibus euocatam.

☞ Syntaxis. *Gratis hoc mihi constat. Gratis hoc tibi recepi: id est, sponte. Liberalitas gratuita non mercenaria.*

GRATVLANS, tis. de Or. 123 b, Cum vos non modò frequentes, sed læto vultu gratulantes viderit.

GRATVLATIO, onis. *communis gaudij demonstratio, lætitia publica.* Att. 14 b, Fuit enim mihi sæpe & laudis nostræ gratulatio tui iocunda, & timoris consolatio grata & 14 a, Mihi facta statim est gratulatio. I. V. 70 a, Nunciatur mihi maximam gratulationem huic esse factã. & 217 a, Diana summa cum gratulatione ciuium & lætitia reponi-
tur. I. P. 80 b, Mihi P. Rom. non vnius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatemque donauit. pro Mure. 126 b, Hic parenti suo gratulationi in victoria fuit. pro Dom. 225 b, Consules epulabantur, & ita in coniuratorum gratulatione versabantur. pro Mil. 220 b, Nos in hominum cœtu gratijs agendis, & gratulationibus habendis, & omni sermone celebramur. pro Mar. 132 b, Hunc igitur diem tuis maximis & innumerabilibus gratulationibus iure anteponas. Atti. 138 a, Quicquam tu illa fuisse putas præ ijs gratulationibus? Atti. 137 a, Ne gratulationibus obeuliisse videamur.
• Epistolo. 63 b, Res eas gessi, quarum aliquam in tuis literis gratulationem expectaui.]

¶ *Supplicatio ad fana.* Epis. 176 a. Gratulationem tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus. de Pro. 74 a, Gratulatio dijs immortalibus. *i. supplicatio.* I. C 123 a, Cæteris semper bene gestæ, mihi vni cõseruatæ reip. gratulationem decreuistis.

☞ Syntaxis. *Facta illa est gratulatio. Gratulatio & lætitia populi. Gratulatio ad fana.*

GRATVLATOR, oris. de Fi. 37 b, Ita fit vt gratulator lætior sit quàm is cui gratuletur.

GRATVLOR, aris. *congratulor, lætor, gratulationem cupiam suam, gratulationem facio gratulationem habeo.* Epist. 8 b, Quod mihi de filia & de Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuam. Atti. 152 b, Vt tibi de reditu nostro gratularer. Epist. 7 b, Quod mihi de nostro statu, de Milonis familiaritate, & leuitate & imbecillitate Clodij gratularis, minime miramur, te, &cæt. & 44 a, Gratulor tibi de iudicio ambitus, neque id, &c. sed illud, &c. Epi. 122 b, Gratulor tibi affinitate viri optimi. Att. 79 a, Qui mihi gratulatus es, illius diei celebritate. in Sal. 173 a, Cum P. Ro. frequens aduentu meo gratulatus est. ad Brut. 91 a, De Cassio lætor, & reipub. gratulor, mihi etiam, qui &cæt. Attic. Gratulor nobis Quin. filium exisse. Epistol. 43 a, Complexus igitur sum cogitatione te absentem epistolam vero osculatus & ipse mihi gratulatus sum. I. A. 167 a, Brutus Ciceroni recuperatam libertatem est gratulatus. I. V. 69 b, Et ei voce maxima victoriam gratulatur. Epist. 242 a. Cum ei ego gratulatus essem, idq; me gaudere dixissem, discessit, &c. & 19 b, Vnum illud nescio, gratulerne tibi, an timeam. Epist. 251 b, Alter fructus gratulationis est, & is quidem exilior, quam si tibi te ipsum mouens gratularer: sed tamẽ & feci ante & facio nunc; tibique cum pro rerum magnitudine quas gessisti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quod te de prouincia decedentem summa laus, & summa gratia prouinciæ prosecuta est. & 19 b, Tamen quod abes, gratulor. pro Dom. 217 b, Gratulor tibi, quod, &c. pro Planc. 278 b, Ego tibi in hoc gratulor. I. P. 90 b, Omnes publice ad me venerunt gratulatum. I. A. 358 b, Mihi & gratias agebant boni viri, & nomine tuo gratulabantur. & 242 b, Illi alacres & læti inter se quasi vicissent, gratulabantur. Atti. 254 a,
• Magis est quod gratuler tibi, quam quod te rogem. • Ep. 21 a, Sed & tibi gratulor, & vt sempiternæ laudi tibi sit iste Tribunatus exopto. Epi. 22 b, Plurimum tibi gratulor, lætorque cum præsenti, tum etiam sperata tua dignitate.]

☞ Syntaxis. *Gratulor tibi de filia, de affinitate. & affinitate. Ipse mihi gratulor. Hanc rem tibi gratulor. In hoc tibi gratulor. Gratulatum ire. Alacres & læti inter se gratulantur ij.*

GRATVS, a, um. *qui meritam alicui gratiam memori mente persoluit, qui beneficia accepta meminit, non ingratus.* de Leg. 66 a, Gratus est, qui in referenda gratia non commodum, sed eum ipsum cui refert gratiam, cernit. Epist. 62 b, Tu quam gratus erga me fueris, ipse existimare potes. Postq. 209 a, Vt erga authores salutis meæ satis gratus iudicarer. & ibidem. Nemo gratiarum immemor, est gratus inuentus. I. Anton. 255 b, Laus Bruti, quæ gratissima memoria omnium ciuium, inclusi nondum autoritate publica, testata est. pro Planc. 278 b, Si bene de me meritis gratum me præbeo, non desino incurrere in crimen hominis nimium memoris, nimiumque grati. Atti. 147 b, Vt tuo beneficio vir gratus & pius esse in maximi beneficij memoria possim. Atti. 283 a, Facilius in timore benigni, quàm in victoria grati reperimur. Episto. 4 b, Vt quàm gratissimos erga te esse cognosceret. Epi. 172 a, Gratiorem me esse in te posse quam isti perceni sint in me, exploratum habes. contra Rul. 70 a, Gratus ac memor beneficij. Attic. 275 b, Gratus animus & liberalis. Ep. 154 b, Re ipsa atq; animo gratissimus. & 214 b, Is magnis meis beneficijs ornatus in consulatu meo memor & gratus fuit. I. A. 263 b, Alicuius virtutem grata memoria prosequi. & 191, Grato animo pro-
• sequi nomen alicuius. • de Or. 125 a, Signa animi grati.]

¶ *Iucundus, acceptus optatus.* Tus. 237 a, Quod approbatis, id gratum acceptumque habendum. I. V. 56 a, Quid est, quod omnibus gratius, optatius, aut magis accommodatum esse possit? Epist. 15 a, b, Cuius officia iucundiora scilicet sæpe mihi fuerunt, nunquam gratiora. Att. 52 a, Ista veritas etiamsi iucunda non est, mihi tamen grata est. 71 a, Amor tuus, non ille quidem mihi ignotus, sed tamen gratus & optatus: dicerem iucundus, nisi id verbum in omne tempus perdidissem. Epi. 221 b, & Att. 14 b, Tale n. tuum iudicium non potest mihi non summe esse iucundum: quod cùm ita sit, esse gratum necesse est. Q. F. 310 a, Id mihi pergratum, perq; iucundum erit. Att. 220 a, Me & Cæsari, & sibi vehementer gratum esse facturum. de Leg. 178 a, Velim hoc quod loquar, tibi gratum videri potius quàm graue.

☞ Syntaxis. *Virtutem alicuius grata memoria persequi. Grato animo nomen prosequi. Gratus & acceptus. Quid gratius, acceptius? Id licet iucundum non sit gratum tamen est. Quod iucundum est, gratum etiam erit. Pergratum perq; iucundum. Facere alicui vehementer gratum.*

GRAVATE, *difficulter, ægrè.* de Or. 102 b, Meam facilitatem laudatote, cùm vobis non meo iudicio, sed vestro indoctus, non grauate respondeo. Offi. 63 b, Grauate ille primò. quid multa? impetrat. & 47 a, Multorum causa non grauate & gratuito defendere. pro Cor. 62 b, Benigne, non grauate, comiter, &c.

☞ Syntaxis. *Benigne, non grauatè.*

GRAVEDINOSVS, a, um. *ad grauedinem procliuis.* Tuscu. 214 b, Sunt alij ad alios morbos procliuiores: itaq; dicimus grauedinosos quosdã, quosdam terminosos: quia iam sint, sed quia sæpe sint.

GRAVEDO, nis. *Græce κόρυζα dicitur, varum tamen differt à destillatione hic capitis morbus, teste Cor. Celso.* Attic. 169 a, b, Tu quoniam quartana cares, & nouum morbum remouisti, sed etiam grauedinem. & 258 b, Grauedo tua mihi molesta est. & 260 a, Grauedini, quæso omni ratione subuenis.

☞ Syntaxis. *Hoc exiguum est, grauissimum tamen, subuenire febri: id est, occurrere, resistere, repellere, abigere.*

GRAVIDITAS, tis. de Nat. 49 b, Luna à sole illuminata grauiditates, & partus affert.

GRAVIDATVS, ta. *grauidus factus.* de Na. 42 b, Terra grauidata feminibus omnia parit & fundit ex sese.

GRAVIDVS, a, um. *prægnans, plenus, fœtus.* pro Cl. 23 b, Cum mulier esset grauida, etiam appropinquare partus videretur. in Ver 85 b, Latona grauida, & iam ad pariendum vicina. de Dio. 84 a, Vbera grauida vitali rore. & ibid. a,

Aut cum se grauida tremefecit corpore tellus.

GRAVIS, ue, ior, ssimus. *ponderosus.* de Na. 76 b, Atque in eo cauillatus est, æstate graue esse aureum amiculum. de Som. 128 b, In terrã feruntur omnia suo motu pondera. de Na. 30 b, Cibus grauis: *id est, difficilis ad concoquendum.*

¶ *Arduus, difficilis, molestus.* I. C. 98 a, Senatusconsultum vehemens & graue in aliquem. pro Plan. 262 a, Hoc perquam graue est dictu. & ibidem, Quod mihi grauissimum esset dicere. pro Corn. 59 a, Est

enim in Pop. Roma. graue, non posse &c de Inuen. 72 b, Nec fuisse ei graue, nec difficile, eam causam excipere. quæ, &c. Epi. 39 b, Graue est homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet. Attic. 3 b, Non mihi graue duxi rescribere ad te. Epi. 230 a, Si tibi graue non erit & 231 a, Nunquam grauis tibi esse esse volui. Top. 281 a, Vereor ne tibi grauis sim. de Sen. 77 b, Quod senectutem tuam nunquam tibi grauem esse senserim. I. V. 178 a, Eum ne verbo quidem grauiore appellasses. de Legib. 178 a, Velim hoc quod loquor, tibi gratiam videri potius quàm graue. Q. F. 317 a, Atque id anni tempore grauissimo, & caloribus maximis. Episto. 72 a, Hoc grauissimo & pestilentissimo anno. Att. 228 a, Quod reip. defuerit tam graui tempore.

¶ *Magnæ authoritatis, dignitatis, ponderis, seriæ.* Offic. 59 a, Honestas omni pondere grauior est habenda quàm cætera omnia. Offic. 21 a, Cum grauibus seriisque rebus satisfecerimus. de Orat. 88 a, Homo prudens & grauis. & 92 b, Vir autoritate grauis. pro Deiot. 144 b, Quæ mihi ad spem obtinendæ veritatis grauissima sunt. pro S. Rosc. 37 a, Hoc minime videtur graue iis, qui minime ipsi leues sunt. pro Q. Rosc. 45 b, Quod apud omnes leue & infirmum est, id apud iudicem graue & sanctum esse ducetur? postqu. 101 a, Nomen vestrum mihi graue & sanctum est. pro Cl. 20 b, Statuit sibi nihil grauius faciendum, quam vt, &c.

¶ *Seuerus.* de Cla. 170 a, Cato grauis in laudando. de Orato. 129 b, Omnium grauissimum & seuerissimum esse. de Cla. 191 a, Grauis sine arrogantia.

¶ *Humilis.* de Orato. 164 b, Est quiddam in remissione grauissimum, quo tanquam sonorum gradibus descenditur. de Ora. 107 a, Vocem ab acutissimo sono vsque ad grauissimum sonum recipere.

GRAVITAS, tis. *habet & synonyma, & homonyma in vocabulo præcedenti Grauis.* Att. 154 a, Et grauitatem in congressu nostro tenui. Epist. 72 b, Tuenda est tibi grauitas. Att. 155 a, Tu cum Sexto seruasti grauitatem eandem quam mihi præcipis. de Clar. 195 b, Hæc genera dicendi in senibus grauitatem non habent. Att. 145 a, Illud me præclare admones, cum illum videro, non nimis indulgenter, & vt cum grauitate potius loquar. de Ora. 115 a, Sententiarum grauitate verborum ponderibus est vtendum. de Cl. Verborum grauitas de Ami. 113 b, Quanta illi fuit grauitas, quanta in oratione maiestas. Off. 23 a, Catoni incredibilem tribuit natura grauitatem. pro Cæl. 51 a, Homo grauitati deditus. Tusc. 185 b, Personæ grauitas. Att. 183 b, Corpore vix sustineo grauitatem cœli huius. & ibid. a. Grauitas loci de Nat. 75 a, Grauitas morbi. de Na. 49 a, Tantæ contentio grauitatis, & ponderum. de Fat. 145 a, Atomos grauitate & pondere moueri. de Inuen. 47 b, Exordium sententiarum & grauitatis plurimum debet habere. & 62 a, In quo grauitas & autoritas est, plus proficit ad misericordiam commouendam.

Syntaxis. *Grauitatis & ponderum contentio. Cœli grauitas, aeris. Grauitas & maiestas.*

GRAVITER, ssime. *ægrè, molestè, seuerè, prosectè.*)(*remisse, leniter, vrbanè, acutè, leuiter.* de Arc. 55 a, Id grauiter equidem, sed aliquanto leuius ferebam. de Ora. 128 a, Grauiter accipere aliquid In An. 244 b, Ciues inter se grauissime dissentientes. Epist. 71 a, Grauiter accusaro aliquem. I. C. 100 b, Si meis ciuibus suspectum tam grauiter atque insensum viderem. Epi. 17 b, Grauiter inimicus. Att. 204 b, Dionysius grauiter queritur. pro Clu. 20 b & pro S. Rosc. 20 a, Grauissime cóqueri de aliqua re cum aliquo. Of. 7 a. Grauiter ægrotare. Or. 199 b, Thucydides res gestas narrat, grauiter sane & probe. pro Cæl. 44 a, Grauiter, seuere prisce agere cū aliquo.) (*remisse, leniter, vrbane.* de Som. 129 a, Natura fert, vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acute sonent.

Syntaxis. *Grauiter accipere, ferre, narrare, conqueri, agere. Suspectus grauiter. Grauiter, seuere, prisce agere.*

GRAVATVS, ta, tum. *onustus, grauis.* de Di. 83 a.

Iam verò semper viridis semperque grauata

Lentiscus, triplici solita grandescere fœtu. pro Mur. 140 b, In ea non esse grauatos homines prodire hora tertia in campum.

GRAVOR, aris *grauate aliquid facio, graue mihi duco, pigror.* de Or. 93 b, Ego vero inquit, istis obsequi studeo, neque grauabor breuiter meo more, quid quaque de re sentiam, dicere. & 98 a, Te rogo ne grauere exædificare id opus quod instituisti. pro Clu. 31 b, Is primo grauari cœpit, q; &c. de Ami. 98 b, Ego vero non grauarer, si mihi ipse confiderem. Epi. 102 a, Qui grauare literas ad me dare. Top. 221 a, Ne si ego grauarer, &c. de Ora. 142 a. Non essem tam inhumanus, vt eo grauarer, quod vos cupere sentirem.

GREGALIS, le. *sodalis, ex eodem grege.* pro Do. 228 a, Quod vos gregales Catilinæ de me dicere solebatis de Arusp. 256 a, Nec Clodius, nec quisquam de gregalibus eius, aut consiliariis, &c. de Ora. 132 a, Gregales eum in campum non venisse requirebant. Epi. 110 a, Nos enim nobis quidem ipsi displicemus, gregalibus illis, quibus te plaudente vigebamus, amissis.

GREGARIVS, a, um. *collectitius, vulgaris.* pro Planc. 274 b, Gregarij milites.

GREGATIM, *per greges.* I. V 266 a, Videtis ciues Romanos gregatim cóiectos in lautumias.

GREMIVM, mij. *sinus, complexus.* de Cla. 183 b, Filius in gremio matris educatus. de Di. 126 a, Puer lactens in gremio matris sedens, mammam appetens. ad Her. 36 b, Liberi e gremiis parentum diripiuntur. de Leg. 183 a, Vt sinus & gremium quasi matris mortuo tribueretur. pro Cl. 20 b, Soror in amantissimi sui fratris manibus & gremio consenescebat. I. P. 81 b, Hæc sunt in gremio sepulta consulatus tui. pro Cæl. 50 a, Cū Q Metellus abstraheretur e sinu gremioque patriæ. I. P. 99 a, Ætolia procul a barbaris disiuncta gentibus, in sinu pacis posita medio fere Græciæ gremio continetur. de Senec. 87 b, Terra gremio mollito & subacto semen sparsum excipit.

Syntaxis. *Sinus & gremium matris. In manibus & gremio. Consulatus gremium. Patrio sinus & gremium. In sinu pacis. Medio Italiæ gremio continetur hic locus. Terra gremium mollitum & subactum.*

GRESSVS, sus. *incessus, ingressus.* Of. 26 b, Cauendum est ne tarditatibus vtamur ingressu mollioribus, *aliàs, ingressa.*

GREX, gis. *congregatio, cœtus, turba.* Att. 106 a, Pecudes, quæ dispulsæ sui generis sequuntur greges, vt bos, armenta. I. A. 189 b, Antonius egedit greges armentorum, reliquique pecoris, quodcunq; nactus est. pro S. R. 33 a, Verum ego forsitan propter multitudinem patronorum in grege annumerare. pro Syl. 181 b, In hunc igitur gregem P. Syllam, ex his honestissimorum hominum gregibus reiicitis? in Salust. 174 b, Is iam vnus ex illo grege videbatur. Att. 16 a, & de Finibus 62 b, Greges amicorum. de Orat. 88 b, Philosophorum greges. I. EQVI.

Syntaxis. *In grege annumerari propter multitudinem opificum. Reiicere in gregem. Amicorum, philosophorum greges.*

GRVNITVS, tus. *vox est porcorum* Tusc. 250 b, Nec grunitum audiunt, cum iugulatur suo.

GRVS, is. de Nat. 51 a, Grues cum loca calidiora petentes, mare transmittunt, trianguli formam efficere. & ibid. Grues in tergo præuolantium capita reponunt.

GVBERNACVLVM, li. *clauus, administratio, munus, officium.* de Inu. 81 b, Hic est naufragus ad gubernaculum accessit. pro Sest. 7 a, Clauum tanti imperij tenere, & gubernacula reipu. tractare. pro Do. 218 a, Cum senatum a gubernaculis deiecisses, populum e naui exturbasses. pro S. R. 261 b, Qui omni tempore ad gubernacula reip. sedere debebant. Bru. 91 b, Vt gubernacula reip. prenderem. de Ora. 89 a, Oratorem repelli a gubernaculis ciuitatum. Att. 27 a. Non abiectis, sed ereptis gubernaculis. de Ora. 103 a, Gubernacula ciuitatum regēdarum. Epi. 267 a, Qui nisi a gubernaculis recesserint, maximum ab vniuerso naufragio periculum est.

Syntaxis. *Clauum imperij tenere, & gubernaculum reip. tractare, eadem in oratione sensu. Deiicere senatum à gubernaculis. Accedere, sedere ad gubernacula. Prendere gubernaculum.*

GVBERNATIO, onis *administratio, procuratio.* de Ora. 154 b, Orbis terræ gubernatio, & summi imperij procuratio. I. V. 36 a, Populus nunquam hæc à summi consilij gubernatione auferre conatus est: de Finib. 95 a, Non enim gubernationi aut medicinæ similem sapientiam arbitramur. Att. 281 b, Magnam gubernationem tui consilij res desiderat. In Cat. 115 a, Vix videtur humanis consiliis tantam molem rerum gubernatio consequi potuisse. pro Dom. 239 a, Tempus illud erat in gubernatione positum senatus de Inuen. 82 b, Cupiditas consilij gubernatione regitur. *de Fin. 128 a, Vt nauigationis gubernatio, sic viuendi ars est prudentia.]

Syntaxis. *Gubernatio & procuratio. Consilij gubernationem optamus.*

GVBERNATOR, oris *rector, moderator, author.* de Sen. 80 b, Gubernator clauum tenens sedet in puppi. de Inu. 54 a, Nauis, quæ scientissimo gubernatore vtitur. Par. 119 a, Si nauem auri euertat gubernator. I. A. 214 a. Summi gubernatores in magnis tempestatibus nonnunquam a vectoribus admoueri solent. pro Rab. 96 a, Custos gubernatorque reip. *de Fin. 57 b, Gubernatoris ars bene nauigandi rationem habet. Epi. 20 b, Et eorum ventorum, quos proposui moderator quidam, & quasi gubernator.]

Syntaxis. *Nauis vtitur gubernatore scientissimo. Euertit gubernator nauem. Custos gubernatorque reip.*

GVBERNATRIX, cis. *regina.* de Ora. 88 a, Eloquentia gubernatrix ciuitatum.

GVBERNATVS, a, um. Att. 278 b, Cæsarem meis consiliis adhuc gubernatum quidam corruperunt.

GVBERNO, as. *administro, procuro, rego, gero, moderor, clauum teneo, gubernacula tracto vel teneo, ad gubernacula sedeo.* Epist. 21 a, Teq; hortor, vt omnia guberues ac moderare prudentia tua. Att. 212 b, Velim ergo totum hoc ita gubernes, vt ne minima quidem re vlla commodum Bruti impediamus. pro S. Rosc. 40 b, Cum solus rempub. gereret, orbemq; terrarum gubernaret. pro Mil. 10 a, b, Clodius contulit se ad Milonis competitores: sed ita, totam vt petitionem ipse solus etiam inuitis illis gubernaret, tota vt comitia suis (vt dictabat) humeris sustineret. Epi. 28 a, Sed tamē iter meum resp. & rerum vrbanarum ratio gubernabit. pro Syl. 282 a, Tormenta gubernat dolor & moderatur natura cuiusque, &c. regit quæsitor. Attic. 251 b, Gerere, regere, gubernare. Par. 236 b, Gubernare, regere, moderari. de Finib. 73 b, Gubernare vitam. Acad. 17 a, Eumque directius gubernant: *id est, nauos.* Offic. 18 a, Qui inter se contenderent, vter potius rempub. administraret: vt si nautæ certarent quis eorum potissimum gubernaret. Attic. 92 b, Sed hęc deus aliquis gubernabit. & 226 b, Sed hæc fortuna viderit, quoniam ratio non gubernat. de Natu. 12 a, Siue in ipso mundo deus est aliquis, qui regat, qui gubernet, qui omnia conseruet. Attic. 121 b, Fortunæ motum ratione quadam gubernare.

GVBERNOR, ris. pro S. R. 37 a, Commune commodum mutuis officiis gubernatur. pro Rab. 91 a, Dij, quorum ope & auxilio hæc respub. gubernatur.

Syntaxis. *Consilio regnum gubernatum, Cæsaremq; Gubernare ac moderari. Directius gubernare, Deus regit, gubernat, conseruat omnia.*

GVLA,

GVLA, læ. *collum, guttur, fistula per quam cibus potusque in stomachum descendit.* I.V.204 b, Quem obtorta gula in vincula abripi iussit. Attic. 215 b, O gulam insulsam In Sal. 174 a, Posteaquam immensæ gulæ impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit.

GVMIA, mæ. de Fin. 69 b,

Compellans gumias ex ordine nostros. Lucilij.

GVRGES, tis. *vorago, helluo, fundum* In Ver. 152 a, Immensa aliqua vorago aut gurges vitiorum turpitudinumque omnium. pro Do. 137 a, Ille gurges helluatus est simul tecum reipu. sanguinem. de Arch. 258 a, Quæ vnquam Charybdis tàm haurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum prædas exorbuit. de ... 122 a, Pater norat hunc gurgitem. I. P. 88 a, Ille gurges atque helluo natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ. lo An 132 b, Habi secum L. Fratrem: quem gurgitem? quam voraginem? pro Sest. 152 a, ... & vorago patrimonij. In Antun. Eadem profundissimus ... gurges. In Anton.

Quos tenet Aegeo defixa in gurgite echineis.

I.P. 94 a, Rheni fossa gurgitibus illis redundans. de Nat. 47 a,

— *Rapido cum gurgite flumen.* de Diu. 83 a,

— *Felix fugiens e gurgite ponti.*

☞ Syntaxis. *Gurges & helluo natus abdomini. Ille gurges & vorago.*

GVRGVSTIVM, stij. *locus, siu taberna obscura & angusta.* de Na. deo 6 b, Ante videlicet in tenebris, tàquam in gurgustio habitauerat I. P. 82 a, Nescio quo e gurgustio prodire, capite inuoluto

GVSTATVS, tus *gustus* de Nat 54 ..., Gustatus, qui ... re eorum quibus vescimur, genera debet, habitat in ea parte oris ... a esculentis, & poculentis iter natura patefecit. & 55 a, ... re continetur. de Ora. 152 a, Gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime voluptarius, & qui dulcitudine præter cæteros sensus ... ouetur. de Na. 58 a, Pomorum iucundus non gustatus solùm, ... tatos etiam & aspectus. Acad. 6 b, Nihil necesse est de odoratu & gustatu dicere. • Tuscu. 230 b, Sic floscorum ista magis gustata, quam potata delectant.]

GVSTO, as. *degusto, libo, attingo.* Epist. 107 b, Cum quidem biduum, ita ieiunus fuissem, vt ne aquam quidem gustarem. de Na. ..., Capre ... ctamum quærunt: quam cum gustauerunt, sagittæ quibus confixæ sunt, excidunt. pro Mur. 142 b, Cretes, quorum nemo gustauit vnquam cubans. In An 173 b, Gustaras ciuilem sanguinem vel potius exorbueras de Natu. 6 a, Primis, vt dicitur, labris gustare physiologiam, & attingere. — LABRVM. de Orato. 96 ..., Quædam de actione breuia, sed magna cum exercitatione præcepta gustaram. de Orato. 82 a b, Istorum omnium summatim causas & genera ipsa gustaram. I.P. 92 a, Pompeius non gustarat tuam tuam philosophiam. F. ... 297 b, Nullam partem reipub. gustare potuisti. de ... 61 ..., gustare partem aliquam voluptatis. pro Arch. 189 a, Se ... hæc neq attingere, neque sensu nostro gustare possemus pro C... 3 a, Qui primoribus labris aliquid gustant, & extremis, vt dicitur, digitis attingunt. • Tuscu. 149 b, Vt ea quæ gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus.]

GVSTVS, stus. *gustatus.* de Sen. 88 a, Vua & succo terræ & calore solis augescens, primò est peracerba gustu. I. A. 182 a, L... idinosi, auari, facinorosi, veræ laudis gustum non habent.

☞ Syntaxis. *Labris primoribus gustare. Habere pecuniæ gustum. Reip. partem gustare.*

GVTTA, tæ. de Or 160 a, Numerum in cadentibus guttis, quæ interuallis distinguuntur, notare possumus. Tuscu. 1... a, E... qu... liquatæ solis ardore excidunt guttæ. de Natu. 18 b, Guttæ imbrium quasi cruentæ.

GVTTVR, ris. *gula*. de Diu. 83 a,

Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus.

pro Cæl. 47 b, Vitium ventris & gutturis.

GYARVS *insula.* Att. 74 b, De Gyaro dedi literas.

GYGES, gis. *Rex Lydiæ.* Offi 67 b, & 59 b, Gygis anulus.

GYMNASIARCHVS, chi. *gymnasij præfectus.* I.V. 221 b, Demetrius gymnasiarchus, qui eo loco præerat.

GYMNASIVM, sij. *locus ad exercendum, vt palæstra, schola* de Ora 89 b, Clamabant credo omnia gymnasia, atque omnes philosophorum scholæ, sua hæc esse omnia propria. de Orato 93 a, Magnam habeo huic palæstræ & Tusculano tuo gratiam, & longe Academiæ illi ac Lyceo tuum hoc suburbanum gymnasium antepono. de Diuin. 81 b, Cum ambulandi causa in Lyceum venissemus (nam id superiori gymnasio nomen est.) Par. 116 a Quæ via in gymnasiis & in ocio ... probant. In Ant. 221 b, Is Laodiceæ in gymnasio a quodam ... est interfectus. Ser. Epi. 56 a, Nos in nobilissimo orbis terræ gymnasio Academiæ locum delegimus. de Fi. 124 a, Gymnasium, quod Ptolemæum vocatur.

GYMNICVS, a, um. de Inu. 72 b, Gymnicum certamen. & Tusc. 188 b, Ludi gymnici.

GYNÆCEVM, cei. *locus in ædibus seposítus, vbi sola mulieres versantur.* I. A. 178 b, Syngrapha sestertij centies &c. facta in gynæceo.

GYPSATISSIMVS, a, um. *candidissimus, tenacissimus, quale gypsum est.* Epi. 99 a, Medea manibus gypsatissimis.

GYRVS, ri. *circulus, ambitus.* de Ora. 149 b, ex ingenti quodam oratorē immensoq; in exiguum sane gyrum compellitis. Off. 18 b, Homines secundis rebus effrenatos sibique præfidentes tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet.

GYTHEVS, ci. *fluuius Laconum, qui in Argolicum sinum fluit.* de Offic. 62 b.

H

H *Aspiratio Latinorum.* de Orato. 228 a, Maiores nunquam nisi in vocali aspiratione vtebantur. enim sic vt dicerent, pulcros, Cetegos, triumphos, Cartaginem, & infrà Otcinios tamen, & Matones, Otones, sepulcra, coronas, lacrymas dicimus quia per aurium iudicium semper licet.

HVMVS, mi *terra, gleba, tellus.* de Senectut. 89 b, Humus subacta atque pura de Le... s. 18 b, Qu... mus inlecta contegit. Corpora humo tegi ... SCE, Hvmo de ... rat 144 b, Hoc u... e esse altius, quam ut ... nos humi strati suspicere po... mus. in Catilin. 101 b, Iacere humi.

HYADES ... n. *quinque stellæ in capite tauri* de N. 48 a, Has Græci stellas h... adas u... citare inceperunt: ... *lu... mdo ...... enim est pluere nostri imperiti ... quasi a suibus ... non ab imbribus nominata.*

HYBERNA, orum. *loca in quibus mil...* de Pro. 70 a, Quo illæ cohortes in hyberna misit. ... 98 b, Cum ... berna legato, præfectoque tradidisset, euertisti miseras ciuitates. Episto. 145 b, & 100 a, & 155 b, Exercitum in hyberna admisi.

HYBERNO, as. *hyemo.* pro Pomp. 11 a, Iam verò quomodo milites hybernent, quotidie sermones proferuntur. Episl. 103 b, Vbi sis hybernaturus, & qua spe aut conditione, scire velim.

HYBERNVS, na, num. *hyemal...* ... V. 240 b, Temporibus hybernis ad magnitudinem frigorum præclarum sibi hoc remedium comparat. Att. 24... b, H... erna nauigatio odiosa est. I. V. 241 a, Hyberni menses. in Arat. Hyberna nox. de Sen. 86 b, Ignis hybernus.

HYBLENSES. *populi.* I. V. 160 b, Iam vero ex Hyblensium pactionibus in... ll... ... etis, &c.

HYDRA, dræ. *serpens, anguis.* in Arat.

Hydra tenet flexu crateram, coruus adhæret. de N. 48 b,

Hæc sese infernis e partibus erigit hydra.

de Or. 115 a, Hercules cum pelle & hydra.

ὑδραυλις, musicum instrumentum, quod organon vocant, ut Athenæus docet. Tusculan 199 b, ὑδραυλιν hortabere vt audiat voces potius quam Platonis.

HYDRIA, driæ. *vrna.* I. V. 118 a, Hydriæ argenteę scyphi complures. in Ver. 134 a, Vt quot essent renunciati, tot in hydriam sortes conijcerentur. & Act. 6. Hydriæ grandes in fano positæ eadem: Cum ille ab se se hydriam Boeti manu factam per potestatem abstulisset.

HYDRVS, vntis. *oppidum in extrema Apulia.* Att. 248 & 254, Ep. 259.

HYEMALIS, le. *hybernus.* de Diuinatio. 115 a, Arboresque vt hyemali tempore, &c. tempestiue cædi putant. Epistola. 92 b, Nauigatio hyemalis, & minime portuosa. Tusculan. 243 b, Nudi hyemalem uim perferunt.

HYEMO, as. *hyberno.* Episto. 99 b, Cupio scire vbi sis hyematurus. in Vatin. 224 b, Vbi piratæ quotannis hyemare solent. Attic. 89 b, Non spero te istic libenter hyemare. pro Font. 277 a, Cn. Pompeius hyemauit in Gallia Attic. 81 a, Hostes hyemant in Chiresbea. Attic. 252 a, Quoniam scribis hymaturum te in Epiro. & 89 b, Facies me certiorem quomodo hyemaris.

HYEMS, mis. *hybernum tempus hyemale tempus, durum anni tempus.* I Ver. 120 a Erat hyems summa, tempestas per frigida, imber maximus. I. A. 281 a, Non illum uis hyemis retardauit, quo minus, &c. pro Rab. 220 b, Hanc uim frigorum hyememque, quam nos uix huius vrbis tectis sustinemus, excipere. de Sen. 86 b, Refrigeratio in æstate, & uicissim in hyeme, aut sol, aut ignis hybernus. pro Planc. 280 a, Nam maritimos cursus præcludebat hyemis magnitudo. de Diuina. 99 b, Arabes campos & montes hyeme & æstate peragrant. Qu. fratr. 309 a, Nunc est hyems. pro R. P. 120 b, Hyeme omnia bella iure gentium conquiescunt.

☞ Syntaxis. *Summa hyems. Vis frigorum hyemisque. Nunc est hyems.*

HYMNIS, dis. *poeta.* de Finibus. 69 a, Vt illud in ore habeant ex Hymnide.

HYMETTVS, *mons, in Attica.* de Finib. 88 a, Vel se ex Hymetto afferre voluisse diceret.

HYPPALLAGE, ges. *metonymia* de Orato. 205 a, Hyppallagen Rhetores, quia quasi summutantur uerba pro uerbis. metonymiam Grammatici uocant.

HYPANIS, *flumen qui ab Europæ parte in pontum Euxinum influit.* Tuscu. lib. 1, 168. L. BESTIOLA.

HYPERATTICVS, *valde Atticus, nimis Atticus, & ὑπεραττικώτατος, idest, atticissimus, ... ita dicam.* Att. ... 8 a, Quanquam vereor ne cognomine tuo lapsus, hyperatticus sis in iudicando, &c.

HYPERBOLE, les. *superlatio, exuperatio.* Topic. 224 b, In hoc genere concessum est, vt aliqu..., quod fieri nullo modo possit, augendæ rei gratia dicat..., aut ... inuehendæ, quæ hyperbole dicitur, & multa mirabilia alia. Att. ... 8 a, ... Qu. fra. 316 b, Non dico ὑπερβολικῶς. Att. 9 a, Exemplum ... boles, &c L. LAVERT... TIO.

HYPERBOREI, orum. *populi in extrema Scythia.* de Na. 71 a, Apollinem ex Hyperboreis ... unt aduenisse.

HYPERIDES. *acumen in dicendo insignis.* de Orator. libro secundo & 3, & in Bruto.

HYPERION, onis. *pater solis.* de N. 70 b.

HYPODIDASCALVS, *qui sub primario magistro, secundo loco in schola docet, quem conditorem vulgò vocant.* Ep. 138 a, Scilla tibi erit in ludo tam quam hypodidascalo proxima: eam pulmus sequetur.

HYPOMNEMA, tis. *commentarium.* Episl. 265 b, a, Cic. filius, Multum mihi eripitur operæ in exscribendis hypomnematis.

HYPOMNEMATISMOS. L. MONIMENTVM.

HYPONACTEVS, a, um. *vt hyponacteus senarius, ab Hyponacte inuentore.* Orator. 216 b.

HYPOTHECA, æ. *pignus.* Epistola. ducentesimo vigesimo quarto b, Præterea Philotes Alabandensis ὑποθήκας Cluuio dedit. & paulo infra, De hypothecis decedere, & eas alteri tradere, aut pecuniam soluere.

HYPOTHESIS, si. *materia, argumentum, genus quæstionis.* Topicor. 229 b, Quod Græci ὑποθέσεις vocant, nos causam. Attic. 236 b, ὑπόθεσιν hanc habent, eamque præ se ferunt clarissimum virum interfectum, rempublicam perturbatam. Attico. 9 a, ὑπόθεσις & materia idem. L. CAVSA & QVÆSTIO.

HYRCANIA, *regio.* Tusculan. centesimoseptuagesim... secu... In Hyrcania plebs publicos alit canes, optimates domesticos, ... pr... ua quisque facultate parat a quibus lanietur: eamque optimam illi censent sepulturam.

HYSTERON proteron. *conuerso ordine.* L. RESPONDEO.

Litera.

I

I *Litera, Latinis est Iota.* de Ora.147 a, Quare Cotta noster, cuius tu illa lata Sulpitij nonnunquam imitaris, vt Iota literam tollas, & E plenissimum dicas, non mihi oratores antiquos, sed messores videris imitari.

IACCHVS, chi. *Bacchus.* I.V.131 b, Vt ex marmore Iacchum, aut Paralum pictum, aut ex ære, Myronis buculam. de Leg li.2, Iacchus quid aget?

IACENS, tis. *cubans, abiectus.* I.A. 240 a, Si iacens id nobiscum ageret, audirem fortasse. & de Orato. 189 a. Cum verba iacentia sustulimus e medio. & de Ar. 255 b, Homo afflictus & iacens. de Amic. 107 a, Animum abiectum & iacentem erigere. Q.F.312 a, M.Furius ad pedes vniuscuiusque iacens.

IACEO, ces. *procumbo.*)(.*Vigeo, floreo.* I.V.272 a, Mater mihi ad pedes misere iacuit. & pro Quin. 18 a, Illi quorum sæpe ac diu ad pedes iacui stratus, obsecrans, &c. I. A. 196 a, Cum pater Curio mœrens iacebat in lecto. I.C.102 b, Iacere humi.

¶ *Negligor.* I.A.227 a, Qui in pace iacere, quàm in bello vigere maluit. Offi 66 b, Cum C.Marius septimum annum post præturam iaceret. I.V.97 a, Absens non in obliuione iacuisset. de Ora.114 a, Eodem silentio multa alia officia oratorum iacuerunt. Epi.72 b, Quòd priora tempora in ruinis reipu. nostris iacuerunt. Tuscu.148 b, Iacent ea semper, quæ apud quosq; improbantur. pro Mur.12 a, Multi viri antiqui his recentibus Marijs commemurandis iacebant. Atti.115 b, Cn.Autem noster (o rem miseram vt totus iacet. & 157 a, Iacet in mœrore meus frater. I. P. 98 b, Iacere in sordibus ac luctu. pro Q.R.50 b, Nunc iacent precia prædiorum Offi. 121 a, Cum leges in ciuitate nihil valebant, cum iudicia iacebant. de D.130 b, Iacet igitur tota cõclusio. Attic.116 b, Quod quæris, quid hic agatur, tota Capua & omnis hic delectus iacet. pro Q.R. 46 a, Cur tandem iacet hoc nomen in aduersarijs? & 45 b, Quomodo tibi tanta pecunia extra ordinem iacet?

IACIO, cis. ieci. *immitto, obijcio.* pro Quin.2 a, Cum etiam aduersarius telum nullum iecerit. pro Cæcin 296 b, Iacere saxa. pro Mil. 109 b, Iacere lapides. At.150 b, Ab vtroque portus cornu moles iacimus. pro Syl.171 a, Iacere contumeliam in aliquem. Par.121 a, Iacere & immittere iniuriam in aliquem. pro Plan.265 a, Iacis adulteria. Or. 205 a, Iacere ac mittere ridicula. Par.234 a, Deinde id quod proponendum fuit, iacuit ad extremum. pro Sel. 13 a, Iecissem me potius in profundum, quàm, &c. de Di.117 b, Iupiter in medium mare fulmen iecit. Att. 38 a, Iacere atque denunciare non mediocres terrores. 249 a, Sed tamen nonullos interdum iacuit igniculos viriles. Ep. 12 b, Casus quidam ictus caput meum in mediam contẽtionem dissensionemque ciuilem.

IACIOR, ris. pro Flacc. 147 a, Nisi fortè cui causæ fundamenta iatiuntur, non videtis.

IACTVS, a, um. pro Mur. 147 b, Quæ est vnquam iacta nõ suspicio, quæ, &c. sed iracundiæ vox aut doloris? cont. Rul.73 b, Hunc quasi gradũ quendam, atque aditum ad cætera iactum videtis.

☞ Syntaxis. *Iacere moles, contumeliam in aliquem. Iaycere & emittere contumeliam in aliquem. Iacere adulteria. Iacere & emmittere ridicula. Iacere & denunciare terrores. Iacere fundamenta, suspicionem, gradum, & aditum ad gloriam.*

IACTATIO, onis. *fauor, aura.* Orat. 198 a, Eloquentia forensis iactationem habuit in populo. pro Cluent.37 b, Cum homines se non iactatione populari, sed dignitate atque innocẽtia tuebantur. de Ar. 253. b, Atque hic est primus aditus ad iactationem popularem. de Prou. 77 a, Si ex illa iactatione cursuque populari, bene gesta rep. referunt aspectum in curiam.

¶ *Ostentatio.* Tusculan. 213 a, Iactatio est volupta gestiens & se efferens insolentius. Epist.177 a, Iactatione verborum & denunciatione periculi terrere aliquem.

¶ *Concussio.* pro Mar. 127 b, Ex magna iactatione maris terram intuens. Or.204 b, Actio modica iactatione corporis.

IACTATVS, ta tum. *exercitatus, versatus agitatus.* de Or. 91 a, Declarat, verum in hoc declamatorio sit opere iactatus. pro Qui.2 a, Æquitas multis iniurijs iactata atque agitata. & 18 a, Multis vexatus contumelijs plurimis iactatos iniurijs.

¶ *Habitus.* pro Muræn. 192 a, Res peruulgata atque in manibus iactata & excussa.

¶ *Reiectus.* Ep.5 b, Pompeius clamore conuicioque iactatus est.

IACTATVRVS, a, um. in Vatin. 158 a, Ne putemus patronum tuum in hoc crimine ceruicula iactaturum, & populo se ad coronam daturum.

IACTO, tas. *magnificè loquor, glorior, verbis me magnum facio, gloria me & prædicatione efferre, me ostento, de me prædico.* I.C. 108 b, Qui se insperatis pecunijs sumptuosius insolentiusque iactant. de Orato. 128 a, Superioribus inuidetur sæpe vehementer, & eo magis, si intolerantius se iactant. de Orator. 130 b, Miseros illudi nolunt, nisi si se forte iactant. in Verr. 210 a, Iactare se de aliqua re. & 209 a, & Attico.28 a, ad Hereno. 30 b, Hic qui se magnificè iactat atque ostentat. Attico. 22 a, In eoque se in concione iactauit, nihil esnoui accidisse. pro Fla. 156 b, Cum ipse se in illa ratione iactaret. de Orat. 99 a, Iactare se in causis Centumuiralibus.

¶ *Iacio.* de Ar. 252 a, Cum ardentes faces in vicinorum tecta iactas. de Orat 138 a, Iactare hastas leniter. * Tusculan. 187 a, Pugiles iactandis cæstibus ingemiscunt.]

¶ *Agito, commoueo.* de Clar. 184 a, Iactare se. *id est, frequenter mouere & agitare.*

¶ *Inijcio, infero.* pro Sest. 14 b, Iactare & opponere terrorem alicui. pro Qu.8 a, Minas iactare, pericula intendere, formidines opponere. Ep.116 a, Legem viariam alimentariamque iactauit.

IACTOR, ris. *iacior, emittor.* I.C.121 a, & Att.6 a, Iactantur enim voces, quæ perueniunt ad aures meas.

¶ *Concitor, perturbor, affligor.* de Inuent. 74 a, Cum nautæ aduersa tempestate in alto iactarentur. pro Planc.262 b, Si quando iactor in turba, non illum accuso, qui, &c pro S.R. Iactari fluctibus. pro Plan.261 a, Qui in hac tempestate populi iactamur & fluctibus. Q.fr 326 a, Forensi labore iactor

¶ *Reijcior.* Off.67 b, Iactabator enim temporibus illis nummus.

¶ *Commoueor, gestio.* Tusculan. 183 b, de Diuinat. 93 a, Exultare, immoderateque iactari.

☞ Syntaxis. *Iactatione populari, non virtute defendere. Iactatio maris, in gestibus. Iniurijs iactatus. In manibus iactatum. Cicer. Iactare se in pecunijs, & de. Se iactare & ostentare. Iactare alicui terrorem, minas, legem. Exultare, & iactari.*

IACTVRA, ræ. *damnum.* Attico. 196 a. Si qua etiam iactura facienda sit in repræsentando. & 84 b, Prouincia sumptibus & iacturis exhausta. Attic. 208 a, Tu illam iacturam feres æquo animo. pro Flacc. 143 b, Quæ iactura, qui sumptus. Attic 23 a, Fuit tamen retinendi ordinis causa facienda iactura. & 251 b, Cum tanta sit nobis iactura facta iuris. Episto. 51 b, In vnius mulierculæ animula iactura facta est. de Finibus.81 b, Facere iacturam rei familiaris. Pro Planc.260 a, Non solum huius dignitatis iactura facienda est, sed, &c. & 170 b, Quos dicis iacturam suarum tributum fecisse. de D.115 b, Concedam hoc ipsum, si vis, etsi magnam iacturam causæ fecero. Offic 70 a, Equi preciosi iacturam facere.

☞ Syntaxis. *Iactura facere. Iactura facta in pecunia, & pecunia.*

IACTVS, tus. *coniectus.* I.C.115 a, Fulminum iactus. & de D.117 a.

IACVLANDO. *torquendo, conijciendo.* Off.42 a, Quo in bello magnam laudem consequebare equitando, iaculando, omnia tolerando.

IACVLANS, tis. de D. 133 b, Quis est enim, qui totum diem iaculans non aliquando collineet?

IACVLVM, li. *telum.* Tu s.170 b, Solem præ iaculorum multitudine & sagittarum vmbra non videbitis. de Fin.111 a, Si Annibal ad portas venisset, murumque iaculo traiecisset.

IALYSVS, si. *Sol apud Rhodios, qui & Camirus, & Lindus dictus est.* de N. 70 b, Quartus solis, quem heroicis temporibus Acanthu Rhodi peperisse dicitur, Ialysum, Camirum, Lindum. I.V.251 b, Or.197 a, Att. 36 a, Ialysus. Protogenis opus. *de quo Plinius.*

IAM. *vi temporis elapsi.* Att.2 b, Nuper quidem cum te iam aduentare arbitraremur, repente abs te in mensem Quintilem reiecti sumus. At. 4 a, Domum Rabirianam Neapoli, quam tu iam dimensam & exædificatam animo habebas, M. Fonteius emit H-S.CCCXCIII. de Di. 85 b, Iam quid ego commemorem, &c. I.V.79 a, Iam illo tempore, cum, &c. Epist. 27 a, Iam ab illo tempore cum venisti in Italiam Or. 216 b, Iam à principio uidendum est, &c pro Corn.61 a, Iam a principio Romani nominis. de Orat. 88 b, Iam ab illo fonte & capite Socrate. Episto. 17 a, Iam a prima adolescentia. de Ora.101 a, Iam inde ab adolescentia. de Pro.75 b, Iam inde a principio huius Imperij. de Na.50 b, Iam inde ab ortu. Or. 208 b, Exercitatio iam inde ab Aristotele constituta. pro Flac.157 b, Patronus alicuius iam inde a patre atque maiorib. in Vat.31 b, Ac tibi iam inde præscribo, ne, &c. de D. 80 a, Iam vsque ab heroicis temporib. pro Muræ.143 a, Omnia quæ per hoc biennium agitata sunt, iam ab eo tempore, quo L.Catilina consilium inijt, &c in hoc tempus erumpunt.

IAM antea Att.263 a, Iam antea petiui abs te, &c. & Off.38 a, Iam antea, &c.)(.*Post verò, &c.*

¶ *Nunc.* Episto. 60, & 59 b, & 124 b, Iam illud, &c. in Ant.164 a, Iam illud cuius est non dico audaciæ, sed stultitiæ, cũius Capitolium mentionem facere? de Inuent. 70 b, Iam iura legitima ex legibus cognoscere oportebit.

¶ *Iam iamque, ratione instantis temporis.* Attic. 115 a, Illum ruere nunciant, iam iamque adesse. & 257 b, Iam iamque uideo bellum. Tusc. 151 a, Cogitandum est iam iamque esse moriendum. de Finib. 100 a, Iam iamque possit emergere. Attic.105 a, Eadem quotidie, quæ iam iamque contrita sunt.

IAM nunc. At.5 a, Hermæ tui pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me scripsisti, iam nunc admodum delectant. I.V.61 b, *bis.* Iam nũc, *pro, iam tunc.* * Iam nunc prospitio. Iam nunc timeo.]

IAM tum. *cum etiam, adhuc.* At.6 a, Quæ iam tum cum aderas, offendere eius animum intelligebam. pro Cl.40 a, Qui omnes in iudicijs publicis iam tum florente rep. floruerunt.

IAM uero. de Orator. 116 a, Iam uero narrationem quòd iubent uerisimilem esse, rectè nos admonent. pro Pompe. 9 b, Iam uero uirtus Cn.Pompeij, &c. de Clar.189 a, Orator probabilis, iam uero etiam probatus, &c. in Verr.13a b Iam uero priuatim plurimi, &c de Cla. 170 a, Iam uerò origines eius, &c. I.V.68 b, Cuius, &c simul, &c. iam uero, &c.

☞ Syntaxis. *Iam illo tempore cum. &, ab illo. Iam à principio belli. Iam ab illo fonte Socrate. Iam ab adolescentia: &, iam inde. Iam inde à Platone. Iam vsque ab heroicis temporibus. Iam ab eo tempore quo. Iam iamque plus. Iam nunc delector.*

IAMDIV. *iampridem, aliquot iam per annos, multorum iam dierum interuallo.* I. V.124 b, Per eos ipsos deos, d. quorum religione iamdiu ... timus.

cimus. Attic. 19 a, Conuentus, qui initio celebrabantur, iamdiu fieri desierunt. pro Flac 157 b, Soluere pecuniam alicui iamdiu debitam. de Inuen. 51 a, Res iamdiu gestæ, & a memoria nostra remotæ. Episto. 25 b, Nam iamdiu nihil noui ad nos afferebatur. & 56 b, Quærenti mihi iamdiu, quid ad te potissimum scriberem, &c. & 251 a, Ego te iamdiu plurimi. pro Cæcin. 287 a, Ebutius iste qui iamdiu Cæseniæ uiduitate aleretur. de Diuina. 132 a, Cur isto modo oracula Delphis non eduntur, non modo nostra ætate, sed iamdiu? de Legib. 156 b, Postulatur à te iamdiu historia. I.C 101, Quorum ego a te iamdiu manus contineo Episto. 99 b, Iam diu ignoro quid agas. & 227 a, Nam cum iamdiu diligerem M. Anneum, tum verò posteaquam me cum fuit, neminem pluris facio. Q.F. 323 a, Dierum iam amplius. L. interuallo nihil a te literarum. de Fin. 95 b, Sentis enim credo me iamdiu, quod τέλος Græcus dicat, id dicere extremum, &c. in Vat. 69 a, & I.C. 101 b, Iamdiu, & iampridem, fere idem.

Iamdudum. Att. 106 a, Εὐταξία ἐτηρήθη iamdudum, & facerem diutius, nisi me lucerna deficeret. & pro Cl. 30 b, & Par 235 a, & de Or. 111 a, Ep. 44 b, Vides sudare me iamdudum. de Am. 112 b, Ea, quæ iamdudum tractabamus, stabilitas.

Iampridem, *iamdiu*. Att. 178 b, De fundo Frusinati redimendo iampridem intellexisti voluntatem meam. Epi. 44 a, Nihil iam sum pridem admiratus magis. Atti 25 a, Cupio equidem, & iampridem cupio Alexandriam visere. & Acad. 39 a, Iampridem institui, &c. Orat. 206 b, Nam in me quidè iampridem effectum est quod futurū fuit. Epist. 43 b, Alter iam pridem princeps iuuentutis, celeriter, vt spero ciuitatis. I.V 69 a, Iampridem de tempore non ita remota. & 68 a, & 75 a, *& de breui tempore 69 b.* * Epist. 16 b, Scripsi etiam versibus tres libros de temporibus meis, quos iampridem ad te misissem, si esse edendos putassem.]

☞ Syntaxis. *Iam sum pridem tuus.*

Iambus, *pes in carmine, constans breui & longa* de Orat. 159 b, Nam cum sint numeri plures, Iambum & Trochæum frequentem segregat ab oratore Arist. de N. 78 b, Hypponactis Iambus. In Orat. Iambus pes, duplex ibi. Iambus pes nimis e vulgari sermone. ibid. Iambus pes in versum maximè cadit. ibid. Iambus in oratione vitiosus, si extremus ponatur. ad Att. lib. 6, Iambus Archilochi.

Iambicus. Or. 215 b, Iambicus versus orationi simillimus.

Ianiculum, *oppidum*. contra Rul. 63 & 80.

Ianitor, oris. *ianuæ custos, seu præfectus*. I. Verr. 149 b, Hunc ianitores, hunc cubicularij diligunt. contra Rul 72 b, Ianitores ducentos in annos singulos constituit. eosdem ministros & satellites potestatis. I.V. 239 b, Aderat ianitor carceris.

Ianua, nuæ. *ostium, aditus*. I.V. 89 b, Seruis suis Imperat Rabrius, vt ianuam clauderent, & ipsi ad fores assisterent. de Orator. 101 b, Quin. Mutij ianua atque vestibulum, quod quotidie frequentia hominum celebratur. de Natura. 39 a, Fores in liminibus profanarum ædium, ianuæ vocantur de Diuina 122 b, Ianua clausa subito se aperuit. pro Mur. 135 a, Eam vrbem sibi Mithridates Asiæ ianuam fore putauit, quia effracta & reuulsa, tota pateret prouincia. Off. 5 a, Quidam optimi viri ad medium ianuę sedentes. *quidam hoc loco de Iano medio intelligunt.* de Or 102 a, Ab hoc aditu ianuaque patefacta. & 134 b, Ianua & ostium fere idem.

☞ Syntaxis. *Ianuam claudere. Ad medium ianum sedere. Causa, regni ianua. Aditus & ianua.*

Ianuarius, ria, rium. pro Fl. 164 b, Calendis Ianuarijs.

Ianuarius, rij. *mensis primus*. cont. Rul. 61 b, Mensis Ianuarij.

Ianuvom *augures*. de D 99.

Ianus, ni. de Nat. 39 b, Ianuam in sacrificando principem esse voluerit, quod ab eundo nomen est ductum. I A. 212 a, L. Antonius patronus Iani medij & 208 a, * Ex quo transitiones peruię, iani foresque in liminibus profanarum ædium ianuæ nominantur.]

Iapidus, dum. *populi*. pro Corn. 61 a, Iapidum fœdere olim cautum, ne quis eorum ciuis Rom. fieret.

Ibi, *in eo loco* pro Pom. 10 b, Qui cum prædonibus ante ibi bellum gesserat. & Episto. 78 a, Nemoque est quin vbi vis, quam ibi vbi est, esse malit. & 17 b, Vt ibi esse malis, vbi, &c. quàm illic, &c. I.A. 250 a, Rediȷt ad milites, ibi illa pestifera concio Tyburi. pro Dom. 237 b, Ibi enim positus est, vbi templi aditus est. pro Cæcin. 290 a, Illos armatos ibi fuisse. I.A. 175 a, Atque ibi perpotauit vsque ad uesperum. Tusc. 249 a, Demaratus fugit Tarquinios Corintho, & ibi suas fortunas constituit. * Ibi enim erant armati, qui te interficerent, in eo ipso loco collocati.]

¶*Cum potestate occasionis & opportunitatis*. pro Cæcinn. ibi tum Cæcinna postulauit, &c.

Ibidem, *in eodem loco*. pro Quint. 15 b, Quod ibidem rectè custodire potuerunt, & ibidem custodiant de Inuen. 63 b, Quare cum in quandam tabernam diuertissent, simul cœnare, & in eodem loco somnum capere uoluerunt, cœnati discubuerunt ibidem, &c. de Inuen. 81 b, In naui ibidem. de Inuen. 43 b, Ibidem uperiat. pro S.R. 20 b, Hic ibidem, &c. pro Archia. 29 b, Ibidem illico puer ad te cum epistolis. pro Cæcin. 289 a, Lęsit in eo Cæcinna, subleuauit ibidem *scil. in eodem.* de Finibus. 52 b, Deinde ibidem homo acutus, &c. Tusculan. 251 a, Mors ibidem est.

☞ Syntaxis. *Ibidem in quo lapsi, solabor. In naui ibidem.*

Ibis, bis. *auis Ægyptia, ciconiæ similis*. de Nat. 21 b. Ibes maximam uim serpentium conficiunt, cum sint aues excelsæ cruribus rigidis, & corneo proceroque rostro. de Natura. decimo septimo b, & Tusculan. 243 b, Crocodilum, & ibin, & felem non uiolari ab Ægypto. de N. 31 a, Ibes Ægyptiæ.

Iccirco, vel Idcirco. *ideo, ob eam rem, vel ea re*. I.V. 201 b, Iccirco nemo superiorum attigit vt iste tolleret? de Inu. 50 a, Iccirco indices, quia veram causam habebam, breui peroraui.

Ichneumon, onis *murem indicum hodie vocant*. de Natura. vigesimo primo b, Possum de Ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere.

Icilienses *populi*. I.V. 170 a, Iciliensium incommoda.

Ico, cis. *ferio, ictum facio* pro Cor. 62 a, L. Martius cum Gaditanis fœdus icisse dicitur. I.P. 88 b, Tu scilicet homo religiosus, fœdus, quod meo sanguine in pactione prouinciarum iceras, frangere noluisti.

☞ Syntaxis. *In pactione fœdus icere.*

Iconium, nii. *oppidum*. Att. 79 a, Epist. 33

Ictus, a, um *percussus, confectus*. Officior. 36 b, A bestijs ictus, morsus impetitus. pro Sest. 8 a, Id enim fœdus meo sanguine ictum sanciri posse dicebant. de Diuinat. 136 a, Cum Ptolemæus telo venenato ictus esset. de Aruspic. 254 b, Vos me primum ictum pro vobis sumātemque uidistis.

Ictus, ctus. *percussio, petitio*. de Finib. 71 b, Nec vllum habet ictum, quo pellat animi statum. pro Cæcinn. 203 a, Ictu cominus & coniectione telorum magnas sæpe copias pulsas esse. ad Heren. 29 a, Ictus enim fit, & vulnerantur arteriæ contra Rul. 67 b, Sublata erat de foro fides non ictu aliquo nouę calamitatis, sed, &c. Tusc. 179 a, Centaurus ictus corpori inhæsit meo. Postquam. 208 a, Cum ego vna cum repu. consulari ictu concidissem. pro Mil. 114 a, Vulnus in latere quod acu punctum uideretur, pro ictu gladiatoris putari. Offic. 71 a, Phaeton ictu fulminis deflagrauit.

☞ Syntaxis. *Ictu cominus pugnatur. Calamitatis ictus. Ictus insigere corpori. Acu punctum vulnus pro ictu gladiatoris putatur.*

Id, *hoc, istud*. de Orator. 108 a. Et nos ipsi quoniam id temporis est, valetudini operam demus Attic 216 a, Is venit ad me, & quidem id temporis, vt retinendus esset. I.C. 99 a, Quos ego ad me venturos id temporis esse prædixeram de finibus. 114 a, Maxime quod is locus ab omni turba id temporis vacuus esset. pro Milon. 106 b, Milo profectus est id temporis, cum iam Clodius Romam redire potuisset. & 112 a, Qui conuenit? præsertim id temporis? pro Domo. 237 a, Et si id est ætatis, vt nondum scientiam consecutus sit. de Or. 102 b, Hominibus id ætatis tantum onus imponere, &c. Ep. 250 a, Cum id ætatis sim, pro S. R. 29 a, Duo filij id ætatis. Ep. 93 a, Id ętatis iam sumus, vt omnia fortiter ferre debeamus. de Diuinat. 86 b, Aut si ualuit id ualuit, vt peccatum in eo hæreat. de Orato. 102 b, Epaminundam, & Annibalem, & eius generis homines. Attic 54 a, Postridie. S. C. factū est: id quod ad te misi. de Orator. 143 a, Et eundem, id quod in antiquitatibus perscriptis extat, scribendo affuisse. Epist. 3 a, Diem consumi uolebant, id quod factum est. Epist. 138 a, Demus modo operam, ne tam necesse nobis sit, quam illi fuit, id quod agimus. de Orato. 91 a, Sine id quod constat, Platonis audiendi studiosus fuit, & 108 a, Id quod eius scripta declarant, Att. 131 a, Id quod neutrum uobis hoc tempore contigit. de Orat. 151 b, & pro Syll. 167 b, L. Is. *Ea qua, pro quę* pro Cluent. 47 a, Eorum initia cum recitarentur, ea quæ uobis nota esse arbitror, &c. de Orat. 131 a, Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea quæ λήμματα appellant dialectici. Tuscula. 221 b, Quod id: *pro, id quod.* pro Placc. 260 a, Sed quod: *pro, id quod* I.A. 231 a, Idque per biduum. Offic. 1 a, Idque Athenis. Orator. 197 a, Quæris igitur, idque iam sæpius. Quint. Frat. 317 a Atque id anni tempore grauissime. de Orator 153 a, Alterum genus obtinent, atque id ipsum lacinia. pro Cluen 20 a, Ea primo, neque id ipsum diu continebatur. de Fat. 145 b, Motus uoluntarius est in nostra potestate, nec id sine causa, &c. Ora. 98 a, Imò id mehercule inquit ipsum attendo. Ep 3 b, Atque id ipsum consulibus inuitis. de Diu. 126 b, Fani pulchritudo Prænestinarum etiam nunc sortium retinet nomen, atque id in vulgus. quis enim, &c. de Clar. 187 a, Tu quidem de fece hausisti, idque iamdudum. * Ep. 210 b, Idque a puero.

☞ Syntaxis. *Id temporis est. Id temporis venit ad me, profectus est. Ille id est ætatis, vt nondum. Hoc id valet, vt. Id quod pro quod. Ea quę pro, quę. Quod id. Imò id quidem, inquit, ipsum—.*

Idæi digiti, *hi sunt qui & Idæi dactyli in Creta & Corybantes vocantur, sacerdotes magnę matris Idæa, quæ Cybele dicta est*. de N. 67 b, Tertius Hercules est ex Idæis digitis natus, cui inferias offerunt.

Idæus, a, um. At. 16 b, Pastor Idæus, *id est, Paris*, de Senect. 86 a, Sacra Idęa magnę matris. *id est, Cybeles.* Idęa mater. de Leg. 174 a.

Idcirco, vel Iccirco. *ideo*. At. 129 a, Sin autem id actum est, & iccirco arma sumpta, ut, &c. tum uero, &c. At. 119 a, Ego quod existimabam dispersos nos, &c. idcirco ad L. Domitium literas misi.

Idea, deæ. *forma speciei, species rerum, prima & inchoata intelligentia*. Topicor 223 a, In diuisione formę sunt, quas Gręci ἰδέας vocant nostri si qui hęc forte tractant, species appellant, &c. Orator. 197 b, Has rerum formas Plato appellat ideas, easque gigni negat, & ait semper esse, ac ratione & intelligentia contineri: cętera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutius esse vno & eodem statu. Academ. 44 b, & Tusculan. 160 b, Mens sola cernit quod semper est simplex & vniusmodi, & tale quale est: hanc Gręci ideam vocant, nos recte speciem possumus dicere.

Idem, eadem, idem. *hic ipse, is ipse, vnus, par, perpetuus, geminus*. de Vniu. 311 a, Vnum quod semper esset in eodem ęquè, & idem in omnibus atque vno modo celeraret. Epi. 126 b, Caninius idem tuus, & idem noster. Orato. 211 b, In templis ijsdem: at eisdem ierat versus nec tamen eisdem opimius, male sonabat ijsdem. pro Domo. 7 a, Eadem Asia, atque idem iste Mithridates nos docuit, &c. de Amicitia. 111 a, Amicus est tanquam alter idem. pro Do. 223 b, Hoc vnum & idem videtur

videtur esse atque illud, quod de meipsu nominatim tulisti. & ibi. Tam hercule est vnum, quàm quod idem tu lege vna tulisti. & 227 a, Lex quam idem iste tulerat. & 231 b, Tu iure eandem sororem & vxorem appellare potes. Officio 4n a, Nemo potest, qui non idem prudēs sit, iustus esse. de Ar. 248 b, Tua tum eadem virtus fuit, quæ priuato quondam tuo proauo. pro Sest. 24 b, Cedo nunc eiusdem illius inimici mei de me eodem concionem. de Diuin. 124 b, M Marcellus ille quinquies consul, idem Imperator, idem augur optimus. In Ant. 168 a, Idem mœstitiam meam reprehendit, idem iocum. & 297 a, Vt ei cum M. Curio concessore eodem & collusore facillimo conuenire possit. pro Cęl. 52 a, Non idem iudicium comessatorumque conspectus. de Pron. 76 a, Imperij nostri terrarumque illarum idem est extremum. de Inuen. 46 a, Quæstio eadem in coniectu iali constitutione, quæ iudicatio. In Ver. 161 a, Serui eisdem moribus sunt, quibus & domini. Orato. 215 b, Eosdem esse oratorios numeros qui sunt poetici In Ver. 243 b, Idem qui semper fueris, inuentus es. I. C. 98 b & Orator. 204 b, *bis.* Ego idem, &c. de Natura. 39 b, Dianam & Lunam eandem esse putant. in Verr. 225 a, Libera quam eandem Proserpinam vocant. de Natura 38 b, Romulus, quē quidem eundem esse: Quirinum putant. Ora. 197 b, Nec diutius esse vno & eodem statu. in Ver. 282 a, Vno eodem tempore. Attic. 359 a, Nec tuam rationem eandem esse duco, quam meam. in Ver. 213 b, Ei te eundem vinctum dedamus. Tusculan. 191 b, Hos eisdem motus, &c. de Orato. 89 b, Ab hisce ijsdem permotionibus. in Ver. 122 b, Huic eidem Sopatro ijdem inimici. & ibidem. Idem hic Sopater. in Ver. 87 a, In ijsdem illis locis. de Orato. 91 a, Eosdem illos sermones ad Varronem traduximus. in Ve. 170 b, Eadem illa nocte. I. V. 166 a, Eidem illi Decimo. Attico. 18 a, Idem ego ille, &c. Idem inquam ego, &c. Postq. 211 b, Ipse ille animus idem meus, &c. Atti. 52 b, Te, &c eundem te, &cęt. Parad. 228 b, Si quæratur, idemne sit pertinacia & perseuerantia. Attico. 143 b, Iste omnium turpissimus est idem, qui semper in republica fuit. I. C. 117 a, Earum rerum quas gessi, non est eadem cōditio & illorum, quod mihi, &c. illi, &cęt pro Cluen. 34 b, Non quod res alia esset, imo eadem. pro Cęcin. 296 b, Quod etiamsi verbo differas, re tamen est vnum, & idem in omnibus causis valet. & ibidem a, Non idem est Seruilius, quod familia. pro Syl. 196 a Hoc idem valere debet, si pater iudicaret pro Quint. 2 a, Cum adhuc ei non ius par, non agendi potestas eadem, non magistratus æquus reperiri potuerit. pro Mur. 128 b, Vtriusque dignitatem pari atque in eadem laude pono. Orato. 198 b, Fuerunt quidam, qui ijdem ornate & grauiter, ijdem versute ac subtiliter dicerent. de Clar. 195 b, Causæ simillimæ inter se, vel potius eædem. de Cla. 290 a, Oratio splendida & grandis, & eadem in primis faceta. pro Murę. 228 b, Asia illa referta, & eadem dedicata. de Cla. 172 a, Est mos hominum, vt nolint eandem pluribus rebus excellere. de Natura 56 a, Nę ego incautus, qui cum Acad. & eodem rhetore congredi conatus sum. Attico. 98 a, Nunc ista habet iuris idem quod cæteræ, nihil præcipui. de Natura 70 b, Mercurius is qui sub terris habetur, idem Trophonius. Attico. 110 b, Eadem postulauimus a vobis, quæ ab amplissimis ciuibus. de Natura 76 a, Vir innocentissimus, idemque doctissimus. & 79 a, Sed quomodo ijdem dicitis, non omnia deos persequi? qui ijdem vultis, &cęt. de Orato. 91 a, Finitimus oratoris poeta, multis ornandi generibus socius, ac pene par: in hac quidem certe prope idem, nullis vt terminis circumscribat aut definiat ius suum. pro Syl. 170 b, Vt me quem boni constantem semper existimassent, eundem ne improbi quidem crudelem dicerent. de Orato. 103 a, Oratorem equidem non facio eundem quem Crassus. & ibidem b, Eadem ratione: *id est, similiter.* de Oratore 153, Cum quæritur, idemne sit, an aliquid intersit. & 359 a, Musici qui erant quondā ijdem poetæ. & 164 a, Nos eiusdem linguæ societate coniuncti sumus. *id est, nos eadem lingua sumus.* pro Mil. 119 b, Vultus semper idem, vox, oratio stabilis & non mutata. Offic. 18 b, Præclara est æquabilitas in omni vita, & idem semper vultus, eademque frons: vt de Socrate. & de Cla. Lęlio accepimus & Tuscu. 197 a, Vultus Socratis semper idem. In Cat. 108 a, Quibus præcipiendum videtur, vnum scilicet atque idem quod cæteris. Orato. 206 b, In causis perpetuum & eundem spiritum sine vlla commutatione obtinere. ad Herenn. 33 a, Eiusdem vnius aut plurium verborum. Academ. 34 b, Hos enim quasi eosdem esse vultis. de Fi. 197 b, Ijdem abeunt qui venerant. In Ver. 76 b, & 249 b, Eundem aliquem esse qui fuerat. & 230 b, Per eundem me. de Inuent. 51 a, Vtrunque genere idem est. de Cla. 173 b, Vnus enim sonus est totius orationis, & idem stylus de Legibus. 156 a, At quam Vlysses Deli se palmam vidisse dicit, hodie monstrant eandem. Offic. 50 a, Beneficentia, quam eandem vel benignitatem vel liberalitatem appellare licet. pro Cluē. 38 a, Hoc dico, eandem fuisse, P. Comminio controuersiam cum Staleno, quæ nunc mihi est cum Actio. Offic. 12 b, Non ijdem erunt necessitudinum gradus, qui & temporum. & 23 a, Itaque viri fortes eosdem bonos esse volumus, & 56 a, Peripatetici nostri, qui quondam ijdem erant, qui Acade. & 66 b, Eadem vtilitatis quæ honestatis est regula. Epist. 85 a, Eo quidem ipso tempore. Att. 197 b, Quod idem tibi placet de Finib 95 b, Quod idem in cæteris artibus non contingit. de Finib. 99 b, Quod idem Peripatetici non tenent. Tusculan. 142 b, Idem iste sapiens. Ep. 177 b, Ijdē aliqui solent, &c. de Fin. 66 a, Hoc est idem, quod illud. Att. * Hoc est fere idem quod illud. Acad. 21 a, Nihil est idem, quod est aliud.] Acad. 16 b, Cum idem negares quicquam certi posse reperiri, idem te comperisse dixisses. Top. 224 b, Et cætera generis eiusdem. & 228 a, Comparatio de eodem & alio. & 22 b, De eodem & altero. * pro Mar. Cum viderem virum eūdem, qui in eadem causa, in qua ego, fuisset, non in eadem esse fortuna. Epist. 60 b, Idem ille ipse. de Di. 110, Eadem in litteris ratio est.]

☞ Syntaxis. *Cæsar idem tuus, & idem meus. Amicus est alter idem. Hoc vnum & idem est atque illud. Idem iste. Nemo qui non idem iustus sit, &c. Vno eodem loco. In eodem illo loco. Idem ego ille. Ipse ille animus idem meus. Pari & in eadem dignitate ponere. Vir bonus idemque eruditus. Quod idem raro contingit. Hoc est idem quod illud. Idem & aliud. Idem & alterum.*

IDENTIDEM, *frequenter.* pro Sex. Ro. 32 b, Cassius in causis identidem quærere solebat, cui, &c de Inuen. 72 a, Appellare nomen alicuius identidem. pro Domo. 241 b, Identidem se ipse reuocans. Att. 211 b, Reuoluor identidem in Tusc. ad Her. 11 a, & 23 a, Neque eodem identidem reuoluamur de N 64 a, In motu identidem reciprocando. & 55 a, Idque prouidit natura, vt identidem fieri posset cum maxima celeritate. pro R. P. 188 a, Recitabatur identidem Pompeij testimonium. Tuscu. 204 a, Scindens dolore identidem intonsam comam. de Fin. 80 a, Hoc enim identidem dicitis. ad Her. 41 b, Nunc identidem nosmetipsi nobis insistemus.

IDEO, *idcirco.* I. V. 201 b, Ideo Claudius retulit, vt iste auferret? de Inu. 49 b, & 46 b, & 44 b, Hæc ideo diligentius inducitur præscriptio, vt possit, &c. Epist. 9 b, Re quidem ipsa ideo mihi non satisfacio, quòd, &c. pro Cęl 41 b, Non si iusta causa est oppugnandi, ideo quoque iustum est, vos, &c.

IDEO, quò. *propterea quod, idcirco quod* In Vat. 191 b, Ideo quòd, &c & 107 a, & pro Cęcin. 286 a, ad Her. 33 b, & de Inu. 44 b, Mihi tecum præcertatio non est, ideo quod, &c.

ID est. *quod est, hoc est, inquam.* Att 106 a, Assentias C. Pompeio, id est, T. Pomponio 64 b, Senatus hodie futurus erat, id est, Cal Offi 9 a, Duobus modis, id est, aut vi, aut fraude fit iniuria. Att. 159 a, Num cui succenseant, quod dico num cui, id est, num Pompeio? contra Rul. 81 a, Maxima multitudo, id est, tota Italia. de Orato. 94 a, Cum ei ita dicerem, me velle esse ineptum, id erat petere blandius. Offi. 44 a, Qui opera, id est, virtute & industria benefici sunt. & 53 a, Virtus, quæ constat de hominibus tuendis, id est, ex societate generis humani. Epist. 18 a, & 48 b, Præter quæstores vrbanos id est, Populum Romanum. Ep. 55 a, Neque solum nobis, id est, tuis, sed prorsus omnibus.

IDIOTA, tæ. *illiteratus, imperitus.* In Vat. 200 b, Quiuis nostrum, quos est idiotas appellat.)(*Homo ingeniosus atque intelligens.* I. P. 93 a. Illi idiotę, vt tu appellas, &c & ibi. b, Sed plane animi sui causa ludos nobis idiotis relinquet.

IDOLVM, li. *simulacrum spectrum, imago.* de Fi. 53 a, Atomi, inane, imagines, quæ idola nominantur. vide. SPECTRVM.

IDONEE, *aptè, commode.* de Inu. 46 b, Exordium est oratio, animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem.

IDONEVS, a, um. *aptus, commodus, tempestiuus, constitutus, dignus.* de Inu. 66 b, In occasione commoditas ad faciendum idonea. Att. 26 a, Ad lacertas captandas tempestates non sunt idoneæ. I. V. 156 a, Tibi fortasse idoneus fuit nemo, quem imitarere. Att. 132 a, Non mihi satis idonei sunt authores hi, quia te probantur. de Ora. 97 b, Cum minus idoneis, verbis vti consuescerem. Brut. 91 b, Res quæ ne laude quidem satis idonea affici possit. pro S. R. 19 b, Serui conscij, tēpus idoneum. pro Cl. 21 a, Nō essem ad vllam causam idoneus, iudices, si, &c. pro Cor. 56 b, Minus idoneum hominum præmio afficere. de Cl. 169 b, Autor idoneus, Q. Ennius. pro S. R. 19 b, Indignissimum est vos idoneos habitos, per quorum sententias talis iniuria decernetur. pro Do. 240 a, Nemone horum idoneus tibi visus est. vt cum eo dedicationem cōmunicares? pro Pom. 10 b, Pompeius idoneus non est qui impetret? Offic. 29 a, Modestia est scientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. (*aduertas animum ad modestia depositionem.*) Offic. 44 a, Sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impartiendum. & 46 a, In deligendis idoneis iudicium & diligentiam adhibere. de Amic. 96 a, Idonea mihi C. Lælij persona visa est, quæ de amicitia loqueretur. de Leg. 106 b, Quædā ratio, de qua dicitur idoneo loco. Acade. 5 b, Res est idonea, de qua quæratur. Epi 92 b, Falernum mihi semper idoneum visum est diuersorio ad Her. 17 a, Hæc res non est idonea dignitate tua. de Inu. 48 b, Idoneum tempus. locus opportunus. de Fin. 139 a, Idoneus ad aliquid agendum. ad Heren. 28 b, Imagines ad monendum idoneæ. ad Her. 1 b, Cum statim auditoris animū nobis idoneum reddimus ad audiendum. & ibi Idonea verba. de Leg. 171 a, Lex apta, & idonea ad iubendum & vetandum.

☞ Syntaxis. *Idoneum id est illi. Idoneus qui impetret. Idoneum tempus, locus. Id non est idoneum dignitate tua. Reddere auditores idoneos ad audiendum.*

IDVS, iduum. *octo dies dicuntur, qui singulis mensibus nonas sequuntur, sic dicti, quòd mensem diuidant. nam Iduare, Hetrusca lingua, diuidere fuit.* Epi. 2 b, Nam hæc idibus mane scripsi. ad Att. lib. 14, Idus Mart. ad Bru Idus Martiæ memorabiles ad Att. lib. 15, Iduum Martiarum stulta est iam consolatio. ad Bru. Idibus Martijs seruientem a suis ciuibus repulit Brutus. *interfecto Cęsare.* ad Att. lib. 14, Modò numeret idibus.

IECVR, oris. *epar, ex visceribus vegetationis organum.* de N. 21 a, Cerebrū cor, pulmones, iecur, & 53 b, Quædam a medio intestino vsque ad portas iecoris (sic enim appellatæ) ductæ viæ. de Di 104 b, Singulis iecorum fissis non interesse Deum. & 115 a, Caput iecoris. Tus. 180 a, Tum iecore opimo farta & saturata affatim. L. FISSVM.

IECVSCVLVM, li. *paruum iecur.* de Di. 115 a, L. MVSCVLVS.

IEIVNE. *tenuiter, exiliter*. Orato. 208 a, Stratua ieiunè dicere. & de Orat. 89 a, Videmus iisdem de rebus ieiune quosdam & exiliter disputauisse.)(. *Copiosè*. de Finib. 94 a, Ieiunius dicere aliquid. Aca. 28 a, Ieiune agere.

IEIVNITAS, tis. *ieiunitas*.)(. *Vbertas & copia*. de Cla. 182 b, Cauenda est oratori inopia & ieiunitas. de Ora. 109 b, Ieiunitas bonarum artium eorum, qui de dicendi ratione scripserũt. de Cl. 191 a, b, Ieiunitas, & siccitas, & inopia. Orat. 198 b, Alij in eadem ieiunitate concinniores. Tusculan. 175 b, Verborum ieiunitatem & famem se malle, quam vbertatem & copiam dicerent.

IEIVNVS, a, um: ior. *qui nihil edit, auidus, tenuis*. Episto. 107 b, Cum quidem biduum ita ieiunus fuissem, vt ne aquam quidem gustarem. de Cl. 168 b, Theodorus in arte subtilior, in orationibus ieiunior. de Or. 144 a, Antonium ieiuniorem, Crassum pleniorem fuisse. de Ora. 214 b, Ieiuna concertatio verborum. Atti. 13 a Misera & ieiuna plebecula. Or. 206 b, Ieiunas igitur huius orationis aures ciuitatis accepimus. Offic 32 a, Soliuaga cognitio & ieiuna videatur. I. Att. 261 b, • Quidam nimis ieiuno animo & angusto. * Episto. 29 a, Illud verò pusilli animi, & ipsa maleuolentia ieiuni, atque inanis.]

☞ Syntaxis. *Inopia & ieiunitas. Ieiunitas, siccitas & inopia. Ieiunus homo orator, emptio. Plebs misera & ieiuna. Ieiunus animus & angustus Aures orationis huius ieiuna.*

IANS, euntis. *vadens*. Attico. 250 b, Nonis Quint. veni in Tusculanum, iens ad Brutum. & 60 a, Iens in Pompeianum, bene mane hæc scripsi. de Or. 109 b, Cæsar dixit mihi a se Scæuolam hinc euntem esse cõuentum. *id est, veniens tem*. Attic. 105 a, Tantum illud seruemus, ne quem illuc euntem sine litteris dimittamus. I. A 256 b, Si me rectis sensibus euntem dij adiuuerint.

☞ Syntaxis. *Iens ad, &c. hac scripsi. Ire rectis sensibus: id est, animo esse candido, integroque*

IGITVR. *ergo*. Orator. 206 b, Ieiunas igitur huius orationis aures ciuitatis accepimus. pro Lig. Habes igitur Tubero, &c. Academ. 6 a, Ordiamur igitur a sensibus. Acade. 19 b, Quid ergo esset id? visum credo. quale igitur visum?

IGNARVS, a, um. *imprudens, insciens, rudis, imperitus, indoctus, non opinans*. de Natura. 37 a, Vt plerique dicunt physicæ rationis ignari. Orato. 207 b, Oratorem ne physicorum quidem esse ignarum volo. Postquam. 203 a, Ignarus sum quid agatur. pro Sest 16 b, Ignari, quid virtus valeret. Topi. 227 b, Pueri sæpe indicarunt aliquid, ad quod pertineret ignari. Atti. 73 a, Nunquam tandiu ignarus rerum mearum fui. Epist. 105 b, Ignarus instituti mei. Tusc. 175 b, Non sum ignarus, quibus ea rebus consequare. de Orat. 102 b, Ea requiruntur a me, quorũ sum ignarus, &c. de At. 243 b, Attamen ignarus ille, qui consules essent, æstuans se e curia repente proripuit. de Orat. 90 b, Homo ignarus faciundæ orationis.

☞ Syntaxis. *Quid agatur, ignarus sum. Ignarus est qui consules ad sint. Ignarus legendi*

IGNAVIA, uiæ. *inertia*.)(. *Fortitudo* de Inu. 82 b, Fortitudini contraria est ignauia, iustitiæ iniustitia, Tusculan. 193 a, & Epi. 27 a Recipiat idem necesse est timiditatem & ignauiam. Qu. fr. 313 a, Vtinam nihil deest, ut potius vestra iniuria quàm ignauia mea cessem. pro Ra. 95 a, Ignauiam suam tenebrarum ac parietum custodijs tegere, Epi. 196 a, Nec tua ignauia etiam inertiam afferret. ad Her. 2 a, Inertia, ignauia, desidia, luxuria.

IGNAVE.)(. *Contentè*. Tuscu. 187 a, Ne quid abiectè, ne quid timide, ne quid ignaue, ne quid seruiliter, muliebriterve faciamus.

IGNAVITER. *ignaue*. Attic. 241 a, Quæris, an ego, cum omnes calleant, ignauiter aliquid faciam, Hircius.

IGNAVVS, a, um. *iners*.)(. *Fortis*. de N. 85 b, de Sen. 84 a, Iners, ignaua, & somniculosa senectus. pro Cæci 293 b, Pœna ignaui ab Imperatoribus constituitur. de Fat. 146 a, Illa ignaua ratio quæ dicitur, appellatur quidem a philosophis ἀργὸς λόγος & ibi. Rectè hoc genus interrogationis ignauum & iners nominatum est.

☞ Syntaxis. *Ignauus homo, ratio, interrogatio, senectus. Ignauum & iners dictum.*

IGNESCO, scis. *conflagro, ardeo*. de Nat. 49 b, Ad extremum omnis mundus ignescet.

IGNEVS, a, um. ad Herenn. 34 a, Ardor igneus. de Natura. 31 a, Genus igneum. & 33 b, Sol igneus. Tusculan. 156 b, Pars ignea. & 162 a, In animis nihil est igneum. & 163 a, Æthera natura ignea. Topico. 226 a, Igneum fulmen de Natura deorum lib. 2, Omne quod est calidum & igneum, cietur & agitur motu suo. eo. Calidum illud atque igneũ in omni fusum est natura. & lib. 3, Ad igneam vim omnia referebat Heraclitus. de N d. lib. 2, Cor animantis euulsum, ita mobiliter palpitabat, vt imitaretur igneam celeritatem. eod. 30 b, Igneo motu venę & arterię micare non desinunt. eodem. Igneæ formæ in æthere cursus ordinatos definiunt. eodem. Tota ignea & calida esse sidera, Cleanthes affirmat.

☞ Syntaxis. *Igneus sol. Aetherea natura ignea. Igneo motu arteria micare non desinunt. Igneum & calidum. In omni fusum natura. Ignea & calida sidera.*

IGNICVLVS, li. *propriè paruus ignis: translatione, facilitas ingenita*. de Leg. 162 b, Tanta est corruptela malæ consuetudinis, vt ab ea tanquam igniculi extinguantur natura dati. Tusculan. 190 a, Natura paruos nobis dedit igniculos de Finib. 128 b, Quasi virtutum igniculi & semina. Atti. 249 a, Sed tamen interdum nonnullos iacit igniculos viriles. Epist. 255 a, Quo tolerabilius feramus igniculum desiderij tui. Att 286 a, Igniculus matutinus.

☞ Syntaxis. *Igniculos nobis dedit cognitionum natura, & quasi semina. Igniculos iacere viriles. Igniculus desiderij.*

IGNIFER In Arato.

IGNIS, gnis. *elementum natura calidiss. leuissimum, flamma, incendium*. de Na. 31 a, Lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus. de N. 31 b, Ignis omnibus rebus vitalem impertit calorem. & 49 b, Quod astrorum ignis & ætheris flamma consumat. pro Qu. Ros. 47 b, Ignis in aquam coniectus, continuò extinguitur & refrigeratur. de Diuinat. 83 b, —— *Æthereo flammatus Iupiter igne*. de Oratore 123 b, Nulla materia nisi admoto igni ignem concipere potest. Offic. 11 a, Pati ab igne. ignem capere. de Natu. 66 b, Omnem vim esse ignem. *& ibidem de Heraclito, & de calore, & de igne, qui permanere non potest nisi alatur. & omnem ignem pastu indigere*. Aca. li. 2, Ignis principium vniuersi esse sensit Parmenides. de Natu. deorum, lib. 3, Ignis & aer omni impulsu facillime pellitur. Tuscul. libro 1, Ignis & aer sursum rectis lineis in cœlestem locum subuolant. de Natura deor. libro 2, Ignis artificiosus. de Senect. Et vicissim, aut sol aut ignis hybernus. de Vniuer. Ignis oculorum cum eo igne qui est ob os offusus, se confudit & contulit. de Leg. li. 2, Ob ignis periculum, ne homo in vrbe vreretur, vetuit lex XII. Tabularum, eodẽ, Ignẽm foci publici sempiternum in vrbe virgines Vestales custodiunto. de Vniu. Ignem, & terram iungebat Deus, mundum efficere moliens. pro Rabi. Posthum. Cum odium non restingueretis, huic ordini ignem nouum subijci non siuistis. de Vniuer. Igni vacuum videri nihil potest. de Natura deorum lib. 1, Cęlum, ignes, terra, naturæ omnes parent diuino numini. de Somn. Scip. Animus datus est ex illis sempiternis ignibus quæ sidera & stellas vocat. de Natu. deo. lib. 2. Subditis ignibus efferuescunt aquæ.

☞ Syntaxis. *Astrorum ignis. Ignis extinctus, & refrigeratus aqua. Ignem elicere, concipere, capere. Pastu ignis indiget. Oculorum ignis. Ignem subijcere, id est, ruinam parare. Sempiterni ignes, quæ sidera dicimus.*

IGNITVS, a. pro Domo. 242 a, Inflammatus atque ignitus furor. *aliter, & (vt mea opinio fert) rectius, Igneus, legeretur*.

IGNOBILIS, le. *humilis, ignobili loco natus, infimo loco natus, obscuris ortus parentibus, vnus de multis, de populo, humili atque obscuro loco natus, inferiore genere ortus, ex infimo genere et fortunæ gradu, homo tenuis, cuius vitæ & fortunæ conditio infima est, cuius stirps & genus ignoratur, qui parentibus natus est humilibus, homo ignotus & sordidus, obscurus, abiecta & obscura familia, nulla commendatione maiorum, homo per se cognitus, ignobilis, omnium infimus & sordidissimus, humilis sanè & minime generosus, inferiori genere hominum, et infimorum hominum filius, terræ filius, minorum gentium.*)(. *Nobilis, clarus, præstans, rerum multitudine nobilitatus*. Par. 233 a, pro Cl. 40 b, Si quis autẽ hoc vno nititur quòd sit ignobilis, procedit, &c. Tusc. 202 b, 203 a, Inglorius atq; ignobilis senex. de Cl. Or. 194 b, Demetrius non ignobilis dicendi magister. pro Cęcin. 287 a, Qui Romæ argentariam non ignobilem fecit. I. V. 241 a, Mulier ex familia non ignobili.

IGNOBILITAS, tis. *humilitas, humilitas generis, obscuritas, conditio atque fortuna hominum infimi generis*.)(. *Nobilitas*. pro S. R. 33 a, b, Iã quos nemo propter ignobilitatem nominat, sexcenti sunt. Tuscul. Aderit enim paupertas, ignobilitas, humilitas, &c. pro Mur. 127 b, Obijcere ignobilitatem generis alicui. I. A. 186 b, De ignobilitate generis.

☞ Syntaxis. *Ignobilitas & humilitas.*

IGNOMINIA, niæ. *infamia, dedecus, contumelia, macula, nota, probrum, labes*. I A. 213 a, Notare aliquem ignominia. pro Qu. 18 a, Omnia alicuius vitæ ornamenta per summum dedecus & ignominiam diripi. Tuscu. 218 b, Ferre ignominiam & infamiam sine dolore. pro Rab. 96 a, Labes ignominiaque mortis. I. V. 109 a, Calamitatem ad quẽpiam per summam iniuriam ignominiamque peruenire. de Di. 113 a, Cum ignominia & dedecore mori. pro Q. 38 a, Imponere iniuriã alicui sine ignominia. pro S. R. 37 a, Qui ignominia mortuum affecerit pro Q 8 a, Ignominijs omnibus appetitus.

IGNOMINIOSVS, a I. A. 190 a, Dominatio ignominiosa.

☞ Syntaxis. *Ignominia notatus. Per dedecus & ignominiam. Cum ignominia & dedecore mori. Appetitus ignominiis Verr 1.*

IGNORABILIS, le. *quod ignorari potest, vel ignoratus*. de Inu. 74 b, Quod non ignorabile, non fortuitum, non necessarium fuerit.

IGNORANS, tis. *ignarus*. At. 284 b, Iuuat n. magnifice loqui, & certè decet aduersus ignorantes, quid pro quoque timendũ, aut a quoq; petẽdũ sit. I. V. 223 a, Hęc igitur & horũ similia iura ignorantẽ vagari celsum & erectum, &c. flagitiosum in primis putandum est. *Homo sine vlla bona arte, sine humanitate, sine ingenio, sine literis*. de Amic. 110 b, Cum ignorante rege vter eorum esset Orestes, Pylades, &cę.

IGNORANTIA, tiæ. *ignoratio, inscitia, inscientia*. pro Fla. 156 a, Vbi adolescentes nihil possent discere, nisi ignorantiam literarum. pro Sest. 11 a, Res frumentaria ad M. Scaurum per ignorantiam translata. de Amic. 109 b, Qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis in famulatu fuerunt.

☞ Syntaxis. *Per ignorantiam facere.*

IGNORATIO, onis. *ignorantia*.)(. *Scientia*. pro Syll. 174 b, Nam cuius scientiam de omnibus constat fuisse, eius ignoratio de aliquo purgatio debet videri. de Diu. 118 b, Causarum ignoratio in re noua mirationem facit. eadem ignoratio si in rebus visitatis sit, non mirarmur de Na. 1 b, Versari in summa rerum omnium ignoratione. pro Clu. 40 a, Ignoratio sui. Att. 113 b, Ignoratio suarum copiarum. de Fi. 99 a, Peripateticorum consuetudo dicendi non satis acuta, propter ignorationem dialecticę. de Leg. 159 b, Ignoratio iuris. Or. 203 a, Decori ignoratione in oratione sæpissime peccatur. Aca. 44 b, Obscuritas & ignoratio causarum.

☞ Syntaxis. *In ignoratione versari.*

IGNORATVS,a,um. de Cl. 180 a, Octauij eloquentia, quę fuerat ante consulatum ignorata.

IGNORO,as. *sum ignarus, sum nescius, prorsus ignoro, nec vsu nec ratione aliquid cognitum habeo* de Amicitia. 106 a, Topico. 221 a, Rhetor ille Aristotelica se ignorare respondit. pro Milon. 107 b, At vero tu solus ignoras? tu, &c. Attico. 75 a, Scrupulus quem non ignoras. Orat. 219 a, Quod quidem tu minime omnium ignoras. pro Rabir. 127 b, & Academ 22 a, & ad Herenn. 16 a, Si ita putes, & causam, & mihi vehementer ignoras. Act. 132 b, Domitius ignorat de filio. de Finib. 65 a, Quid ergo? illam voluptatem Epicurus ignorat? de Na. 75 b, Non enim ignoro, &c.

IGNOSCENDI, dum. I.P. 101 a, Cui maximorum scelerum venia nulla ad ignoscendum dari potest. Part. 241 b, Ad eius facti deprecationē ignoscendi petenda venia est.

IGNOSCITVR. Att. 179 a, Illi quibus ignotum non est, &c. de Inu. 74 b, 75 a, Quibus in simili excusatione non sit ignotum. ad Herē. 11 a, Si tali de causa alijs quoque ignotum sit.

IGNOSCO, scis. *parco, concedo, veniam do, remitto.* Attic. 109 b, Velim mihi ignoscas, quod ad te scribo tam multa toties. & 264 a, Ignosce, mihi, quòd, &c. contra Rull. 75 b, & Epistol. 55 a, Et mihi quæso ignoscite, &c. de Ar. 251 a, Quam Deam iste idcirco bonam ducit, quód in tanto sibi scelere ignouerit. in Anton. 259 b, Quod nulla barbaries posset ignoscere. *alter, ignoscere.* Attico. 283 b, Sceleris pœnam prætermittere. id enim est, quod vocatur ignoscere. in Anton. 155 b, Sed hoc ignoscant dij immortales velim, &c. Attico. 2 a, Abs te peto, vt mihi hoc ignoscas. ad Cæs. Iun. apud Non. Qui præteritis ignoscis, &c. Epistto. 44 a, Si facile inueneris, quid dicas, noli ignoscere hæsitationi meæ.

☞ Syntaxis. *Dare veniam ad ignoscendum. Ignoscere alicui, & aliquid alicui.*

IGNOTVRVS, a. *in Catone maiore, teste Prisciano.*

IGNOTVS, ta, tum. *qui in hominum ignoratione versatur. obscurus.* Attico. 75 b, Ille tibi non ignotus cursus animi mei. de Orator. 99 b, Ius applicationis, obscurum sane & ignotum, patefactum est. I. C. 116 a, Res tanta & ignotis & Barbaris credita. de Cl. 187 a, Ignotus homo, &c. pro Flacc. 154 b, Ignotissimus Phryx. Attico. 137 b, Res in vulgus ignota.

☞ Syntaxis. *Obscurum & ignotum. Id est creditum ignotis & Barbaris. Res in vulgus ignota.*

ILIA, orum. *caua, ad latera partes inter lumbos & pollem.* I. V. 31 a, Cum mihi responderis, &c. ita dolenter, vt aliquando ista illa quæ sunt inflata, rumpantur. Sic Virgil. in Meliboeo.

Inuidiarum rumpantur vt ilia Codro.

ILIAS, dis. *Homeri de bello Troiano, & Ilij excidio opus.* pro Arc. 190 a, b, Nam nisi Ilias extitisset illa, idem tumulus qui corpus Achillis contexerat, nomen etiam obruisset. Att. 125 a, Non multo, inquam, secus possum vaticinari, tanta malorum impendet ἰλιάς. *Prouerbium.*

ILIVM, lij. de D. 85 b, Achiui ita profecti sunt ab Ilio, &c.

ILLABOR, ris. *influo* de N. 55 a, In stomachum primo illabuntur ea quæ accepta sunt ore. de Leg. 177 b, Sensim pernities illapsa in ciuiū animos. de Fin. 57 a, Voluptas ad sensus affluit & illabitur.

ILLACHRIMANS, tis. de Sen 82 b, Illachryman, que dixit, &c.

ILLACHRYMO, as. Tusc. 179 b,

Perge, aude nate, illachryma patris pestibus. Poetę.

ILLACHRYMOR, aris. de N. 76 b, Quid dicam de Socrate? cuius morti illachrymari soleo Platonem legens.

ILLAQVEATVS, a, um. *captus, irretitus.* de Arch. 245 a, Illaqueatus legum periculis.

ILLE, a, ud. de Or. 88 b, Qui cum illis vnà ipsum illum Carneadem diligentius audierat. de Orat. 88 b, Mnesarchus auditor Panętij illius aui. pro Pomp. 8 a, Medea illa ex Ponto, quondam profugisse dicitur. de Orator. 93 a, Et longe Academiæ illi tuum in hoc Gymnasium antepono. Epistol. 67 b, A qua te flecti non magis potuisse demonstras, quàm Herculem Xenophontium illum a voluptate. de Orato. 161 a, Antipater ille Sidonius, ille quem tu probe meministi solitus est, &c. Officio. 22 b, Contraque pater eius ille, qui, &c. de Diuinat. 121 a, Chrysippus ipse, ille diuinationis autor pro Sest. 11 a, Habet animi eum C. Marium, sextum iam illum consulatum gerentem. de Orat. 213 b, Denique a philosophia profectus princeps Xenophon Socraticus, ille, &c. de Orator. 106 b, Nam ipsum quidem illud etiam sine cognitione iuris, quam, &c. Postquam. 211 b, Ipse ille animus idem meus, &c. pro Mar. 132 a, Illa ipsa rerum humanarum domina fortuna. Attico. 144 a, Qui circum eum illum sunt. Att. 23 a, Ego ille ipse vindex æris alieni. de Orato. 124 a, In illo ipso loco comprehensus es. pro Flac. 157 a, Huic illi legato &c. I. C. 97 b, Fuit illa ista quondam in hac repub. virtus. Offic. 59 b, & de Diuina. 121 a, Philosophi quidam minime mali illi quidem, sed &c. Item: Rumores latis illos quidem constantes, sed, &c. ad Brut. 283 b, Quod ab tuis familiaribus optimis illis quidem viris, sed, &c. Epistol. 22 b, Quid quæris? illum video, pene sum factus ille, & ibidem. Itaque cum prurium, ego

• ille ipse tactus sum: scis quem dico. * Attico. 144 b, Itaque dies, & noctes tanquam auis illa mare prospecto, euolare cupio. I. P. 88 b, Vt ait ille. pro Deio. 146 a, Qui cum illum ordine duxisset. I. C. 116 b, Nec tamen ego sum ille ferreus.]

☞ Syntaxis. *Pater eius ille. ipsum quidem illud. Circum illum eum sunt. Ego ille ipse. Illa ista virtus. Homines minime mali illi quidem.*

ILLECEBRA, bræ, *inuitamentum, incitamentum, lenocinium. stimulus, blandimentum.* I. C. 106, Iuuentutis illecebra de Le. 162 a, Voluptas est illecebra turpitudinis. Pro Milon. 110 a, Impunitatis spes maxima est illecebra peccandi. pro Cæl. 39 b, Erant apud illum illicebræ libidinum. Tuscu. 210 b, Illecebræ blandæ voluptatis, Ep. 253 a, Deliniri illecebris voluptatis. I. A. 100 a, Adolescentem corruptelarum illecebris irretire. de Som. 130 b, Suis te illecebris oportet ipsa virtus trahat ad verum decus. pro Sest. 26 b, Vitiorum illecebræ. de Sen. 85 a, Voluptatis illecebræ.

☞ Syntaxis. *Illecebra blanda. Deliniunt illecebra, irretiunt. Virtutis illecebra.*

ILLECTVS, a, um. Tusc 211 b, Libido ad id quod videtur bonum, illecta & inflammata rapitur.

ILLEPIDVS, a, um. *infacetus, putidus.* de Nat. 74 b, Parens surus, illepidus, in liberos difficilis.

ILLIBATVS, a. *intactus, purus.* de Cl. 169 b, Flos illibatus populi. *aliās delibatus, sed rectius illibatus.* Enuij. pro Sest. Vt eorum veteres illibatasque diuitias in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundat.

ILLIBERALIS, le. *Ignobilis sordidus, auarus.* Officio. 30 a, b, Quæstus illiberalis ac sordidus. & ad Herenn. 20 a, de Orator. 97 a, Res ad cognoscendum, non illiberalis Offic. 21 a, Genus iocandi illiberale de Fin. 49 b, Sed cum ab illiberali labore deterret. Epistlo 203 a illiberalis in aliquem.

ILLIBERALITAS tis *sordes, auaritia.* At. 122 a, Malo Tyronis verecundiam in culpa esse, quàm illiberalitatem Curij.

ILLIBERALITER. *sordide, auarè, ingratè.* Attic. 255 b, Nihil ab eo neque diligenter, neque illiberaliter. & libro. 3, Cætera æstimarunt valde illiberaliter.

☞ Syntaxis. *Illiberalis homo quæstus, iocus, labor.*

ILLICIO, cis, xi, ctum. *allicio, allecto, induco.* de Nat. 73 a, Qui non sit habuit coniugem illexisse in stuprum. de Am. 105 b, Similitudo illicit ad amicitiam.

ILLICITVM, ti. *non licitum.* pro Cl. 33. * Multitudinem illicitum est

• contradicere.]

ILLICO. *continuò.* pro Muræn. 129 a, Simulatque increpuit suspicio tumultus, artes illico nostræ conticescunt. pro Quint. 8 b, Illicone ad prætorem conuenit? pro Cl. 25 a, A iulius illico conualescis Epistol. 116 b, Magna illicò fama surrexit. de Fat. 145 b, Nec si omne, &c. se-

• quitur illicò, causas, &c. * de Inuent. 62 a, Nam Zeusis illico quæsiuit ab his &c]

ILLISVS, sa, sum. *contusus, confractus.* de Ar. 256 b, Iam ista serpens compressa atque illisa morietur.

ILLIGATVS, a, um. *implicatus, irretitus.* de Or. 114 a, Philosophi angustis & concisis disputationibus illigati.

ILLIGO, as. *implico, irretio.* I. V. 221 b, Simulachra scite in aureis poculis illigabat. de Or. 159 a, Orator illigat sententiam verbis. Aca. 2 b, Illigare personas graues.

ILLIGOR ris. Orat. 218 a. Pæan commodissimè in solutam orationem illigatur. Orato. 205 b, Genus dicendi, in quo omnes illigantur verborum lepores.

☞ Syntaxis. *Illigare in oratione lepores verborum, & argumentorum in solutam orationem.*

ILLINC, *loci & personæ ratione.* Attico. 140 a, Sed cum eadem metuam ab hac parte, si illic beneficium non sit, &c. in Anton. 175 a, Omnem amorem abiecit illinc, atque in hanc transfudit. *id est, ab illa.* de Ar. 253 b, Post exercitu sollicitato fugit illinc. Attic. 107 a, Illinc Spincherem expecto. L. Hinc.

ILLITVS, ta, tum. *inductus, inunctus.* de Orator. 161 b, His tribus figuris insidere quidam vetustatis non fuco illitus, sed sanguine diffusus debet color.

ILLIQVEFACTVS, a um. *liquefactus.* Tusc. 212 a, Ad perfundendum animum tanquam illiquefactæ voluptates.

ILLITERATVS, a, um. *idiota.* de Or. 111 a, Vir bonus & non illiteratus. Epist. 136 a, Incidunt in sermone vario multa, quæ fortasse illis nec illiterata, nec insulsa esse videantur.

☞ Syntaxis. *Illiteratus & homo, & argumenta, de quibus disseritur.*

ILLOTVS, sermo. *sordidus.* in Sall. 372 a, Neque qui tam illorū sermone vtitur, vita honestior est.

ILLIVSMODI. I. V. 65 b, Non imperitos adolescentulos, aut illiusmodi quadruplatores, &c. Att. li. 7, Vel potius mori millies, quàm semel illiusmodi quicquam cogitare.

ILLO. ad Her. Tu illo plures mittas oportet. I. V. An illò non saxum materia aduecta est. Att. illo quum peruenire non liceat, &c.

ILLVC. de Or. 100 a, Huc atque illuc intueri, &c.

ILLVCEO, es. *eluceo, appareo.* de Fin. lib. 4, Comitatem in maximis ingenijs maxime illucere.

ILLVCESCO, scis illuxi. *illucet, exorior, appareo.* pro Mil. 114 b, Erit, erit illud profecto tempus, & illucescet aliquando ille dies, cum tu, &c. Ac. 103 a, Cum lætissimus, ille ciuitati dies illuxisset. de N. 45 a, Cūterto die sol illuxisset I. P. 8 b, Qui dies post occasum nostrum reip. primus illuxit. Ac. 18 a, Quis n. iste dies illuxerit, quæro. de Diu. 91 a, Cum aūt is dies illuxisset, magna seditio, &c. cont. Rull. 65 a, Cum pop. Romano vox & authoritas consules repente in tantis tenebris illuxerit. Oct. 329 b. Quæ non insequens hora antecedente calamitosior populo Romano illuxit? I. A. 158 b, Quem potes recordari in vita tibi illuxisse diem lætitiorem. Tus. 173 a Dies qui vt illuxit, &c.

☞ Syntaxis. *Hic lætus tibi dies illuxit. Sol. lux. vox & autoritas bonorum aliquando illuxit. Hora illuxit pauo.*

ILLVDO, dis. *ludo, ludificor.* de Or. 92 a, Carneades rhetorum præcepta illudere solebat. & 106 a, Cum illud nimium acumen illuderes, & admirareres ingenium Scæuolæ, qui excogitasset, nasci prius oportere,

quàm emori. & 158 b, Illudere in aliquem. pro Do. 234 a, Hic illudis autoritati vestræ. pro S.R. 27 a, Alicuius miseris fortunis, aut alicuius dignitati illudere. Epi. 150 b, Illuseras heri inter scyphos.

ILLVDOR, ris. de Or. 230 b, Miseros illudi nolunt.

ILLVMINATE. *ornate, splendide.* de Or. 147 b, L. D ISTINCTE.

ILLVMINATVS, a, um de Na. 49 b, Luna a sole illuminata, grauiditates & partus affert. ad Her. 39 a, Corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata.

ILLVMINO, as. *orno, distinguo, lucem vel lumen affero, lumen præfero, lumina præfero, collustro, illustro.* de Ora. 162 a, & Or. 204 b, Hæc sunt fere quę sententijs orationem illuminent. de Ora. 105 a, Quod tanquam stellis quibusdam notat & illuminat orationem.

ILLVMINOR, ris. de Or. 145 a, & 152 a, Illuminare orationem ijs luminibus, quæ, &c. quibus orationem ornari & illuminari puto.

☞ Syntaxis. *Illuminata a sole luna, a gemmis corona. Notare & illuminare sententiis orationem.*

ILLVSIO, onis. *irrisio.* de Or. 161 b, Et huic adiuncta illusio.

ILLVSTRATIO, onis. *fulgor, splendor* de Natu. 18 b, Solis illustratio. *Item quam Græci ἐνάργειαν dicunt, Cic. illustrationem appellauit, teste Quin. lib. 6. c. 3. Lege* EMAPIBIA.

ILLVSTRATVS, a, um. de Cl. 185 b, Genus hoc scriptionis nondum est satis Latinis literis illustratum.

ILLVSTRIS, stre, trior, ssimus. *clarus, nobilis.* I.V. 79 b, Et hinc homines maxime illustres, qui & ipsi noti sunt, & alios optime norunt. Quin. de Pet. 210 b, & de Cla. 17 a, Homo illustris honore ac nomine. de Cla. 175 b, Saoe illustris orator. in Ver. 243 b. Tam illustre ac nobile domicilium. & 93 a, Tam illustris ciuitas. de Di. 126 b, Quis enim vir illustrior vtitur sortibus. de Natura quinto a, Bonum & illustre domicilium. Offic. 15 b, Nomen Themistoclis illustrius est, quàm Solonis. Antequam 196 b, Illustrissimum orbis terrarum monumentum. pro Dom. 222 b, Illi quorum vita remota ab hoc honore populari, & ab hac illustri gratia est. & 230 a, In eius vita nihil est ad laudem illustrius, quàm calamitas. de Sen. 84 b. Defendi multas causas illustres. I. A. 244 b, Quis audeat luci? quis bene comitatum? quis illustrem aggredi? de Na. 4 b, Habere signum quendam insignem & illustrem. Epi. 181 b, Hæc quæ testata sunt, & illustria. ad Her. 22 a, Illustris locus.)(*Obscurus.* Att. 58 b, Ne illius iniuriam faciam illustrem. Epi 8 a, Hæc vides quanto expressiora, quantoque illustriora futura sint. Aca. 23 b, Illustribus igitur rebus insistis de Fi. 56 b, Facta illustria & gloriosa.

ILLVSTRIVS, *clarius.* Epi. 55 a, Vidi me a te amari semper quidem, sed nunquam illustrius.

☞ Syntaxis. *Homo illustris honore, ac nomine. Illustris ac nobilis domus. Hoc ad laudem illustre. Testatum & illustre factum. Facere iniuriam alicuius illustrem. Illustre ac gloriosum factum.*

ILLVSTRO, as. *illumino, collustro.* I.V. 216 a, Fulgore auri collucere & illustrari templum. de Orato. 99 b, Patefacere & illustrare obscura. de Ami. 114 b, Patefacere & illustrare veritatem. de Inuen. 67 b, Distinguere & illustrare orationem de Orat. 90 a, Illustrare artes oratione. Orator. 205 a, Translata verba quasi stellæ illustrant orationem. pro Arc. 189 b, Qui libri Populi Romani nomen illustrant. pro Domo. 228 b, In isto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum obiectas, sed etiam laudem illustras meam. Offic. 43 a, P. Sulpitij eloquentiam accusatio illustrauit. Episto. 6 a, Illustrabit mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria. Episto. 70 b, Illustrare aliquem laudibus. Academ. 39 b, Illustrare philosophiam Latinis literis.

ILLVSTROR, ris. Tus. 149 a, I.C. 113 b, Consilia inita contra nos illustrabuntur, vt ab omnibus perspici possint. pro Cęl. 51 b, Signa quibus veritas illustrari solet, *id est, probari.*

☞ Syntaxis. *Illustrare auro templum, obscuram orationem. Distinguere & illustrare. Illustrare laudibus. Illustrantur tandem cuncta, id est, agnoscuntur, patescunt.*

ILLVVIES, ei. *sordes.* Tus. 196 a, Pectus illuuie scabrum.

ILLYRICVM, ci. *regio.* Att. 159 a, Pompeius per Illyricum proficiscitur in Galliam. & 161 b.

ILLYRICVS, ca, cum. pro Pomp. 10 b, Mare Illyricum. de Offi. 41.

IM. *pro eum, vetustum est.* de Legib. lib. 2, 182 b, Quo auro dentes vincti essent, ad im cum illo sepelire, vreretue se fraude esto. *hoc etiam, so, pro suo vsurpatum est.*

IMACARENSES, *non Macarenses, populi.* I.V. 169 a, Imacarenses iam omni frumento ablato, iam omnibus, &c.

IMACARENSIS, e. I.V. 157 b, Ager Imacarensis.

IMAGO, onis *simulachrum, species, exemplar.* de Natu. 22 b, Fac imagines esse, quibus pulsentur animi: species dumtaxat obijcitur quædam. de Diuinatio. 136 b, Nulla species cogitari potest, nisi pulsu imaginum. & ibidem. Imagines fluere a corporibus solidis & a certis figuris. Academ. 31 b, Imagines extrinsecus in animos nostros irrumpunt. de Finibus 53 a, Atomi, vanæ imagines, quæ idola nominantur. pro Sex. Ros. 26 a, Vt effictos mores nostros in alienis personis, expressamque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus. pro Scil. nono a, b, Se imaginem iudiciorum aut simulachrum aliquod in ciuitate futurum putasse. & 6 b, Vnum te aliquem ex barbaris illis exemplum veteris Imperij, imaginem antiquitatis diceres intueri. pro Rabir. Posthumi. Imago ad memoriam posteritatis prodita. contra Rullum 66 a, Imagines familiæ 85 b. Imaginem nullam reipublicæ relinquent, & vestigium nullum. Epistola. 84 b, Filius tuus imago animi & corporis tui. de Orator. 163 b, Imago animi vultus, indices oculi de Na. 11 b, Mens intenta in eas imagines, &c. in Catilin. 123 a, Est verò, inquam, notum signum, imago tui tui clarissimi viri de Amic. 115 b, Memoriam & imaginem patris tui tibi propone. Epistola. 5 b, & 6 a, Recordatio meorum temporum, quorum imaginem video in rebus tuis. Orator. 206 a, Demosthenis imaginem ex ære vidi. de Inuent. 62 a, Muta imago, *id est, pictura, cur non est statua?* de Orato. 141 a, Artis imago quædam & similitudo. Epistol. 68 b, Agesilaus, qui neque pictam neque fictam imaginem suam passus est esse. In Anto. 231 b, Imaginem Antonij crudelitatis in Dolabella cernitis. Tuscula. 190 b, Gloria virtuti resonat tanquam imago. ad Heren. 22 a, *& deinceps, de memoria imaginibus multa.*

¶ *Comparatio.* de Inu. 52 b, Imago est oratio demonstrans corporum aut naturarum similitudinem. ad Her. 39 a, Imago est formæ & formæ, cum quadam similitudine collatio.

☞ Syntaxis. *Imagines rerum, pulsantes animum. Imago vitæ, antiquitatis. Imago & vestigium. Imago animi vultus. Imago ex ære. Imago & similitudo. Picta & ficta imago.*

IMBECILLIS, le. *imbecillus, infirmus, debilis.* Epist. 136 a, Fortuna, quam existimo leuem & imbecillem ab animo firmo & graui, tanquam fluctum a saxo frangi oportere. de Sene. 84 a, Quàm fuit imbecillis P. Africani filius? de Ami. 105 a, Amici imbecilles valent. de Inu. 50 a, Valens, an imbecillis.

☞ Syntaxis. *Leuis & imbecilla fortuna.*

IMBECILLITAS, tis. *infirmitas, debilitas, defatigatio.* Attic. 173 b, Tulliæ meæ morbus & imbecillitas corporis me exanimat. de Cl. 182 b, Infirmitas laterum, & virium imbecillitas. Attico. 279 a, Imbecillitas ætatis non potest grauitatem rerum sustinere. Atti. 285 a, Ista vero imbecillitas & desperatio Cæsarem in cupiditatem regni impulit. Att. 194 b, Nosti Niceæ nostri imbecillitatem, mollitiem, & consuetudinem victus. Tuscul. 228 b, Imbecillitas fragilitasque humani generis. Epi. 95 b, Imbecillitas valetudinis. & 4 b, In hac præsertim imbecillitate magistratuum. pro S R. 20 a, Susceptum onus propter imbecillitatem animi deponere.

☞ Syntaxis. *Imbecillitas corporis, virium, animi. Imbecillitas fragilitasque. Valetudinis imbecillitas animi.*

IMBECILLIVS. Tusculan. 245 a, Qui imbecillius horrent dolorem, & reformidant.

IMBECILLVS, a, um. ior. *imbecillis, infirmus, debilis, eneruatus, exsanguis, parum firmamenti ac virium habens tenue. & nulla valetudine.*)(*Valens.* Attic. 102 a, Nunc in vno ciue respu. ad resistendum imbecilla est. Episto. 95 a, Cum homo imbecillus a valentissima fera laniatur. & 259 b, Multo te sero valentem, quam statim imbecillum videre. Q. Fr. 311 b, Quum neque hoc tempore, neque ab imbecillis accusatoribus nihil mihi placuit accusari, & 313 a, Marius & valetudine est, & natura imbecillior. de Di. 125 b, Imbecillus animus facile superstitiosa ista concipit. & 134 a, Omnem superstitionem imbecilli animi atque anilis esse.

☞ Syntaxis. *Imbecilla Resp. ad pugnandum. Valetudine & natura imbecillior.*

IMBELLIS, le. *ignauus.* Offic. 16 b, Nunquam periculi fuga committendum est, vt imbelles timidique videamur.

IMBER, bris. *pluuia vehemens ac repentina.* In Ver. 220 a, Erat hyems, summa tempestas per frigida, imber maximus. Att. 114 b, Maximo imbri Capuã veni. & 208 b, Magnos & assiduos imbres habuimus. Tusc. 157 a, Cœlum hoc in quo nubes, imbres, ventique coguntur. de Di. 100 b, Sæpe lapidum, sanguinis nonnunquã, terræ interdum, quõdã ẽt lactis iber effluxit. & 111 a, Imber lapideus aut sanguineus.

☞ Syntaxis. *Magno imbri ambulare. Imbres habere. Effluit lapideus imber, sanguineus.*

IMBERBIS, be. de Na. 77 a, Apollo semper imberbis. pro Dom. 220 b, Imberbis adolescentulus.

IMBIBO, bis. *hauriso, concipio.* I. V. 74 a, Imbibes animo malam opinionem de aliquo.

IMBVENDVS, a, um. de Orat. 135 b, Itaque pueris imbuendus est bonis moribus.

IMBVO, is. *instituo, inficio, tingo, combibo* pro Deio. 149 a. Quibus ille studiis ab ineunte ætate se imbuerat. In Anto. 159 a, Cum autem semel gaudium scelere imbuisset, nulla res ei finem cædendi nisi defatigatio afferret. Tuscula. 154 b, Omnium hominum mentis imbuisti deorum opinio. Att. 229 b, Pueri animum tenerum bonis opinionibus imbuere.

IMBVOR, ris. *eneror, impleor.* de Fi. 91 b, Imbui bonis moribus. Tusc. 190 b, Imbui opinionum prauitate. item: Imbui erroribus. de N. deo. 12 a, & de Fin 61 a, Tanta imbueremur superstitione, si vos audire vellemus, vt aruspices nobis essent colendi.

IMBVTVS, a, um. *instructus, præditus, plenus* de Diuina. 99 b, Hetrusci religione imbuti, & studiosius & crebrius hostias immolabant. In An. 228 b, Nos a maioribus sic instituti atque imbuti sumus, vt, &c. Officio. 24 a, Plerunque parentum præceptis imbuti, ad eorum cõsuetudinem moremque deducimur. de Natura deor. 17 b, Animi consuetudine imbuti. de Ora. 123 b. Aliquis doctrina liberaliter institutus, atque aliquo iam imbutus vsu. Orator. 212 b, & pro Milon. 103 a, Ad hanc legem non docti, sed facti, nõ instituti, sed imbuti sumus. de Finibus 67 b, Cognitiones verborum, quibus imbuti sumus. pro Domo. 225 a, Bellum nefarium, & omni odio imbutum. pro Font. 282 a Cuius sanguine totum illud fatale bellum macula sceleris imbutum est. & ibidem: Manus imbutæ sanguine. In Anton. 184 a, Hac ille crudelitate imbutus nemini pepercisset. pro Milone. 105 a, Via Appia latronis sanguine imbuta est. In Anto. 259 a, Imbuti sanguine

guine gladij militum nostrorum, vel madefacti potius. Tuscula. 151 a, Imbutus dialecticis. de Legibus. 171 b, His rebus imbutæ mentes haud sane, &c.

IMITANDVS, a, um: di, do, dum. de Orat. 117 a, Vitiosa consectari imitando. de Natura. 43 b, Archimedem arbitrantur plus valuisse in imitandis sphæræ conuersionibus, quàm naturam in efficiendis. de Oratio. 117 a, Sunt tamen omnes in eodem imitādæ veritatis genere versati. I. A. 182 a, Hoc factum est expositum ad imitandum. de Or. 111 b, Qui actor in imitando, quam orator in suscipienda veritate iucundior? Offic. 54 a, Oris pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat. Offi 17 a, In adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, qui, &c.

☞ Syntaxis. *Bonis moribus imbuere. Imbuere se studiis. Gaudium scelere imbuere. Imbuta mentes deorum opinione. Imbuti erroribus. Institutus & imbutus a magistris. Vsu imbutum. Non institutum, sed imbutum ad. Bellum odio imbutum. Manus imbuta sanguine. Imbuti gladij sanguine, vel madefacti potius. Imbutum dialecticis.*

IMITABILIS, le. *quod imitatione aliquis assequi potest:* Orator. 204 a, Orationis subtilitas videtur esse imitabilis, sed nihil est experienti minus.

IMITATIO, onis. *æmulatio.* I. A. 161 a, Excellentium hominum virtutē imitatione, non inuidia dignam esse. Offic. 16 a, Ad quem & huius gloriæ hæreditas, & factorum imitatio pertinet. pro Flacc. 151 a, Ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis. Officio. 52 b, Hanc ingenij præstantiam si minus imitatione consequi possumus, voluntate certe proxime accedimus. de Orator. 173 a, In omni re vincit imitationem veritas. & 147 b, Vitium imitatione ex aliquo expressum. & 125 b, In eo nihil est nisi falsum, & imitatione simulatum. & 131 a, Ridiculum, quod ex quadam deprauata imitatione sumi solet. de Inuen. 48 b, Multos imitatio decipit breuitatis: & cum se breues putent esse, longissimi sint. Contemplatio atque imitatio alicuius. L. CONTEMPLATIO. ad Her. 1 b, Imitatio est, qua impellimur, cum diligenti ratione, vt aliquorum similes in dicēdo velimus esse. de Or. 117 a, *De imitatione & multa & pulchra.* Verba nouata imitatione. Part. or. 231 a.

IMITATOR, oris. *æmulator, æmulus.* de Legibus. 190 b, Non tantum mali est peccare principes, quantum illud, quod permulti imitatores principum existunt. pro Mar. 131 a, Ille æmulus & imitator studiorum meorum. Orat. 213 b, Quorum se isti imitatores esse dicunt. in Va. 33 a, Veterum facinorum imitator. I. A. 185 a, Imitator maiorū suorum. de Or. 129 a, Imitator & narrator facetus. L. FINGO. de Or. 117 a, Vt multos sæpe imitatores vidi.

IMITATRIX, cis. *æmula.* de L. 165 b, Vel ab ea, quæ penitus in omni sensu implicata insidet imitatrix boni voluptas. Tusc. 190 b, Gloriæ imitatrix temeraria atque inconsiderata, fama potuit.

IMMITOR, aris. *quasi fingo, simulo, adumbro, exprimo, imitatione, exprimo, exemplum ab aliquo transfero, sequor, exequor.* de Nat. 74 b, Imitari chirographum alicuius. de Legib. 157 b, Sisenna Clitarchum imitatur: quem si assequi posset, aliquantum ab optimo tamen abesset. de Diu. 120 b, Et humor allapsus, &c. potest sudorem imitari. pro Quin. Ro. 48 a, Imitari aliquem in persona alicuius. Epist. 139 a, In qua cœna coquus meus præter ius ardens nihil potuit imitari. de Inuent. 57 b, Hoc imitatur illud, sed non est eiusmodi. & 63 b, Taciturnitas imitatur confessionem. Epistu. 38 a, Ne in quo te obiurgem, id ipsum videar imitari. & 27 b, Eos ego fortasse nunc imitor. Acad. 41 a, Imitari Aristotelem aut Demosthenem. de Orato. 126 a, Heroum veteres casus imitari. de Cl. 170 b, Canachi signa rigidiora sunt, quā vt imitentur veritatem. & 176 b, L. Cotta eum verbis, tum sono ipso sub rustico persequebatur atque imitabatur antiquitatem. Orat. 197 a, Qui Coæ Veneris pulchritudinem imitari non potuerunt. de Orator. Imitatus est homo Romanus illum Socratem, &c. de Diuin. 218 a, Casus potest imitari veritatem. Orator. 214 a, Tu ipse tibi imitandus es. Orator. 168 b, Quem imitari atque exprimere non possumus. & 203 b, Pictor, cum summum illum luctum penicillo non posset, imitari, &c. de Ora. 117 a, Imitari amictum alicuius, aut statum, aut motum pro Quint. 3 a, Credidit eum qui orationem honorum imitaretur, facta quoque imitaturum. * Episto. 5 a, Nam stultissimum puto ad imitandum non optima quæque proponere.]

☞ Syntaxis. *Imitando vitiosa consectare. Imitanda sunt, virtutes. Expositum factum ad imitandum. Ad imitatione simulatum. Æmulus & imitator. Imitator & narrator facetus. Imitari & exprimere.*

IMMANIS, ne. *importunus ferus.*)(. *Mitis, mansuetus.* Part. 237 a, Patientiam duritia immanis imitatur. I. V. 77 b, Istius immanis atque importuna natura. & 119 a, Hostis ferus & immanis. de Natura. 58 a, Immanis ac fera bellua. Academ. 27 b, Vt fera & immanis bellua. Tusculan. 118 b, Terra & immanis bellua. pro Font. 180 a, Immanis ac barbara consuetudo. Quint. fratr. 195 a. Immanes & barbaræ nationes. de Finibus. 103 b. & pro Sext. Rosc. 30 a, Immanes quædam bestiæ. Part. 237 b, Voluptatem immanissimus quisque maxime sequitur. de Ar. 244 b, Immanis audacia. in Anto. 162 b, Immanes populi. in. Verr. 171 b, Ingens immanisque præda. Att 18 a, & pro Qu. R. 48 b, Immanis pecunia. pro S. R. 29 b, Immane facinus.

☞ Syntaxis. *Duritia, natura, bestia, bellua, consuetudo, natio, audacia, præda, pecunia. facinus, immania.*

IMMANITAS, tis. *feritas, diritas.* in Catil. 100 a, Immanitas facinoris. in Va. 30 b, Omni diritate atque immanitate teterrimus de D. 93 a, Feritas atque agrestis immanitas. Off. 31 a, Feritas quædam & immanitas. de N. 46 a, Immanitas ferarum. Part. 136 b, & 137 a, Temperantiam immanitas in voluptatibus aspernandis imitatur. de Na. 14

a, Esse gentes immanitate sic efferatas, vt. &c. Ep. 143 b, Cuius tanta non insollentia, sed immanitas, &c. Tus. 192 b, Immanitas in animo. pro Cæl. 40 a, Nisi tot vitiorum tanta immanitas quibusdam virtutis radicibus niteretur.

☞ Syntaxis. *Homo tetor immanitate ac diritate. Feritas & agrestis immanitas. Immanitate efferatus.*

IMMANSVETVS, a, um. de Legibus. 160 b, Gens immansueta atque fera.

IMMATVRITAS, tis. *nimia, celeritas, acerbitas, importunitas.* pro Qu. 15 a, Quid hæc festinatio? quid hæc immaturitas tanta significat?

IMMATVRVS, a, um. *crudus, peracerbus, acerbitate permistus.* de Cl. 175 b, Gracchi immaturum interitus. I. A. 133 a, & I. A. 118 b, Seni mors immatura esse non potest.

IMMEMOR, ris. *oblitus.* Attico. 58 b. Immemor mandati. & 76 b, Tamen surripiendum aliquid putaui spacij, ne me immemorem mandati tui putares. in Anto. 170 b, Huius rei ne posteritas quidem omnium seculorum immemor erit. de Cl. 180 a, Nec Romanorum immemor & ibidē. Magna hęc immemoris ingenij signa. pro Syll. 183 a, Adeone nobis oblitus constantiæ meæ, adeò immemor rerum a me gestarum esse videor?

IMMENSITAS, tis. *infinitas.* de Natura. 11 b, Immensitas latitudinum, longitudinum, altitudinum. de Natu. quadragesimmo quinto b, Immensitas camporum.

IMMENSVS, a, um. *profundus, infinitus.* Tusculan. 164 a, Tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio. ad Herenn. 12 b, Immensa, infinita, immoderata cupiditas. de Orator. 149 b, Ex ingenti immensoque campo. & 103 a, Ingenij sui finibus immensis aliquam artem describere. & 116 a, In tanta re, tamque immensa. & 154 a, de Diuinatio. 82 b, Obseruata sunt hæc tempore immenso. de Natu. 7 a, & de Orator. 86 b, Aer immensus & infinitus. I. V. 152 a, Immensa vorago vitiorum.

☞ Syntaxis. *Cupiditas immensa, infinita, immoderata. Immensa vitiorum vorago.*

IMMERGO, gis. *ingurgito.* pro Clu. 24 b, Is se blanditijs in illius consuetudinem penitus immersit.

IMMERSVS. *in flumen.* de Vn 203 b.

IMMERITO de Or. 128 a, Si immeritò, &c.

IMMIGRO, as. *migro, commigro.* de Clar. 109 a, Sic tamen vt non irruisse in alienum locum, sed immigrasse in suum diceres. pro Dom. 142 a, Ex suis templis in eius ædes immigrare nolebant. Tusc. 160 b, Cum animus repente in tam insolitum domicilium immigrauit. I. A. 254 b, Paucis diebus in domum paternam immigrabit. pro Dom. 235 a, Deos in domum immigrare voluisse.

IMMINANS, tis. *paratus, promptus* pro Dom. 216 a, Homo ad cædem imminens. In V. 135 b, Aliquem auaritia hiante atque imminenti esse. * de Orat. 129 b, Coniectis oculis gestu omni imminenti dixit. * ad Heren. Imminens periculum.

IMMINEO, es. *impendeo,* pro Dom. 218 a, Impendebat direptio, imminebat tuus furor omnium fortunis. Offic. 61 a, Nimis enim imminebat propter propinquitatem Ægina Piræeo. pro Cor. 61 b, Cum prępotens Carthago huic Imperio immineret. Tuscul. 168 a, Mors propter incertos casus quotidie imminet. Att. 79 a, Certior sum factus, Parthos ab illo auditu Cappadociæ longe abesse, Ciliciæ magis imminere. Attico. 231 a, Ipse autem bodie in Peti nostri tyrotarichum imminebam. pro Domo. 222 b, Qui imminere iam cupiditate videtur in tribunitiam potestatem. in Anton. 198 b, Huius mendicitas auiditati coniuncta in fortunas nostras imminebat. Brut. 91 b, Templis deorum immortalium imminet egentium & perditorum spes. I. V. 265 b, Iste infessus in omnia maria ex omnibus Siciliæ partibus imminebat. pro Pom 62, Imminent duo reges toti Asiæ. contra Rullum. 83 b, Carthago excurrere ex Africa, & imminere populo Romano videtur. in Catil. 103 a, Nonnulli sunt qui ea quæ imminent, non videant.

☞ Syntaxis. *Homo ad cædem imminens. Auaritia hians & imminens alicuius. Italia hostibus imminens. Res ista imminet, id est, coram, palàm, ante oculos est.*

IMMINVO, nuis. *diminuo, attenuo.* de Orator. 118 a, Imminuere aliquid de voluptate alicuius. pro Sext. Rosci. trigesimo sexto b, Violare atque imminuere ius & officium. Epistol. 13 a, Si copias quam minimum imminueris.

IMMINVTVS, a, um. contra Rul. 70 a, in Anton. 204 b, Acerrima illa & fortissima cupiditas, &c. imminuta ac debilitata est. pro Pompeio nono b, Bellum expectatione Pompei attenuatum atque imminutum est.

IMMINVTIO, onis. *diminutio.* Epistol. trigesimo sexto b, Sine vlla imminutione dignitatis.

IMMISERICORS.)(. *Misericors.* de Inuent. 75 b, Ipsum immisericordem, superbum fuisse: & si poterit, ostendet semper inimicum fuisse.

IMMISSIO, onis. de Sen. 88 a, Sarmentorum ea quam dixi aliorum amputatio, & aliorum immissio.

IMMISSVS, a, um. *missus.* pro Domo. ducentesimouigesimoseptimo a, Serui cum facibus in tecta nostra immissi. de Natura b, Is non immissum a Deo dolorem, sed conceptum a seipso continebat. pro Domo. 221 a, Tela, quæ ex illius actionibus in meum corpus immissa sunt.

IMMITTO, tti. *mitto, iacio, impello, inculco.* I. V. 123 b, Eone tu seruos ad spoliandum fanum immittere ausus es? 226 a, de Ar. 249 a, In alterā caueā seruos immisisti, ex altera liberos eiecisti. Para. 217 b, Quę vis

Decium deuouit, & immisit in armatas hostium copias? pro Font. 284 a, Immittere se armatum in hostium manus. Tuscula. 174 a, Immittere se in hostes. Epi. 162 b, Immittere equum ad legionem. Or. 215 b, Sed tamen in eo ipso loco immittit imprudens ipse senarium. Parad. 121 a, Iacere & immittere iniuriam in aliquem. Ep. 120 a, Immittere hostes in prouinciam.

☞ Syntaxis. *Immissus a Deo dolor. Immittere se in hostes ac tela. Immittere equum ad legionem. Iacere & immittere iniuriam in aliquem.*

IMMO, *etiam atque etiam, iam verò etiam, curius dixerim.* L. CITO. Attic. 140 a, Causa igitur non bona est, immò, optima. pro Cl. 34 b, Non q res alia esset, immo eadem. contra Rul. 85 b, Immo verò etiam hoc magis quam, &c. quòd, &c. Offic. * Non igitur patriæ præstat omnibus officijs. immo vero, sed ipsi patriæ conducit pios habere ciues. & ibid Immò vero obsecrabit patrem, hic, &c. Ep. 137 a.]

IMMOBILIS, le. *torpens.* de Somn. 129 b, Terra nona immobilia manans, ima, sede semper hæret. * I. Verr. 121 b, Quod loco moueri non potest.]

IMMODERATE. *non moderatè, extra modum, immodestè, immodicè.* Officior. 18 b, Nam vt aduersas res sicut secundas immoderatè ferre, leuitatis est. item: Lingua vocem immoderate profusam fingit ac terminat. Epistola 179 b, Immoderate abuti aliqua re. de Vniuers. 202 b, Immoderate & intemperate viuere. de Diuinat. 92 a, Exultare, immoderateque iactari. de Vniuers. 196 b, Immoderate agitatus & fluctuans.

IMMODERATIO, onis. *petulantia, procacitas.* pro Syll. 172 b, Efferri immoderatione verborum.

IMMODERATVS, a, um. *immodestus, intemperans, nimius.* Atti. 214 a, Alexandrum, postquam rex appellatus est, superbum, crudelem, immoderatum fuisse. Qu. fr. 294 a, & I. A. 229 a, Immoderata libertas infinita hominum licentia. Or. 216 b, Immoderata oratio. pro S. R. 40 a, Ventus vehemens, immoderata tempestas. de Di. 93 a, Ea pars animi immoderato obstupefacta potu, &c. pro Cæl. 48 b, Immoderata mulier. Acad. 46 a, Immoderata intemperantia. ad Her. 12 b, Immensa infinita, immoderata cupiditas.

☞ Syntaxis. *Superbus, crudelis, immoderatus. Immoderata tempestas. Immoderata intemperantia. Immensa, infinita, immoderata cupiditas.*

IMMODESTE. *immoderatè.* ad Her. *

IMMODESTVS, a, um. *immoderatus.* Off. 21 a, Genus iocandi nec profusum, nec immodestum esse debet, sed ingenuum & facetum.

IMMODICE. *immoderatè.* Tusculan. 217 b, Immodice ferre aliquem casum.

IMMOLANDVS, a, um. pro Font 280 a, Consuetudo hominum immolandorum apud Gallos. de Legib 175 b, Quibus hostijs immolandum, cuique Deo: cui maioribus, cui lactentibus, cui maribus, cui fœminis.

IMMOLATOR, oris. de Diu. 115 b, Et se exta ad immolatoris fortunam accommodent.

IMMOLO, as. *sacrifico.* de Inuent. 24 a, Lex erat, ne quis Dianæ vitulum immolaret. de Diuinat. 95 b, Cum Sylla immolaret in agro Nolano. Tusculan. 204 a, Immolare hostias. Epistolo. 85 a, Nemo nostrum est, vt opinor, qui in vota victoriæ suæ fecerit: nemo qui netiam cum de alia re immolaret, tamen eo quidem ipso tempore, vt quam primum Cæsar superaretur, optaret. de N. 77 b, Pythagoras musis bouem immolasse dicitur.

IMMOLOR, ris. contra Rullum. 25 a, Maiores hostias à consulibus ad præconem & ad tibicinem immolari. de Diuinatio. 116 a, Cum pluribus dijs immulatur, qui tandem euenit, vt litetur alijs, alijs non litetur?

IMMORTALIS, le. *indissolubilis, sempiternus.*)(. *Mortalis.* de Orator. 65 a, Si omne mortale est, nullum est immortale. Offic. 24 b, Vi fortuna nonnunquam ipsa mortalis cum immortali natura pugnare videatur. de Orato. 109 b, Reddere memoriam alicuius immortalem. pro Cornel. 63 a, Nostri Imperatores mortui, quorum viuit immortalis memoria & gloria. I. P. 85 b, Immortalem quæstum fieri. & 86 a, Immortalem fructum capere. de Senectut 94 a, Optimi cuiusque animus maxime ad immortalem gloriam nititur. de Legib. 175 a, Omnium quidem animi immortales sunt, sed fortiumq; bonorumque diuini. * Epistola. 149 b, Immortales ago tibi gratias.

☞ Syntaxis. *Immortalis memoria, natura, gloria, quæstus, fructus.*

IMMORTALITAS, tis. *æternitas, memoria nominis sempiterna, immortalis gloria, perpetuitas immortalis conditio vitæ, memoria hominum sempiterna, memoria æternitatis.*)(. *Mortalitas.* I. A 191 b, Sunt enim facta eius immortalitatis, non ætatis *fine, vt ego legendum censeo, nomen glans.* de Orato. 148 b, Socratis sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit. pro Domn. 128 b, Id feci, quod omnes non negent immortalitati, si fieri possit, mandandum I. P. 80 b, Mihi populus Romanus non vnius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatemque donauit. de Orato. 111 b, Historia qua voce alia nisi oratoris immortalitati commendatur? de Natu. 57 a, Vita beata nulla re nisi immortalitate cedens cœlestibus. I. A. 167 a, Quæ tam immemor posteritas? quæ tam ingratæ literæ reperientur? quæ eorum memoriam non immortalitatis memoria prosequantur? de Sen. 92 a, Non est lugenda mors, quam immortalitas consequatur. & 93 a, b, De immortalitate animarum.

☞ Syntaxis. *Immortalitati tradere, mandare, commendare. Immortalitatem donare.*

IMMORTALITER. *maximoperè, incredibiliter.* Q. fr. 319 b, Quòd scribis te a Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.

IMMORTVVS, a, um. *planè mortuus.* Att. 9 a, De immortuis reliquis coniurationis.

IMMVNIS, mune. *vacuus à munere, qui vacat muneribus, liber.* I. V. 142 b, Qui agros immunes liberosq; arant. I. V. 250 b, & 167 b, Ciuitates, sine fœdere immunes ac liberæ. pro Font. 277 b, Falsum est ob vacationem precium datum cum immunis nemo fuerit. contra Rull. 89 a, Immunia commodiore conditione sunt, quàm ea quæ pensitant. I. A. 187 b, Is campi Leontini duo millia iugerum immunia possidet & 168 a, Agri, immunes. Ep. 119 b, Agros fructuarios vult immunes esse. de Sen. 84 a, Senilis ætas vacat muneribus, ijs quę non possint sine viribus sustineri.

☞ Syntaxis *Immunes agri, ac liberi.*

IMMVNITAS, tis. *vacatio, libertas.* pro Font. 279 b, Immunitas libertas alicuius prouinciæ. Acad. 30 a, & Ep. 183 a Dare alicui immunitatē munerum. & I. A. 153 a, Immunitates dantur.

IMMVNITVS, nita, nitum. *apertus, non septus.* pro Cec. 295 a, Si ita sit immunita, iuber qua velis, agere iumentum.

IMMVTABILIS, le. *immobilis, perennis, proprius.* de N. 35 b, Stellæ spacijs immutabilibus ab ortu ad occasum commeant de Vn. 196 a, Immutabilis æternitas. de Fat. 145 b, Causæ immutabiles & æternæ Causæ inclusæ in rerum natura atque mundo. de Fat. 143 a, Omnia verò in præteritis necessaria sunt, quia sunt immutabilia. & 144 a, Hoc est immutabile ex vero in falsum. de Fat. 144 a, Immutabilia esse, quæ futura sunt de Vn. 196 a, Res stabilis & immutabilis. Acad. 7 a, Comprehensio stabilis & immutabilis.

☞ Syntaxis. *Æternum ac immutabile. Stabile & immutabile.*

IMMVTABILITAS, tis. *necessitas.* de Fat. 143 b, In factis immutabilitas apparet, in futuris non item.

IMMVTATIO, onis. *metonymia, hypallage, traductio.* Ora. 205 b, Et quanquam translatio est apud eum multa, tamen immutationes nusquā crebriores: vt cum ponimus Africam pro Afris.

IMMVTATVS, a, um. Epist. 15 b, Conuersis rebus, ac bonorum voluntatibus immutatis.

IMMVTO, as. *muto.* pro Flacc. 153 a, Cum successor aliquid immutat de institutis priorum. de D. 127 b, Signiferi orbis vnamquāque partem aliam alio modo mouere atque immutare cœlum. Ep. 12 a, & 60 a, Si quibusdam in sententijs paulum me immutassem. Ep. 64 a, Qui & te nonnunquam a me alienarunt, & me immutarunt. ibi. Or. 205 a, Ennius pro Afris immutat Africam. Or. 218 a, & conr. Rul. 70 a, Verborum ordinem immuta, fac sic, comprobabit filij temeritas.

☞ Syntaxis. *Ne quid mone, aut immmuta. Se in sententijs immutare. Ille me sibi immutauit. Ordinem immutare.*

IMPACTVS, a, um. I. A. 153 a, Vncus impactus est fugitiuo illi, &c.

IMPAR, ris. *dispar.* Acad. 9 b, Stellarum numerus par, an impar sit, nescitur. de Som. 128 b, Sonus interuallis coniūctus imparibus, sed tamē pro rata portione distinctis.

IMPARATVS, a, um. *vacans, imminutus, non paratus.*)(*Paratus.* pro Sest. 20 b, Inermem atque imparatum Tribunum gladijs adoriantur. & Tus 196 b, Ne me imparatum cura laceraret repens. I. A. 183 b, Breue tempus longum est imparatis Att. 112 a, & 151 b, Sumus enim flagitiose imparati, cum a militibus, tum a pecunia de Cl. 177 a, M. Antonius imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur. Ep. Imparatum te offendam. Attic. 141 a, Nec ero, ut in malis, imparatus. pro Mil 122 a, Imparatus in paratos inciderat.

☞ Syntaxis. *Flagitiose imparatus pecunia, a militibus imparatus.*

IMPARTIO, tis. *impertio, impertior, do, tribuo.* I. V. 122 b, & con. Rul. 67 a, Cogitationes, quæ mihi nullam partem neque nocturnæ neq; diurnæ quietis impartiunt. pro S. R. 40 a, Cōmoda quibus vtimur, a deo nobis dari atque impartiri videmus. de Am. 109 b, Vt si qua præstantiam virtutis consecuti sunt, impartiant eam suis, communicentque cum proximis.

☞ Syntaxis. *Nullam sibi partem neque, &c. impartio. Nobis dari no & impartiuntur a Deo commoda.*

IMPATIBILIS, le. *quod ferre tolerarique non potest.*)(. *Patibilis, tolerabilis.* de Fin. 76 b, Quem quidem dolorem vns impatibilem improbis faciatis, bonis tolerabilem.

IMPEDIMENTVM, ti. *impeditio, mora.* de Diuinatio. 190 a, de Orat. 108 a, Demosthenica impedimenta naturæ diligentia industriaque superauit. pro Sext. Rosc. 20 a, & 43 b, Nam commoditati ingenium est impedimento pro Milon. 106 b, Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rhed, nullis impedimentis. & ibidem. Cum Milo cum vxore veheretur in rheda vulgi magno impedimento Attic. 72 a, Patras accedere sine his impedimentis non satis visum est deorum. Attico. 257 a, Impedimenta expectanda sunt, quę Anania veniunt, & familia ægra est. de Inuent. 44 b, Inferre moram & impedimentum alicui.

☞ Syntaxis. *Inferre moram & impedimentum.*

IMPEDIO, dis. *impedimento sum, impedimentum infero, interpello, obsto, excludo, intercipio, onero.*)(. *Permitto.* Epi. 158 b, Me quotidie aliud ex alio impedit: sed si me expediero, &c. Ep. 298 a, & 35 a, Ea mea quędam tibi non ignota dubitatio, aut impedire profectionem meam videbatur aut certe tardare. Attic. 120 a, Tu velim sis (nisi te impedierit) apud nos pridie calendarum. Acad. 6 a, Remouere omnia quę obstant & impediunt. pro Cæl. 40 b, Sed hęc illius clarissimi viri mentio, & vocem meam fletu debilitauit, & mentem dolore impediuit. de Pro. 76 b, Rem prope iam explicatam perturbare atque impedire. de Fat. 140 a, Iis in hac disputatione de fato casus quidam ne tacerem, impediuit. de Ar. 243 b, Cum is publicanorum causam stultissimis interrogationibus impediret.

IMPEDITOR

IMPEDIOR,ris. de Fi. 106 b, Sed pudore impedior. pro Mur. 333 b, Nos qui ab delectatione omni negocijs impedimur. Bru. 165 a. Alterum ab altero adiuuari vel impedire. Att. 134 a. Cedendum enim celeriter est, ne forte qua in re impediar atque alliger.

IMPEDITIO,onis. *impedimentum.* de Di. 104 a, Animus liber sensibus ab omni impeditione curarum.

IMPEDITVS,a,um. *præpeditus, irretitus, penè constrictus, difficilis.* pro Mil. 311 b, Cum Milo penula irretitus, rheda impeditus, vxore pene constricta esset.)(*Promptus ad pugnam, expeditus.* de Ar. 249 a, Cum ille seruorum multitudini S.P.Q.R. vinctum ipso consessu, & constrictum spectaculis, atq; impeditum turba & angustijs tradidisset. pro Cęl. 47 a, Animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate impetus. ibid. Amores hunc occupatum impeditumq; tenent. pro Ses. 23 b, Impeditus domesticis malis. I. P. 80 a, Impeditus reipublicæ temporibus. pro Pom. 7 a, Scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse. I. V. 161 a, Is ætate & morbo impeditus venire nõ potuit. Leg. Pa IMPEDITVS. pro R. P. 186 b, Sapientis est, cum stultitia sua impeditus sit, quoquo modo possit se expedire. Att. 245 b, Te nolu impeditum impedire.

Syntaxis. *Aliud ex alio illum impedit. (nisi te impedimisset.) Impedito meus dolore explicata perturbare atque impedire. Impedire causam. Impedire negocium, in negocio. Impedire & alligare. Impeditum impedire.*

IMPELLO,is. *vrgeo, addmo, induco, iacto, incito.*)(*Retardo, reuoco.* de Diu. 305, pro Clu. 38 a, Præcipitantem igitur impellamus. & perditum prosternamus. pro Flac. 162 a b. Non igitur secures ad iniuriã faciendam Flacci animum impulerit. pro Syl. 174 a, Qui Barbaros ad bellum impelleret. pro Flac. 130 a, Qui nullo impellente fallebant, eos vrgente Lęlio religiosos fuisse putamus? pro Clu. 38 a, Præcipitantem igitur impellamus & perditum prosternamus. I. P. 79 b, Hic in fraudem homines impulit. de Nat. 3 b, Quæ causa te impulit, vt ita faceres? de Na. 59 b, Quæ ratio poetas, maximeque Homerum impulit, vt, &c. de Ora. 95 b, & in Catil. 107 b, Impellere atque hortari aliquem ad aliquam artem I. A. 165 b, Si autores ad patriam liberãdam desiderarentur, illis autoribus Brutos ego impellerem. de Senec. 63 b, Nec me solum ratio impulit vt ita crederem, sed etiam autoritas, &c. de Vn. 196 a, Quæramus igitur causam, quæ eum impulerit, vt, &c ad Her. 18 b, Auaritia hominem ad quoduis maleficium impellit. de Orat. 87 b, Voluntates impellere quo velis, vnde autem velis, deducere. Ep. 12 b, Grauissime autem me in hanc mentem impulit Pompeij fides.

IMPELLOR,ris. de Or. 137 b, Loci, quibus impetus animorum aut impellantur, aut reflectantur. de Cla. 166 b, Impelli atque incendi ad aliquid faciendum. de Fin. 104 a, Impelli natura, vt, &c. pro Deiota. 149 b, Promissis in fraudem impelli.

IMPENDENS,tis. Attic. 119 a, Propter suspicionem huius impendentis tempestatis, vel ruinæ. de Natura 45 b, Impendentium montium altitudines.

IMPENDEO,es. *immineo, iam iam adsum, insto, appropinquo.* Tuscula. 218 b, & de Finibus 61 a, Poetæ impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt. Att. 91 a, Magnum bellum impendet a Parthis & 95 b, Dum impendere Parthi videbantur, decreueram fratrem relinquere. de Orato. 87 a, Nihil incidit postea mali, quod non impendere illi tanto ante vidissent. pro S. R. 23 b, Omnes in me terrores, periculaque impendent omnia. Tusculan. 216 b, Semper aliquis alius dolor, alijs terror impendet. Bru. 189 b, Impendent infiniti sumptus in hos exercitus, quibus defendimur pro Q. 8 a, Quæ mala iam adesse atque impendere videntur. I. V. 268 a. Mercatoribus formidines a vestris magistratibus impendent de Pro. 78 a, Tantum reipub. sceleris impendere a consulibus non suspicabar. I. C. 101 a, Quanta tempestas inuidiæ nobis impendet. Tuscula. 204 a, Gladium dimitti iussit, vt impenderet illius beati ceruicibus. Att. 65 a, & 99 a, Iudicia reliqua impendent, nondum est plenè expeditum. pro Milo. 118 a, Quę aderant iam & impendebant, quonam modo ea depellere potuissetis? In Catil. 100 a Attic. 125 a, Tanta malorum impendet ἰλιάς, & 184 b, Ruina quæ impendet. de Natura 11 a, Nullos a superis impendere metus. Epist. 24 a, Belli magni timor impendet. Episto. 58 a, Vt ea quæ partim adsunt, partim impendent, moderate feramus. Epistol. 81 b, Nullum est tantum malum, quod non puté impendere, & 87 a, Calamitas impẽdet omnib. & 123 b, Video magnas impẽdere discordias. I. C. 106 b, Quibus ego confido impendere fatum aliquod, aut instare iam plane, aut certé iam appropinquare. pro Domo. 218 a; Impendebat direptio, imminebat tuus furor omnium fortunis. de Ar. 244 a, b, Tum, inquam, tum vidi, & multo antè prospexi, quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella reipub. In Ant. 254 b, Si quid mihi humanitus accidisset. multa enim impendere videbantur, præter naturam, præterque fatum. pro Cluen. 31 a, Ex eo quod alijs accidit, quid mihi impendeat, suspicor. Att. 37 a, Ea contentio quæ impendet, *id est, futura est,* & 34 a, impendet negocium, ad quod tu scilicet aduolabis.

Syntaxis. *Impendent montes tempestas, terrores, pericula, a malis bellum, immiteat, scelus ab aliquo aiente. Impendet, instat, appropinquat nox.*

IMPENDIO, *multò.* Attic. 158 a, At ille impendio nunc magis odit Senatum.

IMPENDIVM,dij. *impensa.* pro Quin. 2 b, Is quæstum sibi instituit sine impendio.

¶ *Vsura, id est, pecunia quæ sorti accedit, vt Varro ait.* Attic. 85 a, Itaque cogito seruus & impendium recusare. de Clar. 166 a, Solum ita diligenter colemus, vt impendijs etiam augere possimus largitatem cui muneris.

IMPENDO, dis. *insumo. impensam ago vel facio pecuniam in aliquam rem compono, consumo.* pro Qu. 2 b, Posteaquam nescio quid impendit, & in commune contulit, mediocri quæstu contentus esse non poterat. I. V. 215 b. Impendere pecunias in res vanas. I. V. 174 b, Illi intelligebant sese Verri terrere, impendere, laborare.

IMPENDOR,ris. I. V. 199 a, Ad incertum casum & euentum, certũ quotannis labor & certus sumptus impenditur.

IMPENSA,sæ. *impendium, sumptus, iactura.* I. A. 208 a, Possessores nullam impensam fecerant, nondum instruxerant. I. V. 258 b, Arationes magna impensa, magnoque instrumẽto tueri. Officio 45 b, Atque etiã illæ impensæ meliores sont, muri, naualia, &c. Antequã 193 a, Quoniam maior impensa in patriam officij facta est, quam in priuata sit defensione. Antequam. 195 a, Qui neque tantorum officiorum impensam egissis in patriam in Ver. 105 a. Columnæ machina apposita, nulla impensa eisdem lapidibus repositæ sunt. Atti. 212 b, Impensam facimus in Macrocola. pro Rab. 189 b, Turpes impensæ cupiditatum atque iacturæ. Cæl. Episto. 111 b, Ne molestiam tibi cum impensa mea exhibeam. Epist. 263 b, Is ne nos tanta impensa derideat, calface hominem. de Finibus 58 a, Necessariæ cupiditates, nec opera multa, nec impensa explentur. * Episto. 114 a. Infirmorum hominum amicitias qualibet impensa sibi adiungere.]

Syntaxis. *Impendium, pro vsura. Impendere pecuniam in libros. Labores impendere, ac sumptus. Impendere de pecunia. Impensam facere. Officiorum impensam in patriam agere.*

IMPENSE. *vehementer.* Atticor. sexagesimonono a, Impensé rogare aliquem Episto. 127 a, Nunc eo facio id impensius, quod eius causam Nero suscepit.

IMPENSVS,a,um *non solutus.* Att. 128 a, Vel impenso precio.

¶ *Erogatus.* I. V. 245 a, Vbi tandem istuc latet, quod tu de tua pecunia dicis, impensum?

IMPERATOR. atoris. *dux, qui exercitui præpositus est.* de Orat. 108 b, Imperator est administrator belli gerendi. de Inuent. 54 a, Callidus & sapiens Imperator. de Orato. 125 a, Imperator bonus & fortis. & 133 b, Egregie fortis & bonus Imperator. pro Pomp 9 b, In summo Imperatore quatuor has res inesse oportet, scientiam rei militaris, virtutem, autoritatem, felicitatem de Clar. 191 a, Is Imperator esse cupiebat, cui muneri mos maiorum ætatem certam, sortem incertam reliquit. pro Domo. 231 a, Populus Romanus dominus regum, victor atque Imperator omnium gentium. de Cl. 188 a, Orator præstat minutis Imperatoribus. I. C. 98 a, Imperator eorum castrorum, duxque hostium. I. V. 219 b. Nomen inuictissimi Imperatoris incidatur. sexto. in Verr. Imperatoris Iouis tria olim signa in orbe terrarum pulcherrima. secundo. Tusculan. In primis laudabat illud quod diceret, eosdem labores non esse æque graues Imperatori & militi: quod ipse honos laborem leuiorem faceret Imperatorum. octauo. ad Attic. Vt enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria: sic huic moderatori Reipublicæ beata ciuium vita proposita est, &c. pro Sext Rosci. Solent hoc boni Imperatores facere, quum prælium committunt, vt in eo loco, quo fugam hostium fore arbitrentur, milites collocent. decimo quarto. Philipp. Sed hoc primum faciam, ut Imperatores appellem eos, quorum virtute, & consilij felicitate, maximis periculi seruitutis atque interitus liberati sunt, quinto. ad Atti. Imperatores appellati sumus. tertio. de Natura. Imperatores qui patriæ consulerent, vitæ non parcerent secundo de Nat. Quidam Imperatores etiam seipsos dijs immortalibus pro Republ. deuouerunt, capite velato, certis verbis quarto Philipp. Faciam igitur vt Imperatores instructa acie solent, &c. tertio ad Quint. fratr. Imperatorum alter exercitum perdidisset, alter vendidisset. de Natura deorum primo, Animos Imperatorum a vitæ prauitate ad deorum cultum conuerterent. de Natu. deorum 3. Imperatorum illud consilium fuit, quod Græci στρατήγημα appellant. pro Ligar. Imperatorum insigne, fasces laureati decimotertio. ad Attic. Imperatorum necessarij in decem non soliti legari primo. de Orator. Imperatorum numerus maior quàm oratorum. 15. Fam. Imperatorum non tam res gestas quàm mores, instituta, atque vitam spectare in habendis honoribus. * Cicer. de Repu ex Non 237 a, Nolo enim eundem populum Imperatorem, & portitorum esse terrarum.]

Syntaxis. *Regum dominus, victor, & Imperator omnium gẽtium. Minutus Imperator.*

IMPERATORIVS, a, um. pro Corn. 65 a, Ille imperatorius ardor oculorum. in Ver act. 5, Imperatoria donatio. Tusc. lib. 2, Imperatorius labor. Acad. lib. 2, Imperatoria laus I. V. act. 3, Imperatorium. de Or. 143 b Rostra imperatorijs manubijs ornata. Epist. lib. 2, Nomen imperatorium. Bruti.

IMPERATRIX, cis. pro Cæl. 52 a, Fortes viri ab imperatrice in insidijs atque in præsidio balnearum locati.

IMPERFECTVS, a, um. *inchoatus, mancus, non absolutus, præcisus, impolitus, adumbratus, acerbus, infectus.* Epist. 13 b, Nunc vt Appelles Veneris caput, &c. reliquam partem corporis inchoatam reliquit sic quidam homines in capite meo solum elaborauerunt, reliquum corpus imperfectum ac rude reliquerunt. de Vni. 106 a, Omnia animantia sunt inchoata, nulla ex parte perfecta: imperfecto autem nec absoluto simile pulchrum nihil est.

Syntaxis. *Imperfectum, ac rude. Omni ex parte imperfectum.*

IMPERIOSVS, a, um *superbus.* Postquam. 106 b, Eum consul imperiosus exire vrbe iussit. de Fin. 77 a, Imperiosus ille Torquatus. & 36 b, Nimis imperiosi philosophi est, vetare, meminisse. Paradoxa. 36 b,

Cupiditas honoris quàm dura est domina, quàm imperiosa, quàm vehemens.

Magno imperio . Orato. 207 b, Imperiosi populi & reges illustres, *id est, qui multum imperarunt.*

☞ Syntaxis. *Honoris cupiditas dura domina. Imperiosa, vehemens.*

IMPERITE, ßime. *inscitè, indoctè, imprudenter.* I.A. 175 b, Est hoc imperite. pro Cor. 61 a Aliquid imperitissime dictum.

IMPERITVS, a, um. *inscius, rudis, ignarus, indoctus, barbarus* . Par. 238 a. Si apud indoctos imperitosque dicemus. pro Flac. 149 b, & in Ver. 103 b, Homines imperiti rerum omnium, rudes ignarique. de Orat. 159 a, Imperitus dicendi & ignarus. pro Sex. Ros. 42 a, Homo imperitus morum, agricola, rusticus de Fin. 105 b, Quæ irrideri ab imperitis solent. pro Corne. 64 b, Marius non imperitus fœderis, non ignarus belli, non rudis exemplorum. ad Her. 26 a, Imperitus rerum, & 17 a, Adolescens imperitus concionum de Or. 105 b, Homo eloquens, iuris imperitus.

☞ Syntaxis. *Imperitus, indoctusque. Rerum omnium imperitus, rudis, ignarus. Imperitus dicendi, & ignarus. Morum imperitus. Imperitus concionum.*

IMPERIVM, rij. *potestas, ditio, publica dignitas, magistratus, prouincia.* Attico. 283 a, Decreui etiam Imperium: quod quanquam videbatur illi ætati honorificum, tamen erat exercitum habenti necessarium. quid enim est sine Imperio exercitus? I.P. 87 b, Quas res gessisti in Imperio & prouincia consulari? & ibidem. Ex Macedonia aliquot prætorio Imperio, consulari quidem nemo rediit, qui non triumpharit. pro Fon. 276 b, Galli sub Populi Romani Imperium ditionemque ceciderunt. Att. 244 a, Vides tyranni satellites in Imperij. Off 14 a, Nec verò imperia expetenda, ac potius non accipienda interdum, aut deponenda nonnunquam. Epi. 36 a, Cepi & gessi maxima imperia. Epist. 2 b, Esse cum imperio I.A. 236 a, Dare imperium alicui extraordinarium, vel extra ordinẽ I.A 103 a, Demus igitur imperium Cæsari, sine quo res militaris administrari non potest. Quin. Frat. 294 a. Illi quidem imperium ita datum est, vt redderet. de Senectu. 84 b, Appius tenebat non modo autoritatem, sed etiam imperium in suos. pro Dei. 294 b, & de Inuent. 80 a, Imperium domesticum in seruos. Tusculan. 218 a, Imperium Seuerum. de Fi 86 b, Imperia Manliana. de Sen 87 b, Terra nunquam recusat imperiũ. Q.F. 297 a, Ad summum Imperium etiam acerbitatem naturæ adiungere. de Di. 94 b, Cum C. Coponius prætorio imperio classi Rhodiæ præesset. de At. 152 a, Sacrificium, quod fit in ea domo, quæ est in imperio: *id est, in domo consulis.* pro Fl. 150 a, Is qui nuper summo cum imperio fuerit.

☞ Syntaxis. *Cecidere Galli sub Imperium & ditionem Romanorum. Dare Imperium. Tenere Imperium in suos. Terra non recusat Imperium. Domus, quæ est in Imperio.*

IMPERANDVS, a, um. pro Cl. 153 a, Illam rationem in imperando sumptu Flaccus secutus est. I.V. 136 a, In tributis imperandis.

IMPERATVS, a, um. *mandatus.* I.V. 336 a, Singulis celoribus denarij trecenti ad statuam prætoris imperati sunt. Att. 225 b, Germani legatos miserunt, sese quod imperatum esset, esse facturos. I.P. 99 b, Mitto rationem exacti imperatique frumenti.

IMPERO, as. *leges alicui impono, præscribo.* de Leg. 124 b, Qui bene imperat, paruerit aliquãdo necesse est, & qui modeste paret, videtur qui aliquando imperet, dignus esse. de Leg. 185 a, Quodque is qui bellum geret imperassit, ius, ratumque esto. pro Fla. 153 a, & Epist. 169 a, Prætor pecuniam in remiges imperauit. Tus. 185 b, Vt alter imperet, alter pareat. pro Pomp. 14 b, Omnibus gentibus ac nationibus terra marique imperare. I.V. 59 a, Cum frumentum sibi in cellã imperauisset. de Ami. 112 b, Cupiditatibus, quibus cæteri seruiunt, imperare. pro S.R. 28 a, Nonnunquam etiam puerum vocabat, credo cui cœnam imperaret.

☞ Syntaxis. *Exactum imperatumque frumentum. Imperare pecuniam in remiges.*

IMPERTIENDVM *communicandum.* Off. 44 a, Sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum.

IMPERTIO, is. *impertior, impertior, do, tribuo, præbeo.* de N. 31 b, Ignis omnibus rebus vitalem impertit calorem de Orat. 110 a, Et te exorabo profecto, vt mihi quoque suæ humanitatis aliquid impertias. Atti. 47 a, Nil impertiit suæ prudentiæ ad salutem meam. de Diuina. 126 b, Illius Deus non potest hominibus diuinationem impertire. I.V. 125 b, & Attic. 37 b, Ille dolorum suum nemini impertiebat. I.V. 119 a, Impertire diem festum alicui. Attic. 33 a, Tu rogo, vt qualem te antea Pop. Romano præbuisti, talem te nobis hoc tempore impertias. Attic. 147 b, Quamobrem te rogo, vt in maximis tuis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi. pro Cor. 55 b, Qui tantum potuit impertire huic studio temporis, quantum, &c. pro Murẹ. 125 b, Meum laborem hominum periculis subleuandis impertio. pro Syl. 168 b, Oneris mei partem nemini impertio, gloriæ bonis omnibus. de Fin. 125 b, Vt aliquid suorum studiorum philosophiæ impertiat. Epist. 61 a, Sin aliquid impertiuit tibi sui cõsilij, debeo, &c. * Cice. ad Her. ex Non. 242 25. Nihil habeo patriæ quod impertiat.

IMPERTIOR, iris. *exhibeor.* Att. 33 a, Huic multa signa beneuolentiæ a bonis impertiuntur. I.C. 113 b, Deinde collegæ meo laus impertitur, quod, &c.

¶ *Tribuor.* de Diu 86 a, Nam vt nunc extis, sic tum auibus magnæ res imperiri solebant.

☞ Syntaxis. *Impertire alicui suauitatem suam, de re sua familiari. Summum rerum, virtutum impertire ad salutem amici. Impertire dolorem alicui, se alicui. Impertire studiis tempus. Studium suum. Medicinam impertire. Impertire magna pars a nobis, id est, tribuere.*

IMPERTIOR, iris. *imperito.* pro Pomp. 7 b, Lucullo tantum impertior laudis, quantum viro forti debetur. pro Ar. 187 a, Multi gratuitò ciuitatem in Græcia homines impertiebantur. Att. 280 a, Cum rogamur, vt misericordiam liberis eius impertiamur. I.C. 113 b, Atque etiam viro forti collegæ meo laus impertitur.

☞ Syntaxis. *Laudem alicui impertire, & misericordiam.*

IMPETRANDVS, a, um. de Di. 80 b, In impetrandis consulendisq; rebus magna vis est in aruspicum disciplina.

IMPETRATIO, onis. Att. 183 a, Impetrationes nostras nihil valere.

IMPETRO, as. *exoro, exigo, aufero, induco, vt facias aliquid inuenio.* de Inu. 46 b, Att. 135 b. Impetrabis igitur a Cæsare, vt tibi abesse liceat. Q. de Pet. 209 a, A quo facile, si contendes, impetrare, poteris, vt, &c. Aca. 24 a, A me illam exceptionem non impetrabunt. Epi. 219 a, Et Dolabella rogatu meo ciuitatem a Cæsare impetrauit. Epis. 217 b, Omnia quæ potuissem in hac summa gratia tua, ac potentia a te impetrare, vltro tu ad me detulisse putabo, si hanc rem impetrauero. Ep. 69 a, Neque enim fas esse arbitror, quicquam me rogantem abs te non impetrare. & 56 a, Ab Atheniensibus impetrare non potui, vt, &c. Att. 241 a, Brutus & Cassius vtinam quàm facile a tu dum impetrare possunt, ita per te exorentur, ne quod callidius ineant cõsilium. Epi. 57 b, Impetrare ab aliquo de aliqua re. At. 113 a, Minus honeste nũc quidem, quàm si olim de ratione habenda impetrasset. Att. 285 a, Impetrare salutem alicui.

☞ Syntaxis. *Impetrandum & consulendum hoc erit. Impetrare ab aliquo de aliqua re.*

IMPETVS, tus. *impressio, vis, violentia, incursio, incursus, ferocia, conatus.* de Ar. 243 b, Omnem impetum gladiatoris ferociamque compressi. pro Domo. 226 a, Itaque infractus furor tuus inanes faciebat impetus. Tuscula. 219 b, An fortitudo nisi insanire cœperit, impetus suos non habebit? Antequam 194 b, Si violentiæ impetu opprimimur, decedam vobis pro omnibus pro Cæcin. 263 b, Incursio atque impetus armorum. pro Fon. 281 b, Iratos animos atque horribiles impetus hostium deprecari. Orato. 219 b, Aliter in oratione nec impetus vllus, nec vis esse potest. pro Deio. 144 b, Impetus contentioque dicendi. Brut. 91 b, Repressi impetum, ardoremque restinxi. Epistol. 5 b, Frangere impetum alicuius. de Orato. 137 b, Loci quibus impetus animorum aut impellantur, aut reflectantur I.V. 60 a, Animos & impetus alicuius retardare de Inuen. 64 a, Impetu quodam animi potius, quam cogitatione facere aliquid. & ibidem. Impetus & quasi quædam commotio animi affectioque. Att. 172 b, de Orat. 148 a, Impetu quodam mentis & voluntate. de Inuen. 82 b, Libido est impetus quidam animi non rectus. de Oratore 88 b, & Atticor. 38 b, Facere impetum in aliquem. Attico. 160 a, Impetus in priuatorum pecunias. pro Domo. 334 b, Irruere in aliquem, & in eundem impetum perferre, idem. Epistola. quinquagesimo tertio a, Tamen impetum prædonum in tuas fortunas fieri volo. Attico. 120 b, Qui autem impetus illius erit in nos fortunasque nostras acrior, quam in cæterorum. Officio. 21 b, Bestiæ nihil sentiunt nisi voluptatem, ad eam feruntur omni impetu. Officio. 35 a, Animalia quæ habent suos impetus. de Finibus 58 a, Incurrere in aliquem cæco impetu. Epistola quinto b, Impetus Marcelli resederunt. pro Cecina. 289 a, Impetum illius, cæterorumque tela etiam incurius refugit. de Ar. 245 a, & pro Sest. 27 a, Sed si feretur hæsitans, & impetum in me facere conabitur, resistam, & eius conatum refutabo. de Ar. 255 a, Furentes ac violenti impetus. pro Cælio 40 a, Nunquam ex illo delendi huius Imperij tam sceleratus impetus extitisset, nisi, &c Officio. decimo b, Multi multa faciunt temeritate quadam, sine iudicio, vel modo in omnes, vel repentino quodam quasi vento, impetu animi incitati.

¶ *Afflatus.* de Diuina. 204 a, Horum sunt auguria non diuini impetus, sed rationis humanæ.

¶ *Moles, corpus, orbis.* de N. 45 b, Cum impetum cœli admirabili cum celeritate moueri vertiq; videmus.

☞ Syntaxis. *Comprimere impetum ac ferociam. Infractus furor facit impetus inanes. Violentia, impetus. Incursio & impetus armorum. Impetus deprecari. Orationis impetus & vis. Impetus contentioque dicendi. Reprimere impetum, ardoremque restinguere, frangere, impellere, reflectere. Animos & impetus retardare. Impetus, commotio, affectioque. Impetu mentis & voluntate. Irruere, & impetum perferre in aliquem. Fortuna impetus in, &c. Ferri ad voluptatem omni impetu. Suos quodque animal impetus habet. Incurrere cæco impetu in aliquem. Impetus diuinus: id est, afflatus. Cœli impetus fertur, mouetur, vertitur. Impetu animo incitatus.*

IMPIA, *scelerata, nefaria.* de N. 34 b, Quæ qui videat, non solum indoctè, sed etiam impie faciat, si deos esse neget.

IMPIETAS, tis. *impia, scelus.* de Fin. 121 a, Sed nihil est, quod tam miseros faciat, quam impietas & scelus. de Amic. 104 a, Qui fuerint impietatis duces.

☞ Syntaxis. *Impietas & scelus, eo minus insequuntur, quod grauius est.*

IMPIGER, a, um. *diligens.* Epist. 18 a, Quis est tam in scribendo impiger quam ego? I.V. 241 a, Is fu patientem atque impigrum præbebat. pro Fon. 283 a, Impiger ad labores belli.

IMPIGRITAS, tis *diligentia.* de Rep. li. 3. teste Nonio.

IMPINGENDVS, a, um. *obtrudendus.* Tus. q. 229 a, Quid, huic calix mulsi impingendus est, vt plorare desinat?

IMPINGO, gis. *iacto, impello, obijcio, obtrudo.* Attico. 85 b, Atque hoc tempore impingit mihi Epistolam Scaptius Bruti, rem illam suo periculo

riculo esse. Episto. 228 b, Quid, si filius meus fustem mihi impingere volet?

☞ Syntaxis. *Cultrum mulsi alveum impingere. & fustem.*

IMPIVS, *à pietate remotus, consceleratus.*) (. *Religiosus.* pro Q. 4 b, Si pietate propinquitas colitur, qui affinitatem prodit, impius sit necesse est. pro S. R. 29 b, Hæ sunt impiis assiduæ furiæ. de L. 174 a, Impius ne audeto placare donis iram deorum. de Diu. 18 b, Est enim periculum, ne aut his neglectis impia fraude, aut susceptis, animali superstitione obligemur. I. P. 89 b, Me fugerat, deorum immortalium has esse in impios & consceleratos pœnas certissimas constitutas. de Legib. 172 b, Deus piorum & impiorum habere rationem.

☞ Syntaxis. *Impius homo, fraus. Impius ac sceleratus. Deus piorum & impiorum rationem habet.*

IMPLACABILIS, *le, cabile. inexorabilis.* Q. F. 298 a, & Tusc. 179 b, Implacabilis iracundia. Episto. 41 b, Quid erat autem, cur ego in re tam implacabilis essem? cum. I. P. 97 a, Præbere se implacabilem atque inexorabilem alicui.

IMPLEO, *es. compleo, expleo, augeo.* de Diuina. 132 a, Tuis enim oraculis Chrysippus totum uolumen impleuit. Episto. 138 a, Implere ollam denariorum. contra Rull. 75 a, Cum sese regum sanguine impleuerint. I. A. 172 b, Is uomentem frustis esculentis totum tribunal impleuit. Or. 106 a, Demosthenes non semper implet aures meas.

¶ *Præsto.* pro Cluen. 28 a, Profiteri, quod non possis implere: quod imprudentiæ est.

IMPLETVS, Academ. 22 a, De quibus rebus uolumina sunt impleta à Chrysippo.

☞ Syntaxis. *Implere se inimicorum sanguine. Implere aures, i. satisfacere. Id implere non possum.*

IMPLICATIO, onis. de Inu. 74 b, Ac si qua necessitudo turpitudinem uidebitur habere, oportebit per locorum communium implicationem redarguentem demonstrare de Nat. 54 a, Huic adde neruos, a quibus artus continentur, eorumque implicationem in toto corpore pertinentem, qui, &c.

☞ Syntaxis. *Implicatio dialectica, & neruorum.*

IMPLICATVS, a, um. *confusus, permixtus, illaqueatus, irretitus, circumretitus.* L. IMPLICO. de Leg. 165 b, Voluptas penitus in omni sensu implicata insidet. I. P 98 a, & Tuscu. 228 b, Auaritiæ summa, quæ criminibus omnibus implicata est. Episto. 89 a, Et eum omnes Cæsaris familiares satis opportunè habeo implicatos consuetudine & beneuolentia. I. P. 94 b, Familiaritate implicatus I V. 29 a, Inconstantia cum lenitate tum etiam periurio implicata. de Arch. 245 a, Illaqueatus omnium legum periculis, irretitus odio bonorum omnium implicatus expectatione supplicij. Tuscula 228 b, Animi suis angoribus & molestijs implicati. Acad. 41 a, Dum me Resp. procuratio multis officijs implicatum & constrictum tenebat. I. A. 176 a, Verum implicata uicitia impudentia est. de Ami. 118 a, Nam implicati ultro & citrò, vel usu diuturno, uel etiam officija, &cæt. pro Cæl 53 a, Eo maleficio tamen erant implicati. Attico. 19 a, Atque ita tamen nouis amicitijs implicati sumus. de Nat. 12 a, Deus nullis occupationibus est implicatus. de Nat. 12 a, Næ ille est implicatus molestis operosisque negocijs. & Tuscu. 228 b, Implicatus multis molestijs I. V. 266 b, Implicatus seueritate iudicum. ° de Inuen. 75 b, Causas cæteris partibus aptas inter se omnes, & aliam in aliam implicatam uidebit.]

¶ *Flexilis & promptus.* pro S. R. 32 b, Is non tam propensus ad misericordiam, quam implicatus ad seueritatem videbatur.

¶ *Contextus.* Ora 215 a, Interualla longa, breuia, quibus implicata, & permixta oratio est.

IMPLICITE. *abscondité.*) (. *Patenter, expedite.* de Inuen. 70 b, Absoluta est, quæ ipsa in se, non ut negocialis implicite & abscondite, sed patẽtius & expeditius recti & non recti quæstionem continet.

IMPLICITVS, a, um. pro Pom. 7 b, Hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ versatur, implicita est cum illis Asiaticis, & cohæret. Offic. 4 a, Quæ quatuor inter se colligata atque implicita sunt.

IMPLICO, as, aui, & cui. *illaqueo, irretio, circumretio.* At. 131 a, Quod prę moneo, fit vt Cæsar te implicet. pro Dom. 234 a, Nisi etiam muliebribus religionibus te implicuisses. de Fin 74 a, Vt profectus, &c. serpat longius, & se implicet primum ciuium, deinde omnium mortalium societate.

¶ *Commisceo* de Diu. 97 a, Diuum suam cum terræ cauernis includunt, tum hominum naturis implicant.

IMPLICOR, ris. pro Lig. 137 b, Is nullo se implicari negocio passus est. Off. 41 a, Qui contrahendis negocijs implicantur. Offi. 24 a, Implicari aliquo certo genere cursuque uiuendi. pro Cor. 67 b, Quod omnibus qui nostris familiaritatibus implicantur, vehementer utile est. Tuscu. 222 a, Neglecta ratio multis implicatur erroribus. de Inu. 49 b, Permisse cum alijs implicari. de Cl. 180 a, Atque ita uixit, ut multarum ætatum oratoribus implicaretur.

☞ Syntaxis. *Voluptas in sensibus implicata. Auaritia criminibus omnibus implicata. Implicare aliquem consuetudine & beneuolentia. Implicatus expectatione supplicij. Angoribus implicari. Reipub. procuratione implicare & constringi. Implicatus ad iram. Implicata coloribus oratio. Implicite & abscondite. Inter se colligata & implicita hæc sunt. Permisisti implicari cum aliquo. Implicare se bonis viris. Implicari honesto viuendi genere.*

IMPLORANDVS, a, um. pro Q. 17 b, Qui deus appellandus est? cuius hominis fides imploranda?

IMPLORANS, tis. Academ. 42, At ille Heracliti memoriam implorans, quærere ex eo, &c. I. V. 162 a, Mater filij nomen implorans, mihi ad pedes miseria iacuit. & 234 b, Itaque si fit omnibus recusantibus & implorantibus. Attic. 128 a, Turpe erit Domitium deserere, implorantem eius auxilium. In Vat. 107 a, Illa deos hominesque implorante.

¶ *Gemens.* Epistola. 254 a, Et Laterensis propè implorans obtestaretur.

IMPLORATIO, onis. I. V. 169 a, Si te illius acerba imploratio, & uox miserabilis non inhibebat, ne ciuium quidem Romanorum fletu commouebare? de Ora. 126 b, Omnium deorum, & hominum, & ciuium, & sociorum imploratio.

IMPLORO, as. *inuoco, exposco, testor, appello, obtestor, voce miserabili opem alicuius peto.* I. V. 80 b, 81 a, Hic tu fortasse quæres, deum atque hominum fidem implorabis. pro Fl. 146 b, Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem senatu omne. &c. I. V. 274 b, Vos etiam atque etiam imploro atque appello sanctissimæ deæ. & ibid Deos omnes imploro atque obtestor. pro Mur. 144 b, Fidem vestram obtestor, misericordiam imploro. pro Milo. 118 a, Vos enim Albani tumuli atque luci, uos, inquam, imploro & obtestor, uestræ tum aræ, uestræ religiones uiguerunt, &c. I. C. 110 a, Deos immortales precari, venerari, atque implorare debetis, ut hanc urbem defendant. pro Do. 215 b, & pro Rab 92 a, Illa altera pars consulis auxilium implorat & flagitat. I. P. 82 a, Implorare præsidium alicuius. pro Mil. 119 b, Misericordiam ipse non implorat: ego autem repugnante hoc imploro & exposco. Postquam 22 b, Cum me resp. Imploraret. de Ora 104 b, Nemo est questus, nemo rempu. imploravit. nemo supplicauit. I. V. 77 b, Implorare iura libertatis & ciuitatis. pro Syl. 179 a, b, Implorarem sensus uestros, uniuscuiusque indulgentiam testarer in suos.

IMPLOROR, ris de Ora 125 b, Neque ipse auxilium suum à bonis uiris frustra implorari patiemur.

☞ Syntaxis. *Imploratio Deorum, hominum, &c. Implorat Deum & appellat. Implorat & obtestatur. Implorat & flagitat. Implorat & exposcit.*

IMPLVVIVM, uij. *locus sine tecto in ædibus, quò impluens imber in domum fluit.* I. V. 88 a, & 106 a, Hæc duo signa, quæ nunc ad impluuium sunt. I. A. Act 3, Ostendam in ædificijs priuatis longa difficilique uectura columnas singulis ad impluuium H-S. X L M. non minus magnas locatas.

IMPOLITE: *inornate, inculte.* de Or. 103 a, Tibi senatus breuiter impoliteque dicenti maximis de rebus est attentus.

IMPOLITVS, a, um. *rudis.* de Cla. Or. 192 a, Forma admodum impolita atque rudis. de Ora. 102 b, Genus hominum rude, hebes, & impolitum. de Orato. 113 b Timæus ipsa compositione verborum non impolitus. de Pro. 76 a, Impolitæ res & acerbæ, si erunt relictę, offerent se aliquando, &c.

☞ Syntaxis. *Impolitus ac rudis. Rudis, hebes, impolitus. Impolitæ res, & acerbę.*

IMPONENDVS, a, um. I. V. 104 b, Per istos quæ volebat in nauem clàm imponenda, occulte exportanda curabat.

IMPONO, nis *superpono.* Epist. 69 a, Qui cæteris coronas imposuerunt victoribus. & pro Fl. imponere auream coronam alicui. I. A. 185, Antonius collegæ diadema imposuit. de Ora. 151 a, Nunomen quidẽ ei initio imposuerunt. Off. 58 b, Imponere fastigium operi inchoato. de Fi 166 a, Metellum multi filij in rogum imposuerunt. de Natu. 12 b, Itaque imposuistis in ceruicibus nostris sempiternum dominum. & Att. 149 b, Imponere dominum alicui. de Ora 107 b, Imponere nimis duras leges cuipiam. I A. 112 a, Is leges ciuitati per uim imposuit. & 206 b Per uim imponere leges Reipu

¶ *Iniungo.* Att. 107 a, Et ne magnum onus obseruantiæ Bruto nostro imponerem. Epist. 86 a, Nisi forte aut in miseria nimis stultæ, aut in amicitia nimis imprudenter tibi onus impono. cont. Rul. 75 b, Vos mihi personam hanc imposuistis, ut eum tuerer. Att. 57 b, Ego mihi necessitatem imponere nolui huius noue coniunctionis. pro Muræ. 133 a, Nunquam iste plus militi laboris imposuit, quàm sibi sumpsit Att 249 a, Si Castelius mihi imposuisset aliquid. Att. 140 a, Ne Pompeio quid oneris imponam. Att. 164 a, Partes has mihi Cæsar imposuit, ne, &c.

¶ *Decerno, mando, impero.* Attic. 242 a, Frumentum imponere, quæ est alia Dionis legatio? contra Rul. 62 a, Agris publicis pergrande vectigal imponere.

¶ *Adiungo, adhibeo, adijcio.* pro Quint. Rosc. 49 b, Imponere seruitutem fundo.

¶ *Præficio.* pro Pl. 272 a Sin autem eminus, quem villicum imponeremus, quem pecori præficeremus, non curamus, &c.

¶ *Inijcio.* Episto. 125 b, Cuius amicitia me in hanc perditam causam imposuit.

¶ *Infero.* pro Q. 18 a, Aut iniuriam sine ignominia sibi imponerent. I. V. 103 b, Quibus tu priuatim iniurias plurimas contumeliasque imposuisti. I. V. 136 b, Mihi impone illam uim, ut omnino ne liceat polliceri de Fin. 121 a, Imponere vulnus alicui. pro Sest. 12 b, Imponere plagam mortiferam Reip

¶ *Accommodo.* de Diui. 126 a, Cum M. Crassus exercitum Brundusij imponeret. Attico. 5 a, Si Lentuli nauis non erit, quò tibi placebit, imponito. de Vni. 102 b, Atque ita quasi in currum uniuersitatis imposuit.

¶ *Decipio.* Q. F. 311 a, Catoni egregie imposuit Milo noster.

IMPONOR, ris. Lent. Epi. 190 a, Naues onerariæ amplius, quàm centum, & quas exercitus eius imponi posset Episto. 224 b, Quando mihi ab amico onus imponitur, ego quoque tibi imponam.

☞ Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Imponere onera, leges, diadema, nomen, iniuriam, vim, vulnus, in naues exercitum.*

IMPORTATURUS, a, um. pro Deiota. 151 a, Hodierno die sententia tua, aut cum summo dedecore pestem importatura est regibus aut incolumem famam cum salute.

IMPORTATUS, a, um. *illatus.* de Orato 88 a, Plura detrimenta publicis rebus, quàm adiumenta per homines eloquentissimos importata. Postquam 212 a, Nam calamitas importata est, quia defenderam ciuitatem.

¶ *Adductus.* de Or. 123 a, Modò enim huc ista sunt importata.

IMPORTO, as. *infero, affero, praebeo, exhibeo.* pro Sest. 28 a, Quam tantam importare meis defensoribus calamitatem. I. V. 175 b, Verres Siciliae multum calamitatis importauit. Episto. 265 a, Tergiuersari volui, ne mea οἰκία ... suspicionem et aliquam importaret. Tuscula. 234 a, Nam haec mala casus importat, qui in sapientem potest incurrere. Tuscula. 216 a, Motus auersi a ratione important aegritudines anxias.

IMPORTOR, ris. *immittor.* de Fin 56 b, Eas solicitudines à dijs immortalibus importari putant.

¶ *Adducor, afferor.* Offi. 36 b, Per eos denique si quid importetur nobis incommodi, propulsemus.

☞ Syntaxis. *Importare famam cum salute.)(pestem, detrimentum. Importare adiumentum, calamitatem, suspicionem. Casus malum importat. Importat Deus aerumnas.*

IMPORTUNE. *moleste.* Aca. 20 a, Insistere importune.

IMPORTUNITAS, tatis. *immanitas.* I. V. 124 a, Vir incredibili importunitate & audacia. pro Cl. 53 b, Quem propter importunitatem animi nemo recipere tecto vellet. I P 84 a, Animal ex omnium scelerum importunitate, & omnium flagitiorum impunitate concretum. pro Syl. 181 b, Tanta importunitas inauditi sceleris.

IMPORTUNUS, a, um. ssimus. *immanis, infestus, molestus.* de Arch. 244 b, Videbam illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem adolescentis furentis. Postq. 207 b, Hic vultum importunum in forum detulit. pro Cl. 55 a, Furore crudelis atque importuna mulier. Epist. 20 a, Mulieris importunae nefaria libido. I. C. 117 a, Importunissimus hostis. de Fin. 56 a, Homo importunus & crudelis. de Natu. 76 a, & Episto. 61 a, Varius homo importunissimus summo cruciatu perijt. I. V. 77 b, Istius immanis atque importuna natura. I. V. 173 b, Importunissima pestis.

¶ *Incommodus.* de Cla. 196 b, Haec importuna clades ciuitatis. de Or 110 b, Importunum tempus.

☞ Syntaxis. *Importunitas & audacia. Animi importunitas. Sceleris importunitas. Importunum scelus, vultus, hostis, clades, pestis, tempus. Importunus & crudelis.*

IMPOSITUS, a, um. *imperatus, iniectus, traditus.* pro Font. 278 a, Vectigal esse impositum fructibus nostris dicitur. contra Rull. 75 b, Vt meminissem, quam personam a vobis impositam sustinerem. Attic. 162 a, Duriores partes mihi impositae sunt ab offensione nostra. pro Syll. 273 b, Mihi de me ipso multa dicenti necessitas quaedam imposita est ab illo, &c. pro S. R. 20 a, Opprimi me onere officio malo, quam id quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abijcere, aut propter infirmitatem animi deponere. Attic. 16 b, Consul est impositus nobis, quem nemo praeter nos aspicere posset. pro Cor. 63 a, Nobis iniquissimae leges impositae sunt a vobis. pro S. Ro. 38 b, Audacia, cuius partes Roscijs impositae sunt. Tus. 230 b, Velut ille chorus virtutum in eculeum impositus. Attic. 76 a, Clitellae boui sunt impositae. *prouerbium.* L. CLITELLA.

¶ *Inflictus.* Attic. 12 a, Non ita, vt sperarent mali, tanto imposito reipu. vulnere.

☞ Syntaxis. *Impositus consul, vectigal, lex, partes, persona. Sustinere personam impositam.*

IMPOTENS, tis, tior, ssimus. *effrenatus qui in sua potestate non est, qui doloris vel iracundiae paret.* Episto. 54 b, Victoria quae etiam si ad meliores venit, tamen eos ferociores impotentioresque reddit. Part. 240 b, Aut nullos animi motus, aut non tam impotentes fuisse. Epist. 260 b, Sin ista pax perditum hominem in possessionem impotentissimi dominatus restituta est, &c. Tusc. 231 b, Qui nulla impotenti laetitia efferuntur. I. A. 198 b, Quae effrenatio impotentis animi? I. A. 199 a, Impotens, iracundus, contumeliosus, superbus. I. A. 202 b, Aduolat ad vrbem homo impotentissimus, ardens odio, &c. I. A. 233 b, Dolabella habet sceleratam impiorum manum, est ipse confidens, impotens. &c. de Acus. 244 a, Nihil feci iratus, nihil impotenti animo. * Epistola. 143 b, Homo impotentissimus, atque intemperantissimus.]

¶ *Tenuis, infirmus.* pro Mur. 138 a, Valeant haec omnia ad salutem innocentium, ad opem impotentium. de Fin 19 b, Neque homini infanti atque impotenti iniuste facta conducunt.

IMPOTENTIA, tiae. *animi effrenatio.* Tuscu. 216 b, Quam vim significantes mali poetae, impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt, ob scelera, animique impotentiam & superbiloquentiam. Tuscu. 120 a, Ijdem inflammati appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi à temperantia moderatione plurimum discedentem. Tu. 130 a Irati color, vox, oculi, spiritus, impotentia dictorum atque factorum, quam partem habent sanitatis.

☞ Syntaxis. *Impotens homo, animi motus, dominatus, laetitia. Ferox ac impotens. Impotentis effrenatio. Impotens, iracundus, superbus. Confidens, impotens. Iratus, impotenti animo. Dictorum & factorum impotentia.*

IMPRESSIO, onis. *efficientia, effectus.* de Orato. 160 a, Numerosum, id quod habet quasdam impressiones, &c.

¶ *Notio.* Acad. 15 b, Inter ipsas impressiones nihil interesse, sed inter species.

¶ *Expressio.* de Fin. 42 b, In pedibus celeritatem ponebant, vim in manibus, claritatem in voce, in lingua etiam explanatam vocum impressionem.

¶ *Violentia, incursio, impetus.* pro Flac. 162 a, Non igitur impressio, non occasio, &c. Epi. 71 a, Non iudicio neque disceptatione, sed vi atque impressione euertere aliquem.

IMPRESSUS, a, um *expressus, signatus.* pro Mil. 115 a, L. NYMPHA. Orato. 198 a, Illa enim sunt curricula, in quibus Platonis primum sunt impressa vestigia. de Diu 119 a, Cum terra araretur, & sulcus altius esset impressus. Acad. 10 a, Visum impressum in animo atque mente. de Orat. 125 b, Nisi omnes motus in ipso oratore impressi atque inusti esse videbuntur. Att. 35 b, Orbis reip. sic est conuersus, vt vix impressam orbitam possimus videre. pro Milo. 315 b, Memoria publica recensionis tabulis publicis impressa. Epist. 75 b, Quae cum viderem tot vestigijs impressa, &c pro Cor. 57 a, Nullus est locus, in quo non extent huius fortitudinis impressa vestigia. Acad. 6 a, Visum impressum effictumque ex eo unde esset, &c. Aca. 14 b, Similitudines verò geminorum aut signorum annulis impressorum pueriliter consectantur. & ibi. Signa in annulis impressa.

IMPRIMO, mis. *quasi informo signo, inscribo.* de Diui. 85 a, Sus rostro Humi A literam impressit. Aca. 21 b, Quid, si in eiusmodi cera centum sigillos hoc annulo impressero? pro Caeci 299 b, In aliquo loco vestigium imprimere. I. A. 153 a, Tu extra munitiones tuas vestigiũ, vbi imprimas, non habes. de Nat. 11 b, In omnium animis deorum notitiam impressit ipsa natura. de Fa. 149 a, Visum obiectum imprimit, & quasi signat in animo suam speciem. I. A. 171 b, Horum flagitiorũ iste vestigijs totam Italiam impressit.

IMPRIMOR, ris, Tuscula. 161 a, An imprimi quasi ceram animum putamus? Part. 232 a, Vt literatura constat ex notis literarum, & ex eo in quo imprimuntur illae notae, sic confectio memoriae, tanquam cera, locis vtitur, & in his imagines vt literas collocat. Acad. 15 b, Cum visa in animis imprimuntur. de Leg. 161 a, Quae in animis imprimuntur inchoatae intelligentiae, similiter in omnibus intelliguntur. Aca. 6 b, Quo e genere nobis notitiae rerum imprimuntur.

¶ *Infero, inuror.* I. A. 197 b, Vt horum iudicum lectione duplex imprimeretur Reip dedecus.

☞ Syntaxis. *Explanata lingua impressio. Vi & impressione opprimere. Impressa vestigia, sulcus, visa. Motus in oratore impressi & inusti. Impressum vestigij factum. Impressum, effictumque. Imprimere sigilla annulo in cera. Visum obiectum in animo suam speciem imprimit. Imprimere vestigijs facinorum totam vrbem. Imprimere in animum. Imprimere alicui decus. Inchoata intelligentia in animis impressa.*

IMPROBABILIS, le. *non probabilis.* Offi. 34 a, Nos alia probabilia, contra alia improbabilia esse dicimus. *aliter, non probabilia.* Aca. 9 b, Siue tu probabilem visionem, siue improbabilem, & quae non impediatur, proferas.

IMPROBATIO, onis)(*Approbatio.* ad Her. 8 a, Haec & ad improbationẽ & approbationem testium pertinebunt. I. Vat. 187 a, Dubium ne est, quin ista omnis improbatio cogendae pecuniae causa nata sit?

IMPROBE, ssime. *iniuste, peruerse, inique, nequiter.* pro S. R. 35 b, Multa improbe fecisti. pro Syl. 172 b, de Fin. 59 b, Praeda improbe parta. Offi. 49 b, Plures sunt ij quibus improbe datum est, quàm illi quibus iniuste ademptum est. Att. 260 b, Ego si me non improbissime Dolabella tractasset, dubitassem fortasse, &c.

IMPROBITAS, tis. *peruersitas.* Qu. F. 297 a, Cum te alicuius improbitas peruersitasque commoueret. pro Mur. 126 a, Amicorum neglectio improbitatem coarguit. Epi. 89 a, Mirifica est improbitas in quibusdam. de Diui. 122 b, Simiae Dodoneae improbitatem historijs Graecis mandata esse demiror. de Cla. 185 a, Athenienses, Hyperboli improbitatem veteres Atticorum comoediae notauerunt. Att. 12 a, Sed tamen non ita, vt sperarant mali, tanto imposito reip. vulnere, alacris exultat improbitas in victoria.

☞ Syntaxis. *Improbitas, peruersitasque. Mirifica improbitas.*

IMPROBATUS, a, um. pro Fon. 277 b, Falsum est ob probationem precium datum, cum multa improbata sint.

IMPROBO, as. *reijcio, vitupero, damno.*)(*Approbo.* de Or. 123 a, Ego ista studia non improbo, moderata modò sint. Aca. 14 a, negas te posse nec approbare, nec improbare.

IMPROBOR, ris. *damnor.* Tus. 148 b, Iacentque ea semper, quę apud quosque improbantur. Offi 36 a, Primum improbantur ij quaestus, qui in odia hominum incurrunt. de Diu. 95 b, Haec improbantur a Peripateticis, a Stoicis defenduntur.

IMPROBUS, a, um. ssimus. *impurus, sceleratus, perfidiosus, facinorosus, nequam.*)(*Bonus vir.* de Cla. 185 a, Vir longe post natos homines improbissimus. & Att. 279 b, Homo nequissimus & improbissimus. pro Deio. 147 b, Homo nequam & improbus. de Or. 136 a, Improbus homo & perfidiosus. pro Syl. 172 b, Si quid ab improbis de me improbe dicitur Att. 151 b, Haec qui in me tam improbus fuit. de Ora. 102 a, Populum inflammare in improbos, & concitatum in bonos viros mitigare. de Fin. 59 b, Improborum facta suspicio insequitur. * ad Q. F. 291 a Improbus negotiator.]

☞ Syntaxis. *Vir longe improbissimus. Homo nequissimus & improbissimus. Improbus & perfidiosus. Improbi. Improbus in aliquem.*

IMPROVIDUS, a, um. *incautus.* de Leg. 139 b, Necessitas quaedam fatalis improuidas hominum mentes occupauit. Attic. 215 b, Improuidi & negligentes

negligentes duces. de Ami. 114 b, Credulus atque improuidus senex. Ep. 36 b, Illud miror, adduci potuisse te, qui me penitus nosse deberes, vt existimares, aut me tam improuidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam & prope iacentem desciscerem: aut tam inconstantem, vt collectam gratiam florentissimi hominis effunderem. Tuscu. 240 b, Improuida ætas.

IMPROVISO, *ex improuiso, ex inopinato, de improuiso, derepentè, subitò, repentè, repentinò*. Attic. 237 a, Cum hominem temperantem, summum medicum, tantus improuiso morbus oppresserit. de Diuinat. 91 a, & pro Mur. 133 a, Syracusani improuiso in castra Hamilcaris irrumpunt. in V. 145 b, Sane ei præter opinionem improuiso incidi. Off. 50 a, Aratus tyrannum Nicoclem improuiso oppressit. I. V. 99 a, Ex improuiso, si quæ res natæ essent. Tusc. 224 a, De improuiso Chrysis vbi me aspexerit, &c. pro S. R. 44 a, Collocare milites, in quos si qui ex acie fugerint, de improuiso incidant.

☞ Syntaxis. *Improuiso, ex improuiso, de improuiso.*

IMPROVISVS, sa, sum. *inopinatus, subitus, nouus, repentinus*. Tusc. 117 a, Sapiens, cui nihil improuisum atque repentinum accidere potest, cui nihil subitum est, quod homini euenire possit. Aca. 44 b, Fortuna efficit multa improuisa nobis. Tuscu. 197 b, Omnia quę mala putantur, sunt improuisa grauiora. in Vat. 122 b, Cum hoc illi improuisum inopinatumque accidisset. de Orat. 93 b, Nulla res neq; tanta, neque tam improuisa, neque tam noua est, de qua non se profiteantur esse dicturos. contra Rul. 78 a, Vnde iste amor tam improuisos, ac tam repentinus. pro Muræ. 137 a, In his L. Murænæ tantis tamq; improuisis periculis. pro Font. 28 a b, Cum bella subito & improuisa nascantur. Att. 36 a, Et hæc improuisa omnia. Epi. 23 b, Improuisus aduentus hostium.

☞ Syntaxis. *Improuisum & repentinum. Malum hoc improuisum grauius. Improuisum & insperatum. Bellum subitò & improuisum natum.*

IMPRVDENS, tis. *insciens, inscius, ignarus, errans, per imprudentiam.*)(*Sciens.* de Orat. 92 b, Scripsi etiam illud in quodam libello, qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum. pro S. R. 22 a, Hæc omnia imprudente L. Sylla facta sunt. de Fin 65 a, Qua tu etiam imprudens vtebare nonnunquam. Acade. 6 a, Imprudens eo, quò minime vult, reuoluitur. Ora. 215, Sed idem prudens ipse facit. Tusc. 217 b, In altumq; prouehitur imprudens. de Cl. 189 b, Tu mihi imprudens M. Seruilium præterijsse videris. pro S. R. 33 b, Multa sæpe imprudentibus imperatoribus uis belli molitur.

¶ *Ignarus.* de Inu. 74 a, Nautæ imprudentes legis, cum exissent, vitulum immolauerunt.

IMPRVDENTER, *per imprudentiam, per ignorantiam, inscienter.* de Inuē. 52 a, imprudenter lædere aliquem. Aca. 43 a, Illud imprudenter, si arbitrantur, &c.

IMPRVDENTIA, tiæ. *inscitia, inscientia.* de Inuen. 47 a, Imprudentia est, cum scisse aliquid is, qui arguitur, negat. de Arc. 252 a, Sacrificium tam occultum, quod non modo curiosos oculos excludit, sed etiam errantes: quo non modo improbitas, sed ne imprudentia quidem possit intrare.

¶ *Error.* in V. 120 b, & Ora. 215 b, Quod sępe per imprudentiam fit. de Ora. 157 b, Imprudentia teli emissi. *r. cum telum manu fugit.* de Iu. 51 n, Modi partes sunt prudentia & imprudentia. & ibi. Imprudentia in purgationem confertur, cuius partes sunt inscitia, casus, necessitas, & in affectionem animi.

☞ Syntaxis. *Imprudens & inuitus. Legum imprudens. Id factum est per imprudentiam. Emissi teli imprudentia.*

IMPVBES, ris. *adolescentulus.* I. C. 121 a, Cum filium eius impuberem necandum esse dixit.

IMPVDENS, dentis. *inuerecundus, exhausta, rubore & durum.* ad Heren. 27 a, Epist. 67 b, Qui uerecundiæ fines semel transierit eum bene & nauiter oportet esse impudentem. pro Q. R. 48 a, Pudens impudentem fraudasse dicitur.

☞ Syntaxis. *Benè & nauiter impudens.*

IMPVDENTER, *confidenter, audacter.* I. Va. 135 b, Quamuis audacter, quamuis impudenter. & pro Flac. 158 a, & Episto. 67 b, Impudenter facit.

IMPVDENTIA, tiæ. *confidentia, audacia.* Orato. 220 a, Verecundia negandi, scribendi impudentiam suscepi. pro Fl. 153 b, Audacia & impudentia fretus. pro Dom. 233 a, An ego tantam oculorum impudentiam habere possim, vt uideam, &c. de Arc. 243 b, Impudicam alicuius impudentiam reprimere. de Ora. 99 a, Cęteros non dubitabo primum inertiæ condemnare, deinde etiam impudentiæ. & ibi. Nescire, &c. insignis est impudentiæ.

IMPVDENTIVSCVLVS, la. Ep. 98 b, Sumus enim impudentiusculi, quàm per te uix licet. *alias, putidiusculi.*

☞ Syntaxis. *Audacia & impudentia. Impudentia impudica.*

IMPVDICITIA, æ. Oct. 331 a, Cui fortuna per dedecus pecuniam & nomen nobile conscelleratum impudicitiæ dedisset.

IMPVDICVS, a, um. *impurus.* in Ant. 185 b, de Ora. 138 b, Aduersus & auersus impudicus es. Oct. 331 b, & in Sal. 275 a, Audiet Marius impudico domino parere nos, qui ne militem quidem habere uoluit, nisi pudicum. de Ar. 243 b, Impudicam alicuius impudentiam reprimere. I. C. 106 b, Complexi mulieres impudicas. & 109 a, Omnes impuri impudicique. de Leg. 166 a, Impudica loqui.

☞ Syntaxis. *Impurus, impudicus. Impudica dicta. Aduersus & auersus impudicus.*

IMPVGNO, as. andus, a, um, di. pro Qu a a, Illis autem id tempus impugnandi detur, cum uitandi illum impetus potestas adempta nobis

erit. Attic. 184 a, Sceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrere.

IMPVGNATIO, onis. *oppugnatio.* Atti. li. 4, Ipse domum P. Sullæ pro castris sibi ad eam impugnationem sumpserat.

IMPVLSIO, onis. *impulsus, commotio, affectus, ad animum refertur.* de Inu. 64 a, Causa diuiditur in impulsionem, & ratiocinationem. Impulsio est, quæ sine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor, iracundia, &c. & 64 b, Cum impulsione aliquem commisisse quid dicet. de Vni. 197 b, Omnis coagmentatio corporis, uel calore, uel frigore, uel aliqua impulsione uehementi labefactatur.

IMPVLSOR, oris. Att. 256 a, Et si quamuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti. in V. 33 b, Autor & impulsor, & socius sceleris. de Prou. 72 b, Omnis illa tempestas Cæsare impulsore & autore excitata est.

IMPVLSVRVS, a, um. Att. 227 a, Præterea est modestus homo & frugi, quem ne vtilitas videatur impulsura fuisse ad facinus.

IMPVLSVS, sus. *inductus, impulsio.* de Ino. 64 b, Qui si mihi impulsu aliquid commiserint. pro Dom. 215 b, & I. V. 141 b, & pro S. Ro. 26 a, Hoc P. Clodij impulsu factum est. de Na. 32 a, & de Som. 131 a, Non alieno impulsu, sed sua sponte moueri. de Som. 126 b,

¶ *Impetus.* de Som. 128 b, Sonus, qui impulsu & motu ipsorum orbium efficitur.

¶ *Concursus.* pro Cęcinn. 283 a, Impulsus scutorum, conflictus corporum.

IMPVLSVS, a, um. *coactus, adactus.* de Inu. 64 a, Ex aliqua causa, qua impulsum aliquem id fecisse dicet.

☞ Syntaxis. *Impulsione facere. Suasor & impulsor. Impulsor & autor. Non alieno impulsu, sed sua sponte. Gala impulsus, scutorum.*

IMPVNE, nius. *sine pœna vel periculo, tutò, tranquillè.* pro Mil. 109 b, Epist. 231 b, Dionysius enim multos libros surripuisset, nec se impune laturum putaret, aufugit. Atti. 13 a, Qui nummos in tribu pronunciauerit, si non dederit, impune sit. Attic. 184 a, Mihi ne dolere quidem impune licet. pro S. Ro. 31 b, & 33 b, Homines uulgò impune occiduntur. pro Q a b, Libertate usus est, quo impunitius dicax esset. de Leg. 164 a, Vt dictator quem uellet in dicta causa, impune posset occidere. de Inu. 66 a, Potestas impune aliquid faciendi. I. A. 159 b, Qui non modo impune, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit. de Diu. 120 b, Hæc in metu & periculo cùm credantur facilius, cum finguntur impunius. Par. 119 b, Dom. lucrari impune posset auri pondo decem. pro Deiot. 149 b, Vbi id quod intus est, impune euolare potest. pro Clu. 34 a, Licet impune consiteri. cont. Rul. 67 b, Vt impune in ocio esse possemus. de Orat. 159 b, In quo impunè progredi licet duos dantaxat pedes.

IMPVNITAS, tis. *licentia, venia.* pro Mil. 118 a, Quem si uiuicisset, habiturus esset impunitatem & licentiam sempiternam. pro Planc. 259 a, & Epist. 13 a, Non mihi tantum arrogo, vt Cn. Plancium tuis erga me meritis impunitatem assecuturum putem. in Anto. 220 a, Cæteris autem si errorem suum deposuerint, ueniam & impunitatem dandam puto. Tuscu. 218 b, Dare impunitatem peccatorum alicui. I. A. 157 a, Cum tanta gladiatorum impunitas sit. pro Ses. 21 a, Quorum effrenatus furor aliter impunitate diuturna. I. P. 84 a, Animal ex omnium scelerum importunitate, & omnium flagitiorum impunitate concretum. pro R. P. 126 b, & Of. 60 a, Quorum impunitas fuit non modo a iudicio sed etiam à sermone. pro Mil. 110 a, Impunitatis spes maxima est illecebra peccandi. Q. F. 328 a, Gabinij absolutio lex impunitatis putatur. de Cl. 194 b, Iuuenilis quædam impunitas & licentia dicendi. de Natu. 22 b, Tanta est impunitas garriendi. pro Do. 216 b, Impunitas scelerum.

IMPVNITVS, a, um. *inultus.* in Ant. 226 a, Possumus hanc iniuriam inultam impunitamque dimittere. & 63 a, Vt cęterorum quoque iniuriæ sint impunitæ atque inultæ. I. C. 101 a, Tibi vni multorum ciuium neces, tibi uexatio direptioque sociorum impunita fuit ac libera. I. V. 215 b, Si istius hęc tanta iniuria impunita discesserit. Offi. 37 b, Nisi enim multorum impunita scelera tulissemus, nunquam ad unum tanta peruenisset licentia.

¶ *Absolutus, integer* de Ora. 104 a, Virtus tamen ius suum & impunitam omnium rerum libertatem tenere debet.

☞ Syntaxis. *Impune ferre. Si quis, &c. impune sit. Vulgò impune occisi homines. impunius dicax. impunitatem & licentiam habere sempiternam. Dare ueniam & impunitatem suum errorem deponentibus. Dare peccati impunitatem. Gladiatorum impunitas. iuuenilis impunitas & licentia dicendi. inultam & impunitam iniuriam dimittere.*

IMPVRE, *spurcè.* I. A. 160 a, Impure & intemperanter facere aliquid. & de Diu. 93 b, Facere multa impure atque tetre. de Fi. 98 a, Impure & flagitiose uiuere.

IMPVRITAS, tis. *flagitia, turpitudines.* I. A. 161 a, Cum omnes impuritates pudica in domo quotidie susciperes.

IMPVRVS, a, um. *contaminatissimus, lutulentus, spurcus, improbus, sceleratus.*)(*Purus.* Att. 151 b, Ego hunc impurum & sceleratum puto. pro Do. 222 a, Omnium non bipedum solum, sed etiam quadrupedum impurissimus. pro Q. R. 48 a, Persona illa lutulenta, impura, inuisa. de Ar. 249 a, Vt eos ludos hæc lues impura polluerunt. I. C. 109 a, Omnes impuri impudicique.

☞ Syntaxis. *Impurè, intemperanterque. impurè & tetrè. Impurè & flagitiose. impurus & sceleratus. Persona lutulenta, impura. impurus, impudicusque.*

IMVS, a, um. *infimus.* pro Q. R. 48 b, Ab imis vnguibus usque ad uerticem summum. de Som. 149 a, Nam terra immobilis manens ima sede

de semper hæret. Att. 217 a, Ex castris ad imam Candaulam ad Her. 21 a, In distributione vocem ab imis faucibus adhibere oportet. ad Her. 22 a, A summo, á medio, ab imo.

In, *præpositio multas habens vires, præcipua est sua, ut peculiaris inhærentia, vel ratione loci, vel personæ, vel rei alterius, necnon termini ad quem, aut ...* Att. 25 b, Et quis in eius locum paretur. de Inuen. 69 a, Quare non in omnem causam, sed in omne genus causæ incidunt. Epi. 253 a, In hoc interdicto non solet addi, in hoc anno. pro Corn. 65 b, Multi in ciuitate recepti ex liberis populis. & 66 a, Cum præsertim in genus ipsum accusationis, & nomen eiusmodi præmium nemini inueniendum esse possit. I. A. 236 a, Ni Brutum colligassemus in Græciã. & 165 b, Is hanc rem in Ciliciam ad ostium fluminis Cydni confecisset. & 178 a, In eius tetrarchiam ex Græcis comitibus suis collocarat. & 166 b, In huius me consilij societate tanquam in equum Troianum, cum principibus includi non recuso. Calor infitus in nobis. &c. L. Iustitus. de Prnu. 70 a, Omitto iurisdictionem in libera ciuitate contra leges. ad Her. 45 a, Si quæ antè & post & in ipsa facta erunt, comprehendemus Ora. 218 a, Pena commode in solutam orationem illigatur. pro Q. 5 b, Hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore. pro Q. R. 45 b, Quod in codicem inuratos referre noluit, id in litem iurare non dubitat. Attic. 175 a, Non possum præ fletu diutius in hoc loco commoueri. pro Clo. 34 a, Qui tum propè in occulto stetissent. pro Rab. 95 a, Inclusum atque abditum latere in occulto. Or. 230 a, Veritas in occulto latet. ad Her. 33 b, Cum dictis quibusdam reliquum relinquitur in audientium iudicium. ad Her. 40 b, Illi gladium in latere defixit. pro Sest. 25 b, Quis est Italiæ locus? in quo non fixum sit in publicis monumentis studium salutis meæ? Q. Frat. 302 b, Tradere aliquem in custodiam, uel in publicum, uel in pristinum Versari in controuersia. L. CONTROVERSIA. pro Q. 17 a, Versari in discrimen I. C. 105 a, Quorum æs alienum contractum in popinam non potest. &cæt. I V. 87 b, Ea in tabulas publicas ad ærarium perscribenda curari. de Som. 138 a, Pietatem cole, quæ cum sit magna, in parentibus tum in patria maxima est. Att. 59 a, In hoc thecam nummariam ne retexeris. *i. ob hoc.* de Inuen. 69 a. In nostra consuetudine multis de causis fit vt ratius incidant translationes. de Le. 185 a, Minores magistratus plures in partes sunto. & ibid. Ego in ista sum sententia, qua te fuisse semper scio. de Vniu. 195 b, Et cum in ueneris, indicare in vulgus nefas. Att. 111 b, Si quid offendimus in genere nostro, id fit maius quàm, &c I. V. 265 b, Includere aliquem in custodias. de Na. 18 b, Solem in deorum natura ponere de Na. 51 a, Aues, quæ se in mari mergunt. Attic. 183 b, Cæsar temere ita facit, vt multos dies in oppidum ponat. I A 238 b, Qui se consolatum in Bruti locum petere profitetur. Epi. 84 a, Quid? tu in lictoribus, in toga prætexta esse consulatum putas? de Diu. 131 b, Hoc si est in libris, in quem hominem, & in quod tempus est?

In PERPETVVM. *idest, perpetuo, temporis.* de Ami 101 a, In perpetuum.) (*Aliquoddam tempus.* Att. 76 b, Euersam in perpetuum prouinciam nos inuenisse scito. de Orato. 119 a, Hoc meditatum nobis in perpetuum esse debet. I. C. 103 b, Hæc resp. pestis paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi potest cont. Rul. 77 a, Res vestras in perpetuũ alienari ad Brutum 90 b, Eum in perpetuum alienari. ibid. Eum in perpetuum moderatiorem spero fore.

In PROMPTV, *facilitatem.* Offic. 47 a, Iam illud non sumus admonendi (est enim in promptu) vt animaduertant, &c. de Diu. 134 a, Sed hæc quoq; in promptu, nunc interior uideamus. Off. 2 a, Hæc sunt in prõptu, ut res disputatione non egeat. Offi. 21 a, Habere aliquid semper in promptu. *idest, quasi in animo, vel memoria.* Offi 12 b, Itaque in probris maxime in prompto est, si quid tale dici potest. Offic. 19 b, Hoc quod dico decorum, non recondita quadam ratione cernitur, sed est in promptu. de Ora. 87 a, Cum illa pateant, in promptuque sint omnibus. Aca. 39 b, Sed ea dicam, quæ mihi sunt in promptu. Aca 12 b, Oportet igitur ea quæ pro perspicuitate respondere possunt, in promptu habere. Offic. 25 b, Natura formam nostram, reliquamque figuram, in qua esset species honesti, eam posuit in promptu.

¶ *Vis vocula. Ad, rationem consilij, finis propositi.* pro Cl. 57 b, Mulier in familiæ luctum atque in priuignorum funus nupsit. de Ora. 168 b, Patris studium in filijs erudiendis Att. 122 b, In sumptum mutuari ab aliquo. pro Q. R. 46 b, Quis in hanc rem fuit arbiter? Att. 85 a, Nec id satis efficitur in usuram menstruam de Natu. 61 a, Quod perspicuum est in istam partem Attico. 251 a, Hæc scripsi in eam partem, ne me motum putares. pro Cæci. 189 a, In eas ipsas res quas improbissime fecit, testimonia sumpsit. de Orato. 94 b, Neque hæc in eam sententiam disputo, vt, &c. Att. 117 b, Id ego in eam partem accepi, hæc oppida, &c. de Ora. 99 a, Agere lege in hæreditatem paternam. pro R. P. 118 a, Nulla pecunia Gabinio nisi in re militarẽ data est. I. V. 205 a, b, Committere se in conspectum alicuius. & 204 b, Magnum sumptum in Timarchidis prandium feci. & 234 a, Cum ad prætorem in ius adissemus. & 265 b, Pecuniæ erogatæ in operum locationes falsas de Orato. 127 a, Tum omnium orationem conuerti in increpandam Cæpionis fugam. & ibid. In deplorandum interitum exercitus I. V. 138 a, In hanc rem testem totam Siciliam citabo. de Pro. 70 a, Is Imperator in pœnam exercitus expetitus esse uidetur. I. A. 184 a, Cæsar patrimonium suum in salutem reip. collocauit. pro Fla. 153 a, Prætor pecuniam in remiges imperauit. Pro Fl. 155 a, Pecuniam in ædem sacram reficiendam perscribunt pro Fla. 152 a, Pecunia in classem est rogata. & ibidem. Nos hic in mare superum & inferum sestertium ter & quadragies rogabamus. I. P. 93 b, Plebis in cuius tu infamiam, ea quæ per latrones de me egeras, contulisti. I. V. 95 a, In codicis extremam ceram nomen infamium fecit.

de Fat. 143 b, Hæc commutari ex veris in falsa non possunt. de Inu. 75 a, In concessionem præcepta dedimus. & ibid. b, In id quoq; præcepta posuimus de Inu. 63 b, Tradere locos in singula causarum genera. & ibid Inuenta vnamquanque in rem exponentur. pro Cl. 36 b, In legem iurare. de Inu. 36 b, Insumere laborem in aliquam rem. contra Rul 61 b, Auctio constituta in mẽsem Ianuarij. In Ver. 67 b, Cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulauissem. cont. Rul. 63 a, Aurum consumptum in monumento. de Inuẽ. 64 a, Non omnes loci in omnem causam conueniunt. de Inu. 77 b, Hoc in omne factum, & in omne tempus idem valet. de Inuen. 81 b, Lex scripta communiter in plures res, vel in aliquam certam rem. Offi. 42 b, Facillime in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui, &c.

¶ *Contra.* Offi. 6 b, Id quod apud Platonem est in philosophos dictum. de Ora. 102 a, Inflammare populum in improbos. pro S. R. 27 b, In eam partem potius peccant, quæ est cautior. Qo. F. 311 b, In eã tabulam magni risus consequebantur. Offi. 68 a, Id quàm iniustum in patriam esset, non videbat de Ora. 131 b, Hoc conueniret in omnes luscos pro Corn. 67 b, Suspicere odium infinitum in aliquo. de Prou. 70 b, De pecunijs creditis dicere ius in liberos populos contra leges. pro R. P. 130 a, Quærere inuidiam in aliquem. de Natura deorum 77 a, Impietas in deos, iniuria in homines, *id est, contra.* pro Corn. 59 a, Est enim in Populum Romanum graue, non posse, &cæt. & ibidem, In socios verò iniuriosum & contumeliosum, iis præmiis exclusos esse, &cæt. Attic. 46 a, In aliquem, vel in seipsum peccare. de Amic. 104 a, In Remp in magna aliqua re peccare, & ibid. In aliquem aliquid efficere. de Arch. 250 b, Id totum in illius ludos prædictum atque responsum est. pro Rab. 94 a, Quod crimen in hunc maius expectas?

¶ *Iuxta.* I. C. 113 a, Recitatæ sunt tabellæ in eadem ferè sententia. pro Q. 11 b, In ea ipsa verba, quæ aduersarius ediderit, iudicium accipere. Q. F. 312 a, S. C. factum est in Afranij sententiam. I. V. 252 a, Versus, qui in illius cupiditatem facti sunt. I. V. 250 b, Hostilem in modum iguire. At. 76 b, Incredibilem in modum concursus fiunt ex agris. pro Q. R. 47 a, In hanc formulam omnia iudicia conclusa & cõprehensa sunt.

¶ *De.* Att. 8 a, In illam orationem addidi quædam. de Di. 80 b, Cum magna vis videretur esse in monstris interpretandis, in aruspicum disciplina. de Or. 129 a, Sed vt in Scæuolam continuit ea dicta Crassus, sic in Bruto vtroque genere pugnauit & 131 b, Quod idem in bono seruo dici solet. & ibi. Ridiculum illud verius in furace seruo. de Inuen. 77 a. Vel aliquo verbo vno pluribu sve in ea sententia, in qua is qui dicet, accipiendum esse demonstrabit. Atti 6 a, Duæ epistolæ in eãdem rationem scriptæ. In Ver 90 a. cum in eam rationem pro suo quisque sensu loqueretur de Ora. 147 b, In quo igitur homines exhorrescunt? in quo exclamant? Attic. 228 b, Si humaniter & amabiliter me cogitare vis pro Q. R. 54 a, Nisi te in suam litem dedisset cognitorem, & 50 a, In hanc rem me cognitorem dedisti. pro Cluentu. 23 a. Auditis de eo in quem iudices non estis. & 59 b, Iudex in aliquem.

¶ *Supra* de Ora. 104 b, Cum Galba pupillum pene in humeros suos extulisset. pro S. R 31 b, Aliquem esse dominum in suos. de Inu. 68 b, Pater habet potestatem in filios.

¶ *Sub.* de Ora. 114 b, Ambulare in sole. In Ver. 65 a, Nationes, quæ in amicitiam Populi Romani ditionemque essent. pro Pomp. 10 a, Portus vestros in hostium fuisse potestatem. pro Clu. 50 a, Redigere aliquem in potestatem suam.

¶ *Ante.* de Vni. 196 b, Quod in cernendi sensum crederet. I. V. 67 b, Defigere furta alterius in oculis omnium. Att. 130 b, Committere legiones in conspectum hostium.

¶ *Inter, numeri ratione.* Att. 162 a, Reponere aliquem in suis. Att. 184 a Melius in pessimis nihil fuit. de Sen 91 b, Quę secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. de Cl. 173 b, Fannius in mediocribus oratoribus habitus est. pro Sex. Ros. 22 b, Capito, qui in decem legatis erat. de Nat. 39 b, Diana omniuaga, quod in septem numeratur, tanquam vagantibus: *id est, inter septem stellas errantes.* Attic. 93 b, Hunc ego si in præfectis habuissem, quem tu hominem putares? de Legibus 161 a, Dolor in maximis malis docitur. pro Flac. 155 b, Vtrum in clarissimis ciuibus estis, qui, &c. Offic 13 b, Hic in magnis vitiis non est habendus. Epist. 224 b, In perditis ac desperatis aliquid habere. pro Sex. Rosc. 20 a, Qui ex ciuitate in senatum delecti estis.

¶ *Cum.* pro Fla. 150 a, Qui nuper summo cum imperio fuerit summo in amore esse propter nomen ipsum imperij non potuit. pro S. Ros. 43 a, Summa reip. in huius periculo tentatur. de Inu. 76 a, Alius in alium implicatus. Illiberalis in aliquem, & negligens in amicos, & intolerabilis in omnes. *Vide in suis vocabulis.*

¶ *Pro.* Episto. 28 b, Legiones quæ decretæ sunt in Syriam. pro Font. 278 a, Titurius quaternos denarios in singulas vini amphoras portorij nomine exegit. Q. F. 318 b, Is se ternis nummis in pedem tecum trãsegisse dicebat. At. 119 b, Quid in vtranque partem mihi in mentem veniat, explicabo breui. Qu. F. 311 a, Pecunia Pompeio decreta in rem frumentariam. de Orat. 128 b, Omnium rerum in contrarias partes facultas ex iisdem suppeditatur locis. de Orato. 100 a, Mulier in concubinæ locum duceretur. de Nat. 17 a, Epigrammia Catuli in Roscium. de Orato. 141 a, Scribere carmen in aliquem. Attic. 66 a, Est pondus apud rusticos in memoriam patris. pro Cor. 64 b, Vt in singulas colonias ternos ciues Romanos facere posset. In V. 172 a, Minus tribus medimnis in iugerum nemo dedit. & 14 b,

In

In frumētum imperatum H S. duodetricies in annos singulos. Verri decernebatur. & 187 a, In medimna singula H·S. quinos denos dedisti. contra Rull. 83 a, Duodena describit in singulos homines iugera.

¶ *Per.* Postquam 211 b, Erat alius ad portas in multos annos. pro Fl. 159 a, Athenienses, vnde fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putabantur. de Diu. 120 a, In omne corpus diuiso, & multiplicato cibo. de Or. 138 b, Est id in totam orationem confundendum, de N. 53 b, Sanguis à corde in totum corpus distribuitur. & ibi. Quæ confecta in reliquum corpus diuidantur.

¶ *Erga.* de Leg. 164 b, Obsequia in homines & ibid. Cerimoniæ religionesque in deos. & 177 a, Athenæ multa vtilia in vita hominum attulere. de Or. 101 a, Magno amore inflammatum esse in patriam, I. A. 203 a, Summo studio optimoque in rempu consensu. pro Mur. 234, Nostra in aliquem studia minui. de Orato. 101 a, Amor in patriam. de Ora. 209 a, De suis in rempublicam meritis dicere. ad Bru. In duces vehemens, in milites liberalis. *hic agnosce antithesim vehemens, & liberalis* de Oratore 124 a, Indulgentiam in liberos nostros.

¶ *Promiscua potestates, cum primis ratione certi temporis.* I. A. 175 a, Qui in proximum annum consulatum peteres. cont. Rul. 63 a, In reliquum tempus aliquid sancire. I. V. 134 b, Et honos ille in illum annum deberi putabatur cont. Roll. 88 a, Concordiæ patronum me in hunc annum reipub confessus sum. Attic. 93 a Scaptius centesimus, renouato in singulos annos fœnore, contentus non fuit. pro Clu. 16 a, In suspicionem vocatus est. Att. 235 b, Consilia in horas mutari vides. Att 176 a, Atque hoc mihi in te placuit. de Orat. 114 a. Æquabiliter in omnia genera fusa oratio. ibid. 188 b. Genus facetiarum æquabiliter in omni sermone fusum, & cet. pro Cluen. 54 a, Venenum abditum in aliqua parte panis. de Clar. 196 b, Genus dicendi verbis incitatum, in quo fuit Æschylus. & ibid. Turba patronorum quam congessi in hunc sermonem. Att. 212 a. Date in sermonem. de Cla. 198 b, Extat in eam legem oratio. pro Qu. Ros. 53 a, Si H-S. millies in iudicium haberes. Tusc 134 b. Viuere in diem.)(*In sempiternum tempus spectare.* Offic. 63 b, Et simul ad cœnam inuitauit in posterum diem. de Diu. 181 b, Solis defectiones, itemque Lunę, prędicuntur in multos annos. pro Sest. 7 a, Habebit senatus in hunc annum quem sequebatur. pro Cęl. 50 a, Dij nunquam præsentis fraudis pœnas in diem reseruant. pro Sest 7 a, Alter multos plane in omnes partes fefellit. Tusc. 168 a, Itaque non deterret sapientem mors, quominus in omne tempus reipu. consulat. de Cla. 195 a, In hoc spacio, & in his post ædilitatem annis. pro Q. R. 46 a, Hoc nomen in codicem acceptum & expēsum esse debuit. & ibi. Nomina in codicem dige. habes cont. Rul. 72 b, Ianitores ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit. pro Syl 175 a, Diuisi eas tabulas toti Italiæ, Diuisi in omnes prouincias. de Cla. 190 a, Verbum in longius dictum. At. 241 a, Præsidia sunt in multos annos prouisa. At. 73 b, Sed ego hanc ἀνέξιαν in vnum annum meditatus sum. I. A. 258 b, Quæ autem est ista sententia, vt in hodiernum diem vestitus mutetur de Ora. 126 a, Puer, qui tibi in tutelam est traditus. Attic. 203 a, Horti quam in diem proscripti sint, velim scire. I. V. 119 a, Locare aliquid in multos annos.

☞ Syntaxis. *Conficere rem in Galliam*) pro Gallia. (*Include in consily societate. Alligare fabulam in carmina. Relinquere omnia in indicium bonorum. In controuersia, in discrimine versari. Contrahere in alienum in popinam. Solem in Deorum natura ponere. In aqua se mergere. Ponere in iter multos dies. In bonorum bellum ducere. In aliquid, & aliquem iudex. In hanc partem hoc perspicuum est. In eam disputo sententiam. In hanc rem te cito testem. In remiges erogata pecunia. In usfamiam inferre. In extremam chartam nomen scribere. Id non conuenit in tuam causam, id est, pro. In has verba iudicas ille. In eandem dicere sententiam multa. In aliam loqui rationem pro suo sensu. Esse in amicitiam, & in ditionem, ac potestatem. In potestate redigere. In fines aliquem reponere. In mediocribus oratoribus haberi. Dolor in malis est. Hoc in perditis ac desperatis habendum. Pater in amore summo. Ille in illo implicatus amico. In memoriam alicuius facere. In aliquem versus, id est, ad alicuius laudes. In hoc volumen quid addes? In omne corpus densum cibus, & multiplicatum. Confundere in totam orationem exornationes. In hunc annum obijt ille. In quo fuit ille, id est, cuius ordinis, classis, generis, ingenij. Dare se in sermonem. In diem reseruare pœnam. Verba in longius ducta. In vnum annum aliquid meditari. In hodiernum diem mutatur vestitus.*

In ante diem. I. C. 1, Diai in ante diem quintum Calen. Nou. Att. li. 2, Io ante diem XV. Cal. distulit.

In diem, & in horam. L. Vivo.

In dies. L. Indies. *suo loco.*

Inædificatus a, um. *ædificatus* de Ar. 250 a, In domo tua est inędificatum sacellum, & 251 a,

Inæquabilis, le. Par. 230 b, Inæquabilis varietas.

Inæstimabilis, le.)(*Æstimabile.* de Fi. 94 a,

Inalpini, orum. *Alpium incola.* Epist. 169 b, Progressus sum ad Inalpinos cum exercitu Bruti.

Inambulans, tis. de Leg. 156 b, Romulus non longè a tuis ædibus inambulans dixit, & e Acade. 42 a, Quia disputabant inambulantes in Lycio.

Inambulatio, onis. ad Her. 21 a,

Inambulo, as *deambulo.* de Or. 109 b, Cum etiam tum in lecto Crassus esset. Antonius autem inambularet cum Cotta in porticu. I. V. 206 b, Prętor qui esse sceba, illi inambulant. Att. 99 b, & Epist. 164 b, Ante lucem inambulabam domi. de Leg. 159 a, In viridi opacaque ripa inambulare.

Inanimatus, a, um. *inanimis, muta & expers animi res.* de Natu. 9 a, & 67 b, & de Ami. 109 a, Res inanimatæ atque mutæ. Off. 34 b, Inanimata, vt aurum, argentum, &c.

Inanimus, a, um. *inanimatus.* Aca. 10 b, & de Diuin. 128 b, I. V. 171 a, Omnia muta atque inanima commouerentur. *hoc tamen inanimalia legis Iulius Seuerianus in Rhetorica, de affectibus præcipiens: atq; ipse eodem verbo vtitur.* de Natu 41 a. Inanima natura. Tuscu. 159 b, Inanimum enim est omne quod pulsu agitatur externo: quod autem est animatum, id pulsu cietur interiore. " Offic. 34 b, Vt ea, quæ gignuntur è terra, ut alia eiusdem generis, partim animalia. Offic. 108 b, Nec modo in hoc quod est animal, sed in ijs etiam, quæ sunt inanimata consuetudo ualet]

☞ Syntaxis. *Res inanimata & muta, Mutum, & inanime.*

Inanis, ne, ior, ssimus. *vacuus, superuacaneus, sine causa, cassus, vanus.*)(*Plenus.* de Natu. 9 b, Quid reliqua descriptio omnium corporis partium? in qua nihil inane, nihil sine causa, nihil superuacuum est. de Nat. 14 b, Nihil est quod vacet corpore corporibus omnis obsidetur locus: ita nullum inane esse potest. de Fat. 145 a, Cum vas inane dicimus, non ita loquimur, vt physici, quibus inane esse mihi placet: sed ita, vt verbi causa, sine aqua vas esse dicamus. Acad. 31 b, Tune inane quicquam putas esse? cum ita completa & conferta sint omnia, vt & quod mouebitur corporum cedat, & qua quicque cesserit, aliud illicò subsequatur. de Finib. 51 a, Infinitum, inane, in quo nec summum, nec infimum, nec medium. nec vltimum, nec extremum sit. Acad. 59 b, Leucippus plenum & inane Att. 283 a. Structores ad frumentum profecti inanes redierunt. Offi 53 b, Ad quos cum tanquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est. Tuscu 155 a, Quod nos honestum dicimus, id illi cassum quiddam & inanis uocis sono decoratum esse dicunt. Episto. 94 a, Inanes esse meas literas quàm nullas malui. Att. 131 b, Mittere tabellarium cum inanibus epistolis. I. V. 141 a, Equus inanis, *cui nemo insidet.* de Ora. 88 a, Sed deinceps omnia plena consiliorum inania verborum, videmus pro Mur. 130 a, Hæc inanissima prudentiæ reperta sunt. I. C. 100 b, Omnes consulares simul atque assedisti, partem illam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt. Epist. 27 b, Nulla enim abs te per hos dies epistola inanis aliqua re utili & sua uenerat. I. V. 174 b, Ager Agyrinensis septuaginta aratoribus inanior est. Tusc. 499 b, Nisi uellent uoces inanes fundere. de Ora. 36 b, Inanis elocutio, ac pene puerilis. de Di. 135 a, Falsa & inania somnia humana esse. Arc 174 a, Inanis species clementiæ. pro Q R 5 a, Inani & tenui spe te consolaris. pro Milo. 120 a, O spes fallaces, o cogitationes inanes meæ. de Finib. 53 b, Inanium cupiditatum nec modus vllus, nec finis inueniri potest. pro Clu. 31 a, Miserrimus & inanissimus.

Inanitas, tis. *inane, vanitas.* de Fat. 144 a, Cum duo indiuidua per inanitatem ferantur, &c. Tuscu. 190 b, In summa inanitate uersamur. de Fin. 58 a, Vt sapiens solum amputata & circumcisa inanitate omni & errore, naturæ finibus contentus sine ægritudine possit, & sine metu uiuere.

Inaniter. *falso.* Aca. 10 a, Cum sit incertum, uerè inaniterne moueatur. Tus. 212 a, Cum & inaniter & effuse animus exultat.

☞ Syntaxis. *Inane, frustra, superuacuum. Inanis redijt, idest sine re, quam expectat. Inanes epistola, idest, leues. Inanis errabat equus. Id pretium est inane. Sedes nuda & inanes. Inanis pretium oratio. Falsum & inane. In inanitate versari. Amputare & circumcidere inanitatem, & errorem. Inaniter exultare. inaniter.*)(*verè moueri.*

Inapparatio, onis. *nullo apparatus* ad Her. 7 b.)(*Apparate.*

Inaudio, dis. *audio, exaudio, dicitur de rebus occultis.* Epi. 141 b, Aquini consilia sunt inita de me, quæ te uideo inaudisse. Att. lib 6. Nunquid de quo inaudisti? Epi. Quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primum inaudieram Pansæ.

Inaudibilis, *qui non est audiendus, insolens, perditus.* Attic. 249 b, An fidem infirmet filio inaudibilis.

Inauditus, a, um. *inusitatum.* de Orato. 96 a. Nihil dicam reconditum, nihil expectatione vestra dignum, nihil aut inauditum nobis, aut cuiquam nouum. & 97 a, Quanquam ea sunt nobis quoque non inaudita I. V. 36 a, Res in omni memoria omnino inaudita. de Arc. 257 b, Sacra maribus inuisa & inaudita. pro Rab. 92 b, Supplicia inusitata, crudelitas inaudita. pro Qu. 5 b, Inaudita criminatione aduersariorum.

☞ Syntaxis. *In omni memoria inauditum.*

Inauguratus, a, um. de Cl 165 a. Et inauguratum ab eodem me recordabor. pro Do. 241 a, Templum inauguratum *id est curia.*

Inauguro, as *initior, consecro, dedico.* I. A. 181 a, Cur non inaugurare? & ibi, Vide, qui te inaugurer, &c.

Inauratus, ta, tum. *auratus.* I. C. 115 a, Romulus inauratus in Capitolio. Att. 88 a, Turma inauratorum equestrium. Tus. 157 b, Pellis inaurata arietis. de Diu. 90 a, Columna extrinsecus inaurata. de Orat. 154, & I. V. 119 a, & 131 b, Non inaurata statua decorari, sed aurea. ad Her. 38 b, Palla inaurata indutus.

Inauro, a, ras. *auro tego.* Epi. 101 a Moriar, ni (quæ tua gloria est) puto te malle a Cæsare consuli. quam inaurari.

Inauspicato. *vitio, auspicio non capiato, malis hominibus.* de Di. 87, T. Gracchus tabernaculum uitio cepit imprudens, quod in auspicato pomerium transgressus est.

Incallide. *incautè.* Off 76 b, Non incallidè tergiuersari.

Incallidus, a, um. *simplex, antiquus, incautus.*)(*Callidus.* pro Cl. 172,

Seruus

Seruus non incallidus, sed frugi atque integer. Ep. 38 a, Quòd si quis me allusiorem fingit, quid potest esse incallidius, quam nunc committere. &c. & de Inu. 45 b, Non incallidi homines.

INCAVTE. *incallide.* Att. 108 a, Stulte omnia & incaute agi iudico.

INCAVTVS, a, um. tior. *improuidus.* I.A. 231 a, Trebonius oppressus est ab hoste incautus. Epist. 145 b, Incautior fuissem. de Natu. 56 a & pro S.R. 21 b, Ne ego incautus, qui cum Academico & eodem rhetore congredi conatus sum. pro Plan. 270 a, Qui te incautum nunc tuo loco dimouere potuerunt. de Cla. 187 b, M. Messala prudens, acutus, minime incautus.

☞ Syntaxis. *Quid illo callidius?*

INCEDENS, tis. Ora. 199 a, A primo summissius, deinde pressius, post sensim incedens exultauit audacius

INCEDO, is. *ingredior, ambulo.* de Inu. 67 a, Facilius autem ad inuentionem animus incedet, si pertractabit, &c. de Di. 90 b, Tum visam belluam quacunque incederet, omnia arbusta, virgulta, tecta petere. pro Sest. 6 b, Alter o dij boni quam teter incedebat, quam truculentus, quàm terribilis aspectu. Cel. Epist. 119 a, Pudeat te solum illum vnquam esse incedere tanquam tuum competitorem. Epist. 22 b, Repéte verò incessi omnibus lætitijs.

INCENDIVM, dij. *ardor flamma.* Par. 21 b, Qui incendium fecerit? ædes nympharum manu sua deflagrauerunt. 106 b, Cædes incendia, rapinæ, &c. pro Mur. 136 b, Respondit, si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina restincturum. Antequam 193 b, Arcem vrbis ab incendio & flamma liberaui. I C. 103 a, An te non existimas inuidiæ incendio conflagraturum? de Leg. lib. 2, Incendium acerbum.

☞ Syntaxis. *Incendium facere, excitare, restinguere. Inuidia incendium. Acerbum incendium.*

INCENDO, is, di, sum. *inflammo, incendium facio, ignem vel faces infero vel subiicio, comburo, cremo.* Att. 238 b, Naues quibus vsus non est, omnes aut præcidisse aut incendisse dicunt. Tusc. 199 b, Incendere odores. I.V. 218 b, Incendere thura & odores. de Natu. 74 b, Qui tabellarium incenderit.

¶ *Hortor, incito excito.* de Ora. 125 b, Incendere iudices. Epist. 255 b, Cum incendisses cupiditatem meam consuetudinis augendæ nostræ. Epi. 67 a, Neque ita uel cepit, vel incendit, vt cuperem, &c.

INCENDOR, ris. *inflammor.* I.C. 112 b, Quod Saturnalibus vrbem incendi placeret. de Orato. 126 a, Nulla mens potest incendi, nisi inflammatus ipse ad eam & ardens accesseris. de Legib. 188 b, Et aliquando incenditur, & quidem sæpe sedatur. de Fat. 140 b, Oratoriis studiis, quibus etiam te incendi, quanquam flagrantissimum acceperam. Tusco. 157 b, Corporis facibus inflammari & incendi ad cupiditates. Tusculan. 148 b, Omnes incendamur ad studia gloriæ. item, Incendi ira.

INCENSIO, nis. *incendium.* I.C. 112 b, Annus post Capitolij incensionem vigesimus. pro Syl. 173 a, Incensione vrbem, internicione ciues, vastitate Italiam, interitu rempublicam liberaui.

INCENSVS, a, um. *combustus.* I.V. 263 a, Classis Pop. Ro. capta atque incensa est. de L.e. 181 b, Nec ante sepulchrum, quam iusta facta & corpus incensum. pro Fl. Ad hæc prædia incensa dedicauisti.

¶ *Irritatus.* de Op. 245 a, Inimicitijs incensa contentio. pro Cluen. 56 a, Mulier incensa odio pristino. Episto. 11, Cæsar à Crasso in me est incensus.

¶ *Accensus.* Epist. 84 a, Voluntas officio incensa.

¶ *Affectus.* de Or. 93 a, Cum ab ineunte ætate incensus essem studio vtriusque vestrum.

¶ *Iratus.* I V. 156 b, Iste vehementer Sthenio incensus hospitium ei renunciat. pro S.R. 14 a, Incensus pater, &c.

¶ *Bene animatus.* de Prou. 76 b, Nec imperatorem incensum ad rempublicam bene gerendam reuocare.

¶ *Non censitus.* pro Cæcinn. 394 a, Quum autem incensum vendidit, hoc iudicat, quum is qui in seruitute iusta fuerit, censu liberetur: eum qui quum liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse.

☞ Syntaxis. *Incendere thura & odores. Animum ad studia. Incensus ad remp. administrandam. Incendere aliquem in aduersarios.*

INCERTVS, a, um, tius. *obscurus fallax. opinabilis, in opinione dubia, in casu positus, non constans.* Offic. 34 a, Quia alia certa, alia incerta esse dicunt. pro Mur. 132 a, Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum. pro Muræ. 140 a, Ridiculum est, quod est dubium, id relinquere incertum, quod nemini dubium potest esse, id iudicare. Att. 281 b, Non ignoras, quã sint incerti animi hominum & exitus prœliorum. & I. A. 247 a, Incertus exitus belli est. pro Mil. 112 a, Incerti exitus pugnarum, Marsque communis. pro Qu. 15 b, Incertus futuri temporis euentus. At. 302 b, Armorum exitus semper incerti. I.V. 263 b, Ætas puerilis maxime lubrica atque incerta. Ora. 205 b, Dicendi ancipites incertique casus. Aca. 14 b, Ea dico incerta quæ ἄδηλα Græci. contra Rul. 79 a, Suspensus & incertus obscura spe pendeo. pro Cæc. 399 b, Omnia in dubium incertumque reuocari. & 392 b, Ad incertum reuocari possessiones omnium. Att. 256 a, Quis incertus in rebus offendet Antonium? de Senectu. 91 b, Quid enim est stultius, quam incerta pro certis habere? Attic. 5 a, Incertus eram ubi esses. & 191 a, Non incertum puto de sorte mea. * Epist. 112 b, De comitijs consularibus incertissima est existimatio.]

☞ Syntaxis. *Incerti pugnarum exitus, Marsque communis. Aetas puerilis lubrica, & incerta. Anceps & incertus casus, Suspensus & incertus obscura spe pendeo. In dubium & incertum reuocari: &, ad incertum. Incertus sum de reditu: & incertum puto.*

INCESSIO, onis. *reprehensio, aculeus, morsus: ab incesso. est enim incessere, iactu verbisve aliquem inuctiuere, figere, & reprehendere.* Atti. lib. 12, Calendæ vitandæ fuerunt. incessionemque ἀργύτυπα fugienda. *Sic legit Paulus. Aldi F. in Colotae codice legitur, mearumque actionum ἀργύτυπα non male, mea quidem sententia.*

INCESSVS, sus. *ingressus, gressus.* Ora. 202 a, Status erectus & celsus, rarus incessus, nec ita longus. de Fi. 80 b, Fingere sibi vultum & incessum, ut grauior uideatur. Q.F. 300 b, Homo leuis ac sordidus, sed tamen equestri incessu Catienus. Offic. 26 a, Status, incessus, sessio, accubatio. I.P. 84 b, At fuit incessus falsè Capua dignus. pro Cæl. 47 b, Non solum incessu, sed ornatu atque comitatu.

INCESTE, *fœde, turpiter.* pro Cæl. 44 b, Ideo aquam adduxit, vt ea tu inceste vtererere?

INCESTVM, sti: & INCESTVS, stus, tui. *flagitium incestum, & incestum stuprum.* I. P. 100 a, Quis eum incesto liberatum, non eos qui ita iudicarant, pari scelere astrictos arbitratur. Tuscu. 225 b, Stupra dico & corruptelas & adulteria, incesta denique. de Leg. 174 a, Incestũ Pontifices supremo supplicio sanciunto & 178 a, De periurijs & incestis. de Iou. 56 b, Peperit, fecit igitur incestum.

INCESTVS, a, um. pro Do. 234 b, Ille qui non solum aspectu, sed incesto flagitio & stupro polluit cerimonias. & de Ar. 244 a, Clodius ex incesto stupro emissus. I.A. 231 b, Cum verborum contumelijs optimum virum incesto ore lacerasset.

☞ Syntaxis. *Incestè aqua uti. Stupra, corruptela, adulteria, incestus denique. Incestum sancire, idest ulcisci. Incestum facere. Incestum, flagitium, ac stuprum. Incesto ore lacerare.*

INCHOATVS, ta, tum. *imperfectum.*)(. *Perfectum.* Of. 49 a, b, Optimus. Topi. 226 b, Perfecta anteponuntur inchoatis. de Cla. Præclara inchoata multa perfecta non plane. de Ora. 85 a, Quæ pueris nobis inchoata atque rudia exciderunt. Att. 211 b, Tantum nolebam, aut non absolutum Bruto, aut Balbo inchoatam dari. Offi. 31 a, Cognitio contemplatioque naturæ manca atque inchoata sit, si, &c. de Fin 199 b, Hoc autem inchoati cuiusdam officij est, non perfecti. de Leg. 161 b, Prima & inchoata intelligentia. O.F. 54 a, Nemo pictor est inuentus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, absolueret. de Diuin. 104 a, Sed ita à principio inchoatum esse mundum, vt, &c. pro Syl. 181 a, Quæ ita a fortuna deformata sunt, vt tamen à natura inchoata compareant. de Na. 13 a, Difficile erat rem tantam inchoatam relinquere.

INCHOO, as. *incipio, exordior, attingo, informo.*)(. *Finio, pertexo, perficio.* de Prou. 73 a, Si idem extrema persequatur qui inchoauit, iam omnia perfecta videbimus. pro Arc. 191 a, Nam quas res nos gessimus, &c. attigit hic versibus & inchoauit: quibus auditis, &c. hunc ad perficiendum hortatus sum. Acad 40 b, Philosophiam multis locis inchoauit. de Cl. 166 a, Quod mihi nuper in Tusculano inchoasti de oratoribus, quando, &c. item: Meos libros, quos expectas, inchoaui: sed conficere non possum his diebus. pro Dom. 249 a, Cum nouum delubrum in vrbis clarissimo loco nefandis quodam instituto inchoares. Orat. 199 b, Inchoare & informare oratorem perfectum. de Leg. 165 a, Communis intelligentia nobis notas res efficit, easque in animis nostris inchoauit, vt, &c. de Fin. 114 a, Natura hominem inchoauit, sapientia perficit.

☞ Syntaxis. *Præclara inchoata multa. Inchoatum ac rude, Mancum & inchoatum. Inchoatum officium. Prima & inchoata intelligentia rerum. Philosophiam inchoare. Inchoare & informare oratorem.*

INCIDO dis. *accido, contingo, euenio.* Ora 200 b, Quorum ætas in eorum tempora, quos nominaui incidit. Epist. 156 b, Si casus inciderit, pro uobis mori non recusabo. Ep. 63 a, Cogita tales casus incidisse multis uiris fortissimis. Ep. 64 b, Incidere fortuito in aliquid agendum. Offi. 7 a, Sed incidunt sæpe tempora, cum ea quæ, &c. de Inuen. 69 a, In nostra consuetudine rarius incidunt translationes. & ibid. In ipsis iudicijs rarius incidunt. de Orato. 122 a, Nihil se effugiet, & omne quod erit in re. occurret atque incidet. Offic. 30 b, Eorum autem ipsorum quæ honesta sunt, potest incidere sæpe contentio. de Orat. 89 a, Nihil incidit postea ciuitati mali, quod non impendere illi tanto ante uiderant.

¶ *Incurro.* Att. 89 b, Vidnis cum omnia obsignaret, ibi. Vedianas res incidit. Topic. 227 b, Non omnes loci incidunt in omnem quæstionem. de Fat. 141 a. Saxum ex spelunca in crura eius incidit. pro Cl. 23 b, M. Aurius captus in Q. Sergij manus incidit. pro S R 44 a, Milites alicubi collocare, in quos si qui ex acie fugerint, de improuiso incidant. Offi. 6 b, Dum alterum iustitiæ genus assequuntur, &c. in alterum incidant. pro Plan, 362 b. Sed cum accuso, qui me incurrit atque incidit. Offi. 6 a, Cum in imperiorum, honorum, gloriæve cupiditatem inciderint.

¶ *Venio.* In V. 145 b, Sane homini præter opinionem improuiso incidi. I. V 62 b, Non consulto, sed casu in eorum mentionem incidi. & de Or. 94, Incidere in aliquem sermónem. pro Cæl. 40 b, Quoniã huc incidi. Epist. 136 a, Incidunt in sermone vario multa. de Anu. 95 b, Tum memini in eum sermonem illum incidere, qui sum, &c. Atti 255 a, Ego enim in varios sermones incidebam de Cla. 165 b, Cũ in eam nuper ex sermone quodam incidissemus. Q. F. 3 a b, Huic literis nihil fere scribo: quod si in alicuius manus inciderit, molestè ferendum sit. de Fin. 115 b, Quod cuique in mentem incidit. Atti. 79 b, Facitque me in quem diem Romana incidunt mysteria, certioré. I. P. 81 a, Cum in Calend. Ianuarias compitalitiorum dies incidissent. Atti. 237 a, Si recte is qui hanc epistolam tulit, in ipsum suum diem incidit. *in tuum diem natalem.*

¶Obuiam

¶ *Obuiam fio.* pro Pl. 180 a, Cum hic in me incidit, complexus est.

¶ *Cado.* Epist. 156 b, Ex labore incidere in febriculam. I.P. 89 b, Incidere in furorem & insaniam. Episto. 201 a, Incidere in morbum. de Fi. 115 b, Incidere in peccatum. I.A. 193 b, Bellua quæ quoniam incidit in foueam, obruatur.

INCIDO, dis. *cædo, proseco, securim, inijcio, præcido, elido.* Att. 55 a, Qui mihi pennas inciderunt, nolunt easdem renasci. & Episto. 86 b, Si gradus scalarum incidas. Q.F. 308 a, Poema ad Cæsarem quod composueram, incidi. I.A. 169 b, Tametsi oportet incidamus media, ne nimis ferò ad extrema veniamus. de Orato. 237 a, In omnibus numeris æqualiter particulas deceat incidere, an facere alias breuiores, alias longiores. Academ. 45 b, Incidere neruos virtutis. contra Rull. 75 b, Incidere neruos Populi Romani. I.C. 112 b, Literas proferri iussimus, linum incidimus, legimus. in Anton. 156 a, Quæ ille in æs incidit.

INCIDOR, tis. pro Milo. 118 b, Incidebantur domi leges, quæ, &cæt. I.P. 99 b, Vt esset, quod in basi trophæorum incidi inscribique posset. de Orato. 139 b, Inciditur enim omnis iam deliberatio, si intelligitur non posse fieri. Antequam. 195 a, Lingua inciditur ad deplorandam calamitatem.

INCINCTVS, a, um. *igni accensus.* Aca. 22 b, Ceruleæ incinctæ igni incedunt. Poetæ.

INCIPIENDI. Officio 17 b, Vt incipiendi ratio fuerit, ita sit definendi modus.

INCIPIENS, tis. Att. 106 b, Epistola quã incipiente febricula scripseras.

INCIPIO, pis. *cœpi, instituo, ingredior, initium facio, duco, fumo affero, introduco, principium capio, duco, habeo, primordium. exordium capio, induco, exordior, aggredior. ordior. incohoo, informo, fundamenta, iacio. rudimentum pono, duco, proficiscor.* pro Deiot. 144 a, de Natu 27 b, Tum enim bella gerere nostri duces incipiunt, cum auspicia posuerunt. Attic. 23 a, Vincere incipit timorem dolor. Tuscu. 174 a, & de Inuen. 48 b, Homines mortem optare incipiant, vel certe timere desistant. Tuscu. 218 b, Huic incipiũ sententiæ diffidere. pro Plã. 168 b, Quod (vt opinio mea fert) ne incipies quidem. Aca. 5 b, Sed quod nos facere nunc ingredimur, vt contra Academicos disseramus, id &cæt. Suscipere, incipere, ordiri. L. ORDIOR. Incipio sperare, ingredior in spem. * Cic. de Inuen. 63 b, Nunc a coniecturali constitutione proficiscemur.]

INCISE. Orat. 127 b, Incisè membratimve dicere.

INCISIM, *cæsim, mesis* de Orat. 318 a, Hæc quidem duo binis pedibus incisim, dem membratim, &c.

INCISIO, nis. Or. 217 a, De circuitum particulis, & tãquam incisionibus disserendum est. Attic. 218 a, De membris & incisis, vel incisionibus.

INCISVM, si. *incisio.* de Orato. 217 b, Quæ Græci *κόμματα* & *κῶλα* nominant, nos recte incisa & membra dicimus. & 218 a, Exemplum incisi & membri.

INCISVS, a, um. *inscriptus, insculptus, insignitus* de Som. 90 a, Notum est eius carmen incisum in sepulchro. pro Cor. 66 a, Quod nuper in columna ænea meminimus post rostra incisum & perscriptum fuisse. pro Dom. 217 a, & 241 a, In qua basi grandibus literis nomen Africani erat incisum. I.V. 140 a, Videmus in basi statuarum maximis literis incisum, A communi Sicilia datas. pro Fon. 185 b, Quod in monumentis rerum gestarum incisum ac notatum videmus. I.P. 95 a, Elogium in sepulchro incisum. I.V. 133 b. Id non modò tum scripserunt, verùm etiam in ære incisum nobis tradiderunt. Ep. 219 b. Tabula in qua nomina ciuium incisa essent. de Diu. 98 a, Pulmo incisus in extis profert diem.

☞ Syntaxis. *Incise membratimq́; dicere. Incisum in sepulchro carmen. Incisum in ære, in æs. Inciditur lingua ad deplorandum. Incisum & notatum in monumentis. Incidere poema confectum.*

INCITAMENTVM, ti. *inuitamentum, illecebra.* pro Arc. 190 a, Hoc hominibus maximum & periculorum incitamentum est, & laborum.

INCITANDVS, a, um. de Or. 108 a, His ego cohortationibus Crasse ad studium & ad laborem incitandos iuuenes puto.

INCITATIVS, *aduerbium.*)(*Sedate* Or. 203 a, Incitatius ferri.

INCITATIO, onis. Orat. 98 a. Sic euolauit oratio, vt eius vim & incitationem aspexerim, vestigia ingressumque non viderim. Acad. 20 b, Sed qui tanta incitatione fertur. de Diu. 99 a, Altera diuinans mentis incitatione diuina. de Orat. 111 b, Languentis populi incitatio, & effrenati moderatio. de Or. 115 a, Acri & vehementi quadam incitatione inflammari animum.

INCITATIVS.)(*Tardius aduerbium.* Orat. 217 b, Fluit omnino numerus à primo, tum incitatius breuitate pedum, tum proceritate tardius: versum contentiones magis requirunt, expositiones rerum tarditatem.

INCITATVS, a, um tior, ssimus. de Som. 119 a, Totius mundi incitatissima conuersio. de Vni 198 b, Cœlum volubile, & in orbem incitatum. Orato. 200 b, Tucydides incitatior fertur. de Nat. 61 b, Equo incitato se in hostes immittere. de Orato. 102 a, Populum inflammare in improbos, vel incitatum in bonos mitigare. pro Dom. 130 a, Populus Romanus incitatus iracundia, &cæt. Attic. 17 b, Odia quæ erant in me incitata, sic mitigata sunt. de Senec. 85 a, Aliquis maxima incitatus voluptate corporis. Tuscu. 241 b. Studium incitatum ad inuestigandam veritatem. Epist. 8 a. Te verò moneo, cum beneficijs tuis, tum amore incitatus meo, vt, &c.

INCITO, as. *impello, exacuo, excito, fuscito, acuo, incendo, cohortor, irrito, stimulo alacriorem reddo, erigo, admoneo.*)(*Deterreo, sedo.* de Orato 91 b, Excitatio eloquendi celeritatem incitat. Ora. 202 b, Philosophi sedare animos malunt quàm incitare. pro Flac. 260 a, Nec desunt qui istos in me & in optimum quemque incitent. Att. 23 a, Quod si in eam me partem incitarem, profecto, &c. Epi. 183 b, Incitare milites in aliquem. de Orato. 115 a, Facilius est currentem (vt aiunt) incitare quam commouere languentem. de Cl. 194 b, Aliquem. Incitare, cupiditate faciendi aliquid.

INCITOR, ris. Acad 36 a, Incitari contra aliquem. de Ora. 164 a, Quanquam ea tela texitur, & ea incitatur in ciuitate ratio viuendi, & posteritati ostenditur, &c. de Senec. 85 a, Voluptatis auidæ libidines temere ad potiundum incitantur. Ep. 194 a, Ne putes in Asia feriatum illum ab ijs studijs, in quæ sua cohortatione incitatur, futurum. de Fi. 104 a, Incitari natura ad agendum aliquid. de Orato 89 b, Causæ quibus mentes incitantur aut reflectuntur. Q. Fr. 279 b, Aliquem sic animo incitari, vt ab omnibus eius desideretur humanitas. de Natu. 46 b, Stellarum motus tum incitatur, tum retardatur. de Somn. 119 a, Nec enim silentio tanti motus incitari possunt.

☞ Syntaxis. *Motus diuina inclinatio. Volubile cœlum, & in orbem incitatum. Incitatus ad odium, ad studia. Mentem alicuius incitare.)(reflectere. Stellarum motus incitatur.)(retardatur. Non silentio cœlorum motus incitatur.*

INCLAMO, as. *altiore voce clamo, voco.* Attic. 33 b, Sed ita te para, vt si inclamaro, aduoles. & 35 b, Expeditus facito vt sis, si inclamauero, ut accurras. de Inuen. 64 a, Comitem illum suum inclamauit semel ac sæpius. de Or. 104 b, Nemo ingemuit, nemo inclamauit patronorũ, nihil cuiquam doluit.

INCLINANS, tis. de Ora. 115 b, Inclinantem erigere.)(*Stantem inclinare.* Tusculano. 22 a, Cum Aiax Danais inclinantibus prælium restituit.

INCLINATIO, onis. *conuersio status, mutatio, permutatio, conatus. flexio, inflexio.* I.V. 271 b, In Repu. permagni momenti est ratio atque inclinatio temporum pro Sest. 18 b, Fieri quædam ad meliorem spē inclinatio visa est. Epist. 88 a, Quæ quando in temporum inclinationibus sæpe paruis posita sunt, omnia momenta obseruabimus. pro Corn. 67 a, Fuit hoc meum fatum, ut in me vnum omnis inclinatio omnium temporum incumberet. I.A. 199 b, Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt. de Fi. 126 b, Theophrastus scripsit, qui esset optimus Reipublicæ status, quæ essent in Repu. inclinationes rerum & momenta temporum. contra Rull. 82 a, An ignoras cætera vectigalia perleui sæpe momento fortunę, inclinatione temporis pendere. pro Dom 221 a, Mihi nihil oberat preter conuersionem status, & inclinationem communium temporum. pro Plan. 279 b, Reip. status inclinatio temporum, ratio concordiæ. pro Mur. 136 b, Magna est comitijs consularibus repentina voluntatem inclinatio, præsertim cum incubuit ad bonum virum. de Or. 129 a, Inclinatione voluntatis propendere in aliquem. de Na. 30 a, Accubatio, inclinatio, sessio. * de Cl. 178 b, Inclinatio vocis.]

INCLINATVS, a, um, tior. *inclinatus, propendens.* in Ara.

Inferior paulo est aries & flamen ad austri.

Inclinatior. ---- & ibid.

Hęc obit inclinata: ---- *idest, Cassiopea.* & ibid.

Et inclinata magis paulo est aquilonis ad auras.

Or. 199 a, & 201 a, Inclinata vlulantique voce canere Br. 289 a, Ferre præsidium labenti atque inclinatæ Reip. Tusc. 183 b, Nostra acies inclinata, &c. de Orat. 138 b, Sed tantam impellis primo iudicem, vt iam inclinato reliqua incumbat oratio. de Cla. 169 a, Appius Claudius senatum iam inclinatum à Pyrrhi pace reuocauit. Ep. 2 b, Laboratur vehementer, inclinata res est. *i. quasi ruinam minatur* Ep 56 b, Qui ab excitata fortuna ad inclinatam, & prope iacentem desciscerem, Dolab. Ep 130 b, Vt te in ocium referres, pręcipue nunc iam inclinata victoria. Tuscu. 191 b, & de Or. 144 b, Inclinato iam in post meridianum tempus die.

INCLINO, as. *propendo, vergo.)(Erectus sum. sto.* de Ora. 115 b, Si sedant, & sua sponte quo impellimus, inclinant atque perpendent, accipio quod datur. Att. 45 a, Qui ut me paulum inclinari timore viderunt, vt, &c. de Sen. 80 a, Cum sententia senatus inclinaret. ad pacem faciendam cum Pyrrho. I.C. 117 a, Nunc quicquid est quocunque vestræ mentes inclinaut, atque sententiæ, statuendum uobis ante noctem est. At. 196 a, Tum igitur intelliges, quid inclinent ad hoc meũ consilium adiuuandum.

¶ *Flecto.* de Finibus 92 a, Quam uellem, inquit, ut te ad Stoicos inclinasses. de Inuentio 44 a, Inclinare omnia ad suæ causæ commodum.

☞ Syntaxis *Inclinantibus suis prælium restituere. Inclinatio facta ad spem temporum, rerum, & momenta temporum. Voluntatum inclinatio. Inclinata vox. Inclinata & labens Respublic. Inclinata res. Fortuna inclinata, victoria. Ad pacem inclinare. Inclinare alios ad se.*

INCLVDO, is. *claudo, comprehendo* Att. 5 b, Typos, quos in tectorio atrioli includam, &c. Tusc. 155 a, & 285 a, Phidias sui similem imaginem inclusit in clypeo. I.V 218 b, Tu illa, ex patellis quę velarat, ita apte in scyphis aureis includebas, vt, &c. Att. 8 a, *ὑπόθεσιν*, quam postulas, includam orationi meæ. de Diu. 97 a, Dij inim suam terræ cauernis includunt. de Cla. 185 b, Hoc autem loco nolumus ætatem indisparem oratorem ætatem includere. Tusc. 22 a b, Quam opinionem in omnes definitiones superiores inclusimus. At. 12 b, Pene orationem in epistolam inclusi. I. Ant. 189 b, Antonius armatus in ecula Concordiæ inclusit. de Vni. 201 a, Deus omnia animalia in mundo intus inclusit. Or a. 198, & 209 a. Eos in eam formam non poterat includere, in Ver. 265 a, Includere aliquem in custodias.

¶ *Profiteo.*

¶ *Profero.* de Ora. 160 a, Verba versu includere.
¶ *Prohibeo.* pro Ro. P. 130 a, Sed me dolor debilitat, includitque vocem.

INCLVDOR, ris. de Senect. 87 b, Viriditas herbescens vagina iam quasi pubescens includitur. de Cla. 190 a, Quod multis locis in iurisconsultorum includitur formulis. I. A. 144 b, In huius me consilij societate, tanquam in equum Troianum includi cum principibus non recuso.

INCLVSIO, onis. *obsessio.* I. V. 33 b, M. Bibulus, cuius inclusione contentus non eras.

INCLVSVS, a, um. *conclusus, clausus.* pro R. 95 a, Aliquem inclusum atque abditum latere in occulto. I. C. 98 a, S. C. Inclusum in tabulis tanquam in vagina reconditum. I. P. 81 b, Odium inclusum nefarijs sensibus impiorum. de Ar. 249 b, Pop. Ros septus & inclusis. Anteq. 192 b, Si liberum conceptam dulcedinem animo inclusam teneris. I. C. 106 b, Intus inclusum periculum est. pro Syl. 181 a, Illis inclusis in republica pestibus. de Sen. 93 b, Dum sumus in his inclusi compagibus corporis. pro Deiot. 145 b, In salute reipublicæ salus omnium inclusa est. de Som. 131 a, Si iam tum, cum erit inclusus in corpore, eminebit foras. Att. 85 b, Scaptius inclusum in curia Senatum Salamine obsederat. contra Rull. 74 a, Agri eodem capite inclusi continentur. Attic. 23 a, Consule in carcere incluso. de Natu. deor. 38 b, Physica ratio inclusa in impias fabulas. Attico. 240 a, Illa de Buthrotijs, quæ mihi sunt inclusa medullis. de Natu. 50 b, Omnia quæ intus inclusa sunt. de Diu. 83 b,

Æthereis æterne septa atque inclusa cauernis.

Top. 221 b, Loci in quibus argumenta inclusa sunt. de Diui. 123 b, Auis inclusa in cauea.

☞ Syntaxis. *Includere in epistolam orationem: & , epistola. Verba non sunt versu includenda. Inclusa in Repub. pestes. Salus omnium in Deo inclusa.*

INCLITVS, a, um. *clarus, nobilis, insignis.* de Diui. 104 a, Paris iudicauit iudicium inclytum. de Orato. 212 a, Inclytus dicimus, breui prima litera.

INCOEPTIO, onis. *initium, principium.* Acade. 30 a, Tam præclari operis inceptio.

INCOEPTVM, pti. *coeptus.* I. C. 110 a, Si cuius non modo factum, sed inceptum vllum conatumue contra Remp. deprehendero, senties, &c. Epi. 71 a, & 70 b, Cupio deterrere te, ne permaneas in incepto.

INCOEPTVS, a, um. *institutus.* de Ar. 243 b, Duobus inceptis verbis omnem illius impetum compressi.

INCOGNITVS, a, um. *ignotus.*)(*Cognitus, notus.* Ac. 28 b, Cum tu me incognito assentiri vetes. & 47 b, Cum aut falsa, aut incognita res approbatur. de Leg. 173 b, Fatidicorum effata incognita interpretari. Postq. 198 b, Illi fratrem mihi incognitum, qualis futurus esset, dederunt. Off. 4 b, In hoc genere duo vitia vitanda sunt, vnū ne incognita pro cognitis habeamus, hisque temere assentiamus. pro Cæc. 290 a, Dum incognita re iudicare voluit. de Or. 89 a, Natura rerum incognita. I. A. 192 a, Hoc insperatum omnibus consilium incognitum certe cepit. contra Rul. 71 a, Incognitam legem accipere. de N. 40 b, Condemnare aliquem causa incognita.

INCOLA, læ. *habitator.* Off. 25 b, Peregrini autem & incolæ officium est, nihil præter suum negocium agere. de Sen. 93 a, Audiebam Pythagoram Pythagoricosque incolas pene nostros, &c. de Na. 54 a, Sunt enim in terra, non vt incolæ atque habitatores, sed quasi spectatores rerum cœlestium. de Fi. 124 b, Coloneus ille locus, cuius incola Sophocles fuit. Tusc. 249 a, Socrates totius mundi se incolam & ciuem arbitrabatur. Tusc. 135 b, Bestiæ nantes aquarum incolæ. I. V. 215 b, Quam vos crucem incolis vestris ciuibus Romanis ostendere soletis, quo minus sibi arrogent.

INCOLO, lis. *habito, incola sum.* I. V. 35 a, Cum spoliatum fanum viderent hi, qui Delum incolebant, grauiter ferebant. I. V. 204 a, Illam vrbem Græci incolebant. Aca. 34 b, Et Roma vrbs, & eam ciuitas incolit. Tuscula. 150 b, Vbi sunt ergo hi, quos miseros dicis, aut quem locum incolunt? de Natu. deor. 34 a, Qui terras incolunt, in quibus aer crassus est. Quin. Frat. 249 b, Qui earum ciuitatum fines incolunt. Antequam 196 b, Qui sedem Capitolij in saxo incultis constitutam.

INCOLOR, ris. de Diu. 127 b, Omnis terra quæ incolitur. de Diu. 99 b, Loca quæ à quibusque incoluntur.

☞ Syntaxis. *Incola & habitator. Bestia aquarum incola. Incolitur terra, & ab hominibus.*

INCOLVMIS, me. *saluus, integer.* I. V. 66 a, Vt hæc quæ dixi, retinere incolumia ac salua possimus. pro Plan. 261 a, Qui ne equestrem quidem splendorem incolumem a calamitate iudicij retinere potuit. de Fi. 110 b, Vt se & saluum in suo genere incolumemque vellet. I. C. 116 a, Ciues integros incolumesque seruaui. pro Syl. 178 b, Si eum in omni fortuna atque omni terrore incolumem habere non poterunt. de Inu. 52 a, Incolumis & beatus. ad Her. 11 b, *ba.* Cic. de gloria lib. 2. teste Charisio, Quo stante & incolumi.

INCOLVMITAS, tis. *salus.* de Inu. 83 a, Incolumitas est salutis tuta atque integra conseruatio. & ibid. Quibus rebus incolumitatem & libertatem retinent ciuitates. Anteq. 193 a, Alicuius incolumitatem & salutem deserere. Att. 285 a, Habere incolumitatem ab aliquo. de Na. 49 b, Incolumitas mundi.

☞ Syntaxis. *Incolumem & saluum. Integer & incolumis à. Incolumis & beatus. A Deo incolumitas habita.*

INCOMITATVS, a, um. *sine comite solus.* de Ora. 105 a, Cuius artem cum indotatam esse, atque incomitatam & incomptam videres verborum eam dote locupletasti.

☞ Syntaxis. *Ars indotata, incomitata, incompta.*

INCOMMODATIO, onis. *incommodum.* Att. 15 a, Atque in ista incommodatione inest illud commodi.

INCOMMODE, dius, dissime. *moleste.* Att. 106 b, Animaduerteram posse pro re nata non incommode ad me in Albanum venire. Attico. 111 b, Vt in his pro re nata non incommode possint esse. Quin. Fra. 299 a, Id mihi non incommode visum est accidisse. Attico. 97 a, Ille se ita audisse, ut nihil esset incommode. de Ami. 98 a, Cum illo actū optime est, mecum autem incommodius. Attic. 72 a, Incommodissime nauigare.

INCOMMODITAS, tis. *incommodum.* Attico libro 1, Atque in ista incommoditate alieni illius animi & offensæ, illud inest tamen commodi, &c.

INCOMMODO, as. *officio, incommodum fero, incommodo afficio, incommodum do.* pro Q. 9 a, Qui nihil alteri scientes incommodant, nihil ipsis iure incommodi cadere potest.

INCOMMODVM, di. *damnum detrimentum.* de Nat. 6, Incommoda vitæ sapientes commodorum compensatione leniunt. Attico. 105 b, Sed prorsus te commoueri incommodo valetudinis tuæ nolo. de Orato. 118 a, Qui locus talis est, vt plus habeat adiumenti, quàm incommodi, hunc iudico esse dicendum. de Cl. 165 a, Nostro incommodo detrimentoque doleamus. I. V. 2. 56 b, Tametsi multis incommodis difficultatibusque affectus est. Attic. 201 a, Nec id incommodo tuo feceris. pro Qui. 1 a, Illud quoque nobis accedit incommodum, quód, &c. pro Mur. 135 b, Quibus incommodo morbi etiam ceteri vitæ fructus relinquendi. Q. F. 301 b, Ferre incommodum alicui. Offic. 5 b, Ne ipse aliquo afficiatur incommodo. de Ora. 137 a, Vitia aut incommoda, quæ sunt in aliquo. de Inuen. 64 a, Reijciendi, diminuendi, deuitandi ve incommodi causa. de Fi. 137 a, Atque ipsa scientia, etiam incommoda datur sit, gaudent.

INCOMMODVS, da, dum. *inutilis, aduersus, alienus.* Attico. 224 a, Antonij colloquium cum heroibus pro re nata non incommodum. pro Clu. 52 a, In rebus eis incommodis subleuare aliquem. de Inuent. 34 a, Eorum controuersiam non incommodum videtur cum vtrorumque ratione exponere. de Natu. 74 b, Facilem & liberalem patrem incommodum esse amanti filio. de Cla. 176 a, Is incommoda valetudine fuit.

☞ Syntaxis. *Nihil est incommodè. Incommodè nauigare. Incommodum ac detrimentum. Incommodum ac difficultas. Subleuare aliquem in rebus incommodis. Homo incommodus. Valetudo incommoda.*

INCOMPREHENSVS, a, um. *non perceptus, incognitus.* Acade. 24 a, Illa, quæ nos incomprehensa & non percepta dicimus.

INCOMPTVS, a, um. *inornatus, incultus.* Att. 21 a, Quanquam illa tua horridula mihi & incompta visa sunt. Ora. 204 a, & de Ora. 105 a, Mulier inornata & incompta oratio. L. INDOTATVS.

INCONCINNVS, a, um. *molestus, inurbanus, præposterus, absurdus.* de Ora. 110 a, Qui in aliquo genere inconcinnus aut multus est is, ineptus dicitur.

INCONDITE. *insulsè.* de Or. 159 a. Ille rudis incondite fundit, quantum potest. & de Diu. 138 b, Nihil tam præpostere, tam incondite, tam monstruosè dici potest, quod non possimus somniare.

INCONDITVS, a, um. *inconcinnus, insulsus.* de Ora. 101 b, Omne ius ciuile præter hoc nostrum inconditum est, ac pene ridiculum. Orat. 220 a, Si inconditi alicuius oratoris arripias sententiam aliquam dissipatam. Ora. 211 a, Sententiam inconditis verbis efferre. de Ora. 159 a, Incondita antiquorum dicendi consuetudo. de Cla. 187 a, Inconditum genus dicendi.

☞ Syntaxis. *Inconditum ius, oratio, orator.*

INCONSIDERANS, tis. *inconsideratus.* de Di. 120 b, Nos autem ita leues atque inconsiderantes sumus, &c.

INCONSIDERANTIA, tiæ. *inconsulta ratio, temeritas.* Q. F. 328 a, Cū ius in hoc uno inconsiderantiam & ego sustinebo, ut potero & tu ut possis, est tuorum seruorum *aliter, inconsiderantia.*

INCONSIDERATE. *inconsultè, temerè, inconsultò.* Offic. 21 a, Temerè, fortuitu, inconsideratè, negligenter facere aliquid. & de Fat. 146 b, & Tuscu. 149 a.

INCONSIDERATVS, a, um. ssimus. *inconsiderans, inconsultus, amantissimus, temerarius, omnibus consilijs præceps ac deuius, præceps, cæcus.*)(*Considerantus.* de Arc. 257 b, Inconsideratissima & dementissima temeritas. Tusculan. 190 b, Temerarius & inconsideratus. pro Quint. 14 b, O cupiditatem inconsideratam. Acade. 33 b, Nihil potest dici inconsideratius.

☞ Syntaxis. *Temerè, fortuitò, inconsideratè, negligenter facere. Temerarius & inconsideratus.*

INCONSTANS, tis, tius. *leuis, mobilis, volaticus, volubilis, qui à se ipse dissentit, qui nunc hoc, nunc illud dicit, leuissimus transfuga, neque in hac neque in illa parte fidem habens.*)(*Qui idem semper dicit.* pro Quin. R. 47 b, Qua in re mihi ridicule es visus esse inconstans, qui eundem & lęderes, & laudares. de Diui. 135 a, Nam si ea quoque diuina sunt, quid inconstantius Deo?

INCONSTANTER, issime. *leuiter.* de Fin. 83 a, Hæc dicuntur inconstantissime. & Aca. 14 a, Inconstanter loqui. & Tuscu. 214 a, Inconstanter & turbide iactari.

INCONSTANTIA, tiæ. *leuitas, mutabilitas, mobilitas.*)(*Constans & perpetua ratio vitæ.* de Natu. 71 b, Fortuna ab inconstantia & temeritate seiungi non potest. Att. 156 a, b, Nemo doctus vnquam mutationem consilij inconstantiam dixit esse. de Natu. 8 a, Iam de Platonis inconstantia longum est dicere. Tuscu. 216 a, Inconstantia, mu-

tabilitasq;

tabilitasque mentis. In An. 311 a, Quid est in constantia, nobilitate, leuitate turpius? pro Dom. 213 a. & Episto. 12 a, Varietas, & inconstantia, & crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio. In Va. 69 b, In alteram inconstantio titam cùm leuitate tum etiam periurio refellisti.

☞ Syntaxis. *Inconstantia, & mutabilitas. Inconstantia & temeritas. Inconstantia, mobilitas, leuitas. Varietas & inconstantia. Inconstantia, tum leuitas.*

INCONSULTE. *inconsultò, inconsideratè.* de N. 10 b, Inconsultè ac temerè dicere aliquid. & Off. 44 a, Incon sulte largiri.

INCONSULTO. *inconsulti* ad Her. 17 b,

INCONSULTUS, a, um. *inconsideratus.* pro Deio. 146 a, At credo hęc homo inconsultus & temerarius nō videbat. pro R. P. 222 b, Illa posthumi siue inanis spes siue inconsulta ratio, siue, vt grauissimo verbo vtar, temeritas.

☞ Syntaxis. *Inconsultè ac temerè. Inconsultus & temerarius. Ratio inconsulta, temeritas.*

INCONTENTUS, a, um. *remissus.* de Fin. 123 a, Vt in fidibus plurimis, si nulla earum ita contenta numeris sit, vt concentum seruare possit, omnes æque incontentæ sint, & ibidem. Aeque enim contingit omnibus fidibus, vt incontentæ sint, illud non continuo, vt ęque incontentæ.

INCONTINENTER. *intemperanter, dissolutè.* Off. 59 a, Nihil libidinosé, nihil incontinenter esse faciendum.

INCONTINENTIA, tiæ. *intemperantia.* pro Cel. 42 b, Is multa de incontinentia intemperantiaque disseruit. ad Her. 2 a, In inuidiam trahemus, &c. si aduersariorum incontinentiam proferemus. I V. est boni iudicis, paruis ex rebus coniecturam facere vniuscuiusque, & cupiditatis & incontinentiæ.

INCONTINENS, tis. *intemperans.* Cass. Epi. 189 a,

INCORRUPTE, ptius. *castè, integrè.* pro Mur. 135 b, Qui multis post secu lis de te iudicabunt, & quidem fortasse incorruptius quam nos. de Fi. 55 a, Natura incorrupte atque integrè iudicante.

INCORRUPTUS, a, um. *integer, purus, inuiolatus, sanus, saluber, sincerus, castus, religiosus, naturalis, non fucatus.*)(*Vitiosus, corruptus, fucatus.* de Cla. 167 b, Succus ille & sanguis incorruptus. de Op. 243 b, Incorrupta sanitas. pro Mil. 113 a, & de Vn. 202 b, Quid hac quæstione dici potest integrius? quid incorruptius? de Cl. 176 b. Incorrupta quędam Latini sermonis integritas. de Fi. 63 b, Testis incorruptus atq; integer. Ac. 6 a, Integri atque incorrupti sensus. Tuscu. 157 a, Animus permanet incorruptus. Orat. 202 a, Virgo incorrupta. de Cla. 188 b, Purus, incorruptus.

☞ Syntaxis. *Incorruptè atque integrè iudicare. Incorrupta sanitas, sanguis. Integrum & incorruptum. Integritas lingua incorrupta. Incorruptus testis, & integer. Purus & incorruptus.*

INCREBRESCO, scis. *percrebresco peruagor.* Ora. 263 a, Nunc apud oratores ipse numerus increbuit de Or 91 b, Cum hoc nescio quomodo apud eos increbuisset, me, &c. de Opt. 243 b, Nonnullorum sermo iam increbuit, se, &c. 198 b, Hi, quorum sermo imperitorum increbuit. I. A. 260 b, Hæc consuetudo quæ increbuit. de Leg. 183 a, Sed ut rursus idem, increbuisse eam funerum magnificentiam, q nunc fere Romæ est. Epis. 105 a, Ventus increbescit.

☞ Syntaxis. *Increbescunt rumor, fama, sermo, ventus.*

INCREDIBILIS, le. *inauditus, absurdus, monstri vel portenti similis, singularis* de Iuu. 67 a, Quæ rem credibilem aut incredibilem facere possunt. pro Corne. 55 a, Vt mihi iam verum videatur illud esse, quod nonnulli quasi quiddam incredibile dicere putabantur. pro Pomp. 21 b Hoc omnibus incredibile, & falsò memoriæ proditum videbatur. Epi. 7 b, Incredibilis hominum peruersitas. Att. 175 b, Nihil mihi vnquam tam incredibile accidit, quàm, &c. Par. 116 a, Nihil est tā incredibile, quod non dicendo fiat probabile. I. A. 210 b, Si quod dixero, erit vel acerbum auditu, vel incredibile a M Cicerone esse dictum. I. A. 173 a, & 196 a, Incredibile & simile portenti est, quonam modo, &c. Att. 212 a, Incredibile est, quàm ego ista non curem. Att. 257 a, Incredibile est, quāta me molestia affecerit, &c. Att. 90 b, Hac re incredibile est quantum ciuitates emerserint. Att. 254 a, & de Orato. 101 a, Incredibile est, quàm me omni genere delectarit. Att. 231 a, Singularis & incredibilis virtus. de Orat 99 a, Antonij incredibilis quædam & prope singularis & diuina vis ingenij. de Or. 108 b, Sic homines non eruditi summam essent prudentiam atque incredibilem eloquentiam consecuti. Orato. 200 a, Admirabilis fama virtutum incredibilium alicuius. pro Syl. 181 b, Incredibilis fuit & singularis furor. Episto. 223 b, Singularis & prope incredibilis fides. Episto. 215 a, Agere incredibiles gratias alicui. In Ver. Incredibilis audacia.

INCREDIBILITER. *summoperè, immortaliter.* de Sene. 87 b, Incredibiliter delector, &c. & Qu. F. 315 b, Literæ Cæsaris incredibiliter delectarunt. Att. 102 b, Domitius de se incredibiliter pertimuit. de Or. 110 b, Eos incredibiliter repuerascere esse solitos. I. A. 159 b, & Br. 91 b, incredibiliter gaudeo, &c.

☞ Syntaxis. *Incredibile accidit. Incredibile est, quàm ego non curam. Incredibiles agere gratias.*

INCREMENTUM, ti. *accessio.* de Sen. 88 a, Quid ego vitium satus, ortus, incrementa commemorem? de Fin. 83 a, Negat enim summo bono afferre incrementum diem.

INCREPANDUS, a, um. de Or. 127 a, Tum omnem orationem conuerti in increpandum Cępionis fugam.

INCREPO, as. increpaui, & increpui. *redarguo, accuso.* In Sal. 273 a, Nam quod ætatem increpuisti, puto. Aca. 19 a, & pro Dom. 224 b, Increpare arrogantiam alicuius. Quin. Frat. 308 b, Cato Pompeij in me perfidiam increpauit. de Orato. 110 b, Discus increpuit. I. C. 101 a, Quicquid increpuerit Catilinam timeri, non est ferendum. & I. P. 111 a, Quicquid increpuerit pertimescens. pro Murę. 129 a, Simulatque increpuit suspicio tumultus, artes illico nostræ conticescunt.

INCUBO, as. *quasi inhio.* pro Clu. 32 b, Hic ille planus improbissimus, qui illi pecuniæ quam condiderat, spe iam atque animo incubaret, contrahit frontem.

INCULCANS, tis. Off. 22 b, Ne vt quidam Græca verba inculcantes, iure optimo videamur.

INCULCATUS, a, um. Att. 252 b, Ἀρχέτυπον, ipsum tibi misi crebris locis inculcatum & refectum. Att. 256 a, Libertas alicui tradita atque inculcata. I. V 183 a, inculcatū est Metello, te aratores euertisse. de Nat. 52 b, Vos autem non modo oculis imagines, sed etiam animis inculcatis Att. 14 a. Valuit plus, quod erat illi nonnullorum artificijs inculcatum. Orato. 119 b, Apud alios inculcata reperias multa. Att. 50 b, Tertium caput a quo sit inculcatum vides.

INCULCO, as. *infercio ingero, molestè obijcio seu offero, impello.* de Fat. 141 a, Quid igitur attinet inculcare fatum? de Ora. 110 a, Græci qui se inculcant auribus nostris. In Vat. 34 a, inculcasti etiam vt se Pisoné nominaret. Or. 215 b, Inculcamus sæpe per imprudentiam etiā minus vsitatos versus Or. 201 b, De firmissimis alia prima ponet, alia postrema, inculcabitque leuiora.

INCULCATOR, ris. de Or. 95 b, Id quod tradatur, vel etiam inculcetur, si quis sit tardior, posse percipere.

☞ Syntaxis. *Archetypus inculcatus, & refectus pluribus locis.*

INCULTE, *inornatè.* de Cla. 174 a, D. Brutus dicere non incultè solebat Orato. 199 a, Inculte & horride dicere. pro Quin. 10 b, Et incul te viuere.

INCULTUS, a, um. *horridus, incomptus, inornatus.* de Natu. 7 a, Terræ regio inhabitabilis atque inculta. de Cla. 166 a, Serere in inculto & derelicto solo & pro Q. R. 50 b, Ager incultus. Offic 53 a, Nulla pars Philosophiæ inculta ac deserta. de Cla. 175 a, Vir vt vita, sic oratione durus incultus, horridus de Cl. 188 b, Cotta alia quidem inculta & syluestri via ad eandem laudem peruenerat. de Ora. 151 b, Oratio exilis & inculta cont. Rull. 86 b, Corpus incultum & horridum. pro Sest. 7 a, Vir subhorridus & incultus. Postqu. 207 a, Cum eum incultum, horridum, męstumque vidisses. de Fi. 50 b, Inculta quædam & horrida de malis Græcis, Latine scripta deterius. Or. 200 a, Pictura inculta, horrida.)(*Nitida.*

☞ Syntaxis. *Incultè & horridè dicere. Inhabitabilis terra regio, & inculta. Solum incultum & derelictum. Incultum & desertum. Durus, incultus, horridus. Inculta & syluestris via laudis. Incultus, horridus mœstus.*

INCUMBENS, tis. Episto. 14 a, Cum me vniuersa Respublica. &cęt. cunctis ordinibus hominibusque incumbētibus omnibus denique suis viribus recuperasset. pro Mur. 138 a, M. Cato incumbens ad illius perniciem.

INCUMBO. bis. *innitor, inhæreo, elaboro, enixè operam do.* de Inuen. 81 a, In gladium in naui ibidem incumbere. ad Her. 4 a, Aiax incubuit gladio. de Ora. 138 b Impelli primò leuiter iudex debet, vt iam inclinato reliqua incumbat. Orat. & 147 b, Vt eos qui audiunt, quocunque incubuerit, possit impellere. pro Pl. 262 b, Et ab eo qui hos dimiuit, potius quam ab ijs qui in te ipsum incubuerunt, te depulsum putas. pro Mur. 136 b, Magna est comitijs consularibus repentina voluntatum inclinatio, præsertim cùm incubuit ad virum bonum. pro Corne. 67 a, Fuit hoc meum fatum, vt in me vnum omnis inclinatio communium temporum incumberet In Ant. 193 b, Incumbite in causam Quirites, vt facitis. Qu. F. 291 b, Pręsertim cum ij mores tantum iam ad nimiam leuitatem & ambitionem incubuerint. In A 206 a, Quo omnes acrius grauiusque incumberent ad vlciscendas Reipu. iniurias. pro Pompe. 7 b, Quare omni studio ad id bellum incumbamus. Att. 258 a, & 248 b, Nunc tota mente incumbe in hanc curam. Qu F. 295 a, Incumbe toto animo & studio omni in eam rationem, qua adhuc vsus es. Epi. 149 b, Quamobrem mi Plance incumbe toto pectore ad laudem. Episto. 143 b, Vt in remp. omni cogitatione curaque incumberes. Epi. 145, Incumbe per deos immortales in eam curam & cogitationem, &c. Att. 49 a, Ad quæ recuperāda per fortunas incumbe. pro Syl. 183 a, Nemo fuit ex eis, qui non incubuerit ad Rempu. liberandam. de Ora. 87 b, Quamobrem pergite vt facitis adolescētes, & in id studium, in quo estis, incumbite. Acad. 19 b, Incubuit autem in eas disputationes. vt doceret, &c. I. C. 118 b, Quare P. C. Incumbite ad salutem Reipubl. circumspicite omnes procellas, quæ, &c. Att. 40 a, Atque vtinam ipse Varro incumbat in causam. I. A. 208 b, Idem volunt omnes ordines eodem incumbunt municipia. pro Pl. 268 a, Hæc doce, hæc profer, huc incumbe. I. Ant. 235 b, Facis tu id quidem, & eo maxime incubis Att. 73 b, Ergo Græcus incumbet, *τάσει, vergebas propositum.* Qu. Fr. 327 b, Pompeius Miloni nihil tribuit, omnia Guttæ dicit, quo se perfecturum, vt in illo Cæsar incumbat: hoc horret Mil. Epi. 128 b, De prouincijs incubuisse cum senatu Pompeius videtur, vt &cę. Att. 18 a, Pompeius ad voluntatem perferendæ legis incubuerat. & 75 a, Cum in cupiditatem incubui &c. Att. 32 a, Incumbamus ô noster Tite ad studia Att. 322 b, Vt in illo Cęsar incumbat.

☞ Syntaxis. *Incumbere simpliciter ad perniciem, in gladium gladio, in curam & cogitationem. Inclinatio voluntatum incubuit ad illum. Incumbe in eam rationem, qua adhuc vsus es. Eo incumbunt omnes boni. In illo (homine) Cæsar incumbit.*

INCVNABVLA, orum, *cunabula, cuna, rudimenta.* I V.225 b, In his locis vestigia ac prope incunabula reperiuntur deorum. Oratore 201 a, Non alienum fuit de oratoris quasi incunabulis dicere. Attic. 31 a, Ego vero ad montes patrios & ad incunabula nostra pergam. 11 Sal. 273 a, Incunabula & rudimenta uirtutis. de Orator. 36 b, & de Fin. 138 a, Ab incunabulis nostræ veteris puerilisque doctrinæ.

INCVRIA, riæ, *negligentia.* de Am. 112 a, Quo magis vituperanda est rerum maxime necessariæ tanta incuria. de Prou. 70 a, Incuria, fame, morbo consumi.

INCVRRENS, tis. Qu. frat. 325 a, Ne in nostra tempora incurrens offenderem quempiam.

INCVRRO, ris. *incido.* de Orato. 159 b, Iambus & trochæus natura incurrunt in orationem. de Cl. 187 a, Sed ordinem sequens, in memoriam notam incurro. de Orato. 122 b. Siue ro similitudine illius diuini ingenij in eadem incurris vestigia. & 124 b, In ea casus incurro. de Clar. 196 b, In cuius adolescentiam per medias laudes, quasi quadrigis vehementem, transuersa incurrit misera fortuna reipub. de Leg. 157 b, Incurreret enim in illum memorabilem annum suum. Offic. 65 b. In ea aliquis incurrat imprudens. de N. 73 b, Incurrere in apertam perniciem. Orato. 219 a, Incurrit amens in columnas. Orato. 62 b, Per errorem in maximam fraudem incurrere. de Cl. 186 b, Incurro in memoriam communium miseriarum. Attic. 105 b, Τὰ λοιπά, quem in diem incurrat nescio. Attic. 192 b, In oculos incurrunt ij, quos uidere non possum. Epist. 26 b, Sed incurrit hæc nostra laurus non solum in oculos, sed etiam in voculas maleuolorum. pro Pl. 262 b, & Epist. 26 b, Quæstus qui in odia hominum incurrunt, vt fœneratorum. Epist. 47 a, Nihil constitui potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. contra Rullum 82 b, Agros qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coemit. pro Cec. 301 b, Hic est mucro defensionis tuæ, in quem incurras necesse est. pro Planc. 275 a, Incurro in crimen hominis nimium grati. pro Cæl. 46 b, Incurrere in alterius damnum atque famam. de Vniuer. 200 b, Incurrere in aliquem & in eo hærere & impediri. pro Sest. 6 a, Vt in eum non inuasisse, sed incurrisse videamini. de Fin. 58 a, Incurrere in alium cæco impetu. de Fin. 49 a, Incurrere in varias reprehensiones. Tuscu. 234 a, Casus in sapientem potest incurrere. pro Mur. 137 b, Qui mihi videtur candidatus in consularem, quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Top. 227 b, Nulla est dubitatio, in qua non aliquis locus incurrat. Epistola 172 b, Antonius decursionibus uastat ea loca, quæ incurrit. Episto. 126 b, Quis est, qui nihil offendat, nusquam incurrat. pro Planc. 261 b, Sed cum accuso, qui me incurrit atque inuadit.

INCVRSIO, onis. *excursio, incursus.* pro Cec. 293 b, Incursio atque impetus armorum. pro Cl. 58 b, Incursio seditionis, vis multitudinis. de Nat. 24 a, & de Finib. 53 a, Deum agitari incursione atomorum.

INCVRSO, as. *incurro, excurro, tundo.* Att. 200 b, Audeo hoc dicere, incursabit in te dolor meus, non iure ille quidem, sed, &c. & ad Heren. 36 a, Incursare in fortunas omnium.

INCVRSVRVS, a, um. pro Sest. 13 a, Cum in hanc nauim armatæ tot classes incursuræ uiderentur.

INCVRSVS, sus. *incursio.* pro Cec. 289 a, Impetum armati Antiochi, cæterorumque tela atque incursus refugit.

INCVRVATVS, a, um. *incuruus.* de Fin 71 b, Vt bacillum aliud est inflexum & incuruatum de industria, aliud ita natum.

INCVRVESCO, scis. Tuscu. 162 b, & de Orat. 157 a, Hic tamen non intermittunt suo tempore baccarum vbertate incuruescere. Poetæ.

INCVRVVS, a, um *incuruatus.* de Diu. 86 b, Bacillum incuruum, & leniter à summo inflexum. ad Her. 39 b, Hunc dico robustum, incuruum, &c. in Ver. 126 a, Incurua statua.

INCVS, udis. *fabrorum ferrea moles, quam malleis assiduis tundunt.* de Na. 82 b. Fornaces quas nos effici posse sine follibus & incudibus non putatis. de Or 123 b, Assiduus eodem opere eandem incudem noctem diemque tundens.

INCVSATIO, onis de Or. 151 b, Loci communes partim habent incusationem aut querelam.

INCVTIO, tis. *infero.* de Vn 20 b. Quibusque temporibus stellæ emerserint errorem incutiunt rationis expertibus. Att. 12 a, Incutere dolorem alicui. Ep. 117 b, Incutere metum alicui.

INCVTIOR, tis. *inferor.* de Orat. 128 a, Timor incutitur ex periculis, &c.

INDAGANDVM. de Fin. 71 a, Canis natus ad indagandum.

INDAGATIO, onis. *inuestigatio, inquisitio.* Offic. 4 a, Indagatio atque inuentio veri. Tuscu. 242 a. Inde est indagatio nata initiorum.

INDAGATRIX, cis. Tus. 238 b, Philosophia virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum.

INDAGATVS, a, um. Attic. 36 b, Eaque omnibus vestigijs indagata ad me afferas.

INDAGO, as. *vestigo, inuestigo, inquiro.* Att. 25 a, Tu quid indagaris de republica, facito vt sciam. pro Mil. 121 b, Initia communis exitij indagaui, patefeci, protuli. Or. 197 b, Inusitatas vias indagare, tritas relinquere. contra Ru. 61 b, Aliquid indagare, inuenire, e tenebris eruere. Attic. 94 b, Hoc tu indaga ut soles: est hoc magis, & Tusc. 241 a, Cum sæptum undique dumis indagaui sepulchrú. I. V. 135 b, Acutissime indagare & odorari omnia.

☞ Syntaxis. *Indagare, patefacere, proferre. Acutè indagare & odorari.*

INDE. *procul inde.* pro Mil. 111 a, Att. 152 b, Qui autem veniunt inde, id modò nunciant. item. Abeamus igitur inde Attic. 125 a, Eodie mãsi Calibus, inde has literas dedi pro Mil. 107 b, Literarium illud erã pusillæ domo, vt præclarú inde munus ad aliquem deferre posses. de Leg. 177 b, Lacedæmon iussit neruos inde demi. *id est, ex fidibus Timothei.* de Inuent. 48 b, & ad Heren. 3 a, Si inde incipiemus narrare, unde necesse erit de Clar. 198 a Deinceps inde multi. pro Mur. 129 b, Quid cum inde? de Prou. 75 b, & 76 a, Iam inde à principio huius imperij de Nat 50 b, Iam inde ab ortu pro Arc. 185 b, Inde vsque repetens. *id est, a pueritia.* Inde. loci in Arato. & Lucretius 91. 92.

☞ Syntaxis. *Deinceps inde multi. Iam inde ab ortu, Inde usque repetens. Inde loci.*

INDECORE, *præter decorum.* Offic 23 a, Vt ea si non decore, at quàm minime indecore facere possimus. & 4 a, Caueatq; ne quid indecore effeminateve faciat.

INDECORVS, a, um. *quod non decet.* Offic. 19 b, Quod animo magno fit, id decorum uidetur. quod contra, id vt turpe, sic indecorum. de Fin. 92 b, Turpe, inhonestum, indecorum, prauum Or. 203 b, Indecorum est, de prauis rebus amplissimis verbis dicere. Or. 204 a, Itaque illud indecorum, quod &c.

INDEMNATVS, a, um. *non damnatus.* de In. 72 a, & I.V. 238 a, & ad Her. 5 b, Tamen à fratre indemnatum occidi non oportuit. contra Rull. 77 a, Cum Sylla bona indemnatorum ciuium uenderet. in C. 107 b, & pro Dom. 214 b, Aliquis indemnatus, innocens in exilium eiectus. pro Cor. 60 a, Indemnatus & incolumis. In Pison. 86 a, Lex quæ erat contra omnes leges indemnati ciuis atque integri capitis.

☞ Syntaxis. *Indemnatus, innocens. Indemnatus & incolumis.*

INDEX, cis. *quod aliquid indicat.* in C. 116 a, Hæc omnia indices detulerunt, rei confessi sunt. & 120 a, Cæsar indices maximis præmijs affecit. pro Cluen 21 b, Interim venit index ad Dinæam, neque obscurus, neque incertus, qui nunciaret ei filium, &c Quint. Frat. 309 a, & 308 b, Idem Nerius index edidit ad allegatos, &c. I. A. 231 a, Complexus summæ beneuolentiæ falsi indices exstiterunt in amore simulato. de Diuin. 91 b, Fanum indicis Herculis. pro Rab. 94 a, Vox index stultitiæ vestræ. contra Rull. 66 b, Tabella index tacitæ libertatis, & vox index vestrarum erga me uoluntatum & studiorum. Offic. 27 a, Orationis indicem vocem habemus. de Oratore 202 b, Imago animi vultus est, indices oculi.

¶ *Index librorum.* de Ora. 114 a, In philosophos vestros si quando incido, deceptus indicibus librorum, qui sunt fere inscripti de rebus notis, &c. verbum prorsus nullum intelligo. At. 57 b, Iisque imperes, vt sumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Græci συλλάβους appellatis.

¶ *Digitus, qui pollicem sequitur, quòd eo indicare & ostendere aliquid solemus.* Attic. 220 a, Pollex quidem, ut dixerat, prætio fuit. sed plane pollex, non index. *Iocatur Cicero in nomine pollicis & indicis. nam pollex & nomen uiri est, & digitus, index uerò, & digitus, & qui aliquid occultum indicat.*

INDIA, diæ. *regio.* de Finib. 99 b, Via quæ est hinc in Indiam. Tuscu. 243 b, Quæ barbaria India vastior? quæ agrestior? I. V. 170, de Nat. 68 a, de Fin. 99.

INDVS, a, um. *populi.* de Diu. 90 a & 128 b.

INDICIVM, cij. *signum, argumentum, documentum, vestigium, nota, specimen, insigne.* pro Clu. 23 b, Omnia quæ solent esse indicia & vestigia veneni, in illius mortuæ corpore fuerunt. de Fi. 136 a, Quæ quo sunt excelsiora, eo dant clariora indicia naturæ pro Fla. 154 b, Sed tamen indicium fieri videatur, cum tabulæ illæ ipsæ cuiusque modi sunt, proferuntur. in C. 113 b, Certissima argumenta atque indicia sceleris. pro Dom. 234 a, Hanc porticum esse patiemini furoris tribunitij & doloris mei indicium, ad memoriam omnium gentium sempiternam, de Ar. 249 a, Hoc nobis & scelerum indicia ostendit, & periculorum signa patefecit. de Diu. 117 b, Eo die quo indicium fieret coniurationis. in P. 99 b, Noster hic præpollens imperator amissorum oppidorum, cæsarum legionum, prouinciæ præsidio & reliquis militibus orbatæ, ad sempiternum dedecus sui generis ac nominis indicia constituit. pro Dom. 240 b, Viderat ille Murænam ad me consulem cum Allobrogibus communis exitij indicia afferre. pro Syll. 181 b, Quas notas scelerum? quæ indicia parricidiorum reperietis? Anteq. 197 a, Neque C. Marius, qui quantas res gesserit, vestra vobis libertas indicio esse potest. pro Dom. 235 b, Quæ domus erat ipsa indicio tui crudelissimi tribunatus. Postq. 205 b, Lentulus hoc specimen virtutis hoc indicium animi sui fore non putauit, si me &c. de Cl. 190 b, Chirographa, testificationes, indicia, quæstiones rẽ manifestam deferunt, Epist. 98 b, & 64 a, Sed cum aliquo insigni indicio tuæ erga me beneuolentiæ.

☞ Syntaxis *c. Indicium, & vestigium, Id indicia dat, &c. Argumentum ac indicium.*

INDICATVS, a, um. pro Clu. 56 b, At is & ex ferula insimulatus, & à puero conscio indicatus est. pro Syll. 175 a, Vidi ego fore, ut aliquando aliquis alter indicata hæc esse diceret.

INDICO, as, *indicium facio, indicium do, indicio sum ostendo, indicia o[s]tendo, signa patefacio, monstro, coarguo, moneo, loquor, indicia affero, defero.* pro Clu. 56 a, Puer rem omnem dominæ indicauit. de Vn. 195 b, Et cum inuenens indicare in vulgus nefas. At. 276 b, Quæ verba aperte indicant, posse rationem haberi etiam non petẽtis. de Or. 161 a, Vt epularum solemnium fides ac tibiæ indicãt. de Cl. 195 b, Discendi autem genus quod fuerit in vtroque, orationes utriusque etiã posteris nostris indicabunt. de Legib. 189 a, Atque hoc rei exitus indica-

indicauit: quis enim, &cęt. de Legib. 161 a, Vultus indicat mores. Episto. 155 b, Zeno perpessus est omnia potius, quàm conscios delendæ tyrannidis indicaret. de Fin. 59 b, & 77 a, Multi te consule ipsi se indicauerunt. pro Flac. 163 b, Sed tamen quis tibi de epistolis indicauit? pro Murę. 136 a, Atq; ille vt semper fuit apertissimus, non se purgauit, sed indicauit atque innuit. Quin. F. 326 a, Sed tamen indicabo tibi quod in primis te celatum volebam. Epis. 115 b, Indicabo temerarium meum consilium tibi. Epis. 129 a. Nam quòd ante a te calumniatus sum, indicabo malitiam meam. pro Arc. 191 a, Iam me vobis iudices indicabo. de Clar. 181 b, Vt me tibi indicem.

INDICOR, ris. de Diu. 118 a, Eodem tempore signum Iouis collocabatur quo coniuratio indicabatur.

¶ *Aestimor.* Offi. 64 a Q. Scæuola postulauit, vt sibi fundus cuius emptor erat, semel indicaretur.

INDICENDVS, a, um. pro Pomp. 15 a, Cùm omnes adessent, cœptum est referri de indicendo S. Cons. *i. promulgando.*

INDICO, cis. *denuncio promulgo.* pro Dom. 221 b, Funestum funus te indixisse reipub. I. C. 107 a, Qui bellum Populo Romano indixit. de Fin 131 a, Indicere bellum hostibus. de Orat. 123 a, Miror, cur philosophię, sicut Zetus ille Pacuuianus, prope bellum indixeris. I. V. 148 a, Legem innocentiæ sibi ipsi indicunt, qui ab altero rationem vitæ reposcunt.

INDICOR eris. I. A. 200 b, Iustitiam indici dico oportere.

INDICTVS, a, um. *promulgatus, denunciatus.* Offic. 8 a, Nullum bellum esse iustum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum ante sit & indictum pro Dom. 221 b, Tamen id funus iure indictum esse dicebant.

¶ *Non iudicatus.* de Leg. 164 b, Vt dictator quem vellet indicta causa impune posset occidere. pro Dom. 222 a, Ne pro indicta die quis accusetur Epi 60 b, Et qui in alios animaduertisset in dicta causa, dicendi ipsi potestatem fieri non oportere. pro Rab. 92 b, Indicta causa ciuem Romanum condemnari. & 196 a, & I. V. 117 a, Ex eo indicta causa. I. A. 171 a, Rem indicta causa iudicare. I. V. 273 a, Etenim tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quam indictæ & apertæ.

INDIDEM. *inde, ex eodem loco.* de Or. 157 b, Vnde simile duci potest. indidem verbum vnum translatum lumen afferet orationi. pro S. Ro. 30 a, Quo homines? indidemne Ameria?

INDIES, *in singulos dies, quotidie, quotidie magis, quotidie plus.* Attic. 71 a, Quotidie, vel potius in dies singulos literas ad te mitto: quotidie enim magis ac magis suspicor te in Epirum profectum. Attic. 189 a, Sed cura, vt excuser morbi causa in dies singulos, & 190 a Quoniã in perpetuum non placet, in dies singulos videbis Epist. 29 a, mihi in dies singulos maiori curæ est tua dignitas Epist 60 a, & 81 a, & 148 b, Huius mei consilij maiorem in dies singulos fructum capio. de D. 109 b, Vehementius in dies incitor. Att. 298 b, Ingrauescit in dies intestinum malum. Attic. 156 b, Ista ardet furore, nec remittit aliquid, sed in dies ingrauescit. Att. 232 b, Simulatio desiderij, adhuc quæ feruebat in dies. pro Milo. 106 a, Hic magis in dies conualescit. Epist 167 a, In dies singulos eius copiæ minuuntur. Att. 92 a, Pompeium mehercule plus plusque in dies diligo. de Fi 121 a, & Epi. 38 b, Hi curatione adhibita leuantur in dies: alter valet plus quotidie, alter videt. de Senec. 87 b, Solon dicebat senescere se multa in dies addiscẽtem. Fil. Epi. 264 b, Præstaboq; & enitar, vt in dies magis magisque hæc nascens de me duplicetur opinio. * Epi. 114 a, Expectare in dies exitum cogebant.]

☞ Syntaxis. *Quotidie, vel potius in dies singulos. Plus plusque in dies. In dies magis, magisque.*

INDIFFERENS, tis. de Fi. 121 b, Quod enim Græci ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, vt indifferens dicerem. & Acade. 32 a, Aristoni summum bonum est, in his rebus neutram in partem moueri: quæ ἀδιαφορία ab ipso dicitur.

INDIGES, gis. *pro.* INDIGENS. tis. de Ora. 126 a, Indigem liberum lacerasti: *id est, indigentem liberorum.* Pacuuij.

INDIGENITALIS, le. *natiuus, proprius, non alienigena, indigena.* de Orat. 157 a. Sæpe sine coniunctione verba nouantur. vt ille: Sensus diserti tus indigentialis. Poetæ.

INDIGENS, tis *egens.* de Ami 102 a, Quid enim ille erat indigens mei? & Offi 43 b, Benigne facere indigentibus. & de Fin. 9 b, Ferre opem indigentibus.

INDIGENTIA, tiæ. *egestas.* Tusc. a 13 a, Indigentia est libido inexplebilis. de Amic. 101 a, & b, A natura, non ab indigentia ortam esse amicitiam.

INDIGEO, es. *indigens sum, egeo.* de Ora 97 b Iam illa non tam artis indigent, quàm laboris. Epi. 81 a, Quæ ad consulendum maioris ingenij indigens. ad Her. 26 b, Quia vos mei non indigetis. de Inu. 50 a, & 44 a, & ad Her. 21 b. Partes, quarum indigemus ad hanc præceptionem. At. 198 a, Tamen indigeo tui consilij. de Ami. 106, Qui minimè alterius indigent. I. Ant. 206 b, Hoc bellum indiget celeritatis. pro Qu. Ro. 52 b, Mea adolescentia indiget illorum bona existimatione. Episto. 188 a, Nunc te cohortatione non puto indigere. Episto. 49 b, Vt magis ipsi videantur aliorum consolatione indigere. Qu. Fra. 303 b, de Inuent. 70 b, Nunc commisi vt me viuo alijs indigeres.

INDIGNANS. tis. de Inu. 69 a, Loci. qui aut misericordiæ captandæ aut facti indignandi causa sumuntur.

INDIGNATIO, onis *stomachus, ira* de Inuen. 60 b, Indignatio est oratio per quam conficitur, vt in aliquem hominem magnum odium, aut in rem grauis offensio concitetur.

INDIGNE, ssimè. *miserabiliter.* Antequam 165 a, Quondam felix nunc eget indigne.

¶ *Iniquè.* I V. 266 b. Indignissimè necari. pro Cęl. 50 a, Cum Q. Metellus indignissime ei spectetur vniuersæ ciuitati.

¶ *Aegrè, molestè.* In Vat. 242 a, Indigne pati. de Inuent. 75 a, Indignè passus.

INDIGNITAS, atis. *improbitas, turpitudo, atrocitas.* de Inuent 68 b, Facti alicuius atrocitatem, aut indignitatem aut omnino culpam augere. pro Mure. 136 b, Neque tamen satis seuere pro rei indignitate decreuit. Episto. 93 a, Adeundi atque conueniendi illius indignitatem ac molestiam pertulissem. Antequ 195 a, & ad Her. Animus precluditur ad exponendam rei indignitatem item: Neque verbis consequi indignitatem rei. In Vat. 32 a Ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspergatur, & 29 a, Si tua quod indignitas postularet, spectare voluissem. In Piso. 101 a, Si id tardius euenict, fruar tamen tua indignitate. de Ora 151 a, & I V. 64 b, & Episto. 26 b. Ac si quid affert præterea hominis dignitas aut indignitas extra causam est.

INDIGNOR, aris. *grauiter fero, stomachor, mihi indignum videtur.* de Inu. 69 a, Locos communis erit defensoris, per quem indignabitur accusatorem conari, &cę. Epist. 50 a, Hem nos homunculi indignamur, si quis nostrum interijt aut occisus est. & 179 b, Atque eum quem dilexi, perijsse indignor. de Inu 47 b, Ea dicere ea quæ indignatur aduersarij. tibi quoque indigna videri. pro Q. R 45 a, Nimium citu ait me indignari de tabulis. *alias, indagari.*

INDIGNVS, a, um, gnior, ssimus. *non dignus, alienus, iniquus, scelestus, turpis.* Att 128 b, Hoc turpe & me indignum puto. de Fin. 136 a, Nihilne est in his rebus. quod dignũ libero aut indignum esse ducamus? I. V. 216 a, & Offic. 57 b. Res indigna atque intoleranda videbatur omnibus de Inuen 69 b, Etiam si nobis indigna audiamus, eiusmodi iniuriæ sunt, vt de eis indignum sit non primo quoque tempore iudicari. pro Sest. 3 a, In quo cum multa indigna sint, tum nihil minus est ferendum. pro S. Ros. 19 b, Cum multa indigna, tum vel hoc indignissimum est, vos, &cęt. Antequam 194 a, Nonne igitur indignum est eos, &cęt. de Inuen. 47 b, Hoc mihi indignum videtur. de Arch. 251, Quod non minus quàm de Alexandrinis indignum dijs immortalibus est visum. pro Quin. 1 b, Nam quid hoc iniquius, aut indignius dici aut commorari potest? pro S. R. 55 a, Quod Amerinis vsque eo visum est indignum, vt omnes, &c. & 19 b, Filij egestas indignissima. ad Heren. 11 b, Indigna mors Palamedis pro Qu. 10 a, Indignum est, a pari vinci, aut superiore, indignius ab inferiore. pro Sex. Roscio 28 a, An qui petebant, indigni erant qui impetrarent? pro Corne. 62 b. In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione, qui, &cę. pro Plan. 260 a, Qui te indignum ędilitate iudicauerunt. In Va. 36 b, Cæsar te omni honore indignissimũ iudicat. de Orato. 135 a, Aliquem esse indignum suis maioribus. Tusculan. 218 b, Misericordiam vtilem esse dicunt ad opem ferendam, & calamitates hominum indignorum sublеuandas. & Tusculan. 237 b, Diuitias quiuis quamuis indignus habere potest.

☞ Syntaxis. *Hoc te indignum est. Indignum est viuere. Indignus qui viuat.*

INDILIGENTER. *negligenter.*)(*Diligenter.* de Inuen. 36 b, Non indiligenter expositi, &c. Att. 252 b, Nihil ab eo arbitror, ne indiligenter, neque illiberaliter factum.

INDILIGENTIA, tiæ. *negligentia.* Q. F. 30 b, Literarum missarum indiligentiam reprehendi.

INDISERTE *inornatè.* Q. F. 306 b, Seuerus orationem meam laudauit, non mehercule indiserte.

INDISERTVS, a, um. *inornatus, parum eloquens.* de Na. 26 a, Nam neque indisertum Academicum pertimuissem, neque sine ista philosophia rhetorem quamuis eloquentem de Cla. 171 b, & Epi. 29 b, Vir non indisertus. de Fin. 93 a, Indisertus interpres. de Orat. 156 a, Indiserta prudentia.

INDISSOLVABILIS. le. de Vn. 202 a, Immortales vos quidem esse & indissolubiles non potestis, nentiquam tamen dissoluemini.

INDIVIDVVS, a, um *simplex.*)(*Diuiduus.* de Vn. 198 b, Idque interiecit, inter indiuiduum, & id quod diuiduum esset in corpore. de Na. 65 a, Indiuiduum corpus, quod dirimi distrahiq; non potest. de Vn. 199 b, & 198 b, Materia est indiuidua atque simplex. de Nat. 14 b, & ibi. Ita nihil esse indiuiduum potest, & 65 a, Indiuidua corpuscula. de Fi. 52 a, Atomi, i. indiuidua corpora.

INDIVIDVVM, dui. *indiuiduum corpus, atomus.* de Fat. 145 a, Indiuidui hæc est natura, vt pondere & grauitate moueatur. de Fat. 144 a, Cũ dum indiuidua per inanitatem ferantur. de Na. 11 b, Species ex indiuiduis innumerabilibus existens. Acad. 14 b, Ex illis indiuiduis, vnde omnia gignuntur. de Fi. 80 a, Indiuidua, & intermundia, quę nec sunt, nec esse possunt, intelligimus.

INDOCILIS, le. *tardus, hebes.* de Na. 4 b, Quidam nimis indociles tardique sunt. Aca. 1 a, Sed incredibilis quædam ingenij magnitudo non desiderauit indocilem vsus disciplinam.

INDOCTE, *insitè, imperitè.* de Nat. 34 b, Non solùm indoctè, sed etiam impie facere.

INDOCTVS, a, um. *ineruditus, imperitus.* Par. 237 b, Genus hominum indoctum & agreste. de Diuinat. 135 b, Ex leuissimo enim & indoctissimo genere constat. Part. 238 b, Si apud indoctos imperitosque dicemus. de Clar. 180 b, Rabula, indoctus, inurbanus, rusticus. de Orato. 160 a, Rudis & indocta oratio. de Finib. 63 b, Non

Indulgeo, es. *obsequor, in aliquem sum ambitiosus, indulgentiam tribuo, assentior.* in Verr. 160 a, Is ciues Romanos coluit, ijs indulsit, eorum voluntati & gratiæ deditus fuit. de Amici. 106 b, Spernere veteres amicitias, & indulgere nouis. Quin F. 300 a, At enim Græcis solis indulgeo, quod, &c. Epistol. 263 b, Sed vtut est indulge valetudini tuæ: cui quidem tu adhuc, dum mihi deseruis, seruisti non satis. de Inuentio. 48 a, Cur perdis adolescentem nobis cur amat? cur potat? cur his rebus sumptus suggeris? vestitu nimio indulgens, nimiam ineptus es. Tusculan. 217 b, Ipsaque sibi imbecillitas indulget, in altumque prouehitur imprudens. Tusculan. 117 b, Indulgere sibi.

☞ Syntaxis. *Indulgens in aliquem. Amans & indulgens nomine. Indulgentia & sensu paterno in aliquem commoueri. Tribuere indulgentiam alicui. Animus ab indulgentia corporis discedit. Indulgere nouis amicitiis.*

Indumentum, ti. *vestimentum.* de Natu. 1. Quòd cùm efficere vultis, indumenta tamen corripitis.

Induo, is. *vestio, induis.* de Inu. 81 a, Offic. 59 b, Is annulum ei vidit in digito: quem ut detraxit, ipse induit. de Fin. 80 a, Ex eius spolijs sibi & torquem & cognomen induit. Attic. 236 b, Quare talaria induamus. Tus 242 b, Epicurus qui tantummodo induit personã philosophi, sibi ipse hoc nomen inscripsit. Tusc 179 a, Qui cum Deianiræ sanguine centauri tinctam tunicam induisset, ait ille, &c. Offi 60 a, Ponit enim personam amici cum induit iudicis. Acad. 6 a, Antiochus in id ipsum se induit quod timebat. In Verr. 129 a, Hic videte, in quos laqueos se induerit)(*Expedire se ex laqueis.* & 129 b, Videte vt dum expedire sese vult, induat, & 50 a, Ipse sese induit. de Diu. 317 a, Cum autem ij anhelatus se in nobem induerint, &c. *conuersorius.* Tuscu. 168 a, Habes somnum imaginem mortis, eamq; quotidie induis.

Induor, eris. in Ver. 270 a, Sua confessione induatur ac iuguletur necesse est.

Indutus, a, um. Offi. 21 b, Intelligendum est duabus quasi nos indutos esse personis: quarum vna, &c. altera, &c. pro Syll. 181 b, Feræ quędam illæ forma hominum indutæ extiterunt. de Natu. 38 b, Dij induti specie humana. Attic. 7 b, Vir indutus muliebri vestitu. de Orato. 154 b, Pallium quo amictus, soccos, quibus indutus esset. ad Heren. 38 b, Cum citharœdus prodierit optime vestitus, palla inaurata indutus.

Induperator, oris. *imperator.* de D. 102 a.

Omnis cura viris vter esset induperator. Ennij.

Indus, di. *fluuius Indiæ omnium maximus.* de Na. 52 b.

Industria, striæ. *ars, ingenium, solertia, diligentia, sedulitas, labor.* Attic. 84 a, Quare non *alxovœ* tua industria, sed præclarè ponitur. de Cl. 366 b, Tua exquisita doctrina & singularis industria. Tuscul. 241 a, Alterius meas rationibus agitandis exquirendisque alebatur, cum oblectatione industriæ, qui est vnus suauissimus pastus animorum. Attic 282 a, Messalla tanta est industria, tantumque euigilat in studio, vt, &c. pro Pomp. 9 b, Industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo. Episto. 208 a, Quod versabatur in hoc nostro studio, & cum ingenio, vt nostri, nec sine industria. pro Cæl. 47 a, Ingenium industria alitur. Postquam 203 a, Mihi in labore perferendo industria non deerit. de Senect. 81 b, Maneant ingenia senibus, modò permaneat studium & industria. pro Pompe. 4 a, Perfectum ingenio, elaboratum industria. Episto. 39, Qui in scribendo tantum industriæ ponam. Orato. 211 a, Vbi etiam de industria id faciendum fuit. & 212 b, Etiam si nihil est factum de industria. & 215 a, *ἀντίθετα* numerum oratorium necessitate ipsa efficiunt, & cum sine industria. Orato. 260 a, & de Finibus 71 b. Neque verbum ita traijciat, vt id de industria factum esse videatur. & de Inuen 61 a, & 67 b, & in Ver. 72 b, & de Or. 146 b, Incuruatum de industria. Offic. 5 b, Iniuriæque nocendi causa de industria inferuntur. Offic. 22 a, Erat in L. Crasso multus lepos, maior etiam magisque de industria in C. Cæsare L. filio. de Cla. 191 a, Exilitatem de industria consequi.

Industrie, *aduerbium, artificiosius, diligentius.* pro Do. 218 b, Quis de illius dignitate industrius dixit?

Industrius, a, um. *Ingeniosus, solers, laboriosus, φιλόπονος.* pro Cæl. 53 b, Quę nisi vigilantes, nisi sobrij, nisi industrij, consequi non possent. in Verr. 158 b, & pro Pomp. 7 a, Homo nauus & industrius, experientissimus & diligentissimus. Att. 126 a, Homo vigilans & industrius. Tusculan. 239 b, In rebus gerendis vir acer & industrius & 182 b.

☞ Syntaxis. *Vigilans, sobrius, industrius. Nauus, industrius, experientissimus, diligentissimus. Acer & industrius in rebus.*

Inedia, diæ *fames, esuries.* pro Plan. 164 a, Minturnenses C. Marium filium inedia fluctibusque, recrearunt. Ep. 262 a, Inedia & purgationibus consumi. Tuscu. 166 a, A vita quidam per mediam discedens reuocatur ab amicis de Fi. 144 a, Inedia necatus est Regulus.

Inelegans, tis. *impolitus, inconcinnus.* de Cl. 191 a, Orationis non inelegans copia, & de Nat. 38 b, Physica ratio non inelegans.

Ineleganter. *impolite, indiserte.* de Fin. 70 a, Primum diuisit ineleganter, &c. de Cl. 163 b, Oratio non ineleganter scripta.

Inenodabilis, le. *inexplicabilis, inextricabilis.* de Fat. 144 a.

Ineo, inis. *adeo, vado, ingredior.* pro Deio. 145 a, Tu illius domum inire voluisti. de Ae. 112 b. Cum quod ineas cubile non sentis. pro S. R. 26 b. Filius cum vxore cum patre non inibat.

¶ *Incipio.* Off. 8 b, & de Fi 133 a, Inire prœlium.

¶ *Inuenio, capio.* de Arusp. 255 a, Inire gratiam ab aliquo. In Verr. 131 b, & pro Cæcinn. 300 a, Inire gratiam ab omnibus aliquo facto.

¶ *Suscipio. aggredior.* I. A. 191 a, Cum consules magistratum inierint. In Ver 71 b, Inire magistratum. pro S. R. 56 b, Inire consilia cum aliquo contra aliquem. pro Deio 144 b, Inire consilium facinoris contra vitam alicuius. Att. 281 b. Consilia inire cœpit reipu. liberandæ. I. A. 204 b. Cum consules inirent rationem de commodis militum augendis. Ep. 216 a. Inire rationem, quemadmodum aliquid fiat. Att. 43 b, Inire consilia de pernicie alicuius. pro Marc. 143 b. Inire consilium faciendi aliquid.

¶ *Consto.* Attic. 108 a, Inire summam gratiam cum bonis omnibus. de Natura deor. 50 b, Pinna cum squilla quasi societatem init comparandi cibi.

Ineor, ris. contra Rull. 79 a, Inietur ratio quæstus de pecunia vestra. *alias, inueniatur.* de Cla. 183 b Plures ineuntur gratiæ, si vno tempore dicas. pro pluribus. Atti 225 a, Ea ratio ædificandi initur consiliario quidem & autore Vestorio. pro Do. 239 a, De Pompeio interficiendo consilia inibantur.

Ineundus, a, um. Attic. 191 b, Ineunda est nobis ratio, quemadmodum possimus, &cę. in Verr. 171 b, Mihi met ineunda ratio & reperienda via est.

☞ Syntaxis. *Inire prælium rationem, consilium, amicitiam, societatem, gratiam, viam. Ineunda ratio, & reperienda via.*

Inepte *absurdè.* de Cl. 191 a, Ineptè, odiose, putide dicere. & Att. 13 b, Tusc. 150 a, Facere inepte & Epi. 85 a.

Ineptiæ, arum *nugæ.* de Ora. 94 a, Peto à vobis, inquit, ne has meas ineptias efferatis de Or. 110 a. Omniumque autem ineptiarum, quæ sunt innumerabiles, haud scio an vlla sit maior, quam, vt illi solent, quocunque in loco, quoscunque inter homines visum est de rebus difficillimis, aut non necessarijs argutissime disputare. Tusc. 168 a, & Epist. 23 a, Pellantur ergo istæ ineptiæ pene aniles. pro S. R. 85 b, Quid ad istas ineptias abis, inquies?

Ineptus, a, um. de Or. 110 a, Nam qui aut tempus quid postulet non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem nõ habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus est, aut multus, is ineptus dicitur. & ibidem. Quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ad hoc nomen habere ductum, quod non sit aptus. de Orat. 110 a, & 94 a, Dimittebam à me Scęuolam, cum ei ita dicerem, me velle esse ineptum, id erat petere blanditius, quod nisi inepte fieret, bene non posset fieri. Tuscu. 166 b, Ineptum sane negotium & græculum. de Orat. 104 a, Aliquem ineptum græculum putare. de Leg. 157 a, aliquis in loquendo multus, & ineptus ad summam impudentiam. Attic. 62 b, Sed hoc ne curarit: ego ineptus, qui scripserim. Ora. 199 b, Nihil insolens atque ineptum.

☞ Syntaxis. *Ineptè, odiosè, putidè, dicere. Ineptum negotium. In loquendo multus, & ineptus ad summam impudentiam.*

Inermis. me.)(*armatus.* At. 278 b, Perterritos inermes, saucios, non sunt nostri duces persecuti. & pro Sex. Rosc. 42 a, pro Cęcin. 296 b, Arma qui non habuerint, inermis fuisse vinces. Antequam 197 a, & pro Dom. 228 b, Cedam inermis armatis. Episto. 172 b, Manus peditum inermium.

Inermus, a, um. Episto. 167, Multitudo inermorum. & 173 b, Cum paucis inermis perterritis metu, fracto animo fugisse Antonium. ad Bru. 178 b, Perterritos, inermos saucios, non sunt nostri duces persecuti. *aliàs, inermes.*

Inerrans, tis.)(*errans, vagus. vt, Stella errantes.* de Natu. deo. 36 b, & 69 b.

Iners, tis. ssimus. *ignauus, desidiosus, somniculosus, ἀργός λαγός languidus.*)(*operosus, semper agens aliquid & moliens.* contra Rull. 84 b. Inertissimum & desidiosissimum ocium. de Sen. 84 a, Iners, ignaua, & somniculosa senectus. de Fi. 50 a, Inertissima segnitia. de Fat. 146 a, Recte hoc genus interrogationis ignauum atque iners nominatum. de Or. 141 b, Neque verum est, quod ab inertibus dicitur, &cęt. de Cla. 186 b, Censorinus iners & inimicus fori. de Fi. 88 b, Artes quibus, qui carebant inertes à maioribus nominabantur.

Inertia, tiæ. *ignauia, desidia, segnities, nequitia, negligentia, pigritia.* pro Mu. 156 a, Fuga laboris inertiam coarguit & desidiam. I. C. 98 a, Iam me ipsum inertiæ nequitiæq; condemno. & 103 a, Inertia. pro Q. Rosc. 49 a, Qui tantas pecunias non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiauit. de Ora. 90 b, Duo illa relinquamus idq; largiamur inertiæ nostræ & 99 a, Condemnare aliquem inertiæ Epi. 196 a, Nec tua ignauia etiam inertiam afferet ad Heren. 5 a, Inertia, ignauia, desidia, luxuria. Inertia enim artis ponitur Partit 233 a, Animi affectu virtutibus, vitiis, artibus, inertijs.

☞ Syntaxis. *Ocium iners & desidiosum. Iners & ignaua senectus, segnities, interrogatio iners & ignaua. Inertes, absolute. Inertia, ignauia, desidia. Animi vosa, inertia.*

Ineruditus, a, um. *indoctus, rudis.* pro Do. 231 b. Non sum tam ineruditus, qui Mineruam Iouis sororem, meã esse sororem existimẽ. Aca. 33 b, Modo ne quis illud tam ineruditũ absordũq; respondeat. de Fini. 63 b, Non ergo Epicurus ineruditus, sed ij indocti, qui, &c.

Inexercitatus, a, um. *qui vsum non habet, tyro.* de Ora. 115 a, Hoc mihi crede, ludus est homini non hebeti, neque inexercitato, &cę. Tuscu. 183 a, Rudis ille & inexercitatus miles. de Cla. 176 b, & de Senec. 80 b, M. Marcellus promptus & non inexercitatus ad dicendũ fuit. & Tusc. 150 a, Nec tanquam inexercitatus histrio in extremo actu corruisse.

INEXERCITVS, a, um. Tusculan. 150 a, Asclepiades non ignobilis, vel inexercitus philosophus: *aliàs, non ignobilis Eretricus Philosophus & reliqua.*

INEXHAVSTVS, a, um. de Fin. 91 a, Erat enim, vt scis, in eo inexhausta auiditas legendi, nec satiari poterat. de Catone.

INEXORABILIS, le. *implacabilis, inexpugnabilis, inexpiabilis.*)(.*placabilis, exorabilis.* pro Syll. 184 a, Qui vehemens in alios, inexorabilis in ceteros esse visus sum. Q. F. 301 a, & Tuscu. 150 a, In literis mittendis nimium te inexorabilem præbuisti.

INEXPECTATVS, ta, tum. *insperatus.* de Ora. 129 b, Quæ fuit illa, quanta vis, quàm inexpectata, quàm repentina.

INEXPIABILIS, le. *implacabilis, quod expiari expurgariq; non potest.* de Ar. 444 a, Cum his inexpiabile bellum mihi susceptum est. & 217 b, Inexpiabile scelus. & I. A. 237 a, in Pis. 97 a, Præbere se implacabilium inexpiabilemque alicui. In Anto. 155 a, Ne inexpiabiles religiones in remp. inducerentur. Tusculan. 163 b, Qui in republ. violanda, fraudes inexpiabiles concepissent. ibidem 154 a, Inexpiabilis religio.

☞ Syntaxis. *Implacabilis & inexpiabilis. Fraus inexpiabilis, religio.*

INEXPLEBILIS, le. *insatiabilis, insaturabilis.* Tuscul. 231 b, Inexplebilis cupiditas.

INEXPLICABILIS, le. *inenodabilis.* Att. 120 b, O rem difficilem & inexplicabilem. & 155 b, Res sunt inexplicabiles. & Acad. 24 a, Hæc scilicet inexplicabilia esse dicitis. Att. 244 a, Tu quid egeris tua cum tristi, tum etiam difficili ad consiliandum legatione, vehementer expecto: est enim inexplicabilis.

INEXPVGNABILIS, le. Tuscula. 236 a, Volumus enim eum qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum atque munitum, &c.

INEXTRICABILIS, le. *inexplicabilis.* Aca. 24 a, Hęc scilicet inextricabilia esse dicitis: *aliàs, inexplicabilia.*

INFACETVS, ta, tum. *inurbanus, inconcinnus.* pro Cęl. 52 b, Non infacetum mendacium. Off. 63 a, Homo non infacetus & satis literatus.

INFAMIA, miæ. *nota, macula, probrum, nota turpitudinis, ignominia, dedecus, contumelia.* pro Fla. 164 a, Esto, habuit quandam ille infamiam suam. pro Cæl. 46 b, Inferre infamiam alicui. Att. 67 a, Consules flagrant infamia. pro Cl. 18 b, Negem fuisse infamiam iudicij corrupti. I. C. 100 a, Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est? quod priuatarum rerum dedecus non hæret infamiæ? contra Rul. 84 b, Effugere infamiam crudelitatis. Epist. 2 a, Vt magnam infamiam fugiat. Tuscu. 218 b, Ferre ignominiam & infamiam sine dolore. pro Clu. 30 a, Iudicia vera atque insigni turpitudine notata, atque oppressa dedecore & infamia. Par. 238 a, Ignominia, infamia, contumelia, dedecus.

INFAMIS, me. *turpis, habens infamiam, famosus, contaminatissimus, omnium scelerum libidinumque maculis notissimus, sceleribus notatus.* pro Dom. 225 b, pro Fon. 281 a, Turpis adolescentis, vita infamis. pro Clu. 44 b, Homines omnibus vitijs atque omni dedecore infames. in Cat. 106 a, Mulier infamis. pro S. R. 35 a, Infamis palma.

INFAMO, as. *noto, ignominiam, notam, maculam inuro, ignominia noto, existimationem offendo, deformo, detraho, infamiam infero, nota atque ignominia condemno, maledictorum notam inuro.* Epist. 132 a, Vt tua moderatio aliorum infamet iniuriam. * ad Her. 42, Aliquo vitio contaminare aliquem. }

☞ Syntaxis. *Infamiam habere, inferre. Infamia flagrare. Infamia dedecus. Infamiam ferre. Dedecore & infamia opprimi. Omni dedecore infamis. Infamare aliquem.*

INFANDVS, a, um. *nefandus, execrandus.* de Orat. 138 a, Ex re, si crudelis, si infanda, si præter opinionem. pro Sest. Vix homines odium suū à corpore eius impuro atque infando represserunt.

INFANS, tis. *puer infans paruus.* de Fi. 71 b, & 93 b, de Or. 123 b, Omnia mansa, vt aiunt, nutrices pueris infantibus in os inserere. pro Cl. 23 a, & Orat. 209 a, Cum haberet ea Næuia infantem filium. pro S. R. 44 a, Infantium puerorum incunabula. de Diu. 105 b, Scribit Herodotus Crœsi filium, cùm esset infans, locutum. de Fin. 71 b, Nec vero vt voluptatem expectat, natura mouet infantem. & 138 a, Infantes. de Finibus 63 b, Si infantes pueri, si mutæ etiam bestiæ pene loquuntur.

INFANS, tior. tissimus. *indisertus.*)(.*eloquens, disertus.* de Cl. 171 a, Ipsum Scipionem accepimus non infantem fuisse. de Inuent. 42 b, Infans & insipiens homo. de Finibus 39 b, Homo infans atque impotens. ad Herenn. 9 a, Dialectici infantissimi. de Clar. 173 b, C. Fannij in historia oratio neque nimis infans, neque perfecte diserta. Attic. 324 a, Omnino nihil accusatore Lentulo, subscriptoribusq; eius infantius, nihil illo consilio sordidius.

INFANTIA, tiæ. *ariunetas, orationis inopia.*)(.*eloquentia.* de Orato. 156 a, Nec infantia eius qui rem nouit, sed etiam explicare dicendo non potest. nec inscitia illius, cui res non suppetit, verba non desunt. est laudanda. ad Her. 9 a, Vt huius infantiæ garrulam disciplinam contemneremus. *Dialecticum intelligit.* Att. 64 b, Incredibilis infantia accusatorum.

☞ Syntaxis. *Puer infans. Infans filius. Infans Infantissimus dialecticus.*

INFATVO, as. *fatuum stultumq; reddo* pro Flac. 156 a, Neminem quidem adeo infatuare potuit, vt ei nummum vllum crederet. & in Anton. 187 b, Vt hominem stultum magis etiam infatuet mercede publica.

INFECTOR, oris. Ep. 27 b, Curtius noster diaphum cogitat, sed eum infector moratur.

INFECTVS, a, um. de Legibus 173 b, Quæ augur iniusta, nefasta, vitiosa, dirave dixerit, irrita infectaque sunto. de Inuentio. 72 b, Habere aliquid factum pro infecto. Topicor. 222 a, Promittere damni infecti.

¶ *Vitiatus.* Att. 281 b, Animi hominum infecti partibus. Att. 7 b, Vereor, ne, quod infectum est, serpat longius.

INFELICITAS, tis. *aduersa vel incommoda fortuna, incommoda res, calamitas.* Antequam 196 a, Vtique ea maneat existimatio, quę virtute parata, non quæ infelicitate illata est. I. P. 89 a, A misisti exercitū, sit hoc infelicitatis tuæ. de Diu. 121 b, Nec enim tanta est infelicitas aruspicum, vt ne casu quidem vnquam fiat quod futurum illi esse dixerunt. de Finib. 82 b, Beate viuere alij alio, vos in voluptate ponitis: item contra: omnem infelicitatem in dolore.

INFELIX, cis. *miser, calamitosus, ærumnosus, deiectus ad calamitatem, dura & crudeli fortuna.* I. A. 172 b, Si quis reip. sit infelix, is felix esse nō potest. pro Pl. 280 a, O custodiam mei capitis infelicem. pro Rab. 92 b, Caput obnutio, infelici arbori suspendito. I. V. 296 a. Infelix & ærumnosus pro Q. 17 b, Miser & infelix. Ora. 212 a, Inhumanus prima litera breui, infelix longa, dicimus.

☞ Syntaxis. *Infelix & ærumnosus. Miser & infelix.*

INFENSIVS, *aduerbium,* Ora. 213 b, Quis porrò Isocrati est aduersatus infensius?

INFENSVS, a, um. *inimicus.* I. V. 61 a, Homines qui illi inimici infensique sunt. & 95 b, In te concitati infensique sunt. pro Clu. 33 a, Iudices infensi reo. I. C. 100 b, Si me meis ciuibus suspectum tam grauiter atque infensum viderem. I. V. 139 a, Infensio animo atque inimico. Tusc. 222 a, Nec tam fuit hominum generi infensa atque inimica natura. Ep. 157 a, Pertinaciter cuipiam infensus. pro Sest. 11 b, Aliquem esse infensum fortunis alicuius.

☞ Syntaxis. *Inimicus & infensus. Incitatus & infensus. Suspectus & infensus.*

INFERCIO, is. *inculco.* de Orat. 220 a, Neque inferciens verba quasi rimas expleat.

INFERI, orum. *dij manes, inferorum animæ, subterranei.* de Inn. 52 a, Impijs apud inferos pœnas esse preparatas & Tusculan. 150 a, Triceps apud inferos Cerberus. de Natu. 69 b, Hercules apud inferos. Tusc. 155 a. Permanere animos arbitramur consensu nationum omnium, quasi in sede maneant, qualesque sint ratione discendum est, cuius ignoratio finxit inferos, easque formidines, quas tu contemnere nō sine causa videbare. in terram enim cadentibus corporibus, his humo tectis, sub terram censebant reliquam vitam agi mortuorum. In Ver. 262 a, Euocare aliquem ab inferis. de Cl. 195 a, Excitare ab inferis locupletissimos testes. pro Milo. 118 a, Reuocare aliquem ab inferis. in Ver. 258 a, Aliquem fore ab inferis testē. In Va. 31 b, Inferorum animas elicere, & puerorum extis deos manes mactare Orato. 204 b, Nec ab inferis mortuos excitabit. in Ant. 264 a, Illi ad inferos pœnas parricidij luent, vos piorum cētus sedem & locum consecuti. pro Cluen. 54 a, Quid tandē illi mala mors attulit? nisi fortè ineptijs ac fabulis ducimur, vt existimemus illum apud inferos impiorum supplicia perferre ab uxorum necatarum pœnis, actum esse præcipitem in sceleratorum sedem atque regionem. Quæ si falsa sunt, id quod omnes intelligunt, quid ei tandem aliud mors eripuit, præter sensum doloris? I. C. 129 b. Vt aliqua in vita formido improbis esset posita apud inferos eiusmodi quædam illi antiqui supplicia impijs constituta esse voluerunt: quod videlicet intelligebant, his remotis non esse mortem ipsam pertimescendam. * Ep. 139 b, Quod si quis etiam inferis sensus est.]

INFERIAE, arum. *denicales, iusta, feralia, mortuorum sacra.* de N. 67 b, Tertius Hercules est ea Ideis digitis, cui inferias afferunt.

☞ Syntaxis. *Excitatus ab inferis. Reuocare, elicere ab inferis. Ad inferos luere pœnas.*

INFERIOR, ius. *similis.* Q. F. 293 a, Quem ego intelligo prudentia non esse inferiorem quàm, me vsu etiam superiorem. pro Planc. 165 a, Inferiorem quàm te, &cæt. Offic. 23 b, Timotheus belli laude non inferior fuit quàm pater. de Cla. 180 b, Is in iure ciuili non inferior quam pater. de Clar. 185 a, Inferior ætas. &cæt.)(.*superior ætas.* de Cla. 181 a, Aetate inferior paulo. pro Quin. 18 a, Indignum est vinci ab inferiore atque humiliore. de Cla. 183 a. Causam inferiorem dicendo fieri superiorem posse. de Arc. 258 a, Inferior gradus. Ep. 204 b, Superior ordine inferior fortuna. de Ora. 100 a, Similiq; in genere, inferiore ordine. Para. 123 a, Qui infimum locum ciuitatis tenent. pro Cor. 62 a, Illud autem quod adiunctum est, vt maiestatem Populi Romani conseruent, id habet hanc vim, ut sit ille in fœdere inferior. de Amic. 96 b, Qui omnia sua in se posita esse ducit, & humanos casus uirtute inferiores putat. ad Her. 36 b, In inferiores crudelis, in superiores contumax, in æquos & pares fastidiosus. L. Aasvn.

INFERNVS, a, um. *inferus.* de Nat. 48 b.

Hic sese infernis è partibus erigit hydra.

& in Arat.

Subter ne infer.na leuis: id est inferiores partes.

☞ Syntaxis. *Infernæ sedes, Inferna, simpliciter.*

INFERENDVS, a, um. pro Mil. 115 b, Castris, exercitu, signis inferendis fundos alienos petere. de Ami. 108 b. Ne criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis.

INFERO, fers. *inueho, importo, induco, affero, offero, intrudo.* Off. 49 a, Paulus nihil in domum suam intulit, præter memoriam nominis sempiternam. pro Dom. 234 a, Qui ex Pontificis Maximi domo religionem eripuit, is in meam intulit? pro Cęcin. 292 b, Cùm pedem intulero, atque in possessionem vestigium fecero, tum excludar. pro Flac.

Flac. 147 a, Inferre signa patriæ. I. Ant. 163 a, Cùm Hircius aquilam quartæ legionis inferret. Att. 155 a, & 152 a, Bellum Italiæ terra marique inferamus. Off. 116 b, Inferre bellum alicui. I. A. 198 b, Ille furens infesta iam patriæ signa inferebat. pro Milo. 111 a, Inferre vim.)(*repellere vim.* pro Deiota. 144 a, Inferre terrorem alicui. In Ver. 257 b, Inferre crimen proditionis alicui. I. A. 259 b, Inferre turpitudinem alicui. de Arc. 245 b, Qui puluinaribus Bonæ deæ stuprum intulit. ad Her. 28 a, Non parenti manus intulisti? I. 101 b, Inferre vim & manus alicui. pro Sest. 3 a, Inferre periculum alicui. pro Plan. 277 b, Inferre metum mortis alicui. Offi 43 a, Inferre periculum capitis alicui. pro Corne. 59 b, Inferre se in discrimen vitæ pro patria. pro Cęl. 46 b, Inferre infamiam bonis, probrum castris labem integris. de Iuuen. 44 b, Inferre moram & impedimentum alicui. ad Heren. 35 a, Inferre crimina.)(*diluere crimina.* de Arus. 252 b, Inferre iniuriam stupri in aliquem. I. C 115 b, Inferre ignes templis deorū. pro Clu. 37 b, Multum mali, multum periculi vnicuique nostrum inferre potest vis tribunitia. pro Fl. 155 b, Is vltrò suis ciuibus sumptum intulit. pro Cęcin. 287 b, Atque etiam se ipse inferebat & intrudebat. pro Flac. 150 a, Inferre rationes falsas, & referre in tabulas quodcunque commodum est. pro Milo. 104 b, Inferre mortem alicui per scelus. L. P 91 a, Inferre se in vrbē. pro Fon. 283 a, Age vero nunc inferre oculos in curiam, introspicire penitus in omnes reipubli partes, verum, &c. Ora. 128 a, Iracundiam simulatque intuleris, non statim possis commouere. Octa. 330 a, Inferre arma alicui. de Arc. 244 a, Qui supplicia neque a sociorum mœnibus prohibere, neque sociorum vrbibus inferre potuerunt, excisionem, inflammationem, euersionem, depopulationem, vastitatem, meis omnibus tectis atque agris intulerunt. In V. 35 a, Cum in templum Castoris te cum tuis furijs funestum intulisti. & 29 b, Repente enim te tanquam serpens e latibulis intulisti. Att. 144 a, Inferre famem suis ciuibus & vastitatem Italiæ. pro Cęl 49 a, Inferre facinus in famam atque in fortunas alicuius. de Oratore 87 b, Crassus sermonem de studio dicendi intulit. Offic. 29 a, In re seuera delicatum aliquem inferre sermonem. de Legibus. 138 a, Neue alienum inferat sepulchrum.

INFERROR, ris. pro Fon. 283 a, Infestis prope signis inferuntur Galli in Fon. Offi. 5 b, Qui ab iis quibus infertur, si possint, non propulsant iniuriam. pro Cęl. 41 a, Cum hoc genus oppugnationis inferretur, &c. propulsare debebitis.

☞ Syntaxis. *Inferre pedem in possessionem. Inferre patria signa, alicui iniuriam, terrorem, turpitudinem, periculum, impedimentum, iracundiam, arma. Facinus inferre in famam & fortunas. Infertur hostis in, &c.*

INFERVS, a, um. de Diu. 192 b,

Interea sol albus recessit in infera noctis.

I. A. L. SVPERVS. Tus. 171 b, Vt omnia supera, infera, media videremus. Att. 136 b, Inferum mare.)(*superum mare.*

INFESTISSIME. pro Q. 12 a, Inimicissime atque infestissimè contendere cum aliquo.

INFESTVS, a, um. *infensus, inimicus, aduersus, molestus.*)(*propitius.* Octa. 329 b, Fortuna Populi Rom. quæ nunc nobis infesta est, fuit aliquando propitia. pro Qu. 1 a, Mihi summam per iniuriam omnia inimica & infesta sunt. I. A. 229 a, Gallia, quam sibi armis animisque infestā inimicamque cognouit. In Ver. 78 b, Clamore alicuius infesto atq; inimico excitari. I. V. 255 a, Iniquo infestoq; animo intueri aliquē. Att. 267 a, Infesto animo reprehendere aliquem. I. C. 100 b, Infestis oculis omnium conspici. pro Fon. 283 a, Infestis signis inferri in hostem. pro S. R. 33 a, Qui ardens auaritia fertur infestus in omnes. ad Her. 36 b, Infestus in cognatos. In V. 265 b, In omnia maria infestus. Att. 165 a, Indulgentia ferocem arrogantem, infestum facit. pro Lig. 141 a, Africa huic victoriæ maxime infesta. de Inu. 46 b, Si non omnino infesti auditores erunt. *id est, animo a nobis prorsus alieno, vel inimico.* pro Cęl. 39 a, Aetas, quæ ipsa sua sponte infirma aliorum libidine infesta est. pro Pl. 259 a, Huius salus ob eam ipsam caussam est infestior, quod, &c.

¶ *Planus discrimine.* de Prou. 69 b, Viæ excursionibus infestæ. contra Rul. 82 a, Vectigal bellis infestum. pro Rab. 92 a, Libertas supplicijs infesta. de Inu. 76 a, Reddere prouinciam infestam excursionibus & latrocinijs. Asin. Ep. 163 a, Saltus Castulonensis nunc frequentioribus latrocinijs infestior factus est. pro S. R. 23 a, Vita filij infesta. Epi. 23 b, Ad infestissimam Ciliciæ partem. Att. 154 a, & 250, Habere mare infestum de rep. lib. 3. teste Nonio, Nam cum quæreretur ex eo, quo scelere compulsus mare haberet infestum vno Myoparone: Eodem, inquit, quo tu orbem terræ. *Alexandro Magno ita respondit pirata quidam.* Att. 224 a, infestum & periculosum iter. pro Cin. 57 a,

• Infestum & immane scelus. *de Inu. 76 a, Quod excursionibus, & latrocinijs infestam prouinciam redderent.

☞ Syntaxis. *Summam per iniuriam infestus & inimicus. Iniquo & infestus. Infesti oculi, signa. Infestus in aliquem et alienus. Infestus auaitor. via excursionibus infesta. Iter infestum & periculosum.*

INFICIALIS, aut coniecturalis quæst. Top. 229 a,

INFICIANDO. Par. 243 a, Mori maluit fallum fatendo, quam inficiando dolere. de Finib. 76 a, In fœdere Numantino inficiando. L. VENEFICIVM.

INFICIATIO, onis. *negatio, depulsio.* Par. 139 a, Primus ille status rationem habet iniqui criminis, ipsam negationem inficiationemque facti. ad Her. 6 a, Intentio, Occidisti hominem: inficiatio, Non occidi. de Or. 118 a, Ac nostræ fere caussæ, quæ quidem sunt, criminum plerumque inficiatione defenduntur.

INFICIATOR, oris. pro Fla. 159 a, Vna & eadem est omnibus in locis fraudatorum & inficiatorum impudentia. de Ora. 98 b, Vt si ille inficiator, &c. I. C. 109 a, L. LENTVS.

INFICIO, cis. *imbuo.* de Legib. 165 a, Qui teneros & rudes cùm acceperunt, inficiunt ac flectunt, &c.

¶ *Corrumpo, tetro.* Tusc. 243 b, Sed nos vmbris, delicijs, ocio, languore desidia animum infecimus.

INFICIOR, ceris *corrumpor.* Tuscu. 190 b, Tum planè inficimur opinionum prauitate. de Legib. 190 a, Cupiditatibus principum & vitijs infici solet tota ciuitas.

¶ *Imbuor.* de Fi. 91 b, Puer infici debet bonis artibus: quas si dum tener est, combiberit, ad maiora ueniet paratior.

INFICIOR, aris. *nego.* I. V. 232 b, An ego poteram inficiari me esse hominem? Orat. 64 b, Quæ qui inficiatus esset, duplicem pœnam subibat. pro Q. 13 b, A me nominis eius, quod inficiatus esset, diem petiuit. pro Cl. 52 a, Florio legatum ex testamento inficiatus es. I. Vat. 244 b, Sibi iste neque inficiandi rationem, neque defendendi facultatem reliquit. de Or. 190 a, Præsertim cùm non in crimine aliquo, quod ille possit inficiari, sed in iure consistat. I. C 113 a, Cùm id posset inficiari, repente cōfessus est Q. F. 304 b, Quid si inficiaturi quid, si omnino non debetur? Att. 56 & 277 a, Id poterat inficiari, poterat in alios deriuare.

☞ Syntaxis. *Infici vitiis.*)(*bonis moribus.*

INFIDELIS. *infidus.* Offi. 72 b, Neque do, neque dedi infideli cuiquam fidem. & 73 b, Nullam esse fidē, quæ infideli data sit. Offi. 69 a, Multi iniqui atque infideles regno sunt, pauci boni. Q. F. 305 b, Infidelis amicus Epi. lib. 15, Vt ex alienissimis socijs amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderem.

INFIDELITAS, tis. *perfidia.* pro Fnut. 277 a, Quibus propter infidelitatem credere non debetis. & de Ami. 108 b, pro Mil. 114 b, Quantæ infidelitates in amicis. Epi. 154 a, Infidelitas exercitus. Tuscu. 240 b, Dionysius infidelitatem amicitiam extimescebat.

INFIDELITER. *perfidiosè.* ad Brut. 91 b, Infideliter aliquid cuipiam suadere.

INFIDVS, a, um. *infidelis.* de Ami. 108 b, Nihil enim stabile est, quod infidum est. de Prou. 75 b, Gentes infidæ & barbaræ. de Amic. 106 a, Infidus amicus.

☞ Syntaxis. *Multi iniqui et infideles regno. Amicitiarū infidelitates.*

INFIGO, gis. *infingo.* L. INFIXVS.)(*euello.* de Di. 122 b, Timide fortasse signiter euellebat, quod fidenter infixerat. Tusc. 219 b, Cum Africanus gladium hosti in pectus infixit.

INFIMVS, a, um. *imus.*)(*summus.* de Nat. deo. 29 b, Terra est infima. & 36 b, Luna est infima quinq; errantiū. Tus. 242 a, Medius mundi locus, qui est idem infimus in rotundo de Di. 95 b, Ab infima ara subito anguis emersit. Q. F. 321 a, Cum scripsissem hęc infima quę sunt mea manu. Q. F. 316 a, Auricula infima mollior. de Leg. 118 a, Omnia infima summis paria fecit. de Of. 41 a, Qui summos cum infimis pari iure retinebat Par. 123 a, Qui locum ciuitatis infimum tenent. de Ora. 119 b, Infimi homines mercedula adducti. pro Murc. 140 b, Infimorum hominum filij. Q. Fr. 311 b, Infima fex populi. Offi. 9 a, Est autem infima conditio & fortuna seruorum.

☞ Syntaxis. *Locus infimus in rotundo, est mundi medium. Locum ciuitatis infimum tenere. Infima populi fex. Infima serui conditio & fortuna.*

INFINITAS, atis. *immensitas, infinitio, innumerabilitas.* Acad. 29 b, Anaximander infinitatem materiæ dixit esse. Tus. 250, Democritus infinitatem omnem peregrinabatur. & 248 b Infinitas rerum atq; naturę. & 11 b, De infinitate autem vehementius. item: Summa vis infinitatis. de Offi. lib. 1, Vt ab illa discedatur infinitate. de Natu. 16 a, Infinitatem locorum.

INFINITE, *sine modo & fine.* Para. 125 b, Ille diuitias infinite concupiscit. & Or. 219 a, Ne infinite ferat, vt numen, oratio. Ac. 44 b u. a, Materia infinite secari ac diuidi potest.

INFINITIO, nis. *infinitum.* de Fi. 53 a, Infinitio ipsa, quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo est tum innumerabiles mundi.

INFINITVS, a, um tior. *immensus nulla est ora, nulla extremitas, immēsus, innumerabilis, inexhaustus, interminatus.*)(*definitus.* Ac. 29 b de D. 129 b. Quod finitum est, habet extremum, quod non habet extremum, infinitum sit necesse est. de D. 127 b, & Ora. 206 a, Reliqua verò tria interuallo infinita & immensa Acad 29 b, Infinitus aer, infinita materia. Epi. 16 b, Sed eos quos erat infinitum bene de me meritos omnes nominare. ad Herenn. 12 b, Immensa, infinita, immoderata cupiditas. de Orato. 90 b, Si cuipiam hoc nimis infinitum videatur. Attic. 119 b, Innumerabiles domini fieri possunt in infinita posteritate contra Rull. 72 b, Primum permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniæ conficiendæ. Off 11 a, Infinita multo eorum qui his egent Posteq. 204 a, Immensum quiddam & infinitum est, quod vobis debemus. pro Corne. 67 b, Si qui sunt quibus infinitum sit odium in quo semel susceptum sit. I. Vat. 225 a, Spelunca conuersa ad Aquilonem infinita altitudine. de Orat. 85 a, Infinitus forensium rerum labor. Attic. 275 a, Infinita tribuere potentibus. de Orato. 1 b, Ad infinitum tempus. & 6 a, Ab infinito tempore. & b, Infinito tempore cessare. de Orato. 121 b, Quoniam intelliguntur, non in hominum innumerabilibus personis, neque in infinita temporum varietate sed in generum caussis atque naturis omnia sita esse. de Orato. 112 b, Genus quęstionis infinitum. (*Certum, in quo quid in personis, aut in constituta re & definita quæritur.* de Orat. 96 b, Infinitæ rei quęstio. Orato. 213 b, Sed proximus versus inquinatus, insuauissima litera infinitus. Topi. 223 b, Partium distributio sæpe est infinitior.

☞ Syntaxis. *Infinitum peregrinatur ille. Infinita fit oratio. Infinitum & immensum. Omnes nomina infinitum est. Immensa, infinita, immoderata libido. Nimis infinitum. Infinita possessio, potestas, multitudo, odium, altitudo. Infinita tribuuntur potentibus. Ab infinito tempore ad infinitum tempus.*

INFIRMANDVS, a, um.)(*.confirmandus.* de Ora. 96 b, Quæ pro aduersariis sunt, infirmanda esse atque frangenda. & 139 a, Contrariis infirmandis, & tuis confirmandis.

INFIRMATIO, nis. *debilitatio, confutatio, refutatio.* cont. Rul. 67 b, Infirmatio rerum iudicatarum. de Inu. 45 b, Cum aliquid de commutatione aut infirmatione actionis agitur. *Hanc Cicero pro firmamento confirmationis capere videtur.* de Inu. 4 a. & 70 a, I. INDICATIO.

INFIRMATVS, a, um. *debilitatus.* I. P. 89 a, Horum alter sic fuit inarmatus conscientia scelerum suorum, &c. pro Cęc. 393 a, Si sententia huius interdicti deminuta aut infirmata sit.

INFIRME. *aduerb.* Episto. 240 b, Etsi intelligebam socios infirme animatos esse.

INFIRMITAS, atis *imbecillitas.* de Cla. 194 a, Erat eo tempore in nobis summa gracilitas & infirmitas corporis. & 182 b, Infirmitas laterum, & imbecillitas virium. Att. 182 a, Me conficit sollicitudo, ex qua etiam infirmitas corporis: qua leuata, ero vnà cum eo. pro Sex. Ro. 28 a, Susceptum onus propter infirmitatem animi deponere. de Sene. 83 b, Infirmitas est puerorum, ferocia iuuenum. Att. 554 a, Propter infirmitatem ętatis. pro Rab. 94 b, Animi vim & infirmitatem corporis ostendebat. pro Syl. 175 b, Infirmitatem corporis animi virtute superauit. I. A. 211 a, Sed animi vires corporis infirmitas non retardauit. Epi. 94 b, Infirmitas valetudinis. de Inu. 61 b, Considerare suam infirmitatem in alieno malo. Epi. 85 b, De quo quicquid detrahas, necesse est aut infirmitati, aut inuidię assignetur. Aca. 3 a, obscuritas in rebus, infirmitas in iudiciis nostris.

☞ Syntaxis. *Infirmare ac frangere. Diminuere ac infirmare. Conscientia scelerum infirmatus. Gracilitas & infirmitas corporis. Animi, ętatis, valetudinis, iudiciorum infirmitatem.*

INFIRMO, as. *infirmum facio, debilito, frango.*) (*.Confirmo.* de Natu. 56 a, Quanta vero illa sunt, quæ vos Academici infirmatis & tollitis? Acad. 6 a, Hoc infirmat tollitque Phil. pro S. R. 25 a, Ego res tam leues qua ratione infirmem ac diluam, non reperio. pro Dom. 238 b, Quod in Gabinio fateris, id in me infirmas, & graue esse dicis Ora. 201 b, Infirmare & excludere. pro Q. R. 52 b, Infirmare fidem alicuius. Att. 248 b, Ille tamen dolet, dubitans vtrum morem gerat Leptæ, an fidem infirmet Silio. pro Cęci. 294 b, Infirmare atque conuellere pacta.

☞ Syntaxis. *Aliqua infirmare ac tollere. Infirmare ac diluere. Infirmare pacta & conuellere. In aliquo quippiam infirmare. Infirmare & excludere. Infirmare alicui fidem.*

INFIRMVS, a, um, ssimus. *imbecillus, eneruatus, carens viribus.* Qu. F. 312 b, Sed hominem infirmum in villam apertam inuitare nolui. I. Vat. 222 b, Homo ætate affecta & viribus infirmis. de Ora. 101 b, In eius infirmissima valetudine, affectaque iam ætate. de Cla. 180 b, Is semper infirma atque etiam ęgra valetudine fuit. & 187 a, Is corpore erat infirmo. Aca. 41 b, Sum enim admodum infirmus. de Na. 21 a, Corpus caducum & infirmum. I. P. 97 a, Afflictus, infirmus, eneruatus. de Se. 80 a, Senectus facit corpus infirmum. Anteq. 195 a. Singulorum opes sępe sunt tenues & infirmę ad gratiam referendam. Episto. 163 b, Vestrę cautiones infirmæ sunt. Q. F. 312 b, Quę sunt maiore conatu aguntur, eo leuiora, infirmioraq; existimo. pro Q. R. 45 b, Quod apud omnes leue & infirmum est, id apud iudicem graue & sanctum esse ducetur? pro Cęc. 297 a, Ad probandum vtraq; res infirma nugatoriaque est.

☞ Syntaxis. *Infirma atq; etiam ęgra valetudo. Caducum & infirmum corpus. Afflictus, infirmus, eneruatus. Opes tenues & infirmę. Leue ac infirmum.)(.graue & sanctum. Infirmum & nugatorium ad probandum.*

INFIXVS, a, um. *defixus, insitus, immissus, hærens in aliquo. ⁊ cuius infixum nullo vt euelli modo possit.* pro Mil. 114 b. I. C. 123 b, Dum memoria mei consulatus vestris erit infixa mentibus. Postquam 505 a, Hęc cura erit infixa animo meo sempiterna. I. A. 192 a, Tamen infixus animo hæret dolor. de Vn. 101 a, Sidera infixo cœlo. Tuscula. 541 b, Sidera certis infixa sedibus. de Natu. 7 b, Deus aut infixus aut infusus esset in mundo. de Ora. 162 a, Ea sunt in communibus infixa sensibus. Att. 282 b, Animus infixus in patriæ charitate. de Fi. 130 a, Est enim infixum in ipsa natura. de Nat. 11 b, In eas imagines mentem intentam, infixamque nostram intelligētiam, capere, quid sit Deus. de Na. 31 a, Quæ ipsa ex se generata, stirpibus infixa continentur. de Som. 126 b, Orbis extimus, in quo infixi sunt, illi qui voluuntur stellarum cursus sempiterni. pro Cl. 20 a, Hoc quod in cōmunibus hominum sensibus atque in ipsa natura positum atque infixum est.

☞ Syntaxis. *Infixum menti, animo. Infixum hærens. Infixum sensibus, communibus. Infixus in patriæ charitate animus. In imagines infixa & intenta mens, quid sit Deus capit. In orbe sunt infixi qui voluuntur æterni cursus. Positum & infixum.*

INFLAMMANDVS, a, um. Att. 119 a, Patriam non seruandam ad reditū nostrum, sed diripiendam inflammandamq; relinquimus. Epi. 19 b, Et hoc quicquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei.

INFLAMMATIO, onis. *ardor.* de Ora. 129 a, Inflammatio animi, & quidam afflatus quasi furoris.

INFLAMMATVS, a, um de Ora. 103 b, Eorum mentes qui audiunt, inflammare, aut inflammatas restinguere. de Ora. 101 a, Magno amore inflammatum esse in patriam. pro Dom. 225 b, In quos propter eorum crudelitatem mentes nostræ inflammatæ fuerunt. Epist. 8 a, Inflammatus ad gloriam. Tus. 233 b, Inflammatus & furens libidinibus. I. V. 268 b. Inflammatus scelere & furore.

INFLAMMO, as. *incendo, inflammationem infero.* Att. 119 a, Cùm eadem lucerna epistolam scripsissem, qua inflammaram tuam. I. V. 225 a, Qui templum earum inflammauit dearum, quarum ope aliis incendiis subuenitur. In Ver. 225 a, Ceres dicitur inflammasse tædas ex ignibus Aetnæ.

¶ *Hortor, incito excito, et afirmo.* de Ar. 253 a, Excitare & inflammare animos. pro Pom. 4 b, Genus belli est huiusmodi, quod maxime nostros animos excitare atque inflammare debet. de Ora. 102 a, Inflāmare populum in improbos. de Or. 90 a, Animorum motus inflammare valet extinguere. pro 136 a, Qui non fortuna inflammare odiū suum, sed bonitate leniret.

INFLAMMOR, ris I. V. 268 b, Inflammari & exardescere in dicendo. Tusculu. 157 b, Cum corporis facibus inflammari soleamus ad omnes fere cupiditates, eoq; magis incendi, quod, &c.

☞ Syntaxis. *Inflammare aliquem, animo. Inflammatio, & quasi furoris afflatus. Amore inflammatus ad, in. Scelere, libidinibus, furore inflammatus. Inflammare fanum, tędas. Animorum inflammare motus, ac restinguere. Inflammare & exardescere in dicendo.*

INFLATIO, onis. *tumor.* de Diu. 93 b, A fabis abstinendum esse, quòd habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis contrariam.

INFLATVS, a, um. *tumidus.* I. V. 29 b, Serpens inflato collo tumidis ceruicibus. de Diu. 115 a, Inflatas rumpi vesiculas. de Cla. 181 a, Si tibię inflatæ non referant sonum.

¶ *Superbus, elatus* contra Rul. 182 b, Quibus illi rebus elati & inflati non continebuntur. Aca. 58 b, Est ne quisquam tanto inflatus errore, vt sibi se illa scire persuaserit? 18 b, Cum homines opinionibus inflati turpiter irridentur. pro Mur. 132 b, Cùm hostium classis spe atque animis inflata Italiam peteret. & 136 a, Inflatus tùm spe militum, tā promissis collegæ mei. I. V. 261 a. Inflatus lætitia atq; insolens. de Diuinatio. 140 a, Inflatæ mentes &c. de Orato. 146 b, Verba inflata atque anhelata grauius. ad Herenn 27 a, Oratio, quæ turget & inflata est. I. V. 31 a, Vt aliquando ista, quæ sunt inflata, rumpantur.

INFLATVS, us. *spiratio.* Ac. 6 b, Qui primo inflatu tibicinis Antiopam esse aiunt. de Cla. 181 b, Aures tanquam tibiæ sunt: ex si inflatum non recipiunt, &c.

¶ *Afflatus.* de Diuin. 85 a, Aliquo instinctu inflatuque diuino futura prænuntiare.

☞ Syntaxis. *Inflatus, et elatus. Opinione, errore, spe, animis, lętitia inflatus. Inflatus inflatum ment. Instinctu, afflatuq; diuino.*

INFLECTENDVS, a, um. pro Mur. 138 b, Vt leuiter inflectendus potius quam corrigendus esse videaris.

INFLECTO, ctis. *flecto.* Episto. 8 a, Magnitudinem animi tui ne vnquam inflectas cuiusquam iniuria. de Cl. 168 a. Demetrius Phalereus primus inflexit orationem, & eam mollem teneramque reddidit. de Natu. 35 b, Stellæ nunquam cursus sui vestigium inflectunt. Postquam 199 b, Qui suo squalore oculos vestros inflecteret.

INFLECTOR, ris. In Ver. 241 b, Vbi primum ex alto, sinus ad vrbem ab littore inflectitur. pro Cęcinna 299 a, Ius ciuile neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia potest.

INFLEXIO, onis. *flexio.* de Orat. 163 b, Inflexio laterum. & de Vniuers. 100 b,

INFLEXVS, a, um. *flexus.* Or. 202 b, Inflexa voce mirabiliter dicere. de Di. 86 b, Bacillum incuruum, & leuiter a summo inflexum. de Ora. 126 b, Vox ad miserabilem sonum inflexa.

☞ Syntaxis. *Inflectere animum, non castigare. Animum inflectere, & animi magnitudinem. Inflexa, mollis, ac tenera oratio. Inflectere vestigium sui cursus. Inflectere gratia ius. Ad miserabilem sonum inflectere vocem.*

INFLIGO, gis. *infero.* I. V. 33 a, Si ad cętera vulnera, quibus putasti remp. deleri, hanc quoque mortiferam plagam inflixisses cumulatus. I. A. 370 b, Tum illud tibi vulnus inflictum. pro Plā. 274 a. Quā enim illi iudices grauiorem poterunt reip. infligere securim? I. P. 86 a, Quæ meus discessus reip. vulnera inflixit? I. P. 93 a, Mihi illa omnia immortalem gloriam dederūt, tibi sempiternam turpitudinem inflixerunt.

INFLIGOR, ris. de Ora. 132 b, Et ex eo in eum ipsum qui lacessiuit, aliquid infligitur.

☞ Syntaxis. *Infligere vulnus, plagam, turpitudinem.*

INFLO, as. *inflationem habeo.* de Aca. 21 b, Simul inflauit tibicen, a perito carmen agnoscitur. de Ora. 164 a, Seruus cum eburneola fistula, qui inflaret celeriter eum sonum, quo &c de Leg. 157 a, Fannius inflauit vehementius. I. P. 99 a, Cum tibi spe falsa animos rumor inflaret, quod putasses, &c.

INFLOR, ris. de Di. 133 a, Faba venter inflatur.

☞ Syntaxis. *Tibię ipsi sunt inflatę animos. Inflare fistula sonum. Venter faba inflatur.*

INFLVENS, tis. de Pro. 75 b, C. Marius influentes in Italiam Gallorum copias repressit.

INFLVO, is. *illabor, perlabor.* Tuscu. 168 b, Apud Hypanim fluuium qui ab Europæ parte in Pontum influit. de Di. 96 b, Atque omnes mare influxit. de Na. 54 a, Alter ventriculus cordis, in quem sanguis per venam illam cauam influit. Off. 39 a, Vt in vniuersorū animos tanquam

influere possimus. de Ami. 213 b, Quibus blanditijs C. Papyrius nu per influebat in aures concionis, cum, &c. de Le. 177 b, Nihil tam facile in animos teneros atque molles influere, quam varios canendi sonos. de Or. 128 a. Ex illa lenitate ad hanc vim influat aliquid oportet, & ex hac vi aliquid influendum est illi lenitati.

☞ Syntaxis. *Influunt in urbem hostes. Influere in aures concionis.*

INFORMANDVS, a, um. Or. 199 b, Referamus nos igitur ad eum quem nos volumus inchoandum, & eadem eloquentia informandũ, quam in nullo cognouit Antonius.

INFORMATIO, onis, *notio, conformatio.* de N. d. 21 b, Habeo in animo insitam informationem quandam deinde. Or. 141 b, Vnius verbi imagine totius sententiæ informatio Part. 259 a. Definitio atque descriptio aut informatio uerbi. de N. 10 b, Antecepta animo rei quędam informatio *Græcè πρόληψις.*

INFORMATVS, a, um. *institutus* Officio. 9 b, Nemini parere animus bene informatus a natura vult, nisi, &c. de Finibus. 133 a, Quibus quasi informatum est, quod hominis natura postulet. de N. 16 a, Ita est informatum anticipatumque mentibus nostris. de Na. 28 b, In animis nostris informatas deorum esse notiones.

INFORMIS, me. ad Her. 40 b, Cum res muta aut informis, fit eloquens & formata.

¶ *Inchoatus.* Atti. 1 a, Petitorum hæc est informata adhuc cogitatio. pro Qu. 6 a, Ab illo qui antea dixit, informata iam causa est At. 173 a Non nominatim, sed generatim proscriptio est informata.

INFORMO, mas. *conformo. formo. adumbro, instituo.* Orator. 197 b, Atque ego in summo oratore fingendo talem informabo, qualis fortasse nemo fuit. Orator 200 a, Is orator quem informare volumus. pro Syl. 177 a, Cornelius etiam nunc de iudicando dubitat, informat ad huc adumbratum iudicium filij. de Nat. 9 b, Deos ne coniectura quidem informare possumus.

INFORMOR, aris *fingor* Ac. 13 b, Sive illa inania visa cogitatione informantur siue in quiete, siue per vinum, siue per insaniam.

¶ *Imbuor.* pro Arch. 286 a, Artes quibus ętas puerilis ad humanitatem informari solet.

¶ *Deformor.* de Fin. 116 a, Informari virtus non potest, si quicquam relinquatur. de Orato. 108 a, Non arbitrabar a me informari oportere, qualis esset orator, &c.

☞ Syntaxis. *Inchoare & informare oratorem. Informatum & anticipatum mentibus. In animo informata notio. Informare iudicium, confusum, deos. Cogitatione informata visa.*

INFRA *sub.* Episto 142 b, Supra me Atticus, infra Verius. & 143 a, Infra Eutrapelum Cytheris accubuit. de Nat. 53 a, Stomachi partes quæ sunt infra quàm id quod deuoratur, dilatantur. quæ autem suprà, contrahuntur. de Natu. 36 b, Infra Saturnum Iouis stella fertur. de Somn. 128 b, Infra autem iam nihil est nisi mortale. Att. 122 a, Earũ literarum exemplum infra scripsi. & Epist. 87 a, Earum literarũ exẽplum infrà scriptum est. I. V. 201 b, Ipse ad mare infra oppidum expectabat. Or. 197 a, Nec his solum locus est, sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos. de Cl. 168 a, Homerus non infra superiorem Lycurgum fuit. Tusculan. 193 b, Humanas res despicere, atque infra se positas arbitrari. de Finib. 95 b, Vt omnia quæ homini accidant, infra se esse iudicet. & 95 & 96 a, infra se omnia humana ducens. Postquam. 200, Is infra omnes mortuos amandatus esset. pro Q. 92 a, Infra mortuos mandari.

☞ Syntaxis. *Infrà quod est quàm illud. Infra scribam infra scriptum est: id est, signor. Infra mortuos mandari. Igitur vim habet duplicem, discriminis in loco, & dignitate.*

INFRACTIO, onis. *abiectio.* Tusculan. 193, Infractio quædam animi & demissio.

INFRACTVS, cta ctum *fractus, demissus* pro Domo. 226 a, Itaque infractus in eos tuus inanes faciebas impetus. Academ. 25 a, Tu autem te negas infracto remo commoueri. Postqu. 202 a, Non modo non infracto animo erat, sed etiam confirmato & renouato. Ora. 213, infracta & amputata loqui.

INFRASCRIPTVS. L. SVBSCRIBO.

INFREQVENS, tis *parum, frequens, rarus.* Quint. fratr. 313 b, Cum Appius senatum infrequentem coegisset, &c. & 328 b, Sum & Romæ & in prędijs infrequens. ad Herenn. 52 b, Rei militaris te infrequentem dedisti.

INFREQVENTIA, tiæ *paucitas, solitudo.* Quint. fratr. 328 a, Summa infrequentia, &c.

INFRINGO, gis *frango, concido, delumbo.* At. 100, Esse quiddam suspicor, quod res cogat credere, & propemodum infringat. pro Mil. 202 b, Infringere gloriam alicuius. Or. 219 b, Infringere & concidere numeros. pro Corn. 57 b, Ipsum florem dignitatis infringere.

INFRINGOR, ris. Attic. 160 a, Quæ si breuiora sunt infringitur ille quasi verborum ambitus. Orator. 197 b, Spem infringi, & elanguescere industriam. de Orator. 87 a, Cum Drusi tribunatus infringi iam & debilitari videretur.

☞ Syntaxis. *Infringere hominum gloriam, orationis numeros florem dignitatis. Spem. Infringi, & elanguescere. Infringi ac debilitari.*

INFVCATVS, cata, catũ *fucatus, coloratus.* de Or. 152 a, Sed animi iudicio etiam magis infucata vitia noscuntur.

INFVGIO, gis. *confugio.* pro Sestio. sexto b, Ne in tribunatus portum infugeret.

INFVLA, æ. *mitra, diadema.* in Verr. 226 a, Sacerdotes cum infulis & verbenis. de Orator. 150 a, contra Rull. 62 a, His insignibus atque infulis imperij venditis, &c. de Orator. 150 a, Pamphilus in infulis rhetoricam docens.

INFVNDO, dis. *fundo, instillo.* de Oratu. 141 a. Vt illi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo videantur inscribere. de Leg. 190 b, Vitiosi principes non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem. in Anton. 233 a, At hic nuper sororis filio infudit venenum, non dedit.

INFVNDOR, ris. de Cl. 170 a, Cum homines humiliores in alienum eiusdem nominis infunderentur genus. Tusc. 161 a, Quo tanquam in aliquod vas ea quæ meminimus infundantur.

INFVSCO, as. *infecio* de Cl. 188 b, Ij quos aliqua barbaries domestica infuscauerat. Tusc. 196 a, Situ sudoris barba pedore horrida, infuscat pectus illuuie scabrum.

INFVSCATVS, a, um pro Pla. 263 b, Vicinitas non infuscata maleuolentia, non assueta mendacijs.

INFVSVS, sa. Q. F. 312 b, Sed mea factum est infusa verecundia, vt te proficiscens non tollerem: *aliter, inusa.* Ep. 34 b, Tunc cum in vrbem nostram est infusa peregrinitas. de Or. 136 b, Quod semel esset infusum nunquam effluere posse.

☞ Syntaxis. *Infundere orationem in aures, vitia in ciuitatem, alicui venenum. In genus alienum infundi. Infusa in urbem barbaries, peregrinitas.*

INGEMISCO, scis: ingemui *gemo.* I. A. 251 a. Quid ingemiscis hostẽ Dolabellam iudicatum? At. 116 a, & 95 a, In quo tu quoque ingemiscis. pro Sest. 18 b, Quotiescunque me viderit, ingemiscet. Tuscu. 243 a, & 169 b, & Epist. 110 b, Pueri Spartiatæ non ingemiscunt verberum dolore laniati. I. A. 172 b, Vna illa in re ciuitas seruitutis oblita ingemuit. de Som. 127 b Hic cum ingemuissent cæteri vehementius, leniter arridens Scipio, Quæso, inquit, &c.

INGENERATVS, a, um pro Sest. 7 a, Vt ingenerata ei familiæ frugalitas videretur. de Diuin. 128 a, Quod si hæc astro ingenerata & tradita essent, nulla res ea mutare posset. de Legibus. 160 b, Animus est ingeneratus à Deo.

INGENERO, as. *ingigno.* Of. 3 b, Natura ingenerat præcipuum quendam amorem in eos qui procreati sunt.

INGENEROR, ris. contra Rull. 85 a, Non ingenerantur hominibus mores, tam a stirpe generis seminis, quam ea ijs rebus quę ab ipsa natura loci & vitæ consuetudine suppeditantur, quibus alimur & viuimus. Acad. apud Nonium: Humanis solis ingeneratur cupiditas cognitionis & scientiæ.

☞ Syntaxis. *Ingeneratus animus à Deo. Homini ingenerata cupiditas.*

INGENIOSE *solerter, acutè.* Ac. 21 b, Tractantur ista ingeniose. de Inuen. 43 b. Ingeniose & diligenter lectas res collocare.

INGENIOSVS, a, um: sio. *habens ingenij multum, acutus, solers, eximio, acerrimo ingenio.*)(*Hebes tardus.* de Finibus. 133, Eas virtutes qui habent, ingeniosi vocantur. *id est: docilitatem & memoriam.* pro Planc. 271 b, Quæ scripsit grauis ille & ingeniosus poeta. Tusculan. 165 a, Aristoteles ait, omnes ingeniosos melancholicos esse, ut ego me tardiorem esse non moleste feram. Attico. 335 a, Quid tu Bruto, & ingenioso, & erudito putas? pro Quint. Rosc. 51 a, Quo quisque ingeniosior & solertior: hoc docet iracundius & laboriosius. Tusculan. 215 b, Ingeniosus, acutus.)(*hebes.*

☞ Syntaxis. *Ingeniosi melancholici. Ingeniosus & solers.*

INGENITVS, a, um. *ingeneratus, innatus: insitus.* de Le. 165 a, Ingenita naturæ virtus.

INGENIVM, nii. *industria, solertia.* de Cla. 169 b, Vt hominis decus est ingenium, sic ingenij lumen est eloquentia. pro Cæl. 47 a, Atque in eo ingenium eius elucere videbatis quod sæpe etiam si industria non alitur, valet tamen ipsum suis uiribus. de Finibus. 133 a, Docilitas & memoria, quæ fere appellantur vno ingenij nomine. pro Arch. 189 a, Animorum incredibiles motus celeritasque ingeniorum. de Ora. 49 a, Nam & animi & ingenij celeres quidam motus esse debent: qui ad excogitandum acuti, & ad explicandum ornandumque sint vberes, & ad memoriam firmi atque diuturni. I. A. 204 a, Cæsar omnem vim ingenij, quæ summa fuit in illo, in populari leuitate consumpsit. de Cl. 174 b, Scauro & Rutilio non omnino ingenium, sed oratoriũ ingenium defuit. Quint. frat. 200 a, Hominum ingenia ad fallendum parata. Episto 208 a, Vna, quod uersatur in hoc studio nostro: & cum ingenio vt nosti, nec sine industria. de Diuin. 120 a, Omnis coniectura ingenijs hominum in contrarias partes sæpe deducitur. pro Font. 202 a, Habere multum ingenij ad fingendum. pro Pomp. 4 a, Perfectum ingenio: elaboratum industria. Acade. 1 a, Magnum ingenium Luculli, & magnitudo ingenij pro Cæl. 37 b. Adolescens illustri ingenio & industria. de Orato. 136 b, Crassi responsum excellentis cuiusdam ingenij & singularis. Officio 14 b, Qui excellenti ingenio doctrinæ sese dediderunt. & de Finibus. 73 a, & Episto. 84 a, Ratio excellens ingenij. Orato. 298 a. Vir acerrimo ingenio. de Orat. 119 a, & contra Rull. 88 b, Tardum ingenium. de D. 97 a, Ingenia acuta.)(*obtusa.* Tusculan. 241 b, Eximium ingenium. & de Fi. 75 b, Præstans ingenium. Epist. 53 a, & 82 b, Fauere ingenijs. Epist. 67 a, Suauitas ingenij tui & 63 b, Optimo ingenij.

¶ *Natura, mores* Offic. 23 a, Suum igitur quisque noscat ingenium. & ibid. Ea quæ nostri ingenii non sunt. de Clar. 190 b, Ardor animi, qui etiam ex infantium ingenijs elicere uoces & querelas solet. de Inu. 58 a, Sin uerecundum animi ingenium possidet: tamen accusés: non enim uereor.

☞ Syntaxis. *Animi & ingenij motus. Habere ingenium, ingenij multum. Illustre ingenium & industria. Ingenij cuius excellens. Ingenium acre, acutum præstans, suaue, obtusum. Id versatur in Medicina, & cum ingenio: nec sine industria. Optimo ingenij.*

INGENS

INGENS, tis. *immanis, infinitus, immensus*. I.V. 171 b, Ingens immanisque præda. de Ora. 149 b, Ex ingenti immensoque campo in exiguum gyrum compelli. I.V. 67 a, Ingentes diuitiæ. de Pro. 70 a, Achæi ingentem pecuniam pendunt. L. Pisoni quotannis.

INGENVE. *candidè, liberè, sincerè, verè*. Epist. 59 b, Me ab te cupisse laudari, apertè & ingenue confitebar. Att. 213 a, & Orat. 204 a, Illi autem ingenuè mihique gratum.

INGENVITAS, tis. *liberalitas, honestas, probitas*. de Or. 131 a, Præstare ingenuitatem & ruborem suum, verborum turpitudine vitanda. Aca. 45 a, Præ se ferre probitatem quandam & ingenuitatem. I.V. 99 a, Ornamenta non solùm fortunæ, sed etiam ingenuitatis.

INGENVVS, a, um. *liberalis, liber, honestus*. L.A. 189 a, Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens nihil pudicum. Offic. 30 b, Nec verò quicquam ingenuum potest habere officina. de Amic. 108 b, Apertè uel odisse magis ingenuum est, quàm fronte occultare sententiam. ad Heren. 26 b, Violare ingenuam. I.C. 131 a, Omnis ingenuorum adest multitudo. pro Flacc. 162 a, Quid? ab ingenuis mulieribus hæreditates lege non ueniunt? de Cl. 188 b, Si sis ingenuus ciuis Romanus. L.A. 180 a, Ingenui pueri cum meritorijs uersabantur. de Orato. 96 a, & de Finib. 102 a, * Nam principiq illud quod est homine ingenuo, liberaliterque educato dignum, non negabo, me &c.] de Orato. 109 b, Tu pudore a dicendo & timiditate ingenua quadam refugisti. de Cla. 186 b, Ingenuo liberoque fastidio. in Ant. 138 a, Qui ad seruitutem propulsandam ingenuo dolore excitetur. de Fi. 136 b, Qui ingenuis studijs artibusque delectamur. de Or. 244 b, Omnem doctrinam harum ingenuarum & humanarum artium vno quodam societatis vinculo côtineri & 154 b, Hæ artes quibus liberales doctrinæ atque ingenuę continerentur. de Orato. 91 a, & Epistõ 48 a, Omnibus ingenuis artibus instructum accedere ad dicendum. de Fi. 78 b, & 79 a, Ingenuæ disciplinæ. Epi. 77 b, Vita ingenua. & 20 a, Animus ingenuus.

☞ Syntaxis. *Ingenuitatem & ruborem suum præstare. Probitas, & genuitas. Ingenuum liberumque fastidium, dolor, studium, ars. Artes quibus liberales & ingenuæ doctrinæ continentur. Ingenua disciplina, vita, animus. Ingenuum simpliciter à dicendo timiditas ingenua deterret.*

INGERO, ris. *infero, intrudo*. Att. 173 b, Sed ingero præterita.

INGIGNO, gnis. *ingenero*. de Fin. 74 a, Natura cupiditatem ingenuit homini veri inueniendi. de Na. 50 b, Tantam ingenuit in animantibus conseruandi sui natura cupiditatem.

INGLORIVS, a, um. *inhonoratus*. de Le. 162 a, Beati, qui honorati sunt, uidentur: miseri autem, qui inglorij. Tusc. 208 a, Vita inhonorata & ingloria. Tusc. 202 b, Inglorius atque ignobilis senex.

INGRATE. *animo ingrato, illiberaliter*.)(*grate*. pro Deiota. 149 a, Quamuis ingrate & impie necessitudinis nomen repudiauerit. Ep. 183 b, Sed immoderate quidam & ingratè nostra facilitate abutuntur.

INGRATIS. *inuitè, cum mala gratia*.)(*cum bona gratia*. pro Q. 8 a, Extorquendum est inuitò atque ingratis, quod non debet.

INGRATVS, a, um, tius. *immemor beneficij, vel gratiarum*. Att. 121 b, Nihil cognoui ingratius, in quo uitio nihil mali non inest. Postq. 203 a, Non solum ingratus, quod ipsum graue est, sed etiam impius appellatur. pro Planc. 276 b, Nulla amicitia potest esse inter ingratos. Officio. 330 a, Ingratus crudeliter, aut immemor beneficij. Attico. 136 a, Ego ingrati animi crimen horreo. Attico. 124 b, Dimisi a me ut hominem ingratum non inuitus. in Anton. 161 b, Ne ioте ingratus uiderer. ad Herenn. 36 b, Ingratus in amicos. * Epistola. 59 b, Visa est uratio non iniucunda.]

¶ *Molestus*. Epistõ. 62 b, Quæ ego si non profundere ac perdere uidebor, omnibus meis uiribus sustinebo: sin ingrata esse sentiam, non cômittam ut tibi insanire uidear.

INGRATIFICVS. pro Sest. 25 a. de Sen. 31 a, O ingratifici Argiui, manes Graij, immemores beneficij. Accij.

☞ Syntaxis. *In vitio ingrati, nihil non mali inest. Non modò ingratus, sed & impius. Ingratus crudeliter. Ingrati animi crimen horrere.*

INGRAVESCENS, tis. de Diuinatio. 111 b, & I.A. 221 a, Medicus morbum ingrauescentem ratione prouidet. Epistola 18 b, Ætas nostra iam ingrauescens.

INGRAVESCO, scis. *glisco, cresco, grauior fio*.)(*leuor*. Att. 156 b, Iste ardet furore, nec remittit aliquid, sed in dies ingrauescit. Att. 288 b, Ingrauescit in dies intestinum malum. I.C. 103 b, Sic hic morbus vehementius viuis ingrauescet. de Sen. 84 a, Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingrauescunt, animi autem se exercendo leuantur. pro Dom. 215 a, Cum ingrauesceret annona, vt iam fames timeretur. Ep. 49 a, Nam si a prima ætate me omnis doctrina liberalis delectauit, tamen hoc studium quotidie ingrauescit.

☞ Syntaxis. *Prouidere ingrauescentem morbum. Ille non remittit, sed ingrauescit. Ingrauescere defatigatione. Ingrauescunt studia, ætates.*

INGREDIENDVS, a, um. *incedendum*. de Senectut. 78 a, Via qua nobis quoque ingrediendum est. pro Arch. 185 b, Hunc uideo mihi principem, & ad suscipiendam & ad ingrediendam rationem horum studiorum extitisse.

INGREDIENS, tis. *gradiens*. de Orato. 108 a, Neque is consistens in loco, sed inambulans, & ascensu ingrediens arduo. Orato. 203 b, Sequitur magnum opus & arduum: sed ingredientibus considerãdum fuit, quid ageremus.

INGREDIOR, ris. *intro, introeo, adeo, me infero, ineo, pedem pono, pedem infero, accedo, aggredior*. I.A. 173, Tu ingredi illam domum ausus es? de Finib. 125 a, Quacunque ingredimur, in aliquam historiam vestigium ponimus. I.C. 112 a. Cum iam pontem ingredi inciperet. pro Muræ. 124 b, Qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur. Officio. 53 b, Quod omnibus est sciendum, qui vitam honestam ingredi cogitans. Academ. 28 b, Vt quam vitam ingrediar, definias. Orato. 165 a, Quod iter incipiam ingredi? de Senectu. 83 b, Ingredi iter pedibus. de Cla. 196 a, In uitam Paulo serius tanquam in uiã ingressus sum pro Planc. 260 b, & Epist. 78 b, Qua volui ianua ingressus sum in causam. pro Cecinn. 89 a, Ingredi intra finem eius loci, quem, &c. in Anton. 120 b, Magna spe ingredior in reliquam orationem. Epist. 108 b, & I. Ant. 220 a, Quo die primum in spem libertatis ingressus sum. I.C. 197 a, In exilium eijciebam, quêm iam ingressum in bellum esse videbam? de Orato. 144 b, & 156 a, Eloquentia quocunque ingredior, eodem est instructa comitatu. de Orato. 128 b, Nam neque assiliendum statim est ad illud genus orationis, &c. nec cum in eam rationem ingressus sis, celeriter discedendum est. de Or. 98 b. Nos qui antequam ad dicendum ingressi sumus, obruimur ambitione. Episto. 19 a, Qui ingredior ad explicandam rationem sententiæ meæ. de Orato. 97 a, Ii qui ingrediuntur ad studium: *id est, qui discere incipiunt*. de Orato. 136 a, Et eras ipse iam ingressus: *id est, ad dicendum*. de Fat. 140 b, Timide ingredior ad hoc genus disputandi. pro Cecinn. 300 a, Cum istam disputationem mecum ingressus esset, dicebat, &c. Attico. 245 b, Quam orationem cum ingressus essem, Cassius interuenit. Officio. 24 a, Quam quisque uiam uiuendi sit ingressusus.

¶ *Aggredior, incipio*. pro R.P. 123 a, Difficile est, quod cum spe magna sis ingressus, id non exequi vsque ad extremum. Ac. 5 b, Quod facere nunc ingredimur. & 39 b, Ingressus sum facere: *id est, cœpi*. de Diu. 108 b, De diuinatione ingressi sumus dicere, &c. Top. 221 a, Maiores nos res scribere ingressos, &c. è cursu ipso reuocauit voluntas tua Att. 242 b, Ingressus eram dicere quid oportuisset.

¶ *Vado, eo, gradior*. Tusculan. 164 a, Qui in compedibus corporis fuerunt, etiam cum soluti sunt, tardius ingrediuntur. pro Rab. 94 b, M. Æmilius uix ingredi potest. Epistol. 153 b, Cum primum posse ingredi cœpi. Epist. 194 a, Ingredi pleno gradu. Attic. 38 a, Si dormis, expergiscere: si stas ingredere: si ingrederis, curre: si curris, aduola. Orato. 204 a, Vt ingredi libere, non ut licenter errare uideatur. pro Cęl. 46 a, Via lubrica, qua insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione uix possis.

INGRESSIO, onis. *aggressio, introitus*. in Anton. 196 a, Sic ab ingressione fori populum propulsari uideres. Orato. 197 b, Ac uideo hanc primam ingressionem meam e media philosophia repetitam. Orato. 216 b, Interdum cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio.

INGRESSVS, sus, *incessus*. de N. 20 a, Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio. I.P. 97 a, Vestigijs odorari ingressus cuiuspiam. de Ora. 98 a, Orationis uestigia ingressumque non uidi.

☞ Syntaxis. *Ingredi domum, periculo, vitam honestam, viam, iter, in viam, in causam, in spem, in orationem, in bellum, ad dicendum, ad disputationem. Ingredi iter pedibus. Quocunque, & quacunque ingrederis, pietas, &c. Pleno gradu ingredi, liberè.*

INGVRGITO, as. *infero, immitto*. I A. 173 a, Cum in eius copias se ingurgitasset, exultabat gaudio. de Fin. 66 b, Crudique postridie se rursus ingurgitent: *idest, repleant, ciboque obruant*. L. P. 88 b, Nunquam ac in tot flagitia ingurgitasses.

INHABITABILIS, le. *vastus, desertus*. de Na. 7 a, Inhabitabilis atque inculta terræ pars.

INHÆRENS, tis. de Natu. 46 a, Bellue ad saxa natiuis testis inhærentes.

INHÆREO, es. *hæreo, insideo*. de Orato. 123 b, Quæ sunt foris neque inhærent in rei natura. & de Vniuers. 29 1 a, Sidera quæ suis sedibus inhærent. de Diuinat. 103 a, Animi, qui corporibus non inhęrent. Tusculan. 155 a, Inhæret in mentibus quasi seculorum quoddam augurium futurorum. & 179 a, Eaque inhæsit visceribus. & 214, Inhęsit in uisceribus. de Diu. 128 a, Quorum linguæ sic inhærerent, vt loqui non possent, hæ, &c.

INHÆRESCO, scis. *adhæresco*. de Natu. 55 a, Bestiolæ in sordibus aurium tanquam in uisco inhærescunt. & Tuscu. 190 b, Poetę leguntur, ediscuntur, & inhærescunt penitus in mentibus.

☞ Syntaxis. *Bellua ad saxa natiuis testis inhærent: idest foris, neque inhærent in rei natura. animaduertas accidentium descriptionem. Inhærere visceribus: & in visceribus. Inhærescunt poetæ in mentibus.*

INHALO, as. *exhalo*. I.P. 62 a, Cum ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasse.

INHIBEO, bes. *cohibeo, cursum impedio*. in Verrem 169 a, Si te illius acerba imploratio & uox miserabilis non inhibebat, ne ciuium quidem Romanorum, qui tum aderant, fletu & gemitu maximo commouebare. Attic. 111 a, Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet. est enim uerbum totum nauticum: quãquam id quidem sciebam, sed arbitrabar sustineri remos, cum inhiberi essent remiges iussi. id non esse eiusmodi, didici heri, cum ad uillam nostrã nauis appelleretur. non enim sustinent se, sed alio modo remigrant: id ab ἐποχῇ remotissimum est. quare facies ut ita sit in libro, quemadmodum fuit, de Or 97 b, Vt concitato nauigio cum remiges inhibuerunt retinet tamen ipsa nauis motum & cursum suum, intermissio impetu pulsuque remotum. pro Q. 4 b, Quod si facere nolit, atque inhibuerit eiusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere sese nihil precari, &c.

¶ *Adhibeo*. contra Rul. 88 a, Sed tamen inhibet illis legibus spem non nullam, cui ademptum est, aliquem scrupulum, cui datum est. I.A. 255 a, Inhibere supplicium alicui.

INHIBITIO, onis. Attico. 210 b, Inhibitio remigum motum habet, & vehemen-

vehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim.

☞ Syntaxis. *Inhibitio remigum. Spem, supplicium alicui inhibere.*

INHIANS, tis. *incumbens.* I.C. 215 a, Romulus paruus atque lactens vberibus lupinis inhians.

INHONESTE, *turpiter sparcè.* Att. lib. 223 a, Accusauit Nasicam inhoneste, ac modeste tamen dixit.

☞ Syntaxis. *Hoc grauissimum est, Inhonestè accusare, modestè tamen.*

INHONESTVS, a, um, ssimus. *turpis.* pro S. Ros. 20 b, & pro Domo. 234 b, Profectò Attilium illum hominem turpissimum atque inhonestissimum iudicares. Epist. 115 b, Et hercule confecta omnia fœda & inhonesta sunt. Sal. in Cic. 271 a, Quæ honeste nominari non possunt, inhonestissima.

INHONORATVS, a, um. *inglorius.* Tus. 201 b, Multi inhonorati proferuntur. & 208 a, Vita inhonorata & ingloria.

INHORRESCO, scis. *exhorresco.* de Orato. 157 a, & Diuinat. 85 b, Inhorrescit mare, tenebræ condoplicantur. Pacuuij de republ. libro 4. teste Nonio, Horum in seueritatem dicitur inhorruisse primum ciuitas.

INHOSPITALITAS, tis.)(*hospitalitas* Tusc. 214 b, Inhospitalitas, est opinio vehemens fugiendum esse hospitem.

INHVMANE, nius. *inhumaniter.* Off. 57 b, Si quid ab homine detraxeris vtilitatis tuæ causa, inhumane feceris, côtraque naturam. de Ami. 104 b, Alios dicere aiunt etiam multo inhumanius.

INHVMANITAS, tis. *immanitas, crudelitas.* pro Deiot. 150 a, Quæ est ista tam impudens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? de Or. 93 a, Quod ego nô superbia neq; inhumanitate faciebã, sed, &c. I.A. 162 a, Sit hoc inhumanitatis tuæ. I.V. 259 a, Mansuetudinem in crudelitatem inhumanitatemque conuerti.

INHVMANITER, *inhumanè.* Q.F. 321 b, Non possum scribere, me miratum esse, illum tam inhumaniter fecisse.

INHVMANVS, a, um. *crudelis, humanitatis expers, vitæ communis ignarus, nunquam particeps humanitatis, immemor humanitatis, multum ab humanitate discrepans, inurbanus, inops humanitatis & inurbanus, ab omni humanitate derelictus, difficilis, agrestis, insuauium morum, non homo, & communi naturæ sensu carens.* de Senect. 78 b, Moderati, nec difficiles, nec inhumani senes tolerabilem agunt senectutem. de Fin. 49 b, Vt Terentianus Chremes non inhumanus. de Fin. 103 b, Illa vox inhumana & scelerata. I.V. 260 a, Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus? quis tam inhumanus? Att. 202 a, In isto tuo animo nihil agreste, nihil inhumanum est. Or. 213 b, Qui aures tam inhumanas tamque agrestes habent. I.C. 106 a, Inhumana audacia. Offi. 29 a, At hoc idem si in côuiuio faciat, inhumanus videatur. de Or. 142 a, Inops humanitatis & inurbanus. & 123 a, & ad Her. 26 b, O derelictos ab humanitate homines.

☞ Syntaxis. *Inhumanè facere, contraque naturam. Imprudens crudelis, immoderata inhumanitas. Facere superbia & inhumanitate. Crudelitas & inhumanitas. Durus, ferreus, inhumanus. Agrestis & inhumanus. Homo ab humanitate derelictus.*

INHVMATVS, a, um. *insepultus.* Tusc. 172 a, Diogenes proijci se iussit inhumatũ. de Di. 138 a, Is cùm esset proiectus inhumatus, amica corpus eius texit suo pallio. I.A. 264 b, Iique nec inhumati, nec dispersis bustis humili sepultura cremati.

INIBI, *ibidem.* contra Rullum. 64 b, Luxuries Annibalem Capuæ corripuit, superbia nata inibi esse ex campanorum fastidio videtur. & In Anto. 259 a.

INIENS, ineuntis *primus, incipiens.* Attico. 2 b, Ianuario ineunte cura vt Romæ sis. Attico. 55 b, Ineunte æstate. pro Pom. 11 a, Pompeius extrema hyeme bellum apparauit, ineunte vere suscepit, media æstate confecit. de Fin. 213 a, Sed vt magnum certamen iniens. de Ora. 93 a, Qui ab ineunte ætate incensus essem studio vtriusque vestrũ. pro Pompe. quarto a, Meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptę. de Offic. 42 a, & Offic. 25 a, Ineuntis ætatis inscitia senum constituenda & regenda prudentia est. de Cla. 178 a, In his exercitationibus ineunte ætate fuimus. Epi 143 b, Ab ineunte pueritia. Offi. 23 b, Ineunte adolescentia, cui, meis, &c. In Vat. 55 b, Ab ineunte adolescentia.

INIECTVRVS, a, um. pro Cęc. 285 a, Sperarunt se iniecturos vobis causam deliberandi, & iudicandi iustam moram & religionem.

INIECTVS, a, um. de Din. 92 b, Se interfectam in palustrem a caupone esse coniectum, & supra stercus iniectum. I. V. 249 b, Nisi vero existimatis hominem pecuniosissimum sine aliqua causa quæstus iniectum, *id est, adductum.* ad tam incredibile crimen. pro Mur. 135 b, Atque ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuæ, nô tacente me, maxima. Q. Fr. 306 b, Eo metu iniecto. pro Clu. 39 b, Suspicionem esse iniectam alicui. cont. Rull. 82 a, Tenuissima suspicione hostium iniecta. de Pro. 78 a, Timor iniectus Cæsari de eius actis. pro Ceci. 301 a, Cui periculum mortis sit iniectum.

INIICIO, cis. *obijcio, immitto, infero.* pro Clu. 33 a, Hic tum iniectus est hominibus scrupulus & dubitatio. Epist. 194 a, Cùm mihi sermone iniecisset, se velle Asiam visere. pro Q. 12 b, Quod Hortensium, qui nuper iniecit, dicturum arbitror. pro Mur. 133 b, Quam te securum putas iniecisse petitioni tuæ? pro Q. R. 53 a, Ipsa mihi veritas manum iecit, & paulisper consistere & commorari coegit. de Fin 106 a, Iniicere vincula alicui. de Na. 76 b, Iniicere laneum pallium alicui. de Nat. deo. 84 a,

Et Capitolium iniecit sedibus ignes.

Attic. 254 a, Iniicere spem alicui de aliqua re. pro Milo. 118 a, Clodius cui deorum ira mentem iniecit, vt Milonem lacesseret, eadem hanc eius satellibus iniecit amentiam, vt, &c. pro Domo. 226 a, Is meum nomẽ operarijs ediderat, imperitis iniecerat. pro Mur 136 a, & I.V. 172 a, Iniicere timorem & desperationem alicui. de Fin. 132 a, Iniicere terrorem mortis alicui. Epist. 172 a, Att. 201 a, Iniicere cupiditatem alicui & cogitationem. pro Cec 303 b, Cum Cotta decemuiris religionem iniecisset.

INIICIOR, ris. I. C. 122 a, Ne temerè à me tantus tumultus ciuitati iniiceretur.

☞ Syntaxis. *Causam alicui iniicere scribendi, plagam, suspicionem, timorem, periculum, manum, spem, tumultum ciuitati, & religionem. Iniecit ille in literis: id est, addidit.*

INIMICE, ssime *infestè, inimico animo.* pro Qu. 22 a, Inimicissimè atque infestissime contendere cum aliquo. de Nat. 3, Inimice insectari aliquem. I. A. 176 a, Vide quàm tecum agam non inimicè.

INIMICITIA, tię. *simultas, alienatio, dissensio.* in Vatin. 57 a, Videto, ne nimium familiariter inimicitias exercere uideare. & 65 b, Tusculan. 213 b, Inimicitia ira ulciscendi tempus obseruans. & Episto 29 a, Gerere graues inimicitias cum aliquo. item, Suscipere graues inimicitias. pro R. P. 127 b, Nec me pœnitet mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere. ad Attico. 228 b, Libentius deponimus inimicitias, reipublic. nomine susceptas, quàm contumaciæ. pro Cl. 58 a, Deponere inimicitias ueteres pro Flacc. 146 b, Deponere inimicitias iustissimas cum aliquo. de Prou. 73 b, Inimicitias in uiris fortibus non solùm extinxit reipub. dignitas, sed etiam ad amicitiam consuetudinemque traduxit. pro Flacc. 146 b, Denunciare nouas inimicitias alicui nulla accepta iniuria. pro Cl. 57 b, Nouis inter propinquos susceptis inimicitijs. pro Fon. 289 b, Insitas inimicitias istæ gentes habent, & gerunt cum populi Rom. nomine. pro Cæl 44 a, Nec enim vnquam muliebres inimicitias mihi gerendas putaui. pro Deiot. 149 a, Tamen inimicitias hominum more gerere poteratis. pro Sest. 19 b, Qui cum inimicitias sibi mecum ex reipub dissensione susceptas esse dixisset, eas se dixit & temporibus & reipub permissurũ. Epist 62 a, Vt tuas inimicitias reipub. donares, te uicisti pro Sext. R. 21 a, Erant ei ueteres inimicitiæ cum duobus Roscijs. pro Cæl 44 a, Intercedunt mihi inimicitiæ cum illo. Episto 215 b, Cauendum tibi erit, ne parum simpliciter & candide posuisse inimicitias uidearis. pro Clu. 53 b, Inimicitias inter aliquos esse de Op. 245 a, Inimicitijs incensa contentio. ad Her. 29 b, Eum quare putes inimicitias cum fide habere posse? I. Verr. 273 a, Tacitæ & occultæ inimicitiæ. *indictæ & apertæ.*

INIMICOR, ris. Quint. de Pet. 212 a, Sin autem neges, abalienant se & inimicantur.

☞ Syntaxis. *Inimicissimè contendere. Inimicitias exercere, gerere, suscipere, habere, deponere, extinguere, denunciare. Inimicitias suas alicui donare. Inimicitia est illi cum, &c. Intercedunt inimicitiæ illi cum, &c. Ponere inimicitias parum simpliciter & candidè. Abalienant se, & inimicantur, facile mali.*

INIMICVS, a, um, cissimus. *hostis, infestus, infensus, aduersus, alienatus, non æquus, iniquus, obtrectator, inuidus.* de Orat. 104 b M. Cato Galbæ grauis & acer inimicus. Episto. 17 b, Grauiter inimicus. Tusculan. 216 a, Motus animi auersi a ratione, inimicissimi mentis uitæque tranquillæ. I. V. 134 b, & pro Ceci. 291 a, Is aratoribus infestus atque inimicus est in Verr 61 a Homines qui illi inimici infensique sunt Tusculan. 222 a, Infensus & inimicus alicui. in Verr. 130 a Nemo illi inimicior, quàm Clodius. de Orato. 115 a, Vbi iudex amicus aduersario & inimicus tibi est? in Verr. 110 b, Ille aspicere te non posset, inimicus, hostis esset. Att. 177 a, Qui mihi tam crudeliter inimici sunt. Episto. 12 a, Habere aliquem inimicum. de Fat. 143 a, Quę est tota Diodori, uobis inimica sententia. I. An. 244 a, Cui semper tu amicus antequam ille respub. tam aperte est factus inimicus. de Prou. 73 a, Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? de Finibus. 131 a, Aliquem sibi esse inimicum atque hostem. de Inuent. 61 a, Inimicis & hostibus ea displicere. de Am. 107 a, Nulla est inimicior amicitiæ potest reperiri, quàm eius, qui, &c. Orato. 216 a, Nihil inimicius, quàm oratio, uersibus. I. A. 229 a, Gallia, quam sibi armis animisque infestam inimicamque cognouit. pro Quint. 2 a Mihi summam per iniuriam omnia inimica atque infesta sunt. I. V 78 b, Clamore alicuius infesto atque inimico excitari. & 139 a, Infenso animo atque inimico pro Font. 270 a, Inimico animo dicere aliquid. de Amic. 103 b, Hostis & inimicus idem.

☞ Syntaxis. *Inimicus grauis, acer, grauiter. Inimicus & infensus. Inimicus & hostis.*

INIQVE, ssime. *aduerb. iniustè.* Att. 275 a, At hoc ipsum, inquies, iniquè facit. Bruti pro Do. 230 b, Qui expulsi sunt inique. pro Pis. 270 b, Se inique à tuis iactatum grauiter querebatur. pro Deiotar. 149 b, Etsi inique Castorem Domitio comparo. pro Clu. 29 a, Iam hoc quoque prope iniquissime comparatum est.

INIQVITAS, tis *iniuria.* Par. 219 a I. C. 109 b, Æquitas certa cum iniquitate. pro Qu. 2 a, Id accidit prætoris iniquitate & iniuria. I. C. 119 b, Habere uidetur ista res iniquitatem, si imperare uelis: difficultatem, si rogare. Ep. 3 b, In tanta hominum perfidia & iniquitate, pro S. R. 18 b, Defendere autem ipsi propter iniquitatem temporum non audent.

INIQVVS, a, um. *habens iniquitatem, iniustus, non habens æquitatem, iratus, inimicus.*)(*æquus.* pro Planc. 267 a, Homo natura asper, atque omnibus iniquus. Episto. 151 a, Seruilius Iouis ipsi iniquus. Officior. 69 a, Multi iniqui atque infideles regno, pauci sunt boni pro Quint. 2 b, Nam quid hoc iniquius, aut indignius dici potest? de Ar. 144 b

Cui,

Cui præripere destinatam laudem, valde esset iniquum. At. 85 b, Credo Scaptium iniquius de me aliquid ad Brutum scripsisse. I. Ve. 165 a, Iniquo infestoque animo insequi aliquem. Tuscula. 176 a, Iniquo animo ferre aliquid. Episto. 128 a. Scio me a te contra iniquos meos solere defendi. pro Planc. 367 b, Iniqui mei & defensorum meorum, R.P. 126 b. & pro Font. 280 b, In quo æqui superasse eum dicunt, peccasse iniqui. Episto. 5 b, Cæteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati.

☞ Syntaxis. *Iniquitas & iniuria. Id habet iniquitatem. Homo natura asper, & omnibus iniquior. Iniqui mei. Obscurè iniqui.*

INITIA, orum. *sacra Cereris*. de Legibus. 177 a, Athenæ nihil attulere melius illis mysterijs, quibus ex agresti vita exculti ad humanitatem sumus, initiaque, vt appellantur, ita reuera principia vitæ cognouimus in Hortensio, teste August. libro quarto, contra Iulianum. Humanæ vitæ erroribus, & ærumnis fit, vt interdum veteres illi siue vates sint in sacris initijsque tradendis diuinæ mentis interpretes, qui nos ob aliqua scelera suscepta in vita superiore, pœnarum luendarũ causa natos esse dixerunt, aliquid dixisse videantur.

INITIANDVS, a, um. Att. 60 a, Scire uelim, num censum impediant tribuni diebus initiandis.

INITIOR, a, ris. *deuoueor, consecror, sacris imbuor, inauguror*. Tuscula. 154 a, Reminiscere, quoniam initiatus es, quę tradantur mysterijs. de Natura. 24 b, Omitto Eleusinam sanctam, vbi initiantur gentes orarum vltimæ. de Legibus. 173 b, Neve initientur nisi vt assolet, Cereri græco sacro. de Legibus. 182 a, Diligentissime sanciendum est, ut mulierum famam multorum oculis lux clara custodiat, initienturque eo ritu Cereri, quo Romæ initiantur, & ibidem. Sacra quibus ipsi initiati sumus. in Catilin. 100 a, Quæ quidem sica, quibus abs te initiata ac deuota sit, nescio, quod eam necesse putas consulis in corpore defigere.

☞ Syntaxis. *Illa initiatur Cereris ritu. Initiari sacris. Dies initiandi. Sica initiata & deuota.*

INITIVM, tij. *principium, fundamentum, elementum*. Tus. 168 a, Quomodo initium nobis rerum omnium ortus noster affert, sic exitum mors. de Orato. 95 a, Adolescentulus in initio dicendi sic exanimatus sum, ut, &c. Attico. 178 b, Cui consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. de Orato. 113 a, Ab initio rerum Romanarum vsque ad P. Mutium Pont. Maxim. Attico. 178 b, Hostes qui erant ab initio belli. de Clar. 116 b, Ab isto initio tractus est sermo. contra Rullum 69 b, Ducere initium rerum suarum alicunde. Att. 143 a, Belli initium ducetur a fame. Att. 170 a, Vt male posuimus initia, sic cætera sequentur. de Clar. 176, L. Bestia bonis initijs orsus tribunatus, tristes exitus habuit consulatus. contra Rull. 81 b, Facere initium ab aliquo. in Anton. 164 b, Pansa initium cum hostibus confligendi fecit. Episto. 184 a, Cædis initium a me factum putauit. I. A. 198 b, Is cędis initium a me fecisset. Att. 107 b. & 146 b, Facere initium armorum. Att. 5 b, Tu uelim, ut se initia dederint, ad me perscribas. de Dio. 110 b, Quæ sint initia rerum ex quibus nascuntur omnia. Tusculan. 248 a, Initia & tanquam semina, vnde sint omnia orta, generata, concreta. Academ. 44 a, Illa initia, quæ Græce elementa dicuntur. de Leg. 169 a, Quemadmodum Senatus initio censuit. & ibidem. Redeo ad illud, quod initio scripsi. & 159 a, De qua initio scripsi. pro S.R. 38 a, Ille qui initio proditor fuit, deinde perfuga.

☞ Syntaxis. *Initio. In initio dicendi. Ab initio. Ducere, initium, ponere, sumere, facere. Sic se dant initia. Bonis initijs orsus.*

INITVS, a, um. de N. 74 a, Inita & subducta ratione nefaria scelera meditari. pro Dom. 140 b, Post sacerdotium initum. I.C. 115 b, Consilia quæ clam essent inita contra salutem urbis. pro Syl. 167 b, Initum est consilium à Catilina tollendæ ciuitatis.

INIVCVNDITAS, tis *asperitas* de Natura. 54 a, Ne quid iniucunditatis habeat oratio.

INIVCVNDIVS, *aduerb.*)(*iucundius*. Attico. 19 b, Deinde re in his rebus, quæ mihi asperius à nobis, atque a nostris, & iniucundius actæ uidebantur.

INIVCVNDVS, a um. *insuauis acerbus*. Qu. Fratr. 327 b, Rumor dictatoris iniucundus bonis. de Finibus 49 b, Minime nobis iniucundus labor. Ep lib. 11, Inanem autem sermonem literarum tibi iniucundum esse audiebam. [* Ep. 59 b, Vesa est oratio non iniucunda.]

☞ Syntaxis. *Res asperius & iniucundius acta.*

INIVNGO, gis. *imponere, afficere*. D. Brut. Epistola. 184 a, Tamen si hoc casu Hisaram se traiecerint, ne quid detrimenti Respub. iniungant, summa à nobis dabitur opera. *hoc verbo, quod sciam, Cicero nusquam usus est.*

INIVRATVS, a, um. *qui non iurauit, sine iureiurando.*)(*iuratus*. I.V. 72 a, pro Syll. 173 b, Hæc iniuratus sum dicturus, quæ iuratos in concione dixi. pro Qu. R. 45 b, Quod in codicem iniuratus referre noluit. Off. 73 b, Iuraui lingua, mentem iniuratam teneo.

INIVRIA, riæ *iniquitas*. ad Her. 38 a, Iniuria est, quæ aut pulsatione corpus, aut conuicio aures, aut aliqua turpitudine uitam cuiuspiam violat. Officio. 9 a, Iniuria duobus modis fit, ui aut fraude. Ar. 168 a, Pompeius, qui tibi ut beneficium daret, prius iniuriam fecit I. A. 222 b, Honorem mortuo, cui iniuriam uiuo fecimus, faciamus. pro Flac. 160, Quid tibi tandem Deciane iniuriæ factum est. de Amic. 110 b, Facere iniuriam, & pati iniuriam. Offic. 5 b, Inferre iniuriam alicui, & propulsare iniuriam ab aliquo. I. V. 193 b, & 151 b, & Epistola. 66 a, Facere magnam iniuriam alicui. in Verr. 63 a, Facere iniurias omnibus. Tusculan. 239 a, & Epist. 7 a, & 53 a, Accipere, quam facere, præstat iniuriam. pro Q. 4 b, Accipere insignem iniuriam. Topic. 158 a, & in Verr. 64 a. & Att. 166 a. & de Cl. 175 a, Accipere iniuriam ab aliquo. in Vatin. 104 a, Imponere iniuriam alicui. pro Qu. 18 a, Imponere iniuriam alicui sine ignominia. in Vatin. 199 a, Quid est enim in calamitate residui, quod non ad miseros aratores isto prætore per summam iniuriam ignominiamque peruenerit. de Arusp. 252 b, Iniuriam stupri in aliquem infero. pro S.R. 48 a, Vides ipsum ab sese tam atrocem iniuriam propulsare. Episto. 56 b, Nulla me ipsum priuatim pepulit insignis iniuria. Episto. 15 a, Grauissimas iniurias voluntaria obliuione contriueram. Episto. 5 b, Cæteris iniurijs, quæ propositæ sunt à Catone, facile, vt spero, resistemus. pro Quint. 5 a, Id accidit prætoris iniquitate & iniuria. I.A. 161 a, Non venirem contra iniuriam? quam iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit, non iure prætorio? Par. 119 a, Quocunque aspexisti, vt furiæ, sic tuæ tibi occurrunt iniuriæ. I. A. 241 a, Gallia æquo animo belli patitur iniuriam. Par. 121 a, Iacere & immittere iniuriam in aliquẽ. pro Cecin. 291 b, Actio iniuriarum. pro Cec. 291 b, Vt meum ius teneã, & tuas iniurias persequar. *id est, a te factas.* pro Qu. R. 50 a, Iudicium damni iniuria constitutum. & 54 a, Litem damni iniuria cum aliquo contestatam esse.

¶ *Non iniuria, pro, non sine causa, non immeritò: hoc est, iure meritò*. Q. Fr. 317 b, Hoc horret Milo, nec iniuria pro Sest. 27 b, Hoc æque turpe est atque illud: nec iniuria. de N. 64 a, Nec mehercule iniuria. de Natu. 78 a, Non iniuria tibi illud accidit. I.C. 100 b, Ego tibi iniuria suspectus sum.

☞ Syntaxis. *Iniuriam facere, fieri, pati, inferre, propulsare, accipere, imponere, conterere. Contra iniuriam venire. In aliquem iacere & immittere iniuriam. Tuas persequar iniurias: id est, à te factas. Iniuria, & per iniuriam suspectus.*

INIVRIOSE, siue. *per iniuriam, contumeliosè, iniustè*. Q. Fr. 294 a, Quæ in magistratu iniuriose decreuerant, eodem ipsis priuatis erat iure parẽdum. Brut. Att. 180 b, Temerè atque iniuriose aliquid de aliquo suspicari. pro Pom. 5 b, Mercatores iniuriosius tractari.

☞ Syntaxis. *Temerè & iniuriosè suspicari.*

INIVRIOSVS, a, um. *iniurius*. contra Rull. 63 b, Ab inuito emere, iniuriosum est. pro Cor. 59 b, In socios uerò iniuriosum & contumeliosum est, ijs præmijs exclusos esse, quæ, &c. ad Her. 33 a, Auaritia est iniuriosa appetitio alienorum. de Le. 164 a, Iniuriosa & facinorosa uita. Offic. 9 b, Iniuriosus in proximos. ad Her. 9 b, Ratio descriptionis refelletur, si iniuriosa fuerit.

☞ Syntaxis. *Id agere, iniuriosum & contumeliosum est. Iniuriosa & facinorosa vita.*

INIVRIVM *iniuriosum, iniquum*. Off. 70, Extorquebitne eam sapiens, si potuerit? negat, quia sit iniurium.

INIVSSVS, sus. *sine iussu, authoritate, consensu* Tusc. 164 a, Vetat enim nos Deus iniussu suo hinc demigrare. pro Cor. 61 a. Populus Rom. non potest iniussu suo religione obligari. pro Qu. 15 a, Mittis iniussu prætoris. & pro Rab. 95 a, & Inu. 53 b, Iniussu populi. At. 210 b, Placetne tibi primum edere iniussu meo?

INIVSTE. *iniuriosè, contra fas*. pro Flacc. 354 b, Facis iniuste Lælio. de Finibus. 59 b, Nec homini infanti iniuste facta conducunt. pro Muræn. 145 a, Is iniuste neminem læsit. Officio. 5 b, Iniuste impetum in quempiam facere.

INIVSTITIA, tiæ. *iniquitas*. Officior. 5 b, Iniustitiæ duo sunt genera: vnum, eorum qui inferunt: alterum, eorum qui ab ijs quibus infertur, si possunt, non propulsant iniuriam. ibidem. 9 a, Totius iniustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum, qui cùm maxime fallunt, id agunt ut uiri boni esse uideantur. Qui alijs nocent, vt in alios liberales sint, in eadem sunt iniustitia, ut si in rem suam aliena conuertant & de Na 74 b.

INIVSTVS, a, um. *iniquus, iniurius, iniuriosus, immeritus, indebitus*. de Legibus. 71 a, Qui perniciosa & iniusta populis iussa descripserunt. Tuscul. 239 b, Vir maleficus natura & iniustus. pro Fla. 164 b, Nemo erit iam iniustus, qui, &c. Officio. 68 b, Id quam iniustum in patriam esset, non uidebat. de Orato. 127 b, & Att. 196 b, Aliquam iracundiam non iniustam, sed meritam ac debitam fuisse defendere. Orato. 200 a, Imponere iniustum onus alicui.

☞ Syntaxis *Natura maleficus & iniustus. Iniustum id in patriam.*

INNASCOR, ris. *ingignor*. Officior. 13 a, In magnitudine animi facillime cupiditas principatus innascitur. de Natura deorum. 38 b, Quibus innascitur ratio recta constansque. Attico. 18 a, Cum hęc domi innascantur.

INNATANS, tis. de Natura deorum 46 a, Quot genera quamque disparia partim submersarum, partim fluentium, & innatantium belluarum.

INNATO, as. de Natura. 50 b, Cùm pisciculi parui in concham, hiantem innatauerunt.

INNATVS, a, um. *insitus ingenitus, ingeneratus.*)(*assumptus, aduentitius*. de Finibus 107 a, Insita, vel potius innata cupiditas. de Inuent. 70 a, & 82 b, Non opinio, sed quædam innata uis. de Natura. 10 b, Insita uel potius innata cognitio. in Verr. 264 a, Hoc non receptum est, sed innatum. de Vniuers. 203 a, Innatus atque insitus. in Verr. 325 a, Id animis eorum insitum atque innatum videtur Topic. 326 b, Innatus & insitus de Fin. 85 b, Innata est homini probitas gratuita, non voluptatibus mutuata.

☞ Syntaxis. *Insitum, vel potius innatum. Innatum atque insitum.*

INNIXVS, xa, xum. de Ar. 258 a, Etenim uix hæc, si vndique fulciamus iam labefactata, uix inquam innixa in omnium nostrum humeris cohærebunt. Academ. 88 b, Intendit Apollo arcum luna innixus. LEGE NITOR.

INN-

INNOCENS, tis. *integer, qui nemini iniuriam facit, qui nihil nocet.* pro Sex. Rosc. 27 b, Innocens si accusatus sit, absolui potest. nocens nisi accusatus fuerit, condemnari nō potest. I. C. 107 a, Aliquis indemnatus, innocens in exilium eiectus. & Tusc. 170 a, Innocens damnatus sum. de Cl. 180 b, Vir bonus & innocens. I. V. 201 b, Vir integer, innocēs, religiosus. I. V. 67 b, Innocens prętor. Part. 233 b, pro Mur. 138 a, Vita innocentium. Tusc 236 a, Innocens dicitur non qui leuiter nocet, sed qui nihil nocet. Epist. 104 a, Epistolam tuam conscidi innocentem, nihil enim habebat, &c.

INNOCENTIA, *integritas vitæ ac morum.* Tusc. 193 b, Innocentia est affectio talis animi, quæ noceat nemini, Græce *ἀβλάβεια*. Ora. 218 a, Nam vbi libido dominatur, innocentiæ leue præsidium est. I. A. 118 b, Vir summa integritate & innocentia. I. V. 59 a, Integritas atque innocentia singularis. de Or. 102 a, Innocentia iudiciorum pœna liberare I. V. 114 a, Innocentia Q. Mutij.

☞ Syntaxis. *Vir bonus & innocens. Integer, innocens, religiosus. Integritas & innocentia.*

INNOVO, as. *renouo, nouum facio.* I. P. 99 a, Quo te modo ad tuam intē-perantiam scelerate innouasti.

INNVMERABILIS, le. *infinitus & innumerus.* Academ. 146 a, & de Natura 72, Democritus ait, innumerabiles esse mundos. de Fin. 70 b, Reperiam multos vel potius innumerabiles, quibus, &cęt. de Natura 12 b, Infinita vis innumerabilium atomorum. pro Quint. 6 a, innumerabilis pecunia. Postquam 206 b, Innumerabilis multitudo. de Ora. 121, Argumenta si ex rebus numeres, modica sunt, si ex reis, innumerabilia.

INNVMERABILITAS, tis. *infinitas, vt ita dicam.* de N. 16 a, Innumerabilitatemque mundorum, & 23 a, Innumerabilitas atomorum.

INNVMERI. *innumerabiles* de Ora. 117 a, E ludo Isocratis tanquam ex equo Troiano innumeri principes exierunt.

INNVO, is. *nutu aliquid significo, nutu capitis loquor.* pro Mur. 136 a, Atq; ille vt semper fuit apertissimus, non se purgauit, sed indicauit atq; innuit. ad He. 32 b, Quid si iste suos hospites rogasset, immo innuisset modo. Epist. 231 b, Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio, & innuo.

INNVPTA, nuptiæ. de Or. 163 b, Qua tempestate Paris Helenam innuptis ionait nuptijs. Poetæ.

INO. Tusc. 154 a, Ino Cadmi filia, quæ Leucothea nominata Græcis, Matuta habetur a nostris.

INOBSCVRO, as, *infusco.* In An. 222 b, Nulla eius legationis posteritatem inobscurabit obliuio.

INOFFICIOSVS, a, um. *illiberalis, inhumanus.* Attico. 215, Aliter enim fuissemus & in hos inofficiosi, & in nosmetipsos. * I. V. 98 a, Inofficiosum testamentum.

INOPIA, pēr. *egestas, indigentia.*)(*copia.* de Inuen. 58 b, Si propter inopiam in egestate estis, pecuniam non habetis. de Senect. 78 b, Nec in summa inopia leuis esse senectus potest, nec sapienti, quidē nec insipienti in summa copia non grauis. de Ami. 101 a, Qui amicitiam ex inopia atque indigentia natam volunt. pro Do. 226 b, Frugum inopia.)(*frugum copia.* I. A. 262 a, Rhodiorū inopia, & fames, & summa annonæ charitas. pro Domo. 214 a, Inopia rei frumentariæ. I. C. 202 b, Inopia rerum omnium, & 189 b, Inopia atque egestas alicuius. de Cl. 184 b, Cauenda est oratori inopia atque ieiunitas, & siccitas. Att. 53 b, Homines mea opera inopiam frumenti esse clamarūe. Attico 92 b, Magna igitur vt vides solicitudine afficior, magna consilij inopia. Qu. F. 294 b, & pro Qu. 1 b, Inopia & solicitudo alicuius. pro Sest. Rosc 26 a, Summam laudem inopia criminum alicui vitio dare pro Domo. 229 a, Sedulius propter inopiam tecti in foro pernoctans.

☞ Syntaxis. *Inopia & indigentia. Inopia & fames, & summa annonæ caritas. Inopia & egestas. Tecti inopia in foro pernoctare. Criminum inopia, consilij.*

INOPINATVS, a, um. *nec opinatus, improuisus.* pro Do. 216 a, I. V. 113 a, Noua tibi hæc sunt & inopinata. & 122 b, Cum hoc illi improuisum inopinatumque accidisset & Tusculan. 207 a, Nihil inopinati accidit. Tusculan. 217 a, Cui nihil improuisum accidere possit, nihil inopinatum, & 200, Omnia repentina & inopinata grauiora. Postquam 214 b, Neque allata est a me res inopinata & recens. & Epi. 185 b, Res tantæ tamque inopinatæ. Par. 122 b, Hoc est dictum inopinatum atque admirabile de Natura 50 b, Vt in araneolis aliæ quasi rete texunt, aliæ autem ex inopinato obseruant, & si quid incidit, arripiunt.

☞ Syntaxis. *Nouum & inopinatum. Improuisum & inopinatum. Repentinum & inopinatum. Inopinatum ac recens. Inopinatum & mirabile. Ex inopinato obseruare, s. insidiare.*

INOPPORTVNVS, a, um. *importunus, alienus, incommodus.* de Ora. 144 b, Etenim est in eo loco sedes huic nostro non inopportuna sermoni.

INOPS, pis. *pauper, nudus, inops consilij.* de Cla. 136 b, Non erat abundans, nō inops tamen. In Ver. 184 b, Aerarium inops & exhaustum. pro Domo. 224 b, de Clar. 187 b, Tam inops eram ab amicis, tam nuda respu. magistratibus. Att. 12, Qui sic inopes & ab amicis, & æstimatione sunt, vt, &c. de Cla. 178 b, C. Lentulus non tardus sententijs, non inops. de Fin 101 a, Quod nobis in hac inopi lingua non conceditur. de Cla. 189 a, Disciplina Hermagoræ inops ad ornandum, ad inueniendum expedita. de Orato. 111 a, Inops quidam humanitatis & inurbanus.

☞ Syntaxis. *Inops ærarium & exhaustum. Ab amicis inops, & ab æstimatione. Verbis inops. Ad ornandum inops doctrina. Humanitatis inops, & inurbanus.*

INORATVS, a, um. *re non exposita.* pro S. R. 22 a, Legati Ameriam re inorata reuerterunt.

INORDINATVS, a, um. *confusus, perturbatus.* de Vn. 196 b, Idque ex inordinato in ordinem adduxit.

INORNATE. *inculte.* ad Her. 34 a, Non inornatè dicere.

INORNATVS, a, um. *inconditus, incomptus, agrestis, horridus, sine oratore ac palæstra.* de Leg. 157 a, Orato. 204 a, Inornata mulier, incompta oratio & 199 b, Tenuis & inornatus. ad Herenn 41 b, Nuda atque inornata inuentio.

INPRÆSENTIA. *in præsenti, in præsens, in præsens tempus, in hoc tempore præsenti.*)(*in posterum, in posteritatem.* in Vatin. 123 a, Sopater cum hoc illi improuisum accidisset, commotus est sane, neque in præsentia Timarchidi quid responderet, habuit, nisi se consideraturum, &c. Tuscu. 247 b, Vestræ cœnæ non solum in præsentia, sed etiam postero die iucundæ sunt. Attico. 211 b, Spero etiam in pręsentia pacem nos habere. pro Dom. 215 a, Periculum in præsentia atque ante oculos propositum est.

☞ Syntaxis. *Periculum propositum in præsentia, & ante oculos.*

INPRIMIS. *cum primis.* L. PRIMIS. *non in postremis.* Topic. 224 a, Quod genus argumenti in primis firmum videtur. in Verr. 89 a, Philodamus in primis inter suos copiosus. in Verr. 113 b, Homo in primis domi suæ nobilis. de Cla. 195 b, Quorum orationes sunt in primis in Asiatico genere laudabiles. Officio. 43 a, M. Brutus iuris ciuilis in primis peritus fuit. pro Font. 282 b, M. Font. vsu bellorum in primis eorum qui nunc sunt, exercitus. Officio. 75 a, Polybius bonus auctor in primis, scribit, &c. de Diuinat. 128 b, Tarutius in primis Chaldaicis literis eruditus de Senectut. 90 b, Multa in nostro collegio præclara cognoui, sed hoc de quo agimus in primis, quod, &c. de Fat. 143 a, Cur idem reliqui facere non possint? medicus in primis Attico. 25 a, Multa me mouent in discessu, in primis, quod, &c. Epist 48 a, In omnibus ingenuis artibus, in primisque in hac, &c. Epistola 8 b, Quem in primis amamus, charumque habemus. & 22 a, In primisque ego, &c. Episto. 226 a, Et, vt audio, in primis nolunt ei soluere.

☞ Syntaxis. *In primis qui nunc sunt vsu bellorum: exercitatus. Te in primis amo.*

INQVAM. *dico, vt dico, vt dixi, vt institui dicere.* in Anton. 181 b, Hunc vnum diem, hunc vnum, inquam, hodiernum diem defende, si potes. de Amic. 96 a, Quasi enim ipsos introduxi loquentes, ne, Inquit, & inquam, sępius interponeretur. Attico. 20 b, Per mihi, per, inquā, mihi gratum feceris. Attico. 101 a, Idem non assequi dedecus est nostrum, nostrum, inquam te contingens. de Am. 111 a, Quæ si quos inter societas est, &c. hęc est, inquam societas, quę, &c. I. Ver. 269 a, Crux, crux, inquam, misero comparabitur? de Finib. 79 b, Delector enim, quanquam te non possum, vt ais, corrumpere, delector, inquā, familia vestra & nomine. de Finibus 92 b, Quoniam modo, inquam, si vna virtus, &c. id ergo, inquam, si, &c. pro Flacc. 164 a, Respu. quam vos vniuersam vestris humeris, vestris, inquam, humeris sustinetis. de At. 258 a, Atque ego hanc orationem P. C. tam tollem non fulcepissem, non, inquam, nisi, &c. Attic. 100 a, Sed tamen hoc iucundissimum, quod te intellexi ad eum venisse, vt eius animum erga me perspiceres, hoc mihi, inquam, accidit iucundissimum. Atti. 122 a, Idem ille ego, &c. idem, inquam, ego, &c. Attico. 11, Multo hęc, inquam, nostra res maior. * Pro Qu. In hac te te, te inquam sicut citabo]

INQVILINVS, ni. *qui in alieno priuatis habitat, præsertim conductis.* Atti. 215 b, Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquę rimas agunt: itaque non solum inquilini, sed mures etiam migrauerunt. Episto 254 a, Vbi igitur, inquies, philosophia tua, illa quidem inquilina? in Anto. 108 a, At uero te inquilino (non enim domino) personabant omnia uocibus ebriorum.

INQVINATE. *barbarè, prauè, incomptè.* de Cla. 177 a, Admodum inquinate loqui & 188 b, Confluxerunt in hanc vrbem multi inquinate loquentes.

INQVINATVS, a, um. tior, tissimus. *turpis, fœdus.* pro S. R. 29 b, Omnibus flagitijs uita inquinata. & de Officio. 64 a, Pro Cæl 54 a, Ore, lingua manu, uita omni inquinatum. pro Flac 157 b, Nihil hoc homines sceleribus & parricidijs inquinati. pro Cęl. 40 a, Quis in voluptatibus inquinatior? Offi 37 a, Quę sordidissima quidem est ratio & inquinatissima. & in Ver. 161 b, Sermo inquinatissimus. de Ar. 256 a, An ille fœdior atque inquinatior in Cn. Pompeio accusando fuit? Q. do Pe. 213 b, Comitia largitione inquinata. Tus. 247 a, Aqua turbida & cadaueribus inquinata. de Opt. 243, Si in uerbis nihil inquinatū est. de Or. 222 a, Versus inquinatus. de At. 249 a, Ludi deformati, inquinati, peruersi, conturbati.

INQVINO, as. *contamino fœdo.* pro Planc. 168 b, Quos tu si sodales uocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. pro Deiota. 150 a, Vt domestica tua inhumanitate nostrę ciuitatis humanitatem inquinares. I. P. 95 a, Sed idem casus illum ignatum quid profiteretur, istius impurissimæ pecudis sordibus inquinauit. & Tusculan. 229 b, Parricidio se inquinare. Tusculan. 103 a, Qui libidinibus se inquinassent. in Ant. 168 b, Quos iste agros ereptos Reipub. turpissimis possessoribus inquinauit. Tuscula. 163 b, Quibus velut domesticis uitijs atque flagitijs sese inquinassent. de Fin. 129 b, Inquinare splendorem honestatis.

☞ Syntaxis. *Inquinatus voluptatibus, & in voluptatibus. Sordidum & inquinatum. Inquinata amicitia, aqua, ludi, versus, comitia. Inquinare splendorem honestatis.*

INQVIRENDI, do, dum. de Orato. 153 a, In Ver. 167 b, Cùm ego diem in Siciliam inquirendi per exiguam postulauissem. I. Ver. 96 a, In inquirendo

quirendo alicuius multa furta cognoscere. I.V.233 b, Quod ad inquirendum in te venerit.

INQVIRENS, tis. de Cl. 191 a, Is nimium inquirens in sese atque ipse sese obseruans, metuensque ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deprauabat.

INQVIRO, ris. *perquiro. exquiro.* de Legibus 156 b, Nimis diligenter inquirere in ea quæ memoriæ sunt prodita. Tusculan. 190 b, Vera illa honestas quam maxime natura inquiri. Officio. 2 b. Tum autem inquirunt, aut consultant, conducat id necne, &c. Orat. 215 b, & pro Mur. 134 b, Studiose inquirere in aliquem. & Att. 99 a, Inquirere in competitorem.

INQVIRO. ris. de Ar. 257 a, Atque in eo quid agat, quemadmodum viuat, inquiritur.

INQVIS, quit. *cuius verbi prima persona est.* Inquam: *dicis.* I. Ant. 157 b, Quas tu mihi intercessiones inquis? Attico. 68 b, En, inquit mihi, hæc ego patior quotidie. Quint. Fra. 301 a Is mihi inquit te, &c. Topico. 214 b, Nihil hoc ad ius, ad Ciceronem inquiebat Gallus, de Or. 133 a, Tu verò inquisti, molestus non eris. pro S.R. 25 b, & Episto. 254 a, Vbi igitur, inquiet, philosophia tua? & quidem in culina mea molesta est. ad Heren. 12 a, Quid amor? inquiet quispiam. I.V. 117 b, Ergo, inquiet aliquis, &c.

☞ Syntaxis. *Tu verò inquisti.*

INQVISITIO, onis *disquisitio.* Officio. 3 b, Inquisitio & inuestigatio veri hominis propria est. pro Flacc. 148 b, Lege hac noua certus est inquisitioni comitum numerus constitutus. pro Flacc. 134 b, Inquisitio candidati, prænuncia repulsæ. I.V. 111 a, Reus absens contra inquisitionem accusatoris defensus.

INQVISITOR, *conquisitor.* I.V. 67 b, Ille Achaicus inquisitor.

INSANABILIS, le. *desperatus.* * deploratus.] Tuscu. 228 b, Insanabilis morbus. pro Sest. 12 b, Plaga insanabilis illa mortifera. Or. 205, Vitabit insanabiles contumelias.

☞ Syntaxis. *Insanabilis morbus, plaga, contumelia.*

INSANIA, niæ. *furor.* Tuscula. 191 b, Nomen insaniæ significat mentis ægrotationem & morbum: id est, Insanitatem & ægritudinem animi, quam appellarunt insaniam. & 191 a, Ita fit, vt sapientia sanitas sit animi, insipientia autem quasi insanitas quædam, quæ est insania, eademque dementia. & 192 a, Græci autem *μανίαν*, vnde appellent, non facile dixerim: eam tamen ipsam distinguimus nos melius, quàm illi. Hanc enim insaniam quæ iuncta stultitiæ patet latiùs, à furore distinguimus. I. P. 89 b, Incidere in insaniam. de Cla. 191 a, Insulsitatem & insolentiam tanquam insaniam quandam orationem odit, sanitatem autem & integritatem quasi religionem & verecundiam oratoris probat. pro Syll. 180 a, Quis insaniam libidinum recordatur? qui, &c.

☞ Syntaxis. *Insanitas mentis. Insania & dementia. Insulsitas & insolentia tanquam insania.*

INSANIO, nis. *desipio. mentem amitto. alienus sum à sanitate, vaticinor, sanus non sum* pro S.R 23 b, Homo longe audacissimus, & quod inter omnes constat, nisi inter eos qui ipsi quoque insaniunt, insanissimus: Tuscula. 171 a, Qui in morbo sunt, sani non sunt, & omnium insipientium animi in morbo sunt: omnes insipientes igitur insaniunt. Attic. 108 a Nisi ego insanio, stulte & incaute omnia agi iudico. Orato. 219 a, In alienos insanus insanisti I. Ver. 108 b, Insanire ac furere uideris. Tuscu. 192 a. Omnes insipientes igitur insaniunt. Epi. 139 a, An tandem insanire tibi uideris, quod imitere uerborum meorum vt scribis, fulmina. tum insanires, si consequi non posses. pro Sestio. 7 b, Qui vaticinari atque insanire dicebat.

INSANITAS, tis. Tuscula. 192 a, Insipientia autem quasi insanitas quædam. & 291 b. L. INSANIA. Attic. 214 b, Nec tamen illum insaniturum puto.

☞ Syntaxis. *Insanire ac furere.*

INSANVS a um: ssimus. *non sanus, amens, furens, fanaticus, vesanus, alienus à sanitate, a constantia à mente atque a se discedens, qui sua mentis compos non est, cui sanitas non est, cui mens à sua sede & loco dimota est, qui non est in potestate mentis, qui de potestate exiuit: id est, de consilio, de ratione, de mente.* Academ. 14 a, Quod idem contingit insanis, vt & incipientes furere sentiant, & dicant aliquid quod non sit, id uideri sibi, & cum relaxentur, sentiant &c. Orat 219 a, In alienos insanus insanisti pro S.R. 23 a, Homo insanissimus. pro Mil. 10 a, Insanissima concio. de Diui. 231 b, Hoc est scriptoris non furentis, non insani, sed diligentiam adhibentis pro Sest. 6 a, Homo in fraternis flagitijs, sororis stupris insanus. de Ora. 137 a, Si quis mihi male dicit, petulans & plane insanus videtur.

¶ *Grandis.* pro Mil 118 a, Aræ quas ille cæsis lucis substructionum insanis molibus oppresserat.

☞ Syntaxis. *In optimos insanus. Insana concio. Insanus stupris. Petulans & insanus.*

INSATIABILIS, le. de Natura 45 b, Quorum omnium multitudo insatiabili varietate distinguitur. & Tusculan. 241 a, Insatiabili gaudio completur. Tusculan. 157 b, Insatiabilis cupiditas ueri uidendi. de Natura 57 b, Nulla insatiabilior species. I.A. 232 a, Insatiabilis crudelitas. de Finibus 109 b, Insatiabilis voluptas. & 58 a, Cupiditates enim sunt insatiabiles.

INSATVRABILIS, le. *insatiabilis.* pro Sest. 246, Insaturabile abdomen.

INSATVRABILITER. *sine satietate.* de N. 38 b, Saturnus annis præteritis insaturabiliter expletur.

INSCIENS. *imprudens.*) (*sciens.* Attic. 101 a, Chrysippus discessit à puero insciente me. & pro Cor. 57 a, Verum insciens fecit, aut sciens? & Epist. 106 a, Illo absente & insciente migrare. de Inuć. 52 b, & Epist. 151 a, & 44 b, Insciente collega.

INSCIENTER. *imprudenter.* Topico. 223 b, Inscienter facere aliquid. & Acad. 5 b.

INSCIENTIA tiæ. *id est non scire, inscitia.*) (*scientia.* de Natura 78 a, At Deo ne excusatio quidem est inscientiæ. pro Syll. 174 b, Vos mihi in tantis tenebris erroris & inscientiæ clarissimum lumé prætulistis. de Orato. 192 a, Is non solum inscientiam meam, sed ne rerum, quidem mearum magnitudinem perspicit. Acade. 36 b, Inscientia multa versatur in uita.

☞ Syntaxis. *Insciens fecit. Erroris & inscientiæ tenebræ: Inscientia multa versatur in uita.*

INSCITE, tius. *imperitè.*) (*scitè.* de D. 114, Democritus non inscitè nugatur vt physicus. de Fi. 91 a, Inscite facere aliquid. de Nat. 33 a, Quid autem est inscitius, quam id non optimum dici? & de D. 135 a, Quid inscitius autem est, quàm. &c.

INSCITIA, tiæ *imprudentia. inscientia stultitia.* de Inné. 51 a, Imprudentia in purgationem confertur: cuius partes sunt inscitia, casus, necessitas. & 42 a, Propter errorem & inscitiam. Officio. 25 a, Ineuntis ætatis inscitia senum regenda prudentia est. de D. 104 b, Non rerum vitio, sed interpretum inscitia. de Fat. 147 b, O miserabilem inscitiam disserendi. de Pron. 91 a, Inscitia negotij gerendi. Officio 29 a, Inhumanus uideatur temporis inscitia de Orato. 93 a, Non superbia neque inhumanitate, sed huius disputationis insolentia, atque harum rerum inscitia. de Cl. 170 b, Sed in nostris inscitia est de Ora. 156 a, Inscitia loquendi.

☞ Syntaxis. *Error & inscitia.*

INSCIVS, a, um *insciens, rudis, & imperitus.* pro Planc. 267 a, Tu me ignaro, nec opinante, inscio notes & tuos? &c. de Clar. 192 a, Socrates se omnium rerum inscium fingebat & rudem. I. Ant. 222 b, Quoniam nos ad mortem inscij misistis de Fini. 137 a, Nec verò sum inscius, esse utilitatem in historia. de Leg. 171 b, Præcepta quæ inscij imperitique pro salutaribus mortifera conscripserunt. de Opt. 244 a, Aliquem inscium faciendi, cum aliqua solertia iudicandi adhiberi ad probandum aliquid.

☞ Syntaxis. *Ignarus, nec opinans, & insciens. Inscius & rudis. Inscius & imperitus. Faciendi inscius.*

INSCRIBO, bis. *inscido, imprimo.* Attico. 53 a, Ea inscribam breui quæ te arbitror velle cognoscere, *id est, in epistola scribam.* Episto. 255 a, Oratorem meum, sic enim inscripsi, &c. Tuscula. 242 b, Epicurus qui tantummodò induit personam philosophi, sibi ipse hoc nomen inscripsit. de Orato. 154 a, Eosque libellos rhetoricos inscribunt. pro Ar. 190 b, & Tuscula. 255 a, In illis libris, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt pro Du. 257 b, Qui uestris monumentis nomen suum inscripsit. de Or. 141 a Vt tibi non insonderem aures tuas orationem, sed in animo inscribere uideantur. Ep. 134 b, In statua quam posuit in rostris, inscripsit, Parenti P Op. Mer. Tusku. 248 a, Quid aliud in bonis sepulchro inscriberes? de D. 126 b, Quis robur illud cecidit dolauit, inscripsit?

INSCRIBOR, ris. Offic. 51 b, Xenophontis liber, qui Oeconomicus inscribitur. de Clar 183 a, Oratio Cottæ pro lege Varia, quæ inscribitur Lælius. Academ. 4 a, Antiochus contra suum doctorem librum edidit, qui Sosus inscribitur. in Verr. 143 a, Statuas equestres poni inscribique iussisti. Tuscula. 160 a, In eo libro qui inscribitur Memnon. I.P. 99 b, Vt esset quod in basi tropheorum inclyti inscribique posset. in Anton. 177 a, Atque etiam inscribi iussit in fastis, Cæsari dictatori perpetuo.

INSCRIPTIO, onis. *titulus.* Att. 259 a, Quod de inscriptione quæris, non dubito, quin *καθῆκον* officium sit: sed inscriptio plenior de officijs. Topico 221 a, Inscriptio libri. Quin. Fra. 310 b, Cùmque ego egissem de istis operibus & inscriptionibus, per benigne mihi respondit. pro Dom. 223 b, Quid operum publicorum exactio, quid inscriptio nominis tibi? I. A. 247 b, & 229 b, Decernere alicui statuam in rostris cum inscriptione præclara.

INSCRIPTVS, a, um. *insignitus.* pro Dom. 233 a. Sepulchrum inimico nomine inscriptum. At 93 b Puer legit epistolam inscriptam patri suo. Att. 122 a, Tu fasciculum, qui est M. Curio inscriptus, velim cures ad eum perferendum. de Orat. 114 a, Decepti iudicibus librorum, qui sunt fere inscripti de rebus notis, &c. de Diu. 108 b, In eo libro qui est inscriptus Hortensius. pro Dom 226 b, Nihil esse inscriptum, aut posse ualere dicit. pro Dom. 241 a. Vt si quæ essent incisæ aut inscriptæ literæ, tollerentur. in Anto. 207 b, Equestris statua inaurata, in qua inscriptum est, Quinque & triginta tribus patrono populi Roman in Catil. 103 b, Sit inscriptum in fronte vniuscuiusque, quid de Repub. sentiat. Tuscula. 241 a, Versus in monumento inscriptus. de Orato. 131 a, In omnibus parietibus inscriptas fuisse literas, tria III. duo mm.

☞ Syntaxis. *Suum nomen in libris inscribere. In animo inscribere. Statuas inscribere, libros.*

INSCVLPO, pis. *imprimo, inscribo.* de N. 11 a, Natura insculpsit in mentibus nostris, vt deos beatos haberemus.

INSCRIPTVS. a, um. de Natura 29 a, Omnibus innatum est, & in animo quasi insculptum, esse deos. de Diu. 126 a, In robore insculptas fuisse priscarum literarum notas. Acade 1 b, Vt literis consignamus, quæ monumentis mandare uolumus: sic ille in animo res insculptas habebat.

☞ Syntaxis. *In animo insculpere. Innatum, & in animo insculptum.*

INSECO. *incido seco.* ad Herenn. 36 b, Aliquem ore attingere, & dentibus insecare.

INSECTANDVS,a,um. Att.228 a, Semper ista statui, non esse insectandos inimicorum amicos.

INSECTOR, aris *insector, insequor, vexo, agito, exagito.* de Diu.138 a, Aquila insectatur & agitat alias aues. pro Mur.158 b, Seruius agitat rem militarem, insectatur totam hanc legionem. de Legibus 163 b, Furiæ agitant & insectantur impios. Attico. 12 a, Insectari & exagitare aliquem. de Na.3 a, Inimice insectari aliquem. de Fin.81 b, Insectari aliquem maledictis. pro Pl.269 a, Etiam atque etiam insto vrgeo, insector. pro Fon.276 a, Insector vltro, atque insto accusatori, iudices insector, inquam, ac flagito testes. de Ami. 107 a, Acerbius in aliquem inuehi, & cum insectari vehementius. Att. 10 b, Quomodo sum insectatus leuitatem senum. Att.55 b, Aut nos temeritatē bonorum sequamur, aut audaciam improborum insectemur. Att.274 a, Miserorum fortunam insectari. & 77 b, Ibi forum agit, cum ego sum in prouincia: quam eius iniuriam non insector. & 288 a, Insectari dolores alicui.

Syntaxis. *Insectari & agitare, & contrà. Insectari & exagitare. Instare, vrgere, insectari. inuehi in aliquem, & insectari eundem.*

INSEDATVS,a,um. *commotus.* Part.236 b, Graue, insedatum, turbulentum.

INSEPVLTVS,a,um. *inhumatus.* I.C.120 b, Cerno animo miseros atq; insepultos aceruos ciuium. & I.A.153 b, & de Inu.61 b, I.A.264 a, Vestra virtus nec obliuione eorum qui sunt, nec reticentia posterorum insepulta esse poterit.

Syntaxis. *Virtus insepulta, reticentia posterorum.*

INSEQVENS, tis. *consequens.*)(*antecedens* Orat.211 a, Concursus extremorum verborum cum insequentibus primis. Oct.329 b, Quæ non insequens hora antecedente calamitosior Populo Ro. illuxit? Orat. 215 b, Postremum ad verbum prima rursus syllabam adiunxit insequentis.

INSEQVOR, ris. *sequor, & subsequor, excipio.* Att.116 b, Ecce Cassij literæ, Vibullium e Piceno currere ad Cn. Confestim insequi Cæsarē. de Cl.168 a, Hunc proximo seculo Themistocles est insecutus. I.A.262 a, Graue bellum Octauij insecutum est. In Ver. 158 b, Pergam atque insequar longius. de Di.121 b, At mors insecuta Gracchum est, causa credo, &c. de Or.109 b, Nec vero te Rhetoricis quibusdā libris insequor, vt erudiam. Epist. 139 b, Deinde Carbones insequuntur. Orat. 215 b, Quinetiam postremam literam detrahebant, nisi vocalis insequebatur. de Fin.59 b, Suspicio insequitur facta improborum.

¶ *Persequor* pro Rab.94 b, Insequi aliquem. In Anton. 164 b, Stricto gladio. pro Sest.8 b, Irridendo. Att.230 b, Contumelia. Epi.114 a, Clamore.

Syntaxis. *Insequi aliquem stricto gladio, irridendo, contumelia, clamore.*

INSERENDVS,a,um. *afferendus.* pro Cæl.53 b, Amputanda plura sunt illi quam inserenda.

INSERENS, tis. *imponens, inijciens.* In Vat.208 b, Homini iam collum in laqueum inserenti subuenisti.

INSERO, ris, inseui, insitum, & inserui, insertum. *impono.* de Ora. 123 b, Omnia mansa, vt aiunt, nutrices infantibus pueris in os inserere. ad Her.20 b, Vt eas res inserere atque intersecare videamur in animis auditorum. de Inu.82 a, b, Naturæ ius est, quod non opinio genuit, sed quædam innata vis inseruit.

¶ *Iungo.* de Vniuer.202 b, Cum animis corpora cum necessitate inseuisset.

INSERO, uis. de Orat.94 a, Hæc quidem inseri & donari ab arte non possunt.

INSERTVS,a,um. Epi.89 a, Nihil est a me insertum temporis causa.

INSERVIO, uis. *seruio. operam do vel nauo* Offi.10 b, A quo enim plurimum sperant, ei potissimum inseruiunt. pro Mur.135 b, Huic tu inseruias, huic te ostentes oportet. Att.138 a, Optimatibus tuis nihil inseruio. de Ora. 86 a, Nec dici potest plures cæteris artibus inseruire ant, &c. Ora.293 a, Tum etiam nonnullorū voluptati vocibus magis quàm rebus inseruiunt. de Fi.89 a, Inseruire suis commodis. Epi.169 b, Inseruire communi commodo. Epist. 45 a, Inseruire honori alicuius.

INSIDENS, tis. *inhærens.* Tuscu.227 b, His malis insidentibus beati esse non possumus.

INSIDEO, des. *hæreo, inhæreo.* de Natura 51 b, Cum in locis semen insedit, rapit omnem fere cibum ad sese. de Or.189, Nihil vnquā audiui, quod nō in memoria mea penitus insederit. *I hæsit in ocio auditum.* pro Corn.55 b, Oratio quæ non prætervecta est aures vestras, sed in animis omnium penitus insedit. Tusculan. 177 a, Facile in animo forti contra mortem habita insedit oratio. pro Pom.5 a Macula, quæ penitus iam insedit, atque inueterauit in Populi Romani nomine. pro Arc.191 a, Nunc insidet quædam in optimo quoque virtus, quæ, &c, Antequam 193 b, 194 a, Cum iam domesticis pax non insideat, sed publice prouidentia expiatur. pro Mil.114 b, Si tibi ita penitus iam insedit ista suspicio, euelli nullo modo possit. Epist. 69 b, Hæc cogitatio penitus insidens. de Natura 39 b, Dij penates dicti, eo quod penitus insident. Attico.6 a, & 16 b, Magnum quiddam quod in animum eius insederat. Orato.19 b, Sed ipsius in mente insidebat species pulchritudinis eximiæ. & 19 b a, Insidebat videlicet in eius mente species eloquentiæ. Att.14 a, Insedisse quasdam odiosas suspiciones. In Ver.105 b, In quibus, si ex ipsorum domesticis incommodo nullus insedit dolor, tamen, &c. pro Deiot.145 a, In exulcerato animo facile fictum crimen insidet. de Leg. 165 b, Voluptas quæ penitus in omni sensu implicata insidet. Tusc.214 a, Cum hic feruor mentis inueterauerit, & tanquam in venis medullisque insederit. de Vniuers. 203 a, Cum illa quæ ex elementis turbulenta, & rationis expertia insederint, ratione depulerit. de Or.16 b, His tribus figuris insidere quidam sanguine diffuso debet color.

Syntaxis. *Insidet semen in vtero, res in memoria, macula in nomine, in animo dictum, domesticis pax, alicui suspicio. Insidet suspicio opinio penitus. Ex hac re nullus insidet dolor. Voluptas in sensu implicata insidet.*

INSIDIÆ, arum, *fraus.* I.V.126 b, Cùm omnes insidias à prætore fortunis meis fieri viderent. pro Deiotar.147 b, Quid? ille signa ænea in insidijs posuerat? & ibidem. & pro Milo. 106 a, Facere insidias alicui. Officio. 8 a, Paci, quæ nihil habitura sit insidiarum, semper est consulendum. I.C.104 b, Cum illum ex occultis insidijs in apertum latrocinium coniecimus. Officio.52 a, Qui nihil ex occulto, nihil ex insidijs agendum putant. Offic. 38 a, Alexander Phereus ex insidijs interijt, & Att.207 a, Marcellus in insidijs interfectus est. contra Rul. 75 b, Isti penitus abstrusas insidias se posuisse arbitrantur contra Cn. Pompeij dignitatem. pro Planc. 274 a, Nullas insidias mihi ab illis fuisse dixisti. pro Plan. 280 b, Isque insidias mihi ab inimicis meis paratas detexit. Officio. 72 a, Ex insidijs capi. Orato 200 a, Non ex insidijs, sed aperte ac palàm facere aliquid. pro Domo. 225 a, Per insidias interficere aliquem. pro Cæl.55 a, Milites ab Imperatore in insidijs locari. pro Quint. Rosc.52 b, Tendere insidias alicui. de Legib. 165 b, Animis omnes tenduntur insidiæ. pro Milo. 106 b, Clodius ante fundum Miloni insidias collocauit. I. C.105 b, Qui sibi has vrbanas insidias cædis atque incendiorum depoposcit. pro Sext.Ro. 22 b, Parare insidias vitæ alicuius. & 35 a, Ponere insidias pro Cl.57 b, Instruere insidias in aliquo loco. pro Cluent.57 a, Comparare insidias alicui per aliquem. de Orato. 202 b, De insidijs faciendis atque vitandis. Orato. 213 a, Nimis insidiarum ad capiendas aures adhiberi uidetur. Orato. 217 a, Compositæ orationis insidijs fidem auditoris attentare. pro Cæci. 301 a, In ijs ipsis intercludere insidijs, quas mihi conaris opponere. pro Quint. Rosc. 53 b, & contra Rull.65 a, Fraus & insidiæ L. CIRCVMSCRIPTIO. Epist. 163 a, Tutus ab insidijs inimicorum.

Syntaxis. *Insidias fieri, facere. Conijcere in insidias. Ponere in insidijs. Ex insidijs agere, interire. Insidijs interfici. Insidias ponere abstrusas contra aliquem: &, alicui. Insidias fuisse bono viro à prauis. Ex insidijs, capi, facere. Necare per insidias. Locare in insidijs. Insidias tendere, collocare, parare, ponere, instruere, comparare, adhibere. Insidijs intercludere.*

INTEGRE, rime. In Sall. 272 b, Vita integerrime acta de Finibus. 55 a, incorrupte atque integre iudicare. pro Pomp. 42, In amicorum periculis caste integreque versari. de Opt. 244 a, Attice dicere: id est, quasi siccè & integre.

INTEGRITAS, tis. *innocentia* de Finib. 134 b, Summum bonum cumulatur ex integritate corporis, & ex animi ratione perfecta. & 72 a, Integritas corporis, valetudo, &c. Tus. 247 b, Integritas valetudinis. de Fi. 143 b, Integritas vnguiculorum omnium. de Clar. Vitæ grauitas integritas. Qu. fr. 293 a, Tua integritas & continentia. I. A. 188 b, Singularis integritas alicuius, multis magnisque rebus spectata. I. V. 59 a, Integritas atque innocentia Singularis de Or. 113 b, Eadem facultate fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem uocatur. At. 101 a, & 80 a, Cato integritatem & fidei mihi testimonium dedit. Q. fr. 192 a, Tertius hic annus habeat integritatem eandem quã superior, cautiorem etiam ac diligentiorem. At. 91 b, At tandè Atticæ laudator integritatis & elegantiæ nostræ. de Cla. 176 b, locorrupta Latini sermonis integritas.

INTEGROR, aris *recreor, reficior.* de Inu. 47 b, Animus defessus audiẽdo, aut admiratione integratur, vt risu renouatur.

☞ Syntaxis. *Incorruptè & integrè iudicare. Castè integrèque versari. Integritas corporis, valetudinis. Integritas & continentia. Integritas incorrupta Latini sermonis. Animus integratur & renouatur admiratione ac risu.*

INTEGVMENTVM, ti. *inuolucrum.* I. P. 82 a, Vereor ne qui sit, qui istius insignem nequitiam frontis, inuolutam integumentis nondum cernat. Postq. an. 7 b, Frontis integumento ad occultanda tanta vitia, diutius uti non licebit. de Orat. 141 b, Aliquando euolutus ex illis integumentis dissimulationis tuæ. & 98 a, Per quædam inuolucra & integumenta perspicere aliquid.

☞ Syntaxis. *Inuolucrum & integumentum. Per integumenta aliquid perspicere.*

INTELLECTIO, onis. *synecdoche.* ad Her. 34 b, Intellectio est, cum res tota parua de parte cognoscitur, aut de toto pars.

INTELLIGENS, tis *Ingeniosus, callidus.*)(*Idiota.* I. V. 200 b, de Vniu. 196 b, Nihil non intelligens intelligente præstantius est de Cl. 181 a. Nõ semper vulgi iudicium cum intelligẽtium iudicio congruit. de Op. 244 a, Qui teretes aures habent, intelligensque iudicium. de Fin. 94 a, Doctus & intelligens vir. de Cl. 182 a, Intelligens dicendi existimator. de Cl. 195 a, Existimator doctus & intelligens. In V. 300 b, Quæ non modo istum hominem ingeniosum & intelligentem, verum etiam quemuis nostrum, quos iste idiotas appellat, delectare possent. in Verrem. 234 b, Prætor intelligens negare. de Finibus. 78 a, Erat & cupidus voluptatum, & cuiusuis generis eius intelligens & copiosus.

INTELLIGENTER. *cum dexteritate, quod inepti dicunt, intelligibiliter.* Par. 232 a, & b, Intelligenter audiri.

☞ Syntaxis. *Iudicium intelligens, Doctus & intelligens. Ingeniosus & intelligens. Copiosus, & intelligens voluptatum.*

INTELLIGENTIA, tiæ. *prudentia, cognitio, scientia notio.* de Inuen. 82 a, Intelligentia est, per quam animus perspicit quæ sunt, & Topic. 222 b, de Legibus 191 a, Natura hominem rerum plurimarum obscuras & necessarias intelligentias enodauit, tanquam fundamenta scientiæ. de Legibus. 193 a, Principio homines rerum omnium quasi adumbratas quasdam intelligentias animo ac mente concipiunt. de Vn. 196 b, Deus intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore. de Leg. 161 b, natura nullo docente profecta ab ijs quorum ex prima & inchoata intelligentia genera cognouit, confirmat ipsa per seratione & perficit. de Leg. 165 a. Nam & communis intelligentia nobis notas res efficit, easque in animis nostris inchoauit, vt honesta in virtute ponantur, in vitijs turpia. de Natura. 342. Cum in æthere astra gignantur, consentaneum est, in his sensum inesse & intelligentiam. Academ. 3 a, Quod quædam animalis intelligentia per omnia permeet. de Finib. 94 b, Simul autem incipit intelligentiam, vel notionem potius, quàm appellant ἔννοιαν illi, uiditque, &c. Tusculan. 159 a, Difficile est animi, quid, aut qualis sit, intelligentia. Par. 232 b, & Officior. 39 b, Prudentia & intelligentia idem. de Natura. 72 b, Neptunum esse animum cum intelligentia per mare pergentem. de Natura. 11 b, In eas imagines mentem intentam infixamque nostram intelligentiam capere. quid sit Deus. Orator. 197 b, Plato ait, ideas semper esse, ac ratione & intelligentia contineri Officior. 65 b, Quatenus aliquid ratione & intelligentia teneri potest. de Natura. 7 b, Mens simplex fugere intelligentiæ nostræ vim ac notionem videtur. de Diuinat. 95 a, Pars animi quæ rationis atque intelligentiæ sit particeps. de Vniuers. 193 a, Quod intelligentia & ratione comprehenditur. de Orator. 86 a, Quod longissime sit ab imperitorum intelligentia sensuque disiunctum. & 161 a. Idque faciunt etiam in alijs operibus, ad quorum intelligentiam a natura minus habent instrumenti. Orator. 207 b, Definire aliquid ad commune iudicium, popularemque intelligentiam accommodare. I. Ant. 223 a, Omnes qui ex omni ætate hac in ciuitate intelligentiam habuerũt. de Natura. 11 b, Tamen fretus intelligentia vestra breuius differo, quàm causa desiderat. de Inuen. 53 b, Nouã intelligentiam vestram, iudices, non potest ita videri. de Opti. 244 a, Qui intelligentiam ponunt in audiendi fastidio. pro S. R. 26 a, Quid censes, hunc quo studio & qua intelligentia esse in rebus rusticis? I. V. 210 a, Vt intelligentiam homine intelligendum esse, non auaritiam. Officio. 55 b. Honestum, quod in nostram intelligentiam cadit & 66 a, In malitia simulatio intelligentiæ. de Inuent. 59 a, Aut falsum quiddam hoc pacto, sapientia est, pecuniæ acquirendæ intelligentia. de Clar. 173 b, Mutius iuris ciuilis intelligentia præstitit. & 185 b, Is omnes intelligentia ante ibat. Acade. 6 b, Quid de gustatu & odoratu loquar? in quibus intelligentia etsi vitiosa est, quædam tamen. &c. Tus. 241 b, Proponenda quædam quasi monentia sunt, quæ nos magis ad cognitionem intelligentiamque conuertant.

☞ Syntaxis. *Intelligentia obscura, adumbrata, in animo inclusa, concepta, prima, inchoata. Animus rationis & intelligentiæ compos. Cõe iudicium, & popularis intelligentia. Intelligentiam habere. Fretus intelligentia tua: id est, perspicacia, iudicio. In intelligentiam cadere. Iuris intelligẽtia præstans. In gustu intelligentia. Cognitio & intelligentia.*

INTELLIGENDI. Or. 197 b, Ille nõ intelligendi solum, sed etiam dicendi grauissimus autor Plato.

INTELLIGENS, tis. in Pison 94 b, Oratio adolescenti non acriter intelligenti præcipe.

INTELLIGO, gis. *cognosco, sentio, teneo, capio, percipio, interpretor, mente complector, cogitatione comprehendo, complector, perspicio, comprehendo animaduerto, intelligentiam habeo, accipio, disco, animo percipio, intelligentia, & ratione comprehendo, ratione & intelligentia teneo, animo & cogitatione comprehendo, constrictum conscientia teneo, persequor, sententiam alicuius interpretor.* Tuscalan. 198 a, Att. 33 a. Accepi aliquot Epistolas tuas, ex quibus intellexi, &c. & 36 a, De me scribis, te ex Philotimi literis cognouisse. & 97 b, Intellexi ex tuis literis, te ex Turannio audisse, à me prouinciam fratri traditam. de Orator. 114 a, Sed ne latius hoc patere videatur, hæc duntaxat in Græcis intelligo quæ ipsi, qui scripserunt, voluerunt a vulgo intelligi. de Natur. 23 a, Puderet me dicere nõ intelligere, si vos ipsi intelligeretis, qui ista defenditis. & 10 a, Itaque corpus quid sit, intelligo, quasi corpus quid sit, nullo prorsus modo intelligo. in Verrem. 222 a, Tametsi non tam multum in istis rebus intelligo. in Verrem. 266 a, Quod ille neque attendero vnquam, neque intelligere potuit de Natura 60 b, Ea quæ minus intellexi, & ea quæ parum accepi. Officior. 29 b, Intelligo, animaduerto, sentio, Part. 124 a, Quem enim intelligimus diuitem? aut hoc uerbũ in quo homine ponimus? de Le. 183 a, Nostræ legis interpretes, quo capite iubentur sumptus remouere, &c. hoc intelligunt, in primis sepulchrorum magnificentiã esse minuendam. pro S. R. 33 a, Quàm sis audax hinc omnes intelligere possunt, q. &c. pro Cec. 292 a. Verum est, ut dicis, te deiectum debeo intelligere, etiãsi tactus nõ sis. Off. 43 a, Quam qui audiunt, intelligere & sapere plus, quam cæteros, arbitrantur. At. 178 b, De fundo Frusinati redimendo iampridem intellexisti uoluntatem meam. At. 135 a, Verum hoc tu parum meministi an ego nõ satis intellexi. & 128 b, Explicari mihi tuũ consilium plane uolo, ut penitus intelligam de In. 38 b, Ambiguũ si consideris, ex ea parte quam intellexeris, &c. de N. 9 b, Illud non queo intelligere. Top. 222 a, Cernere & intelligere aliquid animo.

INTELLIGOR, ris. de Am. 200 b, Id si minus intelligitur, quanta vis amicitiæ sit, ex dissidijs percipi põt. de Or. 111 a, Malo nõ intelligi orationem meam, quam reprehendi. de Na. 60 b, Sed ea magis ex aliorũ contentione, quam ipsa per sese cognosci atque intelligi põt. de Fat. 149 a, Ex quo facile intellectum est, verbis eos, non re dissidere. I. V. 178 a, Vnde ergo hoc intelligi põt? ex hoc maxime, q, &c. Off. 209 a, Hoc quale esse debeat, ex ipsis quæ supradicta sunt, intelligi põt. & 198 a, Cuius ex Epistolis intelligi licet, q frequens &c. & ibid. Quod post magis intelligetur. & 216 b, Sed tamen nec nimis esse diuturnos, nec ullo modo coniuncta intelligi licet. de Leg. 184 b, Cum dico legem, nihil aliud intelligi volo, quam imperium, sine quo, &c.

INTE-

INTEMELII, *populi*. Epist. 124 a, Cælij.

INTEMPERANS, tis: tior, ssimus. *immoderatus, intemperatus, qui se in omnes libidines effundit, libidinosus, impurus, cupidus*. Att. 213 a, Intemperans sum in rei cupiditate, quam nosti. de Sen. 83 a, Libidinosa & intemperans adolescentia. Postquam 207 a, Vir libidinosus, impurus, intemperans. Epist. 135 b, Homo intemperantissimus. in Vatin. 29 a, Sed fui Paulo in te intemperantior fortasse, quàm debui. In V. 184 a, Intemperans vir, & impudica mulier.

INTEMPERANTER, tius. *intemperatè, insolenter*. I. A. 155 a, Nimis iracunde & valde intemperanter. Tusc. 149 a, Intemperanter abuti aliqua re. Or. 214 b, Intemperantius vti aliqua re.

☞ Syntaxis. *Intemperans, & libidinosus. Libidinosus impurus, intemperans*.

INTEMPERANTIA, tiæ. *intemperies, incontinentia, insolentia*. Tuscul. 213 b, Intemperantia est, a tota mente & à recta ratione defectio. Aca. 46 a, Et omnium perturbationum arbitrabatur esse matrem, immoderatam quadam intemperantiam. contra Rullum. 89 a, Hæc ego uos concupisse pro vestra intemperantia non miror. Officio. 25 a, Si autem libidinum intemperantia accesserit, duplex malum est. Postquam. 206 a, Qui ne sanctissima quidem parte corporis potuisset hominum impuram intemperantiam propulsare. pro Dom. 217 a. Tanta fuit intemperantia, vt &c. de At. 253 b, Explere intemperantiam alicuius. pro Cæl. 42 b, Is multa de incontinentia intemperantiaque disseruit. de Nat. 74 a, Iniustitiæ, intemperantiæ, timiditatis quæ semina essent.

☞ Syntaxis. *Libidinum intemperantia*.

INTEMPERATE, *intemperanter*. de Vniuers. 202 a, Immoderatè & intemperatè viuere.

INTEMPERATVS, a, um. ssimus. I. P. 84 a, Intemperatissimæ perpotationes. & 95 a, Intemperatissima pecus. de Amiciti. 110 b, Intemperata quædam beneuolentia.

INTEMPERIES, ei. *immodestia, proteruitas*. Attic. 58 b, Ne qui videor non stulte illius amici intemperiem tulisse, rursus stulte illius iniuriã faciam illustrem.

INTEMPESTIVE. Officio. 18 a, Ne irascamur intempestiuè accedentibus, aut impudenter rogantibus, & Episto. 175 a, Qui ad nos intempestiuè adsunt.

INTEMPESTIVVS, a, um. *peruersus, praeposterus*. Att. 61 b, Nunquam mihi tua Epistola aut intempestiua aut loquax visa est. pro Mur. 127 b, Intempestiuum conuiuium. de Amic. 100 a, Amicitia nunquam intempestiua, nunquam molesta est.

INTEMPESTVS, a, um. *conticinium*. I. An 154 a, Cùm intempesta nox esset, mansi in villa. I. V. 222 a, & 254 b, Repente nocte intempesta seruorum armatorum fit concursus. I. P. 99 b, Is nocte intempesta abijt.

☞ Syntaxis. *Intempestiuè ad aliquem adesse*.

INTENDENS, tis. *extendens, fundens*. de Natura 12 b, Immensa regionum magnitudo, in quam se inijciens & intendens animus late longeque peregrinatur.

INTENDO, dis. intendi, intensum & intentum. *porrigo, extendo, intento*. Attic. 261 a, Et simul dextram intendit ad statuam. in Anton. Hic dextram ad sedes intendit Cassiopeæ. Academ. 9 a, Mens naturalem vim habet, quam intendit ad ea quibus mouetur. & ibi, Intendere sensus ad res percipiendas. in Anton. 235 b, Si fieri posset, vel plures te animo habere vellè, quos omnes ad Mutinam intenderes. de Ora. 102 a, Sed vt commonstrarem tantum viam, &c. vt fieri solet, digitum ad fontes intenderem. & 96 a, Studium nihil prodest peruenienti aliquò, nisi illud, quod eo, quo intendas, ferat deducatque, cognoris. Academ 20 b, Intendere longius aciem. Tuscula. 217 a, Intendere aciem acrem in omnes partes.

¶ *Exerceo, ago, vtor*. Tusculan. 187 a, Qui volunt exclamare maius, non satis habent, latera, fauces, linguam intendere, toto corpore contentioni uocis asseruiunt. Tusculan. 187 a, Nunquam ingemiscit vir fortis, nisi forte vt se intendat ad firmitatem. Academic. 22 b, Intendere arcum. item. Intendit crinitus Apollo arcum auratum. Luna innixus. Orato. 202 a, Intendere & remittere sonum vocis. in Hortensium. Quæro, non quibus rebus intẽdam animum, sed quibus relaxem.

¶ *Conor, nitor, cogito*. I. C. 102 b. Si iste quo intendit, in Manliana castra peruenerit. pro Muræn. 128 b, Vt eo quo intendit mature cum exercitu perueniat. in Anton. 226 a, Si C. Antonius quod animo intenderat perficere potuisset. *id est conceperat*. de Orato. 124 a, Hoc tibi ante explicandum est, quam illuc proficiscare, quo te dicis intendere. in Anton. 213 b, Agitur uita & fortuna optimi cuiusque, quo cupiditatem infinitam cum immani crudelitate iam pridem intendit Antonius. pro Fl. In quo quid reprehendis? quòd falsum intenderit, qui doces? pro Quin. 16 b, Is sibi eum nuper edidit socium, quem (quomodo nunc intendit) ne in minorum quidem numero tum demonstrat fuisse.

¶ *Adhibeo, excito*. Acade. 12 b, Defigere & intendere animum in aliquam rem. de *75 b, Intendere considerationem in aliquam rẽ. Ac. 15 b, Parum defigunt animos & intendunt in ea quæ perspicua sunt. In Ver. 68 a, Intendere animum aliquo. *Epi. 114 a, Qui se intenderant aduersarios in eius tribunatum.]

¶ *Infero, paro, molior*. de Ar. 242 b, Simul ac periculum iudicij intendi, omnem illius impetum compressi. pro Q. 8 a, Minas iactare, pericula intendere. de Orato. 88 b, & pro Cæcin. 288 b. Intendere litem alicui. *id est inferre*. pro Milon. 108 b, Alicui diem dicere, mulctam irrogare, actionem perduellionis intendere. Epist. 114 a, Intendere se aduersarium in magistratum alicuius. ad Heren. 15 a, Intendere controuersiam. *id est, contestari litem*. & 38 b, Huiusmodi intendere rationem, quæ redarguatur.

INTENDOR, ris. Tusculan. 187 a, In profundenda voce omne corpus intenditur. pro Sext. Ros. 19 b, Peto a te, vt periculum, quod in omnes intenditur, propulses.

☞ Syntaxis. *Intendere animum ad patriam, digitum ad fontem, aciem longam, linguam, corpus, arcum, vocem. Quò cupiditatem intendere. Animo intendere. Defigere & intendere animos in aliquam rem. Intendere alicui periculum*.

INTENSVS, a, um. *inflatus, tumidus*. Or. 208 a, Principia verecunda, non elatis intensa verbis.

INTENSIVS, *aduerb. vehementius, acrius maiore cupiditate*. ad Her. 41 b, Alia meliora sunt, quæ multo intensius petimus in vita.

INTENTANS, tis. de Inu. 78 a, Tum ipsum aduersarium quasi intentantis loco producendo, hoc interrogando, utrum, &c.

INTENTIO, onis. *contentio, diligentia*. de Inuent. 67 b, Cum animus hac intentione omnes totius negotij partes considerabit. Tuscul. 206 b, Mentem a cogitationum intentione, cantu & fidibus ad tranquillitatem traducere.

¶ *Criminis obiectio*. ad Her. 6 a, & de Inuent. 44 a, Intentio, Occidisti Aiacem. Inficiatio, Non occidi.

¶ *Mens, consilium, animus*. de Inuẽ. 78 a, Postea facti aut intentionis aduersariorum, cum ipso scripto.

INTENTO, as. Tusc. 243 b, Dolor ardentes faces intentat, is, fortitudinẽ & patientiam se debilitaturũ minatur. pro S. R. 35 a, Explicet suum volumen illud, quod aiunt. S. R. intentasse & meditatum esse, se omnia illa pro testimonio esse dicturum. pro Mi. 108 b, Clodius non seruos, non arma, non vim intentauit?

INTENTVS, tus. *protentio, porrectio*. pro Sest. Voces quidem & palmarũ intentus, & maledictorum clamores omnes profuderunt.

INTENTVS, a, um. *attentus*. de Natura deorum. 7 b, Animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem. & 11 a, In eas imagines mentem intentam infixamque nostram intelligentia capere quæ sit beata natura. I. A. 235 a, Intendere animum ad aliquam rẽ, scite re animum ad aliquam rem, animum alicuius intẽtum esse, ad aliquid faciendum. In A. 235 a, Quamuis intentus animus tuus sit ad fortissimum virum liberandum. contra Rull. 81 a, Intentis oculis omnes reipub. partes intueri. pro Plau. 151, Aliquid quàm maxime intentis oculis (vt aiunt) acerrime contemplari. de Orat. 153 a, Voces, ut chordæ, sunt intentæ, quæ, &c. de Senectu. 84 a, Appius intentum animum tanquam arcum habebat. * Orat. 197 b, Intueri aliquid, in eoque defixum esse.]

¶ *Acer*. de Or. 128 a, Oratio lenis & summissa. *Ss. Intenta & vehemens*. de Or. 107 b, Sermo paulo intentior.

¶ *Illatus*. de Prou. 73 b, Tela vndique in patriam intenta. I. P. 80 b, Ego tela intenta iugulis ciuitatis de coniuratorum manibus extorsi. pro Sest. 12 a, Intenta signa legionum existimantur ceruicibus bonisque vestris. pro Milon. 114 b, Ista omnia in hunc vnum instituta parata, intenta sunt.

¶ *Extensus*. I. V. 241 b, & 252 a, In ore portus tabernacula carbaseis intenta velis collocabat.

☞ Syntaxis. *Intentare alicui arma, ferrum, vim. Intentus animus per naturã rerũ. Mens intenta & infixa. Ad aliquam rem intendere animũ. Intenta signa, tela in patriam. Tabernacula intenta velis carbaseis*.

INTER, *in*. I. V. 269 a, Nulla vox alia inter dolorem crepitumque plagarum audiebatur.

¶ *Ratione numeri*. de Or. 88 b, Non sum nescius ista inter Græcos dici & disceptari solere de Or. 99 b, Qua de re inter Marcellos & Claudianos centũuiri iudicarunt. de Or. 118 a. Nihil est. n. quod inter homines ambigatur, in quo non quæratur, &c. de Or. 122 a, Inter ingeniũ & diligentiã per Paulum loci reliquum est arti. de Cl. or. 196 b, Galba fuit inter tot æquales vnus excellens, & Or. 167 b, Vnus excellit inter omnes. de Cl. 185 b. Hortẽsius suos inter æquales longe præstitit. pro Pl. 256 b, P. Crassus inter equites Romanos sũmo splẽdore fuit. Or. 205 b, Furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari. de Som. 129 a, Hoĩes qui terram incolunt, interruptos ita esse, vt nihil inter ipsos ab alijs ad alios manare possit. de Am. 101 b, Ea charitas, quæ est inter natos & parentes. Att. 124 b, Huius. n. operis maximi inter homines illũ esse effectorem volo. de Am. 102 b, Quę sæpe inter me & Scipionem de Amicitia disserebatur. pro Qu. 8 a, Qui inter tot annos non appellarit quidem Q. pro Pom. 17 a, Qui in tot annos vnus inuentus est, quem socij in vrbes suas cũ exercitu venisse gaudeant. I. V. 135 a, Vt dies quadraginta quinque inter binos ludos tollerentur. I. A. 172 a, Si inter cœnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset. Qu. fr. 324 a, Hæc inter cœnam Tironi dictaui, ne mirere alia manu esse. de Le. 167 b, Vsucapionem XII. tabulæ inter quinque pedes esse voluerunt. Att. 133 b, Inter me & Brundusium Cæsar est. item: Hoc inter me & illos interest, quod, &c. p Sest. 20 a, Iudicium inter sicarios committitur. I. V. 89 a, Philodamus in primis inter suos copiosus * Sen. 1 a. Inter plurima maximaque vitia nullum est frequentius quam, &c. Sen. 1 a, Inter multos variosq; errores nihil propemodum diuersum nocentius, quam. &c. Epist. 11 a, Neque hæc incerta tamen vulgo iactantur, sed inter paucos, & secreto narrantur.]

¶ *Vicissim*. de Or. 104 a, Atq; hęc inter se iũgi copulariq; possint. de Or. 129 a, Capita inter se cõcraria. & de Op. 244 a, L. CONTRARIVS. At. 86 b, Cicerones pueri amãt inter se, discũt de Na. 25 b, Dij inter se diligũt. Q. f. 323 a, pueri ualẽt, & nos, & iter se amãt. At. 68 a, Quæ fueramus ego & tu inter nos de sopore locuti. I. C. 113 b, Illi fuerunt

inter se aspiciebant de Or. 117 a, Aliqui volūtate similes inter sese. Ep. 233 a, Nihil potest esse coniunctius quàm nos inter nos risom sa nore. 29 b, de Orato. 91 b, Virtutes ipsas esse inter se æquales & pares. de Cla. 177 b, In reliquis dissimiles inter se fuerunt. de Ar. 158 b, Nostræ sunt inter nos iræ discordięque placandæ. Att. 135 b, Duę artes inter se pares. I. V. 60 a, Vobis inter vos voluntas fuit coniuncta. de Cla. 178 a, Sed etiam ipsorum inter ipsos concessu ita tributum est Att. 27 a, Vna species salutis est, illorum inter istos dissensio. de Amicitia. 105 b, Bonis inter bonos quasi necessariam beneuolentiam esse. de Nat. 15 b, Hoc mirabilius, quod vos inter vos risum tenere possitis. Attico. 158 a, De ea re nos inter nos iocati sumus. de Diu. 92 b, Nos inter nos esse complexos de Ora. 136 a, Sed quid vos inter vos? Episto. 130 a, Puto fore, vt mirere, id nos locutos esse inter nos, quod nunquam locuti sumus. de Amic. 113 b, Neque solum colent se inter se, sed, &c. Offic. 11 a, Ac latissimè quidem patēs hominibus inter homines, omnibus inter omnes societas hæc est. & 5 b, Hominum inter homines societas & ibidem. Ipsi inter se alij alijs prosunt. In Anto. 130 b. Quorum summum quondam inter ipsos odium meministis. pro Corn 67 a, Nostras inimicitias ipsi inter nos geramus Att. 229 b, Vt nosmetipsi inter nos coniectiores sumus. pro Qu. 5 a, Vt aut vterque inter se, aut neuter satisdaret. Att. 131 b, Qui inter se noti sunt. de Fi. 127 a, In eo nonnunquam variari inter eos & dubitari videtur. Epist. 13 a, Atque vtinam hæc inter nos studia exercere possemus. pro Cæcin 194 b, Sermo familiaris non cohærebit, sed verba inter nos aucupabimur. de Ora. 100 a, Sermo quem illi quōdam inter se de his rebus habuissent. de Vn. 201 b, Hæc inter se penè contingunt. & ibidem. Quos fratres inter se & agnatos appellare videmus. pro Mil. 104 a, Vim inter ciues susceptam esse. In Ant. 105 b, Non patiar vt opera mea manus inter vos conferatis, & cædes ciuium inter se fiat. Epist. 130 a, Sermo inter nos habitus. Episto. 200 a, Non enim inter nos facere debemus. de Orato. 102 a, Multum inter se distant istæ facultates, longeque sunt diuersæ atque seiunctæ. de Fat. 143 a, Si in sphæra maximi orbes sunt, medij inter se diuiduntur.

☞ Syntaxis. *Cædes ciuium inter se facta. Illi inter se risum tenent. Ne iræ inter vos iras placentia. Vobis inter vos voluntas coniuncta. Illorum inter istos dissensio. Amate inter vos. Colunt illi se inter se.*

INTERAMNA, næ. *oppidum.* Att. 22 a, & pro Dom. 229 a.

INTERAMNIS, pro Mil 110 b, Caius Cassius interamnis.

INTERCALANDVS. do de Legibus septuagesimoquinto b. Quod tempus, &c. diligenter habendi ratio intercalandi est. Episto. 116 a, Curio bellissime, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum.

INTERCALARIS, re. *Februarius, quod in eo dies vnus interponitur.* Episto. 90 b, 91 a, Ad VI. Calend. Intercalares priores. pro Qu. 14, Die Nonu diem, ante V. Calend. Intercalares & ibidem. Pridie Calend. intercalares.

INTERCALARIVS, ria, rium. *intercalaris, id est, interpositus, interiectus.* I. V. 134 b, Tunc Cephaloedi mensis dē genere intercalarium. XLV. dies longum, vt reliqui menses in suam rationem reuerterentur.

INTERCALATVR Att. 83 b, Cum scies Romæ intercalatum sit necne, velim ad me scribas.

INTERCALOR, ris. *interpono, adiungor, proroger.* Epist. 96 b, Quotidie vota facimus, ne intercaletur. Att. 75 b, Te rogo vt pugnes, ne intercaletur. Attic. 72 a, Præmani quæso vt simus annui, ne intercaletur quid.

INTERCAPEDO, nis. *intermissio, interuallum.* Epist. 164 a, Itaque iam me non pœnitebit intercapedinem scribendi fecisse. de Fin. 61 b, Quas ob causas in eorum vita nulla est intercapedo molestiæ Epist. 140 b, Quid enim, non honestum verbum est diuisio? at inest obscœnum, cui respondet intercapedo.

INTERCEDO, dis. *interuenio, interuenio.* de Orat. 115 b, Vix annus intercesserat ab hoc sermone cohortationis meæ, cum iste. &c. pro Clu. 32 b, Vnus & alter dies intercesserat, cum res parum certa videbatur de Fin 46 a, Ne id quidem fieri potest, nisi cum multa annorum intercesserint millia In Ver. 226 b, Vna nox intercesserat, cum, &c. In Catil. 98 a, Nox nulla intercessit, mox interfectus est. pro Quint. 8 b, Is qui cui tibi affinitas, societas, omnes denique causæ, & necessitudines veteres intercedebant. & nono b, Affinis, meus, qui cū mihi necessitudo vetus, controuersia de re pecuniaria recens intercedit. Epist. 49 a, Veteres mihi necessitudines cum his omnibus intercedunt. pro Cęl 44 a Intercedunt mihi inimicitiæ cum illo. Epi. 227 a, Multaque & magna inter nos officia & paria & mutua intercedunt. Episto. 203 b, Cum quibus si mihi nulla causa intercederet, tamen te rogarem. de Amicitia. 110 a, Si morum, aut studiorum commutatio facta erit, aut in reipub. partibus dissensio intercesserit. ad Heren 5 b. Ratio, quæ nisi intercederet, nec causa quidem esset. &c. Episto. 3 b, De his rebus pridie quàm hæc scripsi, Senatus autoritas intercesserat. Epist. 242 a, Cum vestra autoritas intercessisset, vt ego regem tuerer de Cl. 160 a, Itaque cum, & si nemo intercedebat, qui se illi anteferret, neque secundum tamen, neque tertium dixerim. de Fin. 504 a, b, Ea natura est hominis, vt cum genere humano quasi ciuile ius intercedat. Epi. 14 b, De Vatinio autem primum sodalitas intercesserat in gratiam. Epist. 213 b, Inter nos vetus vsus intercedit.

¶ *Rogando impetro.* Att. 85 a, Ascribit etiam intercessisse pro eis magnam pecuniam. I. A. 169 a, Tantum eum pro te intercessisse dicebat. Epi. 16 a, Nullum meum minimum dictum, non modo factum pro Cæsare intercessit quod ille, &c.

¶ *Obsto, aduersor, reluctor, resisto.* de Ora. 129 b, Tribuni ex templo pulsi, cum intercedere rogationi vellent Qu. Fra. 311 b, Monstra de aliquo promulgare, quibus intercedat nemo. de Legibus 187 b, Quod legationis genus ego consul sublatissem approbante Senatu, nisi mihi Leuinus Tribus pleb. Intercessisset. pro Quinct. 12 a, Quid. si M. Brutus intercessurum se dixit, &c. videtur intercessisse appellatio tribunorum? Episto. 3 b, De his rebus pridie quàm hæc scripsi, Senatus autoritas grauissima intercesserat, cui cum Cato & Caninius intercessissent, tamen est perscripta. Epist. 9 a, Eaque quæ de reductione regis scripta est autoritas, cui scis intercessum esse, vt ne quis omnino regem reduceret, tantam vim habet, vt, &c. Atti. 10 b, Qui veritus est, ne Fusius ei legi intercederet, quæ ex S. C. ferebatur. Ep. 151 a, Meque sententiæ quæ secunda pronunciata erat cū frequens assentiretur Senatus, rogatu Seruilij P. Titius intercessit. *cor.* 23 a, Si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit.

INTERCEPTIO, onis. pro Cl. 53 a, Quæ deinde interceptio poculi? cur non de integro autem datum?

INTERCEPTVS, ta. ad Q. F. & Att. li. 1, Literæ interceptæ. cont. Rull 66 b, Honos ad alienæ petitionis occasionem interceptus.

INTERCESSIO, onis. *quam vulgus appositionem vocat, præsertim causis forensibus.* contra Rul. 72 a, Cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura. I. A. 157 b, Quas tu mihi intercessiones inquis? Ora. lib. 1.

INTERCESSOR, oris. *obstans & resistens.* pro Syl. 179 b, Cæcilius agrariæ legis intercessorem fore perpessus est. Qu F. 305 b. Clodius poterit conciones concitare, deinde etiam intercessor parabitur. de Legib. 186 a, Intercessor rei malæ salutaris ciuis esto pro S. R. 36 b, Postremo isto hortatore, intercessore ad Syriam non adierunt I. A. 161 a, & Epi. 151 a, Intercessor grauissimus.

INTERCIDO, dis. *cado* pro Deio. 148 b, Pereant amici dum vnà inimici intercidant. *dictum Demetij, ex versu quodam Græco.* Epist. 64 b, Si qua interciderunt, non tam re quàm suspicione violenta, ea, &c.

INTERCIDO, dis. *interscindo.* Para. 125 a, Mercedum pactiones in patrociniis intercisæ pecuniarum in concionibus candidatorum.

INTERCIPIO, pis. *in itinere capio, aufero,* pro Cluen. 13 a, Venenum cū in mulso daretur, quendam eius familiarem intercepisse, bibisse, mortuum esse.

INTERCIPIOR, ris Epist. 157 a, Ne literæ a latronibus interciperentur. Att. 75, Literas aut interire, aut aperiri, aut intercipi. At. 159 b, De his rebus quas intercipi periculosum esset.

☞ Syntaxis. *Literæ intereunt, aperiuntur, intercipiuntur.*

INTERCISE Par. 232 a, Intercise atque permultè dicere.

INTERCISVS, a, um. I. VELINVS.

INTERCLVDENDVS, a, um. Att. 107 b, Ille a commeatu & reliquis copiis intercludendus. Para. 127 b, Qui Carthaginensium aduentum corporibus suis intercludendum putauerunt. Postquam 201 a, Inimici mei corporibus ciuium trucidatis, flumine sanguinis meum reditum intercludendum putauerunt.

INTERCLVDO, dis. *prohibeo, nego.* pro Cęc. 301 a, In his ipsis intercludere insidijs, quas mihi conaris opponere. de Fi. 89 a, & Epi. 244 a, Intercludere aditum ad aliquem locum. pro S. R. 36 b, Intercludere omnes aditus alicui ad aliquem. I. V. 262 b, Intercludere perfugiū fortunæ alicui. Att. 115 a, Intercludere fugam alicui.

¶ *Claudo.* pro Rab. 91 a, Intercludere omnes seditionum vias, munire præsidijs reip.

INTERCLVDOR, ris. *vetor, prohibeor.* Att. 123 a, Intercludor dolore.

INTERCLVSIO, onis. *impedimentum.* de Ora. 159 b, Clausulas & interpuncta verborum, animæ interclusio & angustiæ spiritus attulerit.

INTERCLVSVS, a, um. *conseptus.* pro Cęl 46 a, Via deserta & inculta, atque interclusa iam frondibus & virgultis.

¶ *Prohibitus.* Cęl. Epi. 112 a, Ipsum apud Bellouacos circumsederi, interclusum ab reliquo exercitu. pro Syl. 167 b, Aditum ad aliquē locum alicui esse interclusum. cont. Rul. 81 a, Cum a ciuibus interclusum sit præsidium.

¶ *Clausus.* Antequam 194 a, Aliquem locum præsidis interclusum teneo. pro Clu. 56 b, Hoc modo innocentiæ defensio interclusa respiret.

¶ *Obsessus.* Attic. 138 a, Plane capti interclusique sumus. Att. 127 a, Iter meum interclusum putabam.

¶ *Reiectus* de Pro. 70 a, Byzantij Mithridatis impetum ęgrè repulsum, & ceruicibus interclusum suis sustinuerunt.

☞ Syntaxis. *In ipsis insidias aliquem intercludere. Viam, aditum, perfugium, fugam, intercludere. Interclusus locus frondibus.*

INTERCOLVMNIVM, nij *columnarum interuallum.* Qu. Frat. trigesimo decimonono a, Edera connectium qua basim villæ, qua intercolumnia ambulationis. in Ver. octuagesimosexto a, Signa omnibus intercolumnijs disposita. ad Herenn. vigesimoprimo b, Vt ædes, intercolumnium.

INTERCVRRO, tis. *intercedo interuenio.* In Anton. 217 b, Pugnatur acerrime, qui intercurrerent, misimus tres principes ciuitatis. ad Herennium tertio a, Alterum genus est narrationis, quod intercurrit nōnunquam.

INTERCVS, tis. *morbus est, si aqua inagatur, quem hydropem vocant Græci.* Officio 70 b, Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem.

INTERDICO, cis. *prohibeo, veto, decretum interpono.* In Ver. 114 b, Si prætor improbus, cui interdicere nemo possit, det quem velit iudicem. pro Cęc. 289 a, Prętor interdixit, vt est cōsuetudo, de vi hominibus armatis, sine vlla exceptione, tantum vt vnde deiecisset, restitueret,

pro

pro Cec.291 b, Prætor qui de fossis, de cloacis, deque minimis aquarum controuersijs interdicit.

INTERDICO, ris. pro Dom. 222 b, Vt M. Tullio aqua & igni interdiceretur. & 229 b, Vt mihi aqua & ignis interdiceretur. Epistol. 167 b, Futurum puto vt aqua & igni nobis interdicatur. in Anton. 157 a, Leges, quæ iubent, ei qui de maiestate damnatus sit, aqua & igni interdici. de Senectut. 81 b, Nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet. de Aruspic. 246 a, Vt huic furiæ vox interdiceretur. ad Herenn. 24 b, Quibus aqua & igni interdictum. in Anton. 207 a, Sic contendit, tanquam si illi aqua & igni interdictum sit. pro Domo. 222 b. Hanc legem Clodius scripsit, vt interdictum sit, cui non sit interdictum. pro Dom. 229 a, Quod de omnibus interdictum est, scriptum est in legibus. de Orator. 103 a, Neque enim interdictum est a rerum natura, aut a lege aliqua, aut more, vt singulis hominibus ne amplius quam singulas artes nosse liceat. de Finib. 50 a, Nec mihi ne faciam, interdictum puto. pro Cor. 60 a, Non modò nullo proposito præmio, sed etiam interdicto pro Cæl. 47 b, Si quis est, qui etiam meretricijs amoribus interdictum iuuentuti putet.

INTERDICTIO, onis. pro Domo. 229 a, Tecti & aquæ & ignis interdictio.

INTERDICTUM, cti. *propriè prætoris dictum est, ac formula, qua quid aut fieri iubet, aut vetat, præsertim cum de possessione contenditur. deinde etiã omnis vetandi formula.* contra Rull. 89 a, Ergo hac lege prætorum interdicta tollentur. Attic. 137 a, Cæsaris interdicta respuentur. Orat. 206 a, Causa pro Cecinna de verbis interdicti fuit pro Cecinn. 291 b, Tum per hoc interdictum eum restitui oporteret. & 286 b, Possessionem per interdictum repetere de Orator. 88 b, Multisque præsentem qui tecum interdicto contenderent, aut ex iure manu consertum uocarent, &c. Epistol. 253 a, In hoc interdicto non solet addi in hoc anno I.P. 83 a, Tamen id ijs non licere per interdicta crudelitatis tuæ, potestatis erat non ferendæ. pro Do. 227 a Flamma temporis interdictum sceleris, vox furoris. I.P. 90 a, Gabinius numen interdictumque deorum regi vendidit.

☞ Syntaxis. *Interdicere, de vi, ne, vt. Aqua & igni interdicere alicui. Meretricijs amoribus interdictum est pio. Interdicto contendere. Per interdictum restituere aliquem.*

INTERDIU ad Her. 7 a, Tempus ita quæritur, qua parte anni, qua hora, noctu, an interdiu factum esse dicatur.

INTERDUCTUS, ctus. *distinctio, vel nota.* Orator. 219 b, Oratio non spiritu pronunciantis, nec interductu librarij, sed numero coacta debet insistere.

INTERDUM, *aliquando, nonnunquam.* de Clar 186 a, Acumen M. Pisonis sæpe stomachosum, nunquam frigidum, interdum etiam facetum. Orat. 216 b, Interdum cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio. de Finibus. 73 a, Interdum vel potius nimium sæpe. de Orator. 162 a, Geminatio verborum habet interdũ vim, leporem alias.

INTEREA, *interim, tantisper, hoc interim spacio.* pro Q. 4 b, Hæc dũ Romæ geruntur, Quintius interea, &c. & 3 a, Nec interea verbum interposuit Næuius & pro R.P. 123 a, I.A. 200 a, Teretur interea tẽpus. de Orat. 102 b, Interea dum hæc quæ dispersa sunt, coguntur. Epist. 69 b, Tu interea cessabis.

INTEREMPTUS, a, um. pro Sext. R. 242 a, Qu. Scæuola a ciuibus suis interemptus.

INTEREO, is. *morior.* de N. 66 b, Non intelligo quomodo calore extincto corpora intereant. non intereant aut humore aut spirito amisso. Attic. 35 b, Vt posse videremur sine dolore interire. de N. 67 a, Ignẽ interiturum esse nisi alatur. Q. frat. 295 a, Cum id quod dabatur, nõ esset interiturum. pro Arch. 187 a, Tabulæ publicæ omnes tabulario incenso interierunt. Att. 7 b, Literas aut interire, aut aperiri, aut intercipi. de Finib. 99 b, Vt interit magnitudine maris Aegei stilla muriæ. Acad 44 b. Nihil valentius, aqua intereat. & ibid. a. Eo quæ etiã interire non nihilum, sed in suas partes. pro Mil 130 a. Maiores sacra interire noluerunt. pro Do. 210 b, Quid? sacra Clodiæ gentis cur intereunt, quod in te est.

INTEREST, rat. *refert, ad rem est.* I. A 246 a, Id potissimum faciam, qđ maximè interest reipub. iudicabo. pro Muræn. 185 a, Ostendã alio loco quantum salutis communis intersit, duos consules esse, &c. Ep. 55 a, Multum interest rei familiaris tuæ, te quam primum venire. de Finib. 79 b, Interest, omnium recte facere. Qu. frat. 309 b. Hoc vehementer interest reipub. de Leg. 177 b, Ciuitatum hoc multarum in Græcia interfuit, antiquũ vocum seruare modum I. A. 157 a, Quis enim est hodie cuius intersit hanc legem manere? pro Mi 132 a, Semper Milo quantum interesset P. Clodij, se perire cogitabat Att. 231 b, Cupio excurrere in Græciam; magni interest Ciceronis, vel mea potius, vel mehercule vtriusque, me interuenire discenti. & 205 a, Magni interest mea, vnã nos esse. Epistol. 33 b, Vtriusque nostrũ magni interest, vt te conueniam. de Cl. 182 a, Atheniensium plus interfuit firma tecta in domicilijs habere, quàm, &c. & ibidem. Plus interest reipub. castellum capi, quàm, &c. Attico. 158 a, Nihil illius mea est, quod in Senatum non venis. & 48 b. Non quo mea interesset loci natura. Attic. 181 b, Illud mea magni interest, te vt videam. pro Syll. 212 a, Vestra enim, qui vixistis, &c. hoc maxime interest. Attic. 38 a, Per magni nostra interest, te esse Romæ. & 122 a, Scio quanti reipub. intersit, omnes copias in vnum locum cõuenire. & 226 a, Magni interest reipub. copias, &c. & 143 b, Permagni eius interest rem ad interregnum venire. pro Cl 49 a, Nec sua putat interesse, &c. Epist. 85 a, Non tantum interest, quo animo, scribatur, quam quo accipiatur Epist. 30 a, Quod mea & reipub. interest. Epist. 19 a, & de Inu. 49 a, Si quid est quod eos scire aut nostra, aut ipsorum intersit. Epist. 202 a, Quod mea intelliges multum, tua nullam in partem interesse. pro Planc. 262 b, Hic e præfectura Atinati non tam honorata, quantum interesse vis ad rationem petendi. de Natura. 3 b Magnum interest ad decus & ad laudem ciuitatis, ita fieri. Epist. 257 a, Magni ad honorem nostrum interest, quam primum te ad vrbem venire. & 67 b, Equidem ad nostram laudem non multum video interesse, sed ad properationem meam interest, non te expectare, &c. Epi. 29 b, Magni enim videbatur interesse ad eam necessitudinem, quã nobis fors tribuisset, consuetudinem quoque accedere. Tusc. 253 a, Non sentientis autem nihil est vllam in partem quod intersit. Attic. 172 b, Neque ad id quod quæris multum interest. de Aruspi. 246 b, Ad facinoris disquisitionem interest, adesse quàm plurimos. Att 276 a, Magnopere interest, opprimi Dolabellam. de D. 128 a, In morbos cæli multum interest, qui ventus, qui imber, &c. Epist. 187 a, Multũ interest te viuere. de Somn. 120 a, Quid autem interest, ab his qui postea nascentur, sermonem fore de te, cum ijs nullus fuerit, qui ante nati sunt? contra Rull. 70 a, Leges sunt veteres, neque eæ consulares, si quid interesse hoc arbitramini, sed tribuniciæ, &c. de Nat. 78 a. Ad prosperam aduersamve fortunam qualis sis, aut quemadmodum viuas, nihil interest. de Finib. 83 b, Nihil interest ad beate viuendum, quali vtaris cibo. cont Rull. 80 b. Nihil interest reip. colonia deducatur, necne. Att. 208 a, Quòd si latius volent proferre diem poterunt vel biduum, vel triduum, vel ut videbitur. nihil enim interest. de N. 75 b, Nihil interest, verum nemo valeat, an nemo possit valere. Epist. 43 a, De ambitu, an de maiestate, nihil ad rem interest. Orat. 201 b, 202 a, In philosophia plurimum interest, quemadmodum dicas, &c. Ep. 208 a, In omnibus rebus permultum interest, quibus illæ modis fiant. At. 66 b, Mihi nihil videbatur esse, in quo tantulum interesset, vtrum per procuratores ageres, an per te ipsum. Ep. 175 a, Permagni interest, quo tempore hæc epistola tibi reddita sit. Att. 83 b, Quid antè intersit, si tuos digitos bene noui, certe habet subductum. item, Nihil interest, vtrum ita scribas, si vter, &c. an si &c. & quid interest, vtrum hoc feceris, an frumentum furatus sis. Ep. 8 a, Multum interest vtrum laus minuatur, an salus deseratur. Or. 218 a, Nihil interest, da stylus sit extremus, an croticus. Par. 119 a, Nauem aurum euertat gubernator, an paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris inscitia parum interest Postq. 207 a, Cum hoc homine, aut cum stipite Æthiope in foro cõstitutis nihil crederes interesse de D. 120 b, Quasi vero quicquam intersit, mures scuta, an cribra corroserint. de Leg. 167 a, Hæc ne minimum quidem verũ adsint, vel absint, interest. Att. 129 a, Qua si intersit, audiam an videam.

¶ *Differt, distat, differentia vel discrimen est.* de Orator. 131 b, Tantum interest, quod grauitas in honestis rebus, iocus in turpiculis ponitur. de Finib 100 b, Intereat res nihil omnino interest. Epist 77 b, & 81 a, Inter causas multum interest, inter victorias nihil inter futurum puto. de Orato. 116 a, Non est credibile, quid interesse mihi visum sit inter eum, qui, &c. & qui, &c. I. V. 60 a, Vide quantum interfuturum sit inter meam atque tuam accusationem. Att. 14 b, Neque inter me atque te quicquam interest, præter, &c. Tuscu. 234 b, Inter Zenonem & Peripateticos nihil præter verborum nouitatem interesse. I. P. 82 b, Inter nos & Catilinam nihil interest. de Orator. 161 a, Plurimum interest inter doctum & rudem & de Na. 5 a, Plurimum interest inter hoc & illud. & 64 b, Att. 128 a. Hoc inter me & illũ interest, quod ego, &c. illi. &c. Postquam. 200 b Hic tantum inter fuit inter me & inimicos meos. Off. 3 a, Inter hominem & belluam hoc maxime interest, quòd hæc, &c. homo autem, &c. de Fat. 144 a, Sed interest inter causas fortuito antegressas, & inter causas naturales, &c. de Finibus. 55 a, Interest enim inter argumentum conclusionem quo rationis. & inter mediocrem animaduersionem atque admonitionem. pro Sest. 22 a, Atque inter hanc vitam & illam nihil tam interest, quam me & me. Ac 28 a, Nullum est autem verũ a sensu profectum, cui non oppositum sit visum aliud, quod ab eo nihil intersit. & 8 a, Qui vera negant quicquam a falsis interesse. Acad. 10 b, Vita inter quæ nihil interest. & 12 a, Neque eum is quicquã interest. de Fi. 95 b, Nihil esse quod intersit aut differat aliud ab alio, præter honesta & turpia. Attic. 156 b, His denique in malis quid intersit inter me & illos quos, &c. pro Pl 261 b, Et quo plus intererat. eo plus aberat a me in C. 99 b, Dummodo inter me atque te murus intersit. Postq. 208 a, Nec vnã quidem horam interesse passus es inter meam pestẽ & tuam prædam.

☞ Syntaxis. *Tuarum rerum interest multum. Omnium interest. Plus, multum, magni interest. Ad honorem nostrum interest. Ad hoc multum interest. In hac re multum interest. Ad rem nihil interest. Inter eos multum interest. Inter hominem & belluam hoc interest.*

INTERFECTOR, oris. *peremptor, I doum.* Postquã. 204 b, Si hostes atque interfectores reip. reuixissent. I. A. 159 b, Vt non modò impune, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit. & pro Mil. 115 a, & 157 a, Tyb. Gracchi interfectores.

INTERFECTUS, a, um. Att. 207 a, pro Clu. 22 Deinde ipsum Aurium tollendum interficiendumque curarat.

INTERFICIO, cis. *neco, mato, occido, ferro vitam eripio morte violenta interimo, mortem affero.* pro Dom. 225 a, Quod eum totiens per insidias interficere voluistis.

INTERIECTIO, onis. *interpositio*, ad Her. a b, Et tamẽ occulte dicemus interiectione verborum.

INTERIECTUS, a, um. *medius, interpositus.* Parad. 117 a, Quid inter horum ætates interiectus Cato? In Anto. 243 a, Inter has personas me interiectum

interiectum molestè ferant. de Cl. 185 a, L. Sisena interiectus inter duas ætates Hortensij & Sulpitij. de Natura. 39 a, Aer interiectus inter mare & cœlum de Somn. 129 b, Et in ipsis quasi maculis ubi habitatur, uastas solitudines interiectas uides contra Rullū. 83 b, Videte, quantum interuallum sit interiectum inter hoc & illud ad Her. 6 b, Narratio accusatoris suspiciones interiectas, & dispersas habere debet. de Orator. 243 a, Alij eis interiecti, & tanquam medij. Orat. 199 a, Quod eorum uicini non ita lato interiecto mari Rhodij nunquā probauerunt pro Sest. 14 b, Videtis me ad pristinam meam dignitatem breui temporis dolore interiectio esse reuocatum. de Pro. 72 b, Annus est integer nobis expectandus, quo interiecto ciuium calamitas proro gatur. de Finib. 88 b, In uoluptate maxima, nullo interuallo interiecto, dies noctesque uersari de Finibus 97 a, Interiectam nō uidet. Offic. 10 a, Multi sunt interiecti inter philosophos, & eos qui rempub. administrant.

☞ Syntaxis. *Inter illorum ætates interiectus Cato. Inter illas personas tibi est interiectus.*

INTERIECTVS, ctus. *interiectio.* de N. 46 b, Luna interposita interiectuque terræ deficit. Ora. 198 b, Est autem quidam interiectus intermedius. utriusque particeps.

☞ Syntaxis. *Interiectus & interpositus Lunæ. Interiectus, intermedius.*

INTERIECTVS, a, um. de D. 109 a, Interiectus est etiam nuper it, quem ad Atticum de senectute misimus. de Natu. 55 a, Nasus quasi murus oculis interiectus est.

INTERIICIO, cis. I. INTERIECTVS. de Vn. 108 a, Idque interiecit inter indiuiduum, & id quod diuiduum est in corpore.

INTERIMENDVS, a, um. pro Mu. 130 a, Horum ingenio senes ad coemptiones faciendas interimendorum sacrorum causæ reperti sunt.

INTERIM. *interea, tantisper, hoc interim spacio.* de Or. 141 a, Hoc interim spacio conclaue illud concidit. Atti. 110 b, Interim velim mihi ignoscas, quod ad te scribo tam multa toties. Tus. 255 b, Interim, interea, tātisper. pro Lig. 137 b, Interim, Varus Vticam venit, &c. pro Cl. 21 b, Interim uenit index. &c. Epist. 151 a, Interim ad me uenit Munatius noster. pro Cl. 25 a, Tum interim illa, &c.

INTERIMO, imis. *interitum affero, interficio.* de N. 12 a, Si quæ interimāt innumerabilia sunt, etiam ea quæ conseruent infinita esse debere. & 70 b, Mercurius qui Argum dicitur interemisse. de Fin. 78 b, Lucretia seipsam interemit. pro Mil. 119 b, Me quidem exanimant & interimunt hæ voces Milonis.

INTERIOR, us. de N. 7 a, Nihil est interius mēte. Ac. 6 b, Tactus quem philosophi interiorem vocant. Off. 11 b, Interius est etiam, eiusdem esse ciuitatis. de Orat. 128 a, Interior est alijs propius. *id est, magis attingit hominem* Officio. 65 b, Societas, quæ latissime patet, interior, propior. de Somn. 131 a, Quod animal est, id motu cietur interiore. pro Pom. 16 a, Regna interiorum nationum. I. A. 196 b, & pro Sest. 7 b, In interiore ædium parte totius reipu. nundinæ. Q. fr. 321 a, Quod interiore Epistola scribis, &c. D. 134 a, Sed hæc quoque in promptu. nunc interiora videamus. pro Domo. 141 a, Illa interiora iam vestra sunt. in Sal. a 75 a, Sallustius Africam interiorem obtinens. Qu. fr. 300 b, Interior vicinius. de N. 76 b, Interiores & recondita literæ. Ep. 111 a, Opus est hic limatulo & polito tuo iudicio, & illis interioribus literis meis, quibus sæpe verecundiorē me in loquendo facis. de Ora. 160 b, Oratio ne insistat interius, ne excurrat longius.

☞ Syntaxis. *Nihil interius mente. Interior tactus. In interiori epistola. Literæ interiores: id est, grauiores, præstantiores.*

INTERITVS, tus. *occasus, obitus.* I. C. 115 a, Aruspices legum interitum & vrbis occasum appropinquare dixerunt. Tuscu. 163 a, Est enim interitus quasi discessus & secretio ac diremptio earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur. de D. 116 a, Natura omnium interitus atque obitus conficit. de Fin. 70 b, Qualis est ista philosophia, quæ non interitum afferat prauitatis? pro Syll. 173 a, Cum ad occasum interitumque reip. Catilina dux esset constitutus. de N. 15 a, Epicurus corporum concretionem fugit, ne interitus & dissipatio consequatur. I. C. 99 a, Quid de nostro interitu & vrbis exitio cogitent. de N. 66 b, Ad quem dolor venit, ad eundem interitum uenire. de Cla. 175 b, Gracchi immaturus interitus. Ep. 153 b, Acerbissimo interitu consulum. Attic. 125 a, Vniuersus interitus. Tusc. 167 b, Toto animante deleto & facto interitu uniuerso. de D. 95 a, Cum interitum exercitus nunciaret.

☞ Syntaxis. *Interitus & occasus vrbis. Interitus est discessus, secretio, ac diremptio. Interitus & obitus. Interitus & dissipatio. Interitus immaturus, acerbus. Facto interitu uniuerso. Interitus exercitus.*

INTERLITVS, ta. *hoc est litura maculatus.* pro Clu. 36 b, Codex C. Verris, qui tum interlitus proferebatur. I. V. 129 b, Tabulæ sunt in medio, quæ se corruptas atque interlitas esse clamant.

INTERLVCEO, ces. *eluceo, emineo.* ad Heren. 22 a, Vt loci distinctè interlucere possint.

INTERMEDIVS, a, um. *medius.* Or. 198 b, Est autē quidam interiectus intermedius, & quasi temperatus nec acumine posteriorum, nec fulminibus superiorum vicinus amborum, in neutro excellens, vtriusque particeps, uel utrius potius expers.

INTERMINATVS, ta, tum. *infinitus.* de N. d. 12 a, Immensa & interminata in omnes partes regionum magnitudo.

INTERMISSIO, onis. *intercapedo.* de N. 24 a, Deum sine ulla intermissio ne pulsari agitarique incursione atomorum. Epistola. 101 b, Neque alia fuit ulla causa intermissionis literarum, nisi quod vbi esses, plane nesciebam. Officio. 5 a, Ab actione sæpe fit intermissio. de Amicitia. 97 a, Vt nulla intermissio fiat officij. de Diuinatio. 237 b, Nunc propter intermissionem forensis operæ lucubrationes detraxi, &c.

INTERMISSVS, a, um. *interiectus.* pro Mur. 132 b, Dies intermissus, aut nox interposita sæpe perturbat omnia.

¶ *Cessans. quiescens.* de Diu. 92 a, Itaque ludis intermissis, instaurati vi sunt constituti. de Orat. 156 b, Verba ab usu quotidiani sermonis iamdiu intermissa. Off 37 b, Acriores morsus sunt intermissæ libertatis, quàm retentæ. de Or. 97 b, Cum remiges inhibuerunt, retinet tamen nauis motum & cursum suum intermisso impetu pulsuque remorum. de N. 12 a, Nullo puncto temporis intermisso versari circū axē, cœli, &c. cont. Rull. 64 b, Vectigal, quod missis alijs remanet, intermissis non conquiescat.

INTERMITTO, tis. *interdum conquiesco, intermissionem vel intercapedinē facio.*)(*Retineo.* Or. 200 a, In maximis occupationibus nonnūquam intermittis studia doctrinæ. Epist. 72 b, Intermittere consuetudinem pristinam. de Ar. 252 a, Intermittere iurisdictionem. Atti. 152 a, Nullum quem diem intermitterē, has dedi literas. de D. 96 a, Gallos gallinaceos sic assidue canere cœpisse, vt nihil intermitterent. Ep. 158 b, Neque ille intermittit affirmare se venturum. Ep. 101 a, Mirabar, quid tu mihi literas mittere intermiseras. Tusc. 162 b, Cœlum suo tempore non intermittit nitescere. At. 112 a, Vt ab vrbe discessi, nullum intermisi diem, quin, &c.

INTERMITTOR. Att. 128 b, Vt ne quis a me dies intermittatur, quin eam ad te literas. Att. 72 a, Ne tui mentionem intermitti sinimus.

INTERMORIOR, ris. *pereo, morior.* Ep. 91 a, Si nullum officium tuū apud me intermoriturum existimas. Bithynici.

INTERMORTVVS, a, um. *demortuus, extinctus.* I. P. 82 b, Vos eandem illā manum ex intermortuis Catilinæ reliquijs concitastis. pro Mur. 129 b, Memoriam propè intermortuam generis sui virtute reuocare. pro Milon. 103 b, Declarant huius ambitu Tribuni plebis illæ intermortuæ conciones.

quabilitatem communis iuris præstantia dignitatis transire. Attic. 143 b, Non modo Coss. à Pr. sed ne Prætores quidem creari ius est, quod maius imperium à minore creari non sit ius. & 151 a, Quorũ neutrum ius est. Tusc. 173 a, Sacerdote curru ad fanum vehi ius est. Q. F. 293 b, Sit summa in iure dicẽdo seueritas. & ibid. Ab aliquo ius dici æqualiter. de Pro. 70 b, Dicere ius de pecunijs creditis. At. 75 b, Quippe ius Laodiceæ me dicere, cum Romæ A. Plocius dicat. de Pro. 71 a, Statuit ius publicano non dicere. pro Quin. 7 a, In prouincia ius dicitur, Romæ iudicia fiunt, iudicia exercentur. pro Quin. 6 b, Experiri summo iure. Attic. 260 b, Summo iure contendere.)(. Ex æquo & bono agere, vel æquitate. I. V. 116 a, Aequo iure disceptare cum aliquo. At. 261 a, Nostræ grauitatis est, ius nostrum sine summa illius ignominia persequi. Offic. 60 b, In vita sibi quenq; petere quod pertineat ad vsum nõ iniquum est: alteri surripere, ius non est. in Ant. 174 a, Ius postulabas. *id est, æquum petebas.* in An. 237 a, Ius potestatemque imperandi habeo. contra Rull. 88 b, Ea omnia eo iure sint, vt quæ optimo iure priuata sint. in An. 203 a, Et pro prætor eo iure, quo qui optimo Para. 121 b Non vbi quisque est, eius loci ius tenet. de Nat. 24 a Nihil iuris mihi cum illo est. in Ver 89 a, Philodamus ius suum obtinere non potuit. & 90 a, De suis bonis ita dat, vt ab iure non abeat. Topic. a 22 a, Omnibus ius est, parietem directum ad parietem communem adiungere. & ibid. Mulier nupta cum eo cui connubij ius non est. & ibid. b, Hoc mihi ius videbatur. & 221 b. Si compascuus ager est, ius est compascere. Off. 8 b, Negat ius esse, qui miles non sit, pugnare cum hoste in Ant. 219 b. Huic portas huius vrbis patere ius non est. Off 2 a. Qui haberent ius suum disputandi de officio, si, &c. Episto. 53 a, Habere ius adeundi ad aliquem. in Ver. 155 b, Iura Siculorum, quæ habent à populo Romano, ne cogantur, &c. pro S. R. 24 b, Filium pro patre mori iura omnia diuina & humana cogunt. Offic. 6 a, Qui omnia iura diuina atque humana peruertit. At. 11 b, Ius & fas omne delere. pro Q 8 a, Quis nobis ista iura tam æqua descripsit? & 11 b, C. Aquilius hoc ius in ciuitate constituit, cuius, &c. pro Cec. 286 b, De communi iure dubitare. & ibid. Ius de quo iudicium est. de Or. 105 b, Pro æquitate contra, ius dicere. de Ora. 100 a, Capitis nostri sępe potest accidere, ut causæ uersentur in iure. pro Cor 63 a, Gaditani hoc ius esse nolunt, ut sibi, &c. I. V. 146 b, Vocare aliquem in ius. Qu. 14 b, Vt statim de iure aliquis cucurrerit. pro Cec. 295 a, Quandoquidem te in iure conspicio. ad Her. 9 b, Vt in ius eas, cum uocaris. Ex iure manu consertum. L. CONSERTVS. pro Plan. 265 b, Vetere quodam in senicos iure, maximeq; oppidano. pro S. R. 42 b, Aliquid more, lege, iure gentium esse factũ. de Am. 102 a, Pro hoc enim, qui minor est natu, meo iure respondeo. At. 229 a, & 40 a, Postremo meo iure à te peto. I. V. 235 b, Pro meo iure. pro Cec. 301 a, Pro suo iure contender, &c. pro Fl. 64 a, & de Fin. 142 b, Pro meo iure dico. Top. 221 b, Ius ciuile est æquitas constituta ijs, qui eiusdem sunt ciuitatis, ad res suas obtinendas. de Or. 211 b, & 100 b, Crassus heri nobis pollicitus est, se ius ciuile, quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coactorum & ad artem facile redacturum. & 100 b, Tum perfectam artem iuris ciuilis habebimus, magis magnam atque vberem, quã difficilem & obscuram. Off. 47 a, Iuris ciuilis cognitio atque interpretatio summo semper in honore fuit. pro Cec. 293 a, b, Qui ius ciuile contemnendum putat, is uincula reuellit non modo iudiciorum, sed etiam utilitatis vitæque communis, *& ibidem de Interpretibus iuris, iureque ciuili multa.* Off. 11 a, Quæ descripta sunt legibus & iure ciuili hæc ita teneãtur, vt sit constitutum. Ora. 210 a. Eloquentia primas tenuit semper urbanis pacatisque rebus, secundas iuris ciuilis scientia, cum in altera gratiæ, gloriæ, præsidij plurimum esset, in altera persecutionũ cautionumque præceptio. de Or. 101 a, Fontes omnium disputationum, qui iure ciuili & legibus continentur. & 107 b, Historiam dico, & prudentiam iuris publici. & 98 b, Atqui non defuit illis eloquẽtia, sed iuris ciuilis prudẽtia. pro Cos. 59 a, Leges de iure ciuili, ¶ *Aqua, siue liquor, in quo aliquid esculentum coctum sit.* Episto. 138 a, Te illic Atriano iure delectato ego me hic Hirciano. & 139 a. In ea cœna cocus meus præter ius feruens nihil potuit imitari. & 258 a, Ius enim tibi dandum non fuit, cum κακοστόμαχος esses. Tus. 247 a, Iure illo nigro, quod cœnæ caput erat.

☞ Syntaxis. *Ius & æquitas vincula ciuitatis. Ius constituere, statuere, vituperare, ad summam veritatem exigere. Summo iure cum aliquo agere. Certam obtinere ius. Dilator militia summum ius habens. Dare ius alicui. Id ius ratumque est. Ius respondere, de iure. Id non iure est. Ius dicere, æqualiterque. Ius postulare. Imperandi ius & potestas. Nihil mihi tecum est iuris. Obtinere suum ius. Abire de suo iure. Omnibus ius est beneficere. Habere ius compascendi compascuum agrum. Meo iure, & pro meo iure peto. Iura humana, ciuilia.*

IVSIVRANDVM, di: & iurisiurandi. *sacramentum, fides vel religio iurisiurandi, religio, fides.* Episto. 60 b, Magna uoce iuraui verissimum pulcherrimumque iusiurandum. de In. 52 a, Si auarus est, negligit iusiurandum. Offic. 73 a, Iusiurandum est affirmatio religiosa: quod autem affirmate quasi deo teste promiseris id tenendum est & 72 a, Conseruare iusiurandum. Att 83 b, Suauem habui recordationem clarissimi iurisiurandi. pro Cæl. 48 b, Lucceius socius vestræ religionis iurisque iurandi. pro Font. 280 a, Religio iurisiurandi ac metus deorum immortalium in testimonio dicendo. pro Cæl. 49 a, Ex qua domo recitatur vobis iureiurando deuincta autoritas, *id est, testimonium iurati hominis.* pro Qu. R. 51 b, Non enim ex pactione verborum, quibus iusiurandum comprehenditur, sed ex perfidia & malitia, per quam insidiæ tenduntur alicui, dij immortales hominibus irasci, & succensere solent. & ibid a, Abrogare fidem iurisiurandi cuipiam. Off. 71 b, Cuius princeps iusiurandum fuit, quod omnes scitis, solus neglexit fidem de Ar. 251 b, Fidem iusiurandumque negligere. ad Heren. 28 a, Non iusiurandum reliquisti? *aliter, contempsisti.* Offi. 73 a, Qui iusiurandum violat, is fidem violat. & ibi. O fides alma, apta pennis, & iusiurandum Iouis. Offic 74 b, Nullum vinculum adstringendam fidem iureiurando maiores arctius esse uoluerunt. & ibi. Iurauitque se illum interfecturum, nisi iusiurandum sibi dedisset, se patrem missum esse facturum. pro S. R. 35 a, ot libentius animis ad illius testimonium vestrum iusiurandum accommodetis. I. C. 112 a, Introducti Galli, iusiurandum sibi & literas à Lentulo ad suam gentem datas esse dixerunt. pro Flac. 149 a, Psephismata iureiurando constricta. de Legibus 172 b, Plurima firmantur iureiurando inter ipsos homines, dijs immortalibus interpositis tum iudicibus, tum testibus.

☞ Syntaxis. *Iusiurandum iurare pulcherrimum: clarissimum, verissimum. Iusiurandum relinquere.*

IVSSVM, si, *mandatum.*)(. *Vetitum.* pro S. Rosc. 29 a, Cum præsertim deorum immortalium iussis atque oraculis id fecisse dicantur. de Leg. 192 a, Senatori tria iussa sunt, vt adsit, ut loco dicat, ut modo. pro Cæcin. 303 b, Putasne, si populus iusserit, id iussum ratum atque firmum futurum? pro Dom. 228 b, Si id triginta curiæ iussissent, num id iussum esset ratum? de Legibus. 171 b, Hæc & alia iussa ac vetita populorum vim, &cæ. & 159 b, Iura & iussa populorum. & 171 b, Qui perniciosa & iniusta iussa populis descripserunt. pro Domo 240 b, Populi iussu. pro Cornelio 62 b, Gaditanos nullum Populi iussum habere. & 63 b, Cum Gaditanus scita ac iussa nostra comprobat.

IVSSVRVS, a, um. I. A. 175 b, Cæsar ostendit, se priusquam proficisceretur, Dolabellam consulum esse iussurum.

IVSSVS, sus. *imperium.* pro Pomp. 9 a, L. Lucullus vestro iussu coactus abijt. de Off. 63.

IVSTA, orum. *exequiæ, inferiæ.* pro Fl. 164 a, Iusta Catilinæ facta sunt. & de Leg. 181 a, pro S. R. 222, Hic miser luctu perditus, qui nondum etiam paterno funeri iusta soluerat. de Leg. 183 b, Sed videamus Platonem, qui iusta funerum reijcit ad interpretes religionum.

☞ Syntaxis. *Facere iusta alicui. Funeri soluere iusta.*

IVSTE. *iurè, rectè legitime* Att. 275 a, At inique, inique, facies. immò iustissime. Of. 3 b, Iuste & legitime imperare. in Sal. 272 b, Id vos, si forte offendimini, iustius huic, quàm mihi succensere debetis.

IVSTITIA, tiæ *æquitas, ius, fas, iustum.* de Inu. 82 a, Iustitia est habitus animi, communi utilitate conseruata, suam cuique tribuens dignitatem. de Nat. 67 a. Iustitia, quæ suum cuique distribuit. de Finibus 141 a, Iustitia in suo cuique tribuendo cernitur de Cl. 172 a, Antiqui faciles in suum cuique tribuendo de Fin. 140 b, Iustitia est affectio animi, suum cuique tribuens, & societatem coniunctionis humanæ munifice & æque tuens. Offic. 32 a, Ea virtus, quæ constat ex hominibus tuendis: id est, ex societate generis humani. ad Her. 16 b, Iustitia est æquitas, ius vnicuique tribuens pro dignitate cuiusque. Offic. 40 b, Iustitia. ex qua vna uirtute boni viri appellantur, mirifica quædam res multitudini uidetur, & 5 a, Iustitia, in qua uirtutis splendor est maximus, ex qua boni viri nominantur. & ibidem b, Fundamentum iustitiæ est fid. & 7 a, Fundamenta iustitiæ, primum vt ne cui noceatur, deinde communi utilitati seruiatur. & 20 a, Iustitiæ partes sunt, non uiolare homines. verecundiæ, non offendere. & 48 a, Fundamentum enim perpetuæ commendationis. & famæ est iustitia, sine qua nihil potest esse laudabile. & 57 b, Hęc uirtus omnium est domina & regina virtutem de Nat. deor. 1 b, Vna excellentissima virtus iustitia. de Oratore 140 b, In laude iustitiæ sunt fides & æquabilitas. Offic. 41 a, Iustitia ad rem gerendam necessaria est: cuius tanta vis est, vt nec illi quidem qui maleficio & scelere pascuntur. possint sine ulla particula iustitiæ viuere. & ibidem. Iustitiæ uis etiam latronum opes firmat atque auget & ibidem: Fruendæ iustitiæ causa uidentur olim bene morati reges constituti, ut ait Herodotus, Part. 237 a, Iustitiam acerbitas imitatur. & 236 b, In communi autem quæ posita pars est iustitia dicitur, eaque erga deos religio, erga parentes pietas, uolgò autem bonitas, creditis in rebus fides, in moderatione animaduertendi lenitas, amicitia in beneuolentia nominatur. de Finibus 140 b, De iustitia & eius partibus.

IVSTITIVM, tij. *iurisdictionis intermissio.* de Ar. 257 a, & pro Pl. 266 a, Iustitium edici. iurisdictionẽ intermitti, &c. *hu.* At. 67 b, Memmius fauere iustitio & omnium rerum licentiæ. I. A. 200 b, Iustitium indici, saga sumi dico oportere.

IVSTVS, a, um, tor, ssimus. *non iniustum, æquum, verus, meritus, debitus, legitimus.*)(. *Iniquus.* de Oratore 210 a, Quibus, si nihil aliud responderem, iusta esset excusatio. I C. 101 a, Vita multis supplicijs iustis debitisque erepta. Offic. 34 b, Honesta & iusta consilia.)(. *Fraus & malitia.* In Anton. 27 a, Aequa & iusta dicis. pro Sest. 27 a, Aristides, qui vnus omnium iustissimus fuisse traditur. pro Cæcinna 300 a, & Offic. 41 b, Iustus & bonus uir. Offic. 7 a, Iustus homo, isque quem bonum uirum dicimus. de Amicit. 110 a, Aliquis in amicitia parum iustus. pro Planc. 272 b, Liberalem in publicanos, iustum in socios fuisse. Offic. 9 a, Vti seruis ut mercenarijs ad operam exigendam & iusta præbenda. Tusculan. 207 a, Si se officio fungi putet iusto & debito. de Oratore 125 a, Oratione exprimere mores alicuius iustos, integros, religiosos, perferentes iniuriam. de Finibus 49 b, Vt propemodum iustioribus utamur illis, qui, &cæt. quam ijs, &c. Offic. 73 b, Cum iusto & legitimo hoste res gerebatur. de Prou. 78 b, Casum illum meum

suos,

funus reipu. fuisse, sed funus iustum & indictum. I P. 91 b, Iusta gloria est fructus veræ virtutis. de Leg. 171 b, Iustum & ius colere. de Clar. 194 a, Illa iusta eloquentia, quam dialecticam dilatam esse putant. de Le. 174 a Præter Ideæ matris famulos eosque iustis diebus, ne quis stipem cogito. de Arus. 248 a, Omnia solennia ac iusta ludorum omnibus rebus summa cum ceremonia sunt seruata. Att. 69 a, Deinde sine vlla mora cogitabam iusta itinera facere. Epi. 23 b, Iusta victoria. Tusc. 166 a, Iusta vxor.

☞ Syntaxis. *Iustum debitumq́. Æquum & iustum facere, dicere. Homo iustus. Iustum & ius colere. Solennia & iusta ludorum seruare. (Iusta & solennia, substantiua absolutè.)*

Ivtvrna, næ. *dea*. pro Clu. 38 b, Stalenus statuas posuit ad Iuturnæ, *idest, in Iuturnæ ade*.

Ivvans, tis de Na. 59 a, Quorum neminem, nisi iuuante Deo, talem fuisse credendum est. Epist. 105 a, Meque dijs iuuantibus ante brumam expectabis.

Ivvat. I. V. 202 b, Iuuat me, hæc præclara nomina sic concidisse. Q. F. 314 a, Te esse animo hilari, &c. valde me iuuat. Epi. 77 b, Iuuitq; me hoc tibi profuisse.

Ivvenilis, le. de Cl. 194 b, Iuuenilis quædam dicendi licentia. de Or. 206 b, Iuuenilis redundantia. & in Hor. Iuuenilis libido.

Ivveniliter a, *more iuuenum*. de Sene. 79 a, Fabius Maximus Annibalem iuueniliter exultantem patientia sua molliebat.

Ivvenis, nis. *adolescens* de Sen 33 b, Infirmitas puerorum est, ferocitas iuuenum. At. 159 a, Vellem suscepisses iuuenem regendum. de Or. 341 a, & Tuscu. 174 a, Iuuenes stare ad ianuam duos quosdam, qui eum magnopere euocarent. Off 42 a, & de Sen. 82 b, Iuuenis & adolescens idem.

Ivventas, tis. *Hebe dea*. Ora. 171 a, Ludis Iuuentatis, quos Salinator Senonensi prælio vouerat. de Na. 13 b, At poetæ quidem nectar, ambrosiam, epulas comparant, & aut Iuuentatem, aut Ganymedē pocula ministrantem. Tusc. 161 b, Nec Iuuentate pocula ministrante, lætari deos arbitror.

Ivventvs, tis *ætas florens*. pro Do 238 a, Imperia ascribebantur nouę Iuuentuti. I. V. 374 a, Mercurius iuuentutis custos & præses. de Sen. 80 a, Res quæ iuuentute geruntur & viribus. de Cl. 176 a, Legendus est hic orator, si quispiam alius, iuuentuti. pro Do. 232 b, Intuemini paulisper animis iuuentutem.

Ivvo, as. *adiuuo*. pro Mar. 131 b, Et certe in armis locorum opportunitas multum iuuat. de Na. 2 b, Sin autem dij neque possunt nos iuuare, nec volunt, quid, &c. Att. 364 b, Multum putes nos apud Plancū iuuare. & ibid Adiuuabis igitur. Off. 2 b, & 3 a, Res quibus & se possint iuuare, & suos. Tuscu. 155 a, Iuuare tueri conseruare homines. Ep. 176 a, Si omni studio Lamiā in petitione iuueris. de Fi. 63 b, Eruditio ad beatam vitā iuuat. Epi. 233 b, Iuuare atq; ornare aliquem quibuscunque rebus possis. pro Cor. 59 a, Qui nostros duces auxilio laboris, commeatus. periculo suo iuuerint. I. V. 246 a, Te igitur autore ne foro quidem & commeatu Mamertini Populum Romanum iuuare debuerunt.

¶ *Delecto*. de Fin. 67 a, Iuuare in corpore & in animo dicitur, ex eoq; iucundum.

Ivvor, ris. I. V. 101 a, Lex Cornelia proscriptum iuuari vetat.

¶ *Delector* Orat. 212 a, Consule aures, probabunt. quare, cur? ita dicent se iuuari.

☞ Syntaxis. *Iuuare, & ornare aliquem. Id iuuat ad, &c. Periculo suo, auxilio iuuare aliquem. Iuuantur aures, i. delectantur.*

Ixta, *non ferme, similiter*. Postq. 108 b, Qui me omnibus officijs iuxta ac si meus frater esset, sustentauit.

¶ *Propè, propter*. Cor. Nepos in vita Att. 172 b, Sepultus est iuxta viā Appiam ad V. lapidem.

K

K *Vix litera Latinorum dicenda, tamen scribunt aliqui*. Attico. 4 b, Ad VIII. Kal. Decemb. & Episto. 12 b, Ex Kalend. Ianuar. *aliter, Calendas. nam ad ταῦτα nobis litera est superuacanea, inquit Fabius Quint.*

L

L *Litera semiuocalis, in numeris valet quinquaginta*. Tria LLL. de Orat. 131 a, Omnibus in parietibus inscriptas fuisse literas, tria LLL. duo MM. hoc est, lacerat lacertum Largirij mordax Memmius. Lege M.

Labans, tis. pro Milo. 114 b, Rempu. ægram & labantem sanare & confirmare.

Labecvla, læ. In Vatin. 37 a, Miloni nonnullam laudatione tua labeculam aspergis.

Labefacio, cis. *labefacto*. pro Sest. 24 a, Quem nulla vnquam inuidia labefecit.

Labefactatvs, Epi. 69 a, Quæ cogitatio erat aliquantum labefactata atque conuulsa. pro Pomp. 7 b, Ruere illa non possunt, vt hæc nō eodem labefactata motu concidant.

Labefacto, as. *perfringo, dissoluo*. pro Cęc. 298 b, Is non homines lædit, sed leges ac iura labefactat. I. C. 123 b, Perfringere ac labefactare conspirationem bonorum. contra Rullum 88 a Labefactare & rescindere ab alijs constituta. pro Rom. Popu. 119 b, Labefactare dignitatem alicuius. Epist. 59 b, Labefactare aliquam societatem. Br. a 76 b, Hoc adolescentis præsidium equidem adhuc satis firmum confido, sed ita multi labefactant, vt ne moueatur, interdum extimescam. Acad. 45 a, Aristoteles ideas labefactauit. Epi. 198 b, Nec verò postea destiti labefactare eum, qui, &c. pro Cl. 58 b, Quorum fidem precio labefactare conata sit.

Labefactor, ris. de Finibus 58 a, Ne inuidia verbi labefactetur oratio mea. pro Quin. Rab. 46 a, Cæteri cum ad iudicem causam labefactari animaduertunt, ad arbitrium confugiunt. pro Milon. 108 a, Itaque Milonis consulatus, qui viuo Clodio labefactari non poterat, mortuo denique tentari cœptus est. pro Dom. 218 a, Iisdem machinis sperant me posse labefactarī, quibus antea stantem pertulerunt.

Labefactvs, a, um. *labefactus*. de Aruspic. 258 a, Hæc iam labefacta, &cęt.

☞ Syntaxis. *Perfringere ac labefactare iura, leges, coniurationem, societatem. Inimicum percellere & machinis labefactare.*

Labellvm, li *paruum labium*. de Di. 97 a, Platoni paruulo dormienti apes in labellis consederunt.

¶ *Vas*. de Leg. 183 b, Super terræ tumulum voluit quid statui, nisi columellam, aut mensam, aut labellum.

Labens, tis Brut. 189 a, Ferre præsidium labenti atque inclinatæ reipu. R. P. 119 b, Labentem excipere. I. A. 170 a, Cum labenté & prope cadentem rempu. fulcire cuperetis.

Laberivs, rij. *poeta mimicus fanè mordax*. Epi. 101 a,

Labes, bis. *ignominia, macula, ruina*. In Vat. 33 a, Ne qua ex tua summa in dignitate labes illius dignitati aspergatur. de Legibus 174 b, Animi labes nec diuturnitate vanescere, nec vllis manibus elui potest. Par. 120 a, In quamcunque domum stuprum intulerit, eandem labem esse libidinis. pro Sest. 7 a, Habeo quem opponam labi illi atque cœno. & 8 b, Cœnum illud ac labes. pro Cęl. 46 b, Ne probrum castis, labes integris, infamia bonis inferatur. de Ami. 104 a, Videtis in tabella, quanta iam facta sit labes. pro Dom. 233 b, Hanc labem turpitudinis & inconstantiæ poterit Populi Romani dignitas sustinere? pro Rab. 96 a, Labes ignominiaque mortis. pro Dom. 224 a, Labes atque eluuies ciuitatis. I. V. 67 a, Labes atque pernicies prouinciæ. pro Flac. 151 a, Vtrum hic tandem disceptationem & cognitionem veritatis, an innocentiæ labem aliquam, vt ruinam fore putatis?

¶ *Est etiam terræ hiatus, eluuies*. de Dom. 96 b, Multis locis labes facta est, terræque desederunt. & 100 b, Delata etiam ad senatum labes agri Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra desedisset.

☞ Syntaxis. *Aspergere labem alicui. Cœnum ac labes. Turpitudinis labes. Labes & eluuies. Labes & pernicies. Labes & ruina innocentia.*

Labicanvm, *locus*. de Off. 125.

Labicanvs, na. pro Cn. Pl. 263 b, Labicana vicinitas.

Labici, *populi*. cont. Rul. 85 b,

Labo, *vacillo, nuto* At. 132 a, Scito labare meum consilium illud, quod iam satis fixum videbatur. I. A. 207 a, Cum ei labare M. Antonius videretur. de Fin. 105 b, Quid non sic ex alio nectitur, vt non si vllam literam moueris, labent omnia.

Labor, eris, lapsus, sum. *prolabor, delabor, inclino* de Fat. 141 b, Naufragum illum in riuo esse lapsum. de Dom. 153 a, Contrahi autem animum Zeno, & quasi labi putat atque concidere, & ipsum esse dormire. Ac. 44 a, Continenter labuntur & fluunt omnia. de Vn. 201 a, Sidera quæ vaga & mutabili ratione labuntur.

Nam non longinquum spacium labens deuertum.

Par. 119 b, Lapsa est libido in muliere ignota. Atti. 57 b, Neq; mihi licet labi ad eos, qui mihi non desinunt inuidere. Academ. 35 a, Vos, autem mihi veremini, ne labar ad opinionem. de Legibus 177 b, Quarum mores lapsi ad molliciem pariter sunt immutati cum cantibus. de Amic. 104 b, Serpit enim deinde res, quæ procliuis ad perniciem, cum semel cœpit, labitur. Tusculan. 118 a, Incitatique semel in procliue labuntur. de Leg. 166 b, Quum labebar longius, nisi me retinuissem de Diuina. 125 a, Sed labor longius, ad propositum reuertar. de Ar. 258 a, Vt aliquis lapsus de cœlo cœtus hominum adeat. Orato. 215 b, Breuitate & celeritate syllabarum verba celerius labuntur. & ibidem a, Circuitus incitatior numero ipso fertur, & labitur, quoad perueniat ad finem. Orato. 197 b, Cætera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutius esse vno & eodem statu.

¶ *Erro, fallor, decipior*. de Cla. 181 a, Labi & cadere in aliqua re. Offic. 4 b, Labi autem errare, nescire, & decipi, & malum & turpe dicimus. Q. F. 328 b, Tenes vero, lapsus est per errorem. contra Rul. 67 b, Aliqua in re non consilio, sed casu lapsum esse. I. A. 212 b, Si consilio lapsi erimus Off. 34 b, In quo verbo lapsa consuetudo deflexit de uia. de Nat. 7 b, & pro Rab. 65 b, Empedocles in deorū opinione turpissime labitur. de Ora. 98 b, Aliquem in minimis tenuissimisq; rebus labi. At. 198 b, Qua in re ne labar, q̄so prouidere. de Cla. 187 b, Non puto ęastimare te ambitione me labi, quippe de mortuis. Ep. 21 a, Nunquam labere, si te audies I A. 247 b, Talis igitur & vir & ciuis opinione labi potest. & 225 a, Non te inopia verbi lapsum putarem, nisi, &c.

☞ Syntaxis. *Labi, & concedere, Labi & fluere. Ad opinionem labi Labi & cadere in aliqua re. Consilio labi. Labi, errare, nescire, decipi. Ambitione labi.*

Labor, oris. *Affectio, labor, corporis, contentio animi, opus, vigilia, sudor assiduitas.* ° elaboratio, Industria, pertinax studium. Tus. 182 a,

intereſt aliquid inter laborem, & dolorem: ſunt finitima omnino, ſed tamen differt aliquid. Labor eſt functio quædam vel animi vel corporis, grauioris operis & muneris: dolor autem motus aſper in corpore a ſenſibus alienus. *& ibidem præclara multa de labore & dolore.* pro Cęl. 45 b, Si quis omnem vitæ ſuæ curſum in labore corporis atque in animi contentione conficeret. pro Pomp. 9, Labor in negocijs, fortitudo in periculis. pro Mur. 133 a, Nunquam iſte miles plus laboris impoſuit, quàm ſibi ſumpſit. de Orato. 97 a, Eſt enim magni laboris, quem plerique fugimus. de Op. 244 a, Suſcepi laborem vtilem ſtudioſis, mihi ipſi non neceſſarium. pro Arch. 101 a, Quid eſt, quòd tantis nos in laboribus exerceamus. & ibid. Nec tantis ſe in laboribus frangeret. Anteq. 194 b, Quoniam pro cunctis laborem ferre conſueui. de Sen. 94 a, Ociosam ætatem & quietam ſine vllo labore & contentione traducere. de Vniu. 201 b, Hæc ſi verbis explicare conemur, earum rerum fruſtra ſuſcipiatur labor. Orat. 210 b, Nam eſſet cum infinitus, tum puerilis labor. & 207 b, Quem laborem nobis leuauit Attici noſtri labor. pro Font. 276 b, Multo ſudore ac labore facere aliquid. de Orat. 110 a, Leuandi laboris cauſa poſſim vocare. Anteq. 193 a, Suſtinere magnum laborem. de Inuen. 76 b, Inſumere magnum laborem ac ſumptum in aliquam rem. I. V. 199 a, Impendere laborem ac ſumptum in aliquam rem. I. V. 199 a, Impendere laborem ac ſumptum ad incertum caſum. de Ora. 105 a, Conſumere multum operæ ac laboris in aliqua arte. Att. 15 a, Laborem propter ambitionem ſuſtinebam. Epi. 9 a, Perfunctus ſum maximis laboribus. Ac. 27 a b, Labor exantlatus ab Hercule. de Cl. 187 a, Excipere magnos labores.

☞ Syntaxis. *Suſcipere labores. Exercere ſe labore. In labore ſe frangere. Ferre laborem. Sine labore & contentione viuere. Multo ſudore & labore facere. Suſtinere magnum laborem, & inſumere, impendere, conſumere, exantlare, excipere. Laboribus perfungi.*

LABORANS, tis. *afflictus, calamitoſus.* pro Plan. 277 a, Ego miſeris & laborantibus nihil negare poſſum.

LABORATVS, ta, tum. At. 205 a, Habeo munus a te laboratum decem legatorum, *aliter elaboratum, & rectius.* pro Cœl. 48 b, Hæc mihi fructum aliquem afferre potuiſſent, cum a me ipſo laborata proferri viderentur.

LABORIOSIVS, pro Q. R. 50 a, Quo quiſque eſt ingenioſior, hoc docet iracundius & laborioſius.

LABORIOSVS, a, um, ſius. *durus, induſtrius.* Tuſcu. 181 b, Induſtrios homines, Græci ſtudioſos, vel potius amantes doloris appellant: nos commodius laborioſos. I. A. 232 a, Qui magnos dolores perferunt, hos nō miſeros, ſed laborioſos ſolemus dicere. pro Mil. 102 a, Quid enim nobis duobus laborioſius, quid magis ſolicitum, magis exercitum dici aut fingi poteſt? pro Cęl. 37 b, Vos laborioſos exiſtimes quibus ocioſis ne in communi quidem ocio liceat eſſe.

¶ *Moleſtus, difficilis.* de Legib. 187 b, Nihil laborioſius moleſtiuſque prouincia. Attic. 90 b, Hæc mihi nondum laborioſa ex illa vetere militia.

☞ Syntaxis. *Induſtrium dicimus laborioſum. Laborioſum & moleſtum. Nihil Caſ. laborioſius.*

LABORANDVM. pro Mur. 133 a, Quibus incommodo valetudinis laborandum eſt. Ora. 204 b, Homo de re magis quam de verbis laborans.

LABORANS, tis. Off. 47 a, Diſertus homo & facile laborans, multorúmq; cauſas & non grauate & gratuito defendens.

LABORO, as. *elaboro, contendo, laborem ſuſcipio, opus facio, multum opera pono vel confero in aliquam rem, in aliquo re multum operæ ſtudijque pono, in aliquo labore me exerceo, & magnis me laboribus frango, impenſa laboris ago in aliquem, operando.* Tuſcu. 182 b, Aliud eſt dolere, aliud laborare, cum varices ſecabantur C. Mario, dolebat, cum æſtu magno ducebat agmen, laborabat. Eſt inter hæc quædam tamen ſimilitudo. Conſuetudo enim laborum perpeſſionem dolorum efficit faciliorem, *& ibi de hac re pulchra.* de Sen. 81 b, Sed ijdem laborent in eis, quæ ſciunt nihil ad ſe pertinere. I. A. 197 b, Sed ne familiares, ſi ſcuta ipſi ferrent, laborarent. de Na. 72 a, In enodandis nominibus, quod mirandum ſit laborans. de Cla. 167 a, In quo non modo deficere, ſed etiam laborare turpe eſt. Attic. 66 a, Ad quid laboramus res Romanas? & 206 b, Quo etiam magis laboro idem quod tu. Q. F. 311 a, Quod ego non nimium laboro, etiam ſi minus aſſequar quod volo. pro Syll. 170 b, Vos enim tum nihil laborabatis, nihil ſuſpicabimini? aut quid egi? aut in quo euigilauerunt curæ & cogitationes meæ? niſi vt, &c. I. V. 174 b, Illi intelligebant ſeſe Verri ferere impendere laborare.

¶ *Curo, ſum ſolicitus.* de Diuinatione 90 b, Quid iſtic fiat, non laboro. Epiſtol. 36 a, Hoc aſſequere, vt in quam partem accipias, minus laborem. & 145 b, intellexi enim te laborare, vt ad me tuæ expectatiſſimæ literæ perferantur. Cęl. Epiſtol. 119 b. Hoc vehementius laboro nunc, quod puto, &cęt. Epiſto. 75 b, Sic me & liberalitatis fructu priuas, & (quod minime tamen laboro) mediocris etiam prudentiæ. Epiſtol. 110 a, Nam de iudicijs, quod quæris, multo laboro minus: trahantur per me pedibus omnes rei, ſit vel Selius tam eloquens, vt poſſit probare ſe liberum, non laboro. & 54 b, At erat tuæ virtutis in minimis tuas res ponere, de republica vehementius laborare. Quinct. Frat. 320 b, De filij tui eruditione quod labores nihil eſt. pro Quinct. 12 b, Qui nunc vt tu vincas, tantopere laborant. pro Cęcin. 285 b, De quibus antea laborabam, nunc ſum animo æquiſſimo. I. V. 215 a, De cęteris non laboro. de Inuent. 72 a, Non laborare de aliquo. Epiſto. 44 b, Laboro, quomodo ea tuear, quæ mihi tuenda ſunt. Attico. 142 a, Non mediocriter laboro, vt poſſis, &c. I. V. 213 b, Non laborabat, quàm male audiret. & 170 a, Non laborabat, ſi eſſet moriturus. & 176 a, Si ſocijs proſpicere non laboratis. & 174 b, Si quemadmodum ſocij a magiſtratibus tractentur non laboratis. pro Fla. 148 a, Græci nunquam laborant, quemadmodum probent quod dicunt, ſed quemadmodum ſe explicent dicēdo. de Or. 127 b, Laborare bonis viris. pro De. 151 a, Laborare amici cauſa. Epi. 47 a, Miror te non tuis bonis delectari potius, quàm alienis malis laborare. de Fi. 91 a, Laboro autem non ſine cauſa. Epi. 3 a, Si eſſet in ijs fides, in quibus ſumma eſſe debebat, non laboraremus. Att. 210 a, De fama nihil ſane laboro. & 114 b, Nec de me laboro, de pueris quid agam non habeo. pro Q. 7 b, Non id ago neque in eo nunc laboro. Att. 210 b, Sed hęc hactenus vt videar, περὶ μικρὰ σπουδάζειν.

¶ *Afficior, vexor, relatum ad morbos.* pro S. R. 44 a, Ex quibus reſp. maxime laborat, ijs maxime mederi conuenit. At. 100 a, Significant tuæ literę te prorſus laborare. pro S. Roſ. 43 b, Quod ſi omnes facerēt, & reſp. ex illis, & ipſi ex inuidia minus laborarēt. Att. 71 b, Vtpote cum ſine febri laboraſſem. de Fi. 61 a, Nec verò quiſquā ſtultus non horum morborum aliquo laborat. Epi. 107 a, Cum iam decimū diem grauiter ex inteſtinis laborarem. Epi. 141 a, Ceparius dixit te in lecto eſſe, quòd ex pedibus laborares. Tuſ. 188 a, Ex renibus laborare. & ibid. Cum audiuiſſet eum grauiter eſſe ægrum, quod vehementer eius artus laborarent. Epi. 260 a, Non ignoro, quantum ea deſiderio labores: ſed erunt omnia faciliora, ſi valebis. pro Cl. 60 a, Ea ſatis diu ex inuidia laborauit. de Inu. 62 a, Aliquanto ex inſcitia leuius laborarent. pro S. R. 44 b, Populus Romanus, qui quondam in hoſtes leniſſimus exiſtimabatur, hoc tempore domeſtica crudelitate laborat. Att. 278 b, Nec externis hoſtibus magis quàm domeſticis laboramus.

LABORO, aris. Epi. 45 a, Hæc mihi ampliora multo ſunt, quam illa ipſa propter quæ hæc laborantur.

LABRVM, bri. *oris humani extrema labra ſunt.* de Na. 6 a, Hunc cenſes primis, vt dicitur, labris guſtaſſe phyſiologiam? de Orato. 92 a, Quæ illi Rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt. de Orat. 155 b, Pericles in cuius labris leporem habitaſſe ſcriunt. de Diuina. 122 a, Apes, quas dixiſti in Platonis pueri labris conſediſſe. pro Cęl. 43 a, Aliquid primoribus labris guſtare, & extremis, vt dicunt, digitis attigiſſe.

¶ *Vas, ad formam oris humani & labrorum factum.* Ep. 239 b, Labrum ſi in balneo non eſt, fac vt ſit.

LABRON, onis. *oppidum.* Qu. F. 130 a, Vt aut Piſis aut Labrone conſcenderet.

LAC, ctis. *res vitalis.* de Senec. 69 a, Villa abundat lacte, caſeo, melle. de Natu. 51 b, In ijs animantibus quæ lacte aluntur, omnis fere cibus matrum lacteſcere incipit. Tuſcu. 190 b, Vt pene cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur. de Diu. 100 a, Quondam lactis imber effluxit.

LACENA, *mulier.* Tuſ. 170 b, & 182.

LACEDEMON, onis. *Sparta vrbs.* de Leg. 177 b, Lacedęmon illa ſeuera neruos iuſſit, quòd plures quàm ſeptem haberet, in Timothæi fidibus inde demi. & li. 3, Lacedęmone Ephori non ſine cauſa a Theopompo oppoſiti ſunt regibus.

LACEDAEMONII, orum. *Spartiatæ, Lacones.* Tuſ. q. lib. 1, Lacedæmonij cuiuſdam conſtantia in morte contemnenda. 23, Famil. Lacedæmonij ſua maiorumque ſuorum authoritate ſatis commendati fidei tuæ. de Diu. li. 2, Lacedæmonij regibus ſuis augurem aſſeſſorem dederunt. Tuſc. q. li. 1, Lacedęmonij alacri animo in Thermopylis occiderunt. de Diu li. 1, Lacedæmonij de rebus maioribus ſemper aut Delphis oraculum, aut de Ammone, aut a Dodone petebant. Tuſcu quæſt. li. 5, Lacedęmonij, Philippo minitanti per literas ſe omnia quæ conarentur, prohibiturum, quæſiuerunt. Num ſe eſſet etiā mori prohibiturus? Diu. li. 1, Lacedęmonij ſenibus (ſic enim conſilium publicum appellant) augurem intereſſe voluerunt. Tuſ. q. li. 1, Lacedęmoniorum gens fortis fuit, dum Lycurgi leges vigebant. pro Fl. Lacedęmoniorum laus. pro Mur. Lacedęmoniorum mores. Off. 1. Lacedęmoniorum omnis mos inflammatus cupiditate vincendi. pro Fl. 159 a, Lacedęmoniorum ſpectata & nobilitata virtus. Di. lib. 1, Lacedęmonijs Leuctricæ pugnæ calamitas multis ſignis ante denunciata eſt. Diu. lib. 1, Lacedemonijs cuiuſmodi ſignificatio facta ſit, paulo ante Leuctricam calamitatem. Cat. Apud Lacedęmonios quidem ij qui ampliſſimum magiſtratum gerunt, vt ſunt, ſic ēt appellabantur, ſenes. Diu li. 1, Lacedęmonijs qui prȩerant, non contenti vigilantibus curis, in Paſiphęo fano ſomniandi cauſa excubāt, quod vera quietis oracula ducebant.

LACERANDVS, a, um. pro Q. 9 a, Ad reliquias vitæ lacerandas & diſtrahendas.

LACERATIO, onis. *laniatus.* I. P. 88 b, Magna lætitia afficiebar ex corporis tui laceratione. Tuſ. 204 a, Muliebres lacerationes genarum.

LACERATVS, a, um. *deſtructus, diſſipatus.* I. A. 231 b, Reliquum corpus tractum & laceratum abiecit in mare.

LACERNA, næ. *penula veſtis.* I. A. 175 a, Rhodius cum calceis & toga, nullis nec caligis, nec lacerna.

LACERO, as. *concerpo, abrumpo, conſcindo, diſcindo, carpo, dilacero, dilanio.* Att. 42 a, Meus me mæror lacerat & conficit. Tuſcu. 196 b, Aegritudo lacerat, exeſt animum planeque conficit. I. A. 179 b, Hæc te lacerat, hæc cruentat oratio. Offi. 12 a, Qui lacerarunt omni ſcelere patriam. Poſtquam 204 b, Lacerare rempublicam. de Leg. 178 b, Obtrectatio inuidiæ, quæ ſolet lacerare pleroſq;. de Or. 132 a, Lacerat lacertū Largij mordax Memmius. I. A. 231 a, Verborū contumelijs aliquem,

aliquem lacerare pro Do 225 a, Vxor mea, quam vexauistis, raptauistis, omni crudelitate lacerauistis.

LACEROR, ris pro Mil. 118 b, Mortem alicuius lacerari.

☞ Syntaxis. *Vota reliquum lacerare ac distrahere. Tractum & laceratum corpus. Mæror, ægritudo lacerat & conficit. Lacerare, & cruentare aliquem oratione.*

LACERTA, tæ. *serpentis genus.* Att. 26 a, Tempestates non sunt ad lacertas capiendas idoneæ. de Diuina. 125 a, Qui magis anguibus quàm lacertis?

LACERTOSVS, a, um. *robustus, neruosus.* I. A. 219 a, Saxa cēturio pugnax & lacertosus.

LACERTVS, ti. *brachium a cubito ad manum: vires, nerui.* Tusculan. 179 b, O pectora, o terga, o lacertorū tori. & 182 b, Humeri, lacerti, manus. de Senect. 82 b, Athletæ senis lacerti mortui sunt. & ibidem. Milo ex lateribus & lacertis suis nobilitatus est. de Orato. 106, & 131 a, A mentatas hastas ab aliquo accipere, & eas oratorijs lacertis viribusque torquere.

¶ *Vis, neruus, robur, pondus, grauitas.* de Cla. 170 a, Quanquam in Lysia sunt sæpe lacerti, sic vt fieri nihil possit valentius.

LACESSENDVS, a, um. de. pro Pomp. 82 a, b, Nationes quas nunquam Populus Romanus neq; lacessendas bello, neq; tentandas putauit. Epist. 150 a. Procax in lacessendo.

LACESSITVS, a, um. *irritatus.* Att. 72 a, Quibus Epistolis sum abs te lacessitus ad scribendum. de Orat. 130 a Videmur quieturi fuisse, nisi essemus lacessiti. & ibidem. Omnino probabiliora sunt quæ lacessiti dicimus, quam quæ priores. de Orato. 86 b, Arma, quibus vel tectus ipse esse possis, vel prouocare improbos, vel te vlcisci lacessitus.

LACESSO, sis. *prouoco, irrito, tento.* Epist. 38 b, Hos ego sermones lacessiui nunquam, sed non valde repressi. pro Mil. 118 a, Vi irritare, ferroque lacessere aliquem Epi. 169 a, & pro Dom. 216 b, Nos te Antoni nulla lacessiuimus iniuria. I. A. 160 b, Tu ne verbo quidem violatus vltro maledictis me lacessisti. I. P. 91 a, Responsione me inimica homo promptissimus lacessiuit.

¶ *Inuito amice.* Epi. 210 a, Non enim te Epistolis, sed voluminibus lacesserem. Epi. 196 a, & de Orat. 86 b, Sic igitur facies, meque amabis, & scripto aliquo lacesses: ego enim respondere facilius possum quàm prouocare.

LACESSOR, ris. *prouocor.* de Orato. 136 b, Testis sæpe non lædit, nisi lacessatur.

LACIADAS, æ. Offi. 46 b, Cimon Atheniensis instituit, vt omnia præberentur, quicunque Laciades in villam suam diuertisset. L. HOSPITALIS.

☞ Syntaxis. *Lacessere & irritare bello. In lacessendo procax. Ad scribendum lacessitus. Sermones lacessere aliquos. Maledictis lacessere.*

LACINIA, niæ. *pars vestis extrema & laxior.* de Orat. 153 a. Illud alterū genus obtinent, id ipsumque lacinia. Ep. 265 a, In lacinia seruam ex mensa secunda femina.

LACINIVS, a. de Diu. 90. Iuno Lacinia.

LACON, nis. *Lacedæmonius.* Tuscu. 238 a, & 172 b,

Consilio nostro laus est attonsa Laconum.

LACONICVM, ci. *vaporarium.* Att. 60 b, Nostrum ambulationem & Laconicum cum poteris, inuisas.

LACONISMVS, mi. *breuis loquentia.* Epist. 179 a, Breuitatem secutus sum te magistro. & ibid. Sed, quid ago? non imitor λακωνισμὸν tuum, altera iam pagella procedit.

LACHRYMA, mæ. Part. 234 b, Cito arescit lachryma, præsertim in alienis malis. de Inu. 62 a, Lachryma nihil citius arescit, vt dicit rhetor Apollonius. I. Ver. 271 a, Paulo ante lachrymas non tenebamus. de Som. 127 b, Equidem vim lachrymarum profudit. pro Font. 284 a, Lachrymas profundo. pro Planc. 271 a, Lachrymæ, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. in A. 172 b, Miserum, consumptis lachrymis tamen infixus animo hæret dolor. Tusc. 155 b, Si se lamentis muliebriter lachrymisque dedet. Epist. 70 b, Tradere se lachrymis ac tristitiæ. de Sen. 92 a.

Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu.
Faxit cur? volito viuus per ora virum.

☞ Syntaxis. *Lachrymas tenere. Lachrymis se dare, dedere, tradere, fundere, effundere lachrymarum vim.*

LACHRYMANS, tis. pro Sest. 28 a, Video hunc oculis lachrymantibus me intuentem.

LACHRYMO, as. *lachrymas effundo vel profundo, illachrymo.* Artic. 246 b, Te vt a me discesseris, lachrymasse moleste ferebam. Tusculan. 168 b, At Callimachus multo sæpius lachrymasse Priamum, quàm Troilum.

LACHRYMOR, aris. *act. lachrymo.* in Verr. 260 a, Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus? quis tam inhumanus præter te unum qui nō illorum ætate, nobilitate, miseria commoueretur? ecquis fuit, qui non lachrymaretur?

LACHRYMOSVS, a. in Arato.

LACHRYMVLA, læ. pro Pl. 275 b, Non modò lachrymulam, sed multas lachrymas videre potuisti.

LACTANS, tis. *lac fugens.* de Le. 175 b, Hostia lactens, &c. I. C. 115 a, Romulus, quem inauratum in Capitolio paruum atque lactantem vberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. de Diuinat. 118 a, Romulus lactens fulmine ictus. & 126 a, Puer lactens in gremio matris mā mam appetens.

LACTESCO, scis. *in lac cōuertor, vel lacte impleor.* de N. 51 b. & 52 a, In ijs animantibus, quæ lacte aluntur, omnis fere cibus lactescere incipit.

LACTEVS, circulus. *candens circus.* de Somn. 123 a, Circulus lacteus splendidissimo candore inter flammas elucens. & *ibidem de eo multa.* in Arato.

Vidisti magnum candentem serpere circum,
Lacteus hic nomen fulgens candore notatur.

LACVNA, næ. *fossa, indigentia, inopia, vacuitas.* I. V. 130 a, Dederunt operam, vt illam lacunam rei familiaris explerent. Att. 187 b, Vide, ne qua lacuna sit in auro: *id est, fraus.* * ad Herenn. 27 a, Neptuniæ lacunæ.]

LACVNAR, aris. *trabs, seu triclinij superior pars.* Tusc. 240 a, Gladium è lacunari seta equina appensum demitti iussit.

LACVNOSVS, a, um. *quod lacunas habet.* de Vn. 198 a, Mundus nihil habet eminens, nihil lacunosum.

LACVS, cus. I. V 225 a, Circa Ennam lacus lucique sunt plurimi. & 284 b, Deæ, quæ illos Ennenses lacus lucosque colitis. de Diu. 100 b, Cū lacus Albanus præter modum creuisset. pro Milo. 115 b, Lacus Prenestius. Tusculan. 155 a, Inde in uicinia nostra Auerni lacus. pro S. Ro. Lacus Curtius.

¶ *Item vas, à quo mustum expressum fluit.* de Cl 191 b, Noua ista quasi de musto & lacu feruida oratio fugienda est.

LÆDO, dis. *offendo, aliquid mali alicui infero, violo, iniuriam facio.* pro Cecinna 289 a, Non minus nos stultitia illius subleuat, quàm lædit improbitas. de Orato. 136 b, Sæpe testis non lædit nisi lacessitus. pro Muræn. 145 a, Is inuitus neminem læsit pro Sext. Rosc 37 a, Qui fidem lædit, oppugnat omnium commune præsidium. Epist. 6 a, Quos tu reipublicæ causa læseras. in Ver. 148 a, Qui alterum nulla priuatim læsi iniuria, in iudicium vocant. Epist. 59 a, Nec absentem me ludibrio læsum iri.

LÆNA, næ. *vestis auguralis, amiculum.* de Cl. 169 b, Cum M. Pompilius sacrificium publicum cum læna faceret. *hu.* L. AVICIO.

LÆSIO, onis. *oratorum quoddam ornamentum.* de Or. 162 a.

LÆSVS, a, um. *offensus.* de Or. 137 a, Si læsus efferare iracundia.

LÆTABILIS, le. *lætandum, lætitia dignum.* Tuscu. 158 b, Quod ut ita sit, quid habet ista res aut lætabile, aut gloriosum? & 217 a, Cui nihil nimis lætabile ad efferendum videri potest.

LÆTE. *hilarè.* in Anton. 222 a, Is auctorem Senatus lætè atque insolenter tulit.

LÆTANS, tis. *lætus.* pro Cl. 23 a, Cassia lætanti iam animo & spe optima confirmata, nubit Oppianico.

LÆTIFICO, as. *lætitiam affero, lætitia afficio.* de N. 46 b, Accessus solis lætificat terram, vt cum cœlo hilarata videatur. & 52 b, Indus non aqua solum agros lætificat, sed eos etiam conserit.

LÆTIFICVS, a, um. Tusc. 162 b, Vites lætificæ non intermittunt pampinis pubescere. Poetæ.

LÆTITIA, tiæ. *lætitia, voluptas, alacritas, gaudium, hilaritas.* Tuscu. libro 4, Lætitia, opinio recens boni præsentis, in quo efferri rectum esse videatur. de Orato. 101 a, Perciperetis etiam illam ex cognitione iuris lætitiam & voluptatem, quod, &c Att. 227 b, Lætitiam apertissime tulimus omnes. de Orato. 106 a, Itaque hilaritatis plenum iudicium ac lætitiæ fuit. & 115 a, Iudex tum ad tristitiam, tum ad lætitiam est contorquendus. Brut. 91 a, Quæ lætitia Senatus, quæ alacritas erat. pro Planc. 281 a, Nolite iudices inimicis meis dare lætitiam. Artic. 227 a, Dare lætitiam alicui pro Mil. 116 b, Milo maxima lætitia Populum Romanum affecit. de Finibus 54 a, Recta & honesta quæ sint, ea facere ipsa per se lætitiam, idest voluptatem. Epist. 23 a, Comitia ista præclara, quæ me lætitia extulerunt. & Attico 224 b, Exultant lætitia in municipijs. Epist. 22 b, Repente vero incessionibus lætitijs. I. A. 285 b, Lætitiæ risus satis est maximæ præclarissimæque pugnæ. Att. 230 b, Capere lætitiam oculis. pro Milo. 120 b, Lætitia de interitu P. Clodij I. Catil. 102 b, Hic tu qua lætitia perfruere? quibus gaudijs exultabis? quanta in voluptate bacchabere? Postquam. 198 a, Incredibili, qua nunc vestro beneficio fruor, lætitiæ voluptate cariussem. de Diu. 120 a, Galli victores alacritate & quasi lætitia ad canendum excitantur. in Anton. 164 b, Quid ergo, in tanta lætitia cunctæ ciuitatis, me vnum tristem esse oportebat? pro Deiot. 145 b, Aliquis lætitia elatus. * Tuscu. 211 b, Lætitia vt adepta iam aliquid concupitum effertur, & gestit.]

☞ Syntaxis. *Lætitiam percipere, ferre: id est, accipere. Contorquendus iudex ad lætitiam. Efferre aliquem lætitia. Lætitia exultare. Incessionibus lætitijs. Lætitiam capere. Lætitia elatus.*

LÆTOR, ris. *exulto, triumpho, lætitia efferor, omnibus lætitijs incedo, lætè fero, lætitiam capio, lætitiam apertè fero.* I. Verr. 260 a, Lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas. pro Sext. Ros. 41 a, Hæc perfecta esse gaudeo, vehementerque lætor. pro Pomp. 4 a, Illud in primis mihi lætandum esse iure video. Epistol. 7 b, Minime miror te tuis præclaris operibus lætari. ad Br. 91 b, De Cassio lætor, & reipub gratulor. pro Mar. 136 a, Lætor de hac re. I. A. 232 a, Deinde ea libidinum turpitudo, vt in hoc sit semper lætatus.

☞ Syntaxis. *Pace, in, de pace lætari. Illud lætandum est.*

LÆTVS, a, um: tior, ssimus. *lætanti animo, bono animo, alacri, & erecto animo, alacer, hilaris.* pro Fon. 280 b, Hi contrà vagantur læti atque erecti passim toto foro. pro Mur. 136 a, Catilina interea alacer atque lætus. de Fi. 71 b, Ille Cæcilianus, qui oib. lætitijs lætū esse se narrat. pro Sest. 3 a, Aliquem alacrem atq; lætum uisitare. I. V. 69 b, Lætus atque alacer.)(*Humilis & demissus.* At. 123 b, Læto vultu gratulari. de Or. 157 a, Lætæ segetes. de N. 57 b, Vbertate & lætissimi fructus uniū. de Sen. 88 a, Vua quid potest esse tum fructu lætius? tum aspectu pulchrius?

☞ Syntaxis. *Lætus, & erectus. Alacer & lætus, Omnibus lætitijs lætus. Lætus vultus, segetes, fructus. Vua fructu vel lætius. id est, in fructibus, &c. fructibus.*

LÆVVS,

Laevus, a, um. *sinister*. de Di. 82 b, Iupiter cornicem à lęua, coruum à dextra canere iussit. Aca. 12 b, Diana facem iacit à læna. & 36 b, Lęua manus de Vn 203 b, Ad lænam.

Lagena, næ. *vas vinarium ad ferendum habile*. Ep. 166 a, Mater nostra quę lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse, quæ furtim essent exsiccatæ.

Lagvncvla, læ. *lagena parua*. At. 89 b, In his inuentæ sunt quinque la gunculæ matronarum.

Lambo, bis. in Ver. 153 b, Hi canes, quos tribunal meum vides lambere. & Hur. 29.

Lamentabilis, lę. *queribundus*. de Leg. 183 a, Sumptuosa funera & la
• mentabilia. Tusculan. 181 b, Lamentabilis voce deplorans. * Tuscu. 187 b, Gemitus lamentabilis.]

Lamentandvm. I C. 119, Vt nemo ne ad deplorandum quidem Reipubl. nomen atque ad lamentandam tanti Imperij calamitatem relinqueretur.

Lamentans, tis. de Orato. 16 a, Matrem ne vt miseram lamentantem que videam?

Lamentatio, onis. *querimonia, questus lessus*. Tusculan. 154 b, Lugubris lamentatio fletusque mœrens. & 255 a, Lamentatio est ęgritudo cum eiulatu. I. V. 110 b, & I. C. 120 b, Fletus mulierum, & lamentationes fieri solitas pro his rebus Orato. 209 a, Plangore & lamentatione compleui forum de Inuent. 72 a, Cum gemitu & lamentatione. Postquam. 208 a, Illa lamentatio & gemitus vrbis. de Leg. 182 a, Lamentatio funeris. pro Font. 284 a, Nolite pati, iudices, aras deorum immortalium quotidianis virginis lamentationibus de vestro iudicio commoueri.

☞ Syntaxis. *Lugubris lamentatio. Fletus & lamentatio. Plangor & lamentatio. Gemitus & lamentatio: & contrà.*

Lamentor, aris. *deploro, lamentationem facio*. de Orato. 106 b, Lapides mehercule omnes flere ac lamentari coegisset, I. A. 236 b, Lamentari uxorem videbam. Tus 164 a, Nam hæc quidem uita mors est: quam lamentari possem, si liberet. & 249 b, Cuius cęcitatem cum mulierculæ lamentarentur, Quid agitis, inquit &c. * Tus. 186 a, Conqueri fortunam aduersam, non lamentari decet.]

☞ Syntaxis. *Lamentari simpl. ter: & damnum, &c.*

Lamentvm, ti. *lamentatio*. I. P. 98 b, Et de Leg. 183 a, In sordibus, lamentis, luctuque iacuisti. Tus. 185 a, Si se lamentis muliebriter lachrymisque dedet. L. Sine.

Lamina næ. in Verrem. 269 a, Quid cum ignes ardentesque laminæ, cęterique cruciatus admouebantur? de Legibus 182 a, Ad eam aram lamina inuenta est, & in ea scriptum, Domina honoris. *Ego lego Lamina honoris.*

Lampas, dis. *lychnus, lucerna*. in Verrem. 231 b. Vidi argenteum Cupidinem cum lampade. de Natu. 67 b, Ille cui monte Oetęo illatę lampades fuerunt.

Lampsaceni. *populi*. I. V. 88 b, Lampsaceni officiosi, maximè sedati quieti

Lampsacvm. I. V. 88 b, Oppidum est in Hellesponto Lampsacum, in primis clarum & nobile.

Lanevs, a, um de N. 76 b Atque ei laneum pallium iniecit.

Langvefacio, cis. *languorem affero*. de L 177 b, Incitare languentes, & languefacere excitatos. *alij er, Languere facere.*

Langvens, tis *languidus*. Officio. 27 a, Sine contentione vox nec languens, nec sonora. Epistola. 161 a, Senatus languens & defessus. de Orato. 125 a, Facilius est currentem, vt aiunt, incitare, quàm commouere languentem. & 11 b, Languentis populi incitatio & effrenati moderatio.

Langveo, es, & **Langvesco**, scis. *flaccesco languidus fio.*) (.*Exulto*. I P. 97 a, Quanquam languet iuuentus. nec perinde atque debet, in laudis & glorię cupiditate versatur. de Di. 93 a, Cum dormientibus ea pars animi languet. de Natura 3 b, & 14 b, Cum ocio langueremus, philosophiam nostris hominibus explicandam putaui. Acad. 2 a, Hebescere & languere in ocio. in Anton. 153 a, Cumque languerem de uia, & mihimet displicerem, misi. &c. & 215 a, Consensus populi, si nos languescimus, debilitetur necesse est. & 240 b, Ipsa illa Martia legio languescet & mollietur. de Sen. 82 b, Orator metuone lãguescat senectute. de Fin. 121 a, Corpore alius languescat. Or. 197 b, Spem infringi, & languescere industriam. Off. 53 a, Et Ocio fruor, nec solitudinem languere patior.

☞ Syntaxis. *Hebescere ocio, & languere. De via languere, sibique displicere. Solitudinem languescere non patiar: id est, non frustra ocio fruar.*

Langvidvs, dior. *languens, tardus, debilitatus.*) (.*Operosus, aliquid semper moliens*. de Senect. 82 a, Senectus non modo languida atque iners non est, sed etiam est operosa, & semper agens aliquid & moliens. in Ant 218 a, Non etiam languidiores facti sumus. pro Lig. 141 b, Languidiore studio in causa fuisti. Qui. Fr. 303 a, Qui antea aut alieniores fuerant & languidiores, nunc horum odio secum bonis coniungit. de Or. 104 a Mollis, languidus, eneruatus, omnia ad voluptatem corporis, doloremque referens I. C. 106 b, Vino languidus. de Fi. 73
• a, Vt tardam & languidam pecudem. * Tus. 185 a, Eneruatum quodammodo, & languidum.]

☞ Syntaxis. *Non est senectus languida & iners. Languido studio in causa esse. Mollis, languidus, eneruatus. Tardus & languidus.*

Langvor, oris. *flator*. Officio. 25 a, Cauendum est, senectus ne languori desidiæque se dedat. & 52 b, Ocium & solitudo languorē afferunt hominibus. de Diuin. 135 a, Animus cum languore corporis nec membris, uti, nec sensibus potest, incidit in varia visa & incerta. At. 224 b, Videt languorem bonorum. in Ant. 102 b, Expectatio legatorū quantum afferat languoris animis, quis non uidet? in Sal. 274 b, Exprobrare languorem & soporem alicui.

☞ Syntaxis. *Dare se languori & desidia. Fert ocium languorem.*

Lanians, tis. de Diu. 102 a,

Quem se torquens in lanians, rostroque cruentans, &c.

Laniatvs, tus *laceratio*. Tusculan. 171 a, Quid mihi ferarum laniatus
• oberit nihil sentienti? * Tus. 243 b, Pueri spartiatæ verborum dolore laniati.]

Lanificia. in Oeconomico, teste Columella. 141.

Laniger, a, um. de Diuinatio. 89 b, Pecus lanigerum eximia pulchritudine. Accij.

Lanio, as. *dilanio*. de Diu. 121 b.

Cum ferus immani laniauit viscera morsu.

Lanior, ris. Tus. 172 a, Laniari à feris. Ep. 95 a, Cum homo imbecillus à valentissima fera laniatur.

Lanista, stæ: *gladiator magister, qui domi gladiatores habet & instituit, quos deinde locet & vendat munerarij*. pro Sext. Rosc. 21 a, & 38 a, Hic nuper se ad lanistam contulit. I. P. 85 b, Quo in spectaculo mira reip. æquitas erat, vter eorum perisset tanquam lanista, in eo lucrum fieri putabat Att. 11 a, Reus tanquam clemens lanista frugalissimum quēque secernebat.

Lanivs nij. *qui pecora laniat, & vendit carnes*. Officiu. 30 b, Cętarij, lanij, coqui, fartores.

Lanvvivm, *ciuitas*. Att. 75 a, Contra Rul. 85 b.

Lanvvinvs, a, pro Corn. 60.

Lanx, cis. *libra lances, patina, vas cibis ferendis aptum, atque eiusdem quoque forma appenduntur lances libra, in quas pondera imponuntur*. Att. 87 a, Lancibus & splendidissimis canistris nos soles pascere. Acad. 10 b, Etenim necesse est, vt lancem in libra ponderibus impositis deprimi, sic animum perspicuis cedere. de Fin. 146 a, & Tuscu. 138 a, Virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere, terram, mihi crede, ea lanx & maria deprimat.

Lentulitas, tis, Epistola. 36 a, Vllam Appietatem, aut Lentulitatem valere apud me plus existimas, quam ornamenta virtutis? L. Appietas.

Lentulus, a, um. *lentus*. Attic. 165 a, An existimas illum in isto genere lentulum aut restrictum.

Lentus, a, um. *tardus, frigidus, remissus*. I C. 109 a, Hos ego non tam milites acres, quàm inficiatores lentos esse arbitror. de Cla. 180 b, Lentus in dicendo, ac pene frigidus.

¶ *Simplex*. de Or. 134 b, Vir patiens ac lentus.

¶ *Productus*. Att. 8 b, Teneri Syllani lentum negocium.

Leo, onis. Offic. 9 a, Fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur. & de Fi. 133 b. * Attic. 166 b, Tu Antonij leones pertimescas caue.]

Leon, ontis. *nomen proprium*. Tusc. 129 b.

Leonaticum. de Natu. 69 b, Leonaticum delubrum Athenis, quod Læocorion nominatur.

Leontini, *populi*. I. V. 141 a.

Leontinum, *vrbs*. I. V. 155 b.

Leontinus campus. I. A. 168 b, & in Verrem sæpe.

Leocorion. L. Leonaticum.

Lepide. *venustè, festiuè*. Or. 210 b, L. Lexis. & de Or. 158 b.

Lepidus, a, um. *venustus, festiuus*. I. C. 109 a, Puer lepidus ac delicatus. ad Her. 31 a, Lepida & concinna exornatio.

Lepos, & Lepor, oris. *venustas, iucunditas, festiuitas, hilaritas, humanitas, vrbanitas*. I. V. 265 a, Homo affluens omni lepore ac venustate. Tusculan. 259 a, Specimen humanitatis, salis, suauitatis, leporis. de Orat. 86, Lepos quidam facetiæque & eruditio libero digna. & Ep. 95 b, & 134 b, Multa erat in homine iucunditas, & magnus in iocando lepos. I. V. 87 a, & de Orato. 117 b, Alter leporem quendam & salem est consecutus. de Clar. 117 b, Facetiarum & vrbanitatis oratorius, non scurrilis lepos. de Orato. 98 a, Facetiarum quidam lepos. Orat. 205 b, Genus dicendi, in quo omnes verborum, omnes sententiarum lepores. pro Flac. 158 a, Sermonis lepor. ad Her. 32 a, Lepos & festiuitas orationis.

☞ Syntaxis. *Lepor & venustas. Magnus in iocando lepos. Leporem & salem consequi. Facetiarum & vrbanitatis lepos, Lepos & festiuitas orationis.*

Lepreon, *oppidum*. Att. 90.

Leptis, ptis. I. V. 267.

Lepus, poris. L. Pulpamentum. in Arat. Leuipes lepus.

Lepusculus, *animal*. de N. 18 b, Nec vnquā egressus ex insula, in qua lepusculos vulpeculasque sæpe vidisses.

Lepusculus, la, lum. I. V. 210 b, ὑποκοριστικὸν à Lepido.

Lerna, æ. *palus Argiua, in qua hydra enecta fuit*. Tuscul. 179 b, Hæc dextra lernam terram mactata excetra placauit.

Lesbiacus, a, um. *à Lesbo insula*. Tusc. 164 b,

Lesbos, *insula*. Attic. 143.

Lessus, ssi. *vel*. Lessum, ssi. *quid sit, hisce verbis declarat Cicero*. de L. 181 a, Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento. *Hoc veteres interpretes, Sex. Ælius. L. Acilius non satis intelligere se dixerunt, sed suspicari, vestimenti aliquod genus funebris: Lelius lessum, quasi lugubram eiulationem, vt vox ipsa significat: quod eo magis iudico verum esse, quia lex Solonis id ipsum vetat.*

Letum, ti. *mors*. Att. 164 b, Vide quàm turpi leto pereamus. de D. 92 a, Eodem sibi leto, quo iste interiisset, esse pereundum. de Leg. 174 a, Hos leto dato diuos habento.

Leuamen, nis. *leuamentum*. Attico. 196 a, Quod si esset aliquod leuamen, id esset in te vno.

Leuamentum, ti. *alleuamentum, leuamen*. Att. 201 a, Scio illam rem tibi fore leuamento. de Fin. 137 b, Leuamentum doloris.

Leuasso. de Senect. 77 a,

— *Si quid ego adiuro curam ve leuasso.* Ennij.

Leuatio, nis. *eleuatio, leuamen, leuamentum*. Attic. 200 b, Si me leuari vis, hæc est summa leuatio. Epist. 82 a, Quotidianus congressus & sermo magnæ mihi leuationis est. Tuscu. 174 b, Quę leuationem habeant ægritudinum. de N. 3 b, Reperire leuationem malis. Atti. 196 a, Nec tamen à Bruto leuationem vllam expecto. de Fin. 121 a, Vestri leuationem vitiorum fieri negant.

☞ Syntaxis. *Eruditio paupertatis leuationem habet. Id mihi est magna leuationis.*

Leucadia, diæ. *tragœdia*. Tusc. 225 a.

Leucas, dis. *mons siue promontorium*. Tusc. 218 b, Qui modum igitur vitio quærit, similiter facit, vt si posse putet eum, qui se e Leucade pręcipitauerit, sustinere se, cum velit.

Leucate, tes *locus*. Att. 27.

Leucopetra, træ. Att. 255 a, Leucopetra Tarentinorum. I. An. 154 a, Leucopetra, quod est promontorium agri Rhegyni.

Leucothea, theæ. de N. 67, Leucothea, quæ fuit Ino, & eius Palæmon filius. Tusc. 154 a, Leucothea Græcæ, Latinè Matuta.

Leuctra, orum. *vrbs*. Tus. 172 b, Priusque Bœotia Leuctra tollentur, quàm pugnæ Leuctricæ gloria. & Off. 13 a.

Leuctricus, a, um. L. Leuctra.

Leucdensia, siæ. *vestis genus, raro contextu, crasso (vt Cicero ipse dicit) filo. Sunt qui Leucdense, epitheton esse muneris dicant, vt sit munusculum leucdense: hoc est tenue & leue, sed præter lectīm doctis magis probatur*. Epi. 13 a, Sed ego hospiti veteri & amico munusculum mittere volui, leuidem se crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera.

Leuiculus, a, um. ὑποκοριστικὸν a Leui. Tusc. 248 a, Leuiculus sanè noster Demosthenes.

Leuipes, *lepus*. in Arat.

Leuis, ve. *cuius partes vbique sunt æquabiles. politus*.)(*asper, scaber*. de Natura 14 b, Democriti corpuscula quædam leuia, alia aspera, rotunda alia, &c. Par. 533 a, Loci plani an montuosi, leues an asperi. de Vniu. 198 b, Deus mundum leuem fecit, & vndique æquabilem.

● ¶ *Non grauis, expeditus*. de D. 113 b, Leuis armatura. * Tuscu. 205 a, Defatigatio facit ægritudines leniores]

¶ *Parui momenti, vanus, tenuis*. pro S. R. 37 a, Hoc minimè videtur graue iis, qui minime ipsi leues sunt. pro Q. R 45 b, Quod apud omnes leue & infirmum est, id apud iudicem graue & sanctum esse ducetur? pro Pl. 575 b, Alia quędam inania & leuia conquiris. Tus 169 a, Quod enim leuius huic leuitati nomen imponemus? contra Rull. 75 a, Autoritas tenuis, persona leuis.

Leuitas, tis. *politura, vt Plinius*.)(*asperitas*. de Orato. 152 a, In ipso tactu est modus & mollitudinis & leuitatis. de Vniuersa. 198 a, Omni autem totam figuram mundi leuitate circundedit. & 203 b, Speculorum leuitas.

¶ *Qualitas, contraria grauitati, siue propriè, siue translatè*. de Na. 40 a, Hęc plena sunt futilitatis summæque leuitatis. I. A. 211 a, Quid est inconstantia, mobilitate, leuitate turpius? pro Flac. 151 a, Homines leuitate Græci, crudelitate barbari. de Diuina. 108 a, Leuitate, vanitate, malitia exclusa diuinationem probo. de Natura 34 a, Cuius opinionis leuitas confutata est. Offic. 34 b, Vt aduersas res, sic secundas immoderate ferre, leuitatis est. de Finib. 61 b, Amatorijs leuitatibus ● dediti. * Tusculan. 225 b, & 196 a, Hæc ipsa per sese magnam habent leuitatem.]

☞ Syntaxis. *Leue cælum, & æquabile. Id apud me leue & infirmū est: vel, inane, ac leue. Futilitatis & leuitatis plena sunt omnia, præter pietatem, Inconstantia, mobilitas, leuitas. Amatoria leuitas.*

Leut-

Leviter, vius, ſſimè. *quodammodo mollis brachio, tenuiter, leniter, molliter.* Attic. 22 b, Offic. 17 a, Medici leuiter ægrotantes leuiter curant. At. 111 a, Cum leuiter lippirem, has literas dedi. de Natura 55 a, Gonæ oculis ſubiectæ leuiterque eminentes. pro Sex. Roſ. 32 a, Non omnia dicam, & leuiter vnumquodque tangam. de Diuinat. 87 a, Bacillum incuruum & leuiter à ſummo inflexum. Orato. 198 b, Alij florentes leuiter ornati. de Ora. 145 a, & pro Mur. 138 b, Homo leuiter eruditus. de Inuent. 81 a, Quacunque in re quamuis leuiter probabili. de Inuen. 81 b, Leuiter ſaucius. Att. 7 b, Leuiter diſſidere inter ſe. pro Cæl. 49 a, Leuiter ferre aliquid. de Prou. 79 a, Leuiſſime feram. de Aruſp. 255 a, & Epiſt. 47 b, Id grauiter equidem, ſed aliquanto leuius ferebam. pro Syll 172 b Leuiter dicere aliquid. *ideſt, quaſi ſummiſſa voce.* pro Seſt. 28 a, Patria, quam (vt leuiſſime dicam) certe texeram. I. Ca. 114 b, Tamen vt leuiſſime dicam, dimicandum nobis fuiſſet. pro Murænæ. 145 a, Is nemini, vt leuiſſime dicam, odio fuit. Epi. 41 a, Cum tu omnibus ornamentis redundares, illi (vt leuiſſime dicam) multa deeſſent.

☞ Syntaxis. *Leuiter vnumquodque tangam: ideſt, tractabo, indicabo. Leuiter ornatus, eruditus, ſaucius, dicere, ferre. Vt leuiſſime dicam, ſæpius Cic. vſurpat.*

Levandus, a, um, *minuendus.* Epiſtola 47 b, Hæc tibi ad leuandas moleſtias magna eſſe debent. in Catilin. 108 b, Nunquam ego hoc optabo inuidiæ meæ leuandę cauſa. & 120 b, Ne quis huius ſupplicio leuando ſe iactare poſſit. de Amicit. 110 b, Tales igitur amicitiæ ſunt remiſſione vſus leuandæ. de Amicitia 109 b, Nonnulli etiam contemnendos ſe arbitrabantur, qui hac opinione non modò verbis, ſed etiam opere leuandi ſunt. de Orato. 210 b, Aues leuandi laboris ſui cauſa paſſim volitare.

Levo, as. *alleuo, releuo, eleuo, ſubleuo, minuo, leuationem facio vel affero, laborem detraho, leuatione ſum.)(affligo, vrgeo.* Attico. 16 a, Tu qui ſæpiſſime curam & angorem animi mei ſermone & conſilio leuaſti tuo. Attic. 175 a, Non nihil me leuant literæ tuę. & 139 b, Epiſtola tua me ægritudine leuauit. Attico. 59 a, Epiſtola tua ſolicitum me. de Quinto valde leuauit de Orato. 133 b, Leuare aliquem ignominia. pro Corn. 63 a, Gaditani populum Romanum in caritate annonæ frumento ſuppeditato leuarunt. pro Milon. 115 a, Leuare annonam. I. V. 170 b, Leuare atque ab ſe amouere aliquam ſuſpicioné. Attico. 90, Liberare, aut leuare ſe ære alieno. Ep. 37 b, & 44 b, Vt leuarem miſerijs perditas ciuitates. Ora. 206 b, Quem laborem nobis leuauit Attici noſtri labur. Att. 203 a, Vt me leuarat tuus aduentus, ſic diſceſſus afflixit. pro S. R. 19 b, Leuare calamitatem innocentium. Q. F. 328 a, Illum neque vrſi, neque leuaui.

Levor, ris. de N. 61 b, Perſpicuitas argumentatione leuatur. Acad. 18 a, Autoritas leuatur inconſtantia. de Inu. 72 b, Criminationem leuari. de Senectut. 84 a, Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingraueſcunt, animi autem ſe exercendo leuantur. I. V. 238 a, Hęc facta ſunt, vt homines nobiles ſupplicio aut exilio leuarêtur. pro Q. 9 b, Rei atrocitas neceſſitudinis nomine leuatur. Att. 76 b, Leuantur tamen miſeræ ciuitates, quod nullus ſit ſumptus in nos, neque in legatos noſtros. Poſtquam 209 b, Att. 193 b, Nam mihi, vt omnia contingant quæ nolo, leuari non poſſum. & 282 a, Quem cum à me dimittens grauiter ferrem, hoc leuabar vno, quod, &c. I. A. 223 a, Cuius luctus nullo ſolatio leuari poteſt.

☞ Syntaxis. *Leuare moleſtiam, dolores, ſuam inuidiam, amicitiam, remiſſione vſus. Opinione leuandus ille. Litera tua me leuans. Leuare ægritudine aliquem. Leuare annonam. Inconſtantia leuatur autoritas: ideſt, minuitur. Animi ſe exercendo leuantur. Leuari non poſſum: ideſt conſolationem admittere.*

Lex, gis. *iuris & æqui regula.* de Legibus 159 b, Lex eſt ratio inſita in natura, quæ iubet ea quæ facienda ſunt, prohibetque contraria. in Ant. 236 b, Lex eſt recta, & à numine deorum tracta ratio, imperans honeſta, prohibens contraria. de Legib. 164 a, Lex eſt recta ratio imperandi atque prohibendi. de Leg. 162 a, Lex eſt recta ratio in iubendo & vetando. de Leg. 172 a, Lex eſt iuſtorum iniuſtorumque diſtinctio, ad illam antiquiſſimam & rerum omnium principem expreſſam naturam. ad quam leges hominum diriguntur, quæ ſupplicio improbos afficiunt, & defendunt ac tuentur bonos. pro Milon. 103 a, & Ora. n. 12 b, Eſt enim iudices hæc non ſcripta, ſed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus: verùm ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus. de Leg. 159 a, Lex eſt naturæ vis, mens & ratio prudentis, iuris atque iniuriæ regula. de Legib 159 b, Lex quæ ſcripto ſancit quod vult, aut iubendo, aut vetando, vt vulgus appellat. de Legi. 170 b, Lex eſt ęternum quiddam, quod vniuerſum mundum regit, imperandi prohibendique ſapientia. de Legib. 171 a, Lex vera atque princeps, apta ad iubendum & ad vetandum ratio eſt. ſummi Iouis. de Legibus 171 a, Lex illa quam dij humano generi dederunt, eſt ratio menſque ſapientis ad iubendum, & ad vetandum idonea. & ibidem: Lex popularis. de Finibus 108 a, Deus, cuius ad naturam apta ratio, vera illa & ſumma lex à philoſophis dicitur. de Legib. 171 b, Illa diuina mens, ſumma lex eſt: eadem cum in homine eſt perfecta, eſt in mente ſapientis. de Legib. 184 b, Cum legem dico, nihil aliud intelligi volo, quam imperium: ſine quo nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt. & ibidem: Omnia iuſſis ſupremæ legis obtéperant Officio. 41 b, Leges cum omnibus ſemper vna atque eadem voce loquuntur. de Legib. 177 b, Verè dici poteſt, magiſtratum legê eſſe loquentem, legem autem mutum magiſtratum. de Orato. 106 b, Legibus & præmia propoſita ſunt uirtutibus, & ſupplicia vitijs. de Natura 92, Lex naturalis recta imperans, prohibenſque contraria. Officio. 56 a, Hoc exigit naturæ ratio, quæ eſt lex diuina & humana 57 a, Vna continemur omnes & eadem lege naturæ. & 59 a, Lex naturæ quæ vtilitatem hominum conſeruat & continet. Tuſculano. 154 b, Conſenſio omnium gentium lex naturæ putanda eſt. de Legi. 185 b, Salus populi ſuprema lex eſto. I. An. 237 a, Natura, naturę ratio, lex naturæ, lex naturalis, lex ſcripta. de Inuent. 80 b, Omnis lex aut iubet aliquid, aut permittit, aut vetat, aut de genere omni, aut de parte quadam, aut communiter in plures res, aut in aliquam certam rem ſcripta eſt. & ibidem: Leges duas vel plures quandoque conſeruari non poſſe, quia diſcrepent inter ſe: hinc *ἀντινομία*. de Legib. 164 a, Stultiſſimum eſt, exiſtimare omnia iuſta eſſe, quæ ſcita ſint in populorum inſtitutis aut legibus: pro Cluê. 48 a, Indignum eſt in ea ciuitate, quæ legibus teneatur, diſcedi à legibus. hoc enim vinculum eſt huius dignitatis, qua fruimur in republica, hoc fundamentum libertatis. *& ibidem multa pulchra de legibus.* Poſtquam 206 b, Legem Tribus pleb. tulit, ne auſpicijs obtemperaretur, ne obnunciare conſilio aut comitijs, ne legi intercedere liceret, vt lex Ælia & Fuſia ne valerent. in Anton. 147 a, Ego leges pernicioſas rogaui. I. C. 103 a, Leges quæ de ciuium reorum ſupplicio rogatæ ſunt. de Leg. 171 b, Condere leges, ſancire ſcita. & ibidem: Deſcribere iuſſa populis, componere & ſancire leges. pro Plan. 268 a, Leges quas Senatus de ambitu ſanciuit. pro Domo. 227 a, De me retuliſti legem promulgaſti, tuliſti. Epiſtola. 203 b, Promulgare legem de aliqua re. in Anton. 258 a, De quibus confirmandis & ſanciendis legem comitiis centuriatis eu autoritate noſtra laturus eſt. pro Domo. 222 b, Hanc legem Clodius ſcripſit. & pro Flac. 171 b, Pro Planc. 266 b, Sciſcere legem de aliqua re. pro Corne 92 b, & 59 a, Populus Romanus legem iuſſit de ciuitate tribuenda. *Item innumerabiles alia leges de iure ciuili lata.* de Diuin. 318 a, Æra legum de cœlo tacta in Catilin. 115 a, Cum & legum ęra fulminis tactu liquefacta. I. A. 186 b, Antonius falſas leges in æs incidendas, & in Capitolio figendas curauit. Attico. 227 a, Antonius fixit legem à dictatore comitiis latam. pro Milon. 118 b, Incidebantur iam domi leges, quę nos noſtris ſeruis addicerent. in Anto. 156, Quę ille in æs incidit, in quo populi iuſſa perpetuaſq; leges eſſe voluit, pro nihilo habebuntur. & ibidem b, Ea lege omnes iudiciariæ leges Cæſaris diſſoluuntur. pro Milon. 103 a, Silent leges inter arma. de Leg. 174 a, Optimæ reipublicæ leges dare conſentaneas. & 177 a, Omnibus populis leges damus. & 167 b, Dare legem viuendi, & diſciplinã populis. Officior. 74 a, Accipere legem, vel rogationem accepta lex eſt, & rogatione accepta. de Amic. 114 a, Itaque lex populi, ſuffragijs populi repudiata eſt. in Anto. 195 b, Hanc legem populus Romanus non accepit. ibidem 206 a, Per vim & contra auſpicia imponere leges reipublicæ. & 206 b, Conditiones ferre, leges imponere Senatuĩ. & 212 a, Antonius leges ciuitatis per vim impoſuit. Academ. 7, Imponere grauem legem alicui. Quin. Fra. 304 a, Cato legem promulgauit de Imperio Lentuli abrogando I. A. 195 b, Legem ante factam vidimus, quàm futuram quiſquam eſt ſuſpicatus. I. P. 86 a, Hanc legem non dicam animi hominum, ſed faſti vlli ferre poſſunt? I. P. 85 b, Lex iniuſta per ſeruos, inciſa per uim, impoſita per latrociniũ. pro Seſt. 25 b, Omnes leges, quæ de iure & de tempore legum rogandarũ vna rogatione deleoit. pro Seſt. 15 b, Vt rogata lege legem ferret pro uinciæ commutandæ. pro Seſt. 15 a, Is in legem per uim latam iurare noluit. pro Seſt. 17 a, Quaſi ille non in alteras quoque leges, quas iniuſte rogatas putaret, iam ante iuraſſet. & 6 a, Clodius conſtrictus legum ſacrarum cathenis. Officio. 59 a, Perrumpere leges. I. C. 101 a, Deuincere & perfringere leges. pro Cornel. 58 b, Ea lex, quam habemus, &c. pro Syll 179 b, Lex ferri cępta, nunquam poſita eſt in Senatu. contra Rul. 76 b, Nulla res parta bello, nondum legibus datis venire debet. & 78 a, Legum datio pro Cecin. 199 a, Ciuili ac publica lege iura teneri. de Clar. 189 b, Is bene iuris publici leges & inſtituta cognouerat. de Orato. 88 a, Carbo ignarus legum rudis in iure ciuili. de Ora 107 b, Imponere nimis duras leges alicui. contra Rul. 76 a, In poſterum hæc lex Imperatoribus veſtris conſtituetur. de Or. 92 a, Inſtituere ciuitates, ſcribere leges. *& ibidem de legibus inſtituendis aut vetandis.* Attic. 216 a, Nam iſta lex perferetur. Q. F. 327 b, Perferre legem per uim de Clar. 172 b, M. Cato legem ſuadens. in Galbam multa dixit. Att. 276 b, Nec quo minus id poſtea liceret vlla lex ſanxit. de Ora. 99 a, Agere lege in hęreditatem paternam. pro Do. 218 a, An licuit tibi de pernicie ciuis indemnati ferre non legem, ſed nefarium priuilegium? Offic. 41 a, Latronum leges eſſe dicuntur, quibus pareant, quas obſeruent. pro Muræ. 125 a. Legem de ambitu ita tuli vt eam quam mihi metipſi iam pridem tulerim de ciuium periculis defendendis, non abrogarem. 144 a, Alteri noſtri Imperij præſidio diſciplinam ſuam, legeſque conſeruant. * I. V. 57 b, Oportet eorum arbitratu lege agi quorum cauſa conſtituta eſt. I. V. 75 a, Lex Acilia de pecunijs repetundis. Epiſt. 8 b, Lex ſempronia ne quis vltra tempus conſtitutum in prouincia maneret.]

¶ *Inſtitutum præceptum, regula, mos.* Qu. Fr. 291 b, Aliquem negligere eas leges, quibus eſt aſtrictus. pro Mar. 138 a, Iniquam legem & miſeram conditionem inſtitui periculis hominum. pro Mur. 126 b, Illos lex magis quædam accuſatoria, quàm vera maledicendi facultas de uita. L. Murænæ aliquid dicere coegit. de Amic. 103 b, Hæc igitur prima lex in amicitia ſanciatur, vt neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. de Legib. 156 b, Alias in hiſtoria leges obſeruandas eſſe, alias in poemate. Or. 216 b, In verſibus certa quædam & definita lex eſt, quam ſequi oportet de Orat. 160 b, Hanc ad legem dirigenda & formanda oratio eſt. Att. 92 a, Pomtinus enim ex pacto, & conuentu (nam ea lege exierat) iam à me diſceſſerat.

¶ *Conditio.* Epist. 72 b, Hommes ea lege natos esse, vt omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra.

¶ *Hic habes Romanorum legum copiam.* Quint. fr. 296 b, Possunt in pactionibus faciendis non legem spectare censoriam, sed potius commoditatem conficiendi negocij, & liberationem molestiæ. Quint. fr. 309 a, Lex quæ de ijs ferretur, vt qui non discessissent, ea pœna quæ est de vi, tenerentur. pro Flac. 148 b, Lege hac recenti & noua certus est inquisitioni comitum numerus constitutus. in Ver. 75 a, Lex Acilia de pecunijs repetundis. in Anton. 156 b, Lex Aurelia, quam M. Aurelius Cotta prætor tulit, Senatores, equites, tribuni ærarij simul iudicarent. *Lege Asconium Pædianum.* pro Muræna. 141 a, Lex Fabia, quæ est de numero sectatorum. & pro Rabir. 92 a, De seruis alienis contra legem Fabiam retentis. pro Cluent. 49 b, Gracchus tulit legem, ne quis iudicio circumueniretur. 50 b, Ante Gracchum Sempronia dicebatur. contra Rullum. 70 b, Licinia & Ebutia lex, ne qui fert de aliqua curatione ac potestate, ei aut suis propinquis ea potestas curatiove mandetur. & 88 a, L. Flaccus interrex de Sylla legem tulit, vt omnia quæcunque ille fecisset, essent rata. & ibidem. Valeria lege & Cornelijs legibus eripitur, cum datur. de Finib. 79 a, Lex Voconia: Aderant multi amplissimi viri, quorum nemo censuit, plus filiæ dandum, quam posset ad eam lege Voconia peruenire. de Senectut. 80 a, Lex Portia. pro Rabir. 92 a, De ciuibus Romanis contra legem Portiam verberatis aut necatis. & ibidẽ. C. Gracchus legem tulit, ne de capite ciuium Romanorum iniussu vostro iudicaretur. in Catilin. 120 a, Lex Sempronia. pro Muræna. 124 b, M. Cicero legis ambitus lator. & 140 a, Lex Calphurnia ambitus. pro Muræna. 133 b, Lex L. Othonis, quæ ad ludos pertinet, est omnium grauissima. Attico. sexagesimosexto b, Lex Plotia de iudicijs. pro Milone 208 b, & de Clar. 193 b, Lex Varia de iudicijs. Attico. 33 a, Lex Gabinia de syngrapha & de versura. de Natura deorum. 75 a, Lex Lectoria. item: Iudicium publicum rei priuatæ, lege Lectoria. & ibidem: Iudicium de dolo malo C. Aquilius protulit. de Clar. 176 a, Lex Aquilia de iniuria. de Orator. 106 b, Leges Manlianæ venalium vendendorum, & 118 b, Lex Apuleia de maiestate. 127 a, LEGE MAIESTATIS. de Orator. 135 a, Lex Thoria de ijs quorum a pecore, agri publici depascebantur. de Senectut. 79 a, & de Orato. 135 a, Lex Cincia de donis & muneribus. de Clar. 169 b, Lex Menia, vt consules etiam ex plebe creari possent. & ibidem: C. Flaminius legem tulit de Agro Gallico & Piceno viritim diuidendo. de Clar. 170 a, Lex Licinia & Mutia, ut in suæ cuiusque ciuitatis ius redigerentur ciues. de Clar. 174 a, Legem de pecunijs repetundis. Lege. Piso Tribunus pleb. tulit. Attico. 221 a, Lex Pompeia. de Clar. 195 b, Lege Pompeia ternæ horę ad dicendum datæ. de Clar. 184 a, Lex Sempronia frumentaria. Attico. 276 b, Lex Domitia de sacerdotijs. C. Marius cũ esset absens, lege Domitia factus est augur. & ibidem, Lex Iulia de sacerdotijs. pro Sext. Rosci. 27 a, Lex Memmia contra eos qui sine causa & temere aliquem accusant. *In Pandect. tamen lib. 48. ti. 1. Ad Senatusconsultum Turpilianum, lege Rhemmia, non Memmia legitur.* pro Sext. Rosci. 39 a Lex quæ de proscriptione est, siue Valeria est, siue Cornelia. Quint. Fratr. 314 a, Lex Puppia, ne diebus comitialibus Senatus haberetur. pro Cluent. 28 b, Lex Cornelia, qua reo licebat optare clàm an palam de se sententiam ferri vellet. pro Flacc. 150 a, Lex tabulas obsignatas in publico poni vult. Quint. Fratr. 314 b, Lex Gabinia, quæ ex Calend. Februar. vsque ad Calen. Martias legatis Senatus quotidie dari cogebatur. de Legibus. 165 b, 167 b, & de Clar. 176 a, & Orator. 206 a, Lex Manilia, vt singuli arbitri fines regerent. de Legibus. 191 a, & de Amicitia. 104 a, & de Clar. 273 a, Leges tabellariæ quatuor: quarum prima, de magistratibus mandandis, ea est Gabinia, &c. deinde Cassia, de populi iudicio. Carbonis est tertia, de iubendis legibus ac vetandis, Cælij quarta, qui etiam perduellionis iudicio tabellam dedit. de Legibus. 191 b, Lex maria pontes fecit angustos. pro R. P. 24 a, Lex Iulia iubet per se qui ab ijs, ad quos ea pecunia, quam is ceperit qui damnatos sit, peruenerit. *Idem est in lege Cornelia & Seruilia.* in Vatin. 34 b, Vatinius legem tulit de alternis consilijs reijciendis. pro Planc. 266 b, Lex Licinia quæ est de sodalitijs. & ibidem: Plancius primus sciuit legem de publicanis. de Arusp. 255 a, Leges Iuliæ contra auspicia latæ. de Arusp. 251 a, Lex naturæ. Hoc si minus iure ciuili perscriptum est, lege tamen naturæ & communi iure gentium sancitum est. de Legib. 173 a, Vt in veteribus his sacratisque legib. pro Cæl. 52 b, Quintus Catulus legem tulit de vi. de Arusp. 247 a, Lex de ui, quæ est in eos qui vniuersam rempublicam oppugnant. pro Domo. 239 a, Lex Papyria vetat ædes iniussu plebis consecrari. pro Domo. 221 a, Lex Cęcilia & Didia. pro Dom. 223 b, Lex Licinia, ne quis ipse sibi curationem ferret. pro Dom. 234 a, & in Anto. 195 b, Lex Cęcilia & Didia, ne populo necesse sit in coniunctis rebus compluribus, aut quod nolit accipere, aut quod uelit repudiare. pro Arch. 186 b, Data est ciuitas Syllani lege & Carbonis, si tum cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent, & si LX. diebus apud prætorem essent professi. pro Arch. 187 b, Lex Papia. pro Corn. 59 a, Lex Iulia, qua ciuitas est socijs & Latinis data. pro Syllan. 179 a, Rogatio Cæcilia, qua res iudicatæ rescindebatur. Officio. 64 a, Lex Plectoria, qua vindicabantur, hi qui adolescentes circumscribebant. in Anton. 203 b, Leges annales, & 253 b, Lex Hircia Pompeianos omnes dignitate priuabat. in Anton. 156 a, Et quid est, quod tam proprie dici possit actum eius, qui rogatus in Repub. cum potestate imperioque versatus sit, quam lex? Quare acta Gracchi. leges Semproniæ proferentur: *quare.* SILLÆ, CORNELIÆ. in Anton. 171 a, Lex de alea, Licinius lege ea, quę est de alea, condemnatus. I. P. 99 b, Lex Iudiciaria & in Anton. 169 a, Lex Roscia defendendo ad spectacula I. P. 90 a, Lex Iulia de repetũdis. & ibidem. Lex Cornelia maiestatis. de Pro. 78 b, Lex Helia & Fusia de auspicijs, &c. Cum lex feratur de cœlo seruari, obnunciari, intercedi licere. Att. 28 a, Lex Iunia, lex Licinia, lex Cęlia, lex Didi. de Pro. 78 b, & 79 a, Leges Iuliæ. & 71 b, Leges sacratæ, quas tulit pleb. Romana, cum in mõtem Sacrum secessit. & 69 b, Lex Censoria, qua publicani tegebantur, vt publico frui possent. pro Corne. 67 b, Lex Sempronia, de successione prouinciarum. pro Cotue. 59 a, C. Furius tulit legem de testamentis. & ibid. Quinct. Voconius tulit legem de mulierum hęreditatibus. de Legib. 177 b, Plato negat mutari posse musicas leges, sine mutatione legum publicarum. 2 ad Att. Lex Aelia: In Rull. Lex Curiata 3. ad Attico. Lex de collegijs. pro Sex. Ros. Ame. Lex de proscriptione Valeria aut Cornelia. 12. ad Atti. Lex de sepulchris de Inu. Lex de tempestate. pro Clu. Lex de veneno. Tusculan. q. lib. 3. Lex frumentaria, 4. In Ver. Lex Hieronica. In Pis. Lex iudiciaria. 1. de Legib. Lex non iusta, quam interrex tulit, vt Dictator. quem vellet ciuium, indicta causa impunè posset occidere. 1. In Verr. Lex nummaria. pro Domo. sua, Lex Papyria vetat ædes iniussu plebis consecrari. 2. ad Att. Lex Roscia frumentaria, 4. In Ver. Lex Rupilia, 8. Famil. Lex Scantinia. 13. ad Att. 7. Famil. Lex sumptuaria, Cæsaris neglecta, eo absente. 3. de Leg. Lex suprema Consulibus salus populi esto. 5. Verr. Lex Terentia. 2. de Inuent. Lex testamentaria. C. Curionis. 8. Fam. In Episto Cælii, Lex Viaria & alimentaria. Tusculan. quæst. libro 1. Lex naturæ, consensio omnium gentium. Brut. Lex repetundarum L. Pisonis. 2. de Inuent. Lex Rhodiorum, de rostratis nauibus publicandis. 10. ad Attico. Lex Solonis non probanda. 2. de Leg. Lex duodecim tabularum inquit: hominem mortuum in vrbe ne sepelito, neve vrito. 1. de Orato Alter plus lege agendo petebat, quàm quantum lex XII. Tabularum permiserat: quod quum impetrasset, causa caderet. 2. de Legibus. Leges duodecim tabularum. 1. Fa ms. Legis Curiatę vsus. secundo ad Her. Leges communes. 2. de Leg. Leges Seiæ & Apuleiæ & Liuiæ nullæ, quæ vno versiculo Senatus puncto temporis sublatę sunt. Tuscu. q. lib. 2. Leges Cretum, itemque Lycurgi laboribus erudiunt iuuentutem venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. Tuscul. quæst. lib. 2. Leges Cretensium, siue Iupiter, siue Minos sauxit de Iouis quidem sententia, vt poetæ ferunt. de Legibus libro 2. Leges Lycurgi, Solonis, Charondæ, duodecim Tabularum. * Epi. 34 a, Triginta dies, qui tibi ad decedendum lege (vt opinor) cornelia constituti sunt. Tusc. 201 a, Lex Sempronia.]

☞ Syntaxis. *Legem rogare, ferre, sancire, describere, constituere, instituere, iubere, vetare, imponere, statuere, abrogare, condere, componere, sciscere, edicere. Lex, ratio insita, recta a Deo tracta ratio, est distinctio, natura vis, est æternum quiddam.* hæc sunt genera in legis definitione. *Deus est summa lex. Lex imperium est. Legibus tenere vrbem. A lege discedere. Incidere leges ære, figere, refigere, dissoluere, accipere, imponere facere, iniurere. Perrumpere, perfringere, denunciare leges, constituere, instituere, vetare, perferre, suadere. Lege agere, extra. Legis datio. Leges proferre. Lex iniqua.*

LEXIS, *verbum.* de Ora. 158 b,

Quàm lepidè lexis, composita vt tesserulæ omnes, &c. & Ora. 210 b, L. EMBLEMA.

LIBAMENTVM, ti, *libatio.* de Legibus 175 b, Vt sacrificiorum libamenta seruentur.

LIBATIO, onis. *libamentum, quicquid diis consecratur & offertur.* de Ar. 248 b, Libationes epulæque ludorum.

LIBELLA. læ. *as, & nummus argenteus assi æqualens.* I. V. 113 b, Quis Volcatio si sua sponte venisset, vnam libellam dedisset? pro Q. R. 46 b, Nisi planum facit. H-S. LIII. ad libellam sibi deberi. At. 100 b, Fecit palam te ex libella, me ex teruncio: intellige, heredem.

LIBELLVS, li. *supplex, libellus.* Att. 262 a, Atticus libellum composuit, eum mihi dedit, vt darem Cæsari: Cæsar autem rescripsit, æqua eũ postulare. pro Q. 9 a, De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur huic ne perire quidẽ tacite conceditur. 4 b, & 12 a, Libellos Sex. Alphenus procurator P. Q. Deiecit.

¶ *Commentarius codex, liber paruus.* pro Clu. 59 a, Non illi in libellis laudationum decreta miserunt, sed &c. In Ant. 156 a, An in chirographis, & libellis acta Cæsaris firma erunt? & ibidem: Memoriæ causa referre aliquid in libellum. Att. 85 a, Habeo libellum, in quo est, Salaminii pecuniam debent M. Scaputio. pro Arch. 190 b, Cum ei libellum malus poeta de populo subiecisset. de Orat. 92 b, & pro Arc. 190 b, Scripsi illud in quodam libello, qui me imprudente & inuito excidit.

¶ *Litera.* Epistol. 173 a, Ne de Planco quidem spem adhuc abieci, vt ex libellis eius animaduerti, qui in me inciderunt. In Ver. 245 b, Recita mihi hunc primum libellum, deinde illum alterum Canuleii.

☞ Syntaxis. *Libellum componere. In libellum referre memoriæ causa.*

LIBENS, tis, ssimus. *lubens.*)(*inuitus.* Attico. nono a, Res nostræ, quæ tam libenti Senatu laudabantur a Crasso. cont. Rull. septuagesimo quinto b, Quam dignitatem, etsi libente ille tamen absente illo per vos consecutus sum. de Ar. 245 b, Non modo patienti, sed etiam libenti animo religioni parebo. Attico. vigesimoquinto a, Animo gaudenti ac libenti. In Ver. 72 a, Animo libẽtissimo facere aliquid. Epistola. 227 b, Vt libentissimis Græcis nutu, quod velis, consequare. pro Milone centesimonono a, Cum totius Italiæ concursus facti illius gloriam libens agnouisset. Att. 25 b, Vt frequentissimo & libentissimo

bentissimo vterentur. & 55 a, Redemptore statim sunt demoliti, libentissimis omnibus. & 64 a, Neque patronis suis tam libentibus quam accusatoribus.

• LIBENTER. *Libenti animo, magna voluntate,* * *Summa voluntate.*] *studiose, ardenti studio, sedulo, æquo animo, non repugnanter, non grauatè, ne recusans quidem, non modò non repugnans, sine recusatione, summo studio, voluntate summa, egregia animi alacritate.* Epist. 6 a, Quorum alterum mihi facere necesse est, si volo, &c. alterum facio libenter, vt quoniam &c. I. V. 60 b, Libenter studioseque audire. de Cla. 172 a, Libenter vti priscis verbis.

☞ Syntaxis. *Libenti Senatu laudatus. Te libente dicam. Et patienti, & libenti animo. Libentissimo te discessi, libenter ac studiosè te audio.*

LIBER, a, um, tior. *non impeditus, expeditus, liberatus, solutus, nulla re implicatus, dominationi nullius parens, ingenuus, qui sui iuris est ac mancipij, in sua potestate est, suo iure liberoque vtitur, ius suum retinet, nemini mancipatus, vacuus, purus, integer.*)(*seruus, impeditus, implicatus.* Acad. 26 b, Sic inducto & constituto probabili, & eo quidem expedito, soluto, libero, nulla re implicato. & 3 a, Hoc autem liberiores & solutiores sumus quod integra nobis est iudicandi potestas. Epist. 85 a, b, Solutum esse existimatur alteri male dicere, tamen, &c. impeditum seipsum laudare, ne, &c. solum verò liberum alterum laudare. de quo, &c. Acade. 31 a, Liber igitur a tali irrisione. Socrates. Att. 7 b, Sum enim & ab obseruando homine, peruerso liber, & ad dignitatem in rep. retinendam contra illius voluntatem solutus. de Natura 25 b. Epicurus homo ad scribendi licentiam liber. & 37 a, Sphæræ stellarum inerrantium ab æthereo coniunctione secretæ a: libere con. Rul. 65 b, Consul solutus a cupiditatibus, liber a delictis pro Cl. 48 a, Dixi Habito statim de eo qui cosset, qui quis cō demnaretur, eum esse liberum. In Ver. 204 b. Vacuus, expers, solutus ac liber ab omni sumptu & munere. Offi 14 a. Si ab omni animi perturbatione liber sis. de Arus. 245 b, Vestræ domus multo maxima ex parte sunt liberæ religione pro R. P. 124 b, Qua lege totus ordo solutus ac liber est. I. V. 240 a, Supplicium a libero spiritu, & communi luce seclusum & 146 a, Soluto liberoque animo esse. pro Syll 183 b, Deos testor, integro me animo ac libero P. Syllæ causam defendere de Ora. 90 b, Poeta numeris astrictior, verborum licētia liberior. & 156 b, Verba inusitata, quæ sunt poetarum licentiæ liberiora, quàm nostræ. pro Dom. 214 b, At enim liberum Senatus iudicium propter metum non fuit. I. C. 101 a, Tibi direptio sociorū impunita fuit ac libera. Or. 204 a, Cum hæc duo ei liberiora fuerint. de Diu. 183 b Tum igitur esset hospitium, si modò ei esset liberum se ostendisse de Diu. 139 b, Iudicium audientium relinquere integrum ac liberum de Or. 124 b, Illa pars quæstionum vaga libera, late patens. de Na. 68 b, Qui est de libera matre, liber est. pro Cæ. 303 b, Nō potest iure Quiritium liber esse, is qui in numero Quiritium non sit Para. 122 a. Nisi sapientem liberum esse neminem. de Fi. 196 a, Liber, nec dominationi cuiusquam parens. de Cla 186 b, Ingenio liberoque fastidio.

☞ Syntaxis. *Expeditus, solutus & liber, non implicatus. Liberè bellione, ad iter, liberatum. Secretus ac liber animus a corporea coniunctione. A delicta liber. Vacuus, expers, solutus, & liber (miranda phrasis.) ab, &c. Religione liber. Soluto, liberoque animo esse, venire, scribere, abire. Integro, liberoque animo agere. Libera verba poetarum licentiæ. Impunita & libera facinora. Liberum illi est abire. De matre libera liber. Ingenuus, liberumque fastidium.*

LIBER, liberi *Bacchus.* L. BACCHVS. de Na. 38, Hunc dico Liberum Semele natum, non eum quem maiores nostri cōsecrauerunt. de Nat. 38 a, b, Liber Cereris filius & frater Liberæ. de Or. 158 a, Liber pro vino, Ceres pro frugibus.

LIBER, bri. *cortex, opus, opusculum, libellus, commentarij, monumenta, volumen scripta, charta.* σύνταγμα. Att. 252 b, de Natura 50 a, Trunci obducuntur libro, aut cortice, quo sint a frigoribus & a caloribus tutiores. Offic 76 a, Hi tres libri inter Cratippi commentarios erūt recipiendi de Senect. 77 a, Confectio huius libri mihi iucunda fuit. & 88 b, Liber quem de rebus rusticis scripsi. de Ora. 129 a, Bruti libelli tres de iure ciuili. Att. 143 a, & 189 a, Demetrij librum de cōcordia tibi remisi & 125 b, Demetrij liber, περὶ ὁμονοίας. Of. 36 a, Est Dicæarchi liber de interitu hominū qui, &c. Ep. 82 a, Liber tuus & lectus est, & legitur a me diligenter. Qu. F. 314 b, Sed vtros eius habueris libros (duo enim sunt corpora) an vtrosque, nescio. de Di. 81 a, Chrysippus qui totam de diuinatione duobus libris explicauit sententiam, vno præterea de oraculis, vno de somnijs, quē subsequens vnū librum Babylonius Diogenes edidit. Q. F. 325 a, Sermonem nouem & dies & libros distribuimus de optimo ciue, sane texebatur opus luculenter. Offi. 42 a, Ea quæ essent, dictum est in superiore libro: ad Her. 6 b, Quoniam satis huius voluminis magnitudo creuit, in altero libro exponemus, &c. Epist. 46 a, Peto a te, ne liber exeat: aut ita corrigas, ne mihi noceat. & 85 a, Si liber exstet. Att 143 b, Nos autem in libris habemus, non modo, &c. de Fat. 140 a, Quod in alijs libris feci, qui sunt de Na. deo. itemque in ijs quos de Diu. edidi. Att. 74 b, Libros peruolutare. & 145 a, Euoluere. de Cla. 193 a, Voluendi sunt libri Catonis. Top. 221 a, & Tuscu. 133 b,

• Libros edere. * Tusculan. 234 b, Legi tuum nuper quartum. de Finibus]

☞ Syntaxis. *Liber tam exijt. Libri confectio. In libris habemus. Libros peruolutare, euoluere, voluere, edere.*

LIBERA, ræ. *Proserpina Cereris filia.* de Na. 38 a, b, & I. V. 225 a.

LIBERALIA, orum. *Liberi, id est, Bacchi sacra. sacrosancti dies & festi, Bacchanalia.* Episto. 198 a, Liberalibus literas accepi tuas. Attic. 226 a, Liberalia tu accusas?

LIBERALIS, le. *Largus, munificus, beneficus, probatus.*)(*auarus, sordidus, auidus* de Oratore 87 b, Quid tam porrò regium, tam liberale, tam munificum, quàm, &c. pt. pro Deiot. 147 b, Largus, beneficus, liberalis. pro Quinct Rosc 42 b, Roscius semper liberalissimus munificentissimusque fuit. & ibidem, a, b, Liberalis nudum fraudasse dicitur. pro Flacc. 149 a, Largum, & liberale viaticum. de Offic. quadragesimotertio b, Gratificandi liberalis voluntas. Antequam 192 b, Est enim liberale officium serere beneficium, vt metere possis fructum.

¶ *Ingenuus.*)(*illiberalis.* pro Cæl. 48 b, Huic tanto facinori tua mens liberalis conscia esse non debuit. pro Flacc. 154 b, In causa liberali. Academic. primo a, Omnis liberalis & digna homine nobili doctrina. Episto. 49 a, Omnis ars & doctrina liberalis. de Orato. 154 b, Liberales doctrinæ atque ingenuæ. de Iuuent. 51 b, Artium liberalium magistri. Offic. 31 a, De artificijs & quæstibus, qui liberales, qui sordidi.

☞ Syntaxis. *Regium, liberale, munificum. Largus, beneficus, liberalis. Viaticum liberale, voluntas, mens, causa, doctrina. Artes liberales & ingenuæ.*

LIBERALITAS, tis. *benignitas, beneficentia, largitas, bonitas, benefica voluntas, liberalis voluntas, voluntas benemerendi de aliquo, clementia.* de Orator. 118 a, Raro illud datur, vt possis liberalitatem & benignitatem ab ambitu largitione seiungere. Par. 236 b, Liberalitas in vsu pecuniæ. pro Flac. 162 a, maximas audio tibi pro tua eximia liberalitate maximisque beneficijs in tuos venisse hæreditates. Att. 274 b, Ne tua liberalitas dissolutior videatur. & 275 b, Vnum hoc grato animo liberalique profectum, cautiorem ac moderatiorem liberalitatem desiderat pro Qu. Rosc quadragesimonono a, Qui tantas pecunias propter magnificentiam liberalitatis repudiarit. Epist. decimoquarto b, Commemoranda quædam & diuina Cæsaris liberalitas. & sexto b, Virum tibi tua præstanti in eum liberalitate deuinctum, &c. Offi quadragesimosexto b, Posse liberalitate vti, non spoliantem se patrimonio, nimirum est pecuniæ fructus maximus. de Clar. 173 a, Homo non liberalitate, vt alij, sed tristitia & seueritate popularis.

☞ Syntaxis. *Liberalitas & benignitas. Liberalitas dissoluta, cautior moderata, diuina, præstans. Liberalitas magnificentia.*

LIBERALITER, lius. *ingenue.* de Ora. 96 a, Homo ingenuus, liberaliterque educatus.

¶ *Largè.* In Verr. 194 b, Qua in re Senatus optimè ac benignissimè cum aratoribus egisset, large liberaliterque æstimasset an ea, &c. Q. Fr. 211 a, Viuo liberalius quam solebam. In Ver. 192 b, Benigne ac liberaliter.

LIBERATIO, onis. *absolutio.* pro Lig. 137 a, Cum a te non solum liberationem culpæ, sed etiam errati veniam impetrauissent.

¶ *Vacuitas.* Qu. Fr. 296 b, & de Fin 56 b, Liberatio & vacuitas omnis molestiæ.

LIBERATOR, oris. *vindex libertatis.* Att. 227 a, Romæ nostri liberatores tuti esse non possunt. I. A. 153 b, Patriæ liberatores vrbe carebant ea, cuius a ceruicibus iugum seruile deiecerant.

LIBERATVS, a, um. *liber.* pro S. R. 42 b, Culpa liberatus, crimine solutus, &c. de Legibus 173 b, Templa liberata & effata habento. Att. 15 b, Te a quartana liberatum gaudeo pro Dom. 234 a, Homines soluti & cura liberati de Nat. 87 b, Cum caue liberati pulli pascerentur. pro Mar. 133 a, Si aliqua culpa tenemur erroris humani, a scelere certe liberati sumus. Tusc. 248 a, Cùm defensionum laboribus senatorijsque muneribus, aut omnino, aut magna ex parte essem aliquando liberatus.

LIBERE. *solute.* In Ver 144 a, Non vereor, ne magis accusatoriè, quàm libere dicere videar. Oratore 204 a, Vt ingredi libere, non licenter errare uideatur Attico. 65 a, Constanter & libere me gessi. pro Qu. Sext. & pro Sex. Rosc. 22 a, Quem tu respirare libere non sinis. de Diuinat. 189 a, Animus somno relaxatus solute mouetur & libere. Antequam 195 b, Libere loqui in iudicio. pro Plan. 565 b, Asperius, inquit, locutus est, imo fortasse liberius. * Epistol. 115 b,

• Cum quo simultates si tibi non fuissent liberius tibi de tota re esset.]

☞ Syntaxis. *Liberè, & licenter errare. Constanter & liberè se gerere. Solute animus, ac liberè mouetur. Non asperè, sed liberius.*

LIBERI, orum *filij.* Att. 118 b, Vagamur egentes cum coniugibus, & liberis. & 258 a, Is ex C. Fabij filia liberos habuit. I. V. 260 a, Idq. postremum in parentes suos liberi orabant. Top. 228 b. I. V. 284 a, Suscipere liberos. Off 26 a & Epi. 340, Liberis dare operam re honestum est, nomine obscœnum. Tul. 203 a, Orbitates quoque liberorum prædicantur. pro Cl. 24 a, Fratris autem liberos vita priuauit. *hic de vno tantum filio loquitur.*

☞ Syntaxis. *Ex muliere liberos habere suscipere. Liberis dare operam.*

LIBERO, as. *vindico, libertatem do, in libertatem vindico, restituo, vel in integrum restituo, recupero, expedio, soluo, absoluo, laxo, relaxo.* de Orato. 300 a Si quis apud nos seruisset ex populo fœderato, se se liberasset. Anteq. 193 b, Arcem vrbis ab incendio & flamma liberaui. Qu. Fr. 119 b, Teque item ab eo vindico & libero. I. V. 240 a. Cæteri ex his incommodis pecunia se liberarunt. pro Flac. 164 b, Aquilū patres nostri multis auaritiæ criminibus testimonijsque conuictū, quia cū fugitiuis fortiter bellū gessisset, iudicio liberauerūt. de Or. 159 a, Nā & vincit modis & forma, & relaxat & liberat immutatione ordinis. At. 218 a, Ego librarios tuos culpa lib de Vn. 193 a, Deus motū cęli ab omni

ab omni erratione liberauit. Attico. 86 b, Næ cu me solicitudo magna liberatis. pro Clu. 30 a, Iudices hunc quem iam bis condemnatum acceperant, liberarent? I. V. 123 b, Qui Sopatrum eodem illo crimine liberarant. Epi. 3 a, Prorsus eum libero omni suspicione cupiditatis. Att. 23 a b, Liberare se magno ære alieno, & 90 a, Liberare aut leuare se ære alienu. de Na. 4 b, Vt omni me inuidia liberem.

LIBEROR, ris cont. Rull. 89 a, Eodem capite obligata omnia liberantur. de Di. 128 a, Quorum linguę sic inhęrent, vt loqui non possint, hæ scalpello resectæ liberantur.

☞ Syntaxis. *Ab eo te vendico & libero. Relaxare & liberare oratiorem. Liberare aliquem culpa. Liberare aut leuare se alieno ære.*

LIBERTA, tæ. I. V. 63 b.

LIBERTAS, tis. *licentia.*)(*seruitus.* Acade. 8 b, Vereor, ne largiar ei qui contradicturus est, maiorem libertatem ac licentiam. & 30 a, Quanti ista libertas æstimanda est? I. V. 148 b, Nunquam ipsimet nobis præcideremus istam licentiam libertatemque viuendi. de Ora. 104 a, Virtus tamen ius suum & impunitam omnium rerum libertatē tenere debet. pro R. P. 126 a, Perdere libertatem. pro Planc. 166 a, Quę fuit olim præconi in ridendo, nunc equiti Romano nō est concessa libertas. pro Rab. 97 b, Dare libertatem seruo. pro Plan. 262 a, Tabella dat eam libertatem populo, vt quod velint faciant. pro Ses. 38 b, Eos voluntatem semper eandem, libertatē eandē non semper habuisse. Offic. 14 a, Libertatis proprium est: sic viuere vt velis. de Orato. 121 b, Me tamen ista oscitans sapientia in libertatem vindicabit. de Natu. 12 b, Solutus, & in libertatem vindicatus. At. 144 a, De libertate retinenda, qua nihil est dulcius, tibi assentior. pro Fla. 149 b, Græcia hoc vno malo cōcidit, libertate immoderata, & licentia concionum. pro Dom. 217 b, Quod idem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademisses. & 228 b, Nemo ciuis Ro. aut ciuitatem aut libertatem potest amittere, nisi ipse autor sit factus. Att. 90 b, Α'υτονομία, i. libertas suis legibus viuendi. & 285 a, Accipere libertatem ab aliquo. Att. 286 a, Ciuitas, quæ ne traditam quidem atque inculcatam libertatē recipere possit. Of. 37 a, Acriores sunt morsus intermissæ libertatis, quam retētæ. I. A. 209 a, Aliæ nationes seruitutem pati possunt, Pop. Ro. est propria libertas. Par. 122 a, Libertas est potestas viuendi vt velis. de Leg. 191 b, Libertatem largior populo, vt & autoritate valeant, & vtantur bonis. & 192 a, Habeat sane populus tabellam, quasi vindicem libertatis.

¶ *Dea sic dicta.* pro Dom. 235 a, Libertas & templum Castoris.

☞ Syntaxis. *Libertas & licentia, & contrà. Libertatem viuendi sibi præcidere, dare libertatem. In libertatem vindicare aliquem. Solutus, & in libertatem vindicatus. Libertatem retinere, amittere, adimere, accipere.*

LIBERTINA, næ. pro Sest. 28.

LIBERTINUS, ni. *iusta seruitute manumissus.* pro Sest. 23 a, Sunt etiam libertini optimates. de Or. 88 a, Tyberius Gracchus libertinos in vrbanas tribus transtulit. I. A. 186 b, Ipse ex libertini filia suscepit liberos. pro Cor. 50 a, & I. A. 161, Cn. Publicius libertinus homo.

LIBERTUS, *id est, libertinus. Sed libertus ad patronum, libertinus ad ingenuum refertur.* Epis. 213 b, Peto a te, vt Ammonium libertum in patroni eius negocio tueare. Qu F. 299 b, Species tam gratiosi liberti aut serui dignitatem non habet. pro Sest. 20 a, Serui & liberti. pro Mil. 119 a, Seruos nostros libertos suos fecisset.

LIBET, bat. *collibet, placet, delectat, non displicet, sum contentus, volo.* de Orat. 110 a, Si tibi id minus libebit, non te vrgebo. pro Qu. 17 b, Si poterit Næuius id quod libet, & ei libebit quod nō licet. de Sen. 94 b, 17 b, Non libet mihi deplorare vitam, quod multa fecerunt. Tus. 213 a, Nihil quisquam nisi quodlibet, facere præclare potest. Epist. 9 a, Vel etiam, id quod mihi maximè libet, ad nostra studia me referam. Attic. 26 b, Quarum alteram non libebat mihi scribere, quia abscideram. & 333 b, De republica non libet plura scribere. & ibid. Non libet fugere, aueo pugnare. de Di. 114 a, De quo primo hoc libet dicere. de Na. 19 b, Vt mihi quidem admirari liberet, esse, &c. & 4 b, Itaque mihi libet exclamare. de Orato. 140 b, De quo libitum mihi est paulo plura dicere, quàm, &c. Attic. 234 b, Cum facile persuasi, mihi id quod rogaret, ne licere quidem, nō modò libere. I. A. 215 b, De proximo bello ciuili non libet dicere. de Sen. 85 b, Senectus efficit, vt non libeat, quod non oportet. de Leg. 184 a, Quoniā licitum est vobis me ad hæc impellere. pro Milo. 10 b, Vos & omnes boni vota faciebatis, vt Miloni vti virtute sua liberet. de Aru. 104 a, ⁂ De Gracchi tribunatu quid expectem, non libet augurari.* Epi 10 b, Hoc mihi voluntatis accidit vt scriberem,]

LIBIDINOSE. *intemperanter, luxuriosè.* In Verr. 60 b, Libidinosè, nefarie, crudeliter. Offic. 4 a, Caue, ne quid libidinose aut facias aut cogites.

LIBIDINOSUS, a, um. *intemperans, mulierosus.* Postquam 207 a, Vir libidinosus, impurus, intemperans. pro Cęl. 40 a, Cum libidinosis luxuriose viuere. pro Syl. 180 b, Audax, petulans, libidinosus. Att. 92 a, & de Fat. 141 b, Etenim est leuis, libidinosus, salax. *aliter, fagax.* de Senec. 83 a, Libidinosa & intemperans adolescentia. I. P. 94 a, Nihil isto scitote esse luxuriosius, libidinosius. de Finibus, 6 a, Libidinosa voluptas.

LIBIDO, siue **LUBIDO**, nis *ingenita procreandi cupiditas.* de Natu. 53 a, In mari & in fœmina commiscendorum corporum mirę libidines. Offic. 11 b, Est hoc natura commune animantium omnium, vt habeant libidinem procreandi.

¶ *Furor impetus non rectus, effrænata cupiditas.* Orato. 218 a, Vbi libido dominatur innocentiæ leue præsidium est. pro Qu. 3 a, Res quæ libidine, non ratione geruntur. de Fi. 97 a, Timere, mœrere, in libidine esse, peccatum est, etiam sine effectu. de Ar. 253 b, Clodius Cilicum libidines barbarorumque satiauit. de Fin. 77 a, Satisne ergo pudori consulat, si quis sine teste libidini pareat?

¶ *Luxuries* de Ora. 101 a, Docemur autoritate nutuque legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. In Verrem 128 b, Voluntatem patris anteponendam putauit libidini suæ. de Natura 10 a, Effusæ in omni intemperantia libidines. I. P. 90 a, Profundæ libidines. pro Clu. 20 a, Repente exorta est mulieris importunę nefaria libido. In Catil. 110 a, Quæ libido ab oculis, quod facinus a manibus tuis vnquam, quod flagitium a toto corpore abfuit? & 106 a, Catilina alijs fructum libidinum pollicebatur, alijs, &cę. & ibidem, Non mediocres hominum libidines. pro Milone 115 b, Is cui nihil vnquam nefas fuit, nec in facinore, nec in libidine. & 116 a, Nunquam ille a liberis, a coniugibus vestris effrenatas libidines suas cohibuisset. pro Font. 181 b, Turpitudo, quæ a libidine aut a petulantia aut ab audacia nata sit. & 182 a, Quæ ad suspicionem stuprorum ac libidinum pertinent. In Para. 98 a, Ciuitates etiam nefarias libidinum contumelias turpitudinesque subierunt. In Anton. 169 a, Puer emptus libidinis causa. de Oratore 129 b, Nihil superest, libidines totum dissiparunt. de Orato. 122 b, Timide tanquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad philosophiam appulisti.

¶ *Voluntas, arbitrium, desiderium, studium.* pro Font. 281 a, Si per latum erit in Galliam, equites Romanos rem ad illorum libidinem iudicasse. de Legibus 191 a, Suffragandi nimia libido. de Inuent. 79 a, Quæ in mentem aut in libidinem veniunt. de Finibus 53 a, Ad libidinem fingere aliquid. In Verrem. 72 a, Ad nostrum arbitrium libidinemque aduersariorum minas eludēmus. pro S. R. 42 a, Ad libidinem suam aliquem vexare. Offic. 51 a, Tanta in eo peccandi libido fuit, vt, &c. de Sen. 85 a, Libido voluptatis ad omne facinus suscipiendum hominem compellit.

☞ Syntaxis. *Procreandi libido. Libidine, non ratione viuere, loqui, iudicare. In libidine esse, peccatum est etiam sine effectu. Libidines habere domitas. Libido profunda in intemperantia. Effusa libido, nefaria, non mediocris. Facinus, libido. Effrenatas à nece cohibere libidines. Ad libidinem indicare. Hæc non in mentem sed in libidinem veniunt. Ad arbitrium, & libidinem. Voluptatis libido.*

LIBANDUS, a, um. *decerpendus.* de Ora. 98 a, Libandus est etiam ex omni genere vrbanitatis facetiarum quidam lepos.

LIBATUS, a, um. *decerptus.* de Diuinatio. 103 a, Natura deorum, a qua vt sapientissimis placuit, haustos animos & libatos habemus. & 113 b, Diuinitas, vnde animos haustos, aut acceptos, aut libatos habemus.

LIBO, bas. *sacrificio, diis confero.* de Leg. 173 a, Certasq; fruges certasq; baccas sacerdotes publice libanto.

¶ *Delibo, carpo, decerpo, collego.* de Inuent. 26 b, Ex variis ingenijs excellentissima quæque libauimus. ad Herenn. vigesimoquarto b, Libare suo nomini laudem ex aliorum laboribus. Tusculan. 244 b, Libasque ex omnibus quodcunque te maxime specie veritatis mouet. de Oratore 103 b, Aliqua non vt sua possedisse, sed vt aliena libasset.

☞ Syntaxis. *Ex floribus libare præcipuos. Libatus a Deo animus, vel a diuinitate. Ex ingeniis primis multa libare. Sibi laudes ex aliorum laboribus libarè. Multa aliena libare.*

LIBRA, bræ. *statera, trutina, id est, instrumentum, quo res ponderantur, & examinantur.* Tuscul. 238 a, & de Finibus 146 a, Quo loco quæro, quam vim habeat libra illa Critolai, qui cum in alteram lancē animi bona imponat, in alteram corporis & externa, tantum, propendere illam bonorum animi lancem putat, vt terram & maria deprimat. de Orato. 104 b, Facere testamentum in procinctu sine libra atque tabulis. de Oratore 157 a, Nexum, quod per libram agitur. L. LIBELLA.

LIBRAMENTUM, ti. *extremitas.* Aca 29 a, Extremitatem & quasi libramentum, in quo nulla omnino crassitudo sit.

LIBRARIUM, rij. *catalogus, quem registrum vulgò vocant, commentarium.* pro Milon. 107 b, Exhibe quæso Sex. Clodi librarium illud legum vestrarum.

LIBRARIOLUS, li. *librarius.* Att. 57 b, Velim mihi mittas de librariolis tuis duos aliquos, quibus Tyrannio vtatur glutinatoribus. Att. 241 b, & pro Cor. 57 b, Seruius pacificatus est cum librariolo suo. de Leg. 157 a, Nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, sed ex librariolis latinis.

LIBRARIUS, a, um. In Ant. 164 a, Nisi se sub schalas tabernæ librarię coniecisset.

LIBRARIUS, rij. *scriba, qui scribit libros.* contra Rul. 68 b, Lex in publicum proponitur, concurrunt iussu meo plures vno tempore librarij, descriptam legem ad me afferunt. In Ant. 225 a, & pro Syl. 175 a, Illas tabulas describi statim ab omnibus librarijs imperaui. Att. 63 a, & 20 b, & in Ant. 162 a, Epistola librarij manu est. de Or. 259 a, Librariorum notæ. & Orato. 219 a, Interductu librarij. Epist. 265 a, b, Sed peto a te, vt quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Græcus, qui mihi ex scribat hypomnemata. Attico. 57 b, De librarijs, si me amas, diligenter aduerte. & 96 a, Legi literas non tuas, sed librarij tui. Attic. 131 b, Lippitudinis meæ signum tibi sit librarij manus.

☞ Syntaxis. *Librarius exscribit leges. Librarij manu litera scripta.*

● erat igitur quoque priuatus minister, & scriptor librarius.* Tusculan. 215 a, Licuit esse otioso Themistocli, licuit Epaminondæ. In Ver. 69 a, Quibus coniuges suas, integras ab illius petulantia

alteri affinxit: de altero limauit. & 160 b, Stylus qui & alia & hoc maxime ornat ac limat. de Op. 243 b, Quoniam se ipse ad minutarum genera causarum limauerat. Ep. 38 b, De tua beneficia prolixaque natura limauit aliquid posterior annus.

LIMOR, aris. Academ. 39 b, Institui quædam ad eum, quæ sunt magna sane, & limantur a me politius. Officio. 40 a, Cum veritas ipsa limatur in disputatione.

☞ Syntaxis. *Animi acumen arte limare. De aliqua re limare. Stylus omnia ornat ac limat. Limare se ad. Fortuna limat multum de beneficio & prolixa natura. Politius limare. Limatur in disputatione veritas: id est eliciatur. superspecta est.*

LINEA, neæ. *filum, quo materiam & opera sua artifices dirigunt, vel ipsa figura, quæ filo colore infecto fit. Sunt etiam geometrarum linea, latitudine & crassitudine carentes.* Qu. fr. 318 a, Diphilus aliquando perpendiculo & linea discet uti. Attic. 60 a, Lineam tenere in agendo. Para. 319 b, Peccare, est tanquam transire lineas. quod cum feceris, culpa commissa est. quam longe progrediare, cum semel transieris ad augendam transeundi culpam nihil pertinet. Tusculan. 156 b, Ferri sursum rectis lineis. de Fin. 52 b, Ferri deorsum ad lineam. * Tuscul. 250 a Iam vero cæcus verbis præcipiebat discentibus, vnde, quo quamque lineam scriberent.]

☞ Syntaxis. *In agendo tenere lineam. Lineas transit, qui peccat. Ferri rectis lineis. Ad lineam ferri.*

LINEAMENTUM, *linea*. Aca. 29 a, Lineamentum sine vlla latitudine.

¶ *Figura, forma quæ linearum ductu constat.* de Fin. 106 a, Animi lineamenta pulchriora sunt, quam corporis. de Ora. 100 b, In geometria lineamenta, formæ, interualla, magnitudines. de Cl. 103 a, Intelliges nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum, quæ inuenta nondum erant, florem & colorem defuisse. de Natura. 11 b, Compositio membrorum, conformatio lineamentorum. & 16 a, Deorum lineamenta atque formæ. I. V. 227 a, Eum multo magis figura & lineamenta hospitæ delectabant. de Diuin. 85 a, Aspersa temere pigmenta in tabula oris lineamenta effingere possunt. & 118 b, Cum ad lineamenta oris peruentum est. I. V. 223 a, Tu illius æris temperationem & operum lineamenta solus perspicis? Orato. 245 a, Numerus quasi quandam palæstram & extrema lineamenta orationi attulit. * de Natura. 25 b, Epicurus homunculum similem Deum fingit lineamentis duntaxat extremis, non habitu solido.]

☞ Syntaxis. *Animi lineamenta. Conformatio lineamentorum. Lineamenta & formæ. Figura & lineamenta hospitæ. Afferre orationi palæstram & extrema lineamenta.*

LINGUA, guæ. *pars in animante vocis formandæ præcipua.* de Natura. 53 a, Linguam autem ad radices eius hærens excipit stomachus. de Natura. 56 a, In ore sita lingua est, finita dentibus, quæ sonos distinctos & pressos efficit, cum ad dentes, & ad aliar partes pellit oris, itaque plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes. de Diu. 128 a, Quorum linguæ sic inhærent, vt loqui nō possint, hæ scalpello resectæ liberentur. de Orato. 94 b, Sunt quidam ita lingua hæsitantes, ita voce absoni, vt, &c. & 143 a, Hæc tibi est excidenda lingua, qua uel auulsa, libidinem tuam libertas mea refutabit. & 106 a, Vt totum illud vti lingua nuncuparat, in magistri carmine scriptū videretur. Quint. fratr. 297 b, Linguam omnibus diligentissime esse continendam. pro Flacc. 158 a, Lingua quasi flabellum seditionis. de Orato. 133 a, Gallus pictus exerta lingua, buccis fluentibus. & 91 b, Oratores quidam lingua celeri & exercitata. & 94 b, Linguæ solutio, vocis sonus.

¶ *Sermo.* de Or. 164 b, Verba neminem mouent, nisi eum qui eiusdē linguæ societate coniunctus est. Tus. 250 b, In his linguis quas nō intelligimus, surdi sumus. de Fi. 101 a. & 91 a, Lingua Latina inops. & Tusc. 192 a, b, Lingua Latina vberior Græca. Tus. 182 b, Lingua Græca vberior Latina. *Vide sententiā varietatem.*

☞ Syntaxis. *Lingua finita dentibus ad dentes pellit. Inhærent linguæ balbis. Lingua hæsitans. Comere linguam. Exerta lingua: id est, exerta. Coniunctus linguæ societate.*

LINQUENS, tis. pro Planc. 264 a, Minturnenses C. Marium linquentem terram eā, quam seruauerat, lachrymis votisque omnibus prosecuti sunt.

● LINQUO, quis. de D. 84 a, *Luce serenanti vitalia lumina linquit.* * de Or. 159 b, Linquamus naturam, artesque videamus.]

LINQUOR, ris. de Fat. 147 b, Vt is in insula Lemno linqueretur.

LINTRICULUS, li. *linter.* At. 164.

LINTER, tris. *nauiculæ genus.* de Cl. 134 a, Motus erat is in Curione, quē C. Iulius in perpetuum notauit, cum ex eo in vtranque partem toto corpore vacillante, quæsiuit, quis loqueretur e lintre. pro Mil. 215 b, Lintribus in eam insulam materiam conuexit.

LINTERNUS ager. *Strabonis Linternus.* contra Rull. 79 b.

LINTEUM, tei. pro Rab. 129 a, Merces fallaces quidem & fucosæ chartis & linteis & vitro delatæ.

LINTEUS, a, um. *ex lino ut vestis lintea.* I. V. 265 b.

LINUM, lini. in Verr. 241 a, Reticulum tenuissimo lino, minutis maculis plenum rosæ. I. C. 112 b, Tabellas proferri iussimus, linum incidimus, legimus.

LIPARENSIS, e. I. V. 166 b, Liparensium testimonium.

LIPPIO, pis. ad Att. 111 a, Cum leuiter lipparem, has literas dedi.

LIPPITUDO, inis. *oculorum morbus ex perpetua destillatione.* Tusculan. 227 a, Citiusque repētinus oculorum tumor sanatur, quam diuturna lippitudo depellitur. Attico. 131 b, Lippitudinis meæ signum, tibi sit librarij manus. & 128 a, Mihi molestior lippitudo erat etiam, quā ante fuerat. & 111 a, Si scriberem ipse, longior Epistola fuisset, sed dictaui propter lipitudinem. Quint. frat. 307 a, Non occupatione, sed paruula lipitudine adductus sum, vt dictarem hanc Epistolam. At. 169 b, Crebro refricat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen quæ impediat scriptionem meam.

☞ Syntaxis. *Lippitudo refricat.*

LIQUATUS, ta, tum. Tusc. 180 a, Guttæ liquatæ ardore solis.

LIQUEFACIO, cis. *mollio.* Tuscu. 231 b, Quem nullæ lætitiæ exultantes languidis liquefaciunt voluptatibus.

LIQUEFIO, fis. *liquesco tabesco.* de Natura. 32 a, Glaciem calore liquefactam & dilapsam diffundi. in Catilin. 115 a, Cum & legum æra liquefacta sunt.

LIQUESCO, scis. *Liquefio.* Tus. 186 b, Cum voluptate liquescimus, fluimusque mollitia.

☞ Syntaxis. *Voluptate liquefaciunt animum. Voluptate liquescere fluereque.*

LIQUET, bat. *constat.* pro Cecinn. 290 a, Cum causam non adisset, & potestas esset ampliandi, dixit sibi liquere. & ibidem. Cum quid liqueret, non habuistis. pro Cl. 33 b, & 39 b, & Attico. 1 a, Iudices non liquere dixerunt. de Diuina. 81 b, Cum id, de quo Panætio non liquet reliquis solis luce clarius esse videatur. de Natura 8 a, Protagoras sese negat omnino de dijs habere, quod liqueat. & 26 a, Sed quod inter uos liqueat, ne tu quidem intelligis. & 24 a, Protagoras cui neutrum liquerit, nec esse deos, nec non esse & 26 a, Si haberem aliquid quod liqueret. Acad. 23 b, Si habes quod liqueat, neque respōdes, superbis. de Inu. 54 b, Simili modo liquet, alteram quoque approbationem separatam esse.

☞ Syntaxis. *Liquere alicui iter aliquis.*

LIQUIDO, dius. *certo.* I. V. 178 a, Nemo erat, qui hoc se audisse liquido diceret. & 229 a, Confirmare hoc liquido possum. item: Amicitiæ dedisti quod liquido veritati dares. Ep. 149 a, Tamen lectis tuis literis liquidius de toto sensu tuo iudicaui. de Finib. 72 b, Quod eo liquidius faciet, si, &c.

LIQUIDUS, a, um. pro Cec. 300 a, Quicquid inde haurias, purum liquidumque sit. Genus sermonis liquidum, fusum, profluēs.)(*Exile, aridum concisum.* de Fi. 61 a, Liquida uoluptas, & libera.

☞ Syntaxis. *Liquido dicere, confirmare, facere, iudicare.*

LIQUO, as. I. LIQUATUS.

LIQUOR, oris. *humor.*)(*concretio.* de N. 31 a, Aquæ admistum esse calorem primum ipse liquor, tum aquæ declarat effusio. & 35 b, Liquores perlucidi amnium. de Vu. 203 b, Causæ quæ vim habeant caloris & frigoris, concretionis & liquoris.

LIRIS, ris. *fluuius.* de Legib. 170 b, Ex eo loco Fibrenus statim præcipitat in Lirim.

LIS, tis. *controuersia, iudicium, res causa, contentio.* Officio. 12 a, Si lis in iudicio sit, propinquum potius defenderis. pro Muræn. 130 a, Rem an litem dici oporteat. pro Qu. Rosc. 51 b, Roscium suas, non societatis lites redemisse. de Orato. 137 a, Quid si, cum pro altero dicas, litem tuam facias? pro Quint. Rosc. 52 b, In sua lite vel in alieno iudicio. de Orator. 94 b, Multitudo litium, & varietas causarum. I. V. 95 b, Bona sua repetere ac persequi lite atque iudicio. de Orato. 94 b, Lites, controuersiæ & causæ. & 88 b, Intendere litem alicui. pro R. P. 124 a, Inferre litem alicui. pro Cl. 41 b, Litem capitis in aliquem inferre. & ibidem. Vt lis hæc capitis æstimaretur. & ibidem. Epi. 117 a, Æstimationem litis non esse iudicium. pro Cl. 41 b, Si quæ in eum lis capitis illata est, nō admittunt. I. V. 95 b, C. Dolabellæ H-S. ad tricies litem esse æstimatā. & 190 a H-S. VIII. millibus lis æstimata est. & 73 a, Lis æstimata est eo nomine, quòd, &c. pro Muræn. 134 a, Lites seuere æstimare. de Orato. 98 b, Neque intelligebat, si ita esset, litem aduersarium perditurum. pro Q. Ro. 45 b, Secundum tabulas alicuius litem dare. & 54 a, Litem damni iniuria cum aliquo contestatam esse. Att. 261 a, Non enim procuratores litem cōtestabuntur. pro R. P. 224 a, In litibus æstimandis nemo appellabatur, nisi ex testium dictis, aut tabulis priuatorum, aut rationibus ciuium. & 123 b, Sunt lites æstimatæ A. Gabi. nec prædes dati.

¶ *Disceptatio quæuis.* de Legibus. 166 b, Philosophi ætatem in litibus conterunt.

☞ Syntaxis. *Lites redimere non suas facere. Sua bona lite persequi. Lis, controuersia causa. Litem inferre alicui in aliquem. Æstimare capitis litem. Litem perdere, alicui dare contestari.*

LITERA, ræ. *nota literæ scriptura.* de Natura. 4 b, Si innumerabiles vnius & uiginti formæ literarum uel aureæ, vel quales libet aliquo coniijciantur, posse ex his in terram excusis, annales Ennij vt deinceps legi possint, effici. de Inuent. 80 a, Literæ quæ tenues & obscuræ notæ sunt voluntatis. de Legibus. 171 b, Neque cum literis, quibus scita scribuntur, rectum aut oritur, aut occidit. de Orato. 147 a, Vt Iota literam tollas, & E plenissimum dicas. * Attico 172 b, Conficere plures lineas non potui. Epistola. 29 a, Scribere literas ad aliquem.] de Diuinat. 126 a, In robore insculptas fuisse priscarum literarum notas. de Inuē. 64 a, Omne nomen ex aliquibus literis scribitur. de Orato. 231 a, In omnibus parietibus inscriptas fuisse literas, tria III, duo m m. & 132 a, Similitudo verbi ad literam immutari, ut Næuius, Ignauius. de Orato. 134 b, In eius tabulis ostendit literas A. F. P. R. & 108 a, Demosthenes eius artis cui studebat, primam literam non poterat dicere. de Finibus. 106 b, Quid non sic ex alio nectitur, ut non, si unam literam moueris, labent omnia? Epistola. 253 a, Puto te iam suppudere, cum hæc tertia iam Epistola ante te oppresserit, quam tu schedulam aut literam. Academi. 2 b, Sed ne literam quidem ullam facimus nisi forensem. de Orat. 148 b, Cum ipse literam Socrates nullam scripsisset. pro Atti. 189 a, Nullā

literam scripsi. *id est, nihil scripsi*. Epi. 28 b, Ille cum ad Thermum de Parthico bello scriberet ad me literam nũquam misit. de Cl. 167 a, Aut in Pericle literam nulla est, quę quidem ornatum habeat. de Or. 92 a, De frangendis cupiditatibus litera in eorum libris nulla inuenitur. I. V. 239 a, Quod iste si vnam literam Græcam scisset, non sustulisset. de In. 35 b, Definire literas legis perscrutari. Att. 23 b, Si homo esset, eum potius legeret, quàm vnam literam scriberet. Par. 241 a, Ex consequentibus, quę ea litera de accusatore soleat dari iudici. pro Mil. 104 b, Litera salutaris, litera tristis in iudicando. pro S. Ro. 27 b, Crura quidem nobis nemo suffringit, sed si ego hos bene noui, literam illam, cui vos vsque eo inimici estis, vt etiam eas omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, &c. Att. 100 a, Alexidis manũ amabam, quòd tam prope accedebat ad similitudinem tuæ literę. pro Syl 175 b, Literæ posteritatis causa repertæ sunt, quæ subsidio obliuioni esse possent. * Tusc. 161 a, Qui sonos vocis, qui infiniti videbantur paucis literarum notis terminauit. } *Litera singula, quid notabant antiqui, vide Probum de Literarum notis*,

¶ *Eruditio, doctrina, peritia*. de Ar. 247 b, Versor in studio literarũ. pro Ar. 185 a, In studijs humanitatis ac literarum versari. de Leg. 169 b, Agere ætatem in literis. pro S. R. 38 b, Nõ est verisimile, vt Chrysogonus horum literas adamarit aut humanitatem. de Cla. 189 a, Erãt in eo plurimæ literæ, nec eæ vulgares, sed interiores quædam & reconditæ. de Na. 67 b, Qui interiores & reconditas literas scrutantur. de Cl. 188 a, Multæ literæ reconditæ & exquisitæ. Epi. 42 a, & 113 a, Literæ interiores. 43 b, Literæ disertæ. de Diui. 128 b, L. Tarutius in primis Chaldaicis literis eruditus. de Orato. 115 a, Homo nõ hebes, neque in exercitatus, neque politioris humanitatis & communium literarum expers. I. P. 64 b, Græcus non philosophia solũ, sed etiam literis, quod fere cæteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus. de Orat. 153 a, & 154 b, Geometria, musica, literę. de Cl. 178 a, Literarum scientia & eloquendi elegantia 188 b, T. Flaminius literas nesciebat. I. A. 164 b, Tantum dicam, neque illos neque vllas omnino te literas nosse. ibid. Meę literæ nomini Romano laudis aliquid afferunt pro Ar. 188 b, Ad percipiendam colendamque virtutem literæ adiuuant I. Ver. 323 a, Homo sine ingenio, sine literis. de Ar. 247 b, Nõ his delector aut utor omnino literis, quæ nostros animos deterrent atque auocant a religione. At 114 b, Nunc mihi nihil libri, nihil literæ, nihil doctrina prodest. Ar. 65 a, Retuli me ad literas & studia nostra. Ep. 8 b, Literis omnibus a pueritia deditus.

¶ *Insuper memoria seu monumenta, tabulę, libelli*. de Ora. 101 a, Omnia enim hęc neque ita multis literis aut voluminibus magnis continentur. I. V. 195 a, Memoria, monumenta literæ. de N. 69 a, Sed illud nomen veterum literis est vsitatius. Tuscu. 149 a, & Epi. 219 b, Mandare literis cogitationes suas, & tradere memoriæ. Acad. 1 b, Cõsignare aliquid literis, & mandare monumentis. Tus. 156 a, Extare literis. de Or. 113 a, Custodire literis aliquã I. V. 172 a, Nomina aratorum & cum singulis pactiones Decumanorum literis persequi & cõficere necesse est. pro Cl. 57 a, Tu fortunas alterius literis conscriptas in iudicium afferas? neque earũ literarum obsignatarum autorem, neque testem vllum nominabis?

¶ *Multitudinis, casu, Epistola, tabula, codicilli*. Epist 25 b, Id quando non accidit, vtemur bonis literarum, & eadem ferè absentes, quæ si coram essemus, consequemur. I. C. 111 b, Dare literas alicui ad aliquem. At. 70 b, Literas Pontino de omnibus rebus diligenter dabis. At. 116 b, Ecce Cassij literę, Nigidium a Domitio Capuã venisse eũ dicere Vibullium è Piceno currere ad Cn. consilium insequi Cæsarem. ibid. a, Idibus vesperi e Philotimo literas accepi, Domitiũ exercitum firmum habere, Cęsarem intercludi posse, eumque id timere. Ep. 6 a, Legi tuas literas, quibus, ad me scribis, &c Ep. 21 b, De sacerdotio tuo quãtam curam adhibuerim, cognosces ex ijs literis, quas Thrasoni liberto tuo dedi. & ibid. Vnis literis totius ętatis res gestas ad Senatum perscribere. & 48 a, Sæpius ad aliquem literas vno exemplo dare. & 154 a, Binæ continuæ literę. Att. 83 b, Lucius queritur apud me per literas, &c. Att. 152 a, Cum eius clementiam Corfiniensem per literas collaudauissem. Epist. 6 a, Per literas tecum sæpissime colloquar. I. V. 113 a, Lucullus de Dionis iniuria grauissime per literas cum Verre questus est. Attic. 29 b, Ei nunc Epistolæ literis his respondeo. Epist. 6 a, Non eius generis meæ literæ sunt, vt eas audeant temere committere. At. 55 b, Literas in alienum incidere. Ep. 19 b, Committere aliquid literis. Attic. 7 b, Literę non committendę sunt eiusmodi periculo, vt aut interire aut aperiri aut intercipi possint. & 93 b, & 97 a, Aperire literas. pro Pla. 277 a, Te aiebas de tuis rebus gestis nullas literas misisse. Att. 70 a, Literas tuas Fisulanus mihi dedit. Epist. 98 a, Cum de hoc ipso Trebatio cum Balbo nostro loquerer accuratius domi meæ, literæ mihi dantur a te, &c. Ep. 153 a, Literæ frigidæ & inconstantes Ep. 34 a, Literæ multis verbis scriptæ. Ep. 173 a, Literæ breues.)(*Pleniores*. & 182 b, Et vberiores. Ep. 43 b, Prudentia tuarum literarum. Epi. 118 a, Literæ facetæ & elegantes. Ep. 34 a, Literæ scriptę mea manu. Att. 75 a, Antequam aliquo loco consedero, neque longas a me, neque mea manu literas expectabis. Att. 231 b, A quo adhuc nulla litera est. I. V. 95 a, Vt Romam venit, nullam literam pupillo, nullam tutoribus reddidit.

☞ Syntaxis. *Est breuis manus perscribendus sua litera. Studia humanitatis ac literarum. In eo sunt literæ non vulgares sed reconditę, interiores, exquisitæ, dis vtæ. Geometria, litera. Literarum scientia. Literas nostros Libri, litera, doctrina. Ad studia se, ac literas refero. Literis mandare, consignare, aliquid extare, custodire, persequi, conficere, conscribere. Literas dare ad aliquem. Vno exemplo litera multę. Per literas colloqui Incidere literas in alienum, in alienas manus. Litera frigida, multis verbis scripta, plena prudentiæ, faceta*. Dare literam, pro literas: id porrò perquam raro.

Literatè *satè eleganter*. de Or. 132 a, Belle & literatè dicta laudant. I. P. 92 b, Rationes enim ita sunt perscriptæ scitè & literatè, vt, &c. de Cl. 183 a, L. Aelius scriptorum veterum literatè peritus. & 174 a, C. Furius pilus per benè Latine loqui putabatur, literatiusque quàm cæteri. de At. 147 b, Literate respondere.

Literatura, *ea ipsa scriptura*. Par. 232 a, Memoria est germana literaturæ quodammodo, & in dissimili genere per similis. nam vt illa constat ex notis literarum, & ex eo in quo imprimuntur illæ notæ. sic confectio memoriæ tanquam cera locis vtitur, & in his imagines vt literas collocat.

Est insuper varia eruditio. I. A. 183 a, Erat in Cæsare ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, &c.

Literatus, a, um: ssimus. *liberaliter eruditus, doctus, & sciens*. Ep. 135 b, Frater tuus, quẽ literatissimũ fuisse iudicio, facile diceret, hic versus Plauti non est. hic est. de N. 64 a, Quod literatũ est, id est melius quàm quod non est literatum. pro Mur. 127 a, Tua nobilitas hominibus literatis & historicis est notior. pro Cor. 55 a, Viri literati, ac studijs doctrinisque dediti. Off. 62 b, Homo nec infacetus & satis literatus. de Cl. 171 b, Albinus & literatus, & disertus fuit. & 189 a, Plena literatæ senectutis ratio.

¶ *Literarius*. Tusc. 248 b, Quid dulcius literatio ocio?

☞ Syntaxis. *Bel è & literatè laudare. Scitè & literatè scribere. Literate scriptæ. Perbenè Latinè loqui, & literatè. Literatè respondere. Quod literatum est. Literatus & studijs doctrinisque deditus. Nec infacetus, & satis literatus. Literatus & disertus. Plenus literata prudentia liber. Literato ocio nil dulcius*.

Liternum. *villa*. Att. 167.

Literulae, arum. At. 101 a, Chrysippus, quem ego propter Literularum nescio quid libenter vidi, in honore habui.

Litigandum, Attico. 26 b, & 217 a, Mira sum alacritate ad litigandũ.

Litigans, tis. pro Cæl. 43 a, Aliquot enim in causis eum videram frustra litigantem.

Litigator, is. pro Do. 236 b, Emit domum litigatoribus defatigatis prope dimidio carius quàm æstimabat, &c.

Litigiosus, a, um. *litium cupidus, calumniator, controuersus*. de Or. 107 b, Vereris, ne tua domus, si a litigiosis hominibus non colatur, a cęteris deseratur? & 95 a, L. Pertinax. pro Mur. 129 b Quid huic tã loquaciter litigioso facias. item, Defensor nimium litigiosus, concitus ad iram L. Rixa. pro Pla. 276 b, Si in familiaritate mea locus esset nemini nisi litigioso & nocenti. de Clar. 159 b, Ignoratio iuris litigiosa est. de Fini. 143 a, Habent enim bene longam & satis litigiosam disputationem. de Or. 252 b, Litigiosum prædium. *id est controuersum & controuersa gens*.

Litigo, as. *discepto*. Att. 217 a, Hircius cum Quintio acerrimè pro me litigauit. Episto. 142 b, Noli pati litigare fratres, & iudicijs turpibus conflictari. de Am. 124 b, Qui litigare se simulans blanditur. Qu. fr. 324 b, Litigarem tecum, si fas esset, sed, &c. in Anton. 253 a, Hic cum C. fratre putat se litigare. pro Quin. 52 b, Qui per se litigat.)(*Qui cognitorem dat*.

Lito, as. *litor, bene promitto*. pro Fl. 164 a, Litemus igitur Lentulo, parẽtemus Cethego, &c.

☞ Syntaxis. *Litigare, cum. Litigare, & iudiciis conflictari. Per se litigare*.

Litor, aris. *lito*. de D. 115 b, Hostia litatur pulcherrimè. ibi. 116 a, Cum pluribus dijs immolatur, qui tandem euenit, vt litetur alijs, alijs nõ litetur? quæ autem tanta inconstantia deorum est, vt primis minentur extis, bene promittant secundis?

Litura, æ. *linea inducta ad aliquid delendum*. pro Cl. 45 b, Oppianicus qui digito legata deleuerat, ne lituris coargui posset, testamẽtum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignauit. Epist. 85 a, Cum mendum scripturæ litura tollatur. pro Ar. 187 a, His igitur tabulis nullam lituram in nomen A. Licinij videtis in Ver 95 a, Deinde in codicis extremam ceram nomen infimum in flagitiosa litura fecit. & 129 b, Videtis ne totum hoc nomen, coram vos facit deletum, esse in litura? quid fuit illic antea scriptum? quod mendum ista litura correxit? & 147 a, Caudam illam Verris tanquam in luto demersam esse in litura. pro Arch. 187 b, Litura vnius nominis commotus est.

Litus, oris. *terminusque terræ ad mare*. Topic. 223 b, Litus est quà fluctus eludit. de In. 74 b, In litore fluminis Eurotæ. Ora. 206 b, & I. A. 226 a, Quid tam commune, quàm mare fluctuantibus, litus eiectis? pro Do. 241 b, in litore deserto aram consecrare. de N. 46 a, Amœnitates orarum litorum. Att. 188 b, Villa litore, tum prospectu maris, tum, &c. Qu. fr. 317 a, Timebam litus insulæ.

☞ Syntaxis. *Orarum & litorum amœnitas*.

Lituus, tui *bacillus ita dictus*. de Di. 86 b, Quid lituus iste vester, quod clarissimum est insigne auguratus? & ibid. Lituus erat incuruum & leuiter a summo inflexum bacillum. ibid. Lituus auguralis ab eius litui, quo canitur, similitudine, nomen inuenit. & ibi. Lituo Romulus regiones direxit, tum cũ vrbem condidit. At. 29 b, De lituis *sonantibus*. de N. 27 b, De lituo Actij Neuij.

Liuidus, a, um. Tusculan. 284 b, Ergo inuidi, maleuoli, liuidi, &c. L. Inuidus.

Liuius, ij de Cl. 171 a, Liuius, qui primus fabulam docuit.

Liuor, oris *inuidia*. Brut. Epistol. 172 a, Tu enim ę certo sensu & vero iudicas de nobis: quod isti ne faciant, summa maleuolentia & liuore impediuntur.

¶ *Est quoque nota percussionis in corpore sine vulnere.* ad Heré. 7 b, Si tumore aut liuore decoloratum est corpus mortui.

Locatio, onis. I. V. act. 5, Se cupiditate prolapsos, nimium magno cõduxisse: vt induceretur locatio, postulauerunt. ead. Locationem facere. Atti. lib. 4, Porticus Catuli locatione reficiebatur. In V. act. 3, Scelerata locatione spoliatos.

Locatus, a, um. cont. Rull. 76 a, Agri a censoribus locati sunt. de Cl. 183 b, Membra suo quæque loco locata. Orat. 218 a, Si quis eorum pedum in extremo locatus est. pro S. R. 27 b, Anseribus cibaria publice locantur in Capitolio, vt, &c. I. V. 260 a, Non palàm viuorum fuocra locabantur. de Orato. 96 b, Quæstio de re certis in personis, & temporibus locata. Attico. 85 b, Ciuitatem in Catonis fide locatam funditus perdidissem. pro Cęl. 52 a, Deinde forteis viros ab imperatrice in insidijs, atque in præsidio balnearum locatos. de Amici. 140 b, Etenim eo loco locati sumus, vt, &c. Tusc. 184 a, Ipsi animi magni refert quali in corpore locati sint.

Loco, as. *repono* Epi. 20 b, Mentem denique omnem in Milonis consulatu fixi & locaui. pro Mur. 132 a, Duæ sunt artes, quæ possunt locare hominem in amplissimo gradu dignitatis. Acad. 45 b, Inter rectè factum & peccatum media locabat quædam.

¶ *Adapto, accommodo.* Quinct Frat. 3 20 b, Ad Telluris quidem tuam statuam loqui.

Conducendum trado. I. A. 224 a, Vtique quæstores eam basim statuamque faciendam & in rostris statuendam locent. I. Ver. 107 b, Locare opus faciendũ maxima pecunia & 105 b, Opus quod tu H-S. DLX. millibus faciendum locasti. de Inu. 51 a, Si Rhodijs turpe nõ est portorium locare nec Hermocreonti quidem turpe est conducere. Att. 230 b, Dolabella locum illum sternendum locauit. pro Quin. Rosc. 49 b, Disciplina quæ erat ab hoc tradita, locabat se non minus. H-S. CCCLIII. In Anton. 164 a, Curio se in matrimonio certo ac stabili locauit. ad Heré. 13 a, Locare aliquam alicui nuptijs. de Leg. 186 a, Locassint, *pro locauerint.* In Ver. 102 b, Cum consules ædes suas locauissent.

¶ *Æstimo* de Ami. 115 b, Vos hortor, vt ita virtutẽ locetis, vt ea excepta nihil amicitia præstabilius putetis.

☞ Syntaxis. *Locata suo loco membra. Locata cuique cibaria. Locata quæstio, i. constituta. Ciuitas locata in fide alicuius. Summo loco locatus. Animus in corpore locatus.*

Locri, *regio.* Attic. 46.

Locrensis, e. Tusc. 239 a, Doris Locrensis, I. V. 254.

Locri, *populi.* Att. 88, de Fin. 145, de Na. 27, I. P. 100.

Locuples, tis, tior, issimus. *diues, abundans.*)(*Egens.* I. V. 63 b, Mulier copiosa plane & locuples. de Orato. 98 a, Tanquam in aliquam locupletem & refertam domum venissem. pro Plan. 277 b, Egentes in locupletes armabantur. pro Quin. Rosc. 48 b, Egebat? imo locuples erat. de Orat. 160 b, Cuius membra sunt in omni locupleti oratione diffusa. de Finib. 127 a, Lysias oratione locuples, rebus ieiunior. ad Heren. 30 a, Magnæ locupletes copiæ. de Diuina. 133 a, Iam Pythagoras & Plato locupletissimi autores iubent, &c. & 88 a, Collegit innumerabilia oracula Chrysippus, nec vllum sine locuplete autoritate teste. de Cla. 168 b, Locuples autor Thucidides. Attic. 106 a, Nec moderatior quam Sylla in pecunijs locupletum. At. li. 8. Quasi locupletior autor, quam Socrates, mihi quærendus sit. de Fin. lib. 1, Locupletior Latina lingua, quam Græca. de Natu. lib. 1, Locupletior hominum natura ad beate viuendum, quam Deorum. de Offi. lib. 3. Quem enim locupletiorem quærimus, quàm, &c. * ad Heren. 11 b, Si parum locuples ad amplificandum, & exornandum res videbitur esse.]

☞ Syntaxis. *Copiosus & locuples. Domus locuples & referta. Oratio locuples. Oratione locuples. Copia magna & locupletes. Autoritas locuples.*

Locupletandus, a, um. ad Her. 15 a, Quæ pertinent ad exaggerandum & locupletandum argumentationem.

Locupleto, as. *dito, diuitiis augeo, orno, fortunas locupleto, augeo.* Epis. 25 a. Mihi erat in animo ciuitates locupletare. de Fi. 83 b, Sapientes locupletat ipsa natura. cont. Rull. 79 b, Hæc lex eos fortunis locupletat. de Ora. 205 a, Cuius artem tum indutatam videres, verborum eam dote locupletasti & ornasti. de Cl. ora. 196 b, Eloquentiam locupletasti grauiorum artium instrumento. de Inu. 62 a, Locupletare aliquem locum egregijs picturis.

☞ Syntaxis. *Ornare & locupletare orationem. Locum locupletare picturis egregiis. Exaggerare & locupletare.*

Locus, ci. Loci, orum, & Loca, orum. *locus ab oppido quid differat, & quis in loquendo rectius vsus, quæstio grammatica.* Att. 203 a, & de Ora. 141 b. Corpus intelligi sine loco non potest. Par. 233 a, In locis autẽ & illa naturalia, maritimi an remoti a mari, plani an montuosi, leues an asperi, salubres an pestilẽtes, opaci an aprici, & illa fortuita, culti an inculti, celebres an deserti, coædificati an vasti, obscuri an rerum gestarum vestigijs nobilitati, consecrati an profani. de Di. 192 a, Occupare locum in subsellijs. de Na. 42 b, Aer videtur quasi locum dare & cedere. de Senec. 90 b, Cum quidam in theatrum venisset in magno consensu, locum ei a suis ciuibus nusquam datum. Par. 219 a, Quibus circumscripta est habitandi locus. Attic. 214 b, Respondit, se, quod in nummis haberet, nescire quo loci esset. ad Her. 7 a, Locus quæritur publicus an priuatus fuerit, cuiusmodi loci attingant. Epis. 217 a, Erit enim nobis honestius, videri venisse in illa loca ploratum potius quam notatum. de Or. 144 a, Locus opacus & frigidus in Sylua. I. V. 252 a, Locus amœnus & arbutis remot⁹. de Or. 155 b, Nec amœnum, nec salubrem locum censeo. de Clar. 192 a, Gratiosi scribæ sint in dando & cedendo loco. pro S. R. 29 b, Locus opportunus, aptus ad eam rem. de Inu. 48 b, Locus opportunus, tempus idoneum. * ad Her. 10 a, Et simul quæret ab iudicibus ipsis, quid facturi essent, si eo loco fuissent.

¶ *Item occasio, facultas, conditio, gradus, numerus.* Epis. 29 b, Loco excelso & illustri sita est laus tua & 36 b, Illud scio, meos multos, & illustres, & ex superiore & ex æquo loco sermones habitos cum tua summa laude. de Off. 29 a, Locum autem actionis opportunitatem temporum esse dicunt. Epi. 46 b, & 260 b, Quem in locum res deducta sit, vides. pro S. R. 44 a, Videre quem in locum rempu. peruenturam putetis. Br. 91 b, Res in eum locum venerat, vt nisi, &c. in potestatem hostium veniendum fuit. de Leg. 180 b, Eo loco res est, ita soluta hæreditate, quasi ea pecunia legata non esset. Ep. 48 a, Nihil loci relictum est tuæ scientiæ, & 13 a, Nulli improbo locus est ad rempu. violandum. & 35 a, Iniquis secus existimandi videris nonnihil loci dedisse. de Na 63 a, b, Repente auertis orationem, nec das respondendi locum. de Orato. 194 b, Hæc turba & barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus. pro Qu. 9 b, Aliquid loci rationi & consilio dare, & sese colligere. & 11 a, Qui locus igitur absentis defendendi procuratori primus datus est? Orat. 208 b, Quotiescunq. dabitur amplificandi locus. pro Mur. 240 b, Homines tenues num habent in nostrum ordinem proferendi beneficij locum. Or. 210 a, Nullum habeo instituendi aut docendi locum. pro Dom 226 a, Nõ erat in tantis iniurijs nouæ crudelitati locus. & 241 b, Ne audaciæ quidem locum ad timorem comprimendum fuisse. pro Plan. 276 b, Si in mea familiaritate locus esset nemini, nisi litigioso aut nocẽti. pro Qu. 9 a, Vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit. pro Flac. 260 b, In tam maledica ciuitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. de Clar. 192 a, Est etiam in arte tanta huic minutę subtilitati locus. Att. 191 a, Nec est quicquam aut paruæ curę aut nouæ loci. de Or. 129 a, In hoc altero, &c. quicquid habet ars loci? pro Murę. 126 b, Maledicto nihil in hisce rebus loci est, omnia laus occupauit. I. C. 105 b, Non est iam leuitati locus, seueritatẽ res ipsa flagitat. pro Mur. 139 a, Esse apud hominem constantem ignoscendi locum, & 135 b, Quo mihi etiam durior locus est dicendi datus. pro Domo. 230 b, Calamitas mihi maledicti locum aut criminia obtinebit? pro Dom. 243 a, & pro Pl. 276 b, Qui in mea salute principẽ semper locum autoritatemq. tenuisti. Qu. de Pet. 205 b, Prodest, quorum in locũ ac numerũ peruenire velis, ab ijs ipsis illo loco ac numero dignum putari. I. A. 274 a, Quem locũ apud Cęsarem obtinuisti, quo numero fuisti? I. V. 261 a, Ipsi in hostiũ numero locoq. ducemini. I. V. 135 b, Pręsertimque eo numero & loco. Att. 288 a, Habere aliquem loco patris. de Cl. 165 a, Ex quo augurũ institutis in parentis eum loco colere debebam. Postqu. 22 a, Is mihi in filij loco fuisset, nunc certe erit parentis. de Or. 127 a, Sodales nobis in liberũ loco more maiorũ esse debẽt. de Pro. 77 b, Ia me habebat eodẽ loco quo suum generũ. Att. 280 b, Succedere alicui in parentis locũ. I. P. 86 a, Tunc etiã ausus meum illum discessum, &c. in maledicti & cõtumeliæ loco ponere? pro Cl. 30 b, Obijcere aliquid alicui in loco maledicti, vel criminis. In Sal. 174 b, Si quis prędę loco magistratum accepisset. de Cl. 177 a, Qui hoc munere in ciuitate functi sunt, vt tenerent oratorum locum. At. 84 b, Per bono loco res est & 178 b, Et tum meliore loco res erant nostrę. de Ar. 258 a, Vt meliore simus loco, ne optãdũ quidẽ est, deteriore statu fuotus, &c. pro Sest. 18 b, Res erat & cã nostra eo loci, vt erigere, oculos & viuere videretur. pro Domo. 220 a, Ille tibi loco filij per ætatem esse potest. I. V. 64 b, Prætorem quæstori suo parentis loco esse oportere. Epi. 20 a, In loco beneficij, vel mercedis numerare aliquid. Q. F. 292 a, Deferre aliquid alicui non in beneficij loco; sed in laboris muneris. de Nat. 75 a, Vbi igitur locus fuit errori deorum? de Inu. 80 b, Petere sibi aliquid loco pręmij. Epis. 193 a, Cęsar me vetustissimorum familiarium loco habuit. & 61 b, Te mihi fratris loco esse duco. de Finib. 75 a, Qui honestatem eo loco habet, vt sine ea iucunde putet posse viui. de Orato. 100 a, Mulier, quæ in concubinæ locũ duceretur. Epi. 97 b, Criminis loco putant esse, quod viuam. de Finibus 83 b, Qui voluptatem nullo loco numerat. de Finibus 104 a, Nec iustitiæ vllus esset, nec bonitati locus. Epist. 113 b, Esse magno loco apud regem. & 33 b. Tenere primum locum apud regem. de Finibus 191 a, Obtinere primum vel secundum locum. de Cl. 171 a, Et tenuit cum hoc locum quendam. Orat. 197 a, At enim in poetis non Homero soli locus est, sed & Sophocli, &c. pro Cl. 40 b, Qui in summum locum ciuitatis non potuerunt ascendere. & 45 a, Locus senatoribus ludis. pro Plan 293 a. Esse ex equestri loco. Ep. 39 b, Tua dignitas suum locum obtinebit. de Ora. 126 b, Si placuerit, vos mea defensionem in aliquo artis loco reponetis. de Nat. 84 a, In hoc loco mihi caput illud videtur esse. Antequam 192 b, Fides conducit in loco beneficium retribuere. Ep. 175 a, Literæ non loco redditæ. pro Cęl. 39 a, Quo ad ætas M. Cęlij dare potuit suspicionis locum. pro Corn. 58 a, Cuius audita virtus dubitationi locum non daret. Epi. 1 a, Sed plane nec precibus nostris, nec admonitioni . reliquit locũ. de Natura 51 b, Cum in locis semen insedit, rapit omnem fere cibum ad sese. In Sallu. 273 a, At quanto meliore loco respu. staret, si tu, &c. I. A. 232 b, Qui se consulatum in Bruti locum petere profitetur. Offic. 71 a, Nam vbi primum prudentiæ locus dabitur? & 76 a, Apud eum quem locum habet fortitudo. de Senect. 85 a, Libidine dominante temperantiæ locus non est. & 123 a, Qui ista tractant, non honestissimum locum seruitutis tenent. & ibi. Qui ciuitatis locum infimum tenent. de In. 81 a, Quo in numero hoc, & in quo loco illud haberi oporteat. At. 8 a, Res eodẽ est loco quo reliquisti. & 140 b, Valde gaudeo, si nũc est ullus gaudẽdi locus. & 274 a, Nostræ

res meliori loco uidebantur. Q.F.301 b, Via iuris eiusmodi est quibusdã in rebus, ut nihil sit loci gratiæ &c. 308 a. Vrgere illi loco nos mouerẽt. & 309 a, Incidi in eum locum indicendo, cum Sestius mul tis vulneribus acceptis subsidio Bestiæ seruatus esset.

¶ *Sedes doctrinæ*. de Ora. 128 b, Aristoteles proposuit quosdam locos ex quibus omnis argumentatio ad omnem disputationem inueniretur. & 130 b, Locus & regio quasi ridiculi. Ora. 201 a, Aristoteles locos, sic enim appellat, quasi argumentorum notas tradidit. Top. 321 b, Locus est argumenti sedes Par. 230 a, Loci sunt, in quibus latent argumenta. de Ora. 119 a, Locos argumentorum paratos & expeditos habere oportet. & 123 b, Sedes & tanquam domicilia omnium argumentorum & 152 b, Loci communes, qui de vniuersa re tractare solent, vt, &c. de Cl 163 b, Scriptæ fuerunt & paratæ a Protagora rerum illustrium disputationes, quæ nunc communes appellantur loci & 171 b, Communibus locis vti. & Ac. 20 a, Desine communibus locis. Orato. 208 a, Traditi sunt e quibus argumenta ducantur, duplices loci: vni e rebus ipsis, alteri assumpti, &c. de Diu. 169 a, Magnus locus philosophiæque proprius a Peripateticorum familia tractatus vberrime. Orato. 212 b, Est enim hic locus late patens de natura usuque uerborum. & 209 b, Nullus locus a Demosthene edicitur sine confirmatione quadam sententiæ., &, Inducere locos communes. Orat. 207 b, Loci philosophiæ de religione, de morte, de pietate, &c & 308 b, Aꝫurit in communibus locis maxime excellet, qui communes appellati, eo, quod videntur multarum ijdem esse causarum. sed proprij singularum esse debebunt. pro Pl. 267 b, Conijcere causam in locos. de Inuent. 67 b, Hæc argumenta, quæ transferri in multas causas possint, locos communes nominamus. Par. 116 a, Aliquid conijcere in communes locos. de Legib. 161 b, Exprimere aliquem locum in libris. de Finib. 50 a, Cato cum sententiam in senatu diceret, locos graues ex philosophia tractabat. de Orato. 203 b, Itaque hunc locum longe lateque patentem philosophi solent in officijs tractare.

☞ Syntaxis. *Locum occupare, dare & cedere. Quo loci est? Locus opacus, frigidus, amœnus, remotus arbitris, saluber, opportunus & aptus. Loco illustri, & excelso sita laus. Res deducitur, venit, est, in locum, in loco. Rationi & consilio locum dare. Docendi locum habere, idest, tempus. In hac re nihil est maledicto loci. Principem tenere locum in alicuius salute. Locum habere apud aliquem præcipuum. Patris loco, & in loco habere, et locare. Admonitionem in loco consuetudine ponere. Prado loco magistratum gerere. Ex locus est. in loco beneficij numerare & deferre quippiam. Loco nullo numerare aliquem, aliquid. Apud aliquem esse magno loco, & locum tenere. In locum comitatis summum ascendere. Ex equestri loco esse. Conijcere aea usam in loco.*

Locutio, onis. *sermo*)(*reticentia*. Ora. 202 b, Quamquam omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est. & 188 b, Solum & quasi fundamentum oratoris vides locutionem emendatam & Latinam & ibi. Græca locutio. ad Her. 20 b, Sermo est oratio remissa & finitima quotidianæ locutioni. Offic. 29 b, Risus, locutio, reticentia. vocis summissio.

Logica, cæ. *dialectica*. de Fi. 53 a. Iam in altera philosophiæ parte, quæ est quærendi ac disserendi quæ λογικὴ dicitur, Epicurus plane inermis ac nudus est, tollit definitiones, nihil de diuidendo ac partiendo docet. non, quomodo efficiatur concludaturque ratio, tradit, non qua uia captiosa soluantur, ambigua distinguantur, ostendit. de Fat. 140 a, Explicanda uis est ratioque enunciationum, quę Græci ἀξιώματα vocant, quæ de re futura, deque eo quod possit fieri aut non possit, quàm vim habeant obscura quæstio est, quam περὶ δυνατῶν appellant, totaque est logicæ, quam rationem disserendi voco.

Logicus, a, um. Tuscu. 216 a, Habes ea, quæ de perturbationibus enucleate disputant Stoici: quæ Logica appellant, quia disseruntur subtilius: è quibus tanquam è scrupulosis cotibus enauigauit oratio.

Logodaedalus, li. *verborum artifex, & aucups*. Orat. 200 a, Trasymachus Chalcedonius & Leontinus Gorgias, & aliqui λογοδαιδάλους appellat in Phędro Socrates.

Logi, *sermones, vel dictum ridiculum*. Callio, Ego te certe scio omnes logos, qui ludis dicti sunt, animaduertisse ex Nonio.

Loligo, uis. *quasi voglia, pesce, volutans*. de D. 135 b, Loligines & delphini exultantes tempestatem futuram significant.

Lolium, lij. *αἶρα*. Attico. 23 b, De lolio sanus non es, de vino laudo..

Lomentum, ti. *farina fabarum*. Ep. 123 b, Persuasum est ei, censuram lomentum aut nitrum esse: errare mihi videtur. nam sordes eluere uolens, venas sibi omnes & uiscera aperit.

Longe, ius, ssime, *procul longinquo*.)(*prope*. Attic. 77 b, Appius quam longissime potuit, discessit. Epist. 233 b, Longius non discedam. pro Flac. 161 a, Longo omnino a Tyberi ad Caicum. Tuscu. 173 a, Satis longe ab oppido ad fanum. de Natu. 71 a, In Arcadia non longe à Ladio flumine. in Ver. 129 b, Bidis oppidum est non longe a Syracusis. pro Fla. 160 a, Non longe à gradibus Aurelijs hæc causa dicitur. Episto. 56 a, Cum non longe a Pyræo abessem. pro Dom. 135 b, Eius simulachrum non longe a Tanagris in sepulchro positum fuit. Atti. 193 a, Non progrediar longius quàm mihi concessum est. de Natu. 36 b, Nequit a sole longius vnquam unius signi interuallo discedit. Epist. 21 a, Longe absum, audio serò. & 36 b, Tam longe inquis? & 44 b, Cum tam longe abfuturus essem. de Fin. 72 b, Prope, longe stare, mouere. Oct. 230 a, Cur castra longius aduersariorum castris, & propius vrbem moueretur. pro Quin. 14 b, Quam longe est hinc in saltum vestrum Gallicanum. Quint. Frat. 317 a, Illi Neruij quam longe sint nescio. pro Planc. 162 b, Longissime abesse ab aliquo. & Academ. 10 b, Longissime abesse a vero. de Prou. 75 a, Quid Oceano longius inueniri potest? pro Syl. 177 b, Tempus muneris dandi longe abest.)(*appropinquat*. de Clar. 170 a, Varro vitam Næuij producit lõgius, & 176 b, Aliquis longius ætate prouectus. pro Rab. 99 b, Longius quam vitæ termini postulant, cogitare. I. V. 122 a, Epicrates longe mihi obuiam processit. de Ar. 244 a, Iracundia longius digredi quam conueniat. de Nat. 33 b, Sol longe lateq; collucet. de Di. 97 a, Dij vim suam longe lateque diffundunt. de Na. 12 b, Longe lateq; peregrinati. Tusc. 243 a, Longe lateq; se pandere. de Fin. 79 a, Longe lateque plurimum tribuere alicui. I. V. 259 a, Lõge omnes multumque superare. de Fin. 124 a, Cum longe multumq. præstat mens. & 88 a, Nos longe multumq. superamur a bestijs. Tuscu. 245 b, Longe & retro ponere. de Di. 133 a, Horum defensio reperta quam longe est. de Fin. 111 a, Longe ad virtutem processerunt. I. A. 212 a, In posterum quam longissime prouidere. Epi. 22 a, Longe in posterum prospicere. At. 22, Ab instituta nostra paucorum dierum consuetudine longe refugit. Epi. 66 a, Longe alia conditione ac cæteri imperatores. Aca. 15 b, Lõge aliter se habere ac sensibus videatur. I. V. 110 b, A quo mea voluntas longissime abhorret. de Or. 103 a, Multũ inter se distant istę facultates, lõge suos diuersę atq. seiunctæ. de Cla. 169 a, T. Coruncanus longe plurimũ ingenio valuit. de Or. 123 a, Ab Arist. inuentis tibi videor non longe ab errare. In Sal. 272 b, Longe falleris opin. de Cla. 185 b, Hortensius suos inter ęquales longe præstitit. Or. 212 b, Hæc dixi longius quam instituta ratio postulabat: breuius autem, quam si hac de re vna disputarem. pro Syl. 176 a, Et erat huic iudicio longe dissimilis illa contentio. I. An. 204 a. Quorum longe vicit sapientia cunctos. de Cla. 185 a, Vir longe post natos homines improbissimus. Tusc. 185 a, Volo autem dicere, illud homini longe optimum esse. de Ar. 256 a, Quorum mentes sunt perditæ, longeque a communi salute disiunctæ. Postq. 207 b, Non cognoueram eum, quam lõge hunc ab hoc genere cognatio materna Transalpini sanguinis abstulisset. Episto. 232 b, De Quin. Frat. mihi longe recusani. Epist. 196 b, Longe gentium. de Legibus 156 a, Non longe a tua domo. Top. 221 a, Abesse, longeque disiunctum esse & Attic. 92 a, Quippe res est in manibus, tu autem abes longe gentium. de Orat. 86 a, Quod longissime sit ab imperitorum intelligentia sensuque disiunctum. In Anto. 175 b, Cæsari venienti obuiam longissime processit. & 104 b, Nihil vnquam longius Cal. Ian. mihi uisum est.

☞ Syntaxis. *Quàm longè est hinc Galba? Ille longe est. Longè ætate prouectus. Longè obuiam progredi. Longè lateq; multum tribuere alicui. Longè omnes multumque superare. Longe ad virtutem procedere. Longè in posterum prouidere. Longè aliud, aliter, diuerso, seiuncta. Longè plurimum ægrotare. Longè falleris opinione. Longè improbissimus. Longè optimum. Longe hinc abest ille. Nihil longe recusio. Longè gentium. Non longè à domo. Quid ea die longius erit?*

Longinquitas, tis, *diuturnitas*.)(*propinquitas*. de Diuina. 80 a, Eandem artem etiam Ægyptij longinquitate temporum innumerabilibus pene seculis consecuti putantur. Tuscu. 251 a, Dolores longinquitate producti vehementer torquent. de Diu. 83 b, & de Fin. 97 a, & 83 a, Nihil est, quod non longinquitas tẽporis efficere possit. Epist. 22 b, Quo propter longinquitatem & propter latrocinia tardissime omnia perferuntur de Inuen. 50 b, Longinquitas loci. I. A. 227 b, Alter nondum ex longinquitate grauissimi morbi recreatus est. ? de Inuent. 83 b, Longinquitas, id est, longitudo temporis.]

☞ Syntaxis. *Dolor longinquitate productus. Longinquitas temporis morbi loci. Non audeo propter longinquitatem*. Indicat ergo vocabulũ hoc & diuturnitatem, & interuallum.

Longinquus, a, um. *diuturnus longus*. pro Milo. 126 a, Clodius æqualiter in propinquos & in longinquos inuehebat. pro Deiot. 145 b, Homo longinquus & alienigena. I. C. 110 b, Externus hostis atque longinquus. pro Fon. 12 b, Ex locis tam longinquis & diuersis. I. V. 269 a, Locus longinquus & reconditus. Episto. 248 b, Nos quidem longinqui, & à se ipso missi in vltimas regiones. de Diuinat. 114 b, Et quam diuturna ista obseruatio? aut quam longinquo tempore potuit obseruari? de Natu. 58 a, Quarundam herbarum vtilitates longinqui temporis vsu & periclitatione percepimus. de Diuin. 103 a, Longinqua obseruatio. Atti. 144 b, Longinqui temporis spes. Par. 240 a, Tempus differendi in longinquum. de Finibus 84 b, Longinquus dolor. & 100 a, Nec longinquiora breuioribus anteponantur. In Arat.

Nam non longinquum spacium labere diurnum.

Attico. 254 b, Consilia in longinquum tempus differre. Attico. 242 a, Nolo enim Lacedæmonem longinquos, qui Lanuuium existimaui.

☞ Syntaxis. *Longinquus & alienigena. Externus & longinquus. Diuersa & longinqua loca. Longinquum & reconditum. Longinqui temporis vsus & periclitatio. In longinquum differre. Longinquus dolor. Longinquos & proximos vexare.*

Longitudo, inis. *diuturnitas, longinquitas, proceritas*. I. V. 141 a, Noctis longitudo stupris, & flagitijs conterebatur. de Nat. 12 b, Immensitas latitudinum, longitudinum, altitudinum. de Le. 190 a, Tempus vero largitur longitudo diei. I. A. 221 a, Non eum longitudo itineris retardauit. de Inu. 48 b, Rerum longitudo & obscuritas orationis. Ora. 213 b, Longitudinum & breuitatum in sonis iudicium. & 218 b, Longitudo ambitus. Par. 235 a, Longitudo orationis. de Vn. 199 a, Distendere aliquid in longitudinem.

Lon-

LONGIVSCVLVS, a, um. *paulo longior.* pro Arch. 190 a, Epigramma in aliquem alternis versibus longiusculis.

LONGVLVS, a, um. Att. 259 b, Longulum sanè iter.

☞ Syntaxis. *Conterere noctis longitudinem. In longitudinem diffundere. Longulum iter.*

LONGVS, a, um: gior, ssimus. *longinquus, diuturnus, procerus, productus, temporibus productus, longinquitate productus.*)(*precisus, breuis.* Attico. 258 b, Mihi vt Aristophani Archilochi iambus, sic epistola longissima quæque optima videtur. Attic. 187 b, Quotidie tamen horæ quibus expectabam, longæ videbantur. & 95 a, Cupiam longiorem epistolam facere. & 280, Ille dialogus, quem ais longum esse. in Ver 254 a, Mensis X I. V. dies longus. de Orato. 160 a, Syllaba producta atque longa. Atti. 190 b, Tempus nimium longum. I. V. 108 a, De omnibus longum est dicere. pro Cluent. 15 a, Iam vt, &c. & quibus, &c. longū est mihi dicere, præsertim ad alia properanti. I. V. 232 b, & de Orat. 219 a, b, Longum est & non necessarium commemorare, quæ &c. pro Rab. 92 a, An de tabulario incenso longa oratio est exprimenda? an de ciuibus necatis plura dicenda sunt? & ibidem. Nam quid ego ad id longam orationem comparem? de Natura. 25 b, Possum de alijs dicere, sed nolo esse longus, ita concludam tamē, &c. I. Cat. 212 b, Cethego nimium id longum videbatur. Ac ne longum sit, Quirites, iussimus. pro Sest. 5 a, Longum est dicere, sed hoc breue dicam. de Legibus. 160 a, Non faciam longius, huc enim pertinet, &c. de Finibus. 128 a, Non opus est exemplis hoc facere longius. de Or. 261 a, Contractione breuius fieri, aut productione longius. de Clar. 290 b, Verbum in longius ductum. in Ver. 208 b, Nihil ei longius videbatur, quàm dum illud videret argentum. Epist. 181 a, Tum ille nihil sibi fuisse longius, quàm vt me videret. pro R. P. 128 a, Nec mihi longius est quicquam, quàm videre hominum vultus. Tusculan. 219 a, Nec longius quicquam nobis, quam dextræ gladium dum accommodet alter. de Legib. 174 b, Ac ne longum fiat, videte de Leg. 158 b, In longum sermonem me vocas. Attic. 111 a, Si scriberē ipse, longior Epist. fuisset: sed, &c. Q. frat. 299 a, Tua quaque longissima epistola delector, & ipse in scribendo sæpe sum longior. Offici. 7 a, Illa, quę quasi longo interuallo interiecta videmus. de Senectu. 91 b, Breue tempus ætatis satis est longum ad bene honesteque viuendum. * Epist. 116 a, Literæ pluribus verbis scriptæ. de Nat. 58 a, lōgū est multorum persequi vtilitates, & asinorum, quę &c. Epi. 97 b, Sed quia longius fiebat.]

☞ Syntaxis. *Producta & longa syllaba. De omnibus longum est dicere, commemorare. Longus in dicendo. Ne longum sit perfecti, &c. Longum est dicere: sed breue dicam: Non faciam longius exemplis. In longius ducere verba. Nihil fuit longius, quam vt te audirem. In longum vocare sermonem.*

LOQVACITAS, tis. *ἀπεραντολογίας ὄψις.* Att. 188 a, de Orat. 93 a, Qui non Græci alicuius quotidianam loquacitatem sine vsu, neque ex scholis cantilenam requirunt. Attic. 110 b, Loquacitatem ignosces, quæ, &c. Epistola. 81 b, Facit autem non loquacitas mea, sed beneuolētia longiores epistolas. de Le. 157 a, Accij loquacitas habet aliquid argutiarum.

LOQVACITER. pro Muræn. 129 b, Quid huic tam loquaciter litigiosa responderes?

LOQVAX, cis, cior, ssimus. *multus in loquendo garrulus.* de Senectut. 88 b, Senectus est natura loquacior. pro Flacc. 156 b, Repente homo loquacissimus obmutuit. pro Muræn. 131 a, Orator odiosus in dicendo ac loquax. de Orator. 156 a, Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium est, iudicandis nimium loquax. de Orato. 143 b, Malo indisertam prudentiam quam stultitiam loquacem. pro Cl. 55 a, Seruus nimium loquax.

LOQVENS, tis de Ami. Vitium notandum leuium hominum atque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem.

LOQVENTIA. L. FALLACILOQVENTIA.

LOQVOR, ris. *sermonem habeo, commemoro, dico, aio, verbum facio, vocem mitto, voces habeo, sermonem confero, mihi oratio est cum aliquo.* Attic. 68 a, Ex quo veni ad ea, quę fueramus ego & tu inter nos de sorore in Tusculano locuti. de Finib. 91 b, Sæpiusque ista loquemur inter nos, agemusque communiter. Att. 87 a, Hoc non notam tunc, cum Democ. tuo locutus sum. & Ep. 3 b, Ita sum illo locutus. Epist. 9 b, & 57 b, Loqui cum aliquo de aliqua re. At. 131 b, Multum loqui cū aliquo. & 13 2 b, Cum quasi tecum loquor. At. 90 a, Loqui asperius de aliqua re. pro Planc. 365 b, Asperius, Inquit, locutus est aliquid aliquando. pro Sest. 42 a, Desinat dicere male aliquem locutum esse, si quis vere ac libere locutus sit. Tusc. 240 b, Pugnantia te loqui non vides? & 156 a, Loqui ex ore alterius. Epist. 40 b, Cum loquimur terni, nihil flagitij dicimus. in Ver. 90 a, Cum omnes in eam rationem pro suo quisque sensu ac dolore loquetur. de Or. 114 a, Poetas omnino quasi alia quadā lingua locutos, non conor attingere. At. 148 b, Hic quidem mera scelera loquuntur, & 150 a, Dolabella suis literis merum bellum loquitur. pro Mil. 114 b, Res loquitur iudices ipsā, quæ, &c. pro Dom. 230 b, Vos annales populi Ro. loquuntur. pro Quint. 17 b, Is fatetur se non belle dicere, non ad voluntatem loqui posse. de Clar. 174 a, Is perbene Latine loqui putabatur, literatiusque quam cæteri. de Orat. 96 b, Loqui primum pure & Latine, deinde plane & dilucide, tunc ad rerum dignitatem apte & quasi decore. Attic. 150 b, Cęsarem loqui quiddam αὐτεξουσίως narrabant. Attico. 4 b, Cum Attilio sum locutus Atti. 258 a, De ea re nos inter nos locuti sumus. de Cl. 177 a, Inquinate loqui. & ibidem. Ipsum Latine loqui est in magna laude ponendum. de Legib. 156 a, Dum Latine loquentur literæ, quercus huic loco non deerit. de Legibus 191 a, Oculi nimis arguti quemadmodum animo affecti simus, loquuntur.

☞ Syntaxis. *Loqui literatè, inquinatè. Ego & tu inter nos loquimur. Loqui aliquid, & de. Pugnantia loqui, ex ore alterius, pro suo sensu ac dolore. Mera scelera, bellum literis loqui. Annales loquuntur. Αὐτεξουσίως loqui. Ipsum Latine loqui laudandum est.*

LORICA, æ. *corporis contra tela munimentum & armatura, quę interdum ex lamnulis ferreis, interdum ex catenulis constat, atque ex alia materia.* I. V. 223 a, In hoc fano loricas galeasq; æneas P. Scipio posuerat. pro Mur. 136 b, Descendi in campum cum illa lata insignique lorica, non quæ me tegeret, verum, &c. pro Flac. 155 a, Mithridates ambulat cum lorica metuit enim, &c.

LORVM, ri. *corrigia.* de Arc. 149 a, Si puer ille tensam aut lorum omisit. In Anton. 218 b, & 252 a, Cum eum serui publici loris ceciderunt.

LVBENS, tis. *libens.* de Orato. 156 a, Me verò lubente, inquam, Antonius dixerit.

LVBENTER. *libenter.* de Cla. 187 b.

LVBENTINA, æ. de Na. 38, Lubentinæ Veneris templum.

LVBET, bat. *libet.* de Sen. 89 a, Idipsum tamen vt lubebit, quoniā, &c. de Cla. 168 b, & 184 b.

LVBIDO, *libido.* de Rep. lib. 1. autore Nonio, Ergo non probo res consilio pulso lubidines.

LVBRICVS, a, um. *præceps, periculosus, quod incitatum in procliue labitur.* I. V. 263 b, Ætas puerilis maxime lubrica atque incerta. de Na. 54 b, Natura oculos fecit lubricos & mobiles. pro Fla. 166 a, Via preceps, & lubrica. Aca. 17 b. Ipsa consuetudo assentiendi periculosa esse videtur & lubrica. Off. 13 b, Qui locus est sane lubricus, quòd vix inuenitur, qui, &c. pro Pla. 259 b, Sed mihi in causa facili & explicata, perdifficilis & lubrica defensionis ratio proponitur. pro Cæl. 46 a, Viæ adolescentiæ lubricæ, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix potest. I. P. 94 a, Lubricum genus orationis adolescenti non acriter intelligenti sæpe præceps. In Anto. 204 a, Dominandi cupiditas præceps & lubrica. de Orato. 204 b, Versari in lubrico. item; Is magnus orator est, minimeque in lubrico versabitur. Tusculan. 218 a, Quæ sunt in lubrico, incitataque semel in procliue labuntur.

☞ Syntaxis. *Lubrica & incerta ætas. Lubricus & mobilis oculus. Lubricā via, & præceps. Consuetudo periculosa & lubrica. In causa facili defensio lubrica. In Lubrico versari, esse.*

LVCA, æ, *vrbs Hetruriæ.* Epi. 112.

LVCANI, *populi.* Tus. 167 b. I. A. 248 b.

LVCANICA, æ. Episto. 136 b, Solebam antea delectari oleis & lucanicis tuis.

LVCANVM, *castellum.* pro Deiot. 14 b, 147.

LVCELLVM, li. *quæsticulum.* I. V. 163 a, Apronio lucelli aliquid iussi sunt dare. & de Diu. 115 b.

LVCENDO. de Na. 39 b, Luna à lucendo nominata est.

LVCENSIS, se. Epi 209 a, Princeps Lucensis municipij.

LVCEO, es, luxi. *splendeo.* pro Pomp. 11 b, Nunc imperij vestri splendor illis gentibus lucet. de Som. 128 a, Luna, quæ luce lucet aliena. de N. deor. 47 a,

Atque vno mentum radianti sidere lucet.

de Cla. Orato. 196 a, Ex ingenij quædam forma lucebat, & exercitatione perfecta erat. pro Sest. 16 b, Virtus lucet in tenebris, splendet, quæ per sese semper. I. A. 251 a, Sed illa ornamenta in virtute & industria posita lucent. Attic. 46 a, Mea officia, quæ parum antea luxeruot. pro Milo. 113 a, Cum res ipsa, tot tam claris argumentis signisque luceat. Offic. 72 a, Æquitas lucet ipsa per se. Offic. 11 a, Qui lumen de suo lumine accendit, facit, vt nihilominus ipsi luceat, cum illi accenderit.

☞ Syntaxis. *Imperij splendor lucet. Ingenij forma: aliena luce luna lucet. Virtus in tenebris, officia: tot argumentis ac signis lucet. Per se lucet æquitas.*

LVCERIA, æ. *ciuitas.* I. V. 59.

LVCERNA, næ. *lumen, lychnus.* Attico. 106 a, ἐπισύναξις διαμέτρου iamdudum: & facerem diutius, nisi me lucerna desereret. Acad. 20 a, Cum oculum torsisset, duas ex lucerna flammulas esse visas. de Diu. 133 b, Duo lucernæ lumina pro vno videri quodam obtutu oculorum. de Fi. 99 b, Lumen lucernę offunditur vel obscuratur luce solis. & 11 a b, In sole lucernam adhibere. Attic. 119 a, Cum eadem lucerna hanc epistolam scripsissem, qua inflammaram tuam.

LVCESCIT, bat. *dilucescit: lucere incipit.* L. AORISPERASCIT.

LVCET, bat. *vulgus dicit, dies est.* Ac. 24 a, Si dicis nunc lucere, & verum dicis: lucet igitur. Att. 108 a, Cepi consilium, vt exirem ante quàm luceret. I. A. 219 b, Q. Scænol. quotidie simulatque luceret, faciebat omnibus sui conueniendi potestatem. pro S. R. 34 b, Nondum lucebat, cum hoc Amerię scitum est. pro Cl. 23 a, Puer postridie antequā luceret, combustus est. de Diu. 90 a, Vbi lucere cępit. Att. 92 a, Cupiebam etiam nunc plura garrire: sed lucet, vrget turba. & 259 b, Nō dum legere poteramus, nam & lumina demiseramus, nec satis lucebat: cum autem luceret, &c.

☞ Syntaxis. *Offenditur lucernæ lumen solis lumine: obscuratur.*

LVCIDE. *dilucidè.* de Or. 118 b, Lucide breuiterque desinere aliquid.

LVCIFER, ri. de Natu. 36 b, Stella Veneris, quæ φωσφόρος Græce Latine Lucifer dicitur. de Vniuer. 200 a, Lucifer deinde & sancta Mercurij stella.

LVCIFERA, æ. *Lucina.* de Na. 39 b, L. LVCINA.

LVCIFVGVS, a, um. de Finibus 61 b, Ecce autem alij minori & angusti, aut omnia semper desperantes, aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi,

fugi, maledici, monstrosi dij.

LVCIFERA, ræ. *lucifera*. de N. 39 b, Apud Græcos Dianam, eamque Luciferam, apud nos Iunonem Lucinam in pariendo inuocant. * luciscit, bat.) (.Aduesperascit. Att. 64 b, Iam enim luciscit. & Ep. 245 a, vt cũ lucisceret, in Amanum ascenderem.]

LVCISCVS, *lusciosus, qui mane & vesperi visu oculorum parum videt*. At. 64 b, Iam enim tibi lucisci loquerentur, &c.

LVCRETIA, tiæ. de Leg. 171 a, Sextus Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit. de Fin. 140 a, Lucretia stuprum per vim oblatum voluntaria morte luit.

LVCRETIVS, na. At. 108, Sol Lucretinus.

LVCRETIVS, tii. Q. F. 313 b, Lucretij poemata ita sunt multis luminibus ingenij, multæ tamen artis.

LVCRIFACTVS, a, um. I. V. 187 a, Iam verò omnem ex ærario pecuniã lucrifactam videtis.

LVCRIFACIO, cis. pro Flac. 163 b, Minus igitur lucrifacit. & Epistola. 177 a.

LVCRIFIERI. I. V. Act. 5. Quid si ostendo in hac vna emptione lucrifieri tritici modios centum.

LVCRINVM, *lacus*. de Ora. 110.

LVCRIPETA, *se*. At. 60.

LVCROR, ris. *lucri facio, lucrum facio, quæstum facio, compendium facio, quæro, merco, quæstum consequor, in lucro pono*. in Ver. 248 a, Iste quod nautæ nomine acceperat, lucrabatur. Off. 51 a, Vt locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum. I. V 82 b, Dedecori prætereantur, lucrentur indicia veteris infamiæ. Par. 119 b, Cum lucrari impune posset auri pondo decem.

LVCRVM, cri. *quæstus, compendium fœneratio*. ἐμπόριον, Tuscu. 229 b, Alij emendi aut vendendi quæstu & lucro ducuntur. Epist. 177 a. Totam istam cantilenam ex hoc pendunt, vt quam plurimum lucrifaciant. in Ver. 163 a, Apronio dont lucrum tritici medimna XXXIIII. *ite*. & 166 b, Plus lucri nomine eripitur, quam quantum exarant. in Ver. 166 b, Numerant Valentio lucri H-S. XXX. milia. in Ver. 255 b, Quibus vtri ceciderint, lucro futurum est. pro Flac. 163 b, Emit igitur aliquid, quod certe multo pluris esset: dat de lucro, nihil detrahit de viuo. in Ant. 189 a, Reliquas res ad lucrum prædamque reuocauit. in Ver. 167 a, Facere lucrum ex vectigalibus publicis. Epist. 137 a, De lucro viuere pro Flac. 154 b, Quiescant igitur, & me hoc in lucro ponere patiantur. Epi. 106 b, Id ego in lucris pono Att. 213 b, κέρδημα magnum nullum si ei potest, ἀκέρδημα vel non magnum molestum futurum est.

☞ Syntaxis. *Quæstu & lucro duci. Multum lucrifacere. Lucri nomine nullum accipere. Dat de lucro, nihil de viuo detrahit. Omnia ad lucrum reuocare. De lucro viuere. Hoc ponendum in lucro, in lucris.*

LVCTANDVM. Offic. 21 b, Alij velocitate ad cursum, alij viribus ad luctandum valent.

LVCTATIO, onis. *concertatio*. de Fat. 142 b, Causa in qua tibi cum Diodoro magna luctatio est. de Fin. 73 b, Nam cum Academicis incerta luctatio est. de Fat. 146 a, Sine aduersario nulla lucta est. de Leg. 177 b, Cursu, pugillatio, luctatio.

LVCTIFICVS, a. Tus. 180 a, Luctifica clades.

LVCTOR, aris. *contendo, altercor*. de Or. 91 a, Non luctabor, inquit, tecum Crasse amplius. pro Syl. 176 a, Nondum statuo te virium satis habere, vt ego tecum luctari & congredi debeam. de Fat. 146 a, Luctabitur Olympijs Milo. & ibid. Siue habuerit aduersarium, siue non habuerit, luctabitur.

☞ Syntaxis. *Luctari cum aliquo. & congredi. Luctari, absolutè.*

LVCTVOSVS, a, um. *luctu plenus, funestus, quod habet luctum*. de Or. 128 a, Afflicta & prostrata virtus maxime luctuosa est. pro Sest. 8 b, O diẽ illum Reipub. luctuosum. in Ver. 160 a, Hoc si luctuosum est parentis, redimat pretio sepeliendi potestatem. Postq. 209 b, Cuius discessus omnibus honestis luctuosus visus est. Epi. 70 b, Miseris his temporibus & luctuosis. Q. F. 327 b, Funus perluctuosum. de Or. 143 b, & cõtra Rull. 75 b, Luctuosum, acerbum, graue.

LVCTVS, ctus. *mæstitia, mœror, squalor, sordes, lachryma, fletus, sordes lugubres, desiderium*. Tuscu. 213 a, Luctus est ægritudo, ex eius qui charus fuit, interitu acerbo. pro Flac. 166 a, Orat, ne suum luctum patris lachrymis, patris mœrorem suo fletu augeatis. pro Pl 263 a, Quam quidem multitudinem iudices nunc videtis in squalore & luctu vobis supplicem. Epist. 59 a, In luctu & squalore sum. pro Sest. 7 b, Erat in luctu senatus squalebat ciuitas. de Offic. 71 a, Esse in maximis luctibus. I. P. 98 b, In sordibus, lamentis, luctuque iacuisti. Tuscula. lib. 3 Quam diu vixit, vixit in luctu. & 83 a, Vt eos, quos luctu affecerat, lugere non sineret. Att. 41 b, Ne & meum mœrorem exaugeam, & te in eundem luctum vocem. pro Plan. 275 a, Tristis & acerbus luctus. de Leg. 183 a, Habet enim luctum concursus hominum. de Ora. 126 a, Mihi Telamon iratus furere luctu filij videtur. pro Cl. 57 b, Mulier infamis luctum & in priuignorum funus nupsit. & 58 a, Spectaculum sordidum, atque luctus & tanti squaloris alicuius. pro S. R. 8 a, Aliquis miser luctus perditus. Tus. 204 a, Luctus elocutiones cõplures. Att. 43 b, Ne illius squalorem, luctumque aspicerem. Offic. 7 a, Incidere in maximos luctus.

☞ Syntaxis. *Luctuosa tempora bonis & honestis viris. Luctuosum, acerbum graue. Prostrata virtus luctuosa est. Squalor & luctus: & contra. Esse in luctu, squalore. Iacere in sordibus, lamentis, luctu. Luctu affectum lugere non sinere? Vocare in luctum. Id luctum habet. In tantum luctum laborare: idest, ad. Luctu perditus. In luctum incidere.*

LVCVBRATIO, onis. *vigilia, nocturna commentatio*. de Din. 237 b, Nunc quidem propter intermissionem forensis operæ, & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus antea vti non solebam,

n * Epi. 186 b, Tamen perire meam lucubrationem nolui, idest, Epistolam noctu scriptam]

¶ *Ficta & vana excogitatio*. de N. 80 a, Ista, quæ vos dicitis, sunt tota commentitia, vix digna lucubratione anicularum.

LVCVBRATVS, a, um. *elaboratus, excusus, elucubratus*. Par. 126 b, Accipies igitur hoc paruum opusculum, lucubratum his iam contractioribus noctibus.

LVCVLENTE, *copiosè splendide*. de Cl. 127 a, Scripsere alij rem versibus, & luculente quidem scripserunt. & Att. 236 a, Offi. 73 a, Quanquam ab impio rege dicitur, luculente tamen dicitur.

LVCVLENTER. *luculente, egregie*. de Fin. 67 a, Cum Græce (vt videor) luculenter sciam.

¶ *Accuratè*. Off. 64 a, Hoc quidem sanè luculenter. Q. F. 233 a, & 325 a, Eodem die Gabinium ad populum luculenter calefecerat Memmius. Q. F. 325 a, Sane texebatur opus luculenter.

LVCVLENTVS, a, um. tior. *elegans*. Att. 113 a, Pompeius scriptor luculentus. de Cl. 173 b, Cælius Antipater scriptor luculentus. At. 192 b, Cato verbis luculentioribus & pluribus rem comprehenderat.

¶ *Apertus*. I. A. 191 a, Præclara & luculenta reclamatione vestra factũ Martialium comprobauistis.

¶ *Egregius*. de Cl. 176 a, Licinius habitus est sanè (vt ita dicam) luculentus patronus. Att. 167 b, Dicæarchum recte amas, luculentus homo est.

¶ *Certus, fidelis*. Attico. 177 b, Seruius de duabus legionibus luculentos esse dicebat. Attico 166 a, Nunc credo, vt est luculentus auctor.

¶ *Facilis & expeditus*. Att. 64 a, Etenim est luculenta res.

¶ *Præstans*. Attico. 253 b, Sunt præterea nauigia luculenta Sexti Bucillani.

¶ *Splendidus, clarus, lucidus*. Episto. 100 a, Caminio luculento vtendum censeo.

¶ *Honestus, amplus*. I A. 233 a, Luculentum matrimonium.

¶ *Insignis, grandis*. I. A. 218 a, Luculentam tamen ipse plagam accepit, vt declarat cicatrix.

☞ Syntaxis. *Luculenter dicere scire. Luculenter aliquem calefacere. Opus luculenter texere. Luculenta verba, nauigia, caminus, patrimonium, scriptor, plaga, patronus. Illum recte amas homo luculentus est. Luculenta res. Luculentus auctor auditarum rerum.*

LVCVLLIANVS, a, um. At. 238 a, Lucullianus fundus.

LVCVS, luci. *nemus sacrum*. in Ver. 255 a, Circa Ennam lacus lucique sunt plurimi. de Diuin. 101 a, Lucus Vestæ. & 116 b, de Leg. 173 a, Lucos in agris habento, & Larium sedem. Epist. 105 a, Domus habet lucum, quem si excideris, multum prospexeris. pro Mil. 318 a, Vos enim Albani tumuli atque luci, vos, inquam, imploro & obtestor.

LVDENDI. Offi. 21 a, Ludendi est autem quidam modus retinendus, vt ne nimis omnia profundamus, &c. suppeditant autem & campus noster & studia venandi, honesta exempla ludendi.

LVDENS, tis. *iocans*. de Fin. 131 b, Si quando pueris ludentes minamur. Par. 116 a, Ego verò illa ipsa ludens conieci in communes locos.

LVDIBRIVM, brii. *irrisio*. Attico. 273 b, Sceleratissimo hosti ludibrio esse imperium P. R. ad Here. 56 a, Ludibrio & despectui cuipiam esse. pro Dom. 239 b, Libertatis signum posuisti ad ludibrium impudentiæ, magis quàm, &c. Par. 117 a, Ille hæc ludibria fortunæ ne sua quidem putauit.

☞ Syntaxis. *Ludibrio & despectui esse. Ad ludibrium impudentiæ facere.*

LVDIBVNDVS, a, um. *alacer*. I. R 183 a, Si vulteium habebis, omnia ludibundus perficies. *est*.

¶ *Lætus*. Epist. 259 b, Inde austro leuissimo ad Hydruntem ludibundi peruenimus.

LVDICRVS, a, um. *iocularis*. de Natu. 18 b, At pueri etiam cum cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur. de Orat. 97 a, Quæ agenda sunt in foro tanquam in acie, exercitatione quasi ludicra prædiscere & meditari. & 128 a, Ars ludicra armorum, gladiatori & militi prodest aliquid. Acad. 2 b, Clarorum virorum ludicros sermone esse non oportet.

LVDIFICO, as. *illudo*. pro Qu. 20 a, Si quis latitare ac diutius ludificari videatur.

LVDIFICATIO, onis. pro Sest. 20 a, Consecuti dies pauci, omnino Ianuario mense, per quos senatum habere liceret: sed tamen actum nihil nisi de me, cum omni mora, ludificatione, calumnia senatus auctoritas impediretur.

LVDIFICOR, aris. *ludifico*. pro S. R. a, Imperite ludificari ac calumniari sciens videtur.

☞ Syntaxis. *Exercitatio ludicra. Armorum ars ludicra.*

LVDIVS, dii. *histrio*. pro Sest. 25 b, Clodius ludius non solùm spectator, sed actor & acroama. de Arusp. resp. 149, Quem ille seruorum & ludiorum multitudini Senatum Populumque Rom. vinctum tradidisset.

LVDO, dis. *ludo vtor, delectationis causa exerceor*. de Ora. 92 a, Vt qui pila ludunt, non vtuntur in ipsa lusione artificio proprio palæstræ, sed indicat ipse motus, didicerintne palæstram, an nesciant de Ora. 103 b, Pila bene & duodecim scrupis ludere. I. A. 178 b, Qui non dubitaret vel in foro alea ludere.

¶ *D. ludo*. Q. F. 316 a, Domitius in senatu lusit Appium. Q. F. 323 b, Eumque lusi iocose satis. de Orato. 259 a, Disputationem aliquam

facetus

facetijs ludere. de Oratore 158 b, Verbis in me quidem ille lusit, vt solet.

¶ *Iocor.* Epist. 98 b, Non illo vetere verbo quid iure lusisti. de Di. 119 b, Hoc ciuili bello quã ea multa luserant?

LVDOR, ris *decipior.* Epist. 125 a, Sic multum ac diu luderetur. de Orato. 89 a, Oratio aut nulla sit necesse est, aut omnium irrisione ludatur.

LVDVS, ludi. *munus, spectaculum.* pro Mur. 133 b, Populus ac vulgus imperatorum ludis magnopere delectatur. & ibid. Elegantia ludorum, & scenæ magnificentia. & ibid. ludi magnificentissimi. & ibid. Ego qui trinos ludos fecerã. de Ar. 249 a, Hos ludos serui fecerunt, serui spectauerunt. de Ora. 154 b, In maxima illa ludorum celebritate quinquennali Att. 254 a, Commissio ludorum & confectorum ludorum vtuncij. Q. F. 325 a, Quo die ludi committebantur, idest, ante VIII. Cal. Nouem. de Fin. 91 b, Ludis commissis. Qu. F. 327 a, Is ludos apparat magnificentissimos, sic, inquam, vt nemo sumptuosius, res stulte bis terque, vel quia non postulat, vel quia munus magnificum dederat, vel quia potuerat magistrum se, non ædilem putare. pro Sest. 25 a, Qui ludos apparatissimos magnificentissimosq; fecit. I. P. 93 b, Paratissimi magnificentissimique ludi. pro Arc. 188 a, Celebrare dies festos ludorum. & ludorum epulari sacrificium. L. Epularis. de Cla. 171 b, & Att. 241 a, Facere ludos Apollini. At. 44 a, ludi Apollinaris. I. A. 159 a, Ludi Romani antiquissimi. I. P. 81 a, Ludi compitalitij. de Di. 91 b, Ludi votiui Epist. 95 a, & Att. 254 a, Ludi Osci, ludi Græci. I. A. 181 a, Heri quartus in circo dies ludorum Romanorũ fuit. Antonius ad populum tulit, vt quintus præterea dies Cæsari tribueretur. de Leg. 174 a. Ludis publicis popularem lætitiam in cantu & fidibus & tibijs moderanto. Att. 11 b, & I. C. 100 a, Ludus gladiatorius.

¶ *Exercitatio.* Attico. 11 a, Ludus talarius. pro Cęl. 43 a, Datur enim huic aliquis ludus ætati, concessu omnium. & 46 b, Date aliquid tẽporis ad ludum ætatis. & 39 a, Vt exercitatione ludoque campestrĩ vteremur. de Or. 148 a, Ludus pilæ vel tesserarum, vel talorum. Of. 30 b, Adde his, si placet, vnguentarios, saltatores, totumque ludum talarium.

¶ *Iocus.* Off. 21 a, Nec enim ad ludum & iocum facti sumus. In Ver. 307 b, Per ludum & iocum euertere aliquem. & 273 a, Per ludum & negligentiam ad honores peruenire. I. A. 193 b, Nullus ei ludus videtur esse iucundior, quam cruor quàm cędes, &c. de Ora. 115 a, Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est homini non hebeti. de Fi. 54 a, Illa perdiscere ludus est.

¶ *Schola.* de Na. 15 a, Epicuri pater ludi magister fuit. Epis. 137 b, Vt Dionysius tyrannus cum Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse, sic ego sublatis iudicijs, amisso regno forensi, ludũ quasi habere cœpi. de Ora. 117 b, Isocrates magister istorum omniũ, cuius è ludo tanquam ex equo Troiano innumeri principes exierunt. de Cla. 176 b, Isocratis domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi. pro Dom. 9 a, Is e ludo atq; pueritiæ disciplina in militiæ disciplinam profectus est. de Orat. 138 a, Hęc in ludo causarum fere formula. Q. F. 325 a, Ducebã mecum Ciceronem meum in ludum discendi, non lusionis.

☞ Syntaxis. *Ludi committuntur. Ludorum commissio. Ludos apparare, facere apparatissimos. Paratissimi & magnificentissimi ludi. Tempus ad ludum datum. Ad ludum & iocum factus, natus, illa facere ludus est. Per ludum & iocum euertere aliquem. Ludum aperire, habere. Ludus & officina dicendi. In ludum ducere aliquem discendi, non lusionis.*

LVENDVS, a, um. pro Mil. 113 b, Cum ei qui expectare velit, ante iniusta pœna luenda sit, quàm iusta repetenda. I. V. 77 b, Innocentium sanguis istius supplicio luendus est.

LVES, luis. *pestis.* de Arusp. 249 a, Vt eos ludos hæc lues impura pollueret.

LVGENDI. Tusc. 204 a, Hinc sunt illa varia & detestabilia genera lugendi, pedores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, fœminum, capitis percussiones.

LVGENS, tis. pro Do. 188 b, Lugente senatu, mœrentibus bonis omnibus pro Mar. 145 a, Sextus deformata lugensque.

LVGEO, *in luctu sum, squaleo, mœreo.* I. A. 244 b, Quis bonus non luget mortem Trebonij? de Iuuen. 71 a, Illa hostium mortem lugebat. pro Plan. 280 b, & Epist. 51 a, Hos pro me lugere, hos gemere videbam I. P. 83 a, Senatum reipu. occasum atque interitum lugere voluisti. pro Mil. 105 a, Illius mortem æquo animo nemo ferre potest, luget senatus, mœret equester ordo, tota ciuitas confecta senio est, squalent municipia, afflictantur coloniæ, agri denique tam beneficum, tam salutarem, tam mansuetum ciuem desiderant. de Cl. 189 b, Omittamus lugere. Att. 127 b, Neque vero nunc cõsilium tuum reprehendo, sed fortunam reip. lugeo. de Ora. 127 a, Lugere luos. Tusc. 169 a, Quid ego nunc lugeam vitam hominum?

LVGVBRIS, bre. *funebris.* Postq. 199 b, Fratris mei lachrymæ sordesq; lugubres. de Leg. 182 a, Lugubris eiulatio. Tusc. 254 b, Lugubris lamentatio, fletusq; mœrens. * Tusc. 200 b, Carmen & rebus, & verbis modis lugubre.]

LVMBVS, bi. In Arat.

—— Et Cepheus conditur vnà,
Lumborum tenus, &c. ——

LVMEN, nis. *lux.* de Di. 97 a, Noctu lumine apposito experrecta nutrix animaduertit puerum, &c. pro Syl. 74 b, Vos mihi in tãtis tenebris clarissimum lumen prætulistis. Antequam 193 b, Vos dij, qui meæ menti lumina prætulistis. de Na. 61 b, Natura duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere voluit de Cla 150 b. Sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio. de Som. 127 a, Hic tu ostendas oportet patriæ lumen animi, ingenij, consilijque tui. de Ora. 100 a, Propè cunctis ciuibus lumen ingenij, & consilij sui porrigere atque tendere. pro Dom. 236 b, de Na. 45 a, Varietas luminum lunæ. de Diu. 127 a, Luna Solis lumine illustrari putatur. Offi. 11 a, Qui lumen de suo lumine accendit, facit vt nihilominus ipsi luceat, cum illi accenderit. de Cla. 188 b, Tabulas bene pictas in bono lumine.

¶ *Exornatio.* de Orato. 119 a, Certis dicendi luminibus ornare orationem.

¶ *Fenestra* de Ora. 99 b, M. Buculeius cùm ædes L. Fusio venderet, in mancipio lumina vti tum erant, ita recepit. & ibi. Quod cuicunque particulæ cœli officeretur, quamuis esset procul, mutata lumina putabat.

¶ *Dies.* Att. 117 a, & pro R. P. 127 a, Cęsaris interdicta, si te secundo lumine hic offendero, respuentur.

¶ *Oculi.* Tus. 150 a, & pro Dom. 134 b, Democritus luminibus amissis, alba scilicet & atra discernere non poterat.

LVMINARIA, *fenestra, lumina.* Att. 249 b, Octauam partem tuli luminarium, mediam abstrahere memineris, *alias luminum.*

LVMINOSVS, a, um. *illustris, eminens, excellens.* Ora. 208 b, Tum sunt maxime luminosæ & quasi actuosæ partes duæ.

LVNA, næ. de Som. 128, In infimo orbe luna radijs solis accensa conuertitur. de Diui. 127 a, Docet enim ratio mathematicorum, quanta humilitate luna feratur, terram prope contingens. & ibi. Luna solis lumine illustrari putatur. & 110 a, Luna suo lumine, an solis vtatur. de Na. 39 b, Luna à lucendo nominata est, eademque est Lucina. L. DIANA de Ora. 159 b, Luna accessu suo & recessu solis lumen accipit. de Natu. 36 a, Iam solis annuos cursus spacijs menstruis luna consequitur. *& ibid. de Luna.* de N. 18 b, Solis anouam lustrationem, solis incensa radijs menstruo spacio luna complet. I. V. 124 b, Siculi suos dies mensesque congruere voluit cum solis lunæque ratione. de Na. 46 b, Luna maior quam dimidia pars terræ. *& ibi de Luna multa.* Acad. 31 a, Habitari ait Xenophanes in luna. de Di. 84 a,

Cùm claram speciem concreto lumine luna.
Abdidit, & subitò stellanti nocte perempta est.

& 100 a, Cùm duo visi soles, & cum lunæ tres. Tuscu. 168 a, Cùm luna laborat. de Fin. 86 a, Epicurus lunæ dies singulos vim quandam habere credidit. de Di. 127 a, Cùm ortis nascentium luna moderetur. de Natu. 30 a, Æstus maritimos fretorumque angustias ortu aut obitu lunæ commoueri, de Diui. 115 a, Quid de fretis & maritimis æstibus dicam, quorum accessus & recessus lunæ motibus gubernantur. de Diu. 128 b, Plus terrarum situs, quàm lunæ tactus ad nascendum valere. *Albe, ipsi istud ...* de Di. 115 a, Ostrea & conchylia omnia cum luna crescunt, pariterque decrescunt. & ibid. Arbores cum luna simul senescentes tempestiue cędi. Acad. 21 b, Intendit Apollo arcum luna innixus. 2. de Na. deor. luna a sole illuminata, graueditates & partus affert. in Som. Scip. luna in infimo orbe radijs solis accensa conuertitur. 2. de Nat. deor. luna eam lucem, quam accepit à sole, mittit in terras. Di. li. 2. & 2. de Nat. deo. luna subiecta soli atque opposita nostris oculis, eius lumen obscurat. de Vni. luna quando lustrato suo cursu solem consecuta est, fit mensis. 2. de Na deo. luna ijsdem spacijs vagatur quibus sol. 2. de Natu. deo. luna omnium vltima versatur in terris. Ac. q. edi. 1. li. 2. luna, terra multarum urbium & montium, secundum Xenophontem. de Vni. lunæ cursus terram proxime ambit. 2. de N. d. lunæ cursus menses nominantur, quia mensa spatia conficiunt. 2. de Nat. deo. lunę luminum varietas tum crescentis, tum senescentis. 2. de Na. deor. lunæ ortu aut obitu æstus maritimi, fretorumque angustiæ commouentur, Tus. q. li. 1. Lunamq; accretione & diminutione luminis, quasi fastorum notantem & significantem dies. ad Att. Non ante lunam nouam. Som. Scip. Infra lunam nihil est nisi mortale & caducum, præter animos hominum munere deorum datos. Som. Scip. Supra lunam sunt omnia æterna. de Vni. In luna deos spargens.

LVNARIS, re. de Som. 129 a, Grauissimo autem sono mouetur hic lunaris atque infimus cursus.

☞ Syntaxis. *Luna humilitate summa fertur, vtitur non suo lumine, incensa solis lumine, accensa à sole, laborans. Luna obitus. Luna versatur in terris,* id est prope terras voluitur.

LVO, is. *persoluo.* L. POENA. At. 43 a, Itaque mei peccati pœnas luo. pro Syl. 181 b, Luere pœnas reipub.

¶ *Abstergo.* de Sen. 91 b, Qui morte sua luit collegæ in Canensi ignominia temeritatem.

¶ *Expio.* de Fin. 130 a, Lucretia stuprum per vim oblatum voluntaria morte luit.

LVOR, ris. *expleor, saturor.* in Verr. 91 b, Sceleratorum libido innocentium sanguine luitur. Att. 108, Acerbum est, parentum scelera filiorum pœnis lui.

☞ Syntaxis. *Luere pœnas alicui. Peccati pœnas luere. Morte sua luere temeritatem. Stuprum oblatum sua morte luere. Libidinem insontium sanguine luere. Scelera pœnis luenda. Luenda aliena iniuria pœna. Innocentium sanguis supplicio alterius.*

LVPA, pæ. *meretrix, scortum.* pro Mil. 112 a, Clodius semper secum scorta, semper exoletos semper lupas ducebat.

LVPERCAL, lis. *locus.* Epist. 7. pag. 104, Velia non est vilior, quàm lupercal. *prouerbium.*

LVPERCALIA, orum. Qu. fr. 314 b, & I. A. 177 a, Ad lupercalia C. Cæsari, &c.

LVPERCI, orum. pro Cælio 42 b, Fera quædam sodalitas, & planè pastoritia

floriciis atque agrestis germanorum lupercorum : quorum coitio, &c.

LVPINVS, ni. ad Her. 5 a, Folliculus lupinus. I.C. 115 a, Romulus paruus atque lactens vberibus lupinis inhians.

LVPVS, pi. in Anto. 188 b, O præclarum custodem ouium (vt aiunt) lupum. Att. 216 a, De Varrone loquebamur, lupus in fabula.

LVRCO, onis. Att. 13 a, Lurco Tribunus plebis, &c.

LVSCVS, a, um. *vno captus oculo*. de Ora. 131 b, Hic luscus familiaris meus C. Sextius. & ibi. Id dixit, quod conueniret in omnes luscos.

LVSIO, onis. *lusus*. Q. F. 325 a, Ducebam mecum Ciceronem meum in ludum discendi, non lusionis. de Fin. 138 a, Pueri lusionibus vel laboriosis delectantur. de Sen. 29 a, Habeant igitur alij sibi, arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clauam & pilam, sibi nationes & cursus. nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant & tesseras. de Orato. 91 a, Qui pila ludunt, non vtuntur in ipsa lusione proprio artificio palæstræ.

LVSITANIA *regio*. Epi. 165, Polio.

LVSITANI *populi*. de Cla. 172.

LVSIVS, *fluuius*. de N. 71. *Ideo dictus quòd in eo Iupiter infans lotus sit, authore Pausania in Arcadicis.*

LVSTRANDVS, a, um. de Diu. 101 b, In lustranda colonia ab eo, qui eam deducebat.

LVSTRATIO, onis. *peragratio*. I. A. 121 b, Peragratio itinerum, lustratio municipiorum. Tus. 244 a. & de N. 28 b, Non montiuagos atque syluestres cursus lustrationesque patiuntur.

LVSTRO, as. *peragro*. de Nat. 36 b, Mercurij stella anno fere vertente signiferum lustrat orbem. de Natu. 58 b, Totam licet animis tanquam oculis lustrare terram. Epi. 55 a, Lustrare iurisdictionem. de Fin. 145 a, Pythagoras Ægyptum lustrauit. Tusc. 118 b, Lustrare vltimas terras. de Somn. 158 b, Sol cuncta sua luce lustrat & complet. Offi. 18 a, & Par. 133 a, Cum omni ratione animoque lustraueris. de Fin. 88 b, Perlustrare aliquid animo. de Vniuer. 200 b, Cum alia maiorem lustrarent orbem. Attic. 79 a, Ad III Calend. exercitum lustraui apud Iconium. in Anto. 142 a, & de Diu. 101 b, Cum imperator exercitū lustraret. & ibi. Cum censor duceret populum lustraret.

☞ Syntaxis. *Lustrare iurisdictionem. Ratione & animo lustrare. Exercitum, populum lustrare.*

LVSTRVM, stri. *quinquennale spacium, idem quod Olympias Græcis*. de Ora. 200 a, Quæritur, qui domini voluntate census sit, si non sit conditum lustrum, sit ne liber. Att. 17 b, Sub lustrum censeri germani negociatoris est. & 66 b, Lustrum iam desperatum est. de Or. 133 b, Lustrum condere, & taurum immolare. Ep. 25 b, Publicanis etiam superioris lustri reliqua sine sociorum vlla querela conseruaram. Att. 90 b, Populi autem nullo gemitu publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil soluerant, etiam superioris lustri reddiderunt.

¶ *Est etiam ganea, popina*. pro Cæl. 49 b, Domus, in qua lustra, libidines, luxuries versentur. Postquam 207 a, Cur in lustris & helluationibus huius saltatoris tamdiu virtus tam diu cessauit? pro Sestio 7 a, Aliquis emersus ex tenebris lustrorum ac stuprorum. I. A. 161 b, Vino lustrisque confectus.

LVSVS, a, um. *illusus, prosus*. de Fi. 64 a, Sed & illum, & cæteros sophistas lusos videmus à Socrate.

LVTEVS, a, um. *nullius precij, aut ponderis, leuis, ineptus, hebes*. in Ver. Act. 5, 155 a, Deinde in hoc homo luteus, etiam callidus ac veterator esse vult. & Act. 6, 207 a, Tum illos egisse prætores dicere; Putasse se, id quod audisset, alicuius precij scyphos esse Pamphili: luteum negocium esse non dignum quod in suo argento Verres haberet.

LVTVLENTVS, a, um. *luto plenus, & impurus*. in Pis. 79 b, Paucis ista tua lutulenta vitia nouaramus. & 85 a, Lutulente Cæsoni. pro Q. Ro. 48 a, Persona illa lutulenta, impura, inuisa. in Sal. 272 a, b, Nihil aliud studes, nisi vt lutulentus sus cum quouis volutari.

LVTVM, ti. *terra humore soluta & putris*. in Pis. 92 a. Hic homulus ex argilla & luto factus. & 93 a, O lutum, ò sordes. in Ver. 212 a, Verres in luto totius corporis vestigijs volutatus. & 147 a, Vides eandem illam Verris tanquam in luto demersam esse in litura.

☞ Syntaxis. *Luteus homo, negocium; vestimen, sus.*

LVX, cis. *lumen*. de Diu. 119 a, Si Deus erat, cur se contra naturam abdidit, vt patefactus aratro lucem aspiceret? pro S. R. 58 b, Propter quos hanc suauissimam lucem aspexeris, eos indignissime luce priuare. pro S. R. 40 a, Commoda quibus vtimur, lucemque qua fruimur, spiritumque quem ducimus, à Deo nobis dari atque impartiri videmus. pro Quin. 13 b, Communi luce priuari. pro Cl. 24 a, Hanc à natura propriam lucem accipere. de Cla. 165 b, Tanquam ad aspiciendam lucem esse reuocatam. de Arusp. 255 b, Lucem non aspicere, *id est, latere*. de Arusp. 257 b, Eodem tempore suscipimur in lucem, & hoc cœlesti spiritu augemur. I. C. 160 a, Potest ne tibi huius vitæ hæc lux, aut huius spiritus esse iucunda, cum, &c. de D. 81 a, Cum id reliquis, solis videatur luce clarius. pro Cæl. 42 a, Signa omni luce clariora. pro Cæl. 47 b, Sed in turpissimis rebus frequentissima celebritate, & clarissima luce lætatur. Acad. 16 b, Proferre in lucem res occultas.

¶ *Facultas*. de Nat. deor. 3, Lucem authoris fortasse desiderant sententiæ. de Na. deo. 1, Lucem eripere, & quasi noctem quandam rebus offundere. Aca. q. ed. 1, li. 1, Quam luce ea circunfusa sunt, &c.

¶ *Dignitas, honor*. pro Pomp. 10 b, Qui tam breui tempore lucem afferre reipub. potuit. de Orat. 95 b, Et illa commendatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. & 111 b, Historia lux veritatis. I. C. 180 b, Hæc vrbs lux orbis terrarum, arx omnium gentium. I. A. 153 b, Lux quædam videbatur oblata. pro Deiota. 149 a, Obscuram familiam e tenebris in lucem euocare. pro Pomp. 5 a, Mithridates in vestris vectigalibus. hoc est, in Asiæ luce versatur. Offic. 42 a, Tanquam in clarissima luce versetur. in Ant. 175 a. Primum redij luce, non tenebris. deinde, &c. Terentiæ li. 14, Hem mea lux, meum desiderium. pro Ligar. Lux liberalitatis & sapientiæ. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Lux luminque vitæ, ratio. Cat. Quoties illum lux noctu aliquid describere ingressum oppressit. 2. ad Att. Lucis aliquid afferre nostris rebus. de Clar. orat. Forensi luce carere. Tusc. q. lib. 2, Luce veritatis menti hominis nihil dulcius.

¶ *Dies*. ad Heren. 35 b, Lucenoctem, nocte lucem expectas. pro S. Ro. 27 b, Si canes luce latrent, opinor ijs crura suffringantur. in Ant. 244 b, Quis audeat luci? quis in militari via? quis bene comitatum? qui illustrem aggredi? pro Sest. 81 b, Luce palam occidi. I. P. 84 b, Cum arma in templum Castoris luce & palam comportabantur. Offic. 70 b, Luce palam in foro saltare. de Diu. 120 a, Cur ante lucem Galli cantant? Q. F. 309 a, Pridie iduum hæc scripsi ante lucem. & Epi. 3 b, & 56 a, de Or. 133 a. Si ad te bene ante lucem venisset. At. 56 b, Metellus cum prima luce in campum currebat. pro Mil. 229 a, Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodij.

¶ *Sydus*. in Ar. *Illa quæ fulgens lucet ex ore corusco.*

¶ *Vita*. 3. Tuscu. Tu te Thyesta damnabis, orbabisque luce, propter vim sceleris alieni? 2. Tuscu. Finis huius lucis. *id est, vitæ* 7. Ver. Cur, inquam, ciuibus Romanis, quos piratæ ceperant, secari statim percussis, ipsis piratis lucis vsuram tam diuturnam dedisti? Tus. q. lib. 1, Omnes denique miseros, qui hac luce careant, *id est qui defuncti sint.*

¶ *Frequentia*. 1 ad Q. F. In luce Asiæ, in oculis prouinciæ, atque in auribus omnium gentium esse positam. de Senec. Nec vero ille in luce modo, atque in oculis ciuium magnus, sed intus domique præstantior. 3. ad Att. Lucem omnino fugeram.

¶ *Cœlum*. de Diui. lib. 1, Cum mortali corpore cremato in lucem animus excesserit.

☞ Syntaxis. *Vita lux. Signum luce clarius. Lucem reipublicæ afferre. Lux, lumenque vitæ ratio. Luce ambulare, & luci. Luce & palam ingredi. In luce omnium præstantissimus. In lucem excedens animus.*

LVXVRIA, riæ: & LVXVRIES, ei. *luxus, intemperantia, libido*. pro Sex. Ros. 30 b, In vrbe luxuries creatur, ex luxuria auaritia, ex auaritia erumpit audacia. de Orato. 124 a, Auaritiam si tollere vultis, mater eius est tollenda luxuries. contra Rul. 64 a, Luxuries Annibalem Capuæ corrupit. pro Mur. 127 a, In quo luxuriam reperire non potes, in eo te vmbram luxuriæ reperturum putas? & 142 a, Odit populus Romanus priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. Offic. 31 a, Turpe est diffluere luxuria. in Pis. 90 a, & ibidem, Noua quædam & inaudita luxuries. pro Cælio 46 b, Profusa luxuries. pro Cornel. 66 b, Tum luxuriam illius quæ non crimine aliquo libidinis, sed communi maledicto notabatur. I. V. 135 b, In mulierum corruptelis & in eiusmodi luxuria atque nequitia. pro Cæl. 49 b, & 43 a, Domus in qua lustra, libidines, luxuries, &c. versantur. pro S. R. 24 b, De luxuria se purgauit Erucius, cum dixit, hunc ne in conuiuio quidem vllo fere interfuisse. & 19 b, Quod per scelus adeptus sis, id per luxuriam effundere atque consumere. de Orat. 121 a, Quod sumptuosa de luxuria. & 117 b, In summa vbertate inest luxuries quædam, quæ stylo depascenda est. I. V. 55 b, & 184 a, Luxuries in flagitijs, crudelitas in supplicijs. ad Her. 2 a, & 12 a, Inertia, ignauia, desidia, luxuria. Offic. 59 a, Hæc libidini potius luxuriæque, quàm liberalitati & beneficentiæ pareat. Offi. 25 a, Luxuria cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est.

¶ *Inutilis absque fructu lasciuia*. de Oratore 157 a, Luxuriem esse in herbis.

☞ Syntaxis. *Luxuria diffluere. De luxuria se purgare. Per luxuriam effundere, consumereque. Herbarum luxuries.*

LVXVRIOSE. *intemperanter*. pro Cæl. 40 a, Cum libidinosis luxuriose viuere. de Fin. 69 a.

LVXVRIOSVS, a, um, sior. *astutus, intemperans*. de Fin. 69 a, Luxuriosi reprehendendi sunt ob eam ipsam causam, quòd ita viuunt, vt persequantur cuiusque modi voluptates. contra Rull. 75 b, Aliquis vt in suis rebus, ita in republ. luxuriosius nepos. in Pis. 94 a, Nihil isto festo te esse luxuriosius, nihil libidinosius. Ora. 204 a, Lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. I. A. 173 a, Multa & lauta supellex, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis.

LVXVS, us. *intemperantia, profusioque in victu & cultu corporis*. I. V. 161 a, Nisi forte existimatis eum in vino ac luxu non risisse, qui nunc in periculo ac exitio suo risum teneri non possit.

☞ Syntaxis. *In republ. luxuriosius. Luxuriosius, libidinosius.*

LYBIA, *vide* LIBYA.

LYCAONIA, æ. *regio*. Epi. 240.

LYCAONES *populi*. de Leg. 176, Epi. 42.

LYCEVM, ei. de Diuin. 81 b, Cum ambulandi causa in Lycium venissemus, nam id superiori gymnasio nomen est. & 110 a, Tum in bibliotheca, quæ in Lycio est, assedimus. de Ora. 93 a, Et longe Academiæ illi ac Lycio tuum hoc suburbanum gymnasium antepono. de Diuin. 8 a, Inque Academia vmbrifera, nitidoque Lyceo. & Academico. 42 a.

LYCHNVCHVS, chi. *quicquid lucernam sustinet, nam vt candelabrum candelæ, sic lychnuchus lucernæ fulcrum appellatur*. Q. F. 336 b, Hanc scripsi ante ad lychnuchum ligneolum, qui mihi erat periucundus, quod eum te aiebant cum esses Sami, curasse faciendum.

LYCHNVS, ni. *lucerna*. pro Cælio 32 a, Lux alia est solis & lychnorum promeritum.

LYCII *populi*. I. V. 204. Att. 95.

LYCVRGEVS, a *durus seuerus, qualis fuit Lycurgus, qui leges duras Lacedemonis tulit*. Attico. 8 a, Nosmetipsi qui Lycurgei principio fuissemus, quotidie demitigamur.

LYCVRGVS, gi. de Cl. 176 a, M. Brutus accusationem factitauit, vt Athenis Lycurgus

LYDIA, diæ, *regio*. pro Fl. 160 a, Quid dicam de Lydia? &c.

LYDVS, a, um. pro Flac. 160 a, Quis vnquam Græcus comœdiam scripsit, in qua seruus primarum partium non Lydus esset?

LYMPHATVS, a, um. *furens, insanus*. de Diui. 97 a, Flexanima tanquam lymphata, vt Bacchi sacris commota. *Poeta*.

LYNCEVS, a, um, *perspicax*. I. V. 155 a, Homo lynceus. Epist. 126 b, Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? nusquam incurrat?

LYRA, ræ *fides*. Tus. 149 a, Themistocles cùm in epulis recusasset, lyrâ habitus est in doctior.

LYRICVS, a, um. Or. 215 a, Poetæ, qui λυρικοί à Græcis vocantur: quos cum cantu spoliaueris, nuda pene remanet oratio.

LYSIAS, siæ. de Or. 105 a, Dilertissimus scriptor Lysias. de Clar. 167 b, Lysias subtilis scriptor & elegans. Ora. 199 a, Venustissimus ille scriptor & politissimus Lysias.

LYSIDICVS, ci. I. A. 233 b, Lysidicus ipse in Græco verbo, qui omnia iura dissoluit.

LYSANDER, dri. *versutissimus Lacedæmoniorum dux*. Off. 22 a.

LYSIPPVS, pi. *fictor, insignis*. Acad. 21 b.

M

M *Litera in consonantibus Latinis nuncupatur liquida*. de Orat. 11 a, Omnibus in parietibus inscriptas fuisse literas, tria III, duo m m.

¶ *In numeris indicat mille*.

¶ *Ante nomina propria*.

MACEDO, onis. I. A. 203 b, Quid Macedo Alexander.

MACEDONIA, æ. *regio*. Atti. 40, I. P. 91. & 92. L. SEMINARIVM, & TRIVMPHVS.

MACEDONICVS, ca, in Verr. 236 a, Signum Macedonicum. in Pison. 91 a, Imperator Macedonicus. Attico. 257 b, Legiones Macedonicæ.

MACELLVM, li. *locus, in quo venduntur omnia quæ vescendi causa in vrbem afferuntur*. de Diu. 120 b, Si epicuri de voluptate liber corrosus esset putarem annonam in macello cariorem fore. de Fi. 75 a, Quæ est ista laus, quæ possit a macello peti?

MACER, cra, crum. *tenuis*. contra Rul. 79 b, Solum exile & macrum.

MACERIA, riæ. *murus in agro, & villa*. Epistola. 263 b, Helluo nequissimus sestert. 200 dabat nullo aptico, horto, nulla maceria, nulla causa.

MACHÆROPHORVS, ri. *gladiator macharam, ferens*. Quinto. Frat. 3 12, b, Hominem portari ad Baias octophoro machærophoris centum sequentibus.

MACHINA, næ. *machinatio*. in Verr. 105 b, Columnæ machina apposita deiectæ, eisdem lapidibus repositæ sunt. & 106 a, in Piso. 88 b, M. Regulus, quem Carthaginenses resectis palpebris illi gatum in machina vigilando necauerunt. contra Rull. 75 b, Hæc tota lex ad Pompeij opes euertendas tanquam machina comparatur. Q. de Pet. 206 a, Quo in magistratu amicam, quam palam domi habebat, de machinis emit.

¶ *Ars, astutia, dolus*. pro Dom. 218 a, Iisdem machinis sperant me restitutum posse labefactari, quibus ante a stantem perculerunt. Bru. 289 a, Omnes adhibebo machinas ad tenendum adolescentem. de Nat. deo. 74 b, Doli, machinæ, fallaciæ, præstigiæ & ibidem, Commoliri dolum & machinam aliquam ad quempiam.

MACHINATIO, onis. *artificium*. de Natu. deo. 45 a, Cùm machinatione quadam aliquid moueri videmus, vt sphærâ, hora, & 50 b, Etiam machinatio quædam atque solertia. de Orat. 115 a, Iudea tanquam machinatione aliqua tum ad seueritatem tum ad remissionem est conterquendus.

☞ Syntaxis. *Commoliri dolum & machinam ad aliquem. Machinatio & solertia*.

MACHINATOR, oris. *architectus, fabricator*. pro Sext. Ros. 40 b, Scio omnium architectum & machinatorem esse Chrysogonum. & contra Rul 63 b, I. C. 112 a.

MACHINATVS, a, um. de Nat. 56 a, Ad vsum orationis incredibile est quanta opera machinata natura sit. de Ora. 159 a, Hæc quidam machinati sunt ad uoluptatem. de Nat. 51 b, Quod perpetuitatis causa machinata natura est. de Vniuer 196 a, Quæramus igitur causam, quæ eum impulerit, qui hæc machinatus sit, vt originem rerum & molitionem nouam quæreret.

MACHINOR, aris. *translate, struo, molior, excogito*. de Nat 73 a, Sibi ipsi ne fatiam pestem machinari. I. V. 69 a, Cum interea aliud quiddam iã, diu machinaretur. pro Dom. 124 a, Nihil aliud nisi vt ne quid per vim agi posset, machinabere. ad Heren. 11 b, & 26 b, Machinari necem vel calamitatem alicui.

MACIES, ei. *corporis tenuitas, siccitas, gracilitas*. contra Rul. 85 a, Homo grandi macie torridus, contemptus & abiectus item, Crassum liber tum ais, tibi de mea macie solicitudineque narrasse. Tus. 196 a, Corpus macie cotabuit. in An. 211 a, Profectus est ad bellum, A. Hirtius tur fortissimus at qua imbecillitate? qua macie? sed animi vires corporis imbecillitas non retardauit.

☞ Syntaxis. *Macie torridus. Extabescere macie*.

MACROCOLLVM, li *charta membranula*. Attico. 252 b, Sed tamen idem syntagma misi ad te retractatius, & quidem archetypon ipsum crebris locis inculcatum & refectum. hunc tu translatum in macrocollum, lege in Arcano conuiuis. & 214 a, Impensam facimus in macrocolla.

MACTANDVS, a, um. In Verrem 35 b, Quo enim maiore es malo mactandus.

MACTATVS, a, um. I. V. 205 b, Cum videant ius ciuitatis illo supplicio esse mactatum. Tus. 179 b, Mactata excetra.

MACTE. *vox hortationem significans*. Attico. 188 a, Macte virtute, mihi quidem gratum, &c. & 220 b. Seruuli aiebant eum & agripetas eiectos a Buthrotijs, macte. Tuscu. 156 a. Macte virtute, ego enim ipse cum eodem ipso non inuitus errauerim. Att. 97 b, Quæso, quid nobis futurum est, macte scribas: *aliter, mature*.

MACTO, as. *interficio*. de Arusp. 253 b, Clodius diuisores omnium tribuum domi suæ crudelissima morte mactauit. I. C. 204 a, Tum tu Iupiter hos æternis supplicijs viuos mortuosque mactabis. pro Flac. 164 a, & 157 b, Quam potestis P. Lentulo mactare victimam gratiorem. In Vat. 31 b, Inferorum animas elicere, & puerorum extis deos manes mactare.

MACTOR, ris. I. C. 102 b, Ne hunc summo supplicio mactari imperabis? in Pison. 82 b, Quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinæ busto mactatus essem.

☞ Syntaxis. *Mactare alicui aliquem. Mactare simpliciter, &, morte, supplicio*.

MACVLA, læ. *labes* de Na. 17 a, Est autem corporis macula næuus. pro Sex. R. 37 a, Legationis ceremoniam polluere, maculisque afficere. pro Pomp. 5 a, Delenda est nobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta. Attic. 282 b, Magna macula per vos deleta. pro Ses. 172, Quoniam illa in rep. macula regni publicati maneret, quam nemo posset eluere. in Sal. a 74 b, Inurere æternas maculas alicui, quas reliqua vita eluere non possit. pro Corn. 57 b, Est huius seculi labes quædam & macula virtuti inuidere. pro Dom. 217 b, Omnium libidinum maculis notatissimus. pro Plan. 265 a, Hunc tu vitæ splendorem maculis aspergis istis. I. Vat. 260 a, maculas flagitiorum tuorum innocentium sanguine eluere arbitrabare. pro Clu. 20 a, Macula familiæ.

¶ *Est etiam retis foramen, seu plaga*. L. RETICVLVM. de Somn. 329 b, In ipsis terræ quasi maculis, vbi habitatur.

MACVLO, as. *macula afficio, commaculo, inquino, oblino, polluo, fœdo, contamino, labem infero, maculis aspergo*. de Arusp. 250 a, Qui castissimos ludos omni flagitio pollueret, omni dedecore macularet. pro Milo. 218 a, Et tu sancte Iupiter, cuius ille latus, nemora, finesque sæpe omni nefario stupro & scelere maculauit. pro Sest. 16 b, maculare splendorem alicuius.

☞ Syntaxis. *Polluere & maculis afficere. Maculam delere, suscipere, eluere, inurere. Maculis notatus. aspersus. Omni dedecore maculare splendorem alicuius*.

MACVLOSVS, a, um. *maculis respersus*. I. A. 174 a, Vestis Pompeij non multa eaque maculosa. Att. 11 a, maculosi senatores.

MADEFACTVS, a, um I. A. 259 a, Imbuti sanguine gladij exercituum nostrorum, vel madefacti potius.

MADEFIO, fis. *profundor, respergor*. de Diu. 94 b, Itaque vaticinatus est, madefactum iri minus triginta diebus Græciam sanguine.

MADENS, tis. Posthq. 206 b, madens coma, compositus capillus.

MADEO, des. *madesco*. In Ant. 190 a, Natabant pauimenta vino, madebant parietes.

MADIDVS, a, um. *perfusus*. Q. F. 214 a, Sed ille fasciculus totus aqua madidus redditus est.

MÆNA, næ. *piscis, marinus, quem Theodorus Gaza Alecem vertit. Itali Menulam vocant*. de Fin. 83 b, Qui voluptatem ipsam contemnunt, ijs licet dicere se Accipenserem Mænæ non anteponere.

MÆOTIS, tidis *palus Scythica*. Tuscu. 238 a, A sole exoriente sup. Mæotis paludes, nemo est, qui factis me æquiparare queat. *Poeta*. contra Rull. 76 a, Cum Mithridates amisso exercitu, & ex Mæotide, & illis paludibus, &c. defendatur.

MAGE, *magis*. Epist. li. 7. pro Mur. 131 a,

Non ex iure manu consertum, sed mage ferro

Rem repetunt — Ennij.

MAGICVS, ca, cum. de Or. lib. 1. magicum carmen.

MAGIS *plus, plus plusque*. Ep. 91 b, Att. 71 b, Quotidie magis ac magis suspicor te in Epirum profectum. Epist. 29 a, Sed mihi magis magisque quotidie de rationibus tuis cogitanti, placet. I. A. 253 b, Quotidie magis magisque perditi homines vrbi imminabantur. Part. 129 b, Nihil huic addi potest, quo magis virtus sit. pro Mil 104 b, Non magis erit parricida, si quis consularem patrem, quam si quis humilem necauerit. pro Plan. 271 a, Is magis ædilis fieri non potuisset. pro S. R. 24 b, Annos natus magis quadraginta. Epi. 26 b, Ita contendis, vt nihil vnquam magis. de Orat. 10 b, magis adeo id facultate quam alia vlla culpa mea contigit. Epi. 264 a, Expecto tuas literas, teipsum multo magis. de Or. 121 a, Ac multo etiam magis ad vos. pro Fl. 140 b, Nunc vero hoc magis, quod, &c. contra Rul. 45 b, Imo vero etiam hoc magis quam, &c. quod, &c. In Vat. 148 a, Atque eo magis, si, &c. & 164 b, Et eo magis, quod, &c. item, meminote non tam illos esse nobis quam hos pertimescendos, atque etiam hoc magis sunt timendi, quod, &c. de Offi. 15 a, Capessentibus remp. nihilominus quam philosophis, haud scio an magis etiam despicientia adhibenda sit rerum humanarum. Att. 254 a, magis est, quod gratuler tibi, quam quod

te

te roge. pro Cæl. 40 a, Cuius in magnis cateruis amicorum si fuit & Cælius, magis est vt ipse moleste ferat errasse se, quàm vt istius amicitiæ crimen reformidet. Attico. 234 a, De Græcia magis ac magis cogito.

Syntaxis. *Magis ac magis. Magis magisque. Annos magis 40. natus. Magis est, quòd lugeas, quàm quòd, &c.*

MAGISTER, stri. *præceptor, doctor, autor.* de Natu. 35 b, Epicurus gloriabatur, se magistrum habuisse nullum. in Anto. 177 a, Quanquam te bonum timor faciebat, non diuturni magister officij. de Senect. 83 a, Nec vlli bonarum magistri non beati putandi, quamuis consenuerint vires. I. A. 162 a, Iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quanta iam proferam, nihil sapere docuit. de Orato. 106 a, Pueri in hoc genere apud magistros exercentur. pro Sext. Rosc. 38 a, Is discipulus magistro tantulum de arte non concedit. de Cl. 174 a, Gracchus semper habuit exquisitos e Græcia magistros. de Orato. 130 b, Magistri, ad quos filios nostros mittimus. de Inu. 50 b, Artium liberalium magistri, viuendi præceptores. Ep. 136 b, Magister cœnandi, discipulus dicendi. de Ora. Isocrates magister omnium istorum, &c. Ora. 197 b, Plato grauissimus autor & magister intelligendi & dicendi. & 198 a, & de Nat. 8, Aristoteles à magistro Platone dissentiens. de Ora. 155 b, Plato non linguæ solum, verumetiam animi ac virtutis magister. pro Mur. 139 b, Vestri præceptores & virtutis magistri *idest Stoici.* pro Mur. 139 a, Hæc omnia non à natura sunt, sed à magistro. Sine magistro, duce natura. I. MANNA. Orat. 207 a, Existimator alicuius artificij, non magister. pro Rab. P. 124 a, Vsus est magister optimus de Orat 97 a, Stylus optimus dicendi effector & magister. & 107 b, Stylus perfector dicendi, ac magister. I. V. 159 a, Dux & magister ad faciendum aliquid. de Cl. 198 b, Suasionem legis Seruiliæ sibi magistrum fuisse dicebat. pro Corn. 60 a, Tum verò ius omne noster ille magister mutandæ ciuitatis ignorat. de Orato. 126 b, Quamobrem hoc vos doceo, bonus ego videlicet & eruditus magister. de Arusp. 247 b, Ego habeo autores & magistros colendarum religionum, maiores nostros. pro Dom. 234 a, Autor & magister publicæ religionis, & 241 b, Præsertim illo magistro qui cogeretur docere antequam ipse didicisset. pro Cec. 291 a, Te vti in hac re magistro volo. in Ver. 62 a, Si ab isto libro quem tibi magister ludi nescio quis ex alienis orationibus compositum dedit. de Senec. 86 b, Summus magister in poculo. Attic. 76 a, & I. V 243 a, Magister scripturæ. I. SCRIPTVRA. & 145 b, Magistri qui tabulas habebant. & 143 b, Quidam qui tum magister erat eius societatis. & Art. 176 b, & Epi. 207 b, & 227 a, pro Plan. 265 b, P. Crassus maximarum societatum autor, plurimarum magister At. 1 b, L. Pontius, quem putabant magistrum fore, si bona venirent. pro Qu. 9 a, Cui magistri fiunt, domini constituuntur, qui qua lege, qua conditione pereat, pronuncient, huic, &c.

¶ *Magister equitum, cui imperium summum in equites erat, vt dictatori in populum.* Attico. 151 a, Sylla potuit efficere ab inter rege, vt dictator diceretur & magister equitum. de Leg. 185 b, Iisque aue sinistra dictus populi magister esto. & 186 a, Magister populi equitumque.

Syntaxis. *Magistrum habere. Artium liberalium magistri. Plato autor & magister intelligendi, virtutis, animi. Effector & magister. Perfector & magister. Dux & magister ad. Societatis, ludi, scripturæ magister.*

MAGISTERIVM, rii. *magistri dignitas & officium, censura.* de Sen. 86 b, Me verò & magisteria delectant à maioribus instituta, & is sermo qui à summo adhibetur magistro in poculo. de Prouinc. Cons. Magisterium morum.

MAGISTRA, stræ. de N. 102, Legis æternæ vis, quæ quasi dux vitæ & magistra officiorum sit. & de Orat 111 b, Off. 26 a, Natura magistra & duce. Tus. 225 a, Philosophia magistra vitæ. pro S. R. 30 b, Vita rustica parsimoniæ & diligentiæ magistra est.

MAGISTRATVS, tus. *dignitas, honor, potestas, fasces, procuratio negocij & muneris publici, qui cum potestate est, qui potestatem gerit.* de Am. 108 a, Vbi eos inueniemus, qui honores magistratus, imperia, potestates, opes amicitiæ non anteponant? pro Mur. 141 b, Cato negat iudicium hominum in magistratibus mandandis, voluptatibus corrumpi oportere. & 142 b, Nulla re allici mentes hominum oportere ad magistratum mandandum, nisi dignitate. Off. 25 a, Est igitur proprium munus magistratus, intelligere se gerere personam ciuitatis debereque eius dignitatem & decus sustinere, seruare leges, iura describere, ea fidei suæ commissa meminisse. pro Sest. 15 b, Censura sanctissimus magistratus. in Verrē. 231 b, Ad me venit Heraclius is qui tum magistratum Syracusis habebat. Off. 30 a, Cedere ijs qui magistratum habebant. pro Pl. 260 b, Tum enim magistratū non gerebat, is qui cœperat, si patres autores non erant facti. pro Pl. 262 a, Libertas populi in mandandis magistratibus. & 272 a, Commissi sunt ijs magistratus. At. 279 a, Nemo tribunus plebis, nemo alio magistratu, nemo priuatus autor extitit. Att 476 b, Dum vnus erit patricius magistratus, auspicia ad patres redire non possunt. & ibid. C. Marius factus est augur. cont Rul. 48 b, Legum ministri magistratus. cont. Rul. 71 a, Lege Curiata magistratum non dari, cui nullis comitijs ante sit datus. Epi. 40 b, Creare & gerere magistratum, & gerere potestatem. Epi. 60 b, Atque abeuntem magistratu concionis habendæ potestate priuauit. pro Q. 2 a, Magistratum æquum adhuc reperire non potui. I. V. 191 a, Secuti sunt auariores magistratus. Q. F. 294 a, Quæ in magistratu vitiose decreuerant, eodem ipsis priuatis erat iure parendum. I. A. 204 b, Vt ei triennium ante legitimum tempus magistratus petere, capere, gerere liceat. de Le. 184 b, Magistratus hæc est vis, vt præsit præscribatque recta. & vtilia, & coniuncta cum legibus: vt enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus: vereque dici potest, magistrum legem esse loquentem, legem autem mutum esse magistratum. de Leg 190 b, Suffragia in magistratibus mandandis palam ferre melius esset. & 193 b, Qui magistratu abierint, apud censores edant, & exponant quid in magistratu gesserint. in Salust. 274 b, Accipere magistratum loco prædæ. Ep. 190 b, Nam quòd hui properent in magistratum venire, causam non habent. * Tuscu. 164 a, Sed tanquàm à Magistratu, aut ab aliqua potestate legitima, sic à Deo euocatus, & emissus exierit.]

Syntaxis. *Magistratum alicui mandare. Magistratum habere alicubi, gerere, committere, dare, creare, petere, capere. In magistratum venire. Magistratu abire.*

MAGNANIMITAS, tis. *magnitudo animi.* Offic. 31 a, Quarum vna sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis.

MAGNANIMVS, a, um. *vir magni animi, vt altus & excellens.* Off. 13 a, & 14 a, Vir fortis & magnanimus.

MAGNES, tis. de Diuin. 98 b, Vt si magnetem lapidem esse dicam, qui ferrum ad se alliciat & trahat: at rationem, cur ita sit, afferre nequeam.

¶ *Item qui est à Magnesia Thessaliæ regione.* de Clar. 149 b, Dionysius Magnes.

MAGNIFACIO, cis. Ep. 210 b, Eius libertum Apollonium iam tum equidem cum ille viueret, & magnifaciebam & probabam.

MAGNIFICE. *splendide.* de Cla. 188 a, Amice & magnifice te laudatum puto. I. V. 182 b, Magnifice laudari ab aliquo. pro Qu. 17 b, & I. V. 89 a, Magnifice ac splendide ornare conuiuium. de Inu. 77 a, Vasa magnifice & pretiose cælata I. V. 214 a, Exornat ample magnificeque triclinium. pro D. 236 a, Iste habitare laxe & magnifice voluit. I C. 104 b, Magnifice viximus. Att. 284 b, Iuuat enim magnifice loqui. ad Her. 31 b, Hic qui se magnifice iactat & ostentat. I. A. 223 a, Magnifice, enim Sulpitius maiorum continentiam diligebat. Offic. 10, Hæc præscripta seruantem licet magnifice viuere.

Syntaxis. *Magnifice ac splendide conuiuium ornare. Magnifice & pretiose. Ample, magnificeque. Laxe, magnificeque habitare. Magnifice viuere, loqui, se iactare, aliquem diligere.*

MAGNIFICENTIA, tiæ. *splendor.* de Inu. 82 a, Magnificentia est, rerum magnarum & excelsarum, cum animi ampla quadam & splendida propositione, agitatio & administratio. & 26 a, Virtus & magnificentia, in qua grauitas & autoritas est. Ora. 204 b, Si vt in apparatu epularum à magnificentia recedens non se parum solum, sed etiam elegantem videri solet. pro Mur. 142 b, Odit Pop. Rom. priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit contra Rull. 70 b, Hoc uix est liberi populi, vix vestrorum amicorum magnificentiæ. de Leg. 168 b, In hac illa rerum magnificentia, &c. pro Q. R. 49 a. Qui tantas pecunias non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiauit. de Leg. 190 b, Lucullo obiecta est magnificentia villæ Tusculanæ. Tusc. 240 a, Magnificentia ædium regiarum. & 247 a, Magnificentia & sumptus epularum. Off. 15 a, Capescentibus remp. & magnificentia, & despicientia adhibenda est rerum humanarum. de Legib. 183 b. Funerum sepulchrorumque magnificentia. Offi 28 b, Cauendum est etiam, præsertim si ipse ædifices, ne extra modum sumptu & magnificentia producas. & ibid. L. Lucullus, cuius quam multi villarum magnificentiam imitati sunt. & 44 b, Theophrastus est multus in laudanda magnificentia & apparatione popularium munerum. de Amic. 99 b, Qui virtutem verborum magnificentia metiuntur.

Syntaxis. *Liberalitatis magnificentia, villæ, epularum, ædium, funerum sepulchrorum. Extra modum sumptu, & magnificentia prodire. Verborum magnificentia.*

MAGNIFICENTISSIME. Att. lib. 1, Iactare se magnificentissime. & 225 b, Nostri autem *Iconslu*, quod per se ipsos confici potuit, gloriosissime & magnificentissime confecerunt.

MAGNIFICVS, tior, ssimus. *lautus, splendidus, summo splendore præditus, delicatus.* I. V. 87 b, Vidi forum adornatum magnifico ornatu. Q. Fr. 327 b, Ludi magnificentissimi, & munus somptuosum atque magnificum de Or. 98 a, Multæ ac magnificæ res constructæ ac reconditæ. Epist. 136 b, Cœna magnifica & lauta. Tuscu. 240 a, Stragulum magnificis operibus pictum Epist. 195 a, Reliquæ sunt uenationes binæ per dies quinque magnificæ. de Orat. 117 a, Genus dicendi magnificum atque præclarum. & 98 a, Cum præclara quædam & magnifica didicisse. de Op. 244 a, Ii quos nihil excelsum magnificumque delectat. Offi. 16 a, Animus excelsus & magnificus. de Diu. 109 b, Magnificum etiam illud Romanisque hominibus gloriosum, vt, &c. contra Rul. 82 a, Cætera magnifica Pop. Rom. vectigalia. de Cl. 189 a, Voce, motu, forma etiam magnifica & gloriosa ostentatio ciuitatis. de Legibus 169 a, Villa magnifica. Atti. 66 b, Illam autem quam locauit, facit magnificentissimam Offi. 45 a, L. Crassus magnificentissima ædilitate functus est contra Rul. 66 b, Est hoc amplissimum, sed illud magnificentius, quam. &c. de Cl. 175 b, Genus dicendi magnificentius & ornatius. I. P. 80 a, Magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus consulatum, quam quemadmodum ceperimus. Postquā 204 a, Senatus, à quo sæpe magnificentissimis decretis ornati sumus. de Clar. 185 b, Id melius est, quod splendidius & magnificentius. pro Deiota. 147 a, Cui magnificentissima dona vsque ad Numantiam ex Asia misit. pro Dom. 242 a, Italiæ magnificentissimus ille motus.

Syntaxis. *Magnificus, ornatus, ludi, munera, cœna, stragu-*

lum,

bum, opus, venatio, oratio, animus vectigal, villa. Magnificum est dicere, quàm splendidum ac magnificum. Excelsum & magnificum. Lautum & magnificum. Sumptuosum & magnificum. Magnificentiss. Italio motus.

MAGNILOQVENTIA, tiæ. Ora. 215 b, Dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ est accommodatior. Epist. 210 a, Homeri magniloquentia.

MAGNITVDO, nis. *amplitudo, granditas, moles, vbertas.* de Fin. 99 b, Magnitudo maris Aegei. Offi. 31 b, Metiri magnitudinem mundi I. A. 249 b, Si maria, mõtes, regionum magnitudines intercessent. de Ora. 86 a, Magnitudo & varietas, multitudoque causarum. I. V. 140 a, Genus prædandi ad magnitudinem quæstus immensum & infinitũ. & ibid. Magnitudo frigorem. Par. 237 a, Magnitudinem animi superbia imitatur in animis extollendis. Ep. 8 a, Magnitudinem animi tui ne inflectas cuiusquam iniuria. Ep. 21 b, Magnitudo & vis amoris. contra Rull. 85 a, Magnitudo fructuum: *idest abundantia.* pro Deiotaro 149 b. Esto, concedatur hæc quoque acerbitatis & odij magnitudo.

MAGNI esse, *& idgenus.* Ep. li. 15, Magni erunt mihi literæ tuæ. At. lib. 10. & Fam. lib. 16, Non possum dissimulare mihi famam quoque, quamuis sit falsa, magni esse. de Nat. lib. 1, Magni interest ad decus & laudem ciuitatis.

MAGNO, *magno pretio.*) (*.paruo.* pro Qu. Rosc. 50 b, Magno tuam dimidiam partem didicisti. contra Rul. 73 a, Ement agros quos volent, & quam volent magno Att. 15 b, De aliquo conducere nummum magno. I. V. 202 b, Quid? tu illa permagno æstimas? in Verr. act. 5, Magno vendidisti.

☞ Syntaxis. *Magnitudo & vis amoris. Fructuum magnitudo: idest, copia. Magni mihi est tuus. Magno, permagno æstimare.*

MAGNOPERE, *nimis oper.* Epist. 20 a, Cum has ad te quàm primum literas magnopere perferri vellemus. Attico 66 a Et si quæris, nulla est magnopere commota συμπάθεια. de Inuen. 62 b, Cum puerorum formas & corpora magno hic opere miraretur. de Leg. 166 b, Gellius philosophis magnopere autor fuit, ut, &c. Attico. lib. 13, Magno opere accessitas. Epistola. lib. 13, Magnoque opere abs te peto.

☞ Syntaxis. *Magno hic opere rogat. Magnoque opere. Magnopere tibi ille autor est.*

MAGNVS, a, um. *amplus grandis, non mediocris, non paruus, vberior, bonus, late patens, immensus, insignis, validus, insomnis, longe lateque potens.* de Ora. 104 a, Quarum rerum fateor magnam multiplicemque esse disciplinam. de Na. 51 b, Magna dij curant parua negligunt. de Orato. 243 a, Hæc enim ars sine controuersia & magna est, & late patet, & ad multos pertinet, & summo in honore semper fuit, & charissimi ciues ei studio etiam hodie præsunt. Epistlo 86 a, Quamquam id magnum & amplum est. Ora. 199 b, Magnum opus & arduum Brute conamur contra Rul. 74 a, Magna mihi res non modo ad statuendum sed etiam ad dicendum videtur esse. pro Mur. 125 b, Mihi cum eo & vetus & magna amicitia est. Orato. 101 b, Partes magnæ & graues. Epi. 2 a, Magna eloquentia, magna grauitas, magnum studium, magna contentio. de Inuen. 43 a, Multæ & magnæ res & ibi. Quædam magna & ampla pars. Tus. 178 a, Experiar equidem, sed magna res est. & 176 a, Quos enumerare magnum est, ita sunt multi. pro Pl. 277 b, Decertare mihi ferro magnum fuit, &c. Qu. Fr. 300 b, Nam si te vicinis tuis anteponis, valde magnum facis. Ora. 206 a, Nos magnum fecissemus, si potuissemus, &c. de N. 59 b, Nemo vir magnus sine aliquo afflatu diuino vnquam fuit, & ibidẽ, Magnis viris prospere eueniunt semper omnes res pro Q. 17 a, Artes, quibus tu magnus es, tibi concedo. Offi. 36 a, Dicæarchus peripateticus magnus & copiosus. pro Mur. 309 b, Neque disputandi causa vt magna pars sed, &c. de Inuen. 72 b, Augere aliquid & maius facere. de Cla. 184 b, M. Drusus tuus magnus auunculus. Offi. 76 a, In his magni iudicis est, statuere, quid sit æquum de Leg. 192 a, Quorum generũ in vtroque magnus noster Cato est, 11. Fam. Magnus Consul & Consularis. 2. de Nat. deor. Magnus locus, *i. amp. am; ecbens materiam.* 4. Ver. Numerus frumenti magnus. 6. ad Att. Magnus prætextatus illo die fui. 2. ad Q. F. Magnus veterator. 1. de Nat. Deor. Vir magnus in primis. pro Domo sua, Magna causa. 2 de Ora. Magna Græcia. de Arusp. resp. Magna natio. 11. ad Atti. Magna pecunia. pro Deiot. Magna procuratio. 2. de Nat. Deor. Magna quæstio est. 2 de Orat. Magnum caput 3. Philipp. Magnum consilium. Aca q. edit. 1. lib. 2, Magnum ingenium L. Luculli. Acade. Magnum opus in manibus habeo. 2. ad Att. Magnum quid & multæ cogitationis atque otij. Tuscu. quæst. lib. 4, Quid enim videtur ei magnum, cui æternitas omnis, totiusque mundi nota sit magnitudo 2. Acad. Magnum est efficere, vt quis intelligat, quid sit illud uerum & simplex bonum. Off. 2, Magnum est eadem habere monumenta maiorum, ijsdem uti sacris, sepulchra habere communia. de Ami. Magnum est in amicitia, superiorem partem esse inferiori. 14. ad At. Quicquid erit, non modo magnum, sed etiam paruum, scribes. 1. ad Quin. F. Nam si te interioribus uicinis tuis, Ciliciensi, & Syriaco, anteponis, ualde magnum facis 11. Fam M. Bruti & Cassij, Magnum atq. honestum te esse 2. de N. deo. Magnum annum dicunt mathematici, quo septem sidera errantia expleta proprijs cursibus, sibimet cõcordant. de Natura deor. Si domum magnam pulchramque uideris 4. Tusculan. Chrysippus, & Stoici cum de animi perturbationibus disputant, magnam partem in his partiendis, & definiendis occupati sunt, *ad est, magna ex parte.* quinto Famil. Nullam rem neque tam magnam neque tam paruam putet, quæ, &cæt. 3. de Leg. A magno homine & in primis erudito Panætio tractata. 3. de Fin. Stabili & firmo & magno animo vir. 5. ad Atti. Magno timore esse. 1. Tuscu. Aut omnino, aut magna ex parte essem aliquando liberatus, &c. Pro Cæcin. Magna voce confiteri. 5. in Ver. Magni aratores. in Pis. Magni ludi. 3. de Leg. Magni in repu. viri Part. Magni quæ videntur. in dupli-
● ci genere sunt. Or. Magnis sæpe rectulimic parua consequuntur. * de Inu. Magnæ, & excellentes.]

☞ Syntaxis. *Magnum & amplum: Magna & multiplex disciplina. Magnum quater cum substantiuum repetitum. Nunc magna res est. Magnum est audere, &c. Valde magnum fuit, si. Hac arte tu magnus es. Id ago, vt magna pars, quò, &c. Magnum & honestum te esse volo. Scribe quicquid est, vel magnum, vel paruum.*

MAGVS, gi. de Diu. 90 a, Magi quod genus sapientum & doctorum habebatur in Persis. & 99 a, Et in Persis magi augurantur & diuinant. de Leg. 174 b, Magi Persarum. de N. 10 b, Portent magorum Ægyptiorum dementia.

MAIALIS, lis. *verres castratus.* Cicero apud Isidorum libro secundo, capitu 31. Consulem quærebam, quem in illo maiali inuenire non poteram.

MAIESTAS, tis. *imperium, summa amplitudo, dignitas.* de Orato. 123 b, Maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis: is eam minuit, qui, &c. de Inu. 69 a, Maiestatem minuere, est aliquid de repu. cum potestatem non habeas, administrare. de Orat. 127 a, Lex Apuleia qua qui maiestatem minuisset, capitis pœna afficiebatur pro Rab. 90 b. Vt illud summum auxilium maiestatis atque imperij de repu. tollatur. & 94 a, Vt Imperium Populi Romani, maiestasque conseruaretur. pro Cor. 62 a, Seruare & conseruare maiestatem Populi. de Or. 118 b, Maiestas ab aliquo imminuta de Di. 97, Dij non censent esse maiestatis suæ, præsignificare hominibus quæ sunt futura. & 98 a, Neque hoc alienum ducunt maiestate sua de Na 41 b, Sustinendi muneris propter imbecillitatem difficultas minime cadit in maiestatem deorum. & Aca. 30 a, pro S. R. 27 a, Maiestas iudicium. I. P. 84 b, Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna maiestas consulis. L. A. 157 a, Qui maiestatem Populo Rom. per vim minuerit. de Ami. 113 b, Quanta illa fuit grauitas? quanta in oratione
● maiestas? * ad Heren 25 a, Quisquis enim audierit de arte paulo plus, omnia videre poterit, ibi. Videte ne insueti rerum maiorum videamini. Epi. 111 a, Si quid in Rep. maius actum erit.]

☞ Syntaxis. *Maiestatem minuere. Alienum hoc est maiestatis suæ. Species, dignitas, maiestas. Grauitas.*

MAIOR, ius. Topi. 221 b, Quod in re maiore valet, valeat idem in minore Q. F. 303 b, Quem ego vt fratrem maiorem verebar. de Legib. 174 a. Prorsus maiorem quidem rem nullam sciscam aliter, in minoribus, si voles, remittam hoc tibi. Tusc 160 b. Qui in aliquo maiore studio & arte versantur. de Di. 86 a, Nihil fere quondam maioris rei nisi auspicato gerebatur, & 119 a, Eius aspectu cum obstupuisset bubulcus, clamorem maiorem cum admiratione edidit. Att. 124 a, Balbus maior, & Balbus minor. Par. 117 b, Africanus maior, & Africanus minor. de Am 96 a, Cato minor Or 3 b, Quæ cura exsuscitat et animos, maiores & ad rem gerendam facit. Tuscu. 167 a, Qui volunt exclamare maius, toto corpore contentioni vocis asseruiunt. de Ora. 86 a, Maiore delectatione, spe vberiore, præmijs amplioribus ad perdiscendum commoueri. & 93 a, Studio acriore, ocio ac facultate discendi maiore, ac maturiore, & labore etque industria superiore.

☞ Syntaxis. *Vt fratrem maior mihi es.*

MAIORES, orum *patres superiores.*) (*posteri, posteriores.* I. V. 63 b, Patres, maioresque nostri. I. A. 186 b, Philippus vir auo, patre, maioribusque suis dignissimus. 1. de Fin. Quales eius maiores fuissent. 1. Offic. Maiores imitanda non eorum vitia. 1 ad Qu. Fr. Maiores nostri libertis suis non multo secus ac seruis imperabant. 2. ad Heren. Maiores quibus in rebus quæstiones interponi voluerint. 13. Famil. Maiorum suorum authoritate satis commendati fidei tuæ 5. Famil. Qu. Metelli, Maiorum nostrorum clementia. 15. Famil. Ex maiorum dignitate eum honorem a te administrari. 3. de Leg. Maiorum exempla nosse debet Senator. 13. Famil. Maiorum mos. 1. ad Attic. Maiorum more, sine fuco ac fallacijs. ad Oct. Maiorum nostrorum sepulcræ reliquiæ. 12. Famil. Maiorum similem aliquando fore populum Romanum 2. de Legib. Maiorum nostrorum hic multa vestigia. 1. Offic. Audiui ex maioribus natu hoc idem fuisse. in Salust. Ego meis maioribus virtute mea præluxi.

☞ Syntaxis. *Patres, maioresque. Pater, auus maiores.*

MAIVS, ii. Att. 205 a, Ille diem negabat esse mense Maio. & I. A. 179 b, Maiæ Calen. At. 41, Idus 41, Nonæ 60.

MAIVSCVLVS, a, um, *grandior.* Epist. 131 b, In aliqua maiuscula cura negocioque versari.

MALA, læ. *maxilla.* Or. 263 a, Vt meos malis miser manderem natos.

MALE, *praue, nequiter, incommode, vitiose, improbe, mala ratione.* Att. 237 a, O factum male de Alexione, & 260 b, de Or. 137 b, Male enim se res habet, quæ, &c. de Sen. 80 b, Vt Carthagini male iamdiu cogitanti bellum inferatur. pro Mur. 139 a, Errasti aliqua in re, male dici putant Cato. de Sẽ. 81 b, Male rem gerere. I. C. 109 a, Male gerendo negocio. pro Q. 16 a, Qui cum omnibus creditoribus male agat. & 9 b, Qui permulta male agendi causa fraudandique fecerunt. de Cl. 172 a, Male mulctatus. Or. 212 a, Male sonabat ijsdem. At. 222 a, Nõ dubito, quin me male oderit. pro Sex. Ros. 42 a, Aliquem male locutum esse. At. 84 b, & pro Cæl. 45 b, & Att. 17 a, Male audire.

MALEA *siue* MALEA, *Laconiæ promontorium.* Epi. 51, Sulpit.

MALEDICE, Offi. 27 a, Cum de absentibus maledice contumelioseque dicitur.

Maledico,

MALEDICO, cis. *maledictis figo, carpo, rodo, vellico, obtrecto, detraho, morbo procacitatis vror, petulantissima lingua aliquem consector, male audire.* de Orato. 137 a, Si quis alteri maledicit, petulans videtur. de Natu. 20 a, Epicurus Phædoni Socratico turpissime maledixit. pro Cæl. 39 a, Petulanter maledicere alicui. pro Sestio 20 b, Maledicito homini Reatino. de Ora 155 b, Pericles, in cuius labiis veteres comici etiã cum illi male dicerent (quod tum Athenis fieri licebat) leporem habitasse dixerunt. pro Deiotaro 149 a, Non debebas optimo viro fugitiui ore maledicere. pro Cæl. 38 b, Aliud est maledicere aliud accusare in Sal. 275 a, Is demum maledicit, qui non potest ab altero verum audire. Epi. 85 a, Cuius summa criminis hæc est, quod armatus aduersario maledixi. & 38 a, Si quispiam maledicit.

Syntaxis. *Turpiter alicui maledicere. Petulans alteri maledicit. Ore fugitiui maledicere alicui.*

MALEDICTIO, onis. pro Cælio 38 a, Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam.

MALEDICTVM, cti. *conuicium, probrum, contumelia* pro Mur. 186 b, Saltatorem appellat L. Mur. Cato, Maledictum est, si vere obijcitur, vehementis accusatoris. & ibid. Maledicto nihil in hisce rebus loci est, quod omnia laus occupauit. Q. F. 380 a, Cum omnia maledicta, versus etiam obscœnissimi, in Clodium & Clodiam dicerentur. pro Cluent. 30 b, In maledicti vel criminis loco aliquid alicui obijcere. pro Flacc. 147 b, Maledictum omne, non modo crimen effugit. pro Flac. 156 b, Aliquem probris omnibus maledictisque vexare. Attic. 175 b, Omnia in aliquem maledicta conferre pro Syl. 171 b, Verbi inuidia, contumeliaque maledicti. de Natu 10 a, Epicurus omnes figebat maledictis. de Cla. 180 a, Aliquis cum aculeo & maledicto facetus. pro Cæl. 40 a, A maledictis pudicitiæ ad coniurationis inuidiã oratio est nostra delapsa. Antiq 165 a, Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis, aut in vos scelerate loquar factus? pro Do. 232 a, Extinctum iam est illud maledictum crudelitatis. I A. 256 a, Quẽ ego inustum verissimis maledictorum notis tradam hominum memoriæ sempiternæ. in Vat. 30 a, Cum tu mihi Cornelij defensionem in maledicto obijciendam putaris. pro Plan 265 b, Nec vlla alia coniecta sunt maledicta in eius vitam. & 266 a, Maledicta in aliquẽ aspere & ferociter & libere dictæ. Bru. 287 a, Tantumque is tribuit huic indulgentiæ, vt se maledictis non abstineat. * I. P. 38 a, Si delegatorum tuorum quispiam maledicere.]

Syntaxis. *Dicere maledicta in aliquem. In maledicti loco aliquid alicui obijcere. Probris & maledictis vexare. Maledicta conferre in aliquem. Maledictis figere iaurere. Coniicere maledicta in. Dicere maledicta ferociter in aliquem.*

MALEDICVS, ci: ssimus. *obtrectator, mordax, petulans, procax, habens aculeos, mommo.* pro Flacc. 160 b, In tam suspiciosa & maledica ciuitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. pro Cæl 45 b, At fuit fama, quotusquisque eam effugere potest in tam maledica ciuitate? ad Heren. 8 a, & de Finib. 61 b, Homo natura maleuolus, & maledicus. pro Mur. 126 b, Maledicus conuiciator. At 17 a, Publicanus maledicus. pro Flac. 148 b, Qui in male dicentissima ciuitate omne crimen effugit.

Syntaxis. *Maledicus conuiciator.*

MALEFACIO, cis *male mereor, perniciose mereor.* Epist. 177 b, Dij isti Seguleio malefaciant.

MALEFACTVM, cti. Of. 46 a, Beneficia male locata, malefacta arbitror. de In. 75 b, Deinde aduersarius malefacta augebit.

MALEFICIOSE. *malitiose, nefarie.* pro Ceci 288 b, Cum hoc nouæ litis genus tam maleficiose intenderet.

MALEFICIVM, cij, *malefactum, damnum.*)(*gratia.* pro Cæl. 53 a, Beneficij memoria nihil profuit, nocuit opinio maleficij cogitati. p Pl. 268 b, Noli maleficium putare esse gratiam.

¶ *Scelus, peccatum.* pro Cæl. 46 b, Perficiendi & occultandi maleficij spes. in Ant. 197 b, Conscientia maleficiorum. pro S. R 20 a, Supplicia pro maleficijs suis metuere. & b, Maleficia manifesta pro Cecin. 304 a, Maleficium exilio multatum. & 286 a, Punire maleficium. ad Her. 7 b, Qui indicet aut factum esse maleficium, aut à quo factum sit. de Inu. 61 a, Non factitatum est, ne à barbaris quidem hoc maleficium. pro S. R. 28 b, Committere maleficium, & admittere maleficium.

Syntaxis. *Conscientia maleficiorum. Committere & admittere maleficium.*

MALEFICVS, a, um. *reus, male meritus.* ad Her. 17 a, I. V. 165 a, In maleficorum sceleratorumque custodias tu tantum numerum ciuium Rom. includere ausus es? Tuscu. 239 b, Vir maleficus natura, & iniustus. de Leg. Quæ superbos, quæ maleficos, quæ crudeles, quæ ingratos non aspernatur.

MALEMERITVS, a, um. Postq. 203 a, Malemeritis referre quod debeas. ad Her. 17 a, Vlcisci malemeritos oportet.

MALEOLENS, tis. de Or. 232 a, At in maleolentem video me à te circumueniri.

MALEPACETVS, *ager, locus.* At. 79 b.

MALEPRECOR, ris. *execror.* I. P. 56 b, Vtrum tandem bono viro & sapiẽti optabilius putas, sic exire à patria, vt omnes sui ciues salutem, incolumitatem, reditum precentur, quod mihi accidit: an, quod tibi proficiscenti euenit, vt omnes execrarentur, male precarentur, vnam tibi illam viam & perpetuam esse vellent?

MALESENTIENS, tis. I. P. 81 a, An potest vlla esse excusatio, non dicam malesentienti, sed, &c.

MALEMATERIATVS, *ex mala materia factus.* Offic. 61 b, Ædes malemateriatæ.

MALEVESTITVS, a. I. P. 98 b. Ipse cum hominibus quindecim maleuestitis ad portam Cœlimontanam sitiens peruenerim.

MALEVOLENTIA, tiæ *mala gratia.* I. P. 80 a, Tusc. 213 a, Maleuolentia est voluptas ex malo alterius sine emolumento suo. Q. F. 298 b, Posteriorum erit verum iudicium, obtrectatione & maleuolentia liberatum Epist. 162, Noui animum tuum tum mihi amicissimum, tum nulla in cæteros maleuolentia suffusum. pro Pl. 263 b, Vicinitas non infuscata maleuolentia. pro Cor. 58 a, Deprecandæ maleuolentiæ causa. Ep. 2 a, Senatus religionis calumniam non religione, sed maleuolentia & illius regiæ largitionis inuidia comprobat. * Ep. 29 a, Pusillus animus, & ipsa maleuolentia ieiunus, atque inanis.]

Syntaxis. *Maleuolentia suffusus in omnes. Infuscata maleuolentia societates.*

MALEVOLVS, a, um. *in aliquem maleuolentia suffusus.* Episto 29 a, Ille si omnibus est maleuolus, minus offendor in me. ad Her. 8 a, Homo natura maleuolus & maledicus. pro Cor. 66 b, Vt maleuolorũ, iniquorum, inuidorum animos frangeremos. pro R. P. 119 a, Tum subinuisum apud maleuolos Posthumi nomen. pro Q. R. 50 b, Quoniam tam natura maleuolus es. Q. F. 308 a, Cato auditus est magno silentio maleuolorum. Epist 42 b, Sed ne summorum quidem hominum maleuolis de me sermonibus crederet. Att. 101 a, Cato in me turpiter fuit maleuolus. pro Deiot. 150 a, Exturbandis maleuolorum sermunculis hæc collecta sunt.

Syntaxis. *Maleuoli, iniqui, inuidi. Cunctis maleuolus. Maleuolus sermo. Maleuolorum sermunculos exturbare.*

MALITIA, tiæ *fraus, calliditas.* de Nat. 75 a, Malitia est versuta & fallax nocendi ratio. Tus. 216 a, Virtuti contraria est vitiositas. sic enim malo, quàm malitiam appellare, quam Græci κακίας vocant: nam malitia certi eiusdem vitij nomen est, vitiositas omnium. pro Q. R. 52 b, Perfidia & malitia. per quam insidiæ tenduntur alicui. pro Q. 10 a, Per summam fraudem & malitiam fingere aliquid. pro Cl. 32 a, Ad omnem malitiam & fraudem mentem suam versare hæc secũ cogitans cœpit. I. V. 139 b, Hæc verò eius erat ars & malitia miranda. pro Qu. R. 48 a, Supercilia illa rasa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur. pro Cecin. 285 a, Id malitia est iam vsitata de; Diu. 198 a, Leuitate, vanitate, malitia exclusa vanitatem probo. & 114 a, Testes non tam veri, aut malitia falsi fictique esse possunt. de Fin. 118 a, & 121 b, Fraus, improbitas, malitia, culpa, turpitudo. Episto. 138 a, Tamen à malitia non discedis. ad Her. 18 a, & de Inue. 75 b, 76 a. Vtile putamus ab omnibus vnicam malitiam atque nequitiam cognosci. Offic. 66 a. Malitia quæ vult videri se esse prudentiam, sed ab ea distat plurimum Par. 136 b, & Attic. 211 b, Prudentiam malitia imitatur. & 149 a, Cohæredes aquis finere opprimi malitia est. Off. 13 a, Mihi imposuisset aliquid, in tua malitia affuisset. Offic. 34, Insidijs & malitia laudem est adeptus. item, Hi sæpe versutos homines & callidos admirantes, eorum malitiam sapientiam iudicant. Offic. 43 b, Omnis opinio ad eam speciem traducenda, vt honestis consilijs iustisque factis, non fraude & malitia se intelligant ea quæ velint cõsequi posse. * de In 76 a, Qui propter fortunam, non propter malitiam in miserijs sunt.]

Syntaxis. *Versuta & fallax malitia. Perfidia & malitia insidiosa. Per fraudem summam & malitiam fingere. Ars & malitia. Malitia & calliditas. Fraus, improbitas. Malitia. Discedere à malitia. Malitia & nequitia vnica. Malitia vult videri se esse prudentiam. Insidia & malitia.*

MALITIOSE. *callide, subdole versute.* I. V. 135 a, Nihil sane vafre nec malitiose facere conatus est. Orato. 115 b, & pro S. R. 36 b, Etiam si eligendo fecit malitiose. ad Her. 8 a, Clodium nihil arbitror malitiose, quanquam scelestè quidem egerit. Offic. 64 a, Dolose aut malitiose agere aliquid.

MALITIOSVS, a, um. *versutus, callidus, astutus, fallax, tectus, obscurus, veterator.*)(*apertus, simplex, ingenuus, iustus, bonus.* Offi. 63 a, & 7 b, Existunt etiam iniuriæ sæpe calumnia quadam, & nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione. de Rep. lib. 3, Non sunt disputando vafri, non veteratores non malitiosi. pro Q. 10 b, Num malitiosum negas fraudulentum? iam id quidem arrogas tibi.

Syntaxis. *Dolo & malitiose. Vafre & malitiose. Vafer, veterator, malitiosus.*

MALLEOLVS, li. *surculus est, vitis præsertim, vtrinque capitatus.* de Sen. 88 a, Malleoli plantæ, sarmenta, &c.

¶ *Item manipulus sparteus pice contectus.* I. C. 203 b, Malleolos ad incendendam vrbem fasceique comparare. pro Mil. 113 b, Domus scotis referta, plena omnium malleolorum ad vrbis incendia comparatorum.

MALO, ois *magis volo.* Attico. 193 a, de Clar. 181 a, Meo iudicio multo stare malo quam aliorum. Attic. 182 b, Malo me cum Pompeio vinci, quàm cum istis vincere. & 211 a, Scripta nostra nusquam malo esse, quam apud te. Tusculan. 170 a, Næ ego haud paulo hunc animum malim, quam omnium fortunas. de Fin. 98 a, Quis non mulus partibus malit? Att. 84 b, Noli putare me quicquam maluisse quam vt mandatis tuis satisfacerem, & 111 a, Cato ipse iam seruire quàm pugnare mauult. & D. 113 a, Euanuisse mauultis. &c. pro Q. 2 a, Prætor iudicium prius de probo, quàm de re maluit fieri. pro Plan. 271 b, Ego illi omnia malo Att. 33 a, In hac re malo vniuersæ Græciæ & negociatoribus. Att. 229 a, Tamen arbitror malle te quietam senectutem potius agere, quam sollicitam. Ora. 221 a, Nequire, pro nõ quire: malle, pro magis velle: nolle, pro non velle. Att. 86 b, Multo. n. malo hunc à Fontidia, quam illum à Seruilia. & 246 b, Domi enim manere si recte possum, multo malum. * Epist. 113 b, Sed vt spero, &c. bonos, & senatum malet, aliter valet.]

Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Multo male scribere, quàm. Multis partibus id malo. Potius malo dicere, quam.*

MALVA, uæ, *herba satis cognita*. Epi. 207 a, Beta & malua.

MALVGINENSIS, se de Or. 133 a, M. Scipio Maluginensis.

MALVM, li, *pomum* L. PASTVI.

MALVM, li, *damnum, incommodum, detrimentum, pestis in malis*. de Ora. 206 b, Quàm sit bellum cauere malum, omnes etiam nullo docente scimus. I.A. 182 a, Seruitia post postremum malorum omnium. I.V. 293 b, Minima malorum eligenda. Off. 72 b, Minima de malis. Tusc. 264 b, Mortem non esse in malis. Off. 330 b, In duobus malis cum fugiendum maius sit, minus est eligendum. Attic. lib. 8, Malorum ilias. *prouerbium*. Attico. 107 b, Quod horum malorum, quorum aliquod certe subeundum est, minimum putes. in An. 200 b, Omne malum nascens facile opprimitur, inueteratum fit plerunque robustius. pro Dom. 215 b, Medicina, quæ & illud natiuum malum, & hoc delectū sanare posset. pro Plan. 266 a, Libertas malis oppressa ciuilibus, iam extollere caput, & aliquando recreata se erigere incipit. in Ant. 169 a, Cum tanta mala florentissimæ familiæ sedaui, vel potius sustuli. de Diuin. 115 a, Semina malorum. de Amic. 97 a, Nihil mali accidisse Scipioni puto. Attic. 83 b, Commemoras, quid etiam mali. C. Iulius feceris, cum, &c. I.A. 153 b, Cum serperet in vrbe infinitum malum. Epi. 138 b, Malis onerati. Attic. 100 b, Virum bonum oportet esse, ne malum habeat. de Leg. 164 a, Sed quod metuat ne emanet: idest, ne malum habeat. Tusc. 152 a, Infinitum quoddam & sempiternum malum haberemus in vita. & 166 a, Qui nihil mali habeat. in Ascon. 85 a, Dare malum alte Metellus Coss. de Leg. 187 a, Magnum dicis malum: nam, &c. & 188 b, Sed est iniqua in omni re accusanda prætermissis bonis malorum enumeratio.

☞ Syntaxis. *Minima malorum eligenda. In malis mors non est. Malorum ilias. … mala, tollere. Malum serpit infinitum. Onerari malis. Malum hab… … Alte malum dare. Dicere magnum malum.*

MALVM, li, *pomum*. Ci. Ep. 124 a, Malis orbiculatis esse pasti videntur.

MALVM, *vox per interrogationem inter alia interiecta verba, indignationem significat*. Offic. 44 a, Quæ te (malum inquit) ratio in istam spem induxit? &c. I.A. 155 b, Quænam (malum) est ista voluntaria seruitus? & 228 a, Quæ (malum) est ista ratio? I.V. 117 a, Quæ (malum) ista fuit amentia? pro Q.R. 54 a, Quæ (malum) stultitia fuit?

MALVS, a, um. de Am. 97 a, Off. 59 b, Philosophi quidam minimè mali illi quidem, sed non satis acuti. I.P. 95 a, Aristarchus qui notam apponebat ad malum versum. & ibi. Malus poeta. de Na. 75 a, Iudiciū de dolo malo, & fide mala.

MALVS, li, *quam nautæ arborem vocant*. I.V. 253 b, Cleomenes malum erigi, vela fieri, anchoras præcidi imperat. de Senect. 80 b, Cum alii malos scandant, alii per foros cursent. de Ora. 159 b, In nauigio antennæ, vela, mali. I.A. A prora ad malum, à malo ad puppim.

MAMERA, æ, *oppidum Siciliæ, nunc Messana vnde Messanenses & Mamertini iidem*. in Verrem 268 b.

MAMERTINA, *ciuitas*. I.V. 321, *& sæpissimè in eandem.*

MAMMA, mæ, *vber*. de N. 42 a, Quæ multiplices fœtus procreat, iis mammarum data est multitudo. & ibi. Quæ paulo ante nata sunt, sine magistro, duce natura mammas appetunt. de Diu. 126 a, Puer lactens, in gremio matris sedens, mammam appetens. de Fin. 94 a, Viris mammæ atque barba.

MANCEPS, pis, *qui conducit, vel emit aliquid publicum*. in Ver. 60 a, Mancipes a ciuitatibus pro frumento pecunias exegerunt. & 187 a, Cum frumentum ex decumis Romam mancipes aduexissent. & 140 b, Quid ageret, cœpit cogitare: si opus pupillo redimerent, si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset, sibi nullam prædam esse. pro Domi. 233 a, Postremò ne in prædæ quidem societate mancipem aut prædonem socium reperire potuisti. pro S.R. 21 b, Hominis studiosissimi nobilitatis manceps fit Chrysogonus. Att. 186 b, Delegatio in mancipe annua.

MANCIPATVS, a, um. *subiectus, in alterius traditus potestatem, astrictus*. de Sene. 84 a, Senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est. ad Au. 170 a, Tum ista venditum atque mancipatum tribunatum consiliis vestris opposuit.

MANCIPI, *res omnis quæ ab alienari potest*. Top. 223 a, Abalienatio est eius rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iura ciuili fieri possunt.

MANCIPIVM, pii, *seruitus, res mancipi*. Ep. 108 b, Sum enim χρῆμα τοῦ ἀρκτ… tuus, ἀρτι ὑποκεὶσ. Attici nostri: ergo fructus est tuus, mancipium illius. & 109 b, Attici proprium te esse scribis mancipio & nexu: meū autem, vsu & fructu. Top. 224 b, Finge mancipio aliquem dedisse id quod mancipio dari non potest, num idcirco id eius factum est qui accepit? aut num is qui mancipio dedit, ob eam rem se vlla re obligauit? & 229 b, Sic tibi nos ad id quod quasi mancipio dare debuimus, ornamenta quædam voluimus non debita accedere: *idest, quasi iure emptionis & venditionis*. de Ar. 247 a, Multæ sunt domus iure mancipii & iure nexi. pro Cec. 299 a, Cum omnia tua iure mancipii sint, ea possis ne retinere. Attico. 1 b, Res quas cum dolo malo mancipio accepisse de Vario diceret item, Lex mancipii: Quicquid in mancipio vitii fuerit, venditor si sciret, nec emptori dixerit, id præstato. de Ora. 99 b, Cùm Marius ædes Auratæ vendidisset, neque seruitutem quandam earum ædium partem ex mancipii lege dixisset, defendebat quicquid fuisset incommodi in mancipio: id si venditor scisset, neque declarasset præstare oportere, & Offic. 65 a, Aedes Sergio seruiebant, sed in mancipio Marius non dixerat. pro Mur. 124 b, In iis rebus repetendis quæ mancipii sunt, is periculum iudicii præstare debet, qui se nexu obligauit. Attico. 285 a, Brut. Arma quæ tenda putabimus, vt esset sui iuris ac mancipii respub. de Orato. 99 a, Nexorum ac mancipiorum iura. Attico. 68 a, Sunt aliquot satisdationes secundum mancipia. & 221 a, Vestorius ad me scripsit, vt iuberem mancipio dari seruo suo pro mea parte Hetereium cuidam fundum Brinnianum, vt ipse ei Puteolis recte mancipio dare possit. Att. 249 b, Quod Cæreliæ velle videris mancipio dare ad eam summam quæ sub præcone fuit maxima, id opinor esse CCCLXXX.

¶ *Seruus captiuus*. I.V. 63 b. Mancipia pro seruis symphoniacis. Att. 225 a, Conculcari miseram Italiam videbis a mancipiis vtriusque ex omni genere collectis. pro Pl. 272 a, In mancipiis parandis. Attic. 66 b, Nulla spes prædæ nisi ex mancipiis: *idest, ex hostibus captis*. Atti. 195 b, 196 a, Mancipium, vel mancupium. Offic. 70 b, In mancipio vendendo ea vitia dicenda sunt, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium iure ciuili. & 66 a, In mancipiorum venditione venditorum fraus omnis excluditur.

MANCIPIO, as. de Finib. 53 b, Cum L. Torquatus illam seueritatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Syllano mancipauerat.

☞ Syntaxis. *Id meum est, & illo meus, mancipio, non vsu & fructu. Dare alicui aliquid mancipio. Iure mancipii, & iure nexi. Sui iuris & mancipii.*

MANCVS, a, um. *curtus, debilis*. pro Rab. 94 b, Qui Scæuola mancus, ac membris omnibus captus ac debilis. Offi. 31 a, Cognitio naturæ mā caquodammodo atque imperfecta sit, si nulla actio rerum consequatur. de Fin. 96 b, Qui mancam fore putauerunt sine aliqua accessione virtutem. pro Mil. 196 a, Occurrebat mancam ac debilē præturam suam futuram consule Milone.

☞ Syntaxis. *Mancus, membris captus ac debilis. Mancus & imperfectus.*

MANDATVM, ti. *res mandata*. Attico. 84 b, Noli putare me quicquam maluisse, quàm vt mandatis tuis satisfacerem. & 68 b, Reliquum est, vt mandata nostra exhaurias. & 10 a, Tu mandata afficе, quæ recepisti. Quin. Frat. 315 a, Tua mandata persequar diligenter. I.A. 176 b, A nobis id certe mandatū non habebas. At. 247 a, A Dolabella mandata habeo. I.C. 112 b, Habere mandatum, vel mandata, & literas ab aliquo ad aliquem. Attico. 117 a, & I.A. 206 b, Dare mandata alicui de magnis rebus. Epist. 44 a, & 176 a, Dare mandata alicui ad aliquem. pro S.R. 34 a, Qui mandat vel qui mandatum recipit. I.A. 118 b, Accipere mādata ab aliquo. Episto. 31 a, Omnibus ei de rebus quas agi, quas curari à me voles, mandata des velim. & 96 a, Mandatum tuum curabo diligenter. Att. 152 a, Agere mandata alicuius. Att. 115 a, Afferre mandata ad aliquem, vt, &c. I.A. 199 b, Quàuis seuera legatis mandata dederimus. pro Syl. 179 b, Et id mandato Syllæ Qu. Metellus dixit Syllam nolle, &c. pro Planc. 295 b, Idā postea præ mandatis requisitus. pro S.R. 36 b, Itaque mandati iudicium constitutum est, non minus turpe quam furti. & ibid. In mandatis operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur. At. 70 a, Gratissima est mihi tua cura de illo meo primo & maximo mandato. I.A. 222 a, b, Exequi mandata. & ibidem. Conficere mandata. Attico. 130 b, Ego Vestorio ad te mandata dedi. Q.F. 315 a, Facies scilicet vt mea mandata digeras, persequare, conficias. & 321 a, Vibullius de mea mansione mandata Cæsaris ad Pompeium pertulit.

☞ Syntaxis. *Mandatis satisfacere. Mandata exhaurire, efficere, recipere, persequi, habere ab, dare, recipere, curare, agere, afferre, exequi, conficere, digerere. Mandata digerere, persequi, conficere. Perferre tandē exponere.*

MANDANDVS, a, um. *tradendus*. pro Pla. 260 a, Populus mandandis magistratibus non iuuenis est dignitatis iudex. pro Pomp. 4 a, Auctoritatis tantum in me est, quantum vos honoribus mandandum esse voluistis.

MANDATVRVS, a, um. *commendaturus*. Epist. 69 a, Cum mihi sæpe ostenderis te accuratissima nostrorum temporum consilia atque euentus literis mandaturum.

MANDATVS, a, um. *conseruatus*. I.V. 163 b, Quorum renunciatio, legibus illorum, & literis publicis mandata est.

¶ *Imperatus*. pro S.R. 36 b, Si quis rem mandatam malitiosius gessisset, sui quæstus aut commodi gratia, aut negligentius, eum maiores nostri summum admisisse dedecus existimabant.

MANDO, as. *iubeo, impero, impono, præscribo*. Attico. 49 a, Sed tibi nihil mā do nominatim, me totum tuo amori fideique commendo. & 69 a, Hortensius ad me venit; cui deposcenti mea mandata cætera vniuerse mandaui; illud proprie, ne pateretur, quantum esset in ipso, prorogari nobis prouincias. pro S.R. 37 b, Non hanc ei rem Sextus Roscius mandauit, sed ipsa a decurionibus publice T. Roscio mandata est. Episto. 32 a, Mandaui filio, quæ illum vellem loqui tecum. Episto. 33 a, Diligenter mandare aliquid alicui per literas. pro S.R. 37 a, Qui mandat, vel qui mandatum recipit. Att. 78 b, Age, hoc malum quod mihi commune est cum omnibus, nihil tibi mando, vt de eo cogites.

¶ *Commendo, committo, trado, concedo, consigno*. Aca. 36 b, Mādare monumentis. de Diu. 122 b, Simiæ Dodonææ improbitatem historiis Græcis mādatam esse demiror. de Ora. 113 a, Mandare literis ea omnes singulorum annorum. Ora. 210 a, De artificio dicendi literis tā multa mandare. pro Ar. 189 b, Mandata versibus æternum laborem alicuius præconium. Offic. 33 a, Mandare scriptis actiones suas. pro Dom. 228 b, Mandare factum alicuius immortalitati. de Diuin. 219 a, Alicuius loquentis verba excipere, literisq; mandare. in Cat. 102 a, Percipite, quæso, diligenter quæ dicā, & ea penitus animis vestris mentibusque mandate. Epist. 50 a, Quare, mihi crede, & memoriæ manda, me, &c. pro Qu. 4 a, Quæso, vt eū diem memoriæ mandetis.

de Ora. 116 a, & pro Mil. 116 a, I.C. 120 b, Cæsar non dubitat P. Lentulum æternis tenebris vinculisque mandare. & 101 b, Vitam suam longe solitudineque mandare de N. 56 b, Mandare aliquæ condita vetustati contra Rullum 69 b, Populus per religionem sacerdotie mādare nō poterat. in Verrem 219 a, Populus Romanus hominibus nouis honores mandat. Aca. 1 b, Literis consignamus, quæ monumentis mandare volumus de Orato. 109 a, Mandare literis sermonem aliquorum. & 142 b, Instituenti mihi sermonem referre, mandare huic tertio it. quem, &c. in Ant. 187 b, Sententiolas edicti cuiusdam memoriæ mandent. de Amic. 96 a, Cuius disputationis sententias memoriæ mandaui. I.V. 242 b, Mihi magistratum populus Romanus mandauit. de Nat. 3 b, Mandare aliquid literis. Ep. 210 b, Mandare literis res gestas alicuius.

¶ *Mitto.* At. 1 b, Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possis includere.

¶ *Expello, eycio.* pro Syl. 178 a, Dimittere aliquem à se, & mandare in vltimas terras.

MANDOR, ris. *mittor, amandor.* pro Quin. 92 a, Is non modò ca numero viuorum exturbatur, sed etiam si fieri potest, infra mortuos mandatur.

¶ *Iubeor.* de Oratore 106 b, Mandari aliquid procuratori de agricultura.

¶ *Commendor.* pro Sest. 24 a, Hæc monumentis annalium mandantur. de Cla. 267 a, Athenis primum monumentis & literis oratio est cœpta mandari.

☞ Syntaxis. *Mandare alicui magistratum. Rem gerere mandatum fideliter. Literis, monumentis, memoriæ, tenebris, vinculis mandare. Mandare aliquem in vltimas terras, & literas.*

MANDENS, tis. de Arusp. 258 a, Scylla eminentibus canibus & ieiunis naues ipses mendens.

MANDO, is. *conficio.* de Or. 136 b, & Tus. 226 a, Impius hortatur me frater. vt meos malis miser manderem natos. L. Mansus. de N. 50 a, Animalia alia sugunt, alia vorant, alia mandunt.

MANDOR, ris. de Nat. 33 a, Dentibus manditur, extenuatur & mollitur cibus.

☞ Syntaxis. *Cibus manditur, extenuatur, & mollitur dentibus.*

MANE, *diluculo, primo diluculo, prima luce, cum prima luce.* I.V. 128 b, Mane calen. Decemb. Sthenium citari iubet. Attico. 206 a, Hodie mane Dolabella, multus sermo ad multum diem. & 214 b, Cras mane putat. & 226 b, Bene mane hæc scripsi. Atti. 60 a, Quarum alteras multo mane mihi dedit. & 177 b, Eo die mane. I.C. 115 b, Hodierno die mane, &c. & I.V. 90 a, Postridie mane, & 116 b, Epist. 2 b, Nam hęc Idibus mane scripsi. I.C. 99 a, Exclusi eos quos tu mane salutatum miseras. Atti. 78 b, Saturnalibus mane se mihi Pindenissæ dediderunt. & 215 a, V. Calendarum mane accepi à Demea literas pridie datas. & 233 b, VIII. Iduum literas dederam bene mane.

☞ Syntaxis. *Mane tal Hodie mane Bene & multo mane.*

MANENDVM. Att. 180 b, Ac ne me existimaris ad manendum esse propensiorem, quòd plura, &c. potest fieri, &c. Att. 146 a, Si Lepidus & Volcatius remanent, manendum puto.

MANENS, tis. *stans.*)(*mouens.* Tus. 215 a, Vitia enim affectiones sunt manentes, perturbationes autem mouentes. Ep. 84 a, b, Rerum hoc natura, &c. nec manens, nec mutata ratio feret, &c. de Som. 129 a, Nā terra immobilis manens ima sede semper hæret.

MEDICVS, ci. pro Clu.29 a, In morbis corporis, vt quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus quæritur. de Diuin. 110 a, Ad ægros non vates, sed medicos solemus adducere. de Diu. 82 b, mirari licet, quæ sint à medicis animaduersa herbarum genera, quæ radicum, &c. pro Clu.25 b, Ad quam cũm adduxisset medicum illum suum mulier exclamabat se ab eo nullo modo velle curari: quo curante, suos omnes perdidisset. de Fat.146 a, Siue medicum adhibueris, siue non, conualesces. de Ora.215 a, b, medicus diligens ægro adhibet medicinam. de Ar.251 b, Qui medicis suis nõ ad salutem, sed ad necem vtitur. de Or.112 a, Si medicus de morbis disserte dixerit. & 90 a, Asclepiades, quo nos medico & amico vsi sumus, eloquentia vincebat cęteros medicos. Epi.308 a, De medico & tu bene existimari scribis, & ego sic audio, sed plane curationes eius non probo, ius n. dandum tibi non fuit, cum κακοστόμαχος esses. & 250 b, Curio misit, ut medico honos haberetur. 3. de Na.d. Vt si medicus grauitatem morbi, gubernator vim tempestatis accuset. ad Br. in Ep. bruti, Medicus pansæ de morte eius insimulatus. pro Clu. Iam hoc quoque prope iniquissime comparatum est, quod in morbis corporis, ut, quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atq; optimus quæritur, &c. 16. Fam. Medico puto aliquid dandum esse, quò sit studiosior. 8. ad Att. Medico salus proposita est. 16 Fam. medico mercedes quantum poscet, promitti iubeto. 15 ad Attic. medici cum summum tantus improuise morbus oppresserit. 4. Fami. Seruij Sulpit. mali medici in alijs scientiam profitentur, ipsi se curare non possunt. 3. de Na. Medici quoq; sępe falluntur. Di.lib.2, medici quanquam sæpe intelligunt, tamen nunquam ægris dicunt, illo morbo eos esse morituros. de Di.li.2, Medici ex quibusdam rebus & aduenientes & crescentes morbos intelligunt. Tus.q.lib.3, Medici causa morbi inuenta, curationem esse inuentam putant. pro Clu. medici nihil præter artificium præstant. 19 Fam. medici curationes. 1. Fam. medici solius salutis, alij etiam virium & coloris rationẽ habent. 2. de Na.d. medicorum ingenijs nuper, id est, paucis ante seculis, reperta. de Leg. Medicorum præcepta dici vere non possunt, si quæ insciti imperitique pro salutaribus mortifera conscripserint. 4. Fam. Ser. Sulpitij, medicos cogere.

MEDIETAS, tis. *media pars medium.* de Vniu.199 a, Partes rursus interuallis ita locabat, vt singulis essent bina media: vix enim audeo dicere medietates, quas Græci μεσότητας appellant, sed quasi id dixerim, ita intelligatur.

MEDIMNVM. ni. *mensuræ genus sex modios capiens.* I.V.159 a, Tritici septem millia medimnum. & ibidem: medimna DCC. & 171 b, Medimna XXXVI, id est, modij CCXVI.

MEDIOCRIS, cre. *nonnullus, modicus.* Tus.105 a, Omne malum etiam mediocre magnum est. de Orat.119 b, Hæc sunt omnia ingenij vel mediocris, exercitationis autem vel maximę. & ibi. Hoc tñ prudentiæ est pene mediocris. de Orat.85 b, Permultos excellentes in quoque genere videbis non mediocrium, artium, sed penè maximarum. de Cla.176 b, L. Cotta in mediocrium oratorum numero dicendi

non

non ita multum laude processit. & 175 a, Is fuit mediocris in dicendo. de Ora. 116 a, Parque non mediocres res Aca. 5 b, Quidam n philosophus, & hi quidem non mediocres. Epist. 67 a, Non enim fuit aut mediocre aut obscurũ. & 65 a, Maxima, minima, mediocria. de Cla. 173 b, Fannius in mediocribus oratoribus habitus est.

☞ Syntaxis. *Orator in dicendo mediocris.*

MEDIOCRITAS, tis. *modus, nec nimium, nec parum.* de Cl. 277 b, omnis virtus est, vt vetus Academia dixit, mediocritas. pro Mur. 139 a, Virtutes omnes mediocritate quadam esse moderatas. Tus. 195 a, Nunquam enim iratus qui accedit ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium & parum, quæ placet Peripateticis. Ac. 34 a, Peripatetici mediocritatem perturbationum mihi non sane probant. Atti. 282 a, Est scilicet vtriusque rei modus, & quædam in vtroque genere mediocritas. de Orat. 94 b, Mediocritatem in dicendo C. Cælio honori fuisse tenet: Villarum magnificentia, quarũ quidem certus est adhibendus modus, ad mediocritatemque reuocandus. Offi. 45 b, In his autem ipsis mediocritas regula optima est. I. A. 260 b, Non video quid in hac mea mediocritate ingenii despicere possit. Anno. ad Her. 82 a, Mediocritas vultus.)(. *hilaritas*)(. *tristitia.*

MEDIOCRITER *modice.* Tuscul. 195 a, Corpus etiam si mediocriter ægrum est, sanum non est. de Orat. 90 b, Neminem scriptorem artis ne mediocriter quidem doctum fuisse. ad Her. 85 a, Quiuis mediocriter literatus.

MEDIOLANENSIS, se. I. P. 93 a, Mediolanensis præco.

☞ Syntaxis. *Virtus mediocritate moderata. Tenere mediocritatem. Modus & mediocritas. Modus ad mediocritatem reuocandus. Virtus mediocritas.*

MEDITANDO, do. de Ora. 96 a, Quid Crassus ageret meditandi aut dicendi causa. de Cl. 192 a, Non in agendo solũ, sed in meditando etiam fuit vehemens. de Ora. 108 a, Demosthenes perfecit meditando, vt nemo planius eo loqueretur.

MEDITATIO, onis. *commentatio, exercitatio.* de Cl. 194 b, Nulla meditationis suspicio, imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur. de Or. 119 a, Quos locos multa commentatione ad meditatione paratos atque expeditos habere debetis. de Di. 128 b, Multi naturæ vitium meditatione atque exercitatione sustulerũt, vt Demosthenes. pro Cl. 35 a, Anni sunt octo, cum ista causa in ista meditatione versatur. Tusc. 197 b, Stulta est meditatio futuri mali. I. A. 211 a, Seruitut in ipsa cura & meditatione obeundi sui muneris obiit. Tus. 183 a, & 184 a, Tantum exercitatio, meditatio, consuetudo valet.

MEDITATVS, a, um. *cogitatus, præparatus commentatus.*)(. *ex tempore.* Offi. 6 a, Leniora sunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quã ea quæ meditata & præparata inferuntur. de Ar. 244 a, Nihil feci nõ dio consideratum, & multo ante meditatum. pro Qu. 7 a, Cum paratus meditatusque venisses. I. A. 176 b, Attuleras domo meditatum & cogitatum scelus. de Ora. 119 a, Hoc meditatum nobis in perpetuum esse debet, ad omnem vsum, &c. Tus. 197 a, Sint semper omnia homini humana meditata. de Or. 131 b, Ea quæ meditata sunt, minus rideantur. & 107 b, Accuratæ & meditatæ commentationes. I. A. 225 a, Quod uerbum non tibi excidit, ut sæpe fit, casu, sed scriptum, meditatum, cogitatum attulisti. I. A. 183 b, Cæsar non multos annos regnare est meditatus. & 190 b, Iam accedunt consules, multos iam menses de populi Romani libertate commendant atque meditati. de Arusp. 257 a, Veruntamen nocturnis vigiliis iustitiam illud conceptum ac meditatum est. I. C. 102 b, Ad huius vitæ studium meditati illi sunt, qui feruntur labores tui, iacere humi, &c. in Ver. 97 b, & 112 a, Nos qui meditati ad dicendum paratiq; venimus.

MEDITERRANEVS, a, um.)(. *maritimus.* de Nat. 78 b, Ita fit, vt mediterranei mare esse non credant. I. V. 199 b, Enna mediterranea est maxime. I. V. 199 b, Ab hac insula hęc lucra tanquam mediterraneis exigebantur. & 249 b, Homines maxime mediterranei.)(. *homines maritimi.*

MEDITOR, aris. *attente cogito, commentor.* Ep. 30 a, Tu tamẽ ea para, meditare, cogita, quæ, &c. & 8 a, Hæc multo ante meditere, huc te pares, &c. Atti. 73 b, Sed ego hanc *ἀνέζια* in vnum annum meditatus sum. Meditare aduersus Brutũ causam meam, & 125 b, Vides, quã causam mediter, pro Murę. 134 b, Meditari accusationem de Nat. 60 a, Ego enim te disputante quid contradicerem, mecum ipse meditabar. I. P. 92 a, Meditare quibus verbis incensam illius cupiditatem comprimas, pro Fl. 148 a, Græcus testis non iurisiurandi sed lædendi verba meditatur. Attic. 152 b, Ea eius nuncio meditabar, quo modo cum illo loquar. contra Rul. 64 b, Is designatus alio vultu, &c. esse meditabatur. de Orat. 87 b, Age vero, ne semper forum, subsellia, rostra, curiamque mediteris. Offi. 29 a, Vt si quis cum causam sit acturus, secum ipse meditetur, aut si quid aliud attente cogitet, nõ reprehendatur. Ep. 18 b, Aut si ad eam meditere, imparatum te offendã. & 9 a, Hæc ad te ob eam causam maxime scribo, vt iã de tua quoq; ratione meditere. I. V. 78 a, Meditetur de ducib. hostiũ, &c.

¶ *Exerceo.* de Or. 97 a, Quæ in foro agenda sunt exercitatione quasi ludicra perdiscere & meditari. de Cl. 193 a, Nullum patior esse diẽ, quin aut in foro dicam, aut mediter extra forum.

☞ Syntaxis. *In meditando vehemens. Commentatio & meditatio. Meditatio & exercitatio cunctis perfecit. In hac meditatione versatur causa. Anni duo sunt, cum in hac meditatione laboro. Meditata & præparata sunt ista. Meditatum & cogitatum scelus afferre domo. Accurata & meditata commentatio. Conceptum ac meditatum. Meditatus & paratus. In vnum annum ipsum meditatus. Meditare ad hoc, de hoc, hoc. Perdiscere, & meditari ludicra exercitatione, quæ in foro agenda sunt. Vel in foro dicere, vel extra forum meditari.*

MEDIVS, a, um. *intermedius, interiectus, inter aliquos interiectus, interiectus medius, dimidiatus.* de Or. 166 b, Num uersus æque prima, & media & extrema pars attenditur. Or. 208 b, Quod & inter media argumenta faciendũ est. & 216 b, Oratio vel ortẽs, vel media, vel cadẽs. de Pro. 78 a, Tempus proximum, medium, vltimum. pro Clu. 57 a, Ne in extrẽma quidẽ, aut media aut aliqua deniq; parte q̃onis verbum fecit vllum. pro Do. 123 a, Cum tu furens per mediũ forum popularis volitares. Q. F. 309 a, Dixi pro Bestia in foro medio. de Diu. 87 a, Qui in vinea media dicitur constitisse. de Or. 86 b, In testamentorum formulis, hoc est, in medio iure ciuili uersari. pro Cl. 23 a, Mulier in media potione exclamauit, &c. Tusc. 156 b, Terra in medio mundo sita. de Som. 129 a, Medius mũdi locus. Tos. 156 b, Vt illę superiores in medium locum mũdi grauitate ferantur. de N. 49 a, Mare, medium terræ locum expetens. & ibi. Id medium, infimũ in sphæra est. Or. 216 a, Est tertius ac medius inter illos. de Opi. 243 a, Alii etiam interiecti, & tanquam medii. Ac. 45 b, In ipsis alia interiecta & media numerabat. & ibi. Neutra autem in mediis relinquebat. Att. 164 a, Nam qui te mediũ esse vult, in patria manet: qui proficiscitur aliquid de alterutra parte iudicare videtur. de Ora. 159 a, Itaque tũ graues sumus, tum subtiles, tum medium quiddã tenemus. in Vat. 32 a, Ex quibus partim tecum sentiebant, partim medium quendã cursum tenebant. Off. 52 a, Quidam ad medium ianuæ sedentes. de Fi. 51 b, Primum ueniat in medium Epicuri ratio. I. V. 254 b, & 144 a, & de In. 67 b, Venire in mediũ & procedere in medium. I. V. 71 b, & de Fi. 80 b, & Ep. 242 b, & de Or. 118 a, Proferre aliquid in mediũ pro Cl. 34 a, Itaque iudices uestri suspicione, rẽ in mediũ vocare cœperũt. pro S. R. 21 b, De medio tollere *idest interficere.* pro S. R. 37 a, Recede de medio, per alium transeam. & 22 a, & I. V. 144 a, Remouere aliquid de medio. I. V. 129 b, Tabulæ sũt in medio. & 70 a, Quę in medio posita sũt.)(. *obscura.* de Or. 86 a, Dicendi rõ in medio posita. Tus. 246 b, Obscœnas voluptates faciles, cõmunes, in medio sitas esse dicunt. I. V. 82 a, Proponere aliquid in medio. pro Cel. 47 b, Neminem nominabo, tantum in medio relinquam. I. V. 268 b, & de N. 4 b Pone in medio sententias philosophorũ. pro Do. 141 a, Hæc nõ sũt quæsita ex occulto aliquo genere literarũ, sed sumpta de medio, & reb. palam per magistratum actis. de In. 63 a, Atq; hic quidem ipse, & sese ipsum nobis & eos qui ante se fuerant, in medio posuit, ut cæteros & ipsum per se cognosceremus. de Cl. 172 a, Vnũ quasi cõprehẽdinatus mediũ diẽ fuisse. de Or. 159 a, Cũ uerba iacentia tollimus e medio. & Off. 5 b, Cõmunes vtilitates in mediũ afferre. Off. 59 a, Hoc quidem deliberantium genus pellatur e medio. I. A. 200 b, Alteri victi sunt, alteri sunt e duis C. Cęsaris partib. & 257 a, Inter bellum & pacem medium nihil est: quare necesse est tumultum, si belli non sit, pacis esse. I. A. 226 b, Qui duorũ fratrũ ætatibus medius interiectus, uitus cum vtroq; certauit. de Vniu. 197 a, Vnũ interiectũ medium, & seipsum, & ea quibus esset interpositum, colligaret. I. Tollo.

☞ Syntaxis. *In media potione exclamare. In medio mundo sita terra. In medium locum mundi ferri. Medium quoddam tenere: & Medium cursum. Venias in medium illa sententia. In medium procedere, aliquid proferre, rem vocare. De medio tollere, remouere, recedere. In medio positum.*)(*obscurum. In medio ponere, proponere. Res de medio sumpta, id est, omnibus agitata.*

MEDIVSFIDIVS, *iurandi formula, seu aduerb. vt mehercules, & id genus alia.* At. 133 b, Quod Lentulum voluisti hic remanere, mihi gratissimum, mediusfidius fecisti. pro Syl. 193 a, Si medius fidius, & iudices &c. Ep. 77 a, Voũ medius fidius tecum diem libenter posuerim, &c. Act. 77 b, Medius fidius ne tu emisti locum præclarum.

MEDVLLA, læ. *pingue ossium medio repletus: translate, animus.* Tus. 233 b, Metrodorus omne bonum in visceribus medullisque condidit. Ep. 253 a, Neque enim solum te, qui mihi hæres in medullis. de Cl. 120 b, Suadę medulla. I. SVADA. At. 240 a, Prętereo illa, quæ mihi sunt inclusa in medullis, Tu. 214 a, Cũ hic feruor tanquã in venis medullis, Tus. 214 a, Cum hic feruor tanquam in venis medullisq; insederit. I. A. 259 b, Qui in medullis pop. Rom. ac uisceribus hærebant.

☞ Syntaxis. *In visceribus ac medullis. Ille in medullis hæret patri. Venis & medullis insidet malum. In medullis & visceribus Pop. hærere.*

MEGALENSIA, orum. de Arusp. 248 b, Ludi quos in palatio nostri maiores ante templum in ipso Matris magnæ conspectu Megalensibus fieri celebrariq; voluerunt. Ep. 14 a, Scripsi hęc ipsis Megalensibus.

MAGALESIA, orum. de Arusp. 248 b, & 249 b, Tota hoc ædile seruorum Magalesia fuerunt.

MAGABOCCHVS, *idest, Pompeius.* Att. 27 a.

MEGARA, ræ. *vrbs.* de Diu. 92. Ep. 50, Sulpitii ad Her. 3.

MEGAREVS, a, um. Aca. 32 b, Euclides Megareus.

MEGARICVS, a, um. de Fa. 142 b, Stilpo Megaricus philosophus. de Or. lib. 3, & Acad. lib. 2, Magarici philosophi a Menedemo Eretrio, Eretriaci appellati. *Iidem etiam Eleatici dicti a Parmenide & Zenone.* ibi Megarici, quorum fuit nobilis disciplina. de Fato, & Aca. l. 3 a b, Ab Euclide Megareo, Megarici dicti. qui id bonum solum esse dicebant, quod esset vnum, & simile, & idem, & semper.

MAGARIS, idis, *locus non longè à Syracusis.* I. V. 248, de Diu. 139.

MEGARENSIS, e. I. V. 238.

MEHERCVLE, & MEHERCVLES. I. HERCVLES.

MEI, tui, sui. Postquam 99 b, Qui fletu suo desiderium mei memoriãque renouaret. & 194 a, Vt aliquando vos memoria mei desiderãque teneret. de Ar. 244 b, Clodius nihil fecit odio mei, sed. &c.

MEL, lis. de Senten. 89 a, Villa abundat lacte, caseo, melle. de Fin. 55 a, Niuem esse albam, dulce mel. de Fin. 97 b, Mel & dulcissimum est, suo tamen proprio genere, non comparatione cum aliis dulce esse

sentitur. de Diu. 126 b, Eo loco mel ex olea fluxisse dicit. I. V. 245 b, Quæro, unde cccc amphoras mellis habueris. de Sen. 83 a, Ex Nestoris lingua melle dulcior fluebat oratio. Ora. 199 b, Xenophon cuius sermo est melle dulcior.

MELAMPVS, *vates*. de Diu. 176.

MELANCHOLIA, æ, *atra bilis*. Tusc. 192 b, Quem nos furorem, μελαγχολίαν Græci vocant: quasi vero atra bili solum mens moueatur, &c.

MELANCHOLICVS, a, um Tusc. 165 a, Arist. ait omnes ingeniosos melancholicos esse, vt ego me tardiorē esse non moleste feram. de Di. 67 a, Qui valetudinis vitio furunt & melancholici dicuntur, habent aliquid in animis præsagiens atque diuinum.

MELICVS, a, um, μελικὸς, *id est, cantu, lyricus poeta dicitur*. de Opt. 243 a, Melici ac Dithyrambici poetæ.

MELIOR, us. *potior, commodior, præstabilior, lectior*.)(*deterior* ad Att. 235 a, Hircium per me meliorē fieri volunt, ad Brut. 91 b, Tibi resp. melior est facienda. pro Flac. 159 b, Phrygem plagis fieri meliorem. de In. 53 a, Vt neque vir melior neque fœmina lectior in terris sit. Att. 235 b, Nemo vnquam neque orator neque poeta, qui quenquam meliorem quam se arbitraretur. de Ar. 258 a, Meliore loco esse. Att. 232 a, Putotem meliore loco esse debere. Att. 231 a, Incipit res melius ire quam putarā. & ibi Spero meliora. de Fin. 125 b, Is melior quam Pyrrho, deterior quam cæteri ad Br. 278 b, Verum redire mihi conducit, an commorari melius est. Att. 174 b, Ii tamē ipsi se hoc melius habēt, quām nos quod & meliti, &c. de Ora. 163 b, Quo melius nostri, illi senes, qui, &c. Offi. 64 a, Melius, æquum. ad Her. 5 b, Melius, satius, potius. Attic. 58 b, Literis quibus intelleas scentalo esse melius. Par. 118 a, Nihil bonum est, quod eum cum qui possidet, meliorem facit.

☞ Syntaxis. *Res meliore loco est. Melius it. Ille melius iam est. Plagis meliorem facere trutinam.*

MELITA, æ. I. V. 224 a, Insula est Melita, satis late ab Sicilia mari disiuncta. Att. 49, & 159, & 161.

MELITENSIS, se. I. V. 244 b, Melitensis vestis. & 241 a, Melitensis rosa.

MELIVS, *à modo insula dicitur*. de N. 2 a, Diagoras Melius.

MELIVS. *commodius*.)(*peius*. de Finibus 62 a, In dialectica autem nullam vim existimauit esse, nec ad melius viuendum, nec ad commodius disserendum. & 118 a.

MELIVSCVLE, *aliquanto melius*. Ep. 256 b, Volebam ad te Marionem remittere, quem cum meliuscule tibi esset, ad me mitteres.

MELLARIA cella. *vt vinaria, vt olearia, vt penuaria*. de Sen. 89 a.

MELLITVS, a, um. *suauis, dulcis*. Att. 16 a, Mellitus puer.

MELOS, *cantus*. de Na. 44 a, Syluam μέλος cōsimilem ad aures cantum, & auditum refert Accii.

MEMBRANA, æ. de N. 54 b, Natura oculos membranis tenuissimis vestiuit ac sepsit.

MEMBRANVLA, le. *marrocellum, charta*. Att. 57 b, Liberatius imperes, vt sumant membranulam, ex qua indices fiant.

MEMBRATIM. Orato. 217 b, Incise membratim ve dicere. Par. 141 a, Narratio autem accusatoris erit quasi membratim gesti negotii suspiciosa explicatio.

MEMBRVM, bri, *pars corporis translatè pars aliarum rerum*. Att. 117 b, Nec sum micatus eū, qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere. de Fin. 64 a, Iam membrorum, i. partium corporis alia videntur propter eorum vsum a natura esse donata, vt manus, crura, pedes, &c. alia nullam ob vtilitatem, quasi ad quendam ornatū, vt cauda Pauoni. Par. 127 a, Qui hæc commutabilia pecuniæ membra solo verbo dona appellauerūt. Ora. 217 b, Quę Gręci κόμματα & κῶλα nominant, nos recte incisa & membra dicemus. ad Her. 30 a, Membrum orationis quid sit, de Cl. 179 a, In membra quædam, quæ Græci κῶλα vocant, dispertiebat orationem libentius. de Ora. 200 b, Sępe carpenda membris minutioribus oratio est. & ibi. a, Oratio articulis membrisque distincta. Ora. 219 a, Ex duobus versibus, idest membris perfecta cōprehensio est. de N. 3 b, Omnes partes atque membra philosophiæ. Ora. 203 b, Causæ, earumque quasi mēbra. L.A. 150 b, Membrum, sententia, clausula.

☞ Syntaxis. *Partes & membra philosophiæ.*

MEMINI, sti, *memoria teneo, memoria repeto, commemini, commemoro*. I. V. 206 b, Nemini Pamphilum hospitem meum mihi narrare, &c. &c. 125 b, Memini tibi librum afferri a Demetrio Magnete. pro Pl. 280 b, Memini enim, memini, nec vnquam obliuiscar noctis illius Epist. 21 a, Non potius magis obliuisci temporum meorum, & meminisse actionum. L.A. 117 b, Meministi ipse de exulibus, scis de immunitate quid dixeris. pro Pom. 13 a, Felicitas quam præstare de seipso nemo potest, meminisse & commorare de altero possumus de L. 158 b, Ego memini summos fuisse in ciuitate nostra viros, qui, &c. pro S. R. 38 b, & Epist. 136 b, Meministi me ita distribuisse causam, &c. de Somn. 126 b, Omnia alicuius dicta & facta meminisse. Epist. 37 a, Dixi me non meminisse vllum tempus laudandi, aut locum dari. *id est, datum esse.* pro Pl. 276 a, b, Qui patriæ beneficia meminerunt. Atti. 250 a, Sed de Erote meminero, & de omnibus. de Or. 161 a, Antipater ille, quē tu probe meministi. de Fin. 78 a, Balbus fuit Lanuuinus, quem meminisse tu non potes. pro Mur. 134 a, Cui placet, obliuiscitur: cui dolet, meminit. L.A. 133 a, Sed memento præter Appiū neminem esse, &c. & 249 b, Varronis meminero excusare tarditatem literarum mearum. de Fin. 125 a, Viuorum memini, nec morte orū obliuisci possum. Acad. 26 b, Omnia meminit Scyron Epicurei dogmata. Epist. 150 b, Meminisse mandata & 62 b, De illo ne meminisse quidem volo, & 18 b, Te rogo, ut memineris, quantęcunq;, &c. Att. 140 a, Causa igitur non bona est, imò optima, sed agetur (memento) fœdissime. & 242 b, Quin ea ipsa quæ a te commemorantur, non memini.

☞ Syntaxis. *Memini huius rei, de hac re. Meminisse, & commemorare, Aliquid memini.*

MEMOR, oris, *qui non obliuiscitur, memoriam alieni præstari*. Epi. 6 b, Qui non tam memores essent virtutis quæ, quàm laudis inimici. Epi. 11 b, Vt officium meum memoremq; in benemeritos animum præstarem. de Leg. 160 a, Homo animal acutum, memor, &c. de Or. 121 a, Diligens, memor, sobrius orator. & 161 a, Homo ingeniosus ac memor. Ep. 214 b, & contra Rul. 70 a, Memor & gratus. Att. 102 a, Custos vrbis me præclare inscriptionis memorem esse cogeret. de Cla. 103 a, Memor & quæ dicta contra, quæq; ipse dixisset.

MEMORABILIS, le. *memorandus, memoria dignus. commemorabilis*. de Clar. 168 b, Multa iam memorabilia in domesticis & in bellicis rebus effecerat. ad Bru. 91 b, Res à te gesta memorabilis, & pene cœlestis. I.A. 257 b, Cuius memorabilis & diuina virtus lucem affert reipu. de Ami. 96 a, Familiaris C. Lęlii & P. Scipionis maxime memorabilis fuit. de Leg. 157 b, Incurret enim in illum memorabilem annum suum.

☞ Syntaxis, *Animum in benemeritos memorem præstare. Homo & orator memor. Ingeniosus ac memor. Memor quæ dixerim, repeto. Res memorabilis & cœlestis. Memorabilis ac diuinum. Homo annus memorabilis.*

MEMORIA, æ, *facultas animæ rerum perceptarum custos*. de In. 44 a, & ad Her. 1 b, Memoria est firma animi rerum & uerborum ad inuentionem perceptio. de Iou. 81 a, Memoria est, per quam repetit ea quæ fuerunt. de Or. 86 b, Memoria thesaurus omnium rerū, quę nisi custos inuentis excogitatisq; rebus & uerbis adhibeatur, intelligemus omnia, etiam si præclare fuerint, in oratione peritura. de Cl. 193 a, Hortensius tanta memoria fuit, vt quæ, secū commentatus esset, ea sine scriptos uerbis eisdē redderet. de Sen. 81 a, Nec sepulchra legēs vereor, quod aiūt, ne perdā memoriā. & ibi. Sepulchra legendis redeo in memoriam mortuorū. de Sen. 84 b, Pythagoreū more exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audiuerim, egerim, commemoro vesperi. de Sen. 93 a b, Memoria præteritorum, futurorū prouidentia. L.C. 113 b, Et quoniam nondū est perscriptū senatusc ex memoria uobis Quirites quid senatus senluerit, exponam. ad Her. 21, Memoria thesaurus rerū inuentarum, & custos. de Or. 211 b, Historia uita memoriæ. Part. 232 a, Memoria est germanæ literaturæ quodammodo, &c. de Or. 141 a, Simonides Chius primus artē memoriæ protulisse fertur. Tusc. 160 a, Habet primum animus memoriam, & eam quidem infinitam rerum innumerabilium, quam quidem Plato recordationem esse vult superioris vitæ.

¶ *Recordatio* de or. 85 a, Mihi repetēda est ueteris, cuiusdā memoriæ non satis explicata recordatio. de Cl. 165 b, Quorum memoria & recordatio mihi iucunda sane fuit. pro Fla. 185 b, Reuocarē animos vestros ad Mithridatici belli memoriam. pro Syl. 174 a, Antonii commemoratio memoriam Syllæ retulit. pro Ar. 185 b, Pueritię memoriam recordari vltimam. & 187 a, De hominum memoria tacere, literarū memoriā flagitare. Antequam. 195 b, Vt ego nihil ponam de rebus meis gestis tamen in animis & memoria vestra, &c. Discedit illius optimi uiri memoria. de Diuin. 82 b, Nihil est, quod non longinquitas temporum excipiente memoria prodendisque monumētis efficere possit. de Orat. 109 a, Deberi hoc à me tantis hominum ingeniis putaui, vt cum etiam nunc viuam, illorum memoriam tenēremus hanc immortalem redderem, si possem. & 113 a, Cuius rei memoriæq; publicæ, retinendæ causa Pont. max. annales scribebat. de Ora. 119 b, Nihil vnquam audiui, quod non in memoria mea penitus insederit. *Themistocles, dictum*. Bru. 166 a, Liber quo ille omnē rerum memoriam breuiter complexus est. & ibi. b, Ad rerū naturaliū memoriā comprehendendā impelli. de Leg. 189 a, Quamuis enumeres multos licet, nullos in omni memoria reperies perniciosos tribunos. pro Deio. 147 a, Repetere memoriam præteriti temporis. de Fin. 124 b, Cuius ēt illi hortuli memoriā nihil afferūt. pro Do. 235 b, monumentum quod positum est, vt esset iudiciū oppressi senatus ad memoriam sempiternā turpitudinis. de Or. 94 a, Motus animi celeres: & ad memoriam firmi atq; diuturni. de Ora. 93 a, Aliquid ex sermone alicuius memoria dignū excipere. de In. 62 b, Viri noīe & memoria digni. de Or. 95 a, Aliquid animo pcipere, & memoria custodire. pro Cl. 47 a, & Em. 94 a, Perinde quasi in hominū memoria nō cōprehendatur. de Or. 97 b, Legere aliquā orationē ad eā finē, quō memoriam possis cōprehendere. pro S.R. 23 b, Memoria retinere. in Ver. 61 a, Memoria cōplecti aliquid. ad Atti. 215 a, Vt mea memoria est. ad Her. 19 b, Nuperrime dictam facilē memoriæ mādatur. pro Q. 4 a, Quæso eum diem memoriæ mandetis. Epi. 90 a, Quare mihi crede, & memoriæ manda. Epist. 11 b, Quid sibi is de me recepisset, in memoriam redigit. de Inu. 60 a, Its in memoriā redibit anditor: in Ver. 100 b, Quoquo redire in memoriā, quę libido illius fuerit, &c. de N. 47 b, Multa carmina ex iis memoria teneo. L.A. 259 a, Tenetis vestra memoria, quod sæpe ostendit, &c. Ep. 96 b, Quin etiam ipsum diē memoria teneo. pro Pomp. 7 a, Retinere memoria aliquid. de Fi. 92 b, Retinere memoriā alicuius, et amici. de Or. 96 b, Memoria sepiter res inuentas. de Cl. 168 a, Vt memoriā cōcinnitatis suę relinquere. Off. 303 a, Quæ verissimæ memorię ppagata sunt. de In. 62 30, Earū nomina multi poetæ memoriæ tradiderūt, vel pdiderūt. Ep. 123 b, Prodere memoriā alicuius rei posteris. Ep. 72 a, & 89 b Prodere aliqd memoriæ aut lris. Epi. 89 b, Cōseruare memoriā beneficiorum

factorum acceptorum. ad Herenn. 21 b, Habere memoriam alicuius rei. de Inuent. 60 a, Reducere in memoriam. & b, Renouare memoriam. de Inuent. 60 b, Memoria auditoris de confirmatione redintegrabitur. ad Herenn. 17 a, 21 b, Habere memoriam alicuius rei præsentem, vel auditam. Epist. 181 a, Quarum memoria repetere præterita possum. Epist. 71 a, Repetere memoriam euentus aliorum. de Orato. 85 a, Repetere memoria res antiquas. Epist. 111 b, Dare operam memoriæ alicuius. Att. 66 a, Sed tamen habet ædilitas eius memoriam nó ingratam. Postquam. 205 a, Cn. Pomp. omnium sæculorum omnis memoriæ facile princeps. in Anton. 166 a, Quæ res vnquam erit commendatior hominum memoriæ sempiternæ? de Ar. 251 b, Quod facinus nemo nisi P. Clod. omni memoria violauit, nemo vnquam adijt pro Domo. 243 a, Liberis nostris satis amplum patrimonium paternum homines & memoriæ nostræ relinquemus. Offic. 53, Cratippus noster, princeps huius memoriæ philosophorum. pro Corn. 60 b, Multi etiam superiori memoria. pro Sest. 10 a, Consules non modo ex memoria, sed etiam ex fastis euellédi. & ibidem b, Tanta multitudo, quanta mea memoria nunquam vllo in iudicio fuit. in Verr. 35 b, Quod in hac repub. non modo factum antè nunquam est, sed in omni memoria est omnino inauditum. de Inuē. 62 a, Res ab uestra memoria propter vetustatem remotæ. Epist. 64 b, Ea sunt euulsa ex omni memoria vitaque nostra. de Diuinat. 138 b, Quomodo hæc infinita aut memoria complecti, aut obseruando notare possumus? Par. 120 a, Istum doctum virum fuisse memoriæ traditum est. pro Murēn. 138 a, Nam hoc memoriæ traditum est. de Orator. 144 a, Prodere memoriæ sermonem alicuius. de Orat. 100 a, Quia memoriæ sic esset proditum. & ibidem. Quid, quod ulli patrū memoria uenit? pro Syll. 170 a, Ex memoria deponere insidias factas. pro Quint. 100, In memoriam redijt Quintius, quo die, &c. pro Syl. 174 a, P. Syllę nomen in memoria Cassio non fuit. Postquā. 196 a, & 197 b, Vt aliquādo vos memoria mei desideriumque tenēret. in Anton. 256 a, Quem ego imitatus, &c. tradam hominū memoriæ sempiternę. de Senect. 80 b, Sed memoriam illius viri excipient omnes anni cōsequentes. pro Rab. 93 a, Ille omnes verborum acerbitates non ex memoria vestra patrumque vestrorum, sed ex annalium monumentis ac regum commentarijs cōquisiuit. pro Font. 279 a, Quod sępe & nostra, & patrum memoria vsu venit. Postquā. 199 a, C. Marius nostra patrumque memoria subijt, &c. pro Rab. 56 b, Causam suscepi antiquiorē memoria tua. I. C. 100 b, Hoc post hominum memoriam contigit nemini. I. Verr. 156 b, Quod nemo unquam post hominum memoriam fecit. Epist. 170 a, Res post hominum memoriam maxima. de Orator. 86 a, Quis nó iure miretur ex omni memoria ętatum, temporum, ciuitatum, tam exiguum numerum oratorum inueniri? pro Pomp. 14 a, Rhodiorum vsque ad nostram memoriam gloria remansit. Att. 283 b, Omnia bella, quę memoria nostra fuerunt. pro Font. 276 b, & Tuscu. 176 b, Nostra autē memoria Philo. contra Rull. 66 a, Per longo interuallo propè memorię temporumque nostrorum. Episto. 18 b, Meam tuorum erga me meritorum memoriam, nulla vnquam delebit obliuio. Episto. 91 b, Quare gratia mihi est & memoria tuę nostrę coniunctionis, & eius augendę voluntas.

¶ *Monum. venus.* Att. 148 a, Vt gratus, pius denique esse in maximi beneficij memoria possim. de Cl. 187 a, Sed ordinem sequens in memoriam notam & ęqualem necessario incurro. Q. F. 298 b, Amplissimis monumentis consecrare memoriā nominis sui. de Amici. 103 b, Sed loquor de ijs quos videmus, aut de quibus memoriam accepimus. pro D. 222 a, Hoc est maxime insigne ad memoriam crudelitatis, &c. de Or. 95 b, Nihil tam ad diuturnitatem memorię stabile quam id in quo aliquid offenderis. pro Dom. 230 b, Huius viri laudem ad sempiternam memoriam tēporis calamitas propagauit. de Cl. 184 b, Nullam memoriam antiquitatis collegerat.

¶ *Nomen fama.* de Natura. 69 b, Virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam. Epist. 8 a, Magna memoria consulatus tui.

☞ Syntaxis. *Memoria est perceptio, thesaurus, custos.* habes hic memoriæ genus multiplex pro definitione. *Monumentum ad memoriam gloriæ sempiternæ. Memoriam formare cumulare, pecque. Nullus in omni memoria perniciosius tribunus. Memoriam repetere prodere, afferre. Memoria tenere, ... percipere retinere, comprehendere, complecti. Mandare, tradere ... In memoriam redire, redigere. In memoriam reddi. Tua memoria teneb. Memoria repetere sæpe multa. Propagatum memoria. Memoriam sui relinquere. Memoriæ tradere, prodere. Memoriam habere, renouare, conseruare, redintegrare, repetere. Omnium sæculorum omnis memoriæ princeps. Ex omni ætatum memoria per pauci sunt viri boni. Vsque ad nostram memoriam. Memoria nostra antiquius, primo. Memoria patrum & nostra, facta bella. Orator nostra memoria & Cos. Longo nostræ memoriæ temporum interuallo. Memoria perdere. In memoriam redire. Id ago in amicorum memoriam. In memoriam incurrere alicuius immortalium. Memor tam amplissimis consecrare monumentis. De Cos memoriam accepimus. Hoc est maxime insigne ad memoriam pietatis. Colligere memoriam antiquitatis. Diuinis honoribus memoriam alicuius consecrare. Memoria vacillare. Ex memoria exponere: id est, memoriter.*

MEMORIOLA, læ. Att. 186 a, Memoriola uacillare.

MEMORITER. *ex memoria, sine scripto.* de Natura. 19 b, Enumerasti memoriter philosophorum sententias. de Diuinatio. 11 ... In quo nostra quędam Aratea memoriter a te pronunciata sunt. de Ora. 92 a, Memoriter pronūciare multa ex orationibus Demosthenis. de Am. 95 b, & ad Heren. 21 b, Is multa narrare de C. Lęlio socero suo memoriter & iucunde solebat. de Clar. 103 a, Rem memoriter complecti. de Finib. 106 a, Nec tu ista posuisti tam multa memoriter. Ac. 56 b, Memoriter recitare.)(*Ascripto decere.* in Vat. 31 a, Tam memoriter responderet ad ea quę de te ipso rogaro. Ac. 15 b, Oratio Luculli, quæ est habita memoriter, copiosa, &c.

MEMORO, as. *commemoro, perfequor.* in Verr. 101 a, In plebem verò Romanam, vtrum superbiam prius memorem, an crudelitatem? de regib. 157 a, Nam quid Accium memorem? qui, &c. de Leg. 181 b, Clarorum virorum laudes in concione memoranto, easque ad cantus & ad tibicinem prosequuntor. de Fin. 68 a, Heraclius de natura nimis obscurè memorauit.

¶ *Appello, dico.* de Vn. 201 b, Oceanum Cœli Terræque filium.

☞ Syntaxis. *Memorare commemorare, pronunciare, narrare, simpliciter ponere, recitare, habere orationem copiosè. Memorare laudes de laudibus.*

MENDACIUM, cij. *vanitas falsitas orationis, vanitas.* I. V. 220 a, Nolo illos esse temeritati meæ & mendacio conscios. pro Cla. 32 b, Homo qui esset totus ex fraude & mendacio compositus. de Inuent. 58 b, Falsum est, in quo perspicue mendacium est. de Inuent. 48 b, Stare a mendacio contra verum. Academ. 50 a, Opinionis hoc est mendacium, non oculorum. pro Muren. 139 a, Improbi hominis est, mendacio fallere. pro Cl. 53 a, Magnum & impudens mendacium. Qui. de Pet. 212 a, Dicere mendacium alicui. ad Heren. 29 b, Ille sibi o mendacio non temperat.

MENDACIUNCULUS, li. de Or. 131 a, Quod tamen est mendaciunculis aspergendum.

MENDAX, cis. *vanus, totus ex fraude & mendacio compositus, futilis.* pro Quint. Rosc. 51 b, Nihil interest inter periurum & mendacem: nā qui mentitur, peierare consueuit. & Offic. 70 b. de Ora. 113 a, Si, vt nostri satis non esse mendacem. de Diu. 138 b, Mendaci homini ne verum quidem credere solemus. de Di. 135 a, Falsis & mendacibus visis mentes mortalium concitare. cont. Rull. 85 a, Carthaginenses fraudulenti & mendaces.

☞ Syntaxis. *Mendacio conscius. A mendacio contra verum stare. Mendacio fallere. Fraudulentus, & mendax. Falsa & mendacia visa.*

MENDICITAS, tis. *paupertas.* de Pin. 132 a, Cum mendicitatem multi perpetiantur, ut uiuant. pro S. R. 32 b, Hic in summa mendicitate est. I. C. 120 b, Vt omnes animi cruciatus, & corporis egestas, & mendicitas consequatur. pro Flacc. 153 b, Potuit dare Seruilius: nam fratres quidem consortes sunt mendicitatis. in Vatin. 33 b, Qui ex magistratu non emerseris ex mendicitate, sed, &c. I. A. 231 a, Pastus mendicitatis. I. An. 198 a, Huius mendicitas auiditati coniuncta in fortunas nostras imminebat.

MENDICULUS, li. I. C. 105 a, Exercitus collectus ex rusticis mendiculis. *rusticus fortè legas, mendicissimis.* L. EXERCITUS.

MENDICUS, a. um: ssimus. *mendiculus, pauper, qui pedem in suo ponere non potest.* pro Muranā. 138 b, Sapientes si mendicissimi sint, diuites esse. de Finibus. 144 b, & ad Heren. 13 b. Paupertas si malum est, mendicus beatus esse non potest. de Orato. 151 a, Instrumentum hoc forense exiguum sane atque mendicum est. I. A. 216 a. Ex mendicis fieri repente diuites.

☞ Syntaxis. *Corporis egestas & mendicitas. Mendicissimus. Instrumentum forense exiguum atque mendicum.*

MENDOSE. *vitiosè.* Qu. Fr. 316 a, Libri mendosè & scribuntur & veneunt. Att. 8 a, Ad IIII. non. Decembris mendose fuisse animaduerteram. ad Her. 43 b, Ars mendosè scripta.

MENDOSUS, a, um. sior. *vitiosus.* de Clar. 170 a, Quanquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior. & de Ora. 116 a, In quo & deesse aliquam partem, & superare mendosum est. * I. V. 147 a, Cùm seruus societatis semper in Verutii nomine certo ex loco mendosus esset.]

MENDUM, di. *vitium, erratum.* I. Ver. 129 b, Quid fuit antea scriptum? quod mendum ista litura correxit? Attic. 212 a, Menda librariorum tollentur. Episto. 85 a, Nam cum mendum scripturæ litura tollatur, meus error exilio corrigitur. Atti. 27 a, Castritianum mendum nos corrigemus. & 237 a, Idus Martiæ magnum mendum continent.

☞ Syntaxis. *Mendum litura corrigere. Tollere mendum.*

MENECHIUS, de Cla. 195, Menechium studium.

MENENI, *populi.* I. V. 169 a.

MENELAUS, lai. de Cla. 169 a, Menelaum ipsum dulcem quidem tradit Homerus, sed pauca dicentem.

MENIA, *columna Romæ fuit, ad quam serui fugitiui & fures adligabantur: vt hodie quoque vbique fieri videmus in foro, infamiæ causa furunculos ad columnam quandam vinciri. ea verò a Menio quodam qui commeruit appellata est.* I. V. 62 b, & pro Sest. 25 b.

MENIA, orum. *ab eodem Menio inuentore appellata, genus ædificij est porrectis tignis, vltra columnas seu parietes aditum sit, ut nusquam extra conquiescant, aut utantur hoc genus. Labeo iurisconsultus Proiecta vocat.* Acad. lib. 4. teste Nonio.

MENON, *Platonis liber.* Tusc. lib. 1.

MENS, tis. *ratio, animi pars princeps, intelligentia.* Tusculan. 192 a, Mens cui regnum totius animi a natura tributum est. de Finibus. 13 a, Pręstantia mentis, cui tota hominis natura paret. Academ. quæst. Deus ipse diuinius. 3. ad Attico. A mente deseri. 5. Famil. Ab illa mente desisteret. pro Quint. 2, & 3; Philip. Mente bona audire. *id est, libenter.* Academ. quæst edit. 1. lib. 2, Menti hominis veritatis luce nihil dulcius. de Natu. deorum. 1, Menti diuinum principatum tribuit Theophrastus. Academ. quæst. ed. 1. lib. 1, Mentem solam censebant Academici idoneam cui crederetur. pro Milon. Dij illi mentem dederunt. decimotertio. Philipp. In gremiis minarum ... mentiumque

de

primus mensis apud Ægyptios Thovt vocatur. de Vni. 200 b, Mensis autem, quando luna lustrato cursu suo solem consecuta est.

MENSTRVVS, a, om. *quod ad mensem durat, & singulis mensibus fit*. pro Qu. R. 46 a, Aduersaria sunt menstrua, tabulæ sunt æternæ. & ibidem: Qui tabulas conficiunt menstruas, pene rationes in eas transferunt. de Nat. 18 b, Solus anouam lustrationem menstruo spacio lunа complet. de Fin. 112 b, Si ei qui iocunde vixerit annos decem, vita iucunda menstrua addatur. I. V. 163 a, b, Menstrua cibaria. de Le. 179 a, In delubris communibus textile, neo operosius quàm muliebris opus menstruum. de Inu. 51 a, Cum alicuius annui, menstrui, diurni nocturnive spacii certa significatione. de Fin. 112 b, Vita menstrua, & vita decem annorum.

MENSVRA, æ. *modus*. de Cl. 166 a, Hesiodus eadem mensura reddere iubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis. Offic. 10 b, Ea quæ acceperis vtenda maiore mensura, si modo possis, reddere iubet Hesiodus. Attico. 207.

Αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον αἴ κε δύνηαι. Orat. 205 a, Quicquid sub aurium mensuram aliquam cadit, numerus vocatur. de Vniu. 200 b, Vt esset mensura quædam euidens, quæ in istis octo cursibus celeritates tarditatesque declararet.

MENSIS, is, om. de Natura. 39 b, Menses, quia mensa spacia conficiunt nominantur.

☞ Syntaxis. *Numerus est, quod cadit sub aurium mensuram*.

MENTA, æ. *herba nota*. Ep. 140 b, Ruta & menta, recte vtrunque. Volo mentam pusillam ita appellare, vt rutulam, non licet.

MENTE captus. *delirus*. I. C. 115 b, Hic quis potest esse tam auersus a vero, tam mente captus, qui, &c. I. P. 89 b, Vecors, furiosus, mente captus, tragico illo Oreste aut Athamante dementior. Offic. 19 b, Falli, errare, decipi, labi, tam dedecet, quam delirare & mente esse captum.

MENTIO, onis. *sermo, commemoratio, vsurpatio*. I. V. 62 b, Casu in eorũ mentionem incidi. & 270 a, Mentione atque vsurpatione ciuitatis, mortis moram assequi. de Am. 45 b, Cum Scæuola in eam mentionem incidisset. pro S. R. 19 a, Eius rei mentio facta non est. pro Cęl. 50 b, Sed enim hæc facta illius clarissimi viri mentio mẽtem meam dolore impediuit. de Cl. 175 a, & 176 a, Et quoniam Stoicorum est facta mentio, Qu. Cælius tubero fuit, &c. item: Non fecissem hominis pene infimi mentionem, nisi, &c. in Pis. 84 a, Tu etiam facis mentionem consulatus tui? pro Cl. 32 b, Pecuniæ mentionem quandam inter iudices esse versatã. de Legib. 187 a, Demetrius ille, de quo supra feci mentionẽ. contra Rull. 88 a, De quo apud vos ante feci mentionem. Postquam. 200 a, Nunquam de C. Mario in Senatu mentio facta est. Qu. Fr. 313 a, De te a Sipylo mentio est honorifica facta. in Ant. 168 a, Nunquam ab eo mentio de me nisi honorifica, nisi plena amicissimi desiderii. Ep. 14 a, Mẽtio facta est de legiõe ea, quæ, &c. & ibid. & ad Her. 14 b, Sed non statim sub mentionem & conoiciũ, obtrectatorum ad Att. 72 b, Nec tui mentionẽ intermitti sinimus.

• * Acad. 34 b, Sed vbi Aristoteles ista tetigit.]

☞ Syntaxis. *In mentionem alicuius incidere. Mentionem rei cuiusdam inter aliquos versari. Mentionem facere Cæsaris, & de Cæsare. Intermittere mentionem alicuius*.

MENTIOR, iris. *ementior, mendacium dico, orationis vanitatem adhibeo, temporis causa fingo*. pro Quint. Rosci. 52 b, Nam qui mentitur, peierare consueuit. de Nat. 29, In quibus rebus nihil vnquam vetustas mentita sit. Acad. 24 a, Si te mentiri dicis, idque verum dicis, mentiri verum dicis. Att. 192 b, Mentiri in aliqua re. de N. 62 b, Præsertim cum isti plurimis de rebus diuinis mentiantur. de Orat. 125 b, De me autem nihil est causæ, cur mentiar. Acad. 4 b, Et de hoc quidem nihil mentiuntur. de Cl. 168 a, Concessum est Rhetoribus mẽtiri, vt, &c. pro Cl. 30 b, Redargue me, si mentior. pro Plan. 274 b, Me quæ de Plancio dicerem, mentiri, & temporis causa fingere. pro Domo 223 a, Non modo non ementitus sum autoritatem Senatus, sed etiam, &c. Qu. Fr. 292 b, Natura, frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur, oratio vero sæpissime. Off. 30 b, Nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur.

MENTITIO, onis. *a mentior, vt videtur: idest, mendacium*. Ad Her. 16 b, Maturationes, mentitiones, &c. *mentiones, aliter*.

MENTITVS, a, um. *falsus*. in Sal. 277 a, Dabo operam, vt in hunc minime mentitus esse videar. de N. 37 a, Quæ ordine & ratione vacant, ea mentita & falsa plenaque erroris sunt.

☞ Syntaxis. *Mentior in hoc, de hoc, hoc in aliquem. Quæ ratione vacant, ea mentita, & falsa, plenaque erroris sunt. (Mentitus igitur homo est, atque vos.*

MENTOR, oris. in Verr. 208 b, L. TOREVMA Attic. 141 a, Vellem habere Homeri illam Mineruam simulatam Mentoris, cui dicerem, *μέντορ*, &c.

MENTVLA, æ. *pusilla menta*. L. MENTA.

MENTVM, ti. *pars subiecta oris, a gula eminens, in qua barba*. I. Ant. 251 b, Cum in gremiis mimarum mentem mentumq; deponeres. I. V. 228 a, Rictus simulachri Herculis ac mẽtum paulo attritius. de Or. 133 b, Tesitus in dicendo mentum intorquens. I. P. 82 a, Altero ad mentum depresso supercilio. Tusc. 150 a, Mento summam aquam attingens siti enectus Tantalus. ad Heren. 39 b, Hic, cui sane magna est in mento cicatrix. & ibid. Sinistra mentum sublenare.

MERACIVS. de N. 75 a, Vinum meracius sumere.

MERCATOR, oris. *negotiator, venalitius, mercaturam faciens, venditor & emptor*. Or. 220 a, Diuitiæ, quibus omnes Africanos multi venalitii mercatoresque superarit. Postq. 202 b, Mercatores prouinciarum, ac venditores vestrę dignitatis. Offi. 30 b, Sordidi etiam putandi, qui mercantur a mercatoribus, vt statim vendant.

MERCANDVS, a, um. Attico. 137 b, Ego verò hæc officia mercanda vita puto.

MERCATVRA, æ. *nundinatio, negotiatio*. in Verr. 250 a, Alii a prædonibus erant capti, cum mercaturas facerent. Parad. 124 b, Qui honeste rem quærunt mercaturis faciendis. contra Rul. 79 a, de Fin. 146 a, Quæstuosissima emendi & vendendi Mercatura. de Natura. 25 a, Non erit ista amicitia, sed mercatura quædam vtilitatum suarum. Officio. 30 b, Mercatura autem si tenuis est, sordida putanda est: sin magna & copiosa, multa vndique apportans, multisque sine vanitate impartiens, non est admodum vituperanda. Offic. 53 b, Ad quod cum tanquam ad mercaturam bonarum artium profectus sis, inanem redire turpissimum est.

MERCATVS, tus. *nundinæ, emporium, conuentus πανήγυρις*. I. An. 161 b, Cum domi tuæ turpissimo mercato omnia essent venalia. de Inuẽt. 63 b, Quidam proficiscens ad mercatum quendã, & secum aliquantum nummorum ferens, &c. in V. 155 a, Tanto mercatu prætoris indicto concurritur. Vndique ad istum Syracusas. in Anton. 189 b, Earumque rerum omnium Antonius domesticum mei carum instituit. Tusc. 229 b, Pythagoras dixit similem sibi videri vitam hominum & mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Græciæ celebritate: nam vt illic alii corporibus exercitatis gloriam & nobilitatem coronæ peterent, alii emendi aut vendendi quæstu lucroque ducerentur, esset autem quoddam genus eorum, qui, &c. item ooi, &c.

☞ Syntaxis. *Mercaturam facere. Emendi ac vendendi mercatura. Mercaturam indicere, instituere*.

MERCEDVLA, æ. Att. 207 a, Constituere mercedulas prædiorum. de Or. 101 b, Homines mercedula adducti.

MERCENARIVS, a, um. *operarius conductus. cum mercede.)(gratuitus*. Offic. 20 a, Illiberales & sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorũ artes emuntur. de Leg. 165 b, Quid liberalitas, gratuita ne est, an mercenaria? si sine præmio benigna est gratuita, si cũ mercede, conducta. I. P. 90 a, Gabinius tribuit se mercenarium comitem regi. pro Mil. 110 a, Trib. Pleb. Clodi mercenarius. Epist. 43 b, De mercenariis testibus a suis ciuitatibus notandis, &c. in Verr. 246 b, Audite decretũ mercenarii prætoris. pro Cecinn. 296 a, Si tous seruus nullus fuerit, & oẽs alieni ac mercenarii. pro Cl. 52 b, Ennius egens quidam mercenarius Oppianici. Off. 9 a, Vti seruis, vt mercenariis, ad operam exigendam pro Sest. 81 a, Mercenarius meus. I. V. 98 b, Caput mercenario procemio ornatum.

MERCES, dis. *pensio, præmium, pretium, fructus* pro Ar. 191 b, Virtus nullam aliam mercedem laborum periculorumque suorum desiderat, præter hanc laudis & gloriæ. Epist. 41 a, Tribuere mercedẽ laborum alicui. Academ. 24 b, Minam Diogeni reddet: hæc enim erat merces Dialecticorum. de Orat. 128 a, Si quam gloriam peperi, ea non est æqua merces laboris & periculorum. pro Domo. 217 b, Cum ab eo merces tui beneficii pretiumque prouinciæ meo sanguine tibi esset persolutum. I. P. 36 a, Quorum mens erat oppressa præmiis, lingua adstricta mercede. de Diuin. 99 b, Ne ars tanta propter tenuitatem hominum a religionis autoritate abduceretur ad mercedem atque quæstum. pro Muræn. 140 a, Si mercede conducti obuiam candidatis issent. I. V. 245 b, Precio atque mercede minuisti maiestatem reipublicæ. & 258 a, Ab omnibus tu mercedem missionis acceperas. & 263, Mercedem funeris ac sepulturæ constitui nefas esse. Attic. 287 b, Merces Antonii oppressi poscitur, in Antonii locũ successio. pro Sext. Rosc. 31 b, Mihi videris Eruci vna mercede duas res assequi velle. & ibid. Accusare eos a quibus mercedem accepisti. Quint. Fr. 324 a, Magna nobis a te proposita merces est. & 319 a, Id me scis antea tibi esse pollicitum: quid nunc putas tanta abs te mihi mercede proposita? de Finib. 85 b, Probitas præmiorum mercedibus euocata. de Finib. 82 b, Vides igitur, si amicitiam emolumento metiare, summas familiaritates prædiorum fructuosorum mercede superari. Epi. 20 a, Numerato aliquid in loco mercedis, vel beneficii. Attico. 18 b, Noctes certarum mulierum pro mercedis cumulo fuerunt. I. V. 162 b, Merces preciumque impudẽtiæ. in Verr. 106 a, Quantum pauca operæ & mercedes fabrorum tulerunt. Tuscul. 192 b, Nam istuc nihil dolere, non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore. de Orat. 95 a, Summus ille doctor Apollonius cum mercede doceret, non patiebatur, &c. Episto. 10 b, Tamen in molestia gaudeo, eandem fidem te cognoscere hominum non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoueram. in Anton. 162 a, Iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quanta iam proferam, nihil sapere docuit. I. An. 168 b, At quãta merces rhetori data est? & ibid. Vt pro tãta mercede nihil sapere disceres. Att. 197. Vt sumptus huius peregrinationis accommodet ad merces Argileti, & Auentini. At. 246 a, Velim quæras ab Erote, vbi mercedes insularum. & 247 b, Mercedes dotalium prædiorum. pro Domo. 219 a, Data est merces erroris tui magna. Tuscu. 192 b, Hoc non sine magna mercede tibi contingit. de Amic. 111 a, Ipsa se quisque diligit, non vt aliquam a seipso mercedem exigat charitatis suæ. Offic. 30 b, Est enim in illis ipsa merces autoramentum seruitutis. I. V. 173 b, Vt si quis villicus ex eo fundo, cui H-S. dena merces esset, excisis arboribus ac venditis, &c. L. MERITO, tas.

☞ Syntaxis. *Mercedem dare, constituere, tribuere, persoluere. Mercede lingua astricta, adductus, conductus. Accipere mercedem, proponere. Mercedis loco numerare. Merces ac pretium pietatis. Mercede docere. Magna mercede facere periculum. Agri merces annua: id est, pensio.*

MERCOR, aris. *nundinor, emo*. I. V. 133 a, ab isto & praeco senatorium ordinem

ordinem precio mercatus est, & pueri Squargrium nomen nundinati sunt. pro Fl. 156 a, Is fundam Romæ mercatus est de pupillo, Epist. 305 b, Si ea mercatus esses, quæ volueram. Off. 30 b, Sordidi etiam putandi, qui mercantur a mercatoribus quod statim vendant. pro S.R. 40 b, Mercari aliquam rem magno precio.

☞ Syntaxis. *Precio aliquid mercari. De aliquo aliquid mercari.*

MERCVRIALIS, lis. Q.Fr. 312 a, Capitolini & Mercuriales. *id est, sacerdotes, vel augures.*

MERCVRIVS, rii. *Homen.* de Nat. 79 b, Mercurius vnus Cælo patre, Die matre natus. *& ibi de Mercurijs multa* de Nat. 36 b, Infra hanc autem stella Mercurii est, ea στίλβων appellatur a Græcis, quæ anno ferè vertente signiferum lustrat orbem, neque a sole longius vnquam vnius signi interuallo discedit, tum ante vertens, tum subsequens. de Vniu. 200 a, Lucifer & sancta Mercurii stella. de Som. 128 a, Mercurii cursus. Epist. lib. 7, Mercurii signum. de Somn Scip. Mercurii & Veneris eadem vis.

MERENS, tis. in Anton. 200 a, Honores bene de republ. meritorum & merentium.

MISERICORDIA,diæ.*miseratio,clementia.*)(*inuidia, inuidentia.* Tusc. e 12 b,& 213 e, Misericordia est ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis.& 194 b,Quemadmodum misericordia ægritudo est ex alterius rebus aduersis, sic inuidentia ægritudo est ex alterius rebus secundis.pro Rab.P.130 a,Nam in eum cui misericordia opitulari debebat inuidia quæsita est.pro Planc.259 b,Peto a vobis, vt ei vestram misericordiam me deprecante tribuatis.pro Qu.18 a,Quintius Sex. Næuium obsecrauit, vt aliquando misericordiam caperet aliquam,si non propinquitatis,at ætatis suæ.Postquam.598 a, Vt aliquando vos memoria mei misericordia desideriumque teneret. in Ant.176 b, At etiam misericordiam captabas, supplex te ad pedes abiiciebas. pro Rab. 91 b, Obsecro adhibeatis in hominis fortunis misericordiam,in reipublicæ salute sapientiam. Attico.280 a,Impertiri misericordiam alicui.pro Milon.119 b, Implorare & exposcere misericordiam.pro Pomp.8 b,Afflictæ regum fortunæ facilè multorum opes alliciunt ad misericordiam. de Orator. 126 b, Non prius sum conatus misericordiam aliis commouere, quàm misericordia sum ipse captus οἰκτος δὲ ἐλεεινῶν ἄπαντα.pro Cluent.22 b,Omnes odio Oppianici & illius adolescentis misericordia commouentur. Attico.195 a,Nihil est illo meo tractabilius,cuius misericordia languidiora,adhuc consilia cepi. Attico.106 b, Et sic frangor sæpe misericordia puerorum. Postquam.280 a,& pro Lig.Vir clementia & misericordia singulari. de Orator. 86 b, Mentes ad leuitatem misericordiam spoliatam consulatus magnam habere debet; pro Rabir. 95 b, Qui hominis seditiosi imagine desiderio imperitorum misericordia commoueret.I.C.100 b,Vt misericordia permotus esse videar. Tusculan. 213 a, Nemo proditoris supplicio misericordia commouetur.pro Muren.139 b, Misericordia commotus ne sis, sed tamen est laus aliqua humanitatis. Quint.fratr.301 b,Misericordia mouenda. de Orator.194 a, Concitare misericordiam populo. de Orator. 134 b, Oratores in epilogo misericordiam mouent.pro S.Ro.42 b, Prædia mea tu possides,ego aliena misericordia viuo.pro Milon 119 b,Eorum nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quàm qui illam efflagitant. pro Deiotar. 151 e, Non debeo tentare, quonam modo dicendo misericordiam tuam commouere possim: ipsa enim occurrere solet supplicibus nulla oratione euocata.

MISERICORS,dis.*clemens cuius animus alieno incommodo commouetur.* pro Sest.41 b, Vir bonus, fortis & misericors. pro Cecin.290 b, Testis qui se misericordem sic præbuit. in testimonio religiosum. pro Lig.139 b,Cum etiam hi quibus ipse ignouisti,nolint te in alios esse misericordem. de In.61.b. Animus auditoris mitis & misericors.ad Her. 10 b, Supplex mansuetus, misericors. Postquam 207.b,aliquem semper misericordem fuisse.

MISEROR,aris.*commiseror.*)(*inuideo.* pro Mur. 137 a, Non queo satis huius euentum fortunamque miserari.pro Mure.145 e,Quare quid inuidendum Murenæ sit in hoc præclaro consulatu,non video, quæ miseranda sunt, vos perspicere potestis. Ep.54 b, Nec eam minus diligere debes,sed miserari potius.

☞ Syntaxis. *Misericordiam alicui tribuere. Capere misericordiam alicuius. Me tenet misericordia illius. In alicuius fortunis misericordiam adhibere,impertire. Ad misericordiam allicere, captare,commouere misericordiam. Frangi misericordia amicorum. Misericordia capi. Ad lenitatem & misericordiam reuocare. Cum hic misericordiam habet. Misericordia moueo. Misericordiam alicui conciliare,mouere. Alicuius viuere misericordia. Supplex,mansuetus,misericors. Cæsaris euentum miseror. Miserandum hoc est,id est, miseratione dignum.*

MISOGYNEIA. L. MVLIEROSITAS.

MISSIO, onis. Attico.3 b, De literarum missione sine causa abs te accusor. in Anton.209 b, Non sine causa legatorum istam missionem semper timui.

¶ *Dimissio.* Tus.173 b,Silenus a Mida captus hoc ei muneris pro sua missione dedisse d.f.I.V.256 a,missio remigum. Ep.69 a,missio ludorum.

MISSVS,us, *missio.* Attico.164 a, VII.Calen.vesperi Balbus minor ad me venit,occulte via currens ad Lentul.cos. iussu Cæsaris cum literis,cum mandatis,&c.

MISSVS,

MISSVS, a, um. *dimissus.* Att. 151 a, Duo præfecti fabrum Pompeij, qui in meam potestatem venerāt, & a me missi sunt. & ibidem. Et eum statim missum feci. Att. 130 b, Æquum est mea te impetrare, vt cohortes, quæ ex Piceno venerunt, missum facias. Off 74 b, Iurauitque se illum interfecturum nisi sibi iusiurandum dedisset, se patrem missum esse facturum I.A. 205 a Easque legiones bello confecto missas fieri placet. pro Flac. 156 b, Qui cum iudicatum non faceret, additus Hermippo, & ab hoc ductus est, postea missus, &c Episto 118 a, Quibus de causis missi fieri debeant. ad Heré 2 a, Si eum missum fecerimus. I.V. 259 a, Dicebat quisque, quos missos sciret esse. Att. 134 b, Remotis siue omnino missis lictorib. pro Sest. 26 a, Qui voluptatibus ducitur, missos faciant honores. I V. 170 a. Hos agros missos facio. pro S.R. 40 b, Sed hæc missa faciam, quæ iā facta sunt. Or. 219 a, Missos faciant patronos. ipsi prodeant. Att. 125 b, Memini librum afferri a Demetrio magnete, ad te missum scio. *περὶ ὁμονοίας* eū velim mihi mittas de Cl. 169 a. Fabricius, qui fuit ad Pyrrhum de captiuis recuperandis missus orator. Att. 284 b Particulā literarum tuarū, quas misisti Octauio, legi missam ab Attico mihi. pro Fla 147 a Vox de quæstura nulla missa.

MITIFICATVS. *concoctus, mitigatus* de Diuinatio. 120 a, In omne corpus diuiso, & mitificato cibo, gallos cantus edere. *Legitur etiam, modificato.*

MITHRIDATES, *rex Ponti.* pro Pomp. 5 a.

MITHRIDATICVS, a, um. pro Pomp. 5 b, Mithridaticum bellum.

MITIGANDVS, a, um. *immutandus.* de Na. 59 b, Materia autem, &c. ad mitigandum cibum vtimur.

MITIGATIO, onis. *declinatio, excusatio.* ad Her. 35 b, Licentia si nimiū videbitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur.

MITIGATVS, a, um. *placatus.* Epi 78 a, Is magna signa dedit animi erga te mitigati de Inu. 47 b, Animus erga aliquem mitigatus.

MITIGO, as. *mitiorem facio lenio, placo, sedo, flecto.* Episto. 17 b, Eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges. & 81 b, Me ipsum longinquitas temporis mitigauit. de Or. 130 b, Risus tristitiam mitigat & relaxat. de Or. 104 a, Populum excitatū in bonos mitigare. de Or. 237 a, Inuidiam extenuando mitigare. pro Cor. 67 a & Epist. 78 a, Quanquam istorum animos, qui ipsi Cornelio inuident, nō est difficillimum mitigare Q.F. 294 a, Seueritatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare.

MITIGOR, ris. *lenior.* de Or. 144 a, Summi labores nostri magna compensati gloria mitigantur. de Legibus 177 a, Qui ex agresti vita exculti ad humanitatem mitigati sumus. Attico. 45 b, Dolores mitigantur vetustate. pro Murę. 139 b, Ac te iam vsus flectet, dies leniet, ętas mitigabit. pro Cęl. 53 b, Iam ætas omnia iam res, iam dies mitigabit.

☞ Syntaxis. *Aut reconcilies, aut mitiges. Longinquitas temporis hominem mitigat. Mitigare tristitiam, & relaxare. Inuidiam mitigare. Labor gloria compensatus mitigatur. Ex agresti vita mitigari ad humanitatem. Flectere, lenire, mitigare. Ætas, res, dies mitigatus.*

MITIS, mitior, issimus. *moderatus, placatus, lenis, mansuetus.*) (*asper, durus, ferus, immanis.* Att. 68 a, Nihil tam vidi mite, nihil tam placatū, quantum erat frater meus in sororem tuam. pro Murę. 138 b, Accessit his tot doctrina nō moderata, nec mitis, sed paulo asperior ac durior. de Sen. 82 b, Compta oratio ac mitis. de Cl. 191 b, Ipse Thucydides, si posterius fuisset, multo maturior fuisset ac mitior. de Inuen. 61 b, Animus auditoris mitis & misericors. Tuscula. 186 b, Patientia dolorem mitiorem facit. de Inuen. 42 b, Mitis & mansuetus. In C. 120 a, Homo mitissimus atque lenissimus. Atti. 100 a, Auster lenissimus & mitis.

☞ Syntaxis. *Mitis & mansuetus, mitis & lenis. Ventus lenis ac mitis.*

MITRA, træ. *redimiculum muliebre capitis ornamentum, quasi corona quædam.* de Arusp. 254 a, P. Claudius a coma, a mitra, &c. est factus est popularis.

MITELLA, læ. *aliàs.* MITRELLA. pro R.P. 126 b, Deliciarū causa quosdam cum mitrella sæpe videmus.

MITTO, tis. *allego.* Att. 78 a, Quotidie vel potius in singulos dies breuiores literas ad te mitto. Attico. 94 b, Velim obuias mihi literas quam argutissimas de omnibus rebus crebro mittas ad Atti. 116 b, Cæsaris literarum exemplum tibi misit: rogaras enim. Att. 139 b, Sic ergo habeto, salutares te mihi literas misisse. de Pro. 74, Mittere literas ad aliquem de suis rebus. Atti. 196 b, Itaque misi librum ad Muscam. de Senect. 77 b, Hunc vero librum de Senectute ad te misimus. Epistο. 151 a, Paulo post idem mihi Munatius eas literas legendas dedit, quas sibi miseras, & quas publice. Episto. 151 a, Ex literis quas mihi misisti, &cę. Epi. 17 b, Quod rogas vt mea tibi scripta mittam, &c. de Nat. 46 a, Luna eam lucem quàm a sole accepit, mittit in terras. Att. 129 a, Demetrij Magnetis librum, quem ad te misit de concordia, velim mihi mittas. & 250 b, Laudationem Portiæ tibi misit correctam, vt, &c. I.A. 155 a, Cumque languerem de via, misi pro amicitia qui hoc diceret, &c. Att 24 b, Fecisti mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me misisti. pro Cla. 35 a, Mittere in consilium.

¶ *Iubeo.* Epi. 259 b, Curio misi, vt medico honos haberetur, & tibi daret quod opus esset: me cui iussisset curaturum.

¶ *Scribo.* Epis. 52 a, Quid tu me hoc tibi mandasse existimas, vt mihi gladiatorum compositiones, vt vadimonia dilata & Chresti compilationem mitteres?

¶ *Omitto.* In Piso. 89 b, Mitto de amissa maxima parte exercitus. de Cl. 170 a, At quem virum dij boni? mitto ciuem, aut Senatorē, &c. quis illo grauior? Att. 115 a, b, Mitto illam fugam, &c. cætera per occupationum. pro Mur. 132 a, mitto prælia prætereo. &c. Attico. 101 a, mitto alia, quæ audio multa, mitto furta, &c.

¶ *Eiaculo, dirigo.* Or 205 a. Iacere ac mittere ridicula.

¶ *Educo, emitto.* Att. 84 a, mittere sanguinem. pro Sest. 12 a, Vocem pro repub. nemo misit.

¶ *Inuado.* pro Mil. 116 a, Vota enim fecerat is, vt in eos se potiùs mitteret, quàm in vestras possessiones.

☞ Syntaxis. *Mittere literas ad aliquem, & alicui. Misi filio, vt venderet. Iacere ac mittere ridicula. Se mittere in hostem: id est, inuadere.*

MITYLENE, nes: siue MITYLENAE, arum. *vrbs in Lesbo.* contra Roll. 74 a, Quid Mitylenæ, quæ certe vestræ Quirites belli lege ac victoriæ iure factæ sunt: vrbs & naturā & situ & descriptione ædificiorū & pulchritudine in primis nobilis, agri iucundi & fertiles, &c. & Tusculan 164. de D. 95.

MITYLENAEI. Att. 83 b, Dicrota Mitylenæorum & 106

MIXTVS, a, um: vel MISTVS, a, um. *concretus, confusus.* de Vn. 202 a, Voluptate & molestia mixtus amor. & de N. 16 a, Ille fusus & candore mixtus rubor. Off. 43 a, Sic est in oratione mista modestiæ grauitas. I.C. 108 b, 109 a, Quartum genus sanè varium & mixtum & turbulentum Tusc. 237 a, Si ea mixta ex dissimilibus erunt.

MNEMONICA, corum. *præcepta de memoria.* ad Her. 21 & 23 b.

MNEMOSYNE, nes. de N. 70 a, Secundæ musæ, Ioue tertio & Mnemosynæ procreatæ nouem.

MOBILIS, le. *volaticus, volubilis, argutus, quod modò huc, modò illuc transfertur.* de Natura 54 b, Natura oculos fecit lubricos & mobiles. de Nat. 32 a, Mundi feruor ille purior, perlucidor, mobiliorque & ibi. Ardor mobilissimus.

¶ *Varius, fluxus, leuis, inconstans, caducus* pro Do. 243 a, Caduca, semper & mobilia hæc esse duxi. Epist. 59 a, Te tamé mobili in me meosque animo esse non sperabam. & 61 a, Nec in te animo fui mobili, sed ita stabili, ut, &c.

MOBILITAS, tis. *motus, inconstantia.* de Natura. 34 a, Sidera animalia sensu acerrimo & mobilitate celerrima esse de Or. 95 a, Linguę mobilitas, celeritas uerborum. item, Quid est inconstantia, mobilitate leuitate turpius?

MOBILITER. de N. 30 a, Cùm cor animātis euulsum, ita mobiliter palpitaret. de D. 35 a, Animus mobiliter agitatus.

☞ Syntaxis. *Mobilis oculus, animus. Animus mobiliter agitatus. Cor palpitans mobiliter. Inconstantia mobilitas, leuitas. Caducum & mobile.*

MODERANDVS, a, um: di, dum de Orato. 86 b, Actio vocis conformatione moderanda est. Officio. 28 b. Quæ pertinent ad liberalem speciem & dignitatem, moderanda sunt. I.V. 169 b, Sentio, iudices moderandum mihi esse iam orationi meæ, fugiendamque vestram satietatem. de N. 12 a, Quæstio ad moderandum religionem necessaria. de Or. 104 b, Cui populus ipse moderandi & regendi sui potestatē tradidit. de Orato. 115 a, Iudex est omni ratione ad tempus, ad causam oratione moderandus.

MODERANS, tis. Or. 202 a, Trunco magis toto se ipse moderans. de N. 70 a, Deus cœlum versans, terram tuens, maria moderans.

MODERATE, tius. *modestè, modicè.* contra Rul 46 a, Qui copiam rerum moderate ferre non possunt de Or. 112 b Si amiserit, moderatius tulisse. Ep. 78, Omnia humana placatè & moderate feramus. p Syl. 68 b, Autoritas, &c. qua moderate ego vtar &c. Ora. 214 a, Hoc genus Isocrates moderatius temperauit. Off. 36 b, In quibus eti congregamur, vti, moderate & scienter. de Fi. 49 a, Qui moderatius id volunt fieri, difficilem quandam temperantiam postulant.

MODERATIO, onis. *temperantia, temperatio, mediocritas, modus.* de Natura. 44 b. Conflagrare terras necesse sit tantis ardoribus, moderatione & temperatione sublata. & 77 a, Mundi diuina in homines moderatio. de Diuinatio. 128 a, Hoc temperatio lunæ, cœlique moderatio efficit pro Cæl. 46 b, Dum modo illa in hoc genere præscriptio moderatioque teneatur, parcat iuuentus pudicitiæ suæ. &c. Officio 71 b, Altera in confirmatione & moderatione continentiæ & temperātiæ cernitur de Orato. 111 b Languentis populi incitatio, & effrenati moderatio. pro Sest. 19 b, Quæ etiā collegę eius moderatio de me. de Or. 130 b, Adhibenda est etiam in iocando moderatio pro Fl. 15 a b, Tempestatum moderatio atq; conuersio. Or. 202 b, Tum oculorū est quædam magna moderatio. cont. Rul. 66 a, Quare adhibebitur a me certa ratio moderatioque dicēdi. de Or. 107 b, Histrio adstrictus certa quadam numerorū moderatione & pedū. pro Do. 243 a, Etenim ad uostrum vsum propemodum iam est definita moderatio rei familiaris. 140 a, Bonitas & moderatio. Off 20 a, Ordo & constantia moderatio dictorum omnium atque factorum. Of. 4 b, Ordo autem & constantia & moderatio, &c. de Sen. 77 a, Noui enim moderationem & grauitatem animi tui. Attic. 133 a, Moderatione paulo minus temperatus. Othc. 19 b, Vt in eo moderatio & temperantia appareat cum specie quadam liberali. I.A. 162 b, Si meam in dicendo moderationem, modestiamque cognoscitis.

☞ Syntaxis. *Moderate ferre. Placatè & moderatè ferre. Moderatè temperare. Quibus cum congregamur, vt vti moderatè & scienter. Moderatio ac temperatio. Præscriptionem & moderationem tenere. Continentię & temperantia moderatio. Locorū moderatio, tempestatū. Certa ratio, & moderatio. Numerorum moderatio. Ad vsum nostrum definita moderatio rei familiaris. Ordo, constantia, moderatio in omnibus rebus. Temperantia & moderatio. Moderatione temperatus. Moderatio, modestiaque in dicendo.*

MODERATOR, oris: & tatrix. *rector, gubernator.* de Orato. 44 a, Rector & moderator, & tanquam architectus tanti operis Or. 203 a, moderator ille & quasi teperator huius varietatis. Par 230 b, Disceptator.

id est, rei sententiæque moderator. Orat. 107 a, Eloquens sit personarum temporumque moderator. Tusculan. 162 a, Sol moderator & dux temporum. de Somn. 128 b, Sol dux, & princeps, & moderator luminum reliquorum. de Leg. 172 b, Dominos esse omnium rerum & moderatores deos. Epist. 20 b, Ventorum moderator quidam, & quasi gubernator. Epi. 16 b, Tu eris omnium moderator consiliorum meorum. de Na. 78 b, Diuina prouidentia fictrix & moderatrix materiæ. pro Flac. 158 a, Curia moderatrix officij. de Inu. 43 a, & Tusc. 236 b, Temperantia est moderatrix omnium commotionum. I. A. 204 a, Cæsar rempu. sibi iudicem constituit, & moderatricem omnium factorum. Ora. 199 a Semper oratorum eloquentiæ moderatrix fuit auditorum prudentia.

Moderatus, a, um. tior. *temperatus, æquabilis, constans.* de Orat. 123 a, Ego ista studia non improbo, moderata modo sint. I. A. 168 a, Id magno argumento sit, me in vtroque fuisse moderatum. pro Mur. 138 b, Doctrina non moderata, nec mitis, sed paulo asperior, ac durior, quam, &c. de D. 83 b, Qui moderato cultu atque victu quieti se tradiderit. pro Mur. 139 a, Nostri illi moderati & temperati homines, &c. & ibidem. Virtutes omnes mediocritate quadam esse moderatas Par. 120 b, Vita, quæ omni gestu moderatior, omni versu aptior esse debet. pro Mur. 127 a, Conuiuium moderatum atque honestum. de Cl. Or. 165 b, Ocium moderatum & honestum. Or. 202 a, Excursio moderata, eaque rara Epi. 199 b, Temperati moderatiq; mores. pro Cor. 56 b, & Aca. 45 a, Vir castus, moderatus, sanctus. de Orato. 152 a, Vnguentum moderatum. I. A. 189 a, Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. de Or. 111 b, Quis n. cantus moderatæ orationis pronunciatione dulcior inueniri potest? Q. F. 294 a, Vir natura ipsa moderatus.

Modero, as, & ror, aris. *modum adhibeo. tempero, guberno. certa ratione guberno, moueo, moderationem adhibeo.* de Inuent. 51 b, Moderari nauim ex scapha Par. 216 b, Regere, gubernare, moderari. pro Cor. 67 b, Sententiam aliquam tanquam nauigium aliquod ex reip. tempestate moderate. pro Fla. 148 b, Noster iesus se ipse sustentat, omnia verba moderatur. pro Syl. 182 a, Tormenta gubernat dolor, & moderatur. pro Syl. 182 a, Tormenta gubernat dolor, & moderatur natura cuiusque de Ar. 245 a, Atq; hoc si moderetur & cogitet, si contentus sit, &c. Tusc. 248 b, Tibicines, iique qui fidibus vtuntur, suo, non multitudinis arbitrio cantus numerosque moderantur. de Or. 131 b, Tempus igitur dicendi prudentia & grauitate moderabimur. Epi. 21 a, Te hortor, vt omnia gubernes ac moderare prudentia tua. Tusc. 242 a, Causæ quibus ratio moderatur. de Finib. 81 b, Moderari consilia sua officio. Epist. 114 b, Nam si hoc more moderari possemus, vt, &c. de Ora. 94 a, Quanquam moderabor ipse, ne, &c. Q. F. 297 b, Moderari vero animo & orationi, cum sis iratus, non mediocris ingenij est I A. 261 b, Sententiam suam non semper vtilitate reip. sed cum spe, tum metu moderari. pro Cæl. 38 b, Tecum agam lenius, quod pudor tuus moderatur orationi meæ. pro Fl. 162 b, Lurco moderatus est in testimonio dicendo religionis inq. Ora. 201 b, Causæ, quibus totis moderatur oratio. Attic. 80 b, Quinto togam puram iubebo dari, cui Deiotarus moderatur. de Ora. Oratio sine vinculis sibi ipsa moderatur. Par. 251 a, Auditorum aures moderantur oratori prudenti. I. V. 199 a. Venti & tempestates res rusticas moderantur. Aca. 30 b, Mens, quæ omnia moderetur, moueat, regat. de Diu. 187 a, Cum ortus nascentium luna moderetur.

☞ Syntaxis. *Rector moderator, & architectus. Moderator ac imperator. Temporum moderator & dux. Princeps ac moderator. Dominus & moderator. Deus moderator & gubernator. Fictrix & moderatrix prouidentia. Commotionum temperantia moderatrix. Index & moderatrix. Moderatus in sermone. Moderatus ac mitis. Temperatus & moderatus homo, mores. Regere, gubernare, & moderari. Prudentia moderari. Officio consilio moderari. Tua grauitas orationi mea moderatur. Mens omnia moderatur, mouet, regit. Auditorum aures moderantur oratori.*

Modeste. *moderate.* In Sal. 275 a, At in prætura modestè se gessit, & abstinenter. de Leg. 184 b, Modeste parere. cont. Rull. 94 a, In ea vestri isti satellites modeste insolentiam suam continebunt.

Modestia, stix. *modus, moderatio, pudor, frugalitas.* Off. 42, Omnium quæ fiunt, quæque dicuntur, ordo & modus, in quo inest modestia & temperantia. Ad Her. 16 b, Modestia est, in animo continens moderatio cupiditatum. Offi. 28 b, Modestia, quo in verbo modus inest. de Inu. 42 b, Modestia est, per quam pudor honestus claram & stabilem comparat autoritatem Att. 104 b, Tyronem propter humanitatem & modestiam malo saluum quam propter vsum meum Epi. 180 b, Vitæ modestia non paruum valet contra falsos rumores. I. P. 81 a, Seueritas censoria magistra pudoris & modestiæ. de Di. 94 b, Virginalis modestia. Off. 11 a. Qui virtutibus his lenioribus erit ornatus, modestia, temperantia, iustitia. Off. 28 b, Modestia sic definitur a Stoicis, vt sit scientia earum rerum quæ agentur aut dicentur, loco suo collocandarum. Off. 29 a, Modestia est scientia opportunitatis, idoneorum ad agendum temporum. Of 43 a, Si inest in oratione mixta modestiæ grauitas, nil admirabilius fieri pot. I. A. 162 b, Si meam in dicendo moderationem modestiamque cognoscitis.

Modestus, a, um, stior, stissimus. *cum modus, sui cognoscens*)). *cum modestum.* Epi. 229 a Homo frugi & modestus. Att. 214 a, & 227 a, Modestus, & frugi vir. Epist. 208 a, Nam & modestum hominem cognosces & prudentem. Att. 159 a, Pulsus est modestior rex, & probior, & integrior. pro Mur. 136 b, Adolescentia modestissima. pro Plan. 264 a, Adolescentis modestissimi pudor. cont. Rull. 82 b, Plebs optima & modestissima. pro Pl. modestissimos mores.

☞ Syntaxis. *Modeste & abstinenter. Modestia & temperantia. Modestia, est moderatio (ecce genus.) Pudor & modestia. In dicendo moderatio & modestia. Frugi & modestus homo, & contra.*

Modice. *moderatè, mediocriter.* Atti. 33 a, Minæ quæ mihi proponuntur, modice me tangunt. pro Sylla. 182 a. Quanquam a me de ea timide modiceque dicetur. de Orato. 96 a, Modice & scienter vti aliqua re. de Clar. 155 a, & in Ant. 222 a, & de Finibus 58 b, Modicè ferre aliquod malum. Par. 236 a, Genere breuiter modiceque laudato. Epist. 49 a, Sed quoniam ii fortasse arbitrarentur, me hanc rempub. non putare, si perpetuo facerem modice hoc faciam, aut etiam intra modum.

Modicus, a, um. *paucus, paruus.* Par. 125 a. Pecunia mea est ad vulgi opinionem mediocris, ad meam modica, ad tuam nulla.

¶ *Mediocris, moderatus.* de Or. 121 a. Argumenta si ex locis numeres, innumerabilia sunt, si ex rebus, valde modica. & ibidem. Generum quæstiones modicæ & paucæ sunt. de Leg. 191 a, Quæ in patribus aguntur modica sunto. *id est, modesta atque sedata.* de D. 104 a, Si modo temperatis escis modicisq; potationibus est affectus. Attic. 57 b, Sed tamen modici fuimus in apotheosi. de Fin. 131 b, Hæc ipsa nimia in quibusdam futura non fuerunt, nisi quædam essent modica natura. de Se. 84 a, Vtendum est exercitationibus modicis. Or. 203 a, Genus dicendi subtile, modicum, vehemens. Or. 204 b, Actio modica iactatione corporis. item: modica interualla.

Modificatus, a, um. *a propria natura, ad aliquem modum* (*quem vocant Græci*) *traductus & immutatus.* Par. 281 a, Verba ab oratore modificata & inflexa quodammodo de Or. 160 a, Verba illa modificata esse debebunt. de Diu. lib. 2. Gallos in omne corpus diuiso & modificato cibo, (*id est, concocto*) cantus edere, quiete satiatos. *Legitur etiam, modificato cibo.*

☞ Syntaxis. *Timidè modicèque dicere, breuiter, modiceque. Modicè & scienter vti re aliqua. Modicè, aut etiam intra modum. Modificata verba, & inflexa. Diuiso & modificato cibo in omni corpore.*

Modus, dij. *sexta pars medimni.* I. Ver. 171 b, & 59 b, Pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegit. & 165 a, Cogitur Æschrio dare tritici modios M M M D C. *id est, medimnos D C, vt supra dixeras.* & 164 b, Officio 45 b, Marcus Seius in charitate annonæ asse modium populo dedit. de Ami. 109 a, Verum est id quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, vt amicitiæ munus expletum sit.

Modo. *paulo ante memoria nostra.* Offi. 49 a, Modo enim hoc malum in hanc rempu. inuasit. I. V. 301 a, Nuper quid dico nuper? imo vero modo & plane paulo ante. Or 200 b, Quorum satis arguta multa, sed vt modo primumque nascentia, minuta nimiumq; depicta. Epi. 50 b, Modo vno tempore viri clarissimi interierunt. de Cl. 169 b, & Offi. 49 a, Modo plane annis CXL ante me consulem.

¶ *Tamen, saltem.* Att. 201 b, Contudi animum, & fortasse vici, si modo permansero. Acad. 21 b, Denique videantur sane, ne affirmentur modo. pro Fla. 159 b, Quanquam quis ignorat, qui modo vnquam mediocriter hæc scire curauit. de Orat. 122 a, Hæc omnibus qui ea mediocriter modo considerant pertractata esse possunt. Epist. 15 a, Si vos mediocris modo fortuna reip. adiuuerit. Epi. 5 b, Si Pompeius paulum modo sibi placere ostenderit. Epist. 89 b, Quæ secundis rebus delectationem modo habere videbantur, nunc vero etiam salutem. Epi. 127 a, Studia nostra, a quibus antea delectationem modo & solatium, nunc vero etiam salutem deesse non arbitramur. Ora. 199 a, Ht vnum modo quale sit suspicantur. de Orat. 161 a, Si illis paulum modo offensum est. de Or. 123 a, In hac arte, si modo est hæc ars de D. 98 b, Nemo vnquam alter Philosophus sensit, in quo modo esset autoritas. Or. 189 b Lentulus satis erat fortis orator, si modo orator. Epi. 91 b, Si modo tecti satis est Bru. 288 a, Cicero seruitutem, honorificam modo, non aspernatur. Anteq 191 b, Illi modo videant, qua ratione, &c. I. V. 62 a, Vide modo etiam atq; considera. Epi. 12 b, Vide modo, inquis, &c. & 149 a, Vt vel omnem impetum belli in me conuertere non recusem, si modo meo casu patriæ periculum morari possim. Epi. 261 a, A tergo videtur, si insiluit, posse opprimi, modo vt vrbe salua & 94 b, Modo vt tibi constiterit fructus otij tui. Or. 199 a, Potant enim qui incultè dicat, modo id elegantet faciat, eum solum Atticè dicere, *id est, si modo.*

¶ *Nunc, hoc, aliquando.* Att. 212 b, O Academiam volaticam, modo huc, modo illuc. Att. 30 b, Modo hoc, modo illud audire. de Di 93, Carneades modo ait hoc, modo illud de D. 127 b, modo hoc modo, modo illo modo affici. de N. 82, b, Modo vnum, tum autem plures 92, modo mundum, tum mentem putat, &c. I. A. 173 a, modo egens, repente diues. pro Fon. 276 b, Prouincia Galliæ constat ex ijs generibus hominum qui partim nostra memoria bella cum Ro. acerba gesserunt: partim modo ab nostris Imperatoribus subacti, modo bello domiti, modo triumphis notati, modo ab Senatu agris mulctati sunt partim, &c.

¶ *Solummodo.* Ep. 89 b, modo, pro Tantummodo.

☞ Syntaxis. *Modo, & plane paulo ante. Modo vno tempore illi interierunt. Modo ante me consul. 140. annis. Modò primumque nascentia. Modò hoc modò, modo illo modo affici. Modò egens, repente diues. Modò quater dictum.*

Modulate. *concinnè, numerosè, compositè.* de Na. 30 b, Tibiæ modulatè canentes, & fidiculæ numerose sonantes.

Modulor, aris. *metior, moderor.* de Or. 160 a, Aures hominum vocem natura modulantur ipsa. & Or. 202 a, Ipsa natura quasi modulatur hominum orationem.

Modus, di. *mensura.* Offitio. 7 b, Vt incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus. Offic. 28 b, modus autem est optimus, decus ipsum tenere. Officior. 21 b, Diligenter tenendus est modus voluptatis fruendæ. de Natura 35 b, Solis accessus & recessus, frigoris &

caloris

caloris modum temperant. Orat. 202 b, Oculorum & hilaritatis & vicissim tristitiæ modum res ipsæ, de quibus agetur, temperabunt. de Ora. 152 a, In ipso tactu est modus mollitudinis & lenitatis. Or. 203 b, In omnibus rebus vidēdum est, quatenus: etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quàm parum. pro S. Rosc. 35 a, Nullus modus est hominis occidēdi, quo ille non aliquot occiderit pro Cl. 38 b Iudicium, in quo modus non est habitus, nō mos, cōsuetudoque seruata. pro Mur. 141 a Hoc ab eo more & modo factum est Offi. 21 a, Ludendi est modus quidam retinendus, vt ne nimis omnia profundamus. Q. F 3 14 a, *ἀμφιλαφίαν* quam tu soles dicere bono modo desidero. ad Atti. 212 a, De die tantum video, & id ipsum bono modo tantum, quantum videbitur. Offic. 42, Omnium quæ fiunt, quæque dicuntur, ordo & modus de Ora. 141 b, Pictoris cuiusdam Summi ratione, & modo formarum varietate locus distinguentis. Academ. 35 a, Hæc tibi tam sunt defendenda, quàm mœnia, mihi autem bono modo. Epistol. 49 a Modice faciam, aut etiam intra modum. Epistol. 52 b, Sed habet ista res medium quendam modum. Epistol. 52 b, Sed est earum non satietas, sed modus. de Fin. 70 b, Ergo & auarus erit, sed finite. & adulter, sed habebit modum. Tusculan. 184 b, Nec magnitudinis, nec diuturnitatis modum terminat. Tusculan. 149 a, Terminare modum artis vtilitate de Finibus 49 b, Statuere modum alienæ industriæ. ad Herenn. 17 a, Statuere modum vnicuique rei pro Sylla. 176 a, Statuere modum inimicitiarum. pro Pomp. 9 a, Statuere modum Imperio. de Finibus 49 b, Constituere modum rebus infinitis. pro Syll. 175 b, Nisi tibi aliquem iræ modum constitueris, coges me, &cę pro Mar. 135 a, Definire modum alicui rei. Tusculan. 144 a, Apponere & adhibere modum. de Inuent. 51 a, modus est, in quo, quemadmodum, & quo animo factum sit, quæritur. Tuscula. 176 b, & 177 a, Est igitur ad hunc modum sermo institutus. de Inuent. 57 b. Atque ea quidem argumenta ad hunc modum tentari oportebit. de Inuent. 51 a, In qua vtrum concesseris, reprehenditur ad hunc modum. de Inuent. 43 b, Sine certarum personarum interpositione ad hunc modum, ut si quis &c de Inuen. 52 a, Quod sine ullo teste firmatur hoc modo, nemo est, &cę. de Diuinat. 133 b, Sicut sic est, sine illo modo pro Quin. quarto b, modo & ratione omnia facere, & recte & ordine aliquid fieri. Parad. 125 b, Non æstimatione censas, sed victu atque cultu terminatur diuitiarum modus. Attic. 282 a Est scilicet vtriusque rei modus, sic ut reliquarum. Offic. quarto b, His enim rebus quæ tractantur in vita, modum quendam adhibentes & ordinem, honestatem & decus conseruabimus. Officiu. 24 a, In omnibus quæ aguntur, ex eo modo quem quisque nactus est, quid deceat, exquirimus. In Anto. 226 b, Certi fines Macedoniæ, certa conditio, certissimo modo erat etiā illius exercitus. de Senectu. 95 a, Nam habet natura ut aliarum rerum omnium, sic uiuendi modum. Par. 120 b, Etiam in minimis rebus, siquidem rerum modum fingere nō possumus. animorum modum tenere possumus. & 124 b, Ex eo quantum cuique sat est, metiūtur homines diuitiarum modum. & ibidem. Quantum cuique sat est, ad id accommodatur diuitiarum modus. de Legibus 185 b, Demetrius sepulchris nouis finiuit modum. Offi. 10. 28 b, Cauendum est, etiamsi ædifices, ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas. de Or. 146 b, Vox quasi extra modum absona. de Diuinatio. 100 b, Cum lacus Albanus præter modum creuisset. In Ver. 157 a, Tamen antiquum modum sationis nulla ex parte exequi potuit. pro Flac. *Voluisti magnum agri modum censere. Attico. 216 a, De modo agri. pro Cluen. 58 a, Quibus finem fecit non numeris modus, sed auitorum autoritas.

¶ *Mensura item in Musicis.* de Or. 100 b, Vt in musicis numeri, & uoces, & modi. de Diuinatio. 120 a, Surdus uarietates uocum aut modos noscere non potest. de Legibus 177 b, Antiquus uocum modus, & uarij canendi soni & ibidem. Oculos ceruicesque pariter cū modorum flexionibus torquent. de Or. 117 b, Roscius dicebat se quo plus sibi ætatis accederet, eo tardiores tibicinis modos. & cantus remissiores esse facturum. de Som. 129 a, Illi octo cursus, in quibus eadem uis est duorum modorum, septem efficiunt distinctos interuallis sonos. Ora 216 b, Non sunt in oratione tanquam tibicini percussionum modi, sed uniuersa cōprehensio. & ibidem a, In eis singulis pedibus modus inest, aut sesquiplex, aut duplex, aut par. de Or. 97 a, Non poetico, sed quodam oratorio numero & modo & 160 a, Poetæ quos necessitas cogit, & ipsi numeri, & modi.

¶ *Versus.* Tus. 200 a, Carmen & rebus, & uerbis, & modis lugubre. & 171 a, Pressi & flexibiles modi.

¶ *Finis.* I. V. 132 b, Nos modum aliquem & finem orationi nostræ faciamus. & 137 b, Quid uero modum statuarum haberi uullum placet? atqui habeatur necesse est de Leg. 166 b, Facere modum controuersiarum. de Nat. 78 a Quinam internecioni hominum modus pararetur? pro Pom. 4 b, Itaque mihi non tam copia, quam modus in dicendo quærendus est. Epi. 73 a, & 245 a, Facere modum lugendi & 203 a, Quare faciam modum.

¶ *Conditio.* de Fin 133 a, Iam uero animus non esse solum, sed etiam cuiusdam modi debet esse. de Diui. 115 b, Num etiam si fissum cuiusdam modi fuerit, in iecore lucrum ostenditur? I. Ver. 201 b, Homines cuiusque modi. pro Flac. 254 b, Cum tabulæ ipsæ cuiusque modi sunt proferuntur. Q. de Pet. 213 a, In tot hominum cuiusque modi uitiis. de Inu. 79 a, Lex eiuscemodi sit. pro S. R. 34 b, Vereor cuiusq; modi es Rosci, ne, &c. I. V. 114 b, & 200 b, Eiusdem modi totū ius prætoriū. Aca. 25 b, Qui possit eiusdem modi existere falsum aliquod cuiusmodi hoc uerum. de Fi. 86 a, & I. V. 108 a, An eiusdē modi? Acad. 44 a, Vniusmodi & simplex. de Fin. 94 a, & I. V. 106 a, Istiusmodi res. Atti. 20 b, Istiusmodi quicquam cogitare. de Inu. 64 b, Cum res aliusmodi est ac putatur. item. Accepi eiusmodi literas, ut neuter, &c vno modo. Or. 208 a, Nec enim semper tractātur vno modo. Att. 91 a, Omni modo egi cum rege, & ago quotidie. I. V 110 a, Humano modo, vsitato more. pro muræn. 129 b, Tibicinis Latini modo. de D. 98 b. Cæteros vmbrarum vagari modo.

¶ *Ratio* Epist. 178 a, & 264 a, Peto a te maiorem in modum, vt, &c. Qu. Fr. 315 a, In maiorem modum. Epistol. 249 a, & 257 a, mirum in modum gaudeo, &c. Att. 2 b, & 27 b, & I. V. 231 a, mirandum in modum iratus est. At 74 a, mirabilem in modum & 76 b, Incredibilem in modum. de Prou. 70 a, miserandum in modum necari. I. V. 68 b, Seruilem in modum cruciari. & 250 b, Hostilem in modum. Att. 72 a, Hilarem in modum.

☞ Syntaxis. *Tibia modulari canens. Modum tenere, seruare. Temperare modum. In iudicio modum habere. Bono modo desidero. Patrio modo & ratione castiga. Terminare, statuere modum, constituere, definire, apponere, adhibere. Ad hunc modum aggressus est, hoc modo. Modo & ratione dicere facere. Ex modo & ordine honestum ac decus. Certo modo fuit Casa. copia. Finire modum, diuitis sepulchris. Extra modū sumptu prodire. Præter modum. Poeticus numerus ac modus. Modum facere lugendi. Cuiusdam modi est animus? non cuiusque modi, cuiuscemodi. Eiusdem modi. Vniusmodi, & simplex. Alius modi res est ac putatur. Omni modo bene agendum. In maiorem modum: mirum, mirandum, mirabilem, incredibilem, miserandum, seruilem, hostilem. hilarem in modum aliquid agere, torpere.*

Moechus *adulter.* Ep. 216 b Ocella nemini persuasisset se mœchum esse, nisi triduo bis deprehensus esset.

Moenia, orum. *muri vrbis.* de Nat. 79 a muri vrbis, quos vos Pontifices sanctos esse, dicitis, diligentiusq; vrbem religione, quàm ipsis mœnibus cingitis. pro Plan. 280 a, Brundusiū veni. vel potius ad mœnia accessi. pro Sest. 22 b, Tum domicilia cōiuncta, quas vrbes dicimus, mœnibus sepserunt. Ac. 34 b, Hæc tibi tam sunt defendenda, quàm mœnia. Att. 220 b, Amarum ad patriæ mœnia accedere. de Le. 168 b, Cum sese non vnis circundatum mœnibus popularem alicuius loci, sed ciuem totius mundi agnouerit.

Moerendo, do. Tus. 204 b, Vt apud Homerum quotidianæ interitusque multorum, sedationem mærendi afferunt. &c. ibidem, Intellectum est, nihil profici mœrendo.

Moerens, tis. *mœstus.* Tusc. 154 b, Illa lugubris lamentatio, fletusque mœrens. pro Syll. 131 a, P. Sylla mœrens, demissus. afflictus. Epi. 51 b, & de Or. 126 a, Nec domo mœrens ad remp. confugere possum. pro Dom. 218 b, Lugente Senatu, mœrētibus bonis omnibus. pro Cor. 66 b, Homines alienis bonis mœrentes.

Moereo, mœres. *doleo, lugeo, gemo, in mœstitia sum, voce & querelis dolorem indico.* Epist. 231 a, Nec miror, sed mœreo casum eiusmodi. Qu. Fr. 305 a, Illud mœreo, q, &c. Tusc. 171 a, At illa quis perditorum ciuium mortem mœreret. & 192, Etiamne edicere audeas, ne homines suam, meam, reip. mœrerent calamitatem. Tusc. 173 a, Cùm grauiter filij mortem mœreret Ep. 51 a, Amici. qui tuo dolore mœrent. pro Sest. 8 a, Qui tempus nimis tarde concidere mœrent. Tusc. 154 b, Nemo enim mœret suo incommodo, dolent fortasse & anguntur. Or. 203 b, Cum tristis esset Calchas, mœstior Vlysses, mœreret menelaus. I. A. 213 a. Vt nemo vnquam vnici filij morte magis doluerit, quàm ille mœret patris. I. P. 83 b, Cum omnes boni abditi inclusique mœrerent, templa gemerent.

Moeror, ris. *ægritudo, flebilis.* Tus. 213 a, At. 195 b, mœrorem minui, dolorē non potui. de Or. 126 b, Cum C. marius mœrorē, orationis meę lachrymis suis adiouaret. Ep. 59 b, & 71 b, Cùm a me exponeretur, quanto in mœrore versatus essem. At 157 a & 189 b, Iacet in mœrore meus frater. pro Sest. 18 b, Discesserat ab Asia frater meus magno squalore, sed multo maiore mœrore. Att. 180 b, Nihil. n. de mœrore minuendo scriptum ab vllo est, quod, &c. Tusc. 3, mœrore se conficere. ibid. A mœrore recreari. I. C. mœrore profligatus.

☞ Syntaxis. *Mœrendo nihil proficitur. Mœrens fletus. Mœrens, demissus, afflictus. Alieno mœrere bono, casu alicuius, calamitatem. Mœrorē minuo, non dolorem. In mœrore versari iacere, in squalore esse. (sed magis in mœrore.) Conficere se mœrore. A mœrore recreari.*

Moeste. ad Her. 20 b, Tum clementer, mœste, hilare in omnes partes commutabimus.

Moestitia, æ. *mœror, tristitia, luctus, squalor.* Tusc. 171 a, Pressi & flebiles modi qui totis theatris mœstitiam inferant. I. Au. 167 b, Tanta in mœstitia fuit, quanta, &c. Off. 29 b, Superciliorum remissio aut contractio, mœstitia, hilaritas, &c. Ora. 210 b, Resistere mœstitiæ. & 201 b, Seueritas, & quasi mœstitia orationis.

Moestus, a, um. *tristis, mœrens, sordidatus, incultus, horridus, capillatus.* de Orat. 120 b, Cum excitaui mœstum ac sordidatum senem. Postquā. 207 a, Cum eum incultum, horridum, mœstumque vidisses. Epi. 51 b, Vt tum me a rep. mœstum domus excipiebas. ad Her. 21 a, mœsto & conturbato vultu.

☞ Syntaxis. *Mœstitiam alicui inferre. In mœstitia esse. Mœstus ac sordidatus. Incultus, horridus, mœstus. Mœstus & conturbatus.*

Mola, æ *far tostum sale respersum, libatio.* de D. 116 a, Cor est iam extis, iam abscedet, simul ac molam & vinum insperseris.

¶ *Et saxum quo frumentum frangitur.* Att. 23 a, Fauonius Rhodi videtur molis potius, quam uoloni operam dedisse.

Moles, lis. in Ver. 228 a. Fons munitione ac mole lapiduum à mari disiunctus. Attico. 66 b, Aditus insulæ muniti sunt mirificis molibus. & 150 b, Ab vtroque portus cornu moles iacimus. pro Milon. 228 a, Albanorum aræ, quas ille, cæsis lucis substructionum insanis

molibus oppreſſerat. I. A. 264 a, Erit igitur extructa moles opere magnifico, inciſæ literæ diuinæ, virtutis teſtes ſempiternæ. contra Rul. 84 a, Hi capuam ſedem nouæ reipub. conſtituunt, molem, contra veterem rempub. comparant. I. C. 102 a, Vix molem iſtius iniuriæ ſuſtinebo. I. C. 124 b. Non facile tantam molem mali a ceruicibus depuliſſem. Of. 35 b, Agrorum irrigationes, moles oppoſitæ fluctibus.

MOLESTE. *grauiter*. Epiſt. 112, Sane moleſte Pompeium id ferre conſtabat. Att. 221 b, Te de prædio auiæ exerceri moleſte fero. & 15 a, Iam illud moleſte rogo, vt, &c.

MOLESTIA, æ *cura, ſolicitudo, angor, negotium, ægritudo permanens*. Toſcu. 213 a, de Ora. 141 b, Acerba ſane recordatio veterem animi curam moleſtiamque renouauit. Epiſt. 136 b, Omnes moleſtias & ſolicitudines, quibus te miſerrimam habui, depoſiti. pro Syl. 167 a, Ex huius incommodis magnam animo moleſtiam capio. pro Qu. Roſc. 50 b, Nunquam hac te cura & moleſtia liberabo. Ep. 26 b, Niſi iam ratio ipſa depuliſſet omnes moleſtias & 10 a, In moleſtia gaudeo. Epi. 261 b, Habeo etiã illam moleſtiam, quod, &c. 57 a, Eſſe in maximis moleſtijs. Ep. 47 a, & 201 b, Trahere moleſtiam ex pernicie reipub. Att. 21 a, Exhibere moleſtiam alicui. Att. 210 b, Sed in hoc ipſo habent tamen iidem faſces moleſtiam. Qu. Fra. 312 b, Nunc mihi iucunditatis plena epiſtola hoc aſperſit moleſtiæ, quod, &c. & 317 a, Deleuit mihi omnem moleſtiam recentior epiſt. de Am. 112 a, Qui mouentur, eam moleſtiam quã debent capere, non capiunt, &c. * Ep. 111 b, Ne moleſtiam tibi cum impenſa mea exhibeam.]

MOLESTVS, a, um. *grauis, intempeſtiuus, odioſus, negotioſus, laborioſus*. de Amic. 100 a, Amicitia nunquam intempeſtiua, nunquam moleſta eſt. Off. 14 b, minus alijs grauis aut moleſta vita eſt ocioſorum. pro Mur. 128 a, Prouincia negocioſa & moleſta. de Leg. 187 b, Nihil laborioſus moleſtiuſque prouincia. de N. 17 b, Labor operoſus, & moleſtus. Aca. 41 b, Academiam renouari, à te, niſi moleſtum eſt, velim. de Orat. 110 a, Nos quidem, niſi forte moleſti vobis interuenimus, veniſſe delectat. de Sen. 87 a, Cupidis talium rerum odioſum & moleſtum eſt fortaſſe carere. de Am. 199 b, Sunt enim quidam, qui moleſtas amicitias faciunt, cum ipſi ſe contemni putant.

☞ Syntaxis. *Moleſtè te rogo. Curam & moleſtiam renouare. Moleſtias & ſolicitudinibus multis aliquem habere miſerum. Moleſtias deponere, capere, depellere, habere, trahere, exhibere, aſpergere, delere. Grauis & moleſtum. Negotioſa & moleſta prouincia. Operoſa & moleſta. Odioſum ac moleſtum.*

MOLIENDVS, a, um. de Or. 127 b, Hæc fere ſunt in iudiciũ animis oratione moliendа, amor, odium, &c.

MOLIENS, tis. de Na. 16 b, Agens aliquid & moliens Deus & 17 b, Nõ ceſſans Deus, nec quæ agit moliens cum labore operoſo & moleſto. de Sen. 82 a, Senectus eſt operoſa, & ſemper agens aliquid & moliẽs, tale ſcilicet, &c. Par. 125 a, Reus corruptelam iudicij moliens. de Vn. 197 a, Mundum efficere moliens Deus terram primum ignemque iungebat, &c. pro Pla. 266 a, M. Druſus multa in rep. moliens.

MOLIOR, iris. *ago, ſtruo, conor, & quodammodo machinor, paro*. de N. 12, b, Vtrum dij nihil agant, nihil moliantur, atque ab omni curatione & adminiſtratione rerum vacent, an contra ab iis cuncta regnantur. & 12 a, Deus nulla opera molitur. Epiſt. 87 b, Agam ipſe per me, & moliar. Acad. 7 a, Vt moliatur aliquid & faciat. de Leg. 195 b, Qui aliquod munus efficere molitur. Epiſt. 5 a Nunc id ſperamus atque molimur, vt, &c. I. V. 222 b, Amplius hora iam in demoliendo ſigno permulti homines moliebantur & 253 b, Non te pœnitet pro ratione temporum ita eſſe molitum. Epiſt. 89 a, & de Fin. 59 b, Si molita quippiam eſt. pro Seſt. 3 a, moliri periculum alicui. pro Cl. 54 b, moliri inſidias alicui. & 55 b, Struere & moliri aliquid calamitatis alicui. pro S. R. 22 a, moliri aliquid mali. contra Rul. 68 a, moliri aliquid occulte. Tuſ. 151 b, moliri maiora. I. C. 104 b, Peſtem patriæ nefarie moliri. de Ar. 253 a, Quis igitur hanc optimatium diſcordiã molitur? Att. 105 b, Niſi quid occulte Cæſar per tribunos molitus erit. pro S. R. 31 b, multa ſæpe imprudẽtibus imperatoribus vis belli ac turba molitur. At. 138 b. Equidẽ illud molior, vt mihi Cæſar cõcedat, vt abſim. Or. 200 a, De quo molimur aliquid exquiſitius dicere. At. 236 b, minime obſcurum eſt, quod iſti moliuntur. & 257 a, Octauius magna molitur. pro Milon. 114 a, Si Milonem de tua vita nefarie aut nunc cogitare, aut molitum aliquando aliquid putas.

☞ Syntaxis. *Inuidiam moliri odium. Agens aliquid, & moliens Deus. Moliri aliquid cum labore operoſo & moleſto. Mundum efficit moliens Deus. Agere & moliri. Moliri & facere. Amplius menſe moliri in legendo. Moliri periculum, inſidias, calamitatem, peſtem alicui.*

MOLITIO, nis. *machinatio, fabricatio*. de N. 55 b Quæ molitio? quæ ferramenta? qui vectes? & 6 b, Tanta rerum molitio. de Vn. 196 a, Originem rerum & molitionem nouam quærens.

MOLITOR, toris. *machinator, fabricator, architectus*. de V. 197 b, Effector mundi & molitor Deus.

MOLLIENDVS, a, um. de Natura. 20 a, Sed vſu mollienda nobis dura verba ſunt.

MOLLIO, is *mitigo, moderor*. de Or. 145 a Ætas iã deflexa ad ocium domeſticarũ me rerum delectatione molliuit. de Sen. 79 b, Fabius Annibalem iuueniliter exultantem patientia ſua molliebat. Tuſc. 180 b, Poetæ molliunt animos noſtros.

¶ *Effœmino*. Tuſc. 243 b, Sed nos animum opinionibus, maloque more delinitum mollimus.

MOLLIOR, ris *liquor, liquefio* de N. 53 a, Dẽtibus mãditur, extenoatur & mollitur cibus. de N. 51 a, Frigoribus dureſcit humor, & idem viciſſim mollitur tepefactus, & tabeſcit calore.

¶ *Effœminor, ris*. I. A. 240 b, Ipſa illa martia legio hoc nuncio langueſcet & mollietur.

MOLLIPES, dis. de Di. 83 a,

Mollipedeſque boues ſpectantes lumina cœli.

MOLLIS, lis, lior, ſſimus. *tener, tractabilis, flexibilis, effœminatus*.)(*. durus & quaſi ferreus*. de Cla. 168 a, Hic inflexit orationem, & eã mollem teneramque reddidit. Or. 201 b, Oratio mollis & tenera, & ita flexibilis, vt ſequatur quocunque torqueas. de Or. 117 b, Genus dicendi molle & remiſſum. Off. 26 a, Ne quid effœminatum, aut molle, aut ne quid durum, aut ruſticum ſit. Q. F. 316 a, Infima auricula mollior. de Or. 104 a, Philoſophus mollis, lãguidus, eneruatus, omnia ad voluptatem corporis doloremque referens. de Fi. 56 b & 129 a, Voluptuarius, delicatus, & mollis. de Cla 185 a, Solutus & mollis in geſtu. Atti. 22 a, Quodammodo molli brachio obiurgare aliquẽ. pro Mil. 109 a, Molle, tenerum, fragile, flexibile. Off. li. 1, molliorem eſſe in dolore. I. V. act. 3, Vtram igitur putas legẽ molliorem? Tuſc. li. 2, Cultus molliſſimus. de Ora. li. 3, molliſſima cera. Tuſc. li. 1, Cogitationibus molliſſimis effœminamur. * de Cl. 170 b, Animus mollis, ac minime reſiſtens ad calamitates perferendas.]

MOLLITER, ſſime. *cum luxu* de Orat. 148, Recubare alicui molliter ac delicate. & Offi. 11 b, Delicate & molliter viuere.

¶ *Leniter*. Epi. 16 b, Id enim feci parcè & molliter. de Na. 52 a, Aues nidos conſtruunt, eoſque quam poſſunt molliſſime ſubſternunt. de Sen. 78 a, Quod ferendum eſt molliter ſapienti.

☞ Syntaxis. *Vſu verba mollit. Animus malo more delinitus mollitur. Mollitur cibus, humor, lege. Inflexa, mollis, ac tenera oratio. Mollis & remiſſus. Voluptarius, delicatus, mollis. Solutus et mollis. In dolore mollis. Cogitatio mollis. Delicatè ac molliter cubare.*

MOLLITIA, tiæ: & MOLLITIES, ei. *mollitudo, teneritas, lenitudo*. Par. 237 a, Lenitatem mollitia animi imitatur. de Fi. 55 b, & Tuſ. 186 b, Qui officia deſerunt mollitia animi, *id eſt laborum & dolorum fuga*. de Fi. 139 a In primo ortu ineſt mollities & teneritas quædam. Ac. 14 b, Agilitas, vt ita dicam, mollitieſque naturæ. Attic. 194 a, Noſti Niciæ noſtri imbecillitatem, mollitiem, & conſuetudinem victus. pro Syl. 170 a, Qua mollitia ſum animi & lenitate. de Le. 177 b, Ciuitatum mores lapſi ad mollitiem pariter ſunt immutati cum cantibus. Or. 202 a, mollitia ceruicum.

MOLLITVDO, nis. de Nat. 53 b, In pulmonibus ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiæ mollitudo. de Ora. 152 a, & 157 b, In ipſo tactu eſt & mollitudinis & leuitatis modus. Tuſ. 237 b, mollitudo corporis, lenitudo orationis. ad Her. 19 b, mollitudo vocis, cum eam torquere pro commodo noſtro poſſumus.

MOLLITVS, a, um. de Na. 52 a, Nilus recedens agros mollitos oblimatoſque ad ſerendum relinquit.

☞ Syntaxis. *Lenitatem mollitia imitatur. Infantis mollities & teneritas. Animi mollitia & lenitas. Mollitudo pulmonis, vocis. Mollitus ager & oblimatus.*

MOLOSSI, *populi*. de Di. 96.

MOMENTVM ti. *punctum temporis, pondus, vis, motus, item & loci veſtigium & tempori*. Epi. 88 a, Omnia momenta obſeruabimus, neque vllum prætermittemus tempus tui iuuandi. de Fin. 145 b, Nec vllo minimo momento plus ei vitæ tribui, quàm Stoici. I. A. 199 b, minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt. de D. 105 a, Paruis enim momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit. Off. 54 a, Omnia ex altera parte collocata vix minimi momenti inſtar obtinẽt. cont. Rul. 82 a, An ignoratis cætera vectigalia per leuiſſima ſæpe momẽta fortunę inclinatione tẽporis pẽdere? de Fi. 126 b, momẽta tẽporũ. pro Mur. 124 b, M. Cato diligẽtiſſime ppendẽs momẽta officiorũ oium. pro Mur. 128 a, Quęſtura vtriuſq; propemodũ pari momẽto fortis fuit. de Fi. 96 b, Nihil aliud alij momẽto vllo antepones. Aca. 47 b, Paria in cõtrarijs partibus rõnũ momenta. Ora. 211 a, Non ſemper ex eiſdẽ argumentorum momenta ſunt. de Fin. 72 b, Hoc nihil habet momenti. Ac. 31 b, Ita ſunt in pleriſq; contrariũ rõnum paria momenta. pro Mur. 139 a, Petunt aliquid publicani, caue quicquam habeat momenti gratia. de Fi. 117 a, Hæc res nullũ habet momentũ ad beatã vitã, & ibi. Qui ad appetitionẽ rerũ eſſe in his momẽta diceret. & ibi. nimium quidẽ momenti ad ſummũ bonum adipiſcendũ. de Fi. 133 a, In his momenta ſunt maxima ad beate viuendum. de Finibus 60 b, Hoc plus aut ad beatam, aut ad miſerã vitã affert momenti, quàm eorũ vtrumuis. I. V. 272 b, In rep. permagni momenti eſt, rõ atq; inclinatio temporũ. Br. 90 b, Nõ. magnopere, quanta momenta ſint in rep. tẽporũ. pro Fon. 276 b, Vt ſua autoritas aliquid apud veſtros animos habuiſſe videatur. pro Mur. 145 b, Si quid habet aut momenti commendatio, aut autoritatis confirmatio mea. In Va. 29 b, Teſtimonium tuum nullius momẽti putatur. ibi. 30 b, Id eſt maximi momẽti & ponderis. de Inu. 72 a, Magno momento eſſe ad perſuadẽdũ. pro Fon 278 b, Ad vnã quanq; rem æſtimandam, momentoq; ſuo ponderandam. de Ora. 96 b, Inuenta non ſolum ordine, ſed etiam momento quodã atq; iudicio diſponere. de N. 49 b, Aſtra forma ipſa figuraq; ſua momenta ſuſtinent. Tuſcu. 156, Elementa habent inter ſe diuiſa momenta.

☞ Syntaxis. *Obſeruare momenta. Minimis momentis maxima temporum inclinationes. Perleue momentum fortunæ. Officiorũ momenta, fortunarum, gratia. Id non habet momentum ad beatam vitam, &, In hoc eſt maximum momentum ad. Id momentum affert ad. Nullius momenti putatur. Momentum ad pondus. Id magni eſt momentum ad. Res æſtimare, momentoq; ſuo ponderare. Ordine, momento, iudicioq; diſponere.*

MOMVS, mi. *cui nihil ſatis facit, qui nihil non carpit, qui omnes reprehendit, reprehenſor, obtrectator*. Att. 80 a, Vt etiã Lugurino μώμῳ ſatisfaciam.

MONEDVLA, læ *auis, quæ monetam potiſſimum ſuffuratur, etiam eſt nomedam*

dum cupida. pro Flac. 191 a, Non plus aurum tibi, quàm monedulæ committebant. *prouerbium.*

MONENDVS, a, um. *admonendus* Nam & monendi sæpe amici sunt, & obiurgandi, & hæc accipienda amice, cum beneuole fiunt.

MONEO, es. *admoneo, suadeo, præcipio, prædico.* de Inu. 70 b, Pietas officiũ erga parentes conseruare monet. de Di. 135 b, mea causa me mones, quod non intelligam: quid igitur me mones? & 135 b, Quæ nostra causa nos mones. Q. F. 309 a, Tu me de retinenda Sestij gratia literis monuisti. Att. 181 a, Te oro, vt Terentiam moneas de testamento. Episto. 5 a, monere aliquem, vt fugiat infamiam. Offic. 8 b, monere aliquem ne aliquid faciat. de Arusp. 256 a, b, Cum dij monent de optimatium discordijs. I. C. 108 b, Sed eos hoc moneo, desinant furere. Offic. 18 b, Vt recte præcipere videantur, qui monent &c. Atti. 234 a, Id ipsum quod me mones, quę triduo ante cogitaram. de Or. 817 a, Hic Sulpitius, Me quidem (inquit) recte mones. Epi. 31 b, Ea que me ex tuis mandatis monuit, quæ, &c. Episto. 17 b, Quæ tu me mones vt caueam. ad Her. 1 a, Si te vnum illud monuerimus. Episto. 143 b. & 145 b, monere atque hortari aliquem. Epist 47 a, monente & denunciante te. I. V. 73 a, moneo, prædico, ante denuncio. Episto. 345 b, Autoritate monere. I. A. 515 b, Equidem non deero, monebo, prędicabo, denunciabo, & testabor semper deos & homines, quid sentiam.

MONEOR, ris. de Amic. 115 b. Sed quum tot signis natura declaret, quid velit, obsurdescimus tamen nescio quo modo: nec ea quæ ab ea monemur, audimus, &cæt. de Arusp. 254 a, De quo ipso nunc monemur.

MONETA, tæ. *à monendo dicta. Iuno autem Moneta appellabatur, quòd in eius ade publica moneta petunsaque Romæ cudebantur.* de Natu. 69 a, & de D. 191 a, Iuno moneta. & ibidem, De ea &cæt. I. A. 509 b, Attico. lib. 8.

MONETALIS, le. *qui monetam cudit.* Att. 165 b, Monetali autem ascripsi, quod ille ad me proconsulem, &c.

MONILE, lis. *colli ornamentum.* I. V. 108 b, monile ex auro gemmis.

☞ Syntaxis. *Te moneo de. Hoc te moneo, ne. Moneo, prædico, denuncio (testis contestamur.)*

MONIMENTVM, ti. & MONVMENTVM, ti. *ὑπομνηματισμός, memoria literę, commentarij, extructio, ornamentum, publicum opus, trophæum, moles, sepulchrum.* de Inuent. 51 a, Res quarum monimenta certa in literis extant. Episto. 67 a, Cupio quàm celerrime res nostras monimentis commendari tuis. Epistola 83 a, Nec nos quidem nostra diuinatio fallet, quam sapientissimorum virorum monimentis atque præceptis consecuti sumus. de Orato. 101 b, monimenta rerum gestarum, & vetustatis exempla oratori nota esse debent. Orato. 114 a, Qui sine vllis ornamentis monimenta solum temporum, hominum, locorum, gestarumq; rerum reliquarunt. Epi. 75 b, Nisi ista pecunia grauissimis esset certissimisque monimentis testata, cui data, quo senatusconsulto, &c. pro Rab. 93 b, Itę omnes & suppliciorum & verborum acerbitates non ex memoria nostra ac patrum nostrorum, sed ex annalium monumentis, atque ex regum commentarijs conquisiuit. de Cla. 170 a, Ipsæ enim familiæ sua quasi ornamenta & monumenta seruabant, & ad vsum, si quis eiusdem generis occidisset, & ad memoriam laudum domesticarum, & ad illustrandam nobilitatem suam. Attico. 183 b. Extare enim volebam in crudelissimos hostes monimenta odij publici sempiterna. item, Cùm ad templum monimentumque nostrum ciuitates pecunias decreuissent. contra Rul. 78 b, Prædas ac manubias suas Imperatores in monumenta deorum immortalium, atque in vrbis ornamenta cõferre. Antequam. 193 a, Tot præclaris testimonijs monimentisque virtutis comparatis. contra Rull. 86 a, Hæc tu sceleris vestigia, quam monimenta maiorum sapientię, sequi maluisti. I. Cat. 116 b, Quibus pro tantis rebus nullum insigne honoris, nullum monimentum laudis postulo. in Catilin. 116 b, In animis ego vestris omnes triumphos meos, ornamenta omnia honoris, monumenta gloriæ, laudis insignia, condi & collocari volo. pro Arch. 191 a, Aditus templorum ac monimentorum suorum carminibus exornauit. pro Domo. 135 b, monumentum quod positum est, ut esset iudicium oppressi Senatus, ad memoriam sempiternam turpitudinis. ibidé. 153 b, Quid, quod nunc apud Pontifices agis? te meam domum consecrasse, te monumentum fecisse, te in meis ædibus signum dedicasse. ibidem. 133 a, Si mea domus non modo mihi non redditur, sed etiam monumentum præbet inimico doloris mei, sceleris sui, publicæ calamitatis: quis erit, &c. in Verr. 167 a, Apud te, cuius nullum in republ. vnquã monumentum fuit. Epistola. 13 b, Non meum monumentum: non enim illæ manubiæ meæ, sed operis locatio mea fuerat. Epistol. 56 a, Monumentum ei marmoreum faciendum locauerunt. Tusculan. 154 b, monumenta sepulchrorum. de Finibus. 89 a, Elogia monumentorum. I. Ver. 144 b, & 105 a, Indicia & monumenta furtorum. de Inuen. 71 a, Statuere æterna insignia posteris, & statuere æternum monumentum, I P. 99 a, Is in macedonia tropheą posuit, quæ bellicæ laudis victorięque insignia & monumenta sunt. item: Ætas trophęis monumentisque finem affert. pro S. R. 43 a, Nec sibi quicquam patrium, ne monumenti quidem causa reliquit. pro Milon. 122 a, Horus vos animi monumenta tenebitis. *id est memoriam.* I. A 151 a, Cuius consulatus est ex omni monumentorũ memoria reuulsus. de Cl. 167 a, & Ac 1 b, & 39 b, & de D. 87 a Nota res est, & a te ipso mãdata monumentis. pro Sest. 14 a, Hæc monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur. pro R. P. 129 b, Hæc res annalium monumentis celebratur. pro Dom. 230 a, Vt annales populi Romani & monumenta antiquitatis loquuntur. & 241 a, Nullum ex ea dedicatione literarum extat monumentum. pro Planc. 179 a, Hæc de sapientissimis viris monumenta nobis literæ prodiderunt. de D. 71 b, Nihil est quod non longinquitas temporum excipiente memoria, prodendisque monumentis efficere possit. cont. Rull. 83 b, Hoc perscriptum in monomentis veteribus reperietis. pro Syl. 174 b, Publica monumenta. Qu Fr. 395 b, Studia & artes, quæ sunt nobis Græciæ monumentis disciplinisque traditæ & 598 b, Amplissimis monimentis consecrare memoriam nominis sui. Off. 11 b, Magnum est enim, eadẽ habere monimenta maiorum, eisdem vti sacris, sepulchra habere communia. Off. 53 a, Nulla eius ingenij monumenta mandata literis, nullum opus ocij, nullum solitudinis munus extat.

☞ Syntaxis. *Monimentis commendatum, testatum, mandatum. Testimonium & monimentum virtutis. Sepulchrorum monimenta. Monimentum statuere, tenere. Ex omni monumentorum memoria reuellere. Annalium monimentis celebrare. Loquuntur annales, & antiquitatum monumenta. Literarum monumenta testantur. Memoriam alicuius amplissimis consecrare monumentis.*

MONITIO, onis. *admonitio* de Am. 113 b, monitio acerbitate, obiurgatio contumelia vacare debet.

MONITOR, oris. *admonitor, magister.* de Ora. 117 b Hoc præceptum est magis monitoris non fatui, quàm acuti magistri. in Sall. 274 a, Quos ego habui omnium mearum actionum monitores. I. C. 120 a, Cęsar monitor & autor huius sententiæ. pro Muræn. 142 a, Appellare ciues per monitorem.

MONITVM, ti. *præceptum, monitio.* I. A. 261 a, Meæ aures dies & noctes omnium præceptis & monitis patuerunt. Epist. 64 b, Meis consilijs monitisque nitantur. & 70 a, Monitis præceptisque. & 145 a, Ad quem metum si deorum monitis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu coniecturaque raperemur.

MONITVS, tus. *monitio.* de Diu. lib. 2, Sortes, quæ hodie fortunæ monitu tolluntur.

MONITVS, a, um. Epist. 74 b, memoria nostræ amicitiæ, & virtute filij tui monitus.

☞ Syntaxis. *Præcepta, monitaque. Consilia monitaque. Duci monitu amicorum, non sensu & coniectura.*

MONOGRAMVS, mi. *pictus, tenuis, ociosus.* de Nat. 37 b, Epicurus monogrammos, deos, & nihil agentes commentus est

MONS, tis *alpes.* de Pro. 76 a, Nihil est iam vltra illam montium altitudinem, quod sit pertimescẽdum de N 45 b, Impendentium montiũ altitudines. & 58 b, Montes vestiti ac syluestres & 58 b, Vestitus densissimi mõtiũ. de Cl. 169 a, Mons qui Sacer appellatus est. de D. 84 a, ---*Cum tumulis Albano e monte niualis Lustrasti*---de Or. 88 a, Genus hominum in montibus ac syluis dissipatum.

MONSTRO, as. *demonstro, commonstro, ostendo, doceo, patefacio, digitum, ad rem tetendo.* Off. 11 a. Homo qui erranti comiter monstrat viam. ex Ennio. de Diu. 108 a. Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrãt viam. Epistol. 261 b, Tu, si quid librarij mea manu non intelligent, monstrabis. *id est, docebis.* de Leg. 156 a, At quam Vlysses Deli se palmam vidisse, dixit hodie monstrant eandem. Ter. * Scio vbi sit, verũ hodie nunquam monstrabo.

☞ Syntaxis. *Monstrare viam, res non intellectas.*

MONSTRVOSVS, a, um. issimus. *portentosus.* de Fin. 6 b, Alij lucifugi, monstrosi. de D. 151 b, monstrosissima bestia.

MONSTROSE de Di. 138 b, Nihil tam præposterè, tam inconditè, tam monstrosè cogitari potest, quod non possimus somniare.

MONSTRVM, ti. *ostentum, portentum, prodigium. τέρας.* de Diu 99 b, Quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur. & de Natura. 17 a, I. Ca. 104 b, Nulla iam pernicies a monstro illo atque prodigio mœnibus ipsis comparabitur. in Verr. 186 a, Non mihi iam furtum, sed monstrum atque prodigium videbatur. de Ar. 249 b, Periculum ex aliquo monstro significatum cauere. Tusc. 220 b, Dicere monstra. I. P. 86 a, Immanissimum ac fœdissimum monstrum.

☞ Syntaxis. *Præposterè, inconditè, monstruosè dicere. Monstrum & prodigium (de homine) Monstra loqui (de re.)*

MONTANVS, a, um. cõt. Rul. 85 a, Ligures montani, duri, & agrestes. p Do. nullum est in hac vrbe collegium, nulli pagani, aut montani.

MONTIVAGVS, a, um. Tusculan. 244 a, Non montiuagos & syluestres cursus patiuntur.

MONTOSVS, a, um. *montuosus.* pro Planc. 163 a, Aspera montosa regio. Par. or. montosus locus.

MONTVOSVS, a, um. *vel potius.* MONTOSVS. de Am. 109 a, Locis montosis delectamur, & syluestribus.

MONVMENTVM, ti. *vide.* MONIMENTVM. I. A. 563 b, Placet mihi militibus qui pugnãtes occiderunt, monumentũ fieri quàm amplissimũ. I. A. 197 a, An illa non grauissimis ignominijs, monumentisque huius orationis ad posteritatis memoriam sunt notanda, q. M. Antonius, &c. & 102 a, Clarissimum monumentum clementiæ tuæ.

☞ Syntaxis. *Monumentum factum fortiter occumbentibus, in bello.*

MOPSVS, *Argiuorum rex, & vates.* de N. 27, de D. 98 b.

MOPSVHESTIA, æ. vel MOSHESTIA, vel MOPSHESTIA potius, *vrbs a Mopso condita, ab eoque sic appellata, & ager in Cilicia.* Epistola. 38 b, de Diuinatio. 98 b.

MORA, rę. *cunctatio, dilatio, prolatio, tarditas, retardatio, procrastinatio, tergiuersatio, sustentatio.* de Inue. 80 b, Deinde verum statim fieri necesse sit, an habeat aliquam moram sustentationem. Att. 183 b, Multam mihi morã afferunt. I. A. 199 b, Ista legatio morã & tarditatem afferet bello. in Verr. 170 a, Vt supplicij aliquam paruam moram

possèt afferre. Attic. 31 b, De Publio autem quod perscribi oportet, moram non puto esse faciendam. Epistol 156 b, Propter tarditatem sententiarum, moramque rerum. pro Syll. 178 a, Venire omnes suas possessiones maluit, quàm vllam moram fieri cuiquam creditorum suorum. I.V. 270 a, Non modò effugium, sed ne moram quidé mortis assequi potuit. Attic. 276 b, Omnino Pansa viuo celeriora omnia putabamus, nunc per auspicia longam moram video. pro Cecin 286 a, Qui igitur conuenit, quæ causa, &c. eandem esse moram ad iudicandum? pro Cecinn. 286 a, Moram ad condemnandum acquisisse. Attico 215 a, Non enim puto tam expeditam iudicium, ut non habeat aliquid moræ. pro Rabir. 91 b, Cum ad iudicij moram familiaris funeris excusatio quæreretur. I.V. 269 b, Moram supplicio quęrere. pro Cecinn. 285 a, Iudicandi iustam moram ac religionem iudicibus inijcere. I.C. 99 a, Dixisti paululum tibi esse etiam nunc morę, quod ego viuerem. pro Milo. 111 b, Quid ergo erat morę & tergiuersationis? Episto. 188 b, Habeo paululum moræ, dum promissa militibus persoluo. Academ. 39 a, Quod cum audiuissemus, nullam moram interponendam putauimus, quin videremus, &c. de Inu 44 b, Inferre moram & impedimentum alicui. Asin. Epist. 163 a, Esse in mora, *id est, morari & detinere aliquem, vel inferre moram & impedimentum alicui.* Brut. 288 b, Quod ego, vt debui, sine mora feci. I.Cat. 111 a, & Epist. 117 b, Illi sine recusatione, ac sine ulla mora negociũ susceperunt. Attic. 177 a, Sine mora facere aliquid, abiecta omni cũctatione. Orato 201, Distincta alios, & interpuncta, interualla, moræ, respirationesque delectant. I. A. 224 b, Tu nullam moram interposuisti, quin quàm primum maximo gaudio frueremur. I. Ant. 205 b, Quæ cum viderem, nullam moram interponendam insequendi M Antonium putaui. & 206 b, Vtinam hęc legatio nihil haberet moræ. & 217 b, Tu omnes moras interponis, quibus infirmetur Brutus. At. 81 a, Tibi, vt video, & spero, nulla ad decedendum mora. & 81 b, In his γλυκύτατον illud confirmas, moram mihi nullam fore. de Fat. 307 a, Comitia sine mora futura videntur. * pro Sest. 200 a, Ille se affirmare postero die moram nullam esse futuram.]

☞ Syntaxis. *Moram & sustentationem habere, afferre, facere, vt creditoribus: assequi acquirere, inijcere, interponere inferre. Esse alicui in mora. Sine mora & abiecta cunctatione, synonyma.*

MORALIS, le. de Diuinat. 140 a, Nos eam partem philosophiæ de moribus appellare solemus: sed decet augétem linguam latinam, nominare moralem.

MORATVS, a, um. *moribus præditus & perpolitus, constitutus, institutus.* de Ora. 92 a, Ea, sine quibus ciuitates nec esse, nec bene moratæ esse possunt. de Clar. 165 b, Bene morata, & bene constituta ciuitas. de Senectu. 90 a, Optime morata ciuitas. pro Milo. 120 a, Genus hominum optime moratum. Par. 237 a. Quemadmodum quis institutus moratusve fuerit. Tuscu. 177 a, & de Finib. 62 a, Quotusquisque philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus, vt ratio postulat? de Orato. 125 a, Probus, bene moratus, & bonus vir. de Amicit. 107 b, & 105 a, & 106 b, Bene moratus, bene institutus, qui commodis est moribus, cui mores emendati sunt. de Diuinat. 94 b, O poema tenerum & moratum, atque molle. Officio. 41 a, Apud etiam maiores nostros fruendæ iustitiæ causa videntur olim bene morati constituti reges.

☞ Syntaxis. *Ciuitas bene, optimè morata. Institutus ac benè moratus. Ita moratus, ut, &c. Probus, bene moratus, vir bonus. Tenerum & moratum poema.*

MORBOSVS, a, um. Tusc. 220 b, Maiores nostri iracundos solos, morbosos nominauerunt.

MORBVS bi. *ægrotatio, inualetudo, malum.* I. C. 103 b, Vt homines ægri morbo graui, cum æstu febrique iactantur, si aquam gelidam biberint prius releuari videntur, deinde multo grauius vehementiusque afflictantur: sic hic morbus, qui est in repu. releuatus istius pęna, vehementius reliquis viuis ingrauescet. Tusculan. 191 b, Qui in morbo sunt, sani non sunt. & 192 a, Corpus quod in morbo est. Officio. 17 a, Medici leuiter ægrotantes leuiter curant, grauioribus morbis periculosas curationes & ancipites adhibent. pro Cl. 54 b, & I.C. 103 b, Is ibi in morbum incidit, ac satis vehementer diuque ægrotauit. Epist. 156 b, Is in morbum grauem & periculosum incidit. Epist. 217 a, Ille in morbum incidit, ex quo non conualuit. Tusculan. 165 a, Cadere in morbum. Epistol 201 a, Grauius ægrotant ij, qui cum leuati morbo videntur, in eum de integro inciderunt. Postquam. 198 b, Bona valetudo iucũdior est eis, qui e graui morbo recreati sunt, quam qui nunquàm ægro corpore fuerunt. de Diu. 94 a, Qui sunt morbo graui & mortifero affecti. I.P. 98 a, Qui cum vno genere morbi affligerétur, neque se recreare quisquam posset, cum semel incidisset, dubitabat nemo, &c. de Fat. 145 b, Vt in eo qui mortifero morbo vrgetur. de Diuina. 511 b, Medicus morbum ingrauescentem ratione prouidet. & ibidem a, Num vates acutius conijciet morbi naturam, quã medicus? & ibidem. Ægrotus euasi ex morbo pro Plan. 278 b, Si me vis aliqua morbi, aut natura ipsa consumpserit, tamen, &c. pro Syll. 181 b, Ex magnis & diuturnis, & iam desperatis reipub. morbis ista repente vis erupit, vt ea confecta & eiecta, conualescere aliquando & sanari ciuitas posset. de Natura. 77 a, Hunc igitur ne Æsculapius misero diuturnoque morbo intabescentem interemit. Tuscula. 215 b, Animi valentes morbo tentari non possunt, corpora possunt. de Natu. 37 b, Deus nec morbum metuens ex defatigatione membrorum. ad At. 169 a, b, Tu quartana cares, & nouum morbum remouisti, sed etiam grauedinem, ad Attico. 169 a, Valetudinem tuam iam confirmatam esse & a vetere morbo, & a nouis rationibus gaudeo. Tusculan. quæstio. 215 b, Morbo teneri. Attico. 104 a, Pyliam in idé genus morbi delapsam audiui. Attico 173 b, Tulliæ meæ morbus & imbecillitas corporis me exanimat. pro Clu. 29 a, In morbis corporis vt quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus adhibetur. pro Cluen. 22 a, Mulier oppressa morbo est. Epist. 107 b, Morbi senescentis remissio. Tuscul. 113 b, Cum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis in corpore, morbi, ægrotationesque nascuntur & ibidem. Ex perturbationibus morbi conficiuntur, quæ vocant illi νοσήματα. Att. 237 a, Cùm hominem temperantem, summum medicam tantus improuiso morbus oppresserit. de Fin 85 a, Tanti aderant morbi vesicæ & viscerum. de Fin. 61 a, Nec verò quisquam stultus non horum morborum aliquo laborat, *id est, animi vel corporis.* Epistol. 107 b, Ego autem cùm omnes morbos reformido, tam quòd tum Epicurum tuum Stoici male accipiunt, quia dicãt δυσεντερικὰ καὶ δυσουρικὰ πάθη, molesta esse quorum alteram edacitatis morbum putant, alterum etiam turpioris intemperantiæ. Ep. 107 b, Ego hic cogito commorari quoad me reficiam, nam & vires & corpus amisi, sed si morbum depulero, facilè illa reuocabo. I. V. 95 a, Nam ille quoque sodalis illius erat in hoc morbo & cupiditate. Episto. 17 a, Quod morbo impeditus in Ciliciam non transierit. pro Syl. 177 a; Quas oras quasi morbus quidã illius furoris peruaserat. de Orato. 125 b, Mederi morbo alicui. de Finib. 144 b, Bonum valetudo, miserum morbus. de Diuinat. 8 a b, Mirari licet, quę sint animaduersa a medicis herbarum genera: quę radicum, ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera. de Vniuer. 167 b, Nullus morbus mundum potest, aut senectus affligere. de Dio. 137 b, Medici ex quibusdam rebus & aduenientes morbos, & crescentes intelligunt. nonnullæ etiam valetudinis significationes, vt hoc ipsum, pleni, enective simus, ex quodã genere somniorum intelligi posse dicuntur. In Anto 216 a, Aliquis infirmus ex graui & diuturno morbo. In Anton 216 a, Contra vim grauitatemque morbi contendit, vt ad castra perueniret. In Anton. 227 b, Alter nondum ex longinquitate grauissimi morbi recreatus est. de Senect. 91 a, Facilius in morbo incidunt adolescentes, grauius ęgrotant, tristius curantur.

☞ Syntaxis. *In morbo esse, in morbum incidere, cadere. Ex morbo conualescere. Morbo affligi, vrgeri, tentari, affici, leuari, è morbo recreari, euadere. Morbo teneri. In morbum delabi. Remouere morbum. Opprimi morbo. Morbus & ægrotatio. Morbum depellere. Ex grauissimi morbi longinquitate recreari.*

MORDAX, cis. *aculeatus dentatus.* de Ora. 131 a, Lacerat lacertum Largij mordax Memmius.

MORDEO, des *figo, carpo, perstringo.* Attic. 207 a, Valde me momorderunt Epistolæ tuæ de Attica nostra. pro S R. 27 b, Alij canes & latrare & mordere possunt. Att. 175 a, Si qua sint in tuis literis quæ me mordeant. Episto. 15 a, Par pari referto, quod illam mordeat. Tusc. 208 a, Si paupertas momordit, si ignominia pupugit. Attico. 91 b, Qui scribis mordere te interdum, quòd non simul sis. Epistol. 44 b, Neque non me tamen mordet aliquid, &cęt. Episto. 178 b, Si frenum momorderit.

MORDEOR, ris Tusc. 218 b, Morderi est melius conscientia.

MORDICVS. *arctè, constanter.* Ac. 13 b, Perspicuitas, quam mordicus tenere debemus. de Fi. 113 b, Verba tenent mordicus.

¶ *Morsim.* Q F. 324 a, b, Auriculam fortasse modicus abstulisset.

MORIBVNDVS, a, um. *moriens* I. INTERRVPTVS. pro Sest. 21 b, Tribunum plebis plus viginti vulneribus acceptis, iacentem moribundũque vidistis.

MORIGEROR, aris *morem gero, obsequor, satisfacio placeo.* Or. 212 a, Voluptati autem aurium morigerari debet oratio. I. Mos.

MORIENDVM de Senect 92 a, Moriendum certe est, & id incertum, an eo ipso die.

MORIOR, eris. *emorior, cado, occido, intereo, decedo, animam ago, naturæ satisfacio, vitam pono, mortem obeo, mortem oppeto, de vita decedo, è vita, ex vita, a vita discedo, recedo, migro, emigro, demigro, excedo. vitam amitto, vita me deficit, vita priuor, vitalia lumina linquo, animam amitto, efflo, ago, vitam dimitto, reddo, extremum vitæ spiritum edo, vitam pro patria profundo, desero, ab hominibus demigro, eripior: ago supremum diẽ vitæ. confeco extremum vitę diem morte, desciscο è vita, vitam naturæ reddo tanquam vsuram reddo, intereo, dissipor, dissoluor, vitam cum morte commuto, mortem occumbo, diem obeo, extinguor, extremum spiritum effundo, ex corporis vinculis tanquam ex carcere euolo, mortem capio, de vita exeo.* Epi. 80 b Ita in viuere, vt non sit viuendum, miserrimum est. mori aũt nemo sapiés miserũ duxit ne beato quidem. de Sen. 94 a, Sapiétissimus quisq; ęquissimo aĩo moritur, stultissimus iniquissime. Att. 139 a, Videbatur vel mori satius fuisse, quam esse cum ijs. pro Q 3 a, Moritur in Gallia Quintius, & moritur repentinò. Epist. 165 b, Auiam tuã senio desiderio tui mortuam esse. Att. 2 b, Ea vulnere mori. Postqu. 204 b, Nunquam vestrorum in nos beneficiorum memoria ac fama moriet. pro Cęl. 53 b, Vt iste interpositus sermo deliciarũ desidięq; moreret. I.P. 99 b, Ne suauissimi hoĩs memoria moreretur de Sen. 92 a, Adolescẽtes mori sic mihi vr, vt cũ aquę multitudine vis flãmę opprimit, senes aũt sic, vt sua spõte, nulla adhibita vi, cõsumptus ignis extinguitur. Ep. 122 b, Mori & agere animã.

☞ Syntaxis. *Mori repentino, desiderio sui, ex vulnere. Moritur fama, sermo, memoria.*

MOROR, aris. *commoror, maneo, cunctor, in mora sum.* Episto. 254 a, Tu quod adhuc Brundusij moratus es, valde probo. & 192 a, Diutius morari aut expectare præsidium non necesse habui. Ep 172 a; Dabo operam, ne Antonius in Italia moretur. & 178 b, Ego in Italia morabor. Epist. 242 a, Tempus etas tridui quod in his castris morabar,

in magno officio & necessario mihi ponendum putaui. Attico. 76 b, Moratus triduum Laodiceæ, & totidem dies Sinadæ, audiui, &c. Atti. 154 a. Beutus valde moratus non tergiuersant, sed expectans. &c. Attico. 09 a, Quàm vellem nunc in prouincia morari. de Orato. 249 b, Cum Athenis diutius essem moratus. I.C. 101 b, Si hic mora ti æquo animo non potes, abi in alias terras. Att. 197 a, Publia scripsit se tuam (si ego paterer) moraturam. de Som. 127 b. Quid moror in terris. I P. 85 a, Nec est passus, in reipubl. diutius vestrorum scelerum pestem morari. Attic. 130 a, Cum constituisses ad me venire, miror quam ob causam moratus sis.

¶ *Retardo, moram affero, moytio, moram & impedimentum infero.* Att. 182 b, Multa cum in Asia dicuntur morari. Ep. 251 a, Si me nauigatio non morabitur. I. A. 199 b, Tamen legatorum nomen belli celeritatem morabitur & 201 a, Hem, cui legatos mittamus, cu ibellum moremur inferre. de Diu. 84 b,

Hæc tardata diu species, multumque morata,
Consule te tandem celsa est in sede locata.

in Vatin. 31 a, Morari aliquem conscedentem. Att. 215 a, Ego morabar te. Ep 27 b, Curtius cogitabat dibaphum, sed eum infector moratur. & 26 b, Nisi quid me Etesiæ morabuntur. & 93 b, Si quid est vel impediet, vel morabitur. Atti 212 a, Libri ad Varronem nos morabitur. Ep. 148 b, Si modò meo casu reipu. periculum morari possim. Tusc. 173 a, Cum enim illam ad sollenne sacrificium curru vehi ius esset morarentur iumenta, &c. I. V. 224 b, Hic iste omnia, ne multis morer, asportanda curauit. *id est, ne te pluribus teneam.* Att 217 a, Balbo placebat, propinquum diem, & Romæ si Cæsar moraretur, posse in diem tertium differre.

☞ Syntaxis. *Moratus & tardatus diu. Nisi quid ille te moretur impedire & morari. Periculum alicui morari.*

Morose. *fastidiosè, importunè* de Cla. 186 b, M Piso iracundius respuebat ineptias hominum, siue morose, ut putabatur, siue ingenuo libe roque fastidio.

Morositas, tis. *difficultas.* Officio. 18 a, Ne si irascamur aut intempestiue accedentibus, aut impudenter rogantibus, in morositatem inutilem & odiosam incidamus. de Senect. 90 b, At morositas tamen habet aliquid excusationis.

Morosus, a, um. *difficilis, subinhumanus, importunus.* Epistola. 102 a, Morosi sunt qui amant. Orato. 206 a, Vsque eò difficiles & morosi sumus, vt nobis satisfaciat ipse Demosthenes. Attico. 7 b, & de Orator. 132 a, Genus cauillandi morosum. Attico. 39 a, Mirabiliter enim morosus est *aliter, moratus.* de Senectut. 90 b, At sunt morosi, anxij, iracundi, & difficiles senes. Attico. 134 b, Stomachosa & submorosa ridicula. & ibidem. Homo morosus. Quint. fratr. 309 b, In defendendo moroso homini cumulatissime satis fecimus.

☞ Syntaxis. *Difficilis & morosus. Morosus, anxius difficilis. Ridicula, stomachosa & submorosa. Non morosè, sed libero, ingenuoque fastidio.*

Mors, tis. *interitus, occasus, fatum, lethum, exitus discessus, sic vitæ alicuius dies, discessus, excessus è vita, extremus vitæ dies, excessus fatum mortis fatum extremum, supremum, dissolutio finis.* Tuscu. 152 a, Sunt qui discessum animi a corpore putent esse mortem: sunt qui nullum censeant fieri discessum, sed vnà animum & corpus occidere, animumque cum corpore extingui. Tusculan. 169 b, Mortem esse migrationem in eas oras, quas qui e vita excesserunt, incolunt. Tuscu. 154 a, Mortem non interitum esse omnia tollentem atque delentem sed quandam quasi migrationem commutationemque vitæ. & 168 a, Somnus est imago mortis. pro Sest. 13 b, Cum sit omnibus definita mors, optãdum est, vt uita quæ necessitati debetur, patriæ potius donata quam reseruata naturæ videatur. pro Milon. 121 a, Mortem, naturæ finem esse, non pœnam. pro Quint. 9 a, Mors honesta sæpe vitam turpem exornat, vita turpis ne morti quidem honestę locum relinquit. I. C. 118 b, Nec enim turpis mors forti viro potest accidere, neque immatura consulari, nec misera sapienti. de Legibus. 162 a, & de Finibus. 135 b, Mors fugitur quasi dissolutio naturæ. Episto. 93 b, Omnium rerum mors est extremum in Anto. 163 b, Mortem omnibus natura proposuit. Officio. 16 b, Mors seruituti turpitudinique anteponenda est. Antequam. 196 a, Neque enim mors miserãda est, quæ ob rempub. capitur. I. C. 123 a, Mors quam illi mihi minitantur, omnibus est parata. de Senectut. 61 a, Omni ætati mors est communis. Tusculan. 168 a, Mors propter incertos casus quotidie imminet, & propter vitæ breuitatem nunquam longe potest abesse. de Finib. 361 a, Mors quæ quasi saxum Tantalo semper impendet. I. Cat. 119 a, Mortem a dijs immortalibus non esse supplicij causa constitutam, sed aut necessitatem naturæ, aut laborum, aut miseriarum finẽ esse itaque eam sapientes nunquam inuiti, fortes etiam sæpe libenter appetiuerunt. Epistol. 180 a, Nunquam honesta mors fugienda, sæpe etiam appetenda est. in Anton. 219 b, Turpis fuga mortis, omni est morte peior. de Finibus. 85 a, Præclarę mortes sunt Imperatoriæ. Episto. 56 a, Et cui inimici propter dignitatem pepercerant, inuentus est amicus qui ei mortem afferret, pro S. R. 24 b. Qui mortem obtulerit parenti. Episto 56 a, Vir clarissimus ab homine teterrimo acerbissima morte est affectus. pro Cl. 53 b, Homines inimicos suos morte affici uolunt. de Cl. 173 b, Carbo morte voluntaria se a seueritate iudicium vindicauit. in Anton. 203 b, Alexander tertio & trigesimo anno mortem obijt. I. Ver. 176 b, Consciscere mortem sibi ipsi. Tusculan. 173 b, Mortes oppetitæ. pro Sest. 21 a, Morte obita, Tusc. 169 a, Mitti ad mortem. & 170 a, Duci ad mortem. Officio. 47 b, Patronos vero se vios, aut clientes appellari, mortis instar putant. pro Dom. 232 b, Vidi prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris. pro Cecinn. 267 a, Sicut is in morte sua testamento declarauit. Quint. Fratr. 305 b, Lachrymæ meorum me ad mortem ire prohibuerunt. in Anto. 221 b, Et huic & multis alijs mors ob rempub. habita honori fuit. & 245 b, Mors necessitatem habeat fati: aut si ante oppetenda est, operatur cum gloria in Ant. 264 a, O fortuna mors quæ naturæ debita pro patria est potissimum reddita. de Amicitia 98 a, Non enim assentior ijs, qui hæc nuper disserere cœperunt, cum corporibus animas simul interire, atque omnia morte deleri.

☞ Syntaxis. *Mortem alicui afferre, offerre. Morte afficere, Mortem sibi consciscere. Morte oppetita, obita. Comploratâ morte visum insequitur.*

Morsus, sus. *dentium ictus, vel rostri.* Offic. 36 b, A bestijs ictus, morsus, impetus. de Finibus. 83 b, Viperinus morsus Tuscula. 186 b, Acer morsus doloris & 212 a, Vt ægritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat. Offic. 37 b, Acriores sunt morsus intermissæ libertatis quam retentæ. Attic. 190 b, Recordatione quasi morsu quodam dolorem efficiunt. de Diuinat. 85 b, Quid aristolochia ad morsus serpentum possit. & 82 b, Herbæ ad morsus bestiarum. Tusc. 243 b, Certare pugnis, calcibus, vnguibus, morsu de Fat. 149 b. Philoctetes vulceratus serpentis morsu. de Senectut. 88 a, Et contra auium minorum morsum, munitur vallo aristarum. de D. 121 b,

Cui ferus immani lacerauit viscera morsu.

Mortalis. le. *dissolubilis, morti opportunus.* de Natu. 65 b, Omne animal mortale & dissolubile est. de Vniu. 201 a, Homines mortali conditione esse generatos. in Anto. 264 a, Ita pro mortali conditione vitæ immortalitatem estis consecuti. de Senectu. 93 b, Animum dum in corpore mortali est, uiuere. & ibidem. Animum non esse mortalem de Leg. 168 b, Quod mijs mortale & caducum, quod diuinum æternumque sit. de Nat. 6 a, Plato fecit mundum mortalem. Offi. 24 b, Fortuna nonnunquam ipsa mortalis cum immortali natura pugnare videtur. pro Rab. P. 127 b, Nec me pœnitet mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere.

¶ *Homo.* pro Dom. 233 a Quod & senatus, & populus Rom. & omnes mortales iudicarunt. I. P 100 a, Omnes mortales omnium generum ætatum, &c. de Natura. 77 b, Atque hoc quidem omnes mortales sic habent, &c de Finib 65 a, Omnes mortales qui vbique sunt. I. V. 147 a, Vt omnes mortales videre possint &c. pro S R. 34 b. Vt ab omnibus mortalibus audacia tua cognosceretur. p Dom. 225 a, Cum eius mœror inauditus omnibus mortalibus miserabilis, videretur. de Ar 257 a, Qui sit vnus omnium mortalium, sine vlla dubitatione deterrimus Par. 118 b. Quo beatius esse mortali nihil potest. Anteq 197 b, Miserrimi mortalis casum subire. pro Fl 134 b, Quem nemo qui mortalis esset, audiuit I. V. 130 a, Nemo omnium mortalium. & 272 b, & 55 b, Defendo multos mortales. pro S. R. 20 a, Quæ sit omnium mortalium expectatio, vides.

☞ Syntaxis. *Morsus acer, viperinus. Mortale ac dissolubile. Mortale & caducum. Mortales inimicitiæ. Mortalium omnium expectatio.*

Mortalitas, tis. *mortalis vitæ conditio, naturæ communis fragilitas* de N 7 a Omne quod ortum est, mortalitas cõsequitur. Oct. 130 a, Supra mortalitatem tuam tibi sunt omnia tributa.

Mortiferu. a, um. *mortem, afferens, perniciosus, pestifer.* de Diuinat. 94 a, Qui sunt morbo graui & mortifero affecto. Tuscul. 163 b Mortiferum poculum. pro Sest. 12 b, Plaga insanabilis illa mortifera. in Vati. 33 a, Plaga mortifera. pro Syll. 181 a, Accepit P. Sylla vehemens & mortiferum vulnus. de Diu. 121 a, Emissio maris anguis erat mortifera Corneliæ. Ac. 30 a. Cur Deus mortifera tam multa terra marique disperserit. de Le. 272 a, Pręcepta, quę imperiti pro salutaribus mortifera conscripserunt.

☞ Syntaxis. *Mortifer & grauis morbus. Plaga mortifera vulnus, poculum.*

Mortuus, a, um. *morte deletus, sensu ac vita carens, qui mortuus est, qui ex hac vita migrauit, è vita excessit, consumptus.* At. 195 b, Amo illum mortuum, tutor sum liberis. de Legi. 182 a, Homini mortuo ne ossa legito. de Or. 106 b, Si causam ageres militis, patrem eius dicendo a mortuis excitares. pro Qu. 9 a, Is non modo ex numero viuorum exturbatur, sed etiam si fieri potest, infra mortuos mãdatur. Posthu. 200 a, Infra omnes mortuos mandatus esset. pro Milon. 16 a, Inferre mortuum in domum alicuius. I. P. 98 b, Cum tu quod tibi succederetur, exanguis & mortuus concidisti. de Sen. 82 b, Athletæ senis lacerti mortui sunt. de Cl. 168 a, Themistocles veneno poto mortuus concidit. Quint. Fratr. 303 a, Quædam effigies spirantis mortui. pro Milon. 119 b, Excitare aliquem a mortuis. Attico. 34 a, Cum Cæsar venisset mortuo plausu.

☞ Syntaxis. *Exanguis & mortuus concidit æger. Plausu mortuo.*

Mos, moris. *consuetudo institutorum, disciplina, vsus, ritus, modus.* de Or. 91 b, Hic enim est mos patrius Academię, aduersari semper omnib. in disputando. de Cl. 271 a, Mos est hominum. vt nolint eundem pluribus in rebus excellere. I. V. 249 a, Cum oẽs, vt mos est, ut fieri solet, concurrerent. & 241 a, Nã ut mos fuit Bithyniæ regib. lectica octophoro ferebat. Ac. 30 a, Vt mos amicorum est. I. Ve. 89 b Tum ille negauit moris esse Græcorum, vt in conuiuio virorum accumberent mulieres. Ep. 194 b, Sed qa mos est ita faciendi, rogo. Off. 47 a, Quod in patrijs est moribus multorum causas gratuito defendere. cont. Rul. 66 a, Est hoc in more positum, institutoque maiorum, vt ij qui, &c. At. 209 b, Quę aũt his temporibus scripsi, Aristotelicum morem habẽt. Offi. 26 a, Nostro quidem more cum parentibus puberes filij non lauantur. Offici. 30 a, Quæ morẽ aguntur institutisque ciuilibus. pro Mur. 124 a, More institutoque maiorum, &c. pro Cę. 286 a, Causam more institutoque omnium defendi. pro Q. 11 b, Ita tamen more & instituto per Tribunũ. Off. 30 a, Contra morem consuetudinemque

ciuilem aliquid facere. pro Cl. 37 b, Non mos consuetudoque seruati. pro Cecin. 285 a, Vis moribus facta. & 288 b, Vt de fundo Cecinna moribus deduceretur. *id est, more & consuetudine.* & 290 a, Vt moribus deductio fieret. de Orator. 96 a, Et nostro more aliquando, nõ Rhetorico loquamur. contra Rull. 72 a, Iam hoc inauditum & plane nouo more vti, &c. de Cla. 176 b, Non antiquo illo more, sed hoc nostro eruditus. pro Cecinn. 291 b, Prætor quemadmodum more & exemplo opitulari possis, non babebis. in Verr. 125 a, Hoc insecto me tu iudicibus nullo more, nullo exemplo, ecquã rem putatis esse? &c. Attico. 159 a, Pompeius Syllano more exemploque vincet. Orato. 199 a, Inclinata vlulantique voce Asiatico more canere. & 217 a, Placet dici omnia Isocrateo Theopompeoque more. de Vniue. 195 a, Multa sunt a nobis in Academicis, Carneadeo more & modo disputata. de Diuina. 98 b, Cæteros vmbrarum vagari modo. pro Cęl. 44 a, Agere illo austero more & modo. pro Muræna. 141 a, Hoc ab eius amicis more & modo factum est. in Verr. 110 b, & pro Muræn. 129 a, Humano modo, vsitato more. Epistola. 514 b, Nam si hoc more moderari possemus, vt, &c. Attico. 223 b, Nostro more ne patiamur intermitti literas. pro Flacc. 148 b, Quæ accusatorio iure & more sunt facta. Epistola. 188 b, Etsi more magis hoc quidem scribo, quàm quo te admonendum putem. pro Cæl. 45 b, More meretricio viuere. de Inuent. 42 a, More bestiarum vagari. pro Quint. Rosc. 54 a, Nisi fore tu peruerso more id facis. Tusculan. 154 b, Vitioso more efficiquidpiam. de Orator. 93 b, Non grauabor breuiter meo more quid quaque de re sentiam dicere. de Finibus 67 a, Suo more loqui. & ibidem. Voluptas in corpore, omnium Latinè loquẽtium more ponitur. de Orator. 80 a, Dicendi ratio in medio posita, communi quodam in vsu atque hominum more & sermone versatur. de Sen. 98 a, Gigantum more bellare cũ dijs. I. V. 98 b, Fit sermo inter eos & inuitatio, vt Græco more biberetur. Orator. 201 a, Ad morem dicendi rhetorum exercere aliquem, &c. Hor. 42, In morem Salium, Officio. 13 a, Apud Platonem est, omnem morem Lacedæmoniorũ inflammatam esse cupiditate, vincendi. pro Flacc. 146 a, O morem præclarum, & disciplinam, quam à maioribus accepimus. de Inuen. 82 b, Perducere aliquid in morem. de Orato. 116 a, Qui hoc primus in mores nostros inducit. & 151 b, Græcorum prudentiã posse ad nostrum morem usumque transferri. Tusculan. 230 a, Quem morem cùm Carneades tenuisset, &c de Finib. 64 a, Retinere morem, & reuocare morem. Epistola. 75 a, Mos antiquus manet. Par. 235 a, Ius in natura sit, an in more. de Inuent. 50 b, Apud quos, quó more, cuius arbitratu sit educatus. Academ. 45 b, Virtus natura vel more perfecta. Attico. 32 a, Vtrique a me mos gestus est. Episto. 29 a, Sed tibi morem gessit. pro Qui. 2 a, Alicuius studio ac cupiditati morem gerere. de Orat. 93 b, Gerendus est tibi mos adolescentibus Crasse. pro Flacc. 159 a, Lacedæmonij, qui soli iam tot annos vnis moribus & nunquam mutatis legibus viuunt. Epistola. 199 b, Temperati moderatique mores. Attic. 262 a, Tua singularis humanitas, suauissimique mores. Epistola. 20 a, Mores perditi. Attico. 86 b, Dionisius mihi quidem in moribus est, pueri autem aiunt eum furenter irasci. de Finibus 127 a, Aristoteles & eius filius Nicomachus, cuius accurate scripti de moribus libri dicũtur esse Aristotelis. & 207 a, Philosophiæ pars, qua mores conformari putantur. pro Sext. Rosc. 24 b, Mores feros immanemque naturam alicuius ostendere. Quint. Fra. 303 b, Desidero filiam, effigiem moris, sermonis, animi mei. de Ora. 125 a, Mores oratoris effingit oratior. & ibidem: Exprimere oratione mores alicuius iustos, integros, religiosos, timido, perferentes iniuriam. pro Sext. Rosc. 36 b, Totam vitam, naturam, moresque alicuius cognoscere. pro Corn. 63 a, Cæsar inueteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus disciplinaque deleuit. Officio. 24 a, Plerunque parẽtum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem moremque deducimur. & 60 b, Præclarum a maioribus accepimus morem rogandi iudicis, si ea teneremus, quæ salua fide facere posset. I.P. 86 a, Lex contra omnes leges nullo scripta more. I. Anto. 173 b, Quid vnquam domus illa viderat, nisi pudicum? nisi ex optimo more & sanctissima disciplina? Par. 122 b. Suis quisque fingitur morib. de Le. 174 a, Tamen erant fere in more maiorum, qui tum, vt lex valebat. pro Deio. 149 a, Imitari potius aui mores disciplinamque debebas. de Le. 178 a, Oraculum editum est, eas potissimum religiones tenendas esse, quæ essent in more maiorum.

☞ Syntaxis. *Mos est, moris est Græcia. Hoc est in more positum. Mos & instituta patrum. Mos & consuetudo. Id factum est moribus, id est, ut mos est. Vincere alicuius more & exemplo. Carneadeo more, & modo. Hoc factum est, more & modo. Humano modo, vsitato more loquor. Hoc potius more scribo, quàm ut cohorter. Facere more peruerso, vitioso. Exerceri ad morem dicendi Latinorum. In morem aliquid perducere, inducere. Ad morem suum transferre. Morem tenere, retinere, reuocare, manere, alicuius morem gerere. Viuere vnius moribus. Tempora & mores perditi. Ille mihi in moribus est* id est, bene moratus. *Conformare alicuius mores. Mores iniuriarum perferentes. Omnia sunt hic ex optimo more, & sanctissima disciplina. In more maiorum id non fuit.*

MOTIO, onis. *commotio, motus.* de Fa. 149 a, Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem nõ dedit. de N. 36 a, Ex disparibus motionibus magnum annum confici. de Vn. 200 a, Orbium motio transuersa.

¶ *Affectus.* Ac. 45 a, Animi motiones atque rationes. Tusc. 133 a.

MOPSVESTIA, æ. *vrbi, quam Græci Μόψου ἑστίαν vocant.* LEGE. MOPSVHESTIA.

MOTVS, us. *motio, momentum, agitatio, pulsus, impulsus.* de Vniuer. 18 a, Deus motum dedit cœlo, cum qui figuratus sit aptissimus. de Somn. 128 a, Orbes qui versantur retrò contrario motu atque cœlum, & ibidem. Quod animal est, id motu cietur interiore. de Diuin. 110 a, Sol Lunaque quem motum habeat. de Natura. 30 b, Omne quod est calidum & igneum, cietur & agitatur motu suo. de Natura. 65 a, Natura omnia ciens motibus mutationibusque suis. Academ. 30 a, Tantum motum mutationemque moliri. de Diuina. 158 a, In maximis motibus mutationibusque cœli. Tuscula. 202 a, Eo enim erant vultu, oratione, omni reliquo motu & statu, vt eos Argiuos diceres de N. 32 a, Motus principium ab animis esse ductum. de Diuinat. 95 b, Pars animi quæ sensum, quæ appetitum habet. de Natura. 32 a. Motus principium ab nimis esse ductum. de Vniu. 203 b, Vt sex motibus veheretur, antè & ponenam & ad dextram & ad læuam, & sursum & deorsum. de Fat. 144 b, Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus & plagam, cum declinat atomus interuallo minimo. & 145 a, Esse quendam motum animi voluntarium. de Senectut. 93 b, Cum animus semper agitetur, nec principium habeat motus: quia ipse se mouet: nec finem quidem habebit motus. Offic. 26 a, Nam palæstrici motus sæpe sunt odiosiores. * de Natura 7 a, Aera esse semper in motu.]

¶ *Affectus commotio, perturbatio.* de Orato. 103 b, Animorum motus aut iudicibus, aut populo dicendo miscere atque agitare. & ibidem Philosophi quidam omnino motus negant in animis vllos esse debere. Officio. 26 b, Elaborandum est, ne animi motus a natura recedat. & ibid. Motus animorum duplices sunt: alteri cogitationis, alteri appetitus. Offic. 27 b, Vt perturbationes fugiamus. id est, motus animi nimios, rationi non obtemperantes. de Officio. 36 b, Motus animi turbati, quos Græci πάθη vocant. de Cla. 175 b, Cum omnis motus animi tãquam ventus hominem defecerat. de Vn. 502 b, Ira, & mens, & reliqui motus animi. de Diuinatio. 135 a, Nunquam animus agitatione & motu vacuus esse potest. de Finibus. 66 a, Res quæ dulcem motum afferunt sensibus. & ibidem. Tum esse in motu voluptatem. & 67 b, Sic enim appellat hanc dulcem in motu, illam nihil dolendi instabilitate. de Natura. 86 a, Omnes animorum motus pernoscendi. de Orato. 94 a, Animi atque ingenij celeres quidam motus esse debent. qui, &c. Orator. 119 a, Motus cogitationis celeriter agitatus.

¶ *Concursus, turba, tumultus, impetus.* pro Flacc. 164 a, Videtis in quo motu temporum, quanta in conuersione rerum ac perturbatione versemur. de Diuinat. 133 b, Maiores enim quàm vlli insani efficerent motus somniantes. I. C. 510 a, Is omnes motus Catilinæ conatusque prohibuit. Postquam. 200 a, Nullus in eorum reditu motus municipiorum factus est. de Orato. 127 a, Si quis motus populi factus est. pro Domo. 242 a, Totus Italiæ magnificentiss. ille motus municipiorumque concursus. pro Flacc. 551 a, Motus quidam temerarius græculæ concionis. in Catilin. 105 a, Qui nullum reip. motum afferre poterant.

MOTVS, a, um. pro Cec. 592 a, Siue quidem locus motus fuerit.

☞ Syntaxis. *Motum paro corpori. Retrò contrario motu versatum cœlum. Motu suo cieri & agitari. Cientur cuncta motibus, & mutationibus suis. Animi motus, & agitatio. Motus cogitationis celeriter agitatus. Catilinæ motus. Italiæ magnificentissimus motus. In pessimo temporum motu sumus.*

MOVENS, tis. *quod est in motu.*)(*Stans, manens.* de Fi. 71 a, Summum bonum puer vtra voluptate diiudicabit? stante, an mouente?

MOVEO, es. *cieo, agito, pello, impello, verso, ago.* de D. 126 b, Signiferi orbis vnamquamq; partem, aliam alio modo mouere atq; immutare cœlum, perinde vt quaq; stellæ in his finitimisque partibus sint quoque tempore. Q. F. 308 a. Vrgere illi vt loco nos mouerent.

Remoueo, amoueo. de Di. 96 b, Cum signifer primi hastati signum non posset mouere loco.

¶ *Abduco.* I. A. 170 a, Mouere aliquem de sententia.

¶ *Arceo.* pro Clu. 42 b, Mouere aliquem Senatu. de Or. 134 a, Mouere aliquem tribu. de Offic. 67 a, Vt ueros hæredes moueat, in eorum locum ipse succedat.

¶ *Muto.* de Off. 50 a, Quinquaginta annorum possessiones mouere non nimis æquum putabat.

¶ *Discedo, cum pro nomine.* I. V. 209 a, Mouere castra ex aliquo loco, & vasa colligere. Ep. 77 b, Ne te moueas istinc tam infirma valetudine. Attic. 134 b, Postquam ille Canusio mouerat. & 60 a, Ego me de Cumano moui ante diem, &c.

¶ *Vexo, sollicito.* ad Att. 252 b, Multa me mouent in discessu, in primis, quod, &c. Att. 152 a, Neque illud me mouet, &c.

¶ *Cogor, hortor.* Ep. 8 a, Quæ quidẽ me adhortatio ne tibi inanis esse videatur, illa me causa mouet. Att. 172 b, Quę me causę mouerint, quam acerbę, quàm nouæ, non queo scribere.

¶ *Inuito, allicio.* Of. 50 a, Pulchritudo corporis mouet oculos, & delectat. & ib. Decorũ mouet approbationem eorũ, quibus cũ viuitur.

¶ *Excito, efficio.* de L. 179 a, Eam petitionẽ cõparasti, quæ & risus & querelas moueret. de Or. 104 b, Qui patris clarissimi recordatione & memoria fletũ populo moueret. de Fin. 100 a, Quia cogitationes cõprehẽsionesq; rerũ, e quibus efficiunt artes, appetitiones mouent. Partit. 240 a, Quæ quidem uel maxime suspicionem mouent. de Or. 132 b, Sed admirationem magis q̃ risum mouet. At. 30 a, Quantam mihi moues expectationẽ de sermone Bibuli. Or. 220 b, Orator non approbationes solum, sed admirationes, plausus, clamores mouere debet. pro Mur. 130 b, Mouere stomachum alicui.

MOVEOR, ris. *agor.* de Nat. 32 a Ex se & sua sponte moueri. ibid. 58 b, Vt nosmetipsi, qui animis mouemur & sensib. ibid. 78 b, Hominum membra nulla contentione mente ipsi ac voluptate mouentur.

de Fat.

de Fat. 145 a, Atomos per inane moueri grauitate & pondere. cont. Rul. 77 a, Sed moueri possessionibus amicissimis sedibus ac dijs penatibus cogant oportere. Epi. 54 a, Non est porrò tuum, vno sensu oculorū moueri. pro Deio. 145 b, Mouebar animo, & de salute Po. Ro. extimescebam. Q. F. 308, Itaque magnæ mihi res moueri videbantur. Att. 133 a, Nec me consules mouent, qui ipsi pluma aut folio facilius mouentur. de Or. 125 b, In commouendis iudicibus ijs ipsis sensibus ad quos illos adducere volo, permoueor.

☞ Syntaxis. *Mouere aliquem de sententia. Senatu mouere. Stomachum mouere, approbationes, plausus, clamores, querelas, risus, fletum, suspicionem, expectationem. Mouere castra se ex aliquo loco. Hoc nihil me mouet. Hac me causa mouet. Ex se suaque sponte moueri. Animo sensibusque moueri. Moueor animo, & extimesco. Magna nunc res mouentur. Vides igitur habet hoc verbum impellendi, auferendi, excitandi, solicitandi, ac perturbandi.*

MOX, *quam mox, statim.* Att. 157 b, Præterijt villam meam Curio, iussitque mihi nunciari, mox se venturum. I. C. 98 a, Nox nulla intercessit, mox interfectus est. de Inuen. 73 a, Non necesse est expectare, quum mox iudicium fiat. de Fin. 188 a, De summo bono mox, vt dixi, videbimus. de Diu. 90 a, Discedo parumper a somnijs, ad quæ mox reuertar.

MVCRO, onis. In Cat. 111 a, Ijdem gladios in rempub. districtos retudimus, mucronesque eorum a iugulis nostris reiecimus. In Ant. 259 b, Et dubitare, vtrum mucrones nostrorum militum in ciue, an in hoste figantur. pro Cluen. 43 a, Censorius stylus, cuius mucronem multis remedijs maiores nostri retuderunt. de Leg. 188 a, Clodius mucronem tribunitium exacuit in nos. pro Cæc. 301 a, Hic est mucro defensionis tuæ.

☞ Syntaxis. *In ciue mucrones figi. Censorij styli mucro. Tribunicium acuere mucronem defensionis.*

MVGINOR, aris. *cunctor, moror, & fortè quod alij boni auctores dicunt. Musso, i. taceo & dissimulo.* Att. 256 a, de Ocella, dum tu muginaris, nec mihi quicquam rescribis, cepi consilium domesticum.

MVGIO, gis. *clamor boum est mugitus.* ad Her. 33 b, Vagire, mugire, murmurare, sibilare.

MVGITVS, tus, *boum à sono ficta vox, vt etiam mugire.* de Dio. 87 b, Terræ mugitus. *Translatio est.*

MVLA, læ. de Diu. 118 b, Mulæ partus a te prolatus est, res mirabilis propterea, quia non sæpe fit. & 88 a,

MVLCEO, ces, mulsi, mulsum. *permulceo, lenio.* in Arat.

Vt non nulla feras possit mulcere procellas. & ibid.

Hæc angens anima vocali flamine mulcet.

MVLCEBER, ris. In Arat.

Huic cornix dextra mulcetur Aquari.

MVLCIBER, bri. *Vulcanus.* Tusc. 180 a, Iouisque nomen Mulcibri adsciuit manus. Poetæ.

MVLCO, as. Cic de Cl. 171 a, Addebatque scriptores illos male mulcatos. I. V. 222 a, Qui primo cum obsistere conarentur, male mulctatus clauis, ac fustibus repelluntur.

MVLCTA, ctæ, vel MVLTA. *pœna.* pro Cæc. 304 a, Nostri ciues sæpe in colonias profecti sunt aut sua voluntate, aut legis mulcta, quam sufferre non poterant. I. V. 113 a, In cuius testamento quodam loco si commissum quid esset, mulcta erat Veneri. de Or. 176 a, L. Cæsilenus ab L. Sabellio mulctam lege Aquilia de iustitia petiuit. de Op. 244 b, Aeschines a Ctesiphonte mulctam petijt. I. V. 107 b, Crassus consul Pont. Max. Flacco collegæ Flamini Martiali mulctam dixit, si a sacris discessisset, quam mulctam Popu. Roma. remisit. pro Rab. 92 a, Illud quod est in eadem mulctæ irrogatione præscriptum. L. A. 155 a, Quis vnquam tanto damno senatorem coegit? aut quid est. Mil. 108 b, Irrogare mulctam alicui. Epi. 75 b, Vt mulcta tam grauis T. Mario depelleretur.

MVLCTATIO, onis. *direptio.* pro Rab. 93 a, Misera mulctatio bonorum, miserum exilium.

MVLCTATVS, a, um. *lege iudicioq. condemnatus* pro Cæc. 304 a, In nulla lege nostra reperietur, maleficium vllum exilio esse mulctatum. In Ver. 12 b, & 116 a Hæredem iussum esse facere, &c. nisi fecerit, Veneri Erycinæ esse mulctatum. pro Font. 276 b, Galli a senatu agris vrbibusque mulctati sunt.

¶ *Male acceptus, non iudicio.* de Cla. 172 a, Addebat etiam scriptores illos mulctatos exisse cum Galba, *i. male acceptos, aut afflictos.* In Ver. 222 a, Qui primo, cum obsistere conarentur, male mulctati clauis ac fustibus repelluntur. pro Mil. 103 b, Qua in turba C. Vibannius ita est mulctatus, vt vitam amiserit. In Cat. 103 a, Multos crudelissime per vim morte esse mulctatos.

¶ *Perditus.* pro R. P. 122 a, Cùm ab ipsa fortuna crudelissimè videat huius consilia esse mulctata.

MVLCTO, as. *afficio, punio.* pro Corne. 63 b, Populus Gaditanus hunc mulcta & pœna mulctauit. Tusc. 158 b, Qui animos nostros quasi capite damnatos morte mulctant. I. C. 103 a, Persæpe priuati perniciosos ciues morte mulctarunt. de Pro. 76 b, Si illum, vt erat meritus morte mulctassem. pro Sest. 16 a, Maiores nostri Antiochū Asia mulctarunt. cont. Rul. 73 a, Mulctare liberos populos agri. Postquā 211 b, Quod si mihi æternam esse propositam ærumnam arbitrer, morte me ipse potius, quam sempiterno dolore mulctassem. pro Lig. 139 a, Sylla quos oderat, morte mulctabat. pro Clu. 23 a, Hunc leges exilio, natura, morte mulctarunt. Anteq. 196 a, Si exilio mulctabunt corpus. Tus. 170 a, Ego verò illi maximam gratiam habeo, qui me ea pœna mulctauerit, quam sine mutatione & sine versura possem dissoluere.

MVLCTOR, ris. de Orato. 101 a, Vita hominum atque fraudes damnis, ignominijs, vinculis, verberibus, exilijs, morte mulctantur. de Pro. 76 b, Mulctari imperatorem diminutione prouinciæ, contumeliosum est. Epi. 85 a, Stultitia mulctatur fama. Tuscu. 148 b, At mulctantur bonis exules.

☞ Syntaxis. *Hanc legis mulctam sufferre non possum. Mulctam ab aliquo petere. Mulctam alicui dicere, remittere. Depellere mulctam alicui, & irrogare. Maleficium exilio mulctatum. Mulctatus & malè mulctatus, id est, malè acceptus. Consilia à fortuna mulctata. Agro & vrbe mulctatus. Mulcta & pœna mulctatum. morte, prouincia, Italia. Se morte mulctare. id est,* sibi mortem inferre. *Mulctari prouinciæ diminutione.*

MVLGENS, tis. in Arat. *Ignesferum mulgens tremebundis æthera pennis. aliter, Mulcens.*

MVLIEBRIS, bre. *mulieris, mollis.* Offi 26 a, Venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem. pro Mil. 106 b, Muliebri, & delicato ancillarum puerorumque comitatu. de Inu. 62 a, Excellens muliebris formæ pulchritudo. Off. 12 b,

Illaq. virgo viri ---

Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem ---,

ex Ennio. de Or. 146 b, Vox muliebris. pro Cæl. 52 a, Et muliebre bellum. Tus. 178 a, Eneruata muliebrisque sententia.

MVLIEBRITER, *effœminatè.* Tuscu. q. 185 b, Si se lamentis muliebriter lachrymisque dedet, vinciatur. & 187 a, Ne quid seruiliter muliebriterse faciamus.

☞ Syntaxis. *Muliebris forma pulchritudo.*

MVLIER, ris. *fœmina generis humani.* pro Mur. 130 a, Mulieres omnes propter infirmitatem consilij maiores in tutorum potestate esse voluerunt. pro Cæc. 298 b, Quod mulier sine tutore autore promiserit, non deberi. de Leg. 175 b, Vt sentiant omnes mulieres in natura fœminarum Deum castitatem pati. 2. de Leg. Mulieres genas ne raduntο, neve lessum funeris ergo habento. *verba legis,* XII. tab. Tusc. lib. 5. Mulieres in India, cùm est cuiusque earum vir mortuus, in certamē iudiciumque veniunt, quam plurimum ille dilexerit, plures n. singulis solent esse nuptæ. quæ est victrix, ea læta prosequentibus suis, vnà cum viro in rogum imponitur illa victa mæsta discedit. 2. de Legib. Mulierum famam si multorum oculis lux clara custodiat, diligentissime sanciendum est. 2. de Legib. Mulierum nocturna sacrificia ne sunto, præter ona quæ pro populo rite fient, neve initianto, nisi ut assolet Cereri Græco sacro. 3. de Ora Mulieres in sermone incorruptam antiquitatem facilius, quàm viri conseruant. 14. Fam. Sed rursus illud me mouet, quod video omnes bonos abesse Roma, & eos mulieres suas secum habere.

MVLIERARIVS, a, um. pro Cæl. 51 b, Mulieraria manus, *idest, multitudo à muliere in insidijs collocata.*

MVLIERCVLA, læ. in Cat. 109 b, Non suas secum mulierculas sunt in castra ducturi? 4. Famil. In vnius mulierculæ animula si iactura facta sit. Ser. Sulpitij. Tus. 5, Leuiculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ. de Ami. Et eo fieri, vt mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quā viri: & inopes, quàm opulenti: & calamitosi, quàm ij qui putantur beati. 6. Ver. Quæ forsitan vobis parua esse videantur, sed magnum & acerbum dolorem commouent, mulierculis præsertim, quum eripiuntur e manibus ea, quibus ad res diuinas vti consueuerunt. *id est, matronis pauperibus.* 2. de Off. 1. Tusc. Bene etiam colligit hæc pueris, & mulierculis, & seruis, &c.

MVLIEROSITAS, tis. *cupiditas fœminea voluptatis, seu viri in mulieres ardor.* Tusc. 214 a, Vt mulierositas, vt ita appellem eam, quæ Græcis φιλογυνεία dicitur.) (*odium mulierum, quale in μισογυνεία est.*

MVLIEROSVS, a, um. *mulierum appetens.* de Fat. 142 a, Stylphonem scribunt & ebriosum & mulierosum fuisse.

MVLIO, nis. *qui mulos agit.* Epi. 154 a, Ventidius Mulio Planci.

MVLIONIVS, a, um. *quod mulionis est.* pro Sest. 21 a, Mulionia penula.

MVLLVLVS, *mullus piscis.* Parad. 123 a, Aliquem summis populi beneficijs vsum barbatulos mullulos exceptantem de piscina, & pertractantem.

MVLLVS, li. Attico. 32 b, Nostri autem principes digitos se cælum putant attingere, si muli barbati in piscinis, sint qui ad manum accedant.

MVLSVS, si. *potio ex vino melleq. confecta.* de Orato. 135 a, Qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens, & qui illud sitiens bibat. de Orat. 135 a, Suadebat Cranius, vt mulsum frigidum biberet. at ille, Perdam, inquit, vocem. pro Clu. 53 a, Dare venenum in mulso.

MVLTIFARIAM. *multis locis.* de Ora. 224 a, Aurum multifariam defossum. de Legib. 163 b, Iudicia quæ quondam nusquam erant, hodie multifariam nulla sunt.

MVLTIFORMIS, me. *varius, diuersus,*) (, *vniusmodi.* Acad. 44 a, Principes qualitates sunt vniusmodi & simplices ex his autē ortæ, variæ sunt. & quasi multiformes.

MVLTIIVGES, gum. *Multa & varia, multiplices, plures.* ad Attico. 255 a, Literas multiiuges accepi vno tempore à Vestorij liberto.

MVLTIMODIS, *multis modis.* de Ora. 163 a,

Multimodis sum circumuentus, morbo, exilio, atque inopia. &c. Poetæ.

MVLTIPLEX, cis. *varius, copiosus.* de Sen. 80 a, Vitis serpens, multiplicē lapsu & erratico. pro Flacc. 147 a, Præteritæ iurisdictio res varia, & multiplex ad suspiciones & simultates. de Am. 108 a, Multiplex & tortuosum ingenium. de Nat. 53 b, Aluus multiplex & tortuosa. pro Cæl. 40 a, Varia multiplexque natura. de Ora. 104 a, Magna multiplexque disciplina. de Nat. d. 52 a, Quæ multiplices fœtus procreant,

his

his manimarum data est multitudo. Ora. 198 a, Multiplices varijq; sermones de Cl. 175 a, Genus orationis vagum, fusum, & multiplex. Aca. 42 a, Plato, qui varius, & multiplex, & copiosus fuit. ad Her. 41 a, Anceps & multiplex verborum potestas in ambiguis. Tusc. 230 a, Multiplex ratiô disputandi. de Cl. 192 a, Corona multiplex. At. 90 a, Sed est magnum illud quidem, veruntamen multiplex pueri ingenium, &cæt. de Orato. 85 b, Recondita in arte, multipliciquo versantur.

☞ Syntaxis. *Res varia & multiplex. Multiplex & tortuosum ingenium. Anceps & multiplex verbi potestas.*

MVLTIPLICABILIS, le. *multiplex*. Tus. 179 b,

Hos interemit tortu multiplicabili draconem. Poetæ.

MVLTIPLICATVS, a, um. *auctus*. Q. F. 302 b, Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurreret, vt multiplicata gloria discedamus Of. 78 a, Clarissimi viri filius in domum multiplicatam non repulsam solum, sed ignominiam & calamitatem retulit. Ep. 148 a, Aucto exercitu, auxilijsque multiplicatis.

MVLTITVDO, nis. *frequentia, celebritas, turba, cœtus, caterua, chorus, populus, vulgus, corona, manus, collunies.* in Ver. 69 b, Cum maxima frequentia à multitudine domum reducebatur. Offi. 13 a, Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus. Offic. 24 a, Alij multitudinis iudicio feruntur, quæque maiori parti pulcherrima videntur, ea maxime exoptant. de Fin. 81 b, Sed tamen non grauissimum est testimonium multitudinis. Tus. 175 b, Philosophia paucis contenta iudicibus, multitudinem consulto fugiens. de Fin. 55 a. Etsi quando turpe non sit, tamen non est non turpe, cum à multitudine laudetur. Tus. 188 b, Itaque fama & multitudinis iudicio mouentur, vt id honestum putent, quòd à plerisque laudetur, te autem etsi in oculis sis multitudinis, tamen eius iudicio stare nolim, nec quod illa putat, idem te putare pulcherrimum. in Verr. 141 a, Quanta multitudo, quanta vis hominum. Att. 247 a, b, Nam tantę multitudinis, quantum capit vrbs nostra, concursus est ad me factus.

¶ *Copia vis.* de Orato. 86 a, Magnitudo & varietas, multitudoque causarum, &c. Antequam 198 b, Magnitudo multitudoque vestrorum beneficiorum. in Ver. 130 a, & de Natu. 12 b, Multitudo, copia, numerus, vis, vt ex magna copia, vel numero. de Cl. 12 b, Ego quanta manus est coniuratorum hominum, tanta me inimicorum multitudinem suscepisse video. pro Dom. 231 a, Multitudo hominum congregata ex seruis conductis. pro Cec. 291 a, Qui manum fecerit, copias pararit, multitudinem hominum coegerit.

☞ Syntaxis. *Magna multitudinis frequentia.*

MVLTO. *longè, multis, vel omnibus, partibus, non paulo, haud paulo, impendio longo interuallo.* de Fin. 100 a, de Ora. 85 b, Multo pauciores oratores, quàm poetæ boni reperiuntur. At. 126 a, Ea cognoui commodiora esse multo, quàm vt, &c. Att. 193 a, Meoque iudicio multo stare malo, quàm omnium reliquorum. ad Her. 38 a, Expolitio adiuuat & exornat orationem, sed multo maximè per eam exercemur ad elocutionis facultatem. de Ora. 113 b, Illud iam mirari desino, quod multo magis ante mirabar, hunc, &c. de Sen. 84 a, Nec verò corpori solùm subueniendum est, sed etiam menti atque animo multo magis. pro Mil. 119 b, Atque haud scio, an multo etiam sit adiuuandus magis: etenim, &c. Att. 124 a, Multo minus mouebant minæ. Off. 34 a, Sic homines, ac multo etiam magis natura congregati, &c de Ora. 121 a, Ac multo etiam. Postq. 204 b, Non multo post discessum meũ ● in Cat. 100 a, Aut non post multo commissa. * I. V. 60 b, Nam cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenij multo molestissima.]

MVLTVM, *valde, bene, fane, sanequàm, ita, non parum, non paulum, nescio, quod.* pro Qu. 1 a, M. Iunius in hac causa multum & sæpe versatus, de Leg. 190 b, Res multum ac sæpe quæsita. Att. 131 b, Multum mecum municipales homines loquuntur. I. V. 259 a, Longe omnes multumque superare. de Diu. 106 b, Quærenti mihi multumque & diu cogitanti, quanam re possem, &c. de Or. 97 a, Diu multumque scriptitare. ● & Att. 61 b, Libri diu ac multum in manibus fuerunt. * de Cl. 180 b, In eodem genere causarum multum erat. T. Iuuentius.]

☞ Syntaxis. *Multo magis, maximè malo. Multo etiam est adiuuandus magis. Non post multo. Longe omnes, multumque superare. Diu ac multum.*

MVLTVS, a, um. *multiplex.* de Natu. 54 a, Venæ crebræ, multæque toto corpore intextæ sunt. & 53 b, Per venas admodum multas. de Orat. 104 a, Multæ, copiosę, variatæque rationes. & 128 b, Multa, & varia, & copiosa ratione. de Inuen. 43 a, Multæ, & magnæ res. Epistò. 36 b, Cum tu tam multis verbis ad me scripsisses. de Natu. deor. 44 b, Hi tanti ignes, tamque multi. de Ora. 88 a, Hæc tanta tamque multa. pro Syll. 181 a, Hæc diu, multum, & multo labore quæsita, vna eripuit hora. de Arusp. 258 b, Cum quibusdam multis metuendisq; rebus. de Senc. 89 b, Multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. I. V. 140 a, Non minus multas statuas posuit, quam abstulit. Epist. 102 a, Minus multa. de Cla. 190 a, M. Calidius, qui non fuit orator vnus e multis, potius inter multos prope singularis fuit. & ibid. 196 b, Vt nnmeraret in multis. Offic. 22 a, Vt vnus de multis esse videatur. de Fin. 78 b, Tenuis L. Virginius, vnusque de multis. Epist. 58 b, Nimium multa. de Fin 77 a, Et satis multa. ad Her. 2 a, Ne parum multa scisse viderentur. de Ora. 135 b, Nimis multa in genera diuidere. de In 62 a, Multi, plures, complures, frequentes. I. V. 67 b, Multa, ● complura, frequentia. * Ep. 85 a, Qui multa Deos venerati eius salutem.

¶ *Præclarus.* Ep. 23 a, Tuum nomen multum est in his locis.

¶ *Prolixus, nimius.* Acade. 5 b, Antipatrumque, qui multus in eo fuisset, reprehendebant. de Orato. 121 a, Qui in aliquo genere aut inconcinnus aut multus est, is ineptus dicitur. de Natu. 49 b, Nolo hac iure multus uideri. Offic. 44 b, Theophrastos est multus in laudanda magnificentia. de Orat. 141 b, Ne in re nota & peruulgata multus & insolens sim. de Leg. 157 a, Accius in orationibus multus, & ineptus ad multam inobedientiam.

¶ *Ratione prety.* de Or. 118 a, Nonnulli dum operam suam multi existimari volunt, volitant, &c. in Ver. 240 a, Statuere quanti hoc putetis, & quam multò redemisse.

¶ *Temporis discrimine.* At. 206 a, Multus sermo ad multum diem. Q. F. 310 b, Multa nocte veni ad Pompeium.

☞ Syntaxis. *Parum multa, nimium multa. Nomen alicuius esse multum in patria. In hac re ne sis multus, vel insolens. Ad multam noctem discedere.*

MVLVIVS, siue MOLVIVS. *quem Miluium corruptè quidam vocant, pons est Tiberis in via Flaminia, ad secundum ab vrbe lapidem.* In Catil. 118 b, Occulte ad pontem Muluium peruenerunt.

MVLVS, li. de Na. 58 a, Longum est mulorum persequi vtilitates & asinorum. Top. 223 b, Mulus clitellarius. Epi. 259 b, Equum & mulum Brundusij reliqui. Epi. 138 a, Potes multa isto Romam peruehi. Att. 246 b, Petij ab eo de mulis vecturæ itineris, &c. cont. Rul. 72 b, Dein de ornat eum mulis, tabernaculis, centurijs, supellectili.

MVNDANVS, a, um. Tusc. 249 a, Socrates quidem cum rogaretur, cuiatem se esse diceret? mundanum, inquit: totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur.

MVNDITIA, æ. *lautitia, elegantia.* Offic. 26 b, Adhibenda est præterea munditia non odiosa, nec exquisita nimis. Orato. 204 a, Elegantia modo & munditia remanebit. Epistola. 138 a, Lautitia, munditia, elegantia.

MVNDVS, a, um. *lautus, elegans.* Q. F. 309 a, Tuam domum in carinis mũdi habitatores Camiæ conduxerunt. de Fin. 69 b, Vir mundus & elegans. L. ASOTVS.

MVNDVS, di. *vniuersitas mundi, siue vniuersitatis corpus, omnis natura rerum natura, quod in natura rerum omne est, vniuersa natura, hoc templum orbis terrarum.* de Nat 57 a. Est enim mundus quasi communis deorum atque hominum domus, aut vrbs vtrorumque. & ibid. Mundus deorum & hominum causa factus est. & 100 b, Vniuersus hic mundus vnitas communis deorum atque hominum existimanda est. de Fin. 103 b, Mundum autem hunc censent regi numine deorum, & esse quasi communem vrbem & ciuitatem hominum & deorum. de Diu. 127 b, Cęlum ipsum quod extremum atque vltimum mundi est. de Leg. 172 b, In cęlo & mundo inesse mentem & rationem. Aca. 14 b, Democritus ait innumerabiles esse mundos. de Na. 16 a, & 20 b, Sexcenta millia mundorum. de Na. 52 b, Mente & consilio omnia in hoc mundo administrari. de N. 30 a, Mundum esse deum animantem, compotem rationis. de Na. 7 a, Anaximandri opinio est, innumerabiles esse mundos. & 6 a, Plato dixit mundum fore sempiternum. de Vniu. 201 a, Hunc varietate distinctum bene Græci κόσμον nos lucentem mundum nominaremus. de Orat. 156 b, Status huius totius mundi atque naturæ. de Am. 100 b, Quæ in rerum natura totoque mundo constant, quæque mouentur. de Leg. 184 b, Sine quo nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. de Am. 112 b, Si quis è cęlo naturam mundi, pulchritudinemque siderum perspiceret. Offic. 31 b. Metiri mundi magnitudinem. de Leg. 174 b, Mundus hic omnis templum est deorum, & domus. item, Omne cęlum, siue mundus, siue quo alio vocabulo gaudet, hoc à nobis nuncupatum sit. de Vni. 196 b, Hunc mundum animal esse, idque intelligens, & diuina prouidentia constitutum.

MVNDVS, di. *muliebris ornatus & virilis.* in Oeconomico, teste Columella 241.

MVNERO, as. *muneror.* pro Deio. 146 b, Locus erat quidam, in quo erãt ea composita, quibus te rex munerare constituerat.

MVNEROR, aris. *largior.* Att. 100 b, Alexion me opipare muneratus est. de Inuent. 62 b, Aliud alij commodi aliquo adiuncto in commodo natura muneratur.

MVNIA, orum. *munera, onera.* pro Murena. 141 b, Hæc sunt officia necessariorum commoda tenuiorum, munia candidatorum. pro Sesti. 26 b, Qui suis ceruicibus tanta munia sustinent, hi sunt optimatum principes.

MVNICEPS, pis. *ciuis, popularis, qui è municipio est.* Attic. 277 b, C. Nasennius municeps Suessanus. de Clar. 187 a, M. Pontidius municeps noster. I. V. 168 a, P. Cauius Cossanus municeps. & 168 b, Clamabat se municipem Cossanum esse. Attico. 153 b, Ego Ciceroni meo Arpini potissimum togam puram dedi, idque municipibus meis fuit gratum. pro Cluent. 58 a, Non illi nos de vnius municipis fortunis arbitrantur sententiam laturos, sed, &c. de Leg. 170 a. Ego & Catoni & omnibus municipibus duas esse censeo patrias. Epistola. 225 a, Lucius tribulis & municeps & familiaris meus. & ibidem 208 b, Mei municipes Arpinates.

MVNICIPALIS, le. *ex municipio.* pro Syll. 171 b, Est enim ipse à materno genere municipalis. Att. 109 a, Ex dolore municipali. pro Sest. 13 a, & Quint. de Pet. 209 b, Sunt municipales rusticique Romani. in Ant. 171 b, Homines municipales & rusticani. de Leg. 191 b, Municipalis resp. Att. 131 a, Multum mecum municipales homines loquuntur multum rusticani.

MVNICIPIVM, pij. *conuentus, præfectura, colonia.* Epistol. 208 b, Non dubito, quin scias non solum cuius municipij sim, sed etiam quàm diligenter soleam meos municipes Arpinates tueri. pro S. Ro. 20 b, Ro-

scius

scius municeps Ametinus fuit, genere & nobilitate sui municipij fa cile primus. pro Sest. 9 b, Nullum erat municipium Italiæ, nulla colonia, nulla præfectura, quæ non, &c. de Finibus. 107 b, Stoici cotum hunc mundum municipium suum esse existimabant. I. A. 186 b, Omnes qui sunt e municipijs. pro Pla. 295 b, Tu es ex municipio antiquissimo. Tuscula. *idest, è perfectura Atinati non tam prisca.* I. C. 109 b. Vrbes coloniarum ac municipiorum. contra Rullum 83 a, Calenum municipium complebunt. pro S. R. 25 a, Municipium rusticanum.

☞ Syntaxis. *Municipales, rusticique Romani. Nullum municipium, nulla præfectura, nulla colonia.* hic videntur hæc tria longe diuersa esse, non synonyma.

Mvnifice. *liberaliter, large, prolixe.* de Natu. 75 b, Munifice & large dare aliquid. de Finib. 140 b, Societatem hominum munifice & æque tuens iustitia dicitur.

Mvnificvs, a, um. *liberalis, largus.* Offic. 46 b, Conuenit autem tum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum. de Ora. 87 b, Quid porrò tam liberale ac munificum, &c. pro Qu. 48 b, Roscius liberalissimus munificentissimusq; fuit.

Mvniendvs, a, um. Ep. 58 b, Nouarum me necessitudinum fidelitate contra veterum inimicorum perfidiam muniendum putaui.

Mvnio nis *paro, adorno firmo, confirmo, obuallo.* pro Mu. 133 a, Hæc omnia tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obstruebant. de Prouin. 76 a, Alpib. Italiam munierat antè natura, non sine aliquo diuino numine. Tusc. 155 a, Munire sibi uiam in cœlum. de Ora. 127 b, Qui primum tibi munisti ad te audiendum uiam. Att. 15 b, Munire sibi tutam uiam ad retinendas opes. At. 141 a, Hæc noua sit ratio vincendi, ut misericordia & liberalitate nos muniamus. pro Pomp. 10 b. Atq; hæc tria frumentaria subsidia reip. firmissimis præsidijs classibusq. muniuit. pro Syll 182 a, Munite communem arcem bonorum obstruite perfugia improborum in Cat 98 b, Illam coloniam meis præsidijs, custodijs, vigilijsq; muniui. ibid. 99 a, Domum meam præsidijs maioribus muniui atque firmaui. pro Sest. 20 a, Qui se præsidio munierit de Fin. 82 b. Tueri & munire beneuolentia multorū. pro Rab 91 a. Intercludere omnes seditionum uias, munire præsidia reip. Epi. 173 b, Munio me ad hæc tempora.

Mvnitor, is. de Sen. 88 a, Et contra auium minorum morsum munitur uallo aristarum.

Mvnio, onis *genus carminis.* de Oratu. 107 a, Hoc nos si facere velimus, ante condemnentur ij, quorum causas receperimus, quàm toties, quoties perscribitur, pæanem aut munionem citarimus. *aliter, cantarimus.*

Mvnitio, onis. pro Fon. 277 b, Obiectum est etiam, quæstum M Fonteium ex uiarū munitione fecisse, ut aut ne cogeret munire, aut id quod munitum esset, ne improbaret. in Ver. 228 a, Fons, qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum a mari disiunctus esset. I. P 88 a, Munitio Thessalonicæ. I. A. 20 a, Antonius Mutinā operibus munitionibusque sepsit. de Or. 138 a.

☞ Syntaxis. *Munire sibi viam studiorum, in cœlum, ad. Munire utque firmare. Tueri & munire. Munire præsidia Reipu. Munire se ad suum rem. Operibus ac munitionibus oppidum sepire.*

Mvnito, as. *munio.* pro S. R. 42 a, Nūc quam viam munitet, quod iter affectet, videtis.

Mvnitvs, a, um, tior, ssimus. *septus, vallatus, stipatus, armatus* pro Sest. 23 a, Qui stipatus semper sicarijs, septus armatis, munitus iudicib⁹ fuit. Para. 118 b, Regulus tot virtutum præsidio munitus, tantoque comitatu uirtutis septus. Off 35 b Effectumq est, vt esset vita munitior, atq. , vt, &c. pro Mur. 137 b. Cuius ingenio paterni oēs amici munitiores esse debebāt. Q. de Pet. 209 b, Partis ac fundatis amicis furtum ac munitum esse oportet. de Diu. 89 b, Is sapientia munitum pectus gerit. pro Fla. 165 b, Aliquis bonorum omniū præsidio non modo munitus, sed etiam ornatus. de Arus. 247 a, Domus tot Senatuscō sultis munita atq; septa. & ibi. Domus publico omni præcipuo & diuino, & humano iure munita. de Fin. 59 b, Septus ac munitus contra hostes. Epi. 23 b, Castella munita, oppida munitissima. Atti. 41 a, Castellum natura munitū. de Pro. 69 b, Macedonia, quæ erat antea multorum imperatorum, non turribus, sed tropheis munita. Att. 66 b, Aditus insulæ muniti sunt mirificis molib. pro Sest. 20 a, Vt a suis munitus tum in foro esset. Att. 39 b, Nos firmissima hominum beneuolentia muniti sumus de Nat. 55 a, Munitæq; sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. de Ami 102 a, Qui virtute & sapientia sic munitus est, ut nullo egeat. pro Pom. 16 b, Nulla domus nostris magistratibus satis clausa atque munita fuit. pro Rab. 92 a, Libertas lenitate legum munita. pro Mur. 29 a, Illud dico, nullā esse in illa disciplina munitam ad consulatum viā. pro Fl. 159 b, Græcia Asiæ oram maritimam cinxit vrbibus, non vt munitā coloniis illam gentem, sed vt obsessam teneret. In Ver. 67 a, Nihil tam munitum, quod non expugnari possit. con. Rul. 83 b, Vrbs natura ac loco munita, succincta portibus, armata muris. pro Ar. 189 b, Pontus & regijs quōdam opibus, & ipsa natura regionis vallatus. In Ver 245 b, Tutus, clausus, septus, munitus contra aliquem. Q. F. 308 b, Pompeius dixit munitiorem se ad custodiendam vitam suam fore, quàm Aphricanus.

☞ Syntaxis. *Stipatus, septus, munitus. Amicitiis fretus atque munitus. Et munitus & ornatus. Munitus iudicis, ac septus. Tropheis munita regio. Amicis, et ab amicis munitus. Via munita, id est, facilis, aperta. Vrbs natura & loco munita. Munitus ad vitæ custodiam.*

Mvnvs, eris. *donum.* In Ant. 182 b, Cæsar muneribus, congiarijs, epulis, multitudinem imperitam lenierat. Quinct. Frat. 327 b, & Ora-

to. 200 a, Munus magnificum dare. * Mittit homini munera satis large hæc ad vsum domesticum vini & olei, quod visum erat, etiam tritici, quod satis esset. de Ar. 244 b, Aliquem quasi diuino munere donatum reip. videri. Epi. 131 a, Sed ego hospiti veteri & amico munusculum mittere volui leuidense, crasso filo, cuiusmodi ipsius solēt esse munera. de Vni. 204 a, Philosophia data est nobis deorum concessu atque munere. de Diu. 109 b, Quod enim munus afferre reipu. maius meliusve possumus, quàm si, &c. Postq. 204 a, Deorum beneficio & deorum munere. Off 76 b, Munera perinde sunt, vt accipiuntur. Acad. 40 a, Dare munus alieni ad Her 62 a, Largiri munus alicui. pro Syl. 177 b, Quasi vero tempus dandi muneris non valde appropinquaret & ibi. Posset alia familia Fausti munus præbere.

¶ *Officium, prouincia.* de Or. 153 b, Meque ad meum munus pensumque reuocabo de Cla. 170 a, Is functus est omni ciuium munere. de Cla. 174 b, Rutilius magnum munus de iure respondendi sustinebat. de Somn. 128 a, Ne munus assignatum à Deo defugisse videamini. Offic. 35 a, Innectio certè nulla esset, nisi his muneribus homines fungerentur. pro Clu. 23 a, Mater audiuit sibi non solum filium, sed etiā exequiarum munus ereptum. de Diu. 109 b, Tantùm huic studio relinquendum, quantum vacabit à publico officio & munere. & ibid. Tum pristinis orbati muneribus hæc studia renouare cœpimus. de Diu. 139 b, Sine oculis non potest extare officium & munus oculorum. Tus. 193 b, Oculus conturbatus non est probe affectus ad suum munus fungendum. & ibid. Ad exequendum munus, suum. I. A. 221 a, Non quòd ei cura defuerit in tanto officio, tantoque munere. de Ami. 100 a, Valetudo opportuna est, vt dolore careas. & muneribus fungare corporis. At. 94 b, Paucos dies habebam reliquos annui muneris. Offi 58 b, Sin aliqua necessitas huius muneris alicui reip. obuenerit, danda, &c. de Senc. 82 b, Aliquem ad omne officij munus instruere. de Sen. 83 b, Masanissa senex omnia regis officia & munera exequitur. de Sen. 84 a, Quidem senes nullum officij aut omnino vitæ munus exequi possunt. de Senec. 93 a. Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis & graui opere perfungimur. de Ami. 109 a, Multos modios salis simul edendos esse, vt amicitiæ munus expletum sit. Para. 116 b, Quoniam illud maiorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit. de Leg. 157 a, Mihi videris eorum studijs, qui literis delectantur, debere hoc munus. de Leg. 158 a, Qui consulentibus respondet, senectutis grato atque honesto fungitur munere. de Leg. 158 b. Qui ei muneri præfuerunt. de Leg. 159 b, Cuius muneris colendi efficiendiq; causa nati sumus. & 170 a, b, Tanquam id habueris operis ac muneris, vt hanc nobis efficere sedem, &c. Fungor aliquo munere. Colo & efficio aliquod munus. Acad. 30 b, Dare alicui immunitatem munerum. de Or. 112 a, Videamus, quid ei negocij demus, cuique eum muneri velimus esse præpositum. de Or. 108 a, Oratoris proprium officium ac munus. pro Font. 279 b, Alicui muneri atque officio præesse. de Ora. 101 a, Honoribus ac reip. muneribus perfunctus senex. de Or. 114 a, Videtisne quantum munus sit oratoris historia. Or. 94 b, Magnum quiddam est onus ac munus profiteri, &c. L. V. 89 b, Munus hoc meum nō est, cùm meæ partes sunt hospitum recipiēdorum, id libenter facio. de Nat. deo. 5 b, Qui ministri tanti muneris fuerunt, Para. 241 b, & 242 a, Quo exposito, munus promissionis confecero. Ac. 30 b, Da alicui immunitatem munerum. Off. 53 a, Nulla tamen eius ingenij monumēta mandata literis nullum opus ocij, nullum solitudinis munus extat. de Prou. 76 a, Susceptum reip. munus explere. de Or. 140 a, Singularum virtutum certa quædam sunt officia ac munera. Epist. 65 b, Hoc quicquid est oneris ac muneris. Epi. 151 a, Sustinere munus consulare Ep. 59 b, Tanti ac tam præclari muneris societas. Epi. 90 b, Munus officij ac studij erga aliquem. Att. 1 b, In omni munere candidatorio fungendo. Tuscu. 139 b, Munus animi est ratione vti. pro Mil. 105 b, Principum munus est, resistere leuitati multitudinis, &c. de Fin. 114 a, Officium munusque sapientis, &c. Ep 170 a, Tuum est hoc munus, tuæ partes. Tus. 235 b, Tenere suum munus. Epi 116 b, Deferre munus alicui. de Or. 85 b, Tu qui tuo magis studio, quàm proprio munere aliquo disertorum ius à nobis ciuile didicisti. Qu. Fra. 293 b, Parui refert abs te ipso ius dici æquabiliter & diligenter, nisi idem ab ijs fiet, quibus tu eius muneris aliquam partem concesseris. Quin F. 299 a, In extrema parte muneris ac negocij tui diligentissimus sis.

¶ *Ludi.* Offic. 44 b, Theophrastus est multus in laudanda magnificentia popularium munerum.

☞ Syntaxis. *Munus dare, afferre, largiri. Munere donare. Reuocare se ad munus ac pensum. Sustinere munus. Munere fungi. Ad officij munus instructus. Exequi munus, deferre, sustinere, colere, efficere, habere, tenere. Munerum immunitas. Alicui munus deferre.*

Mvnvscvlvm, li. Off. 66 b, Alieni facinoris munusculum non repudiarunt. Epi 216 b, Munusculum leuidense.

Mvræna, næ. *piscis.* Para. 123 a, Mullorum & murænarum copia.

Mvrgentinvs, a, *uger.* in Ver. 157 a,

Mvria, riæ. *aqua multo sale condita, quam Pli. salsuginem etiam vocat.* de Fin. 99 b, Stilla muriæ.

Mvrmvr, ris. *mugitus, fremitus.* de Ora. 157 b, Murmur maris. In Arat.

Nec metuunt canos minitantes murmure fluctus.

Mvrmvrans, tis. de Arus. 247 b, Vidi hesterno die quendam murmurantem, qui, &c. Tus. 250 b, Fremitus murmurantis maris.

Mvrmvro, as. ad Her. 33 b, Vagire, mugire, murmurare, sibilare.

Mvrvs, ri. *mœnia, propugnaculum.* de Nat 79 a, Muri vobis, quos vos sanctos esse dicitis, pro Pom. 14 b, Insula Delos parua, sine muro nihil timet Offic. 3 a, Aries murum percussit. Atti. 25 a, & 26 a, De muro

imperaui

imperaui Philotino, ne impediret. de Fin. 111 a, Si Annibal ad portas venisset, murumq; iaculo traiecisset. I. V. 235 b, Ad omnes meos impetus quasi murus quidam boni nomen Imperatoris opponitur. I. C. 123 b, Dum memoria consulatus mei vestris erit infixa mentibus, firmissimo me muro septum esse arbitror. in Pis. 81 a, Lex Ælia, & Fusia propugnacula muriq; tranquillitatis, & ocij, *animaduersionem translationem.*

MVS, ris. de Na. 59 a, Non possis adduci, vt muribus domum & mustellis ædificatam putes. de Diu. 100 b, Clypeos à muribus esse derosos. de Diu. 120 b, Mures diem & noctem aliquid rodentes. Att. li. 4, Tabernæ mihi duæ corruerunt: reliquæ rimas agunt. itaque non solum inquilini, sed mures migrauerunt. a. de Nat. teste Charisio, nec enim homines murum aut formicarum causa frumentum condunt.

MVSA, æ. de Natu. 70 a, Musæ primæ quatuor natæ Ioue, Thelxiope, Mneme, Aœde, Melete: secundæ ex Ioue & Mnemosyne nouem, tertiæ: tertiæ ex Ioue & Antiopa, quas Pieridas & Pierias solent poetæ appellare. pro Ar. 191 a, In qua vrbe Imperatores propè armati poetarum nomen & Musarum delubra coluerunt. Orat. 202 b, Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt. Ep. 16 a, Ab oratoribus me fere, disiungo referoque ad mansuetiores Musas. Tusc. 241 a, Quis est enim qui cum Musis, idest cum humanitate & cum doctrina habeat aliquod commercium, qui, &c. de Na. 68 b, Orpheus & Rhesus matre Musa nati. pro Ar. 189 b, Nemo est tam auersus a Musis, qui non mandari versibus æternum suorum laborum præconium facile patiatur. Or. 198 a, Forenses causæ agrestioribus musis relictæ. Attic. 25 a, Interea quidem cum Musis nos delectabimus. Attic. 25 b, Cum omnibus Musis rationem habere cogito.

MVSCA, scæ de Cl. 184 a, Hodie te illic muscæ comedissent. de Or. 131 b, Puer abige muscas.

MVSCOSVS, a, um *humens, sordidus, squalidus, obsoletus.* Qu. Fr. 319 a, Iam *ἀπὸ δ' ὑτηρίου* nihil alsius, nihil muscosius.

MVSCVLVS, li. *exiguus mus* de Diu. 115 b, Musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri.

MVSICA, cæ. *cantus, symphonia.* de Orato. 100 b, Vt in musicis numeri & voces & modi. de Orato. 155 a, Musicam Damon & Aristoxenus tractauerunt. de Natu. 30 b, Idem scilicet censores in platanis messe musicam. de Natu. 190 b, Leges musicæ & 177 b, Cantus musicorum.

MVSICVS, ci. de Orato 100 b, Vt in musicis numeri & voces & modi. & 85 b, Qui musicis penitus se dedidit, qui, &c. Tusc. 240 b, Musicorum vero perstudiosum accepimus *idest Dyonisium.* Offic. 29 b, Vt in fidibus musicorum aures vel minima sentiunt. de Diu. 110 a, Qui fidibus aut tibijs vti volunt, eorum tractationem non ab aruspicibus accipiunt, sed a musicis. in Pis. 84 a, Hic autem non tam concinnus helluo, nec tam musicus iacebat, &c. Tuscu. 177 b, Si absurde canas, qui se haberi velit musicum. Tuscu. 149 a, Ergo in Græcia musici floruerunt de Fin. 90 b, Geometræ, Musici, Grammatici. item: Timotheus musicus. *Steph. in voce Miletus.*

MVSICVS, ca, cum. de Leg. 177 b, Plato negat mutari posse musicas leges sine mutatione legum publicarum.

MVSTACEVM. cei. *e bigitus ex farina, caseo, aniso, cumino, adipe, musto, & de virga lauri abrasa aliquid supposito foliis lauro cum coquitur, vt Cato docet.* Attico. 79 b, Laureolam in mustacco quærere *Bibulum hoc prouerbio notat, quo sine labore ex re friuola prælaram quæreret gloriam.*

MVSTELLA, læ de Natu. 29 a, Non possis adduci vt domum muribus & mustellis ædificatam putes.

MVSTVM, sti. de Clar. 192 b, Noua ista quasi de musto ac lacu feruida oratio.

MVTABILIS le. *habens mutationem.* de Nat. 65 b, Omne corpus mutabile est. de Vn. 199 b, Materia mutabilis. de Vn. 201 a, Sidera quæ vaga & mutabili ratione labuntur.

MVTABILITAS, tis. Tuscu. quæst. 226 a, Inconstantia mutabilitasque mentis.

MVTANDI. pro Dom 229 a, Quò vertendi, hoc est mutandi soli causa venerant.

MVTATIO. onis. *permutatio, motus, conuersio, inclinatio.* in Ant 240 b, Optimus est portus pœnitenti, mutatio consilij. pro Qu a b, Fit magna mutatio loci, non ingenij. Episto. 8 b, Atque ita vt nullam mutationem vnquam habitura res esse videatur. de Natu. 46 b, Luna varias mutationes lucis habet. de Nat 65 a, Natura omnia ciens, & agitans motibus & mutationibus suis Academ. 30 a, Vt nulla vis tantos queat motus mutationesque moliri. de Nat. deor. 36 b, Mutationes quatuor temporum. & 65 b, Mutationes elementorum inter se. pro Cluen. 28 b, & Offic. 24 b, Crebra coloris mutatio. Offi. 14 b, Morum facienda mutatio est. de Diu. 165 b, Extorum fieri mutatio potest. Offic. 5 b, Mutatio officiorum dando, accipiendo. Attico. 125 a, b, Nemo doctus vnquam mutationem consilij, inconstantiam dixit esse. Offic. 24 b, Eam mutationem si tempora adiuuabunt, facilius commodiusque faciemus. in Ant. 159 a, Vnde igitur subito tanta ista mutatio?

MVTATVS, a, um. Epistola. 77 a, Alij mutati voluntate sint & 84 a, b, Rerum hoc natura, & cæt. nec manens nec mutata ratio feret. de Finibus 65 b, Probitas gratuita, non mutata voluptatibus. *aliter mutua vicissim, mutata.* pro S. R. 35 b, Versa & mutata in peiorem partem sunt omnia. pro Cornel. 68 b, Illum ciuitate mutatum esse fatent.

Syntaxis. *Materia mutabilis, & sydus. Animi mutabilitas. Suis motibus & mutationibus agi. Officiorum mutatio, dando, accipiendo. Voluntate mutatus. Versa & mutata omnia.*

MVTIA, orum. *festus dies Quin. Mutio ob bene administratam Asiam consecratus.* in Ver. 229 a.

MVTICENSIS. *ager in Sicilia.* in Act. 5. pag. 169 b.

MVTILATVS, ta. *diminutus.* in Ant. 189 b, Antonius in Galliam mutilatum duxit exercitum.

MVTILVS, a, um. *diminutus, mutilatus.* Ora 214 a, Animus mutila sentit quædam, & quasi decurtata. Ora. 199 b, Multa quædam & hiantia loqui.

MVTINA, næ, *vrbs.* in Anto. 199 a, Antonius circumsedit Mutinam, firmissimam & splendidissimam populi Romani coloniam. Attico. 278.

MVTINENSIS, e. Att. 276 a, Mutinensis fuga.

MVTO, as *mutationem facio, permuto, verto, inuerto, conuerto, immuto, commuto, vario.* Postquam 206 b, Vos vestem mutandam censuistis, cunctique mutastis. Quin. Fra. 308 a, pro Corn. 60 a, Neque mutare ciuitatem quisquam inuitus potest, neque si velit, mutare non potest. Orat. 202 a, Ergo ille princeps variabit, mutabit, &c. Attic. 116 a, & Episto 49 a, Philotimi literis lectis mutaui consilium de mulieribus. pro Mur. 120 a, Sapientem sententiam mutare nunquam. de Clar. 164 b, Mutare consuetudinem dicendi. pro Clu. 54 a, Mutare testamentum. de Pro. 74 a, Posteaque rebus gestis mentes vestras voluntatemque mutastis. pro Do. 217 b, Cui quidem cum Ciliciam dedisses, mutasti pactionem. Para. 22 a, Mutare solum.

MVTOR, ris. de Or. 159 a, Idque ad omnem rationem mutatur & vertitur. pro Clu. 61 a, Ne quis inuitus ciuitate mutetur.

Syntaxis. *Variare & mutare consilium, ciuitatem, vestem, sententiam. Mentem suam & sententiam. solum mutare.*

MVTVATIO, onis de Or. 157 a, Translationes quasi mutuationes sunt, cùm quod non habeas, aliunde sumas. item, Mulctari ea pena, quæ sine mutuatione & sine versura possit dissolui. pro Fl. 156 a, Cum multos minutis mutuationibus fraudauisset, &c.

MVTVATVS, a, um. Att. 112 b, Sed cum video in sumptum ab alijs imitatum. Tusc. 184 a, A viris virtus nomen est mutuata.

MVTVE, *mutuo, vicissim.* Epistola 60 a, Tu ipse velim iudices, satisne videatur his omnibus rebus tuus aduentus, cum proxime Romam venisti, mutue respondisse. & 63 b, Officijs non mutue respondetur. *lege Cic. plura.*

MVTVO. *mutuum.* Episto. 153 a, Fac valeas, meque mutuo diligas. Episto. 63 b, Officijs mutuo respondere. Episto. 167 a, Et si omni tempore summa studia officij mutuo inter nos certatim extiterunt. Episto. 149 a, Te vt diligas me, si mutuo me facturum scis, rogo. Episto. 60 a, Satisne videatur his omnibus rebus tuus aduentus mutuo respondisse. Ora. 204 a, Verbum aut translatum, aut factum aliunde vt mutuo, aut factum ab ipso.

MVTVOR, aris *quod non habeo, aliunde sumo: mutuum aliquid sumo. commodum accipio.* Attico 245 b, Cum abundare debeam, cogor mutuari. Q. F 356 b, Tu quicquam ab aliis mutuaris? Att. 103 b, Age a Cælio mutuabimus. de Na 44 a, Mutuemur hoc quoque verbum. Or. a 17 b, Aut noua verba facere, aut a simili mutuari. de Ora. 107 b, Cætera vero à familiari meo longo mutuabor. de Or. 89 b, Quæ sunt oratori cum illis communia, non mutuor ab illis de Fat. 140 b, Orator subtilitatem ab Academia mutuatur, & ei vicissim reddit vbertatem orationis, & ornamenta dicendi.

Syntaxis. *Mutuo diligere. Respondet mutuò expectationi adventus.*

MVTVS, a, um. *elinguis, tacitus.)(loquens, eloquens.* Postquam 203 a, Mutum forum, elinguem curiam, tacitam & fractam ciuitatem videbatis. Q. F. 442 a, Qui mutis pecudibus præsunt. de Fin. 63 b, Si mutæ etiam bestiæ loquerentur de Leg. 184 b, Lex est mutus magistratus. in Cat 113 a, Imago aut tui clarissimi viri, quæ te a tanto scelere etiã muta reuocare debuit. in Ver 271 a, Omnia muta atque inanima cõmouerentur. de N. 9 a, Res inanimatæ atque mutæ Att. 138 a, Nullum fuit tempus post has fugas & formidines, quod magis debuerit mutum esse a literis propterea quod, &c. ad Her. 40 b. Cum res muta aut informis sit eloquens & formata. Tusc. q. 242 a Muti vel loquẽtis origo. Ora. 209 b, Muta quædam eloquentia inducere. in Cat. 116 b, Nihil me mutum delectat, nihil tacitum. de Ora. 123 a, Dialectica in e cogitandis argumentis muta nimium est, in iudicandis nimium loquax. pro Fl. 147 a, Muta est huius temporis accusatio. pro Dom. 240 a, Is mutam in delicto personam nomenque præbuit. pro Dom. 218 a, Ciuitas iacta malis, muta, debilitata, affecta metu. I. A. 186 b, Satius est mutum esse, quam quod nemo intelligat dicere.

Syntaxis. *Mutum forum, bestia. Inanimæ res ac mutæ. Tempus à literis mutum. Mutum, tacitum. Fractus, mutus abiectus, debilitatus.*

MVTVVM, *mutuo.* pro Flac. 156 a, Pecuniam sumpsit mutuum à S. Schola. *aliter mutuam.* Ep. 200 a, Tibi ex S. C. imperandum, mutuumque sumendum censen. Mutuum in amicitia. L. MVTVVS.

MVTVVS, a, um. *pariter atque æqualiter respondens, par.* At. 262 a, Tua voluntas erga me, meaque erga te par atque mutua. pro S. R. 37 a, Idcirco amicitiæ comparantur, vt commodum mutuis officijs gubernetur. de Am. 99 a, In amici mutua beneuolentia conquiescere. Epi. 60 a, Mutuum in amicitia est, cùm par voluntas accipitur & redditur, & 145 a, Tuus erga me mutuus amor. Ep. 59 b, Tribuere alicui mutuã voluntatem. Ep. 204 a, Pro pari inter nos & mutua beneuolentia. Ep. 227 a, Multa & magna inter nos offic. paria & mutua intercedunt. Ep. 178 a, Cum Appio summa mihi necessitudo est, multis eius officijs & meis mutuis constituta. Offi. 12 a, Beneficia mutua & grata esse debent. in Sal. 273 a, Non enim sperasti mutuam me tibi gratiam relaturum

relaturum vt vicissim tuos compellarem. Att. 165 a, Ille mihi H-S. quatuordecim ob reddit, quæ dedi eius filio mutua. 171 b, Dare pecuniam mutuam alicui. contra Rul. 84 b, Dare frumentum mutuũ alicui. I. A. 229 b, & Bru. 93 a, Sumere pecunias mutuas ab aliquo. • pro Flac. 148 a, Da mihi testimonium mutuum.* Epi. 59 b, pro mutuo inter nos animo.]

☞ Syntaxis. *Erga aliquem voluntas par atque mutua. Tribuere tuam voluptatem. Par & mutua beneuolentia. Testimonium dare mutuum.*

Mycenaensis, se. de Fin. 68 a, Mycenenses Attica pubes. Poetæ.

Mylasa, um. *vrbs.* In Ant. 198 a, & 207.

Mylasensis, vel Mylasii. *populi.* Epi. 214 b,

Myndus, di. *oppidum.* In Ver. 94 a,

Myndensis. Epi. 37 a, Myndensium testimonium.

Myoparo, nis *nauis piratica.* I. V. 190 a, In porta piraticus myoparo nauigauit. & 250 b, & 94 a, L. Infestus.

Myrina, næ. *vrbs Lemni.* Epi. 76 b,

Myron, onis. *fictor, qui Herculem ex ære fecit.* In V. 220 b, & de Orato. 145 a,

Myrothecion, *arcula, vel pixis, in qua vnguenta pigmentaque temperantur, & asseruantur.* L. Arcula.

Mysia, siæ. *regio.* Ora. 199 a, Caria, Phrygia, Mysia.

Mysius, a, Att. 293, & 300 a,

Mysterium, rij. *initia, sacra, res occulta.* Tus. 154 a, Reminiscere, quoniam es initiatus, quæ tradantur mysterijs. de Leg. 177 a, Mysteria, quæ appellantur initia, &c. de Ora. 149 b, Quod mysteria non referent, &c. de Na. 38 a, Quod quale sit, ex mysterijs intelligi potest. de Ora. 148 b. Hoc tacitum tanquam mysterium teneas. pro Mur. 129 b, Id enunciatis vestris mysterijs totum est contemptum. Aca. 15 b, Quæ sunt tandem ista mysteria? cur celatis? Tos. 221 a, Ne rhetorum aperiamus mysteria. de Ora. 102 a, Quid, si petimus ab Antonio, vt ea nobis explicet, & illa dicendi mysteria enunciet? Att. 67 a, Epistolæ nostrę tantum habẽt mysteriorum, vt eas ne librarijs quidem fere committamus. Att. 83 b, Velim rescribas certum (*vetitus ob grauitiam*) quo die mysteria futura sint. & 89 a, Faciesq; me, in quem die incidat mysteria.

☞ Syntaxis. *Tacitum id habeto, tanquam mysterium.*

Mysus, a, um. pro Fla. 160 a, Mysorum vltimus. *prouerbium.*

Mystagogus, gi. *rex, sacrorum, & magister.* In Ver. 230 b, Itaque iudices ij qui hospites ad ea quæ visenda sunt ducere solent, & vnumquodque ostendere, quos illi Mystagogos vocant, &c.

N

Litera Latinorum semiuocalis, ac liquida: significabat in iudicijs. Non liquere, vnde ampliatio nascebatur.

Næ. *profectò, valde.* In Ant. 161 a, Næ tu si id fecisses, melius famæ tuæ consuluisses. Attic. 57 b, Mediusfidius næ tu emisti locũ præclarum. Tuscu. 164 a, Næ ille mediusfidius vir sapiens lætus moriettur. de Na. 26 a, Næ ego incautus, qui cum Academico & eodem rhetore congredi conatus sum. In Verr. 219 a Næ ista præclara nobilitas desinat queri, Populum Rom. hominibus nouis honores mãdare. Att. 86 b, Næ tu me solitudine magna liberaris. de Cla. 187 b, Næ ego velim, &c. Episto. 95 a, Næ tu haud paulo plus delectationis habuisti, quàm quisquam nostrum. Epi. 106 a, Scilicet ista quidem summa, næ ego multa libentius emerim diuersorium Tarracinæ, ne, &c. Tusc. 161 b, Næ ista gloriosa sapientia non magno æstimanda est, si quidem non multum differt ab insania. Aca. 29 b, Quod si geometricis rationibus non est crediturus, quæ vim afferunt in dicendo næ ille longe aberit, vt argumentis credat philosophorum. L. C. 105 b, Næ illi vehementer errant si, &cęt.

Nænia, niæ, & Næniæ, arum. de L. 182 b, Honoratorum virorũ laudes in concione memorantor, easque ad cantus & ad tibicinem prosequantor, cui nomen Nęnię: quo vocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant.

Nævius, *poeta comicus.* de Cla. 190 a,

Nævus, vt de Nat. 17 a, Næuus in articulo pueri delectat Alceum. at est corporis macula nęuus. de Cl. 194 a, Totam aliquem non a guo aliquo aut crepundijs, sed corpore omni velle cognoscere.

Nam, *namque enim, etenim, atqui, quoniam, siquidem, quippe, nimirum, scilicet, videlicet, sane.* Epi. 203 b, Cum eo mihi summa necessitudo est. magno enim beneficio meo affectus cumulatissime mihi gratiam retulit. nã nec in honoribus meis vnquam defuit, nec in laboribus. I. C. 116 b, Quamobrem Quirites celebratote, &c. nam multi, &c. erepti enim, &c. de Inu. 43 b, Nam Hermagoras quidem nec quid dicat attendere, nec quid polliceatur, intelligere videtur. Epi. 232 b, Nam quid ego de Cicerone dicam? qui, &c. de Ora. 121 b, Nã hercule inquit Antonius, si, &c. & I. V. 123 b, Nam hercule, inquit, &c. & ibid. Nam speraueram, inquit orator, me ad denarium peruenturum. Att. 49 a, Nam ꝙ purgas eos, &c. 135 b, Nam quod negas, &c. I. A. 217 a, Nam ꝙ me tecum iracunde agere dixisti, non est ita vehementer, &c.

¶ *Particula adiecta maioris virtutis gratia, interrogandi.* pro Cęl. 52 a, Ex quibus requiram quonam modo latuerit. Attic. 177 a, Quamnam rationem allaturus es huius rei? de Diu. 89 b, Cuiusnam modi est Tarquinij somnium? Attico. 273 b, Quinque cohortibus quid senam facturum arbitratur. Par. 234 a, Ecquonam modo. & 251 a, Nunquidnam restat?

☞ Syntaxis. *Quis senam iactat? Ecquonam modo? Nunc quidnam vis?*

Nanciscor, eris: nactus sum, *inuenio, adipiscor, consequor, assequor, mole obuenit.* de Nat. 51 a, Alter alterius vbicunque nactus est, ova frangit. Tuscu. 164 a, Cato sic abijt e vita. vt causam moriendi se nactum esse, gauderet. Ora. 199 b, Nactus sum etiam, qui Xenophontis similem esse se cuperet. de Fi. 51 b, Quoniam nacti te, inquit, sumus. At. 315 a, Cuius rei nonnullam consuetudinem nactus sum. &cæt. pro Mil. 116 a, Quonammodo imperium ferre potuissetis, si id ille nactus esset? de Somn. 131 a, Ne vim vllam nanciscatur, quæ à primo impulsu moueatur. Epistò. 173 b, Si quid firmitatis nactus sit Antonius. Episto. 194 b, Nactus plusculum laxamenti. &, Cum plus ocij nactus ero. de Natu. 77 a, Potestas quam ille per scelus erat nactus. & b, Nacti aliquid fortuiti boni. de Natu. 58 b, Iam vero immanes belluas nanciscimur venandi. Episto. 205 b, Tamen maiorem spem impetrandi nactus sum, posteaquam, &cæt. de Sen. Vitis vt se erigat, clauiculis, quasi manibus, quicquid est nacta, complectitur. • I. V. 97 a, Sortem est nactus vrbanæ prouinciæ.* Episto 114 a, Mea comitia opinionem, quod ad Hortum attinet, incredibilem, nacta sunt.]

Nanque, *si quidem.* pro R. P. 234 a, de Or. 93 b, Tum ille, Nanque qđ tu non poteris, nemo poterit. de Or. 91 a, Nanque illud quare Scęuola negasti? Epi. 15 a b, Nanque assiduis internuncijs, &c.

Nar. *fluuius.* Att. 62, In Nar defluit Velinus lacus.

Narbonensis se, pro Font. 276.

Narbo, onis. pro Font. 276 b, Est in prouincia Galliæ Narbo Martius colonia nostrorum ciuium, specula populi Romani. in Anton. 167 a, Attic. 198 a.

Naris, ris *nasi foramen geminum.* de Nat. 54 b, Nares eo quòd odor ad superiora fertur, rectè sursum sunt. & 53 a, Os adiunctis naribus spiritu augetur. & 55 a, Nares semper patent. Tuscu. 199 b, Fasciculum ad nares admouere. de D. 83 a,

Naribus humoferum ducere ex aere fuctum.

Narniensis, *tribus.* cont. Rul. 81 b.

Narona, næ. *vrbs.* Epist. 231 b, & 51, Vatinij.

Narratio, onis. *rerum gestarum, aut vt gestarum expositio.* de Fin. 48 a, de Orato. 116 a, Deinde rem narrare, ita vt narratio verisimilis sit, vt aperta, vt breuis. & 139 a, Narratio obscura totam obcæcat orationem. Orato. 208 a, Narrationes credibiles, nec historico, sed prope quotidiano sermone explicatæ dilucidè. Orato. 217 b, Si exponenda narratio est. Par. 232 b, Narratio est rerum explicatio, & quędam quasi sedes ac fundamẽtum constituendæ fidei. de Or. 139 a, Omnis orationis reliquæ fons est narratio. 2. ad Her. Narratio accusatoria in coniecturali causa quid habere debeat. 1. de Inuen. Aperta narratio poterit esse, vt si quodque primum gestum erit, ita primum exponetur, &c. 1. ad Her. Narratio quo breuior, eo dilucidior. Partit. Narratio in suasione rara. 2. de Or Deinde rem narrare, ita vt narratio verisimilis sit, vt aperta vt breuis. 1. ad Her. Verisimilis narratio erit si vt mos, vt opinio, vt natura postulat, dicemus. 2. ad Heren. Defensoris narratio simplicem & dilucidam expositionem debet habere, cum attentione suspicionis. Partit. Narratio præteritarum aut præsentium rerum est. 3 ad Her. Narrationis depositio 1. ad He. Genus narrationis, quod in personis positum est, debet habere sermonis festiuitatem, animorum dissimilitudinem, grauitatem, lenitatem &c. 1. ad Her. Narrationis in negociorum expositione positæ partes tres. 1. de Inuent. Narrationis virtutes tres. in Orat. Exponere narrationem. Attico. lib 6, In multis nominibus in Trophoniana Chironis narratione Græcos in eo reprehendit, quod, &c. 1. de Ora Quando vtendum sit, aut non sit narratione, idest consilij. 1. de Inuent. & 1. ad Her. Narrationum tria sunt genera. Vnum genus est, in quo ipsa causa, & omnis ratio controuersiæ continetur. Alterum, in quo digressio aliqua extra causam, aut criminationis, &c. amplificationis causa interponitur. Tertium genus est remotum a ciuilibus causis, quod delectationis causa non inutili cum exercitatione dicitur & scribitur. *de Narratione vide ad Her.* 2 *b. &* 3 *a, de Inu.* 48 *a,*

Narrator, oris. de Orato. 113 a, Cæteri non exornatores rerum sed tantummodo narratores fuerunt. de Orato. 229 a, Imitator & narrator facetus.

Narro, ras. *rem gestam narratione expono, rem demonstro, dico.* Ep. 31 a, Iucunda mihi eius oratio fuit, cum de animo tuo, de sermonibus, quos de me haberes quotidie, mihi narraret. Att. 45 b, Crassi libertum ait, tibi de mea solicitudine macieque narrasse. ad Her. 20 b, de Or. 131 a, Vt mores eius de quo narres, exprimantur. Att. 216 a, Othonem, quòd speras posse vinci, sane bene narras. Atti. 247 b, & 246 a, Narro tibi, Quintus exultat lætitia. Att. 26 b, Narra mihi, reges Armenij patritios salutare non solent? Attic. 26 a, Narro tibi plene relegatus mihi videor postea quam in Formiano & 146 sum a, Narro tibi, hæc • loca venusta sunt. & 200 b, Male narras de Nepotis filio.* Epi. Catulum mihi narras, & illa tempora.]

☞ Syntaxis. *Narrare aliquid, de aliquo re. Narra mihi, quando venies?*

Narthecium, cii. *myrothecium.* de Finibus 69 a, Medicamenta illa tanquam de narthecio promant. Academ. lib. 2, Nonius. L. Putao, & Vnguentum.

Narus, *gnarus.* Orato. 212 a, noti erant, & naui, & nari: quibus cum In prępon oportet, dulcius uisum est Ignoti, ignaui, ignari dicere, quã vt veritas postulabat.

NARNI, orum. *oppidum.* Att. 40 a, Datum VI. Id. April. Narnis Luc. *aliter, Naryci Locr. à Narix.*

NASCENDI. in Catilin. 111 a, nascendi incerta conditio, & sine sensu nascimur.

NASCENS, tis. de Clar. 167 a, Thucydides qui non nascentibus Athenis, sed iam adultis fuit.

NASCOR, eris. *orior, in vitam venio, intrare, ingredior, ortum habeo, in lucem edor. suscitor, aliunde satu edor, in lucem edor patesio, procedo.* pro S.R. 25 b, Si tibi fortuna non dedit, vt patre certo nascerere. Orato. 197 a, Cætera nascuntur & occidunt. Tuscu. 150 a, Quoniam etiam mortui miseri sunt, in miseriam nascimur sempiternam. de Fin. 81 a, Sed ipsum à se oritur, & sua sponte nascitur de Fin. 118 a, Timiditas ex rebus nascitur. de Cla. 168 b, nec in impeditis, & regum dominatio traductio nasci cupiditas dicendi solet. Offi. 36 a, nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. * Topic. 224 a, Vt si filius natus esset in decem mensibus.]

☞ Syntaxis. *A se oriri, & sua sponte nasci aliquid. Nascitur homini ab homine pestis.*

NASICA. L. CORCVLVM.

NASSA, sæ. *vas vimineum ad capiendos pisces.* ad Att. 247 b, Ex hac nassa exire constitui non ad fugam, sed ad spem mortis melioris.

NASTVRTIVM, tii. *herba acri & odore & sapore, quam Græci cardamum vocant.* Tus. q. 274 b, Persas negat Xenophon ad panem adhibere quicquam præter nasturtium. & de Fin. 84 a.

NASVS, nasi. de Fi. 55 a, nasus ita locatus, vt quasi murus oculis interiectus esse videatur.

NATALIS, le. Att. 283 a, Cum is dies casu Bruti natalis esset. Atti. 137 a, natali die tuo scripsisti epistolam, &c. Att. 104 b, Ita ad vrbem III. non natali die meo. pro Fl. 165 b, Hunc ego diem vere natalem huius vrbis, aut certe salutarem appellare possum. Att. 49 a, Agere diē natalem suum de Fin 85 a, & 86 a, Agere diem suum natalem quotannis. & ibid. Colere diem natalem. de Diu. 126 b, Chaldæis in prædictione & in notatione cuiusque vitæ ex natali die minime credendum est.

NATALITIVS, a, um. *ad natalem diem pertinens.* de Diu. 126 b, Qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. & 127 a, Chaldæi notāt sidera natalitia. I A. 163 a, Hodie non descendit Antonius. cur? dat natalitia in hortis. *hoc est, festa dies natalis.*

☞ Syntaxis. *Cæsaris, vrbis natalis dies. Natalem diem agere, colere. Natalitia prædicta, sidera. Natalitia dare.*

NATANDI. pro Cæl. 45 a, Quò omnis iuuentus natandi causa venit.

NATANS, tis. de Inuen. 81 b, & Episto 200 a, naufragus quidam natans, &c.

NATATIO, onis. *natandi actus.* de Sen. 89 a, natatio & cursus.

NATIO, onis. *gens genus.* de Prouin 75 b, Cæsar cum acerrimis nationibus Germanorum & Heluetiorum prælijs fœlicissime decertauit: pro Font. 281 a, Exteræ nationes & gentes. pro Cl. 32 b, Is se Ligurē non fecit, ne nationis magis suæ quàm generis vti cognomine videretur. *idest, Parens natione Ligur.* de nat. 78 b, & 79 a, Deum non curare singulos homines, nec ciuitates, nec nationes & gentes de Orat. 110 a, Erudita illa Græcorum natio. de Inuen 50 a, Atque hominum genus in natione consideratur, Graius, an Barbarus. de Arus. & pro Sest. 23 b, Deteriores cauere, quorum quidem est magna natio.

¶ *Ordo.* pro Mur. 140 b, Tota natio candidatorum. pro Sest. 23 a, natio optimatum. in Piso. 91 a, nemo tibi obuiam venit, ne de officiosissima quidem natione candidatorum.

NATIO, *dea.* de na d. 68 b, & 69 b, natio dea, quæ quia partus matronarum tueatur, a nascentibus natio nominata est.

☞ Syntaxis. *Natio & gens. Cæsar natione Romanus. Candidatorum natio, optimatum.*

NATIVVS, a, um. *ortum habens.* de nat. 7 a, Anaximandri opinio est, natiuos esse deos, longis interuallis orientes occidentesque.

¶ *Germanus, apud nos ortus.* Pat. 231 a, Simplicia verba partim natiua, partim seperta sunt. de nat. 46 a, Belluæ ad saxa natiuis testis inhærentes. pro Dom. 215 b, Medicina, quæ & illud natiuum malum & hoc delectum sanare posset. de Arusp. 248 a, Huius gentis ac terræ domesticus natiuusque sensus.

☞ Syntaxis. *Dij natiui. Verba natiua. Natiua piscium testa. Malum natiuum sancire. Domesticum & natiuum.*

NATO, as, *no, trano.* de nat. 72 a, In quo quidem magis tu mihi natare visus es, quam ipse neptunnis.

¶ *Exundo, madesco.* in Ant. 180 a, natabant pauimenta vino.

NATRIX, cis. *serpentis genus.* Academ. 50 a, Cur Deus tantam vim natricum viperarum fecerit? cur mortifera tam multa passim disperserit?

NATV. *idest, ætate, aut maior aut minor.* Academ. 16 a, Aliquot annis minor natu pro Clu. 40 a, Ex his omnibus natu minimus. Q. Saturius. de Ora. 113 b, Minimus natu horum omnium Timæus. in Ver. 26 a a, Grandes natu matres. & 91 b, Grandis natu parens. de Inu. 52 b, Qui fuit maior natu quàm Plautus. de Sen. 79 a, non admodum grādis natu, sed tamen ætate prouectior.

☞ Syntaxis. *Natu maior, minor, minimus, grandis.*

NATVRA, ræ. *communis hominum parens, Deus ipse.* de nat. 42 a, namque alij naturam censent esse vim quandam sine ratione cientem motus in corporibus necessarios: alij autem, vim participem rationis atque ordinis tanquam via progredientem, declarantemque quid cuiusque rei causa efficiat, quid sequatur: cuius solertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex consequi possit imitando. *& ibi deinceps multa de natura.* & 37 a, Omnis natura artificiosa est. *& ibi rursus & de natura multa.* Para. 118 a, Cum tibi siue Deus siue mater (vt ita dicam rerum omnium natura dederit animum. Tuscu. 174 b, natura parens omnium. & 235 b, natura communis parens. de Fin. 130 a, Omnium est natura communis. de na. 10 a, Communis rerum natura vniuersa, atque omnia continens de nat. 52 a, Prouida solersque natura. I. V 243 a, Quæ iucunda videntur esse, non modo his extraordinarijs cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ ac necessitati denegarem. 2. de Leg. natura in his ipsis rebus quæ ad quietem animi & delectationem quæruntur, dominatur. Tus. lib. 5. Vereor enim ne natura, quū corpora nobis infirma dedisset, iisque & morbos insanabiles & dolore intolerabiles adiunxisset, animos quoque dederit & corporum doloribus congruentes, & separatim suis angoribus & molestijs implicatos. 2. de Iu. natura simplici in genere nihil ex omni parte perfectum expoliuit 3. de Orat. Fabricata est hoc incredibiliter natura 2. de Or. Fingit homines ac creat imitatores ac narratores facetos natura 1. de Fin. Ad maiora enim quædam nos natura genuit & conformauit. Tus. lib. 5, natura quicquid genuit non modo animal, sed etiam quod ita esset ortum è terra, vt stirpibus suis niteretur, in suo quodque genere perfectum esse voluit. Tusc. lib. 3, Quòd si natura tales nos genuisset, vt ea ipsa intueri & perspicere, eademque optima duce cursum vitę conficere possemus, haud erat sane, quod quisquā rationem ac doctrinam requireret. de Fin. lib. 1, natura ipsa diuitias quibus contenta est, & parabiles & terminatas habet Cat. natura, sicut aliarum omnium rerum, sic viuendi modum habet. Tuscu. lib. 2, natura nihil habet præstantius, nihil quòd magis expetat, quam honestatem, quam laudem, quam dignitatem, quam decus de na. 1, natura ipsa deorum, notionem in animis hominum impressit. de Fin. lib. 2, nat. cupiditatem ingenuit homini veri inueniendi. 3, ad Her. natura nihil extremum inuenit Tusc. li. 3, natura paruulos nobis dedit gniculo, quos celeriter malis moribus opinionibusque deprauatis sic restinguimus, vt nusquam naturæ lumen appareat de natu. 2, nat. est igitur quæ contineat mundum omnem, eumque tueatur. 2. de n. natura, qua nihil potest esse callidius. Acad. ed. 1 lib. 2, nat. in profundo veritatem, vt ait Democ. penitus abstrusit Tusc. lib 4, natura de animis hoc merita melius, quod corporum adiumenta adhibentur extrinsecus, animorum salus inclusa in his ipsis est. de nat. 1, natura mundos effectus nihil opus fuit fabrica, de Ora. 129 a, natu. fingit homines ac creat imitatores ac narratores facetos. de Orato. 149 a, Itaque incredibiliter hoc natura est ipsa fabricata. de Diu. 8 a a, Est enim vis & natura quædam, quæ futura pręnunciat, quorum vim atque naturam ratio nunquam explicuit. & ibi. Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscripsit immensum gloriæ. Tus. lib. 1, natura dedit vsuram vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præstitura die a. de na. naturam alij esse censent, vim quandam sine ratione cientem motus in corporibus necessarios, &c. de n. deor. 1, naturam excellentem atque præstantem pie sancteque colimus. Tuscu. lib. 4, nec tam fuit hominum generi infensa atque inimica natura, vt corporib. tot res salutares, animis nullam inuenerit. 1, ad Leg. A natura datis hominibus igniculi, à corruptela malæ consuetudinis extinguuntur, exoriunturque & confirmantur vitia contraria. de Vn. A natura datum hominis viuendi curriculum. Offic. 1, Maior pars eò fere deferri solet, quò à natura ipsa deducunt. Diu. li. 1, A natura deorum haustos animos & delibatos habemus. 1. de Leg. A natura repetenda iuris stirps. 11. Famil. Sim etenim impudens, si plus postulem, quàm homini à natura rerum tribuni potest. Aca. ed. 2. lib. 1, naturam in duas species partiebantur Academici, in materiam & formam. de Amic. Si quis in cœlum ascendisset, naturamque mundi & pulchritudinem siderū perspexisset, si solitarius esset, insuauem illam admirationem ei fore. de nat. d. 1, Quæ nobis natura informationem deorum ipsorum dedit, eadem insculpsit in mentibus, vt eos æternos & beatos haberemus.

¶ *Vis ingenita, causa intima in rebus vniuersis.* Tus. lib. 5, Aperta enim res est, & quotidie nos ipsa natura admonet, quàm paucis, quam paruis rebus egeat, quam vilibus. Tusc. 3. natura affert dolorem de Diu. li 1, natura paruis momentis multa aut affingit. aut mutat, aut detrahit. Læl. natura mutari non potest. de natu. d. 1, natura quam blanda conciliatrix, & quasi sui lena. Tusc. lib. 5. de Fin lib. 2, natura paruo cultu contenta est. de Fin. lib. 4, natura deprauata. Tusc. lib. 1, natura diuina 4 ad Att. Quę ad naturam maxime vsita est. Acad. q. ed. 2. lib. 1, naturæ inuestigatio. 2, de Inuent. naturæ iura a vulgari intelligentia sunt remotiora. 11. Philipp. naturæ lex 2. Fam. naturæ liberalitas 2. de N d. Naturæ nomine omnia Epicurus appellat. 2. de Inuen. Naturæ partes quibus in rebus versentur. 6. Fami. Tum vetat in eo vim timere, quo nos iam natura ipsa pene perduxerit. 1. de Legat Natura per se longius progreditur, quæ nullo docente profecta ab ijs quorum ex prima & inchoata intelligentia genera cognouit, confirmat ipsa per se rationem, & perficit. pro S. R. 30 a, Aliquid ex rerum natura sustulisse. de In 8 a a, Natura ius est. *idest, ius naturale est.* Ita natura comparatum est. L. Comparo. de Na. deorum 1, Naturæ speculator, venatorque physicus Cat. Naturæ uia una est, eaq; simplex Aca. q. ed. 2. lib. 1. Naturæ sentientis vim, animum mundi esse dicunt Academici. Acad q. ed. 1. lib. 2. Naturæ accommodatum. 2. de Legibus natura antiquissima, & rerum omnium princeps, ad quam leges hominum diriguntur de natura deorum, natura non artificiosa solum, sed plane artifex ab eodem Zenone dicitur consultrix & prouida vtilitatum opportunitatumque omnium. Tusc. 168 a, Na. sic se habet, ut, &c. Tusc. 176 a, Quod natura fert. de Fin. lib. 5, Omnis natura conseruatrix sui est. de Fin. lib. 4, Omnis natura diligem

gent sui, est. de Fini. 5, Omnis natura præpositum habet quasi finem & extremum, se vt custodiat quàm in optimo sui generis statu. de Ami. 99 a, Natura optima recte viuendi dux. de Fin. lib. 2. naturę ob sisti non potest. Acad. q. ed. 2. lib. 1. naturæ parere. Acad. q. ed. libro 1. natura mundi sempiterna, secundum Academicos de Natu. deorũ 1, natura omnium de dijs consentit. 13. ad Att. Rerum natura non videbatur ferre. de Fin. lib. 1, natura iuxta Epicurum, asciscit & reprobat, id est, voluptatem & dolorem. Tusc. q. lib. 2, Omnia, quæ natura aspernatur, in malis sunt: quæ asciscit, in bonis. Acad. ed. 2. lib. 1, Natura sentiens est secundum Academicos. Tus. lib. 1, natura terrena, mortalis & caduca. de Sen. 78 a, naturam optimam ducem tanquam Deũ sequimur, eique paremus. Lęl. Nihil est appetentius similium sui, nihil rapacius, quam natura. de Natu. deor. 8 2, Omnes naturæ numini diuino parent. de Ora. 161 a, In omni genere magna quædam est vis incredibilisque naturæ. pro Syll. 18 a, Tormentũ gubernat dolor & moderatur natura cuiusque tum animi tum corporis. & ibi. Vita ipsa ex vi sua natura que facile perspicitur. de Cla. 190 a, Gestus natura ita venustus, vt ars etiam quæ non erat, & disciplina motus quidam videretur accedere. Offic 22 b, Nihil contra naturam vniuersam est contendendum. 2. de Leg. Nihil rerum omnium rem vllam præstare cum nefas sit dicere, rationem esse in ea cõfitendum est. Cat. Quid enim est aliud gigantum more bellare cum dijs, nisi repugnare naturæ? pro Clu. Vos autem de eo, in quem iudices nõ estis, &c. de eo qui & naturæ & legibus satisfecit, quem leges exilio, natura morte multauit. ad Brut. Naturæ seruire. pro Mar. naturæ quod debetur, soluere. Acad. q. ed. 1, lib. 2, naturam accusa. 2. de Leg. Ad naturam iura nostra accommodari gaudeo. in Or. Quid vero hoc elegantius, quod non sit natura? de Natu. deor. 1. Eaque natura fluerent atque manerent. Acad. q. edit. 2. lib. 1. nat. sentiente nihil valentius. æquo interest. 13. Fam. Nam tributum est id optimo cuique ut laudem velit consequi. 1. de Legi. Naturã ducem nactus, non est quisquam hominum, qui ad virtutem peruenire non possit. 2. de Nat. deo. naturam illam quę imagines fundat, ac mittat in deorum numero. Tus. lib. 1, Natura inest in mentibus nostris insatiabilis quædam cupiditas veri videndi. pro Syll. Hoc natura est insitum, vt quem timueris, quicum de vita, fortunisque contenderis, cuius ex insidijs euaseris, hunc semper oderis. 1. de Or. Natura nõ est interdictum singulis hominibus artes plures nosse.

¶ *Mundi moles, rerum vniuersitas.* Acad. q. libro 2, In natura ratio perfecta, iuxta Academicos. 2. de natu. deor naturam eam, quæ res omnes complexa teneat, perfectione rationis excellere necesse est. pro Rab. 95 b, Atqui videmus hæc in rerum natura tria fuisse. de Nat. deo. 1; Naturæ vniuersæ animus & mens. 2. de Or. In naturæ bonis Crassus se vinci æquo animo ferebat: in ijs verò quę sibi homines parare possent, pati non poterat. de Vniuer. Naturę intelligentis sapientisque causas primas conquirere. 2. de natu. deor. naturæ fabrica incredibilis. 3. de Nat. deor. naturam quasi cogitatione continuatam conspirare. 1, de Inuen. naturam definire difficile. de Prouin. cõsul. Si ex rerum natura non possem euellere, *hoc est, delere, tollere*. de Amic. Quod si exemeris ex rerum natura beneuolentiæ coniunctionem, nec domus ulla nec vrbs stare poterit. Diuin. lib. 2, natura rerũ vno consensu iuncta & continens, ut Physicis placet. Acad. edi. 1. lib. 2, Quod rerum natura non patitur. Aca. ed. 2. lib. 1, natura cohęrens & continuata cum omnibus suis partibus. 1. de Leg. In natura est bonum ipsum, non in opinionibus: nam si ita esset, beati quoque opinione essent. 1. de Fi. In rerum natura duo quęrenda sunt. unum, quæ materia sit ex qua quęque res efficiatur: alterum, quę vis sit, quę quęque efficiat. de Fin. lib 2, In natura rerum tria sunt: unum, cum in voluptate sumus: alterum, cum in dolore: tertium, cum nec in voluptate nec in dolore. Tusc. lib. 3, In natura tria sunt. vnum gaudere, alterum dolere, tertium nec gaudere nec dolere.

¶ *Essentia.* de Fat. 145 b, motus enim uoluntarius eam naturam in se ipse continet, ut sit in nostra potestate, nobisque pareat: nec id sine causa. eius enim rei causa ipsa natura est. de Orato. 101 a, Cuius rei tanta est uis, tanta natura, ot, &c. de Ora. 123 a, Acie mentis rerum omnium uim naturamque uidere de Or. 165 b, Argumenta, aut ex sua sumi ui atque natura, aut assumi foris. pro Mur. 152 a, Sed tamen ea uicissim, quę & natura, & conditionem, ut uinci possent, habebant. 3. de natura deorum, naturam patibilem habet omne animal. de natura 31 b, natura ignis, & ea ipsa tota feruida est, & cæteris naturis uitalem impertit calorem. de Fin. 130 a, naturas esse diuersas, ut aliud equo sit natura, aliud boui, aliud homini. & 126 b, Theophrastus persecutus est stirpium naturas, omnium ferre rerum, &cęt. de Finib. 58 b, Vis & natura iustitiæ. & 62 a, Vis verborum & natura orationis. 12. ad Att. Natura noscenda est, non facultas. de Nat. deo. 2, Mundus melior, quam vlla natura. de Somn 131 a, Hæc est natura propria animæ atq; vis, ut ipsa a seipsa moueatur. de Na. deor. 2, Hominis natura perfecta non est. 1, de leg. Natura iuris ab hominis repetẽda natura. 1. de Fin. Vis & natura iustitiæ Aca. q. edi. 1. lib. 2, naturam rerum omnium euoluere. de Ora. 92 b, Id si est difficile nobis, sit tamen in re positum atq; natura. Acad. quæst. 1. lib 2, Ad naturam accommodatum. 6. Famil. Ad rerum naturam delabi. 1. de Leg. In natura, non opinione sita arboris aut equi virtus. 2. de Nat. Nostris manibus in rerum natura quasi alteram naturam efficere conamur. de N. d. 1, De natura deorum quæstio perdifficilis & per obscura.

¶ *Ingenium.* pro Mar. Victoriã, quæ natura insolens est. 2. de Natura deo. Natura solertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex cõsequi potest imitando. Tus. lib. 1, Naturæ specimen ex optima quaque natura capiendum. Tusc. lib. 5, natura semper est inuicta. Tus. lib. 1. nulla melior in hominum genere natura, quam eorum, qui senatos ad homines iuuandos, tutandos, conseruandos arbitrabantur. de Clar. 198 a, Atque hic a magistris parum institutus, naturam habuit admirabilem ad dicendum: industriam non sum expertus, studium certè fuit. Tusc. lib. 4, Continet autem sedationem animi humani in conspectu posita natura. 10. ad Att. natura corrupit Hortensij filium, non patris culpa. Cat. natura commorandi nobis diuersorium dedit, non habitandi. de Fin. lib. 5. natura in pueris vt in speculis cernitur. 1. ad Q. F. naturæ tuæ ea adhibita doctrina est, quæ vel vitiosissimam naturam excolere possit. de Orato. 94 a, naturam atque ingenium ad dicendum vim afferre maximam. Tusc. q. lib. 1, Quę natura, non literis assecuti sumus. de Fin. 140 b, Cum sic hominis natura generata sit, vt, &c. Tus. q. lib. 4, Qui autem naturæ dicuntur iracundi, aut misericordes, aut inuidi, aut tale quid, ij sunt ciuismodi constituti, quasi mala valetudine animi, sanabiles tamen. Acad. q. ed. 1. li. 2, natura lenissimus homo. Tus. q. lib. 1, Optima natura esse. 13 Fam. pro natura tua. * pro Arc. 188 a, Sine doctrina naturæ habitu esse moderatum pro Clu. 52 b, Vitia, quæ ab natura habeas.

¶ *Animus, ratio, iudicium, mens, consilium.* 1. de Leg. natura diiudicanda sunt honesta & turpia. de Fin. lib. 1, Magistra ac duce natura. 1. de Leg. natura duce errari nullo pacto potest. Tus. q. lib. 1, Tantum sibi persuaserant, quantum natura admonente cognouerant. Tus. lib. 1, naturam ipsam de immortalitate animorum tacitam iudicare, maximum argumentum est, quod omnibus curæ sunt, & maxime quidem, quæ post mortem futura sint.

¶ *Mores.* Acad. q. edi. 2 li. 1. naturæ perfectio, virtus. ad Lent. li. 1, Habui non temporum solum rationem eorum, sed etiam naturæ, *i. destimorum meorum*. 1. ad Quint. Fra. naturæ acerbitas. 1. ad Att. naturæ agilitas, vt ita dicam, & mollities. 3. de na. deor. naturæ ista sunt. Balbe, naturæ non artificiose ambulantis, &c. sed omnia cientis & agitantis motibus & mutationibus suis. ad Allienum. lib. 13, Huic, ego tantum modo aditum ad tuam cognitionem patefacio, & munio, cognitum per teipsum, quæ tua natura est, dignum tua amicitia hospitioque iudicabis. pro Arc. 188 b, Sæpius ad laudem atque virtutẽ naturam sine doctrina, quàm sine natura valuisse doctrinam. & ibid. Aliquem sine doctrina naturæ habitu esse moderatum & ibid. Cum ad naturam eximiam & illustrem accesserit ratio quædam conformatioque doctrinæ, tum illud nescio quid præclarum ac singulare solet existere. de Diu. 178 a, Eodem temporis puncto nati, dissimiles & naturas, & vitas, & casus habent. Tusc. q. lib. 4, Qui se naturam cuiusq; ex forma perspicere profitebatur. 1. ad Quin. Fra. Natura vniuscuiusque multis simulationum inuolucris tegitur. Brut. 1, Voluntates hominum occultæ multiplicesque naturæ. de Ami. Si aliquem nacti sumus, cuius cum moribus & natura congruamus. 1. ad Qu. F. Natura moderata, natura vitiosa.

¶ *Elementum.* de na. deo. 1, Quatuor naturas, ex quibus omnia constare vuit Empedocles, diuinas esse censet.

¶ *Temperatura* de Orat. 125 b, Medico & consuetudo valentis, & natura corporis cognoscenda est. 1 Phil. Præter naturam & fatum. Tus. q. lib. 4, An quicquam potest esse secundum naturam, quod sit repugnante ratione? Cat. Omnia quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. Offic. 3. Secundum naturam viueret. Off. 1. naturam si sequemur ducem, nunquam aberrabimus. de Na. 1, neque naturã significat: est enim plena rationis. Acad. q. edi. 2. lib. 1, A natura corporis experte nihil quicquam effici posse arbitrabatur Zeno.

¶ *Origo, ortus, initium, principium.* 2. de Leg. naturæ patria vna, altera ciuitatis. Orato. 122 a, Hoc non natura fit, sed quodam tributo. de Cla. 190 b, Sine quod natura non esset ita factus. pro Clu. 32 b, Vitia quæ ab natura habeas, studio atque artificio quodam malitiæ condire. * de Orato. 104 a, Teneat oportet venas, cuiusque generis, gratis, ordinis.]

¶ *Corpus.* de Na. d. 1, Quæ autem animans natura, nihil curans. de Na. 2, naturæ primæ & inchoatæ. 5. de Na. deo. Natura maxime cedens & dissipabilis. de Na. d. 1, Naturis, quæ sine animis sunt, locus est proprius. 2. de Natu. deor. A impetus externisque naturis alitur terra, *id. aterna*. Tuscula. 152 b, & 162 a, Quinta quædam natura ab Aristotele inducta. *& vbi de natura quam substantiam vocant præclara quadam.* Som. 131 a, Vel concidat omne cœlum, omnisque, natura consistat necesse est animus. de Na. deo. 2, In omni fusum est natura calidum illud atque igneum. Tusc. q. 156 b, Quinta illa non nominata magis quam non intellecta natura.

¶ *Vulua, uterus.* 2. de Diuin. Parere quędam matrona cupiens, dubitans essetne prægnans, visa est in quiete obsignatam habere naturã. retulit, negauit eam, quoniam obsignatam fuisset, concipere potuisse. I. V. 240 b, Natura loci ac cęli Syracusarum de Leg. agr. Carthaginenses fraudulẽti & mendaces non genere, sed natura loci, quod propter portus suos, multis & varijs mercatorum sermonibus, ad studium fallendi, studio quęstus uocabantur 15, Fam. Natura illius mõtis. Q. F. 317 b, Quos tu situs, quasi natura rerum & locorum habeas? 2 ad Q. F. naturę rerum & locorum. Epist. 7 b, Ea est natura & ratio prouincię tuę, &c. ad Lent. lib. 1, Eam esse naturam & rationem prouincię tuę, ut illius reditum adiuuando confirmares, uel negligendo impedires.

¶ *Constitutio.* 2. de Orato. Natura causa quam alij constitutionem uocant.

¶ *Status, conditio, cursus.* 6, Fam. Natura atque ratio temporum ciuilium. ibid. Ea natura rerum est, & is temporum cursus.

☞ Syntaxis. *Natura vis quadam artificiosa mater omnium, commu-*

nis

nis parens. Communis natura, vniuersa, omnia continens, prouida, solers. Natura & vis animi. Vita natura. Gestus natura venustus. Naturam habere ad dicendum. Natura habemus, non doctrina. Concedet omne cœlum, omnesque naturæ. Contra naturam vniuersam contendere. Non natura sed institutio. Victoria natura insolens. Generata hominis natura. Tanta vis est, tanta natura. Natura corporis modum uerecunda. Loci ac cœli Italici natura. A natura vitium habere. In rerum esse natura. Ex rerum natura tollere. Id natura, sua natura comparatum est. Natura legis æterna. Animal natura, artifex, consultrix, & prouida vtilitatum nostrarum. Aeris natura cadens, dissipabilis, cohærens, continuata cum suis partibus. Natura blanda, conciliatrix, ac sui lena, sui diligens, terrena, mortalis caduca. Causa natura, idest, constitutio. Vniuersæ naturæ mens & animus. Natura patria. Soluere natura debitum. Natura cognatione continuata, conspirans. Animalis natura patibilis. Vide totum caput & accuratius expende: sunt enim omnia præclara Tullij dicta de natura. nos igitur actum non agemus.

NATVRALIS, le. *Physicus, innatus, insitus, naturæ coniunctus vel copulatus à natura profectus vel ortus, secundum naturam, quod à natura est.* de Cl. 166 b, Eisque libris ad memoriam rerum naturalium comprehendendam impulsi sumus. Par. 235 b, In obscuris naturalibusque quæstionibus. de Fin. 120 b, Motus naturalis. in Aut. 286 a, Pater naturalis. de Cla. 182 b, Omnium causarum vnum est naturale principium. de Fat. 141 b, nostrarum voluntatum & appetitionum non sunt causæ naturales & antecedens, nihil enim esset in nostra potestate. de Diuin. 82 a, Hæc enim duo genera diuinandi naturalia sunt. pro Cæl. 36 b, vt si ipse se cùm domestica disciplina, tum etiam naturali quodam bono defenderet. de Cl. 167 b, naturalis, non fucatus nitor. Off. 11 a, naturalis quædam societas. de Ora. 64 b, Vt homines adolescentes, si quid naturale forte non habeant, deterreantur. de Fin. 55 a, naturalis atque insita in animis nobis notio. de Cla. 176 a, Facile cerneres naturale quoddam stirpis bonum degenerauisse vitio deprauatæ voluntatis.

Syntaxis. *Pater naturalis. Naturalis, non fucatus nitor. Naturalis ac insita vis. Naturale stirpis bonum degenerat.*

NATVRALITER. *à natura, secundum naturam, natura insitus habitu naturæ, absolute casu.* de Sen. 82 b, Quod homini naturaliter insitum est, eo vti decet.

Syntaxis. *Insitum naturaliter.*

NATVS, ti. *procreatus filius.* de Amic. 101 a, Ea charitas, quæ est inter natos & parentes. de Finib. 141 b, A primo statu quo a procreatoribus nati diliguntur.

NATVS, ta, tum. *editus, procreatus, factus, prognatus, alicuius satu vel partu editus.* de Na. 68 b, Orpheus & Rhesus matre Musa nati. & 69 a, Circe e Perside Oceani filia nata. Tus. 196 a, Thyestes Tantalo prognatus. Pelope natus. Postquam 98 b, A parentibus paruus sum procreatus, à vobis natus sum consularis. de Fin. 139 b, natus, susceptus, & institutus ad laudem. de Orat 93 a, Cum te vnum ex omnibus ad dicendum maxime natum aptumque cognoui. & 92 a, Ita nati sumus, vt rem gestam exponere & de omnibus rebus loqui sine arte possimus. in Verr. 135 b, Reperiebam hunc ad istius flagitiosas libidines natum atque aptum fuisse & factum. I. Factus. de Fin. 63 a. Equus natus ad cursum, canis natus ad indagandum. Episto. 57 a, Natus ad agendum semper aliquid dignum viro. de Arusp. 144 a, Scipio natus mihi videtur ad interitum exitiumque Carthaginis. & ibid T. Annius ad hanc pestem funditus delendam natus esse videatur. pro Sest. 22 b, Vir ad dignitatem & gloriam natus. pro Cæl. 50 a, Ille vir, qui se natum huic imperio. pro Corn. 55 a, T. Crassus homo natus ad dicendi singularem quandam facultatem. in Anto. 241 a, Cæsar deorum beneficio natus ad hæc tempora. in Ant. 238 b. Aliquis ad facinus prædamque natus. Orato. 105 b, At hic noster ad hoc vnum est natus in hoc solo se exercent. Part. 23 a, Genus hominum est ad honestatem natum. de Clar. 186 b. Cn. Pompeius vir ad omnia summa natus. de na. deor. 58 a, Boum ceruices natæ ad iugum. de Prouin. 71 a, Syri natio nata seruituti. pro Cæl. 50 a, Ille vir qui se natum huic imperio putauit. in Pison. 86 a, Ille gurges atque helluo natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ. de Clar. 191 a, Multitudo & forum, cui nata eloquentia est. pro Mur. 143 b, Tuum est Cato, qui non tibi, sed patriæ natus es, videre, &cæ. Offic. 5 a, Non nobis solum nati sumus. sed. &cæ. de Orato. 154 b, Græci nati in literis. Antequam 196 a. Non magis me mea causa puto esse natum, quàm reipub. procreatum. de Orato. 94 b, Quidam sunt ita habiles, &cæt. vt non nati, sed ab aliquo deo ficti esse videantur. Attico. 106 b, Animaduertam posse pro re nata te non incommode ad me in Albanum venire. Attico. 111 b, In his locis pro re nata non incommode possunt esse. Attico. 224 a, Antonij colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum. in Verr. 169 b, Eques Rom. prope annos LXXX natus. de Orato. 149 b, & de Cla. 185 a. Annos natus vnum & viginti. pro Clu. 40 b, Cum annos ad quinquaginta natus esset. de Leg. 161 b, Homines ad iustitiam esse natos. contra Rullum 84 a, Ante extingui atque opprimi, quam plane exortum ac natum esset. ibidem 64 a, Homines in veteri dignitate fortunaque nati. de Leg. 159 a, Cuius causa nati & in lucem editi sumus. pro Qui. 16 a, Ex quo hæc omnia nata & profecta sunt. de Finibus 107 a, Omnes nati sumus ad societatem & communitatem generis humani. Top. 224 a, Filius natus in decem mensibus. * I. A. 216 a, Cuius non sibi, sed nobis, & patriæ natus.]

Syntaxis. *Ille Cæsare natus, à Cæs. Natus à senatoribus consularis. Tullius natus, susceptus, & institutus ad laudem. Natus & aptus ad. Natus, aptus, factus. Natus Reip. ad hoc tempus, ad omnia summa. Natus seruituti, ad iugum, abdomini. Foro nata eloquentia. In literis natus. Pro re nata consilium inire. Annos natus ad 20. & 21. Natus & exortus. In veteri natus nobilitate. Natus, ac in lucem editus. Hoc natum inde ac profectum est. In decem mensibus natus. In veteri dignitate natus.*

NAVALE, lis. *armamentarium: locus in quo naues naualiaque opera fiunt, & seruantur.* Muri, naualia, portus, aquarum ductus. Offic. 45 b.

NAVALIS, le. de Orato. 90 a, Si huic M. Antonio pro Hermodoro fuisset de naualium opere dicendum. de Sen. 79 b, Pedestres naualesve pugnæ. pro Muræn. 132 a, Pugna naualis ad tenendum. pro Pomp. 14 a, Disciplina naualis. & 9 b, Nauale bellum. Attico. libro 10.

NAVARCHVS, chi. *magister & gubernator nauis, nauicularius.* in Ver. 248 a, Sumptum omnem in classem nauarcho suo quæque ciuitas dabat. & 190 a, Nauarchus imperare: item, Forum Syracusanum, nauarchorum sanguine redundauit.

NAVCI, *nugandus paramon, res nihili.* de Diu. 108 a, Non habeo denique nauci Marsum augurem.

NAVFRAGIVM, gii. *iactura quæ fit in mari naui fracta, calamitas.* Episto. 219 b, Interea, qui cupide profecti sunt, multi naufragia fecerunt. de Diu. 85 b, Tot clarissimorum ducum regumque naufragiis. de Iuuen 42 b, Maxima ac miserrima naufragia fiebant. pro Rab. 95 b, Nec tuas vnquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos S. Titij nauem afflictam, & in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres. Attic 67 b, Hæc enim me vna ex hoc naufragio tabula delectat. Offi 70 a, Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorquebit ne eam sapiens, si poterit? pro S. R. 43 a, Quem tu è patrimonio tanquam è naufragio nudum eiecisti. pro Dom. 141 a, Quod in naufragio reipub. tenebris offusis, demerso populo, &c. Ep. 10 b, Naufragium rei familiaris. pro Sest. 5 b, In quo naufragio reipub. colligendo & reficiendo, saluti communi omnia reperientur P. Sestij consilia esse versata. in Pis. 68 b, Vt in naufragio expulsus pendentes. &cæ. in Ant. 243 a, Qui ex naufragio luculenti patrimonij ad hæc Antoniana saxa proiectus est. Att. 2, Naufragia externa intueri. Phil. 11, Naufragia ex latrocinijs.

NAVFRAGVS, a, um. *qui naufragium fecit, eiectus.* de In. 83 a, Naufragus quidam natans. de Fat. 140 b, Vt in illo naufragio. in Cat. 109 b, & 109 b, pro Syl 175 a. Aliquis patrimonio naufragus. in Pis. 88 b, Martium Aphrica expulsum, naufragumque vidit. Offic. 60 b, Duo naufragi in vna tabula.

Syntaxis. *Naufragium Reipub. ducum, rei familiaris facere, fieri, colligere. Naufragio proiect, expulsi.*

NAVICVLA, læ Postquam 202 b; Marius cum parua nauicula traiecit in Aphricam. Academ. 37 a, Nos ad nauiculas nostras ascendimus.

NAVICVLARIA, riæ *ars nautica.* I. V. 145 a, Nauiculariam facere.

NAVICVLARIVS, rii. *nauicularius, nauis gubernator, gubernator.* Epist. 160 a, Nauigei cum honesto aliquo homine, cuius autoritate nauicularius moueatur. Attico 136 b, Ego nautas illum non putabam habiturum, ille confidebat, & eo magis, quod audita nauicularij hominis liberalitas esset. in Verr. 136 a, Vt aratores, ut mercatores, ut nauicularij.

NAVICVLATOR, oris *nauicularius.* pro Pomp. 5 b, Mercatoribus ac nauiculatoribus iniuriosius tractatis.

NAVIGANDVM. Att. 120 b, Infero mari nobis incerto cursu hyeme maxima nauigandum est.

NAVIGANS, tis. *qui nauigat, naui vectus.* Offic 70 a, *bis,* Attico. 165 b, Recordor enim cum illo Rhodiorum ἀφράκτῳ nauigans, quàm fuerim solicitus

NAVIGATIO, onis. *cursus, cursus maritimus.* de Natu. 76 b, Videtisne, inquit, amici quàm bona à dijs nauigatio sacrilegijs detur. Quin. Frat. 312 a, Aiebant te prima nauigatione transmissurum. Quin. Frat. 310 a, Primam nauigationem ne omiseris. de Sen. 92 a, Aliquando in portum ex longa nauigatione venire. Episto. lib. 13. Nauigationum cursus.

NAVIGIVM, gii. *nauis.* de Natu. 56 b, Arborum confectio magnos vsus affert ad nauigia facienda. de Orato. 156 b, In nauigio latera, cauernæ, prora, puppis, antennæ, vela, mali. pro Cor. 67 b, Sententiam aliquam tanquam aliquod nauigium ex reipub. tempestate moderari. Attico. 243 a, Prorsus dissolutum offendi nauigium, uel potius dissipatum. Acad. libro 4. Proficisci probo nauigio, bono gubernatore, ac tranquillitate. Attico. 16, Nauigia minuta. ibidem. Nauigia luculenta.

NAVIGIOLVM li. Epist. 191 a, Nos vix ipsi singulis cum nauigiolis reciperemur Lentuli.

NAVIGO, as *nauem ago, naui & in naui vehor.* de Natu. 76 b, Dionysius nauigabat Syracusas: isque cum secundissime cursum teneret, Videtisne, inquit, &cæt. Epistola. 259 a, Rogo te, ne nauiges, nisi explorate. pro Dom. 218 a, Cum ipse archipirata cum grege prædonum plenissimis uelis nauigaret. de Finibus 88 a, Cum Xerxes maria ambulauisset, terramque nauigasset, &cæt. Attico. 255 a, Magis commode quam strenue nauigaui: remis enim magnam partem. pro Flac. 152 b, Reliquum est, ut quæratur, utrum nostra ista classis cursu & remis, an sumptu tantum & literis nauigarit.

Syntaxis. *Nauigare cum aphracto. Dant venti, Deus, bonam nauigationem. Nauigatione prima transmittere. Nauigationum cursus. Probo nauigio nauigare. Dissolutum ac dissipatum nauigium. Nauigare tranquillitate. Secundissime nauigando cursum tenere. Explorate*

plorare nauigare. Terram nauigare. Nauigare strenue, remis magnam partem i cursus & remis.

NAVIS, uis. *nauigium.* I. V. 244 b, nauem maximam triremis instar palam ædificauit. Epist. 55 b, Dum ab Epidauro Piræum naui aduectus essem. Epist. 199 a, Conscendere nobiscum, & quidem ad puppim: vna nauis est iam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam, vt rectam teneamus, vtinam prospero cursu. Aca. 37 Ascendere ad nauim. de Nat. 78 a, Quæsiuitq; , num ét in ijs nauibus Diagoram vehi crederent. de Orat. 97 b, Vt concitato nauigio cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa nauis motum & cursum suum, intermisso impetu pulsuq; remorum. Att. 129 a, Vt omnes copiæ nauibus Dyrrachium transportarentur. de Inn. 54 a, Eadem nauigij ratio est. nā nauis optime cursum conficit ea, quæ scientissimo gubernatore vtitur. pro Plan. 279 a, Vidi namé secundis ventis cursum tenētem suum. In Pis. 83 b, Qui maximis turbinibus ac fluctib. reip. nauē gubernassem, saluamq; in portu collocassem. Off. 70 a, Quo ad peruentū sit eo, quo sumpta nauis est, non domini est nauis, sed nauigantium. In Va. 81 a, Mercatores e naui egredientes terrere, conscendētes morari de Ora. 99 a, Euertere nauem in portu. de Diu. 94 b, Conscensio in nauem. In Ver. 263 a, Nauis instructa & ornata. Att. 210 a, Cum ad villam nostrā naui appelleretur. & 235 a, E. Pompeiano naui aduectus sum in Luculli nostri hospitium egressus autem e naui, accepi tuas literas.

NAVITA, tæ. *nauta.* Tusc. 180 a.

Nullam parentes, timidi aduectum nauitæ, i. nauem. Poetæ.

☞ Syntaxis. *Nauem ædificare. Naue a Basilea Coloniam aduehi. Nauem tenere rectam, prospero cursu. Conscendere, ascendere ad nauem. Nauis retinet motum & cursum suum, cum inhibent remiges, Conficit cursum nauis, qua vtitur scientiss. gubernatore. Cursum suum nauis tenet secundis ventis. Nauem saluam in portu collocare. Quò sumpta est nauis, ad eā, vnde. Nauem in portu euertere In nauē conscensio. Nauem instruere, & ornare. Nauis appellitur ad littus.*

NAVITAS, tis. *industria.* Episto. 159 b, Ista opera tua, nauitas, animus in rempub.

NAVITER, *strenue* Epist. 67 b, Qui semel verecundiæ finem transierit, eum bene & nauiter oportet esse impudentem.

NAVO, as. *do, præsto, exhibeo.* de Or. 112 a, Equidem iam mihi videor nauasse operam, quod huc venerim. Att. 277 b, Tibi omnes nauare operam & studium volunt. Qu. de Pet. 209 b, Qui etiam si suffragandi studia non nauant, tamen afferunt petitori aliquid, &c. Episto. 40 b, Vt cùm hic tibi satisfecerimus, istic quoq; nostrum in te beneuolentiam nauare possimus. Atti. 240 a, Quam vellem Bruto studium tuum nauare potuisses. Epist. 250 b, A petitionis quidem tuæ ratio mihi semper fuit explorata, sed tamē nauare operam volebam. Epi. 250 a, Vtinam potuissem pro tuis amplissimis erga me studijs atq; beneficijs tibi operam meam studiumque nauare Episto. 127 a, Etsi minus in curia atque in foro, ac in literis & libris, vt doctissimi veteres fecerūt, nauare reip. & de moribus ac legibus scribere. Epi. 79 b, nemo est tam afflictus, qui si nihil aliud studeat, nisi id quod agit, non possit nauare aliquid & efficere Att. 147 a, Vtinam aliquod in hac miseria reipu. πολιτικὸν opus efficere & nauare mihi liceat. pro Cel. 52 a, Sed si me audiant, nauent aliam operam, aliam ineant gratiam. pro Do. 243 b, nauare operam alicui, atque ei sese venditare. Epi. 159 b, nauare operam reipub. de Clar. 191 a, Qui nauarat miles operam imperatori.

☞ Syntaxis. *Magna est nauitas tua in Rempubl. Bene & nauiter impudens. Operam iam nauasti, quòd veneris. Operam & studium alicui nauare. Suffragandi studia nauare. Suam in aliquem beneuolentiam, operam suam nauare. In libris tibi nauare possunt. Quid nauare efficereque putas?*

NAVPACTVM, *vrbs Macedoniæ, alij Neopactum.* Io Pis. 99.

NAVSEA, seæ. *stomachi fastidium, vomendique cupiditas.* Attico. 286 a, Tua ἀπεψία nausea abijt Episto. 240 a, Festinare te nolo, ne nauseæ molestiam suscipias æger. Attico. 74 b, nauigauimus sine timore & nausea.

NAVSEANS, tis. Epi. 198 b, Quam ego ructantem & nauseantem conieci, &c. & 107 b, Vidit me nauseantem. At. 81 a, Epistola quam dedisti nauseans Buthroto.

NAVSEO, *stomachi fastidio laboro, abhorreo.* de Nat. 18 a, Quàm bellum erat confiteri potius nescire quod nesciret, quàm illa effutientem nauseare. In Anto. 176 b, Sudat, pallet, quidlibet, modo ne nauseet, faciat.

NAVSEOLA, læ. *nausea.* Att. 225 a, Nauseolā tibi tum causam ocij dedisse, facile patiebar.

☞ Syntaxis. *Nauseæ suscipere molestiam. Sine nausea nauigare.*

NAVTA, tæ. *nauiculator, nauicularius, remex.* At. 136 b, Ego nautas eum non putabam habiturum, illū confidebat: & eo magis, quod audita nauicularij hominis liberalitas esset. Epist. 259 b, Nautæ solent festinare quæstus sui causa. In Ara.

Hoc signum venienti poterunt prænoscere nautæ.

NAVTICVS, a, um. de Natu. 57 a, Nauticarum rerum scientia. Attico. 310 a, Inhibere, verbum est totum nauticum. pro Pomp. 14 b, Cùm eum vobis maiores vestri exuuijs nauticis, & classium spolijs ornatum reliquissent.

NAVVS, a, um, *strenuus, industrius.* Io Verr. 158 b, Homo nauus & industrius. & 174 a, & 184 a, nauus & pudens & probus filius. & pro Pomp. 7 a, *hic agnosce, nauum & ætate adultum, & minimum nauidum.*

NE, *Vt ne, quo ne, quo minus.* Epist. 52 b, Itaque neque tu multum interfuisti rebus gerendis, & ego id semper egi, ne interessem. Episto 4 a, Quæ ne spes eum fallat, vehementer te rogo. pro Plan. 26 a, Vitia mehercule res hæ Cn. Plancij tegere potuerunt ne tu in ea vita de qua dicam, tot & tanta adiumenta huic honori fuisse mirere. in V. 234 b, Ecce autem noua turba, ne tamen istum sine amicis plane nudum puteris ac desertum. in Ver. 219 a, Iudicium de pecunijs repetundis ne sit hoc tempore. Tus. 192 b, Ne ægrotus sim, inquit: sed si fuerim, sensus, adsit. in Ver. 207 a, Quid vis nobis dare, isti ne auferantur abs te. Attico. 137 b, Ille annus, qui me, ne dicam grauius afflixerat. Episto. 33 a, Deinde ne amicis nihil tribuamus, epulamur vna. Tusc. 164 b, Tantum abest ab eo vt malum mors sit, vt verear ne homini. &c. Epist. 4 a, non tam vt te impediret, quam ne quis Alexandriam vellet ire. & ibid. Satis prouisum est, vt ne quid saluis auspicijs agere possint. Acad. 33 a, Et hic metuo, ne vix sibi constet Ep. 78 b, Tamen vereor, ne consolatio vlla possit vera reperiri. & ib. Nō vereor. ne eum miserum esse nefas sit dicere. *id est vt, non dubito quin.* Offi. 72 a, Is sententiam ne diceret recusauit. Att. 85 a, Quoe vis præfecturas sume dum ne negocieris. & 251 b, Si quid eiusmodi acciderit, ne quid tibi sit fama mea potius. de Leg. 182 a, Ne sumptuosa aspersione longe corona, nec acerræ prætereantur. * Epi. 79 b, Peto à te ne me putes, &c.]

¶ *Non.* Epist. 96 a, Quo ne plurier emerent. Episto. 197 a, Te hortor, vt ne cus, b. c. Episto. 208 b, Da operam, vt ne quid tuorum mihi sit ignotum. Atti. 44 a, Vt prorsus ne quid ignorem pro Cec. 303 b, Ve ne longius abeam. Q. F. 323 a. Opera datur, vt iudicia ne fiant. de Finib. 63 a, b, Sunt qui dicunt fœdus quoddam esse sapientum, vt ne minus amicos quidem quam se ipsos diligant. At. 68 a, Vt hoc nostrum desiderium ne plus sit annuum. in Ver. 101 a, Impetrant vt ne iurent. de Inuen. 77 a, Meretrix coronam auream ne habeto. de Or. 781 a, Illod ne quis admiretur, quoniam modo hæc, &c. Offic. 14 b, His idem fuit oppositum, quod regibus, vt ne qua re egerent. in Pis. 83 a, Consul dicit, vt senatus senatusconsulto ne obtemperet. pro Dom. 222 a, Proscribere velitis vt M. Tullius in ciuitate ne sit. Epi. 223 b, Da operam vt socrus adolescentis rea ne fiat.

¶ *Neque.* Att. 278 b, Nullas adhuc à te literas habebamus, ne famam quidem, quæ declararet, te cognita senatus authoritate, in Italiam adducere exercitum, Q. F. 317 b, Cum à me literas librarij manu acceperis, ne paulum ocij me habuisse iudicato. de Sen. 83 b. Ne ille quidem magno desiderio tenebitur uirium. Parad. 118 a, Huic nihil est quod exploratum habeat permansurum sibi quidem ne vnū diem. Episto. 83 a, Ne hoc quidem prætermittendum esse duxi. te vt hortarer, vt, &c in Verr. 200 a, Nihil in ædibus cuiquam, ne in oppidis quidem, nihil in locis communibus, ne infanis quidem. de Or. 160 a, Vt nihil sit, ne spiritu quidem minimo longius, aut breuius. Tusc. 231 b, nulla ne minima quidem aura, &c. Orat. 207 b, Cùm illa cógnoueris, nolo ignores, ne hæc quidem humana. de nat 15 b, ne tu quidem Vellei. de Cl. 189 b, ne Titus quidem Posthumius cōtemnendus in dicendo fuit. pro Sest. 18 b, ne istius quidem laudis sū cupidus. de Ora 116 a, ne hæc quidem reprehendo, sunt enim. &c. in Ca. 776 a, ne dici quidem opus est, quanta calamitate respub. &cæt. Tus. 151 a, An tu dialecticis ne imbutus quidem es. de Na. 62 a, nec habere ne spei quidem extremum. pro Mil. 116 b Non potest dici satis, nè cogitari quidem, quantum &c. Atti. 177 a, Ne si velim quidē, id facile possim. Epist. 38 a, An mihi de te nihil esse dictom putas? nu hoc quidem, quod cum, &c. Epi. 34 b, Quod ne nunc quidem despero. Ora. 202 a, & 201 b, Et quoniam cœpi, &c. ne nunc quidem solum de orationis modo dicam, sed etiam de actionis. Attic. 131 b, Ij qui inter funoti sunt. Att. 32 a, Ego illud ne quidem contemnam. p Cec. 297 a, Sine quidem tuorum quisquam loco motus erit Episto. 92, nuque (vt ego arbitror, errarent, ne aduersarij quidem eius, si, &c. de Inuen. 61 a, Non factitatum est, ne à barbaris quidem id malu ficium. Epist. 143 a, Me uerò nihil istorum ne iuuenem quidem mouit vnquam, ne nunc senem. in Ver. 207 b, Non enim prætereundum est, ne id quidem. Q. Fr. 312 a, Non prætermittam, ne illud quidem Furiū &c Off. 25 b, Tamen ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus & disciplinæ conferendi sunt. * Ep. 38 a, An mihi de te nihil esse dictum vnquam putas?]

¶ *An, vtrum.* L. An. Tus. 170 b, Nihil mea interest, humine, an sublimi potrescam. de Diu. 99 b, Fiat, necne fiat, id quæritur. de na. deor. 60 a, Tibi permitto, respondere ne malis, an audire, &c. ad Atti. 260, Tamen vide, si fortuin Tusculano recte esse possim, ne id melius sit, an hoc, &c. Epis. 253 a, Doceas tu me oportebit, in meane potestate sit spectrum tuum. Qu. F. 303 a, Tune id ueritus es? pro Q. 14 b, Tamenne vereris, ut possis, &c. pro Sext. Ros. 25 a, Tamenne hæc vita relegatio appellabitur? in P. 79 b, Iamne uides belluā? iamne sentis? Epist. 53 a, nonne maius, &c.

¶ *Adhuc, etiam.* pro Flac. 159 b, Tamenne isti testes habebuntur? pro Dom. 233 a, Tamenne arbitraris id te posse obtinere?

☞ Syntaxis. *Cauene, caue vt ne. Nulla abs te litera, ne fama quidem Humine, an sublimi? Tamenne accedis?*

NEAPOLIS, lis. in Ver. 228 a, Vrbs quæ, quia postrema ædificata est, Neapolis nominatur.

NEAPOLITANVS, a, um Ep. 218 a, Tus. 166 b.

NEBVLO, onis. *planus, qui mendacijs & dolis nebulam quandam & tenebras offundit, nugator.* in An. 174 b, Hærebat nebulo, quo se uerteret, non habebat. At. 6 b, Nebulonē illū ex istis locis amoue. pro Sex. Ro. 39 b, Nos ab isto nebulone facete eludimur. At. 248 a, Quem tu illo certiorem nebulonem. At. 89 a, Hoc ego ex P. Vedio magno nebulo

ne audiui. Atti. 93 b, Huius nebulonis operatione, si Brutus moneri potest, licebit eum solus ames.

NEBULOSUS, a, um. *turbulentus, caliginosus.* Tusc. 161 a, nebulosum & caliginosum cælum.

NEC, *non.* de Legib. 195 a, Magistratus nec obedientem & noxium ciuem coercento. 3. de Leg. Senatori qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto.

¶ *Neque.* 3. de nat. nec agellos singulorum, nec viticulas dij persequuntur. 1. Aca. Etsi nec bona, nec mala essent, tamen, &c. Curio li. 7 Propter tuas res ita contractas, vt quemadmodum scribis, nec caput, nec pedes: equidem vellem vti pedes haberent, vt aliquando redires. de Am. nec enim illa prima uera est, vt quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus. de Am. nec enim melior, nec fuit Africano quisquam, nec clarior. de nat. 1, nec habet, nec exibet cuiquam negocium, quod est immortale Epicuri dictum. pro Quin. Quo mortuo nec ita multo post Galliam proficiscitur. de Am. Ab his qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe dissentimus, nec mirum: nihil enim altum, nihil magnificum ac diuinum suspicere possunt. de na. 1, nec opinatum patrocinium à nobis susceptum. ad Sulpit. lib. 13, Ei nec opinatori voluntatem tuam tantam per literas detulisse. ad Catonem lib. 15, Præsentibus insidijs nec opinantem liberaui: neque solum ei saluti fui, sed etiam curaui, vt cum authoritate regnaret. pro Syll. nec opinante Fausto, quum is neque sciret, neque vellet, familia est comparata. 1. Tusculano. Nonne modo pueros, modo adolescentes in cursu à tergo insequens, nec opinantes assecuta est senectus? ad Cat. libro 15, Plerosque nec opinantes oppressimus. 3. de Finibus. Quod quum accidisset, vt alter alterum nec opinato videremus, surrexit statim. 2. de Leg. Patrum delubra esse in vrbibus censeo: nec sequor magos Persarum, &c.

NECATUS, a, um. de natur. 76 b, Zenonem Eleatem in tormentis necatum.

NECDUM. *nondum.* Att. 92 b, necdum ego tamen. Quintum conuenoram. Tus. 205 a, Philosophi summi, necdum tamen sapientiam consecuti.

NECESSARIE. *necessario.* de Inu. 51 b, Aut probabiliter ostendens, aut necessarie demonstrans.

NECESSARIO. *necessario, ex necessitate, necessitate, necessariis & maximis causis.* Octa. 320 a, & Tuscu. 210 b, Fecissem neque tam libenter quam necessario. Epi. 77 a, & 80 a, Cum plerisque eorum, quibus cum viuo necessario.

NECESSARIUS, rii. *coniunctus intimus, necessitudine adiunctus, non alienus, aliquem necessitudine attingens.* Epistola. 209 a M. Cæsius homo mihi maxime necessarius. Epistola 216 b, In necessarijs, qui tibi a patre relicti sunt, ego tibi sum vel coniunctissimus. Attico. 277 a, nolo patria necessarijs tuis necessario meo iniuriam fieri. Attico. 242 b, Cum vtrique sis maxime necessarius. pro Syll. 167 a, L. Torquatus meus familiaris ac necessarius. Epist. 179 b, Viuo mihi dant, quod mortem hominis necessarij grauiter fero. pro Mur. 141 a, Virgo Vestalis huius propinqua & necessaria. Epistola. 229 b, Cerelia necessaria mea. pro Clu. 29 a. Necessarius & coniunctus, &c. non alienus. de Am. 110 a, nec eos habere necessarios oportet, quos ineunte ætate dileximus.

☞ Syntaxis. *Homo necessarius. Ex necessariis coniunctissimus. Familiaris & necessarius mihi meus. Propinquus & necessarius. Necessarius & coniunctus.*

NECESSARIUS, a, um. *opus habens aliquam necessitatem, fatalis.* de Inuent. libro 2, necessarium est, quod imperatur: voluntarium, quod permittitur. de natu deor. 56 b, nos e terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam; omnia vero in præteritis necessaria sunt, quia sunt immutabilia. de Fat. 142 a, & ibid. Si quod primum in connexo est, necessarium est, fit etiam quod consequitur, necessarium. Topico. 225 b, necessaria conclusio. de Inue. 32 a, Necessaria consecutio. de Fat. 149 a, Neque eam causam ad assentiendum necessarium esse concedes. de Vniuers. 20 a b, Commonstrauitque leges fatales ac necessarias. Acad. 24 a, Si alterutrum concessero necessarium esse, necesse erit cras Hermachum viuere. pro Q. Rosc. 47 a, Illa superior fuit oratio necessaria hæc erit voluntaria. Philip. 203 a, non tam necessarium est male meritis referre, quod debeas, quam vt benemeritos colas. de Di. 106 a Quæ prætermitto: tibi enim nota sunt, mihi ad commemorandum non necessaria. Ora. 203 a, Hoc tamen ipsum ad id quod propositum est non est necessarium. Off. 3 a, Omnia quæ sunt ad viuendum necessaria, inquirere, & 5 b, Expetuntur diuitiæ ad vsus vitæ necessarios. Ep. 20 a, non dubitaui id a te petere, quod mihi esset maxime necessarium. in Anto. 228 a, Cum illum necessarium & fatalem pene casum non tulerimus. At. 173 a, Multa eius indicia, sed ad scribendum non necessaria. de Leg. 192 b, Est senatori necessarium nosse rempub.

☞ Syntaxis. *Ex connexo necessario consequens necessarium fit. Necessaria conclusio, consecutio.*

NECESSE. *necessum, necessarium, necessitas.* Part Ora. necesse autem idest, sine quo salui liberive esse non possumus. Ac. 24 a, Si alterutrum concessero necessarium esse, necesse erit cras Hermachum viuere. Epi. 6 a, Alterum mihi, vt te plurimum diligam, facere necesse est. de Fa. 143 b, De hoie. n. dicitur, cui necesse est mori. & 144 a, necesse est mori Scipionem. in Ant. 172 b, Tantum vini eo die ea hauseras, vt tibi necesse esset vomere postridie. pro Dom. 234 a, Quid tibi necesse fuit homo fanatice sacrificium illud inuisere? de Ora. 112 b, 113 a, nam & testimonium sæpe dicendum est, vt mihi necesse fuit in S. Titum. pro Syl. 171 a, At hic est, quod tibi necesse minime fuit, facetus esse voluisti. pro Syl. 176 a, Mihi hoc necesse fuit facere. Epi. 17 a, Legem curiatam consuli ferre opus esse, sibi necesse non esse. de Ora. 116 a, Sunt quidem hæc omnia distributa, sed tamen id quod necesse fuit hominibus expertibus veritatis, non perite. pro Mur. 126 a, Mihi necesse puto etiam aduersarius prodesse. Par. 254 a, Non habebimus necesse semper concludere. de Op. 244 a, In quibus verbum pro verbo non necesse habui reddere. At. 152 a, Planco & Oppio scripsi equidem, quoniam rogaras, sed si tibi videbitur non necesse habueris reddere. Atti. 255 b, Eo minus habeo necesse scribere, aut etiam cogitare quid sim facturus. pro Q. 2 b, His de rebus non necesse habeo dicere ea, quæ, &c. pro Cæl. 46 b, Ex quib. neminem mihi necesse nominare, vosmet vobiscum recordamini. de Di. 110 b, Si necesse sit, &c. sed nihil opus est, &c. de Or. 89 a, Oratio aut nulla sit necesse est, aut omnium irrisione ludatur. de Pet. 211 a, Nam comitas tibi necesse est. de Inuen. 83 b, Vti posse flamma ligneam materiam necesse est. & ibidem. Corpus mortale aliquo tempore interire necesse est. *Cic. Epi. 27 a, In his mihi necesse est, esse, i. prædiolis.]

☞ Syntaxis. *Hoc mihi facere necesse est. Necesse puto, habeo verbum pro verbo reddere. Recordor necesse id dicere. Comitas omnibus necesse est.*

NECESSITAS, tis. *necessitudo, fatum, vis.* Top. 225 b, Causa, in qua inest efficiendi necessitas. de Na. 12 b, Fatalis necessitas rerum futurarum. Postq. 202 a, Quasi aliqua fatali necessitate mihi cum fortuna belligerandum fuit pro Sest. 13 a. Vita necessitati debetur. Epi. 54 a. Tempori cedere, i. necessitati parere, semper sapientis est habitum. I. A. 205 a, Facilius apparabitis ea, quæ tempus & necessitas flagitat. de Inu. 54 a, Annuæ commutationes quadam ex necessitate, semper eodem modo fiunt. Ep. 54 b. Vt etiamsi natura tales non sint, necessitate esse cogantur. Off. 48 b, Si aliqua necessitas huius muneris alicui reipu. obuenerit, danda erit opera, &c. & ibi. Necessitati parendum. Ora. 216 b, Numen in quibus necessitati parere cogimur. Ora 219 b, Qui seruiendum necessitati putet. de Off. 45 a, Venia necessitati datur. de Fat. 145 b, Nec ob eam causam fatum erat, aut necessitas timenda. & 144 a, Aeternis causis naturæ necessitate manantibus verum est, id quod, &c. de Di. 11 a, Mathematici ea prædicunt, quæ naturæ necessitas perfectura est. de Nat. 65 a, Nullum est corpus, quod effugiat ferendi patiendique necessitatem. in Cat. 119 b, Mors aut necessitas naturæ, aut laborum aut miseriarum finis est. Off. 4 a, Reliquis tribus virtutibus necessitates propositæ sunt ad eas res parandas, quibus actio vitæ continetur. Att. 57 b, Ego mihi necessitatem imponere nolui huius nouæ coniunctionis. pro Syl. 173 b, Mihi de me iam multa dicendi necessitas quædam imposita est ab illo. Ora. 219 b, Nobis in dicendo atque inscribendo necessitatis excusatio non probatur pro Q. 9 a, & de Fi. 55 b, Aliquem vi ac necessitate coactum & inuitum aliquid facere. pro Clu. 21 b, Vi & necessitate coactum feci. de Na. 5 b, Necessitate astrictus, &c. pro S. R. 34 b, Quæ te necessitas tanta premebat. & 39 a, non dicam plura, quam necessitas ipsa coget. pro Clu. 29 a, Itaque ille inopia & necessitate coactus confugit, &c. I. A. 225 a, Sed mihi necessitatem attulit paulo plura dicendi sententia eius. de Diu. 112 a, Ea quæ habent aliquam necessitatem, *i. quæ sunt necessaria*, de Diu. 103 a. Sed vigilantes animi vitæ necessitatibus seruiunt. pro Clu. 31 b. Is sibi nihil non modo ad cupiditates suas, sed ne ad necessitatem quidem reliquit. I. A. 245 b, Mors necessitatem habet fati. pro Mil. 110 a, Miloni necessitas fuit exeundi. Off. 25 b, Ipsique necessitati dant operam, vt quam occultissime pareant. Off. 32 a, nec verum est, quod dicitur a quibusdam, propter necessitatem vitæ, idcirco istam esse cum hominibus communitatem & societatem.

¶ *Vinculum, coniunctio amoris.* pro S. R. 29 a, Magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis. pro Syl. 167 a, necessitatem familiaritatemque violare.

☞ Syntaxis. *Fatalis necessitas. Sic tempus & necessitas flagitant. Necessitas sic ipsa coget. Aeterna causa natura necessitate manant. Sibi necessitatem imponere. Vi & necessitate coactum, & inuitum. Id affert habet necessitatem. Violare necessitatem ac societatem.*

NECESSITUDO, nis. *necessitas.* de Inu. 83 b, necessitudo est, cui nulla vi obsisti potest. ibi necessitudo mutari & leniri non potest. & 69 b, An necessitudine quod alio modo agi non possit. de Inu. 83 b, necessitudo simplex & absoluta.): *cum adiunctione.*

¶ *Coniunctio in amore.* I. V. 64 b, Sic enim à maioribus nostris accepimus, prætorem quæstori suo parentis loco esse oportere, nullam neque iustiorem, neque grauiorem causam necessitudinis posse reperiri, quam coniunctionem sortis, quam prouinciæ, quam officij, quam publicam muneris societatem. pro Planc. 264 b, necessitudo contubernij. Episto. 207 b, Coniunctio quæsturæ liberorum necessitudini proxima est. Episto. 212 a, Cum Lisone est mihi hospitium vetus, quam ego necessitudinem sancte colendam puto, sed ea causa etiam cum alijs compluribus, familiaritas tanta nullo cum hospite. In Vat 233 b, Coniungere necessitudinem cum aliquo. pro Deiot. 151 a, Summam necessitudinem magna eius officia in me & in meos effecerunt. pro Sest. 11 b, Cum quo mihi erant omnes amicitiæ necessitudines. pro Plan. 367 a, Illæ tribus, in quibus magnas necessitudines habet Plancius. pro Mur. 135 b, Familiaritatis necessitudinisque oblitus, &c pro Cluen. 59 b, Atque etiam notis nomina necessitudinum mutauit, uxor generi, nouerca filij. *i. affinitatum.* Offic. 12 b. non ijdem erunt necessitudinum gradus, qui & temporum. Epist. 215 b, Summa necessitudine & summa coniunctione adductus. pro Cl. 41 b, & in Ver. 61 b, Mihi cum eo summa verinsque officij constituta necessitudo est. Att. 204 b, Mihi summo benefici-

neficio meo cum fratribus illis necessitudo est. de Ami. 109 b, qui in amicitiæ coniunctionisq; necessitudine sunt superiores exæquare se cum inferioribus debent. in Ao 248 a, Sed hanc mihi dissipationem pro paterna necessitudine & coniunctione deposco. pro Qu. 7 a. Pro fraterna illa necessitudine. Ep. 146 b, Pro plurimis nostris necessitudinib. Ora. 215 a, Habere aliquam necessitudinem aut cognationem cum aliquo. At. 262 a, Paterna, magna, & vetus, & iusta necessitudo. At. 276 b, Iam pridem hoc ex nostra necessitudine, quæ ad summam beneuolentiam peruenit, sublatum esse debet. ad Her. 36 b, Quos natura aut volūtas necessitudine aut beneuolentia coniunxit, distrahunt nr. Epi. 208 b, Bonos viros ad necessitudinem tuam adiunxeris. Ep. 211 b, Vt Lysonem recipias in necessitudinem tuam. Ep. 30 a, & 29 b, Magni enim videbatur interesse ad eam necessitudinem, quam nobis fors tribuisset, consuetudinem quoq; accedere. pro Lig. 140 b, Hæc ego noui propter omnes necessitudines, quæ mihi sunt cum illo: domi vna eruditi, militiæ contubernales, post affines, in omni denique vita familiares. Q. de Pet. 209 a, Qui aliqua necessitudine alicui est adiunctus.

☞ Syntaxis. *Liberorum necessitudo. Necessitudinem cum aliquo coniungere. Mihi tecum sunt omnes amicitia necessitudines. In Senatu, tribu magnas habere necessitudines Summa necessitudo, & summa coniunctio. Mihi tecum necessitudo constituta. Coniunctionum necessitudo & contra. Pro plurimis nostris necessitudinibus peto. Necessitudo, aut beneuolentia. Aliquem ad suam necessitudinem adiungere, in necessitudinem recipere. Accessit ad necessitudinem consuetudo.*

NECIA, æ. *mortuorum negocia, & res, & vmbra, & funerum tota ratio.* Tus. 155 b, Animos enim per seipsos viuentes non poterant mente complecti: formam aliquam, figuramque quærebant. Inde Homeri tota νεκυία. At. 146 a, & 153 a, *pro turpi & flagitioso Cæsaris comitatu.*

NEC ne, *an non.* At. 195 b, Sit missum nec ne, scio dictum quidem tibi. & Tus. 181 a, Doleam, nec ne doleam nihil interesse.

NEC non. *etiam* in Cat. 118 b, nec non meam mentem domum sæpe vocat examinata uxor. & Off. 22 b, nec non Xenocratem, &c. Parad. 117 a, nec non sæpe laudabo.

NECO, as. *necem affero, occido.* pro Sex. Ros. 29 b, Solon nullum supplicium constituit in eum qui parentem necauisset. Parad. 120 b, nihil igitur interest patrem quis necet, an seruum? Q. F. 308 a, necare aliquem fame. pro Pom. 5 b, Aliquem vinculis & verberibus atque omni supplicio excruciatum necare. de Inu. 80 b, Quinque tyrannos magistratus necato.

NECOR, ris. At. 85 b, Scaptius inclusum in curia senatum obsederat, vt fame senatores quinq; necarentur. pro Pomp. 5 a, Necari ac trucidari. de Fin. 81 b, Quo minus ambo vna necaremini.

☞ Syntaxis. *Necare fame. Excruciatum supplicio necare. Necare & trucidare.*

NECROMANTIA, iæ. *psychomantia, diuinatio vnde anima excitantur, vt de occultis respondeant.* Tus. 155 b, Inde ea quæ meus amicus Appius νεκρομαντεῖα facit.

NECTAR. aris. *deorum immortalium potio.* de nat. 23 b, At Poetæ quidem nectar, ambrosiam, epulas comparant. L. AMBROSIA, & IVVENTAS.

NECTOR, ris. *connector, colligor.* de Leg. 186 b, Videtisne, quanta series rerum sit? atque ut ex alio alia nectantur? & Aca. 6 b, de Fin. 105 b, Quid non sic ex alio nectitur, vt non si vnam literam moueris, labent omnia? Top. 255 b, Ex hoc genere causarum fatum à Stoicis nectitur.

NEC verò. Off. 3 b, nec vero illa parua vis naturæ est & de nat. 67 a.

NE dicam. de nat. deo. 13 a, Doleo te in tam leues, ne dicam in tam ineptas sententias incidisse. de Ami. 111 b, Plerique peruerse, ne dicam impudenter, volunt. in Ant. 241 a, Gallia Bruti nutum ipsum, ne dicam imperium sequitur. pro Deio. 144 a, Crudelis Castor est, ne dicam sceleratum & impium. pro Pom. 23 b, Abfuit simul cum repub. ne dicam maxima cum dignitate.

NEDVM. *non modo, quominus.* Att. 67 a, Epistolæ nostræ tantum habent mysteriorum, ut eas ne librarijs quidem fere committamus, nedum valeat id quod, &c. contra Rull. 85 b, Homo priuatus vix facile sese continent, &c. nedum isti non conquisituri sint aliquid sceleris. &c. Ep. 143 a, Me vero nihil istorum ne iuuenem quidem mouit vnquā nedum senem. *aliter, ne nunc.* Ep. 259 a, Via in ipsis tectis frigus vitatur, nedum in mari, & via sit facile abesse ab iniuria temporis. de In. 56 a, Ei non permitterem, vt illud faceret, &c. nedum nunc istud patiar, cùm, &c. pro Cl. 37 b, Optimis temporibus non potuerunt, &c. nedum his temporibus, &c.

☞ Syntaxis. *Vix aspicit, nedum amet.*

NEFANDVS, a, um. *nefarius, detestabilis.* de Aru. 253 b, nefandum scelus. pro Domo, Institutum nefandum. ad Br. Arma nefanda.

NEFARIE. *scelerate.* pro S. R. 23 a, Pater occisus nefarie. in Cat. 104 b, Pestem patriæ nefarie moliri. I. V. 69 b, Libidinose, nefarie, crudeliter.

NEFARIVS, a, um. *sceleratus* pro Syl. 172 a, Horum ego voluntates con sceleratas & nefarias sanare non potui. de Or. 103 b. Qui animorum motus in iudicum mentibus concitet, scelus eos nefarium facere. pro Sext. R. 24 b, Scelestū & nefarium facinus. Ep. 4 b, Subito exorta est nefaria Catonis promulgatio. in Verr. act. 3, Latrocinium nefarium. de Off. lib. 2. Habendum est religioni nocentem aliquando & nefarium, impiumque defendere.

NEFAS. *detestandum, non fas, sc. lex.* Epist. 256 a, Tibi licet, mihi nefas est obliuisci? I. V. 217 a, Illi verò dicebant id sibi nefas esse. de Nat. 70 b, Mercurius, quem Aegyptij nefas habent nominare. pro Fl. 148 a, Cælius putabat nefas esse, publicanum iudicare contra publicanū. pro 103 a, Si sceleratos interfici nefas esset. Attic. 8 a, & 7 b, Idque ab ijs nefas est decretum. de Sen. 79 b, Nefas dictu est, miserā fuisse talem senectutem. de Inu. 79 a, nefas est legi non obtemperare. pro Mil. 125 b, Is cui nihil vnquam nefas fuit, nec in facinore, nec in libidine.

NEFASTVS, a, um. *nefarius, impius, religiosus, infelix.* de Legibus 173 b, Quæ augur iniusta, nefasta, vitiosa, dirave dixerit, irrita infectaque sunto.

☞ Syntaxis. *Conscelerata & nefaria voluntas. Scelus nefarium facere. Scelestum & nefarium facinus. Nocens, nefarius. Nefas habeo decerere. in hac re nihil tibi nefas est. Nefas decernere.*

NEGANS, tis. Topico. 224 a, b, Sunt etiam valde contraria alia quæ appellantur negantia, ἀποφατικὰ Græci, contraria aientibus: vt, Si hoc est, illud non est. Topico. 224 b, Negantia contraria aientibus.

NEGANTIA, tiæ. Topico. 225 b, Deinde addunt coniunctionum negantiam, sic: non si hoc est, & illud: hoc autem non igitur illud.

NEGATIO, onis. *inficiatio, negantia.* pro Syl. 174 b. Cum is qui de omnibus scierit, de Sylla se scire negarit, eandem vim esse negationis huius, quàm si extra coniurationem hūc esse se scire dixisset. de In. 51 b, Disparatum est id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur hoc modo, sapere & nō sapere. de Fa. 143 b, Quid est, quod non possit isto modo transferri ad coniunctionum negationē. Par. 239 a, Negatio inficiatioque facti.

NEGLECTIO, nis. *neglectus.* pro Mur. 126 a, Amicorum neglectio improbitatem coarguit.

NEGLECTVS, a um. *contemptus.* Postq. 207 a, Homo inhumanus, neglectus, &c. de Fi. 104 a, Abiectus & neglectus vir.

NEGLIGENS, tis. *socors, indormiens.* de Cla. 186 a, Nam M. Glabrionem socors ipsius negligensque natura tardauerat. Att. 115 a, Improuidi & negligentes duces. in Ver. 179 b, Sit aliquis sociorum atque amicorum negligentior. Episto. 203 a, Is non te in me illiberalem, sed me in te negligētem putabit. In Va. 184 b, Verres negligens & dissolutus.

NEGLIGENTER, us. *indiligenter, oscitanter.* Or. 204 a, Minuta nō negligenter tractanda sunt. Or. 200 a, Multa apud alium negligentius. pro Cec. 299 a, Negligentius adseruare aliquid.

NEGLIGENTIA, tiæ. *indiligentia, incuria, pigritia, socordia, inertia.* Ora. 204 a, Quædam etiam negligentia est diligens, & ibid. Non ingrata negligentia. ad Her. 30 b, Diligentia comparat diuitias, negligentia corrumpit animum. pro Sex. R. 28 a, Negligentia alicuius in faciendo aliquid. de Arusp. 248 a, nihil cuiusquam aut negligentia contemptum, aut scelere esse pollutum. de Or. 118 a, Quarum rerum negligentia plerasque causas videmus amitti, *id est, neglectione.* Off. 6 b, negligentia pigritia, inertia. Offic. 26 b, Fugere agrestem & inhumanam negligentiam. de Ami 112 a, Cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis, & deligendis, & colendis.

NEGLIGO, gis. *post mitto, non curo, curare omitto, desero, prætermitto, omitto, leniter fero dissimulandum puto, excludo.* Att. 286 b, Libertate corrūptum negligere humana. I. A. 187 a, Antonius diem edicti obire neglexit, & 254 a, De Theopompo summo homine neglexim9. I. V. 29 b, num Heliam? num Fusiam legem neglexerit? Or. 204 a, Verba etiam talis coagmentorum negligit.]

NEGLIGOR, ris. pro Cl. 44 b, Hoc prætermitti a censoribus & negligi non posse videbatur.

☞ Syntaxis. *Negligens.)(diligens. In faciendo negligentia. Negligentia plecti.*

NEGO, as. *denego, inficior, recuso, abnuo, dissimulo.)(fateor, dico, aio.* de Cl. 171 a, Tu qui a Mœuio vel sumpsisti multa, si fateris, vel si negas, surripuisti. de Arusp. 246 b, nego vnquam post sacra constituta tā frequens collegium iudicasse. & 347 a, Nego esse vllam domū, &c. pro Mil. 102 b, negant intueri lucem fas esse ei, qui a se hominem occisum fateatur Att. 121 b, Præcise negare alicui.

NEGOCIALIS. le. *vt negocialis constitutio.* de Inuen. lib. 1, 45 a, Hæc ego constitutio quam generalem nominamus, partes nobis duas videtur habere, iuridicialem & negocialem. Negocialis est, in qua quid iuris ex ciuili more, & æquitate sit, consideratur. cui diligentiæ apud nos præesse iuriconsulti existimantur. & libro 2, 69 b, negocialis est, quæ in ipso negocio iuris ciuilis habet implicitam cōtrouersiam.

NEGOCIANS. tis. Attico. 82 b, Negaui me cuiquam negocianti dare.

NEGOCIATIO, nis. *mercatura.* Epi. 228 a, In reliquiis veteris negociationis colligendis.

NEGOCIATOR, oris. *mercator.* Q. F. 291 a, Improbus negociator, paulo cupidior publicanus. Att. 17 b, Si lustrum censeri, germani negociatoris est.

NEGOCIOLVM, li. Q. F. 325 a, Etenim erit aliquid negocioli. At. li. 16, de negociolo Torquati.

NEGOCIOR, aris. *negocium gero, mercaturam exerceo vel facio.* I. V. 80 a, Tum ciues Romani, qui Lampsaci negociabantur, concurrunt. pro Pomp. 7 a, Homines industrij, qui in Asia negociantur. pro Deiot. 148 b, Equites Romani, qui in Asia negociati sunt. pro Flac. 160 a, Negociaris in libera ciuitate. & ibidem, Quonsque negociabere?

NEGOCIOSVS, a, um. *plenus negocij.* de Nat. deor. 12 b, pro Mur. 128 a,

Prouincia negociosa & molesta.

NEGOCIVM, cij. *res, munus, cura, prouincia.* de Na. 11 a. ne ille est implicatus molestis operosisq; negocijs. pro Qu. 12 b, Locuples & sui negocij bene gerens. Q. F. 299 b, In extrema parte & conclusione muneris ac negocij tui diligentissimus sis. Offi. 25 b, & b, Peregrini officium est, nihil præter negocium suum agere. de Or. 110 b, Quando ages negocium? quando amicorum? quãdo tuum? de Or. 154 a, Aliquando tibi tuum negocium agere licebit. Att. 104 a, Cũ negocium nostrum aut confecerimus, aut deposuerimus. pro Fl. 165 a, Nõ debuit cum prætor esset, suum negocium agere. de D. 129 b, O acutos homines, q̃ paucis verbis negocium confectum putant. Att. 215 b, Expedire & conficere negocium. pro Qn. 13 b, Transigere susceptũ negocium. I V. 181, Procurare negocium alterius in decumis. Att. 141 b, Procurare negocia alterius. pro Do. 223 b, Eidẽ inquit, vtraque de re negocium dedi. de Orat. 112 a, Videamus, quid ei negocij demus, cuiq; cum muneri velimus esse prępositũ. de Ar. 247 a, & Epi. 179 a, negociũ magistratibus est datũ anno superiore, ut curarẽt ut sine ut mihi ædificare liceret. In Ca. 120 a, nescio, an amplius mihi negocii contrahatur. pro Q. 11 a, Qui ad negocium suum relicto procuratore proficiscitur. pro S. R. 38 b, Rei familiaris negocio seruorũ diligentia cognoscitur. pro Plã. 273 a, Quid dicã de occupatis meis tẽporibus? cui fuerit negociũ nunquã ociosum. pro Cęl. 49 a, In negocio, quod actũ esse dr nullum vestigiũ est sermonis. Epi. 208 b, Suscipere, administrare, & conficere negocium. Epi 5 b, Interesse negociis, & præesse negocijs. pro Cl. 59 a, Qui prædia, qui negocia, qui res pecuniarias habent in agro Larinati. Epi. 3 b, Qui in prouincia magna negocia & ampla & expedita habet. Att. 72 b, Versari in negocio. de Fi. 121 b, Gerere negocia. Epi. 34 b, Et gerere aliqd negocii. pro Q. R. 60 b, Tu tuũ negocium gessisti bene. Epi. 118 b, Imponere negociũ alicui. Ep. 153 b, Conficere negociũ ex sentẽtia. pro R. P. 123 a, Mittere in negociũ, & dare partes alicui. Epi. 96 a, Agere negociũ alicuius diligenter. Offi. 75 b, Deum nihil habere ipsum negocii, nihil exhibere alteri. de Ami. 112 a, Qui suum negociũ gerũt ociose. Att. 11 b, Datur negociũ magistratibus. I. A. 164 b, Quidnã hõies putarent, si tum occisus esset, cũ illũ gladio stricto insecutus es? negotiumq; transegisses, nisi, &c. pro Mi. 119 b, non. n. video, cur non agã negocium meum. At. 206 a, Velim des negocium alicui qui quærat, &c pro Syll. 178 a, Cuius æs alienũ negocij gerendi studio contractũ est. At. 74 b, nostra negocia, amabo te, explica & 75 b, Est incredibile, quàm me negocii tædeat. Par. 123 a, b, Vt eum ne in familia quidem dignum maiore aliquo negocio putet. * I. V. 110 a, Prouincia, vbi libenter negocium gerant.]

¶ *Labor.* Att. 74 a, negocium magnum est nauigare, atq; id mẽse. Q. Bru. 90 b, Ego hic cum homine furioso satis habeo negocij. Att. 60 a, Puer, quo ego regendo habeo negocij satis. de Nat. 18 a, Habere negocium, & exhibere negocium alteri. pro Cl. 51 b, Si eui forte ea lege negocium facesseretur. Epi. 23 b, Tantis opibus tantoque negocio oppidum oppugnabam. I. V. 233 a, Cum audissem ei negocium facessitũ. Epi 40 a, Qui tibi negocium facesserent. Epis. 163 a, Aliqd recuperari nullo negocio posse. Epi. 63 a, Plurimũque in eo negocii habui, ut, &c. Epi 161 a, nunc cũ his tãi negocii est, ut, &c. de Diu. 116 b, Deus nihil habens nec sui, nec alieni negocij. de Orat. 117 b, Causæ in quibus plus sculuio est negocij. & ibi. nihil est negocij eam hanc defendere. & Tus. q. 118 a, Mihi cum illa est negocium. At. 195 b, nolo. n. negocij. Q. F. Habere quicquam. & 77 b, Satis enim negocij habeo in sanandis vulneribus, quæ prouinciæ sunt imposita. & 169 a, Cato qui Siciliam tenere nullo negocio potuit.

☞ Syntaxis. *Negocia operosa. Sui negocij bene gerens. Muneris, & negocij sui diligens. Suum agere negocium, conficere, deponere, expedire, transigere, procurare. Dare alicui negocium de. Negocium est mihi cõtractum. Nunquam Cæsari fuit negocium ociosum. Negocijs præesse. Datur ubi negocium. Negocium est docere. Negocium alicui exhibere, facessere. I auto negocio castellum oppugnas? Nullo negocio docere.*

NEMEA, ex. *Locus est, vbi Herculis leonem interfecit.* de Fato 141 b.

NEMÆVS. leo. Tus. 219 b.

NEMO, inis *ne quis, omnis nonnullus, nemo omnium, quis omnium.* Epi. 5 b, Neminem ex consularibus amicum tuos esse video prẽter Lucullũ. pro Q. 13 b, nemo ex tot creditoribus aliis. &c. 14 a, nemo de iis qui peritissimi sunt, huic anteponendus est. de Or. 101 a, & Epi. 6 b, Nemo de cõsolatoribus. de Leg. 188 b, Quid. n. est tam desperatũ collegium, in quo nemo e decem sana mente sit? de nat. 45 a, nemo homo. & 25 a, Nemo nec homo, nec Deus. ad Her. 29 a, Nemo rex. Tusc. 154 b, nemo omnium tam est immanis, qui, &c. & de Orat. 119 b, nemo omnium tota ac tanta habuit, &c. I. V. 130 a, Nemo omniũ mortalium, &c. pro Fon 276 a, Nemo Gallorum, &c I. V. 111 b, Fortasse non nemo vestrum audiuit. pro Dom. 235 a, Ciuis est nemo in tanto populo, qui, &c. Tusc. 248 a, Nemo de nobis vnus excellat. In Cat. 2 20 a, Video de illis abesse nõ neminem, &c. pro Mu. 144 a, Hostis est in urbe, &c. non nemo etiam in illo sacrario. item, In ipsa, inquam curia non nemo hostis est. pro Do. 231 a, Cum oẽ in iudiciũ populi nemo omnium vocarit. de Diu. 98 a, Excipi de antiquis præter Xenophanem neminẽ. Tus. 170 b, Vtrum sit melius, dij immortales sciunt hominem quidem scire arbitror neminem. de Cla. 175 b, Gracchus eloquentia nescio an habuisset parem neminẽ. Epis. 35 b, Contigit tibi quod haud scio an nemini, vt, &c Ep. 85 a, Me quotidie Cęsar magis amplectitur, familiares quidem eius sicuti neminem. Attic. 119 a, Respub. te mihi ita commendauit, vt chariorem habeam neminem. de Orat. 95 b, Roscius dicebat se reperire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem. ad Herenn. 25 b, Vnus nemo potuit, &c. Att. 129 a, Facio pluris omnium hominũ neminem. & 247 b, Magis idoneum quam ego sum, reperies neminem. Off. 53 b, Quod cum omnibus est faciendum, tum haud scio, an nemini potius quam tibi. * de Ora. 86 b, nemo fere laudis cupidus adhærescens non sibi hoc faciendum putauit.]

☞ Syntaxis. *Nemo ex, de, &c. Nemo homo, omnium, omnium mortalium. Non nemo fuit. Nemo rex, ciuis. Nemo de senatoribus vnus affuit. Te amo, sicuti neminem. Vnus nemo te amat.*

NEMPE, *nimirum, quippe, certè.* pro Flac. 163 b, Si dat tantam pecuniam Flacco, nempe idcirco dat, ne rata sit emptio. I. A. 156 a, Cn. Põpeij consulatus in quibus actis cõstitit? nempe in legib. I. A. 193 a, A quo defenderit? nempe ab hoste. in Pis. 99 a, Quibus aũt hostibus? nempe his qui, &c. in V. 575 b, A quo tempore futurũ est? nempe eo, cũ, &c. & pro Cl. 30 a. Quo crimine, nempe quod, &c pro Dom. 220 a, Quod est Pontifices ius adoptionis? nempe ut is adoptet, qui, &c. de Na. 79 a, Ijdem ẽt vota suscipi dicitis oportere, nempe singuli vouẽt. Aca. 29 a, Non me, inquit, dico scire, optime: nempe ista, quæ, &c. de Cla. 166 a, nempe cum dicis qui, &c. in Ver. 139 a, nempe ita dicitis propter decumas. 5. Par. nempe igitur ea restãt, quæ, &c. Tus. 230 b, nempe negas, &c. Epis. 18 b, nempe studium meum non defuit declarandorũ munerum tuo nomine. Att. 151 b, Scimus nempe, hęremus nihilominus. pro Q. 35 a, nẽpe, si, &c. Par. 232 b, nẽpe ea sequũtur, quę ad faciendã fidẽ pertinent. At. 285 a, Quod aũt tibi cum Antonio priuatũ odium? nempe quia postulabat hęc. I. Ant. 186 b, At auus huius nobilis Tuditanus, nempe ille qui, &c. I. A. 244 b, Sed effugi insidias nempe in Antonij congressum veniendum est. pro Mil. 104 a, Quid ergo tulit? nempe ut quærerentur.

NEMVS, oris. de Diu. 104 a, Multos nemora & syluæ commouent. de Arus. 249 a, Agros & nemora peragrare. At. 240 a, L. Cæsar veniam ad se rogat in nemus.

NEOPACTVM, L. NAVPACTVM.

NEOPTOLEMVS, mi. *Pyrrhus.* de Ami. 110 a, L. NVMMVS.

NEPA, pæ. *scorpius.* de na. deor. 47 b,

Atque oculos vrget pedibus pectusque nepai. In Arat.

Hic caput atque oculos torquere ad terga nepai.

de Fin. 134 b, nepas aculeis uti *al. vespas.*

NEPOS, otis. *qui ex filio vel filia natus est.* pro Deiota. 144 a, Qui nepos auum in discrimen capitis adduxerit. Tusc. 166 a, Metellum multi filij, filię nepotes, neptes in rogum imposuerunt. de Cl. 189 a, Ex filia nepos. Tusc. 165 b, Quærerem ex eo, cuius suorum similis fuisset Africani fratris nepos. in Ver. 189 b, nummulis corrogatis de nepotum bonis.

¶ *Patrimonij dissipator.* pro Q. 7 a, Perditus ac profusus nepos. de Arus. 237 b, cont. Rul. 75 b, Aliquis ut in suis rebus, ita in rep. luxuriosus nepos. cont. Rul. 61 a, Esse nepotem in patrimonio. * Att. 91 b, sumptu iam nepos euadit scaptius.]

NEPTIS, ptis. Tusc. 166 a, L. NEPOS.

NEPTVNIVS. a, um. in Arat.

-Neptunia prata secantes. &,

-Neptunia pistrix. ad Her. 27 a, neptuniæ lacunæ.

NEPTVNVS, ni. de na. 1, neptuni cęrulei oculi & li. 3. neptunũ esse animum cum intelligentia per mare pergentem. & lib. 1, 10 a, neptunũ esse aerem qui per maria manaret, disputat Chrysippus. de na. 39 a, Datum est igitur neptuno alteri Iouis, vt volunt fratri maritimum omne regnum, nomenque productum, vt Portunus à portu, sic neptunus a nando.

NEQVAM, ior, issimus. *nihili, improbus, impurus.*)(*frugi.* p Cęl. 36 a, homo nequam atque improbus. pro S. R. 40 a. Serui nequam & improbi. in Verr. 101 a. Verres tam nequam. & ibidem, Ius tam nequam esse Verrinum. Ep. 227 b, Homo nequissimus omniũ qui sunt, qui fuerũt, qui futuri sunt. Ep. 183 b, Homo perditus, multoq; nequior, quam ille ipse, quem tu nequissimum occisum esse dixisti. de Prou. 71 b, ne Gabinius vnus omnium nequissimus exultinaretur. in Piso. 30 a, nisi nequior, quàm Gabinius extitisset. In Pison. 94 a, nihil isto scitore esse luxuriosius, nihil libidinosius, nihil posterius, nihil nequius. Tusc. q. 198 b, nihil nequius aut turpius effœminato viro. Att. 6 b, Homo sane nequam. Att. 10 a, Cum accusator homines nequissimos reijceret, reus frugalissimum quenquam secerner. & 98 a, nunquam uidi hominem nequiorem. I. A. 210 a, nequam est homo ille atque confidens.

☞ Syntaxis. *Homo nequam & improbus. Tam nequam. Serui nequam sui. Nihil Verre nequius. Nequam & confidens.*

NEQVA. I. V. act. 1, nequa deductio fieret.

NEQVANDO. de Ami. 107 b, Vt nequando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus. ad Her. 2 b.

NEQVAQVAM. *minime, nullo pacto, nulla ex parte.* de Fi 81 a, nequaquam ista amicitia est. de In. 56 b, nequaquã tantũ inter eos interesset. Ep. 246 b, Nequaquam paribus rebus. de Inu. 63 a, Vt nequaquam cũ illius commodo fuerit comparanda. de nat. 72 b, nequaquam illuc istac ibit. pro Sext. Ros. 19 a, nequaquam similiter, &c.

NEQVE. *nec.* de Or. 94 a, nulle. n. lites neque cõtrouersiæ sunt, quę, &c. Att. 128 a, nam certe neq. tum peccaui, cum, &c. neq. cum, &c. & Fa. in Epist. Cęlij. neque absolutus, neque damnatus. pro Cl. neque dũ rem perfectam arbitraretur. At. 14, neque dum Roma es profectus. ad Qu. F. lib. 3, Sed eius rei maturitas neque dum venit, & tamẽ iã appropinquat. 5. Verr. neque enim hoc possum negare. de Amic. neque enim sunt isti audiendi, qui virtutẽ duram & quasi ferream esse quandam volunt. 5. Fam. neque expectare temporis medicinam, quam repræsentare ratione possumus. 1. de Fi. neq; feci adhuc, nec

mihi

mihi tamen, ne faciam, interdictum puto. de Am. Quare sibi habeat sapientiæ nomen & inuidiosum & obscurum . concedantque vt hi boni viri fuerint, neque id quidem facient, negabunt id nisi sapienti posse concedi de N. d. s, neque ira, neque gratia teneri. pro R. Com. 5, Ad arbitrium hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tantum quantum postulauimus, consequamur. 15. Fam. Neque non vere. 2. Philip. Ergo vt te catamitum, neque opinato quum ostendisses, præter spem mulier aspiceret, &c. 1. Off. Nulla enim vitæ pars neque publicis, neque priuatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest, &c. de Am. Neque quicquam vnquam nisi honestum & rectum alter ab altero postulabit, neque solum colent inter se ac diligent, sed etiam verebuntur. de Nat. 1, Ea facie, neque solum facie, sed etiam ornatu nouimus. 11. Fam. in epist. D. Bruti, Neque tamen non te cautum esse volo.

NEQVEO, quis. *non queo, non possum, non habeo quemadmodum, mihi liberum non est.* de Or. 137 a, Quidam quę sanare nequeunt, exulcerant. Ora. 218 b, nec tamen hæc ita astricta sunt, vt ea cum velimus, laxare nequeamus. Ac 44 a, Nihil in rerum natura est minimũ, quod diuidi nequeat. de Di. 128 b, Demosthenes Rho literam dicere nequibat. de Sen. 84 b, Quę si exequi nequirem, tamen, &c. de Som. 129 a, Sicut solẽt intueri nequitis aduersum pro Mi. 116 b, Nequeo vetera illa iudicare, &c. Ora. 211 a, Nequire, pro non quire. Att. 17 b, Atq hoc loco illud non queo præterire.

NEQVICQVAM. *frustra.* Q. 14 b, Et serò & nequiquam pudet & Antequam 194 a. At. 285 b, Cęterũ nequicquam perijt ille, si, &c. Tuscul. 203 b, Quæ generi humano angorẽ nequicquam afferunt. Tusc. 194 a, nequitia ab eo, quod nequicquam est in tali homine.

¶ *Non nihil.* Tusc. 164 a, Secernere autem à corpore animum, nequicquam aliud est, quàm emori discere.

NE *quidem.* pro Deio. 150 b, Deiotarus nunquam succumbet inimicis, ne fortunæ quidem. L. Na.

NE *quis.* de Opt. 244 b, Cum esset lex Athenis, ne quis plebiscitum faceret, vt quisquam, &c. * I. V. 121 a, ne quid nouum iudicium, neque ipsius cognitio constitueretur.]

NEQVITER. de Fi. 70 a, Ille porro male, praue, nequiter, turpiter cœnabat. ad Heren. 7 a, Qui fecerit illud tam nequiter, eundem hunc tã perperam fecisse non est mirandum. Tusc. 198 b, Turpiter & nequiter facere aliquid.

☞ Syntaxis. *Male, praue, nequiter, turpiter cœnare.*

NEQVITIA, tiæ. *flagitium, malitia, inertia.*)(*frugalitas.* I. C. 98 a, Iam me ipsum inertiæ nequitiæque condemno & 103 a, Inertia ac nequitia. Tusc. 194 a, Nequitia ab eo, quod nequicquam est in tali homine: ex quo idem nihil dicitur. & ibid. Frugalitas, cui contrarium vitium nequitia dicitur. & 181 a, Scio dolorem non esse nequitiam. pro S. R. 41 a, Officina nequitiæ, diuersorium flagitiorum omnium. ad Heren. 18 a, Ab omnibus vnicam malitiam atque nequitiam cognosci. de Fi. 138 a, Homo singulari nequitia præditus pro Cl. 24 b, Vir perdita nequitia, summa egestate. Att. 12 a, Nequitia, libido.

NEREINAE, *nimpha marina.* in Arat.

Hanc illi tribuunt pœnam Nereides almæ.

NERVII, *populi.* Att. 527.

NERVOSE. *anxiè, fortiter, callide.* Epi 158 a, Vigilãter, neruoseque aliquẽ suburnare. Planci.

NERVOSIVS, *firmius.* Or. 208 b, Aliquanto neruosius dicere. Offi. 73 b, Neruosius aliquid disserere.

NERVOSVS, a, um. *fortis, robustus.* de Cl. 175 b, Aristoteles in dicendo neruosus.

NERVVLVS, li. At. 269 a, Si tu neruulos tuos adhibueris.

NERVVS, ui. *torus, vis, vires.* de Natu. 37 b, nec enim dij venis, & neruis, & ossibus continentur. & 54 a, Huc adde neruos à quibus artus continentur, eorumque implicationem toto corpore pertinentem, qui sicut venæ & arteriæ à corde tracti, & profecti, in corpus omne ducuntur.

¶ *Musici neruuli.* de Or. 163 a, & pro S. R. 41 a. nerui, in fidibus ita sonant, vt à digitis sunt pulsi. Tusc. 148 b, Cantus vocum, neruorum & tibiarum. de D. 115 a, Iam neruos in fidib. alijs pulsis resonare alios. de Leg. 177 a, Illa seuera Lacedemon neruos iussit, quod plures quã septem haberet in Timothei fidibus, inde demi.

¶ *Virtus, vis, robur, translate.* Epist. 78 b, Quantum cuiusque animo roboris est & neruorum. Epist. 40 a, Plane video fore neruis opus, sapientiaque tua. I. V. 72 b, & Ep. 151 b, Contendere omnes neruos in aliqua re. de Fat. 144 b, Itaque contendit omnes neruos Chrysippus vt persuadeat, &c. Q. F. 328 a, Et tu vt possis, est tuorum neruorum. Orat. 212 b, Oratio Philosophicam eque aculeos, neque neruos forenses habet., contra Rul. 75 b, Incidere neruos populi Ro. Ac 45 b, Theophrastus neruos virtutis incidit. Tusc. 80 b, Poetæ neruos virtutis elidunt. I. A. 240 b, Legionum nostrarum neruos his consilijs incidemus. Q. de Per. 211 a, nerui atque artus sapientiæ sunt, non temere credere. I. A. 185 a, Nerui belli pecunia. pro Pom. 7 a, Vectigalia neruos reip. semper duximus.

☞ Syntaxis. *Neruosè subornare aliquem. In dicendo neruosus. Neruos adhibere. Continetur neruis animal, artus à corde tracti & profecti in corpus ducuntur.*

NESCIO, scis. *sum ignarus, sum inscius, sum rudis, scientiam meam fugit.* de Ora. 95 b. Dum mihi liceat fateri nescire, quod nesciam. de Ora. 90 b, neminem in eo disertum esse posse, quod nesciat. Orat. 212 a, non scire quidem barbarum iam videtur, nescire dulcius. Tusc. 169 b, nec me pudet, vt istos, fateri nescire, quod nesciã. At. 192 b, Opinor, sed certum nescio. I. P. 214 b, Peruenit res ad istius aures nescio quomodo. Off. 13 a, Ea nescio quomodo pleniore ore laudamus. Ora. 204 a, Sententiæ nescio vnde ex abdito erutæ. Aca. 20 b, At ille nescio qui, qui soles, &c. pro Sest. 8 a, Ligur iste nescio qui, &c. Ep. 71 a, nescio quo pacto, nescio quo, & casu nescio quo. pro Mil. 104, Diuisa est sententia postulante nescio quo. de Ora. 101 b, Causidicus nescio quis At. 206 b, Ista nescio quæ. Q. F. 293 b, Paconij nescio cuius hominis querelæ. pro Fl. 154 b. Suppler. n. ille nescio qui, &c. itẽ, O pastores nescio quos, &c. I. A. 167 b, Nescio quid conturbatus mihi esse videris.

☞ Syntaxis. *Nescio, quid conturbetur ille.*

NESCIVS, a, um. *inscius* pro Deiot. 145 a, Iratũ te regi Deiotaro fuisse, non erant nescij de Orat. 88 b, non sum nescius Crasse ista inter Græcos dici solere. Epi. 67 a, Neque tamen hæc cum scribebam. erã nescius, quantis oneribus præmerere. de Fi. 49 a, Non eram nescius Brute, &c. ad Her. 21 a, Non sum nescius, quantum, &c. Attic. 143 a, Heus tu, ne forte sis nescius, Dolabella me sibi legauit, ad IIII. No. April.

NESIS, *locus est in Italia in Campano littore.* Att. 252, & 253.

NETINENSES, *populi.* In Ver. 140.

NETINI, *populi.* In Ver. 247.

NEVTER, tra, um. *indifferens, nullarum partium.* Att. 98 b, Ita effici, vt neutri illorum quisquam esset me charior. Of. 14 b, in quo quidem neutrorum est contemnenda sententia. de Di. 150 b, Quid bonum sit, quid malum, quid neutrum. Off. 36 b, Hæc sine hominum operibus neutram in partem effici possunt. Or. 211 b, Quæ non sanè sunt in omnibus neutris vsitata. Acad. 33 a, Huic summum bonum est, in his rebus neutram in partem moueri αδιαφορία ab ipso dicitur. Atti. 98 b, Neuter quenquam omnium pluris facere quàm me videtur. & 125 a, Sed neuter σκοπός est ille, vt nos beati simus, vterq; regnare vult.

¶ *Neque mas neque fœmina.* de Diu. 121 b, Neuter anguis.

NEVTIQVAM, *nequaquam.* Att. 146 a, Cui te socium neutiquam puto esse oportere. de Vni. 202 a Indissolubiles vos quidem esse non potestis, neutiquam tamen dissoluemini. Aca. 14 a, Mihi neutiquã cor consentit cum oculorum aspectu. *animaduerte hic, Consentire cum, & Cor mihi consentit cum.*

NEX, cis *mors violenta.* pro Mil. 103 a, Latroni quæ potest afferri iniusta nex. de Nat. 27 b, Iunius necem sibi ipse consciuit. pro Cec. 304 b, Homines vincula, neces, ignominiasque vitant. In Cat. 10 b, Multorũ ciuium neces. de Leg. 181 a, Denicales ferię a nece appellatæ.

☞ Syntaxis. *Necem afferre alicui, sibi consciscere.*

NEXVM, xi: & NEXVS, us. *obligatio ciuilis quadam est, quæ fiebat septem adhibitis testibus, ciuibus Romanis puberibus, idque per as & libram, id est, are, nummoue aliquo percussa libra, quo facto, solutio repræsentabatur: sicque non minus corpus, quàm bona, obligabatur, vt pignus præsertim si quis pro pecunia quam debet, operas suas corpusque seruituti subijciat.* pro Cl. 304 b, Sylla ita tulit de ciuitate, vt nõ sustulerit horũ nexa atq; hæreditates. de Ar. 247 a. Multæ sunt domus iure mancipij & iure nexi. de Or 99 a, Nexorũ & mancipiorũ iura de Or. 157 b, Nexũ, qđ p librã agitur. Top. 223 a, Tradere rẽ alicui nexu. Par. 122 a Mancipia, quæ sunt dominorũ facta nexu aut aliquo iure ciuili. pro Mur. 124 b, In ijs rebus repetendis quæ mancipij sunt is periculum iudicij præstare debet, qui se nexu obligauit. Epi. 109 b, Atticus noster, cuius quando propriũ te esse scribis mancipio, & nexu, meũ autem vsu & fructu contentus isto sum. & 108 b, Sũ enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri: ergo fructus est tuus, mancipium illius.

NEXVS, a, um. *aptus, coniunctus.* Tusc. 194 a, Oẽs virtutes inter se nexę, & iugatæ sunt. de Diu. 106 b, Cùm causa causæ nexa rem ex se gignit. Tusc. 242 a, Causę alię ex alijs aptę, & necessitate nexæ. Or. 209 a, Res collocatę & quasi structę & nexæ verbis. de Fat. 148 a, Ex æternitate quædam vera esse, & ea non esse nexa causis æternis, & a fati necessitate esse libera.

NI. *nisi.* de Or. li. 2, Quid ploras pater? mirũ, ni cantem. pro Mur. Spõsionem facere possent, ni aduersum edictum prętoris vis facta esset. idem. I. V. act. 5. & 7. Att Me nullo modo facere posse, ni mihi exploratum esset, &c. In V. 193 a, Ni ad equestrem ordinem iudicia referantur. Epist. 83 a, Ni vererer, ne, &c. In Cat. 10 a, Ni ea cum, ni pereunt. Tusc. 250 b, Ni ita se res haberet.

NICANDER. *poeta Colophonius, de rebus rusticis scripsit.* de Ora. 99 b,

NICE, es. *Verris amica Syracusana.* In Ver. act. 7.

NICAEA, æ. *vrbs.* pro Pl. 277 b, Nescio, cur seueriorem Nicæam putes quàm Rhodum.

NICAEI, um. pro Pl. 377 b, Putabam in Nicæis dicturum.

NICENSES, *populi* Epi. 226.

NICETAS, Syracusius terram moueri, cætera stare asserit. Academ. quæst. lib. 2.

NIDOR, ris. *odor, præsertim rerum assarum.* In P. 82 a, Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. Tusc. 196 a, Situ nidoris, barba pedore horrida.

NIDVLVS, li de Or. 101 a.

NIDVS, di. de Na. 52 a, Aues cubilia sibi nidosque construunt, eosque quàm possunt mollissime substernunt. de Or. 110 b, Volucres videmus fingere atque construere nidos.

☞ Syntaxis. *Auium cubilia nidique. Nidum substernere, fingere, construere.*

NIGER, a, um. *ater.* de Di 110 a, Quæ alba sint, quæ nigra, dicere. pro Cec 290, Phormio nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus Phormio.

NIGROR,oris. *quam nigredinem barbari,nigritudinem & nigritiam. Pli. nigritiem Cor. Celsus appellat,hic vero pro tenebris & caligine vsurpatur.* de Or. 157 a,Nigror noctis occæcat. & de Di. 85 b.

NIHIL. *nihilum,nequicquam,nihil quicquam,non quicquam, nulla pars, ne pilus quidem.* Off. 30 b, Nihil omnium rerum agricultura melius. de Inu. 54 a,Nihil omnium rerum melius, quàm omnis mūdus administratur. de Orato. 125 b, Omnia dicendo excitanda sunt, nihil adiuuante natura. de Cla. 183 b, Curio literarum admodum nihil sciebat. Quin. Frat. 327 b,nihil istorum fuit faciendum. de Ora. 96 a, Sine quo cum in vita nihil quicquam egregium, tum certe hoc quod tu expetis nemo vnquam assequetur. Epi. 88 b, Dolabellam antea tantummodo diligebam, obligatus ei nihil eram. con. Rul. 78 a,Beneficio isto legis nihil vtitur. Officio. 68 a, Cadit ergo in virum bonum mentiri? nihil minus. I.V. 186 a, Ciuitatibus pro frumento nihil soluit omnino. de Ora. 181 a, * Verum hoc (vt dixi) nihil ad me, illud ad me, ac multo etiam magis ad nos Cotta noster, vt Sulpiti, &c.] In Piso. 94 a, Recte an secus,nihil ad nos: aut si ad nos, nihil ad hoc tempus. de Ora. 207 b, Quando autem, &c. nihil ad hoc tempus. de Som. 129 b, In quo qui insiluit, nihil ad nostrum genus. Ora. 218 a, nihil ad rem, illud sit an non, nihil refert. de Cla. 177 a, Antonius nihil non ad artem dirigebat. Att. 137 b, Optimatibus vero tuis nihil confido, nihil iam ne inseruio quidem. Para. 116 b, Hoc tamen opus in apertum vt referas, nihil postulo. & 118 a, Sic te prosternas, vt nihil inter te atq; inter quadrupedem aliquid putes interesse? de I.e. 156 b, Quorsum tandem, aut cur ista quæris? nihil sane, &c. & ibid. In hoc etiam Græciæ nihil cedimus.

☞ Syntaxis. *Obligatus tibi nihil sum. Nihil ad me, ad hoc tempus. Nihil tibi inseruio. Hos vt agas, nihil postulo. In hoc tibi nihil cedo.*

NIHIL,dum. *nihil adhuc, non adhuc, nondum quicquam.* Att. 35 b, Brundusio nihil dum erat allatum & 109 b, A te nihil dum certi exquiro. I.C. 512 a, Eum nihil dum suspicantem ad me vocaui. At. 240 b, Summatim adhuc ad te: nihil dum enim ab Albo.

NIHILI *nequam.* Tus. 194 a, Nequitia ab eo, quòd nequicquam sit in tali nomine, ea quo idem nihil dicitur.

NIHIL,facio. *nullo loco numero.* de Fin. 83 a, b.

NIHILO MAGIS. I. V. Vbi videt eum nihilo magis minis quàm precibus permoueri.

NIHIL NON. de Cla. Nihil non ad rationem & tanquam ad artem dirigebat Antonius.

NIHILO MINVS. *nihilo, secius.* Epi. 140 a, L. NIHILVM.

NIHILOSECIVS, ad Her. 35 b, NIHILVM.

NIHILVM. *nihil.* Tuscu. 176 a, Atque oratorum laus ita ducta ab humili venit ad summum, vt iam senescat, breuique tempore ad nihilum ventura videatur. & Epist. 173 b, Orato. 220, Ad nihilum omnia recidere. de Diu. 186 a, Et erit aliquid, quod aut nihilo oriatur, aut in nihilum subito occidat. & Academ. 44 a, Interire in nihilum. de Fat. 44 a, Ex quo existet, vt de nihilo quidpiam fiat, quod nulli placet. pro Cæcin. 303 b, Si quid ius non esset rogari, eius ea lege nihilum rogatum. pro Dom. 221 a, Hæc adoptio pro nihilo est habenda. pro Mar. 153 a. Præterita voluptas pro nihilo est. In Verr. 58 b, Contemnere ac pro nihilo putare vel ducere aliquem. de Fin. 83 a, At dolorem nihil facit. I.V. 116 b, Pro nihilo ducere alios præ se. de Finibus 96 a, pro Cæci. 295 b, Quæ cadere in hominem possint, despicere ac pro nihilo putare. de Fin. 73 b, Quæ Pyrrhoni visa sunt pro nihilo. Att. 225 b, Dij immortales quam mihi ista pro nihilo. Epi. 45 a, Beneuolentior tibi quam fuerim nihilo sum factus. & 80 b, Ego tibi hoc confirmo, nihilo te nunc maiore in discrimine esse quam quenquam nostrum. de Diu. 130, & de Fin. 100 a, Sed ea sumitis, quibus concessis, nihilo magis efficiatis quod velitis. de Clar. 181 b, Legam, inquit, nihilominus. Episto. 144 a, Quę nihilominus, vt ego absim, confici possunt. de Inu. 65 a, Nihilo sibi magis quàm alij commodum dicet. At. 127 b, a, Non solum eos, qui, &c. sed eos nihilominus, qui, &c. & 151 b, Scimus nempe, hæremus nihilominus. Epistol. 58 a, b, Nisi in reditu meo nihilo meliores res domesticas, quàm rempu. ostendisse. Or. 219 b, Tamen nihilo amplius explet sententias. pro Cl. 33 b, Tamen nihilominus putabant se, &c. I.A. 199 b, Legati proficiscantur, bellum nihilominus paretur. Par. 119 b, Peccauit verò nihilominus. Episto. 210 a, Et tamen nihilominus ἀναπτέον. pro Mil. 105 a, Minus dolendum fuit re non perfecta, sed puniendum certe nihilominus de Diu. 116, Vester autem Deus potest non impertire, vt nihilominus mundum regat. At. 129 b, Cum hoc tempore nihilo magis quàm vos subsidio ire possim. I. A. 171 a, Aliquem condemnatum esse pro nihilo. I.A. 214 a, Hunc tantum apparatum ne ad nihilum recidere patiare.

☞ Syntaxis. *Hos ad nihil venit, recidit. Nihilo orori. In nihilum occidere, interire. De nihilo nihil fit. Habere pro nihilo, esse, putare, ducere. Nihili facere. Despicio, ac pro nihilo duco. Pro nihilo videri. Nihilo maior. Nihilo in maiore discrimine. Nihilo tibi magis. Tamen nihilominus. Nihilo magis quàm tu ego possum. Pro nihilo condemnare innocentem.*

NIL, *nihil.* pro Syl. 18 b, Ego verò mihi nil assumo.

NILVS, li. de Na. 52 a, Ægyptum Nilus irrigat, & cum tota æstate obrutam, oppletamque tenuerit, tum recedit, mollitosq; & oblimatos agros ad serendum relinquit. * de Leg. 169 b, Ductus aquarū, quos isti Nilos, & Euripos vocant.

¶ *Item aquæductus & alueus opere magnifico, qui aquam fluuiorum in moram deductam contineret exundantem.* Qu. Fr. lib. 3. pag. 331 a, Imagines enim istæ, & palæstra, & piscina, & Nilus multorum Philotimorum est, non Diphilorum. L. EVRIPVS.

NIMBVS, bi *nuber, pluuia.* de Natu. 28 b, Nimbi, niues, grandines. Attico. 241 a, Sed hunc quidem nimbum citro transisse lætor. LEGE CONDVPLICO.

NIMIRVM. *nempe, scilicet, videlicet, nam.* I. V. 139 b, Is est nimirum soter, qui salutem dedit. & 200 b, nimirum didici, &c. Attic. 143 b, Itaque nimirum hoc illud est, quod Cæsar scribit, se velle uti consilio meo. pro Flacc. 160 a, Hoc nimirum est illud quod non longe a gradibus hæc causa dicitur. Tuscula. 187 a, Et hic nimirum est sectus, qui, &c. pro S. R. 34 b, Luxuries igitur hominem nimirum ad hoc scelus impulit. contra Rul. 80 a, Et nimirum istud est, quod ab hoc Tribuno dictum est in Senatu, vrbanam plebem, &c. pro Mar. 131 b, Si consideraris, &c. omnibus regibus, cum quibus, &c. hunc regem nimirū antepones. de Inuent. 49 b, Nam genus est omnium nimirum libidinum cupiditas. Orato. 201 b, Vestibula nimirum aditus ad causam faciet illustres. de Orato. 86 a, Sed nimirum maius est hoc quiddā, quàm homines opinantur. de Clar. 171 b, Et nimirum is princeps ex Latinus ista tractauit. Attico. 207 a, Et nimirum id fuit: soluendo enim non erat. Academ. 28 a, Itaque in cognitione nimirum assentiar, &c. Tusculan. 207 b, Nimirum igitur ut in causis, &c. sic in ægritudine, &c. ad Heren. 33 b, & 4 a, Eum extinguere, id nimirum fuit capi Troiam. & 6 b, Nam cùm dissoluerimus, &c. absolute nimirum confecerimus, &c. Tusculan. 242 a, Horum nimirum aspectus, &c. Sext. Rosc. 44 b, nimirum similiter arbitremini isti, &c. pro Sest. 23 a, Nimirum hoc illud est, quod, &c. de Diuinatio. 105 b, Hoc nimirum est illud, &c. pro Sext. Ros. 43 b, Nimirum iudices, &c. de Amicitia. 16 a, Hæc enim est tyrannorum vita, nimirum in qua nulla fides, &c.

¶ *Potius* pro Mar. 134 a, Quæ non modò summa bona, sed nimirum audebo vel sola dicere.

NIMIOPERE. Parad. Quos ædificia magnifica nimiopere delectant. in Verr. act. 6.

NIMIO, plus. Att. lib. 10, Sed quia te nimio plus diligo.

NIMIS, & NIMIVM. *immoderatè, extra modum, præter modum, ultra quam satis est, subaudi quam satis est, nimis valde, plus æquo, nimio opere, nimio plus.*)(*satis, parum.* At. 216 b, de L. 184 a, Tu verò illū nec nimis valde vnquam, nec nimis sæpe laudaueris. Or. 313 a, nimis insidiarū ad capiendas aures adhiberi vi. At. 116 b, Philotimi literæ me quidem non nimis, sed alios admodum delectarunt. At. 114 a, Sed hæc nō nimis exquiro a Græcis. de Or. 90 a, Si cuipiam hoc nimis infinitū videtur. de Cl. 195 a, Nimis multa de me. de Or. 96 a, Qm̄ quæ a natura expetenda sunt, ea dicis nō nimis deesse nobis & ib. Nō sumus nimis auidi, tua ista mediocri eloquentia contenti sumus. & 131 b, Nimis multa in genere diuidere aliqua. de Or. 141 b, Homo certe non nimis pudēs. Ep. 140 b, Non nimis honestus. ad Her. 30 a, Magna nimis licētia. de Fi. 144 a, Quod satis est, eo quicquid accesserit, nimiū est, & nemo nimium beatus est, & nemo beatior. Or. 203 b, In omni re videndum est, quatenus: etsi n. suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium q̄ parum. Or. 214 b, In hoc genere nimium qd̄ est, offendit vehementius, quam id quod videtur parum. pro Pl. 276 b, Succumbam tibi in eo ipso, in quo nihil pōt esse nimium. & ibid. Quoniam tu ita vis, nimium gratum esse concedam. I A. 229 a, In illius viri cōsilijs atque factis nec nimium nec parum unq̄ fuit. de Or. 213 a, Dialectica in excogitandis argumentis muta nimiū est, in iudicandis nimiū loquax. de Or. 116 b, Verba efferuescentia, & paulo nimiū redundantia. Or. 204 b, Sales qui in dicendo nimium quantū valent. *aliter, mirum quantum valent.* I. C. 99 b, Nimium diu te illa castra desiderāt. At. 190 b, Tp̄s nimiū lōgum. de Fi. 73 a, Quod vos interdū, uel potius nimium sæpe dicitis. & ibid. Nimium boni est cui nihil est mali. Att. 162 a, Ego te nimio plus diligo. Offi. 4 b, Alterum est vitium, quo nimis magnum studium in res obscuras conferunt. Offic. 28 a, Mediocritas illa quæ est inter nimium & parum. pro Ar. 191 a, De meo amore gloriæ nimis acri fortasse, sed tamen honesto vobis confitebor.

☞ Syntaxis. *Nimis valde, nimis sæpe. Insidiarum nimis. Nimis multa. Non nimis honestus. Magis offendit nimium quàm parum. Paulo nimium redundans. Nimium longum tempus. Nimio plus diligere. Inter nimium & parum mediocritas.*

NIMIVS, a, um. *immoderatus, intemperatus, plus æquo, quod superfit, nimis magnus, nimis, acer, multus.*)(*modicus.* At. 28 a, Epi. qua mihi multa tribuent unum reprehendebas, q̄ in honorib. decernendis nimius, & tanq̄ prodigus pro Mil. 114 a, Diligentiā tota repu. suscepta nimiam nullam putabam. Tus. 221 b, Nimia resecari oportere. At. 183 a, Nihil tum nimium videbatur. de Fi. 131 b, Hoc magis intelligendū est, hæc ipsa nimia in quibusdam futura non fuisse, nisi quædam essent modica natura. Off. 26 b, Cauendum est, ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. de Sen. 88 a, Vitis putāda est, ne syluescat sarmentis, & in omnes partes nimia fundatur.

☞ Syntaxis. *Nimius in dicendo. Vitis nimia funditur.*

NIOBE. Tusc. 204 a, Et Niobe fingitur lapidea, propter æternum, credo, in luctu silentium.

NIPTRA, orum. *nomen tragœdię Pacuuij.* Tusc. 185, & 186.

NISÆI, *populi.* Epist. 227.

NISI, *ni, si non, nisi si, nisi quòd præter, præterquam.* At. 108 a, Nisi ego insanio, stulte omnia agi iudico. pro Sest. 25 b, Quem vnquā Senatus ciuem nisi, me, nationibus exteris commendauit. de Cl. 170 a, Nec verò habeo quenquam antiquiorem, nisi quem, &c. Epist. 135 b, Nihil video, quod timeam, nisi quod omnia sunt incerta. de Finibus. 124 a, Mementote, quæ nos sentiamus, omnia probare, nisi quod verbis aliter utamur. de Finib. 80 a, Nunquam facies: cur, nisi quod turpe est. Attic. 23 a, Hoc me delectat nisi, quod, &c. de Cl. 190 a, nisi quid de Epa-

de Epaminunda suspicari libet, &c. pro Syll. 172 a, Nisi verò paucos fuisse potatis, qui, &c. pro Flacc. 153 a, Nisi verò hactenus, &c. in C. 121 a, nisi cuipiam L. Cæsar crudelior nudiustertius est visus, cũ, &c. Attic. 155 a, Nisi fortè iste summarius, &c. de Fin. 147 b, Nisi forte volumus sequi. &c. & de Fin. 150 a, pro Plan. 279 b, Nihil amplius dico, nisi me in Siciliam venire noluit. pro S. R. 36 a, Si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt, nonne satis fuit his gratias agi? pro Syl. 173 b, Si Torquatus Syllam solum accusasset, ego quoque hoc tempore nihil aliud agerem, nisi eum qui accusatus esset, defenderẽ. Attic. 24 a, Nisi si quid erit, &c. & 236 a, Erat autem nihil noui, aut qd aut scriberem, aut ex te quærerẽ, nisi forte hoc ad te putas pertinere. pro S. R. 35 a, Quid erat, quod Capitoni primum nunciaret, nescio, nisi hoc uideo Capitonem in his bonis esse socium. Att. 257 a, Infreto medio hanc Epistolam legi, vt quid posse prouidere, in mentem non venerit mihi nisi quod præsens me defenderem. Qu. Fr. 312 b, nisi verebor, ne quando, &c. de Orat. 130 b, Miseros illud noluot, nisi si se forte iactant. Epist. 233 a. Nisi si quis ad me plura scripsit.

¶ *Sed.* Epistola. 230 a, De re nihil possum iudicare, nisi illod mihi certe persuadeo, te nihil temere fecisse. item ibidem. Nec cur ille tantopere contendat, video, nisi tamen multo minus tibi concedi potest.

☞ Syntaxis. *Veniam, nisi si. Nisi quòd. Nisi hoc vide: id est, nisi quòd. Hoc ignoro nisi quòd illud scio, id est, verùm.*

NISVS, us. *conatus, gressus, incessus.* Tusculan. 185 b, Pedetentim, inquit, & sedato nisu. Poetæ.

NITEDVLA, æ. *muris genus.* pro Sest. 19 a, Vt illa ex vepreculis extracta nitedula, Rempubli. conaretur arrodere. *Seruius, nitela legit, vide Georg. lib. 1.*

NITENS, tis. *nitidus.* de Clar. 186 b, non valde nitens, non planè horrida oratio.

NITEO, es. *nitesco splendeo floreo.*)(*squaleo obsolesco.* in Cat. 105 b, Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura. contra Rull. 64 b, Vectigal quod amissis alijs remaneat, intermissis non conquiescat, in pace niteat in bello non obsolescat. de Fi. 107 a, Eorum uides quam niteat oratio.

NITESCO, scis *niteo.*)(*obsolesco.* Tusc. 162 b, non intermittit suo tempore cœlum nitescere. in Arat.

Exiguo qui stellarum candore nitescit.

ad Her 21 b, Ingenio, doctrina, præceptione natura nitescit.

NITIDVS, a, um: ssimus. *nitens, cultus.*)(*incultus, horridus, agrestis.* I. V. 157 a, Campi collesque nitidissimique, viridissimique. in Catil. 109 a, Quos pexo capillo nitidos uidetis. de Orato. 91 b, nitidum & lætum genus uerborum. Orator. 200 a, nitida pictura.)(*inculta & horrida.* Attico. 188 a, Pro isto asso sole, a te nitidum solem vnctumque repetemus.

☞ Syntaxis. *Nitere vnguentis. Vectigalia nitent.*)(*obsolescunt. Campus nitidus viridissimus. Nitidum & latum genus verborum. Pro asso sole nitidus, vnctumque.*

NITOR, oris. *cultus, munditia.*)(*squalor.* pro Cæl. 53 b, Si quem offendit huius splendor, si nitor, iam ista deseruerit. ad Herẽ. 39 b, Gemmę nitor & splendor auri. de Sen. 89 b, Tum Lysimachus intuens eius purpuram & nitorem corporis, dixit, &c. in Arat.

Delphinus iacet haud nimio lustratus nitore.

Att. 209 b, nitor orationis noster, si modo est aliquis in nobis. de Cl. 367 b Ætas oratorum, in qua naturalis inesset. nõ fucatus nitor. Or. 207 a, Sed quia hæc sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit in eis explicandis quidam orationis nitor. ad Her. 28 b, Cuius nitor vrbis Italiam nuper illustrauit. de Legi. 157 a, Antipater habuit vires agrestes ac horridas sine nitore ac palæstra.

☞ Syntaxis. *Nitor & splendor auri, orationis, non fucatus, sed naturalis. Nitor illustrans.*

NITENDO, dum. Tusculano. 250 a, Sudans nitendo nec proficit hilum. Tusculan. 228 b, Virtutis fiducia nitendum nobis est ad spem beate viuendi.

NITENS, tis. in Arat. Cornus nitens extrema hydra. Att. 275 b, Respu. iusta, & iam suis nitens viribus. de Nat. 48 b,

Quam propter nitens pennis conuoluitur ales. & ibid.

—Nitens plumato corpore coruus. de nat. 47 a,

Ille tamen nitens grauiter vestigia ponit.

NITOR, eris: nixtus sum, & nisus sum. *enitor, connitor, adnitor, fulcior, confido, pendeo.* de natu. 49 a, Partes terræ undiquo medium locum capessentes nituntur æqualiter. de Sen. 94 a, Optimi cuiusque animus maxime ad immortalem gloriam nititur. pro Mil. 105 a, In huius uita nititur salus ciuitatis. pro Deio. 144 b, Ea frequentia in qua oratorum studia niti solent. in Sall. 272 b, Satius est me meis rebus gestis florere, quam maiorum opinione niti. de Diuinatio. 85 b, Diuinatio coniectura nititur. & 120 a, Diuinatio in coniectura nititur, de So. 127 a, Tu eris vnus, in quo nitatur ciuitatis salus. pro Cæl. 42 a, Vt aliquando in quibus causa nititur, ad ea veniamus. Attico. a Domitius in quo uno maxime ambitio nostra nititur. Part. 241 b, Defensor autem ea, quam proposui æquitate, nitatur. Epistola 4 b, Cum maximè consilio, studio, labore, gratia de causa regia niteremur. pro Cæl. 37 b, Hoc non facere, nisi alicuius intolerabili libidine, & nimis acerbo odio niteretur. pro Cluen 40 b, Is hoc vno nititur, quod sit ignobilis. & 18 a, niti, & magnopere confidere aliqua re. pro Fla. 159 a, Vt iam fractum Græciæ nomen huius urbis laude nitatur. Attico. 43 a, Sustentabimus nos, & spe qua iubes, nitemur. Epistol. 187 b, niti ope alterius. in Verrem. 69 a, niti gratia & autoritate. de Inuent. 80 b, Vt lex ipso scripto uideatur niti. de Finibus 61 b, Virtus nititur honesto. Tuscul. 235 b, Quod ita ortum esset è terra, vt stirpibus suis niteretur. pro Cæl. 40 a, Arbores nituntur suis radicibus. de Ora. 103 a, M Scaurus qui prudentia rerum magis quàm dicendi arte nititur de Or. 92 b, Tum etiam exemplorum copia nitebatur. de Iou. 80 a, Id quo nititur aduersariorum causa. Qu. F. 299 b, Ratio salusque omnium nostrum, qui ad Rempub. accedimus, non veritate solum, sed etiam fama nititur. de Senectu. 83 b, Tantum quisque, quantum potest, nitatur. Tusc. 25 a, Ipse quoque ad omnium nitetur facultatem. At. 189 b, Ad omnia nitor, non ad animũ, sed ad vulnus reficiendum. Tuscu. 158 a, Sed plurimi contra nituntur. In Pis. 83 a, & Epistola. 64 a, Ego istius pecudis consilio scilicet aut præsidio niti volebam. pro Cęl. 38 a. Fundamenta defensionis meæ, quæ firmissima sunt, si nitantur iudicio suorum. Antequ. 194 a, Frequẽtes profecto talibus conatibus obuiam ire niteremur. At. 147 b, Niti contra honorem alicuius. de Na. 51 a, Ipse dux, qui non habet, vbi nitatur, reuolat. de Natu. 50 b, Quædam serpentes extra aquam ortæ, simul ac niti possunt, aquam persequuntur. Aca. 17 b, Nitamur igitur nihil posse percipi.

☞ Syntaxis. *Sudare nitendo. Ad spem nitendum. Suis nitens viribus. Nitentem ponere vestigia niti ad, in. Coniectura, in coniectura niti. Vrbis salus in te nititur. Æquitate nititur causa nostra. De hac re rationibus nitor. Nitor & confido. Sustentare se, & niti spe. Nitor tantum, quantum possum. Nitor ad. Vbi nitar, non habeo. Simul ac serpens niti potest.*

NITRVM, tri. *quid sit, consule Plinium.* L. LOMENTVM.

NIVALIS, le. *niue plenus.* de Diu. 74 a.

—Cum tumulos Albano in monte niuale.

Lustrasti, & læto mactasti lacte latinas. Poetæ.

NIVEVS, a, um. ad Her. 34 b, Niueus candor. de Diu. 82 b,

Saxaque cana, salis niueo spumata liquore.

NIX, niuis. de Na. 31 a, Aquam conglaciare frigoribus, & niue pruinaque cõcrescere. I. C. 109 b, Pruinas ac niues perferre. Ac. 18 b, Anaxagoras niuem nigram dixit esse. & ibid. Anaxagoras dixit aquam nigram esse, vnde nix congregata esset. Q. F. 314 a, Risi niuẽ atram, &c de Na. lib. 1. Niueo obriguerit pars regionum.

☞ Syntaxis. *Niues perferre. Niue obrigere.*

NIXVS, ri. L. ENGONASIS.

NIXVS, aus. *nisus, vis, motus.* L. ASTRVM.

NIXVS, a, um. de Diu. 84 b.

Nam pater altitonans stellanti nixus olympo.

pro Cl. 51, Vestra æquitate nixi confidimus. In V. 253 a, Nixus mu hercula. pro Pl. 273 b, Ego huc a me ortus, & per me nixus ascendi. Antequ. 193 a, Vniuersorum auxilium eo plurimum potest, quo firmioribus opibus est nixum. pro Cor. 71 b, Cum Carthago nixa duabus hispanis huic Imperio immineret. Anteq. 194 a Partim innocentia freti, partim nobilitate nixi. pro Cl. 51 a, Sicuti vestra ęquitate nixi confidimus. de Sen. 87 b, Viriditas berbescens, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit. Or. 111 b, Res, quæ mẽdacio nixa est. pro Rab. 94 b, Q. Scæuola hastili nixus. Att. 272 a, In cubitum nixus. de Nat. 47 a,

Engonasin vocitant genibus quia nixa feratur.

☞ Syntaxis. *Aequitate nixus, amico, Cęsare, per se nixus ascendit. Nixa fibris viriditas. Nixus hastili, in cubitum genibus.*

NO, as. *nato.* de Finib. 134 b, Serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas. Tuscula. 235 b, Natura bestias nantes aquarum incolas esse voluit.

NOBILIS, le. *clarus, insignis, nobili genere natus, nobili, summo honesto, loco natus, bono, summo genere natus, clarissimo patre natus, non ignobilis, auis, maioribus, equestri loco ortus, regali sanguine creatus, nobilissima familia natus, stirpe antiquissima ortus, in summa familia natus, natus in nobilissima familia, bonis parentibus atque honesto loco natus, esse ex equestri loco, ampla & honesta familia natus, cuius generosa stirpe profectus, honestissimi & nobilissimi generis, generosus, quasi maiorum gentium, non ignobilis, non obscurus, in veteri dignitate fortunaque natus.*)(*ignobilis, ignotus, obscurus.* Episto. 15 a, Quidam nobiles homines, & de me optimè meriti. In Ver. 93 b, Pericles Ephesius homo nobilissi. Tusc. 192 b, Crantor in nostra Acad. vel in primis nobilis. de Ora. 89 a, Multi in philosophia præclari & nobiles. de Orat. 122 b, & 123 a, Tres illius ætatis nobilissimi & clarissimi philosophi. p Fla. 157 a, Homo apud nos notus, inter suos nobilis. pro Cæl. 43 b, Mulier non solùm nobilis, sed etiam nota. In Ve. 257 a, Qui nobili genere natus est. de Q. de Pet. 207 a, Qui nequaquam sunt tam genere insignes, quàm vitijs nobiles. de In. 63 a, Magnus & nobilis rhetor Isocrates. In Ver. 217 a, Ille nobilis taurus, quem Phalaris habuisse dicitur. In Ver. 243 b, Tam illustre & nobile municipium. de Cla. 175 b, Ciceronis de incestu nobilis oratio. de Optim. 244 b, Gladiatorum par nobilissimum. pro S R. 35 a, Tres nobilissimi fundi. In Ver. 125 b, Accipite aliud eius facinus nobile. Orat. 199 b, Thucydides honoratus & nobilis. In Anto. 277 b, At quam nobilis tua illa peregrinatio. pro Rab. P. 126 a, Demetrius ex doctrina nobilis & clarus.

NOBILE pro nobili. Cice. de Iure ciuili, teste Charisio: Aliquo excellente ac nobile viro.

☞ Syntaxis. *Vel in primis nobilis. In philosophia praclarus & nobilis. Nobilis & clarus. Inter suos nobilis. Nobilis, imò nota mulier. Vitiis nobilis. Illustris & nobilis. Par nobilis gladiatorum. Honoratus & nobilis. Ex pietate nobilis & clarus. Excellens & nobilis.*

NOBILITAS, tis. *claritas, antiquitas, dignitas generis, amplitudo nominis, vetustas familia.*)(*ignobilitas generis, nouitas generis.* de Or. 131 a, Per tuã nobilitatẽ, p uestrã familiã, per tuas statuas. Postqu. 109 b, Vera

nobilitas magnam vim habet de Cl.170 a, Ad memoriam laudum domesticarum & illustrandam nobilitatem suam. pro S.R.20 b, Aliquis genere ac nobilitate suæ ciuitatis facile primus. & 31 a, Sext. Roscius nobilitatis fautor fuit. pro Sest. a, Omnes boni semper nobilitate fauemus. de Diuin. 96 a, Familiæ duæ Aruspicinæ nobilitate præstantes. de Orat. 155 b, Cum Isocrates discipulorum nobilitate floreret.

¶*Fama gloria.* pro Arch. 190 b, Philosophi in eo ipso, in quo prædicationem nobilitatemque despiciunt, prædicari de se ac nominari volunt.

☞Syntaxis. *Per tuam nobilitatem oro. Genus & nobilitas. Prædicationem, nobilitatemque despicere.* hic nobilitas, pro fama, nominisque claritate.

NOBILITATVS, a, um. Off 38 a, Phalaris cuius est præter cæteros nobilitata crudelitas. pro Flac. 159 a, Spectata & nobilitata virtus Lacedæmoniorum. Offic. 10 a, Quod etiam si nobilitatum non sit, tamen honestum sit. Tusculan. 118 b, Clari & nobilitati labores. Par. 233 a, Nobilitatus multitudine rerum gestarum. de Senectu. 82 b, Nec enim ex te vnquam nobilitatus es, sed ex lateribus, & lacertis tuis.

NOBILITOR, ris. *illustror, ornor, celebror.* Tusculan. 155 a, Opifices post mortem nobilitari volunt. & ibidem. Poetæ post mortem nobilitari volunt.

☞Syntaxis. *Nobilitata crudelitas. Spectata & nobilitata virtus. Clarus & nobilitatus labor. Ex se nobilitatus.*

NOBISCVM. Ora 211 a Cum illis dicitur, cum autem nobis non dicitur sed nobiscum: quia obscœnius concurrerent literæ. Acad. lib. 2. Nobiscum male agitur.

NOCENDVM. pro Cæcin. 296 a, Arma alia ad nocendum, alia ad tegendum.

NOCENS, tis. *noxius.*) (*innocens.* de Natu. 50 a, & Att. 161 b, Vites a caulibus, ut a pestiferis & nocentibus refugere dicuntur. In Ver. 56 a, Libido hominum nocentissimorum. de Or. 102 a, Orator qui scelus fraudemque nocentis possit subiicere odio ciuium. pro S.Ro. 27 b, & ad Her. 34 b, Innocens si accusatus sit, absolui potest: nocens nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. pro Sest. 23 a, Qui nocentes sunt & natura improbi. Anteq. 193 a, Turpis & nocens uita.) (*honestissime & laudatissime acta vita.* pro Murç. 135 a, Reus nocens. Para 124 b, Nocentes & pecuniosi rei.

NOCEO, es *officio, obsto, fraudi sum.* de Na. 77 b, Nec si grando quippiam nocuit, id Ioui fuit animaduertendum. de Inu. 54 b, Hoc nulla in re vnquam quicquam nocuit. Att. 202 a, De quo nihil nocuerit, si cū Balbo eris locutus. Off. 56 b, Eodem modo constitutum est, vt non liceret sui commodi causa nocere alteri.

NOCATVR In Cat. 117 a, Mihi nihil tam ab istis noceri potest.

NOCITVRVS, a, um. Offic. 3 a, Declinare ea quæ nocitura videantur.

☞Syntaxis. *Caulis viti pestifer, & nocens. Nocens homo, & improbus vita, Reus. Nocens accusatur merito. Mihi nocetur ab illo.*

NOCTVA, æ. Quin. Fra. lib. 2, Tibi versus quos rogas, hoc est, Athenas noctuam mittam.

NOCTV *nocte, nocturno tempore, tenebris.* pro Mil. 111 b, Illi si insidiaretur nocte prope vrbem expectandum. ad Heré. 7 a, Noctuam interdiu. de Diui. 95 a, Et noctu ad oppidum respicientes flagrantes onerarias uidebatis. Epi. 236 b, χαλινὸν ἄκρατον noctu eieci. Tus. 18 a, Noctu ambulabat in publico Themistocles.

NOCTVABVNDVS, a, um *de multa nocte ambulans.* Att. lib. 2. Cum complicarem hanc epistolam, noctuabundus ad me uenit cum epistola tua tabellarius.

NOCTVRNVS, a, um. pro S.R. 21 b, Decem horis nocturnis L. X. millia passuum peruolauit. de Leg. 177 a, Diagondas Thebanus omnia nocturna sacra lege perpetua sustulit. de Inu. 51 a, Diurnum nocturnumve spacium. de Sen. 94 a, Nocturni diurnique labores. pro Do. 316 a, Concursatio nocturna In Catil. 97 b, Nocturnum præsidium palatii pro Mil. 193 a. Fur nocturnus.

NODVS, di. *collatio, vinculum.* de Vniuer. 197 a, Omnia ad cohærendum tertium aliquid requirunt, & quasi nodum uinculumque desiderant. de Amicitia 106 a, Amabilissimus nodus amicitiæ. de Natu. 48 a.

Æternum et q... cupiens connectere nodum.

& ibid. Orbes uincti inter se, & nodis cœlestibus apti. de Or. 133 b, Gallus in scuto pictus, sub nodis distortus, eiecta lingua. &cæt. de Som. 129 a, Qui numerus rerum omnium fere nodus est. Ora. 218 b, His igitur singulis uersibus quasi nodi apparent continuationis, quos in ambitu coniungimus.

Est & nodus cœlestis, positum sidus & signum. in Ara.

Pisces, &c.

Atque vna tandem in stella communiter hærens,

Quam veteres soliti cœlestem dicere nodum.

¶*Difficilis ad expellendum locus, res, quæstio.* Attico. 81 a, Dum hic nodus expediatur. Epistola. 121 a, Incideramus enim in difficilem nodum. ad Brut. 289 a, Magnus in republ. nodus est inopia rei frumentariæ.

☞Syntaxis. *Nodus & vinculus. Nodus amicitiæ. Vinctus, & nodis aptus. Sub nodis distortus. Continuationis nodi in ambitu coniuncti. Nodos expedire. Caritas annonæ magnus nodus in vrbe, id est, difficultas, calamitas.*

NOLA, *vrbs.* de Cla: 165.

NOLANVS, a. Att. 126 a, Fundus Nolanus. de Offi. 7.

NOLO, ne vis, ne vult. *non volo, non libet, pœnitet. negligo.* Attic 84 b, Noli putare me quicquam maluisse, quàm ut mandatis tuis satisfacerem. in Pis. 89 b, & pro Sex. Ros. 29 a, Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis. &c. de Orat. 126, Quare nolite existimare, &c. de Cl. 175 b, Noli putare, quenquam. &c. pro Flac. 166 a, Nolite existimare eos qui, &c. non expectare huius exitum iudicij. Ep. 2 b, Cui qui nolunt, iidem tibi non sunt amici. Epist. 7 b, Euolare altius certo noluerunt, & 84 a, Nolet hoc temporis, &c. Or. a 11 a. Nolle, pro nō velle. de Ora. 115 b, Cum is se non nolle dixisset. Attic. 114 a, Si erit quod nolim accersendus.

NOMEN, nis. *verbum, vocabulum.* de N. 11 a, Nomina noua nouis rebus ponenda sunt. de Fini. 142 b, Nomina sunt tanquam rerum notæ. de Inu. 50 a, Nomen est, quod vnicuiq; personæ datur, quo suo quæque proprio & certo uocabulo appellatur. de Inu. 65 a, Nomen cum dicimus, cognomen quoque & agnomen intelligatur oportet. de Nat. 72 a, Quoniam Neptunum a nando appellata putas, nullum erit nomen, quod non possis vna litera mutata explicare unde ductum sit. de Fi li. 3, Si Zenoni libuit cum rem aliquam inuenisset inusitatam, inauditum quoq. ei rei nomen imponere: cur non liceat Catoni? de Fi. 93 a, & 90 b, Imponendaq; noua nouis rebus nomina. Tus. 208 a, Omnis casus, in quo nomē poni solet calamitatis, & 192 a, Qui hæc rebus nomina posuerūt. de D. 86 b, Quod ab eius lituo, quo canitur, similitudine nomen inuenit, & 86 b, Aristolochia quę nomē ex inuentore inuenit. & 202 b, Theophrastus diuinitate loquendi nomen inuenit. de Diu. 123 a, Quid ergo? Aius iste aiebat & loquebatur, & ex eo nomen inuenit. in Ant. 192 a, Legio Martia, quæ a Marte traxit nomen. de Or. 132 a, Vt Neoptolemus ad Troiam, sic Nummius diuisor in campo Martio nomen inuenit pro Cæc. 290 a, Sex. Clodius, cui nomen est ut Phormio. Tusc. 214 a, Eique morbo nomen est auaritia. in Ver 227 b, Fons, cui nomen Arethusa est. de Cla. 185 a, Saltatio cui saltationi Titius nomen est. de Leg. 169 a, In insula, quæ est in Fibreno (Nam opinor illi alteri flumini nomen esse) &c. de Leg. 182 b, Cui nomen naulæ. pro R.P. 127 a, Sed res habebat nomen hoc apud illos, non hic imposuerat de Leg. 171 b, Quæ non magis legis nomen attingūt, quàm si, &c. pro Lig 139 b, Scelus tu illud vocas Tubero? cur isto eum nomine illa adhuc causa caruit? alij errorem appellant, alij timorem: qui durius, captiuitatem, odium, pertinaciam: qui grauissime temeritatem, scelus præter te adhuc nemo. Ac mihi quidem si proprium & verum nomen nostri mali quæratur, fatalis quædam necessitas incidisse videtur. de Amic. 113 a, Notare aliquid multis nominibus. Offi. 8 b, Qui proprio nomine perduellis est, is hostis vocabatur, lenitate uerbi tristitiam rei mitigante. de Natu. 44 a, Hæc spirabilis natura, cui nomen est aer. pro Mur. 127 a, Cum ea non reperiantur, quæ uoluptatis nomen habēt. In Vat. 173 a, Huic prædę ac direptioni cellæ nomen imponis. ad Her. 35, b, Hęc exornatio, cui licentię nomen est. & 22 a, Aliquis, cui prænomen sit Decimo, de Diui. 81 b, Cum ambulandi causa in Lycæum venissemus: nam id superiori gymnasio nomen est. Episto. 25 b, nomen imperij, quo appellor. pro Sex. Ros. 25 b, Alter Chærestratus; nam is, opinor, hoc nomine est. Orato. 202 b, Quamquam omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est. de Orato. 105 b, Appellare aliquem nomine. de Oratore 129 a, Nam ea dicta appellantur proprio iam nomine. pro Sexto Roscio 34 a, Hi, quos qui leniore nomine appellant, percussores vocant. in Verrem 261 b, Pecunias, quo nomine iudicium hoc appellatur, non repetunt. pro Dom. 227 a, Verum igitur peccato meo nomen exulis subeo, an re iudicata? Episto. 69 a, Eorumque nomina magna uoce pronunciauerunt. de Clarita. 191 a, Hic nomen honoris adeptus est, non honorem. Episto. 63 b, Ego autem meis rebus gestis hoc sum assecutus, vt bonum nomen adeptus existimer.

¶*De nomine alia quædam.* pro Dom. 220 a, Hæreditas nominis. de Fi 91 b, Acquiescere in nomine alicuius. de Orat. 95 a, Impudentię nomen fugiendum Epi. 9 b, Nomen grauissimum & sanctissimū pietatis. & 36 a, Tamen ista uestra nomina nunquam sum admiratus. Attic. 115 a, Nullus usquam delectus, &c. nec nomina dant. L.A. 221 b, Omnes nomina dant. pro Dom. 236 b, Quem in numerum nemo nomen dedit, nisi scelere perditus. Q.F. 323 a, Appius Gabinium accusauit maiestatis, nomina data.

¶*Causa, prætextus, titulus.* Atti. 90 a, Dicæarchus multis nominibus Græcos in eo reprehendit, quod mare tam secuti sint. L.V. 237 b, Damnatus nomine coniurationis. Epi. 18 a, Quamquam me nomine negligentiæ suspectum tibi esse doleo, tamen, &c. pro Fla. 151 a, Classis nomine pecunia ciuitatibus imperata est. p Mar. 143 b, Neque illi me meo nomine interfici uoluit, sed, &c. in Piso. 98 b, Omni totius prouinciæ pecore compulso pellium nomine & ibi. Quod quasi vasarij nomine adsciperas. de Amic. 116 b, Quoniā illud nimis in tuo nomine apparuit. pro Q.R. 51 b, An alio nomine, alia de causa abstulisse? Top. 22 a b, Omnia uxoris, viri fiunt dotis nomine. Epi. 188 a, Hoc à te peto nō solū Reip. sed et amicitiæ nostrę noīe. p Cę. 288 a, Is nomine hęredis arbitrium herciscundę postulauit. Ep. 50 b, Quid est, quod tu cū fortuna hoc noīe quæri possis? 143 a, Quo nomine et C. Furnio, &c. mādata dedimus. pro Rab. 97 a, Oēs hi aut te capitis C. Rabirij nomine citantur. pro Q. Ros. 52 a, Flauius H-S. ccci 124. Panurgi nomine Fannio dissoluit. Qu. Fra. 307 a, Quod ad me Lentuli nomine scripsisti, locutus sum cum Cincio, &c. pro Cęc. 298 b, Honesto & Probabili nomine errorem obiici cuipiam.

¶*Fama, autoritas, grauitas, dignitas.* de Inu. 62 b, Viri noīe & memoria digni. de Cl. 186 b, Huius magnū nomē in patronis fuit. & 193 a,

In

In dicendo pauci digni nomine euadunt. Orat. 189 b, Quidam magnum nomen in oratoribus habuerũt. de Cla. 187 a, Verum qui omnino nomen habuerunt, non ita multi fuerunt. de Cla. 176 a, Brutus vir tanto nomine.

¶*Vice, verbis, propter.* pro Mur. 140 b, Præsertim talis viri nomine rogatus. Att. 275 b, Cicero mihi meritò, & meo nomine, & reipublicæ charissime. I. A. 158 b, Mihi & gratias agebant boni viri, & nomine tuo gratulabantur. I. C. 107 a, Etenim credo bellum Popu. Romano suo nomine induxit.

¶*Crimen.* In Ver. 127, Hic tum ait nomen absentis deferre se velle iste verò se recepturum. de Inu. 66 a, Cum veneficij cuiusdam nomen esse delatum.

¶*Rationis creditæ debiti.* Episto. 75, Nomen erat sestertijs XXX. Attico, 228 a, Etsi nomina iam facta sunt, vel induci, uel mutari possunt. Officio. 65 b, Caninius nomina facit, negotium conficit. pro Planc. 222 b, Vtrum igitur me conturbare oportet? an cæteris cum cuiusque dies venerit hoc nomen quod urgent, nũc cum petitur, dissoluere. Topico 222 a, In nominibus esse, & in tabulis deberi. In V. 238 a, Pecuniam alicui esse in nominibus, numeratam non habere. In V. 81 b, Exigere nomina sua. Episto. 4 b, Qui nunc Popu. Romani nomine, re autem vera sceleratissimo latrocinio conantur, &c. pro Quinc. 3 a, Cum æris alieni aliquantum esset relictum, quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret. & 6 b, Moritur Cn. Quintius, qui tibi, ut ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit. & 13 b, A me nomine eius quod inficiatus esset, diem petiuit. Att. 83 b, Nam aut bono nomine centesimis cõtentus erat, aut non bono quaternos sperabat. pro Qu R. 45 b, Nõ refert parua nomina in codicem? imo omneis summas. & ibidem. Leue hoc nomẽ H-S. CCCLIII. sunt? Att. 203 b, Sustinenda solutio est nominis Cereliani, dum de Metione sciamus. & 214 b, Si Faberius nomen illud explicat, noli quærere quanti. & 255 b, Nomina mea per deos expedi. & 361 a, Sed & illi turpe arbitror eo nomine quod satisdato debeat, procuratore eius non dissoluere. In Sall. 375 a, Ex Africa tantum hic exhausit, quantum potuit aut fido nominum traijci, aut in nanes contrudi.

☞Syntaxis. *Nomina rerum nota. Nomen est personæ proprium, rerumque vocabulum. definitio. Nomen est etiam cognomen, & agnomen. In hoc casu ponitur nomen calamitatis. Rebus ponere, imponere nomina. Aristolochia nomen ab inuentore inuenit, similitudinem inuenit. Et ex eo, id est, atque ideo sic nomen inuenit, id est,* appellatur. *Nomen trahere a Marte. Salutatio, cui salutationi nomen est, &c. Nomen habere. Notare aliquid multis nominibus. Nomine appellare aliquem. Propterea nomine signare. Nomen damnati suo peccato subire. Dare nomina in numerum aliquem, ad bellum. Datio nomina ad iudicium, ad crimen. Classis nomine pecunia imperata. In medicis magnum est Gal. nomen. Qui nomen habuerũt omnino pauci sunt. Deo nomine te oro. Suo nomine bellum inducere. Nomẽ delatum est veneficij. Nomina facere. Nomen quod urget, dissoluere, id est,* debitum. *Hoc in nominibus est, numeratum nequaquam. Exigere sua nomina. Multis nominibus tibi grandem pecuniam debeo. In codicem parua nomina referre. Solutio nominis. Nomen explicare, expedire. Soluimus procuratores eo nomine, quod satisdato debet Pompeius. Nominum fide cogere pecunias.*

Nomenclatio, nis. *appellatio, nominatio* Qn. de Pe. 211 a, Ea desiderat nomenclationem blanditiam, &c.

Nomenclator, oris. *monitor, qui ciuium & seruorum nomina nouerat.* ὀνομακλήτωρ. pro Mur. 141 b, Quid, quod habes nomenclatorem? Q. de Pet. 209 b. At. 53 a, Nemo vllius ordinis nomenclatori notus fuit qui mihi obuiam non veniret. Qu. Fr. 301 a, Legi Epistolam quã ipse scripsisse Sylla nomenclator dictus est.

Nominatim.)(*sine nomine, generatim.* de Na. 23 b, Epicurus uoluptates persequitur omnes nominatim. Epist. 216 a. Duo sunt, quæ a te nominatim rogo, primum, &c. deinde, &c. 106 a, Nominatim tibi signa mihi nota mandassem, si probassem. Att. 174 a, Tum ille ita edixit, vt me exciperet nominatim ibidem. Poterat enim sine nomine res excipi. Attic. 173 a, Non nominatim, sed generatim proscriptio est informata. Att. 512 a, Posthumius de quo Senatus nominatim decreuit, ut statim mitteretur in Siciliam. pro S. R. 25 b, Possum multos nominatim proferre, qui, &c. I. C. 119 a, Qui in custodia nominatim dati sunt. contra Rull. 78 b, Excludi nominatim honore aliquo. Att. 49 a, Sed tibi nihil nominatim, &c.

● Nominatio, onis. * compellatio.] I. A. 248 b, Paternus auguratus locus, in quo eum ut quo a patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo. & At. 277 b.

Nominatio. ὀνοματοποιΐα. *figura rhetorica.* ad He. 33 b, Nominatio est, quæ nos admonet, ut cui rei nomen aut non sit, aut satis idoneum non sit, eam nosmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut significationis causa, &c.

☞Syntaxis. *Nominatim appellare, persequi, aliquem excipere, proscriptionem informare. De aliquo nominatim decernere, ut Multos nominatim proferre, in custodiam dare, honore excludere.*

Nominatus, a, um. in Ver. 228 a, Vrbs, quæ Tyche nominata est. ibidem. 69 b, C. Curio, quem hominem honoris potius quam contumeliæ causa nominatum nolo. Orato. 100 a, Multique alij, qui sunt nominati sophistæ.

Nomino, as. *appello, nuncupo, voco, nomen pono vel impono, nomine appello, nomen appello, verbo noto, proprio nomine signo, nomine noto, usurpo, compello.* pro S. R. 19 a, Vir clarissimus & fortissimus. L. Sylla, quem honoris causa nomino. & ibidem. Quæ, vt æquum est, familias honestatis amplitudinisque gratia nomino. Epistola. 15 a, Vbi nominauit Phædriam, tu Pamphilam continuò. pro Cecin. 174 b, Rem aliquam suo certo ac proprio vocabulo nominare. de Finibus 99 b, Ex omnibus philosophis Stoici plurima nominauerunt. Attico. 277 b, Eam nominationem a te petimus. nam digniorem nominare non potes, quàm Bibulum. de Nat. 70 b, Mercurius, quem Ægypti nefas habent nominare.

Nominor, ris. *appellor.* de Nat. 38 a, Res ipsa in qua vis inest maior aliqua, sic appellatur, vt ea ipsa vis nominetur Deus. Tuscul. 233 b, Ex maiore parte pleræque res nominantur. Epi. 14 a, Qui tum optimates nominabantur. de D. 323 b, Attulit in cauea pullos is, qui ex eo nominatur pullarius. Off. 43 b, Nam ei sordidum erit ad famam committere, vt accusator nominetur. pro Plan 278 a, Ergo ego committerem, vt proditor reipub. nominarer? I. C. 102 b, Vt hoc latrocinium potius quàm bellum nominaretur. Orat. 217 b, Ab alijs ijdem pedes alijs nominantur vocabulis.

Nominatum. *fama illustre est.* pro Arc. 190 b, Omnes prædicari de se & nominari volunt.

Nonior. L. apoi to. de Nat. 71.

☞Syntaxis. *Multi sunt. Empirici nominati. Honoris causa, honestatis, & amplitudinis nominare Casa. familias. Nominantur eos, id est, nomen assumunt, cuiusmodi, appellantur. Bibulus digna est nominatio. Nefas habeo nominare Mercurium. Cupiunt omnes de se prædicari, & nominari.*

Nomophylaces, *legum custodes.* de Le. 193 a, b. L. Censor.

Non. *haud, parum, minus, nihil nonnunquam, haud quaquam.*)(*etiam.* pro 157 a, Non est ita iudices, non est profectò. Attic. 92 b, Equidem doleo, non me tuis literis certiorem fieri. Acad. 26 a, Vt sequens probabilitatem, vbicunque hæc aut occurrat, aut deficiat, aut etiam, aut Non respondere possit. & 24, Cum Dialectici sic statuãt, omne quod ita disiunctum sit, quasi aut etiam, non, non modo verum esse, sed et necessarium At. 173 b, Non possum eius casum dolere 4. Ver. Cognitorem ascribit Sthenio: quem? cognatum aliquem, aut propinquũ? non. de Senectut. Nec verò dubitet agricola, quamuis senex, quærenti cui serat, respondere, dijs immortalibus qui me non accipere tantum à maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodesse. Att lib. 10, De die nihil sanè potest scribi certi, præter hoc, non ante lunam nouam. 7. Fam. Græcos verò ita non ames, &c. *pro oderis.* de Sene. Quod equidem non amisi adhuc, & videtis annos meos. 2. de Leg. Non attingunt ea legis nomen. ibidem. Non cogere omnia ui ac minis, sed persuadere aliquid. pro Rosc. Amer. Non continuò, si me in gregem sicariorum contuli, sum sicarius. 1. de Natura. In quo leuiter apparet claudicatio non deformis. de Amic. Quid enim tam absurdum, quã delectari multis inanibus rebus, vt honore, vt gloria, vt ædificio vt vestitu, cultuque corporis: animo aũt virtute prædito, eo qui vel amare, vel (vt ita dicam) redamare possit, non admodum delectari? de Amic. Quid enim interest, motu animi sublato, non dico inter pecudem & hominem, sed inter hominem & saxum, aut truncum, aut quiduis generis eiusdem? ad Attic. Vt ea non dicam comprobes, sed studiose libenterque comprobes. ad Brut. Non dicam. in epist. Bruti. *pro ne dicam.* 7. Ver. Non dicam ne illud quidem, si maxime in culpa fuerit Apollonius. 4. Acade. Illi non dubitant, quin ex vera non sint quæ defendunt. ad Cat. lib. 15, Itaque & prouinciam ornatam, & spẽ non dubiam triumphi neglexi. 3. Officio. In mancipio vendendo dicendane vitia? non ea, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium iure ciuili. 1. de Natura deorum. Non enim si mundus nullus erat, secula non erant. 3. Verr. Non est, non est in hoc homine cuiquam peccandi locus. de Vniuer. Non est cunctandum profiteri. pro Fl. [illegible] ita iudices, non est profecto 9. ad Attic. Non erat nec recen[illegible] melior. Topico. Non esse, quæ dicantur. de Amicitia. Quod non fere contingit nisi ijs, qui etiam contemnendos se arbitrantur. pro Sest. Denique ex bellica victoria, non fere quenquam est inuidia ciuium consecuta. 7. Verr. Non fere quisquam nostræ industriæ fauet. pro R. Amer. Domum suam istum non fere quisquam vocabat. 2. de Legi. Non sunt sed duelli instrumenta æs atque ferrum. ibidem. Non floreret tam diu memoria Attij Nauij nomen de Amic. non igitur vtilitatem amicitia, sed vtilitas amicitiam consecuta est ad Cæsarem lib. 7, Sed more Romano quomodo homines non inepti loquuntur, probiorem hominem, meliorem uirum, prudentiorem esse neminem. 1. Vor. Non inertissimus homo. 6. Verr. Non ita antiqua simulacra. 4. Verr. Non ita multùm tecum fuit. pro Rosc. Amer. Non ita multis ante annis. 5. de Natura. non ita valde mouentur his homines mediocres. Academ. edit. 1. lib. 2, Ita priori posterius, posteriori superius nõ iungitur. 5. Verr. Homo non malus. 6. Verr. Non minime commoueri. 2. Verr. Hi sciunt hoc non modo à me petitum esse, sed ita sæpe, & ita vehementer esse petitum, vt, &c. de Amic. Eaque adhibeatur ad monendum, non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulabit, &c. Attico. lib. 94 Academ. Nos autem in libris habemus non modò Coss à Prætoribus, sed ne Prætores quidem creari ius esse. 2. Philip. Quos clientes nemo habere velit, non modo esse illorum cliens. de Amicitia. Quare talis improborum consensio, non modo excusatione amicitiæ tegenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda est. Dolabellæ lib. 94. Academ. Contingit enim tibi, quod haud scio an nemini, vt summa veritas animaduersionis non modo non inuidiosa, sed etiam popularis esset. de Arusp. Gaudeo mihi de toto hoc ostento datam non modo iustam, sed etiam necessariam causam esse dicendi. Epistlo. Pollionis. lib. 10, Militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem vllum quoquam misi. 3. de Leg. Nihil habui sane non modo multum, quod putarem nouandum in Legi. de Amic. Qui duabus vrbibus euersis inimicissimis huic Imperio, non modò

modò mulıam, qood putare nooandum in legi. de Ami. Qui duabus vrbibus euersis inimicissimis huic imperio, non modo præsentia verumetiam futura bella deleuit. Att. lib. 8. Nihil prætermissum est, quod non habeat sapientem excusationem, non modò probabilem ad At. lib. 10, Horum ego sum morum imperatorum non modo res gestas non antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam, qua illi florentissima, nos duriore conflictari uidemur. de Amic. Vt omnia subterfugere, non modo sapientiæ, sed etiam fęlicitatis diceret sibi videri. Epi. Trebonij, lib. 12, Non enim nescis quanti te faciã, & quòd pro veterrimo uerissimoque amore omnibus tuis etiam minimis commodis, non modò tanto bono gaudeam. Attic. lib. 13, Sed voum eiusmodi, quòd nisi exercitus sciret, non modò Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. pro Mur. pro Quint. & 4, Ver. Non nemo etiam in illo sacrario Reip. in ipsa inquam curia nõ nemo hostis. pro Leg. Manil Quum esset non nemo in Senatu qui diceret non oportere. ad Cæl lib 2, Quod tamen fortasse non nollem, si possem ad ocium 2. de Leg. Non operosius sextile, quàm mulieris opus menstruum. pro Qu. Non parum facetus scurra. Pro Rosc. Ame. Non pauca suis adiutoribus large, effuseque donabat. pro Rosc. Ame. Noo paulum nescio quid in rem suam conuertit. de Am. Magnum opus est, egetque exercitatione non parua. 2. de Inu. Non parum cognosse, turpe est, sed in parum cognito stulte & diu perseuerasse. 4, Ver. Non plus quam Liguri, &c. de Amic. Quæ dirimi, nisi detestabili scelere non potest. pro Syll. Non possunt omnes esse patricij. de Am. Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. 2. de Leg. Non præfinito omnia tam restricte vel hominum vitijs, vel subsidijs temporum victus. 1. de Natu. Non pudet igitur Physicum? de Am. Sine lachrymis oon queo dicere. Att. libro 7, Vt ab vrbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem: nõ quòd haberem magnopere quod scriberem, sed vt loquerer tecum absens. 5. Ver. Magnæque pecuniæ coactæ sunt, non quo ingenium numerum vere profiteri esse difficile, &c. 12. Famil. C. Trebonij, Non sciebam. pro n scıebam. 2. de Leg. Non sciscam aliter rem maiorẽ vllam. pro Clu. Att. lib. 4. Non secus hanc causam defendissem, ac si lege Habitus teneretur. de Ami. 2. de Nat. Quis non sine magna causa sit neglecta amicitia. ad Cornif lib. 12, Vultus mehercule tuos mihi expressit omnes, non solum animum ac verba pertulit. de Sen. Omnia memoria tenebat, non domestica solum, sed etiam externa bella. in Verr. Non solum effugiemus, &c. accede nobis etiam illud. &c. ibid. Est enim minus eius oon ingenij solum, sed laterum etiam & virium. pro Clu. Plurane dicam, tuæ me etiam lachrymæ impediunt, vestræque Iudices, non solum meæ. 1. Offic. Ad quod est adhibenda actio quædam, non solum mentis agitatio. Terentiæ, lib. 14, Vestrum iam consilium est, non solum meum, quid sit vobis faciendum. de Se. Non solum quis nunquam deseruot, nec in extremo quidem tempore ætatis (quanquam id quidem maximum est) uerumetiam quia conscientia bene actæ uitæ, multorumque benefactorum recordatio iucundissima est. At. 29. Literæ non solum quid Romæ, verumetiam quid in Republica, neque solum quid fieret, verumetiam quid futurum esset, indicabant. ad Lent. lib. 1, Habui non temporum solum rationem eorum, sed etiam naturæ. de Amic. Non tam vtilitas parata per amicum, quam amici amor ipse delectat. de Sent. Nec tamen omnium adolescentum, sed non proborum. pro Rosc. Amer. Nisi tanta temeritas, ut non procul abhorreat ab insania. de Am. Quamobrem angor iste qui pro amico sæpe capiendus est, non tantum valet ot tollat e uita amicitiam, non plus quam vt uirtutes, quia nonnullas curas & molestias afferunt, repudientur. de Sen. At hi quidẽ iam mortui sunt, non uerò tam isti, quàm tu ipse nugator. 1. de Inu. Nam sæpe satis est quid factum sit, dicere, non ut enarres quemadmodum sit factum. in Ver. 71 b, Non solum effugimus, &c. accedet nobis etiam illud, &c. Att. 264 a, Vt ea non dicam comprobes, sed studiose libenterque comprobes. Offi 76 a, Neque enim bonitas, nec liberalitas, nec comitas esse potest, non plus quàm amicitia, &c. de Se. 82 a, Nec nunc quidem vires desidero adolescentis, non plus quam adolescentis etiam uires tauri desiderabam. * contra Rul. 77 a, Decennium in nostra uectiga. non modo ne nobis quidem arbitris, sed ne præcone quidem publico teste vendent. pro Sest. 589 a, Quis non modo approbauit, sed non indignissimum facinus prætacuit.]

¶ *Nonne?* At. 120 a, Nooager Picenus amissus? non patefactum iter ad urbem? non.

☞ Syntaxis. *Non nemo adest. Non nolo. Non plus quàm. Non paulũ nescio. Non parum cognosse turpe est, sed. Non est, non est hic locus. Non fere quemquam amas. Non fere quisquam illum amat. Non ita veniunt hoc est. Non ita multum dubito, totum fui. Non ita valde cupio. Non ita multis ante annis. Non ager amissus? Non modo. Non solum. Non ingenio solum, sed, &c. Non vero tam impudens, quàm, &c.*

Nonagesimus, a, um. de Sen. 97 b, Nonagesimus annus.

Nonæ, arum. pro Flac. 165 b, Ononæ illæ Decembres, quæ me consule fuistis. pro Qu. 10 b, Aliquid factum esse nonis Februarij.

Nonagies. in Ver. 185 b, In alteras decumas ferme ad nonagies.

Nonaginta. de Sen. 83 b, Masanissa nonaginta annos natus.

Nondum, *nec dum, neque dum, nihil dum, etiam nunc non.* Att. 65 a, Iudicia reliqua impendent, oondum est plane expeditum. de Cl. 190 b, Qoorum tamen ipsorum ad ætatem laus eloquentiæ perfecta oondum fuit. de Diu. 111 b, Nondum dico, quum hęc signa nulla sint. Ep. 181 a, Nondum satis constitui, &c.

Nongenti, orum. *idest 900* pro Flac. 163 b, Falcidius emerat H-S. nõgentis millib. Ep. 70 a, De H-S. Nongentis millib.

Nonne. *an non.* pro Cec. 192 a, Verum ita est, ut dicis, te deiectum de

bco intelligere nonne? Tuscu. 235 a, Com esset ex eo quæsitum, Archelaum Perdicæ filium nonne beatum putaret? in Verr. 266 a, Nonne ita est? de Nat. 78 a, Tu qui putas, &c. Nonne animaduertis?

Nonnihil. *aliquantum.* pro Qu. 1 a, Nonnihil commoueor. Att. lib. 2, Nonnihil pigmenta consumpsit. de Fin. 4, Non quia bonum sit valere, sed quia sit noo nihilo æstimandum.

Nonnullus, a, um. *aliquis, non omnis.* pro Mur. 138 b, Consilium tuum nonnulla in re forsitan emendare possim. Phil. 1, Nonnullum officium. de Legib. lib. 2, Nonnulli isti faciunt imperite. Acad. lib. 4, & Vet. 5, Sunt inter nos nonnulla communia.

Nonnunquam. *aliquando, interdum, est cum.* de Natu. 78 a, At nonnunquam bonos exitus habent boni. Epi. 64 a, Et te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi. Oct. 330 a, Nonnunquam & aliquando.

Nouus, a, um. de Som. Scip. 129 a, Nam terra noua immobilis manet, &c.

Norma, mæ *regula, lex quædam, præscriptio.* Acad. 35 b, Fontem omnium bonorum in corpore esse, hanc normam, hanc regulam, hanc præscriptionem esse naturæ. de Or. 160 b, Nec sunt hęc rhythmicorum aut musicorum acerrima norma dirigenda. de Amic. 99 a, Nũquam ego dicam eos ad istorum normam fuisse sapientes. de Ora. 124 b, Plura homines iudicant odio aut amore, &c. quàm ueritate, aut iuris norma aliqua, aut iudicij formula, aut legibus. pro Mur. 124 b. M. Cato uitam ad certam rationis normam dirigens, & diligentissime perpendens momenta officiorum omnium. de Leg. 265 a. Nos legem bonã à mala nulla alia, nisi naturali norma diuidere possumus. de Legib. 182 b, Natura, quæ norma est legis. * Acad. 35 b, Aberrare à præscriptione naturæ.]

☞ Syntaxis. *Norma, regula, præscriptio naturæ. Ceteri norma dirigere. Ad optimam normam sapiens. Ad rationis normam dirigere uitam. Naturali norma diuidere veritatem à mendacio.*

Nosco, scis. *cognosco notum vel cognitum habeo, notitiam alicuius rei habeo.* Tuscu. 159 a. Et nimirum hanc habet vim præceptum Apollinis, quo monet, ut se quisque noscat. & ib. Cum igitur Nosce te dicit, hoc dicit, Nosce animum tuum. de Fin. 153 b, Nosti credo illud. Nemo pius est, qui pietatem cauet. de Fi. 79 a, & Epi. 108 b, Nosti cætera. At. 103 b, Reliqua quæ nosti ferenda. Att. 92, Nosti illas, λακίδας. pro Se. Rosc. 27 b, Sed si ego hoc bene noui, literam, &c. Att. 141 a, Sã Cæsarem bene noui. & 65 b, Si digitos tuos noui. Or. 201 a, Nouerit igitur hic, &c. in Pis. 86 a, Qui ciuitatis uestrę non leges, non iura nouitis. de Leg. 158 a, Atqui uereor, ne istã causam nemo noscat, & 168 a, Sapientia nos cum cæteras res omnes, tum quod est difficilimum docuit, ut nosmetipsos nosceremus, cuius præcepti tanta uis, tanta sententia est, ut ea non homini cuipiam, sed Delphico Deo tribueretur, nam qui se ipse norit, primùm aliquid sentiet se habere diuinũ. Q. F. 326 b, Vt bona nostra norimus de In. 53 b, Nonis intelligentiam vestram, iudices, non potest ita oideri. de Le. 182 a, Nostis extra portam Collinam ædem Honoris. in Verr. 79 b, Qui nostrum unum quenque optime noruot. de N. 9 b, Deus ille, quem mente noscimus atque in aoimi notione tanquam in uestigio reponimus.

Noscor, ris de Na 3 b, Omnes philosophiæ partes tum noscuntur, cũ totæ quæstiones scribendo explicantur. Acad. 21 a, Nihil esse, quod nosci, percipi, comprehendi possit.

☞ Syntaxis. *Nosse, percipere, comprehendere.*

Nosimma. L. Mosuva.

Noster, a, um. pro Dom. 122 b, Sexte noster bona uenia, &c. Qu. Fra. 291 b, Alienus autem noster cum animo & beneuolentia, tum etiam imitatione uiuendi.

Nostras, tis. *noster, nostra gentis consuetudinis, artis, sectæ, &c.* Epist. 134 b, Capior facetijs, maxime nostratibus. Tuscu. 246 a, Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostrates philosophi facere non potuerunt? Ep. 25 b, Mihi verba desunt, neque solum ista uestra oratoria, sed hæc etiam leuia nostratia.

Nota, tæ. *signum, insigne, vestigium.* de Orato. 124 a, Si aurum defossum cupiam commonstrare vellem, signa & notas ostenderem locorum. de Fin. 142 b, Nomina sunt tanquam rerum notæ. Tusc. 261 a, Notę literarum. Par. 232 a, Literatura constat ex notis literarum. de Diu. 126 a, Notæ priscarum literarum in robore insculptæ. in Pis. 75 a, Aristarchus, qui notam apponebat ad malum uersum. de Diu. 94 a, In quibus tanquam insignitæ notæ ueritatis appareant. Acad. 11 b, Insigne ueri idest, nota ueri. Or. 201 a, Loci & quasi argumentorum notæ. de Clar. 191 b, Atque eæ notæ sunt optimæ. de Nat. d. 4 b, Certa iudicandi assentiendique oota. Acad. 9 b, Nota ueritatis. Att. 7 a, Literæ insignes amoris ootis. de Inu 80 a, Literę, tenues & obscuræ notę sunt uoluntatis. de Diu. 118 a, Quam scite per notas nos certiores facit Iupiter. Top. 221 b, Nota & notatio idem. & 223 b, Aristoteles hoc idem σύμβολον appellat, quod est Latina nota: quia uerba rerum notæ. in Verr. 131 a, Signum, nota, uestigium.

¶ *Formula.* pro Murę. 129 b, Iurisconsulti notas quasdam composuerunt.

¶ *Ratio.* Epistola 109 a, Sulpitio successori nos de meliore nota commenda.

¶ *Dedecus, infamia, ignominia.* de Pro. 74 a, Vos Gabinii literas insigni quadam nota atque ignominia noua condemnastis. I. C. 100 a, Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta uitæ tuæ est? & quod dedecus non hæret infamię? pro Rab. 95 b, Homo insignis omnibus ootis turpitudinis. pro Cluent. 44 a, Is censorię seueritatis nota non inuretur? pro Dom. 371 a, In hisce ædibus monumentum collocasti ad equitum notam, ad dolorem bonorum omnium. in Verr, 146 a,

346 a, Inerat in illo fœdere, quasi quædam nota seruitutis. Off. 37 a, Barbarus compunctus notis Thrеycijs. in Anton. 159 a, Hæc inusta est a te mortuo Cæsari nota ad ignominiam sempiternam. Offi. 166 b, O turpem notam temporum illorum.

¶ *Id, quam vulgo Zephram vocant, ὀνομάζω Græci.* Epist. 205 a, Reliquis epistolis tantum faciam, vt notam apponam eam, quæ mihi tecum conuenit, &c. Attic. 116 a, Parum intellexit credo, quia scripseram.

☞ Syntaxis. *Nota & signum. Literarum nota, id est, characteres. Nota insigni condemnare aliquem. Nota turpitudinis in illa vita. Insignis nota turpitudinis. Id egit ad hostium notam. Notam appono, quæ mihi tecum conuenit.*

NOTABILIS, e. *insignis, conspicuus, conspiciendus.* Epist. 68 a, Si exitu notabili concluduntur.

NOTANDVS, a, um. in Ant. 197 b, Quæ quanquam rata esse non possunt, tamen separatim suo nomine notãda censeo. de Cl. 194 a, Apollonius in notandis animaduertendisque vitijs prudentissimus. & 195 a, Quid tãquam notandum animaduertendumque sit in Hortẽsio, breuiter licet dicere. Att. 245 a, Quæ quidem vereor ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ sint. in Ant. 197 b, An illa non grauissimis ignominijs monumentisque huius ordinis ad posteritatis memoriam sunt notanda? quod M. Antonius, &c. Epist. 135 b, Habere tritas aures notandis gentibus poetarum. de Sen. 85 a, Sed notãdam putaui libidinem nimiam.

NOTANS, tis. Tusc. 122 b Sol quasi fastorum notans & significans dies.

NOTATIO, onis. *nota.* L. ETYMOLOGIA, & INTERPRETATIO. Top. 221 b, Notatio, cum ex ui verbi argumentum aliquod elicitur. & ibid. Argumentum ex nota.

¶ *Insuper est observatio, animaduersio, descriptio.* de Diui. 126 b, Chaldæis in prædictione & in notatione cuiusque vitæ ex natali die minime credendum est. de Clar. 170 a, Licet eligent ea quæ notationes & laude digna sunt, omnes oratoriæ virtutes in eis reperientur. ibi. 181 a, Ego vero delector ista quasi notatione temporum. de Orat. 241 b, Similium uerborum conseruata & immutata casibus, aut traducta ex parte ad genus notatio, & uisus verbi imagine totius sententiæ informatio Or. 215 a, Notatio naturæ & animaduersio peperit artem. pro Clu. 44 b, Notatio tabularum. & ib. a, Notatio cẽsoria. pro Sest. 15 a, Notatio censoria grauissimũ iudicium sanctissimi magistratus. I. A. 197 a, Delectus uero & notatio indicium etiam in nostris ciuibus haberi solet. Offic. 74 b, Notationes animaduersionesque censorum. ad Her. 28 b, Diligens notatio imaginum. ib. 39 b, Notatio est, cum alicuius natura certis describitur signis.

NOTATVS, a, um. *descriptus.* Tus. 198 a, Melius hæc notata sunt uerbis Latinis, quam Græcis. de Fi. 86 a, Notandus est dies natalis.

¶ *Signatus.* de Pro. 60 b, Vt a illa castis Thracijs distincta ac notata est. Postquam. 207 b, Frons calamistri notata uestigijs.

¶ *Illustratus.* Epi. 110 a, Equidem sperabam ita notata me reliquisse genera dictorum meorum, vt cognosci sua sponte possent.

¶ *Turpis, fœdus, infamis.* pro Cl. 42 a, Homines ignominia notati. pro Dom. 217 b, Contaminatissimus, & omnium scelerum libidinumque oculis notatissimus. Epi. 84 b, Boni ciues nulla ignominia notati. In Vat. Scis te tribulium tuorum iudicio notatum. pro Cl. 30 a, Iudicia vera, atque insigni turpitudine notata, atque oppressa dedecore & infamia. pro Do. 226 b, Homo scelere & furore notatus. item, Cum tantis sceleribus esses, & factis notatus. In Ver. 271 b, Nolo eos sic in hac vrbe notatos ambulare, vt non cera, sed cœno obliti esse videantur. pro Fon. 276 b, Galli triumphis ac monumentis notati.

¶ *Animaduersus.* de Ora. 110 a, Pauca n. sunt, quæ animo quasi habere notata videamur ad Her. 36 b, Notatio forma. de Fin. 120 a, A nobis ista descripta, notata præcepta sunt. de Diu. 80 a, Chaldæi motus stellarum obscurauerunt quibus notatis, quid cuique significaretur, memoriæ prodiderunt. de Fi. 74 b, His tribus generibus honestorum notatis, sequitur quartum. pro Fon. 282 b, Quod in monumentis rerum gestarum incisum ac notatum videmus. de Di. 87 b, Obseruatis ac notatis signis. de Or 94 a, Quæ obscurata sunt in viu dicendi, hæc ab hominibus peritis animaduersa ac notata sunt. de Diu. 82 b, Obseruata sunt hæc tempore immenso, & significatio cuiusque animaduersa ac notata.

☞ Syntaxis. *Notandum & animaduertendum. Via notata, & distincta vestigiis. Frons calamistri vestigijs notata. Notatus maculis, ignominia. Notatus iudicio bonorum. Turpitudine notatus, et dedecore oppressus. Furore notatus. Notati Galli triumphis ac monumentis. Describere, & notare. Incisum & notatum in monumentis.*

NOTITIA, tiæ. *notio, cognitio, prudentia.* Ora. 207 a, Inuolutæ rei notitia definiendo aperienda est. Acad. 9 a, Notitiæ rerum, quas Græci ἐννοίας vocant. de Fi. 139 a, Natura ingenuit notitias paruas rerum maximarum. de Fin. 97 a, Hoc quarto, &c. bonorũ notitia facta est. Off. 51 a, Valetudo conseruatur notitia sui corporis. pro Cœl. 51 b, Notitia noua mulieris. de Fin. 67 a, Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est. de Leg. & 160 b, Nullum est animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei. ad Heren. 40 a, Quo iste pro notitia domini odium ingreditur.]

☞ Syntaxis. *Notitiam aperire definiendo.*

NOTIO, onis. *cognitio, intelligentia, notitia, iudicium significatio.* Top. 222 b, Genus est notio ad plures species pertinens. forma est notio, cuius differentia ad caput generis, & quasi fontem referri potest. notionem appello, quod Græci tum ἐννοίαν, tum πρόληψιν dicunt, ea est insita, & ante percepta cuiusque formæ cognitio, enodationis indigens. de Fin. 94 b, Simul autem cœpit intelligentiam, vel notionẽ potius, quam appellant ἔννοιαν illi, vidétque, &c. Tusc. 160 b, Neque fieri posset, vt tot rerum insitas, & quasi consignatas in animis notiones, quas ἐννοίας vocant, haberemus, nisi, &c. Ac. 9 b, Si notionem veri & falsi, propterea quòd ea non possunt internosci, nullam habemus. & 21 b, Quia igitur notitione discerneres? de Fi. 55 a, Naturalis atque insita in animis nostris notitio. & 97 a, Rerum notitiones in animis fiunt. de Nat. 10 b, In omnium animis deorum notionem impressit ipsa natura, & 28 b, In animis nostris informatas esse deorum notitiones. de N. 7 b, Mens simplex nulla re adiuncta fugere intelligentiæ nostræ uim ac notitionem videtur. & 9 b, Deus ille, quem mente noscimus, atque in omni notione tanquam in vestigio reponimus. & 34 b, Cum talem esse deum certe notitione animi præsentiamus. Top. 228 a, Notio sic quæritur, sitne id æquum, quod ei qui plus potest, utile est Tuscu 234 a, Huic verbo cum beatum dicimus subiecta notio est, secretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio. & 220 b, Definitiones declarant communes notiones. & ibid. Quæ enim istarum definitionum non aperit notionem nostram, quam habemus omnes de fortitudine tectam & inuolutam. pro Do. 220 a, Omnis notio pontificum, cum adoptaret, esse debuit. de Pro. 79 a, Clodius Censorium iudicium ac notionem & illum morem seuerissimum magistratum de ciuitate sustulit. Pro Cec. 291 b, Quid ad actoris notionem, & ad animaduersionem ages? Offic. 67 a, Si quis voluerit animi sui complicatam notionem euoluere. & 68 a, Explica atque excute intelligentiam tuam, ut uideas quæ sit in ea species, forma & notio boni uiri.

☞ Syntaxis. *Genus est notio sic forma. Notio est ante percepta formæ cognitio. Notionem capere ac intelligentiam. Rerum insita, & animis consignata notiones. Informata, impressa notio Dei in animo. Mente Deum noscimus, & in omni notione, tanquam in vestigio reponimus. Notione præsentia. Huic verbo, Beatus, subiecta est grauissima notio.*

NOTO, as. *animaduerto, obseruo distinguo.* Orat. 199 a, Facile est uerbum aliquod ardens, ut ita dicam, notare, idque reprehendere. de Or. 111 b, Non est dubium, quin si quis hoc animaduertit, id possit notare. in Anton. 171 b, Notabo tamen singulas res, & si nun poterit, &c. de Orat. 161 a, Hæc vulgus imperitorum in audiendo notat. de Diu 99 b, Arabes propterea facilius cantus auium uolatusque notauerunt. Ep 68 a, Reprehendes ea, quæ uituperanda duces, & quæ placebunt, comprobabis, multorum in nos perfidiam, insidias, proditionem, notabis. Att. 106 b, Diem tuum ex epistola tua, quam incipiente febricula scripseras, mihi notaueram. Top. 121 b, Demonstrare & notare locum. Orato. 207 b, Conseruare & notare tempora. de Natu. 59 a, Multa diuturnus usus ita notauit, ut artem diuinationis efficeret de Nat. 62 b, Qui cornicis cantum notauit? de Diuin. 107 a, Chaldæi animaduertunt ac notant ea sidera, quæ, &c. ad Heren. 24 a, Notare præcepta artis de tanta tamque diffusa scriptura.

¶ *Designo, signo, describo, indico.* de Amic. 113 a, Notare aliquo uitium multis nominibus. de Vn. 199 a, Illum eiusdem naturæ, hunc alterius notauit. pro Mil. 104 a, Cum inesset in te uis, crimen iudicio reseruaui, rem notaui. & 107 a, Ita & Senatus rem, non hominem notauit. de Ora 141 a, Res autem ipsas rerum effigies notares. in Verr. 241 a, Notare initium ueris, aut a Fauonio, aut ab aliquo astro. Par. 233 a, Quæ temporis quasi naturam notant, ut hyemus, uer, æstas, &c. Episto. 105 b, Tamen id caput notaui, & descriptum tibi misi. de Fin. 90 b, Notare res nouis nominibus. pro Planc. 167 a, Tu deliges ex omni populo amicos tuos? tu me inscio notes, & tuos, & tuorum necessarios? quo estu udas repente, &c. I. A. 198 a, Hic pecunias nostras æstimabat, possessiones notabat & urbanas & rusticas. I. V. 73 b, Notare sententias iuratorum hominum discoloribus signis. in Ver. 125 a, Notare tabellam cera uel sanguine. in Catil. 97, Catilina notat & designat oculis ad cædem unumquemque uestrum. de Orato. 130 b, Hæc enim ridentur, quæ notant & designant turpitudinem aliquam non turpiter. de Ora. 160 a, Numerum in guttis cadentibus quod interuallis distinguuntur, notare possumus.

¶ *Ignominia afficio.* Att. 42 b, Quos censores furti & captarum pecuniarum nomine notauerunt. de Clar. 184 a, C. Iulius motum Curionis in perpetuum notauit. de Clar. 185 a, Atheniensis Hyperboli improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notauerunt. in Anton. 213 a, Notare aliquem ignominia.

¶ *Illustro, exorno.* de Orato. 158 b, Tanquam stellis notare & illuminare orationem.

NOTOR, tis. *quære in actiuo homonymiam.* pro Corn. 66 b, Tum luxuriam L. Cornelij, quæ non crimine aliquo libidinis, sed communi conuicio notabatur. pro Qui. 18 b, Dedecore macula turpissimaque ignominia notari. de Clar. 134 a, Milites ignauos à censore notari solitos & tribu moueri. de Ora. 140 b, Nec improbus notari ac uituperari sine vitiorum cognitione satis insigniter potest. de Cl. 179 a, Vt hoc in qua ætate accidisset, posset notari. Acad. 10 a, Proprium in communi signo notari non potest. Epist 83 b, Notantur mihi signa ad diuinandum duplici quadam uia. pro Dom. 233 b, Vt illius facinus memoria & nomine loci notaretur. de Or. 160 b, Notatur maxime similitudo in conquiescẽdo. de Or. 233 a, Genus huius ridiculi insigne aliqua & nota re notari uolo.

☞ Syntaxis. *Aliena notare, atque reprehendere. In audiendo notare. Demonstrare & notare locum. De tanta scriptura notare præcepta. Res nominibus notare. Possessiones notare. Hæc ridentur, quæ notant & designant turpitudinem aliqua non turpiter. Notare, & illuminare orationem. Notantur à censore ignaui macula, dedecore, ignominia. Memoria & loci nomine facinus notare. Notare. Insignire & notare.*

Nvgax, acis *nugator*. Epistol. lib. 8. Ecquando tu hominem ineptiorem quàm tuum Cn. Pompeium vidisti, qui tātas turbas commouit, qui tam nugax esset. Cęlij.

Nvgæ, arum. *λῆροι, tricæ, ineptiæ*. de D. 114 b, Hunccine hominem tantis delectatum esse nugis? pro Mil. 112 a, Tum nugarum in comitatu nihil. Att. 92 b, Videaturne aut pietatis esse meæ, fratrem relinquere, aut diligentiæ nugarum aliquid relinquere. & 93 a, Meræ nugæ. Att. 251 a, *λῆροι πολλοὶ* in vino & somno istorum.

Nvgator, oris. *nugax*. pro Fl. 154 a, & de Sen. 82 b, Neque in istum nugatorem tanquam in aliquem testem inuehar.

Nvgatorie. *inaniter, ineptè*. ad Her. 35 b, non contra tenuiter & nugatorie responsum?

Nvgatorivs, a, um. *leuis, ineptus*. Epist. 168 b, nam illud valde leue est ac nugatorium, ea re, &c. de N. 22 b, Tota res Vellei nugatoria est. pro Cec. 297 a, Ad probādum vtraque res infirma nugatoriaque est. pro S. R. 25 a, Mala nugatoriaque accusatio. ad Her. 11 b, nugatorium argumentationis genus.

Nvgiger, a, um. *vanus, ineptus*. Att. lib. 4, 58 a, Scio te voluisse, & me. At nugigeram maritum fuisse. *quidam legunt, Ast, anum germanum fuisse? locus est certè corruptus: & qui sine vetusto codice corrigi non potest.*

Nvgor, aris. *ludo, iocor*. de D. 114 b, Democritus non inscite nugatur, vt physicus.

☞ Syntaxis. *Leue dictum, ac nugatorium. Infirmum & nugatorium, &c.*

Nvllisalo, *oppidum in Gallia*. pro Fon. 278, aliter, Nulchalo.

Nvllvs, a, um. *non vllus, non aliquis, ne vllus quidem, unus nullus*. de Pro. 70 b, Att. 283 b, Nullum bellum ciuile fuit in nostra reipub. omnium, quæ memoria nostra fuerunt, in quo, &c. Epist. 6 b, Senatusconsultum nullum extat, quo, &c. Offi. 34 b, Qua nulla pernicies maior hominum vitę potest afferri. de Orator. 94 b, nullæ enim lites neq; controuersiæ sunt, quæ, &c. Attico. 140 b, Senatorum nullos esse Romæ, nos quoque audieramus de natura. 20 b, Elephanto belluarum nulla prudentior. pro Mur. 130 a, Res, quæ nullo vsui sit. de Cl. 17 a, Si tāta virtus in oratore Galba fuit, cur ea nulla in orationibus eius apparet? de Orato. 88 a, Rempub. quam nunc vix tenemus, iam diu nullam haberemus. * Epist. 83 b, Bellum ciuile nullum omnino fuisset. Epist. 24 a, nullæ hic insidiæ cuiquam fiunt. Hic nihil cuiquam insidiarum fit.]

¶ *Leuis, irritus*. de Diu. 137 a, Formæ, quæ nullæ sunt. de Clar. 184 a, Nulla re una magis orator commendatur, quam splendore verborum. de Pro. 70 b, Vnum signum Byzantij ex maximo numero nullum habent. pro Mar. 134 a, nulli enim de inimicis supersunt. de Or. 93 b, Dicendi aut nullam artē, aut pertenuem videri. de Cl. 184 a, Curio memoria fuit nulla. de Leg. 172 a, Ergo tu Seias leges nullas putas? pro Do. 226 b, Ne illa quidem, quæ nulla esset, esse lex putaretur. Tusc. 177 b, Nullum id quidem argumentum est. Att. 9 b, Facere Senatusconsultum nullum. de Or. 89 a, Oratio aut nulla sit necesse est, aut omnium irrisione ludatur. Q. de Pet. 208 b, In petitione autem nisi id agas, nullus petitor esse videaris.

¶ *Item pro Non*. Att. lib. 12, Philotimus non modò nullus venit sed ne per literas quidem aut per nuncium certiorem fecit me. & li. 15, Ad M. Aelium nullus tu quidem domum, *subaudi, venero*. Epi. li. 7, ex eo tempore vis ille summus, nullus imperator fuit. de Sen. 93 b, Nolite putare me, cùm a vobis discessero, nusquā aut nullum fore, & ibid. Eundem igitur esse creditote, etiamsi nullum videbitis. Tusc. 150, Miseri ob id ipsum, quia nulli sunt. de Diuin. 125 a, Etenim vt sint auspicia, quæ nulla sunt, hæc certe, &c.

☞ Syntaxis. *Nullus hominum. Nullum facere Senatusconsultum. Casa. nullus adhuc venit. Nullus doctor adest vnus, & nullus do. Nulla re vna magis delector. Vnum ex tot nullum vidi amicum, &c.*

Nvm, *nunquid, an, num, numne*. I. C. 100 a, Interrogat me, num in exilium? non iubeo. I. V. 174 b, Num expectabis, dum. Leg Metellus? &c. Aca. 18 b, At quis est his? num Sophistes? Aca. 15 b, Num censes Ennium dixisse? &c. & 19 a, Num ergo is excæcat vos? &c. pro Do. 238 a, Num igitur? &c. de Ora. 88 a, Quid in Numa Pōpilio? num quod eloquentiæ vestigium apparet? item, Maxime illud considerandum videtur, num, & an, &c. pro Deio. 147 b, Num quæ trepidatio? num qui tumultus? num quid nisi moderate? de Na. 8 a, Deū ipsum numne vidisti? Epi. 181 a, Num quidnam, inquam, noui? de Som. 128 a, Numne aspicis, quæ in templa veneris? de Di. 85 b, An num imperatorum scientia nihil est?

☞ Syntaxis. *Num times? An num? Nunquidnam? Num quod vestigium? Num qua trepidatio, (adde, facta est?) Numne illum agnoscis?*

Nvma, mæ. *alter a Romulo Romanorum Rex*. de Orat. 161 a, Numa Rex doctissimus. 2. de Leg. numa Rex eodem ritu conditus in eo sepulchro, quod procul ad fontis aras. Tuscu. li. 4, Numa Rex, propter Pythagoræorum admirationem, Pythagoræus a posterioribus existimatus. pro Syl. numa, Rex Romanus peregrinus. 1. de Legib. numa cum Egeria collocutus. 2. de Orato. 122 b, Numa Pompilius annis permultis ante fuit, quam Pythagoras. 3. de natu. Capedunculis ijs, quas numa nobis reliquit. 1 de Ora. numa Pompilius, eloquentiæ rudis. 2. de Leg. A numæ legibus non multum discrepat constitutio ista religionum. 4. Tuscul. numam quoque regem Pythagoræum a posterioribus existimatum. 2. de Orat. numam Pompilium illum regem nostrum fuisse Pythagoræum ferunt, qui annis permultis ante fuit, quàm ipse Pythagoras, &c. 2. de Leg. A numa perite instituta intercalandi ratio, posteriorum Pontificum negligentia dissoluta.

Nvmantia, tiæ. *vrbs Hispaniæ*. I. A. 193 b, Maiores nostri Carthaginē euerterunt, Numantiam euerterunt. pro Leg. Manil. Numantia & Carthago ab eodem Scipione deletę.

Nvmantinvs. Ep. lib. 5. de Arusp. Numantini fœderis infidia. pro Ceci. Numantini Mancinum sibi deditum non acceperunt. ad Heren. 4. Numantini corporis viribus egregij.

Nvmen, nis. *diuina prouidentia, vis, potestas*. de Nat. 62 a, Omnes naturæ numini diuino parent. de Diuinat. 105 a, Deus cuius numini parent omnia. de Natura deorum 45 a, Esse quoddam numen, vimque deorum. I. V. 225 b, Multa sæpe prodigia vim Cereris, numenque declarant. in Anton. 190 a, Magna vis est, magnum numen, vnum & idem sentientis Senatus. Postquam 203 b, Vos, qui apud me vim & numē deorum tenetis. & 202 a, Numen vestrum æque mihi graue & sanctum ac deorum immortalium futurum est. pro Dom. 241 b, Numē diuinum precibus placare. de Finibus 108 b, Summi rectoris & domini numen. de Finib. 57 a, Horrere diuinum numen. & 103 b, Regi numine deorum. pro Rab. 91 b, Vos, quorum potestas proxime ad deorum numen accedit. I. C. 120 b, Dij immortales, qui non procul vt quondam, &c. sed hic præsentes suo numine atque auxilio nos defendunt. Antequam 196 b, In meis calamitatibus diuinum aliquod auxilium & numen ostendite. I. A. 248 b, Mihi quidem numine deorum immortalium videtur hoc fortuna voluisse, vt, &c. pro Domo. 242 a, Diuino Ciceronem numine esse reip. redditum. de Prou. 76 a, Alpibus Italiam munierat ante natura, non sine aliquo diuino numine, nam si, &c. de Diu. 83 a,

Præcipuè ingentes coluerunt numine diuos.

in Pison. 90 a, Gabinius numen interdictumque deorum neglexit pro Milon. 117 b, Qui nullam vim cęlestem existimat numenve diuinum.

☞ Syntaxis. *Numen diuinum. Numen Dei. Numen & vis diuina. Vis & numen Dei. Magna vis, magnum numen Senatus vnum sententis. Tenere apud aliquem vim, & deorum numen. Numen Senatus apud graue sanctum, ac Dei. Ingenti numine colere Deum. Vis cœlestis numenque diuinum, &c.*

Nvmerandvs, a, um. de Orato. 113 a, Numen etiam pars hæc causarum numeranda est. Par. 116 b, Nunquam ego hæc in bonis rebus numeranda duxi. I. P. 85 a, Numerandus est ille annus in reb. de Legib. 171 b, Id est numerandus in bonis.

Nvmerato. Att. 194 a, Mihi & res, & conditio placet: sed ita, ut numerato malim quam æstimatione. * ibid. Vnde ergo numerato.]

Nvmeratvs, a, um. pro Cec. 287 a, Cum uteretur dote uxoris numerato. *idest in nummis*. Orat. 199 b, Thucydides nunquam est numeratus orator. Att. 76 b, Nam numeratum si cuperem non erat. de Cla. 279 b, Is in mediocribus oratoribus numeratus est. de Cl. 184 b, Nō acutus orator, sed tamen orator numeratus est. Attico. 219 b, Multos nummos domi esse numeratos.

Nvmero, as. *adnumero, dinumero, numerando percenseo, numero, commemoror, metior*. De Orator. 121 a, Argumenta si ex reis numeres, innumera sunt: si ex rebus, modica. de Legib. 172 b, Hunc hominem omnino numerare non decet. de Am. 99 b, Virosque bonos, eos qui habētur, numeremus. Att. 262 a, Atticus pecuniam numerauit de suo. I. Ant. 210 a, Quos quidem a se primum numerare possunt. Qu. Fra. 327 b, Messalam certum Cos. cum Domitio numerasti. in Piso. 93 b, Numerare stipendium militibus. I. V. 81 b, Dio H-S decies centena millia numerauit. pro Fl. 155 b, Si prætor dedit, a quæstore numerauit. Att. 235 a, Dolabellæ præclara iam uel sibi habeat nummos, modo numeret Idibus. de Inu. 54 b, Hanc primam partem numerant. Or. 204 a, Hoc quartum numerat Theophrastus in orationis laudibus. Att. 70 b, Exponere & numerare pecuniam alicui.

¶ *Censeo, iudico, existimo*. I. A. 247 b, Maximum uero eius beneficium numero, quod hoc animo in rempub. est. I P. 84 a, Ego sine eo consilio consulem numerem? pro Muræo. 136 a, Sulpitium accusatorem suum numerabat, non competitorem. de Fin. 83 b, Qui uoluptatem nullo loco numerant. Attico. 98 b, Me autem vterque numerat suum. de Finibus 55 a, Numerare aliquid in bonis. Tusculan. 182 b, Numerare aliquid in onere. Epistola 20 a, Numerare aliquid in loco mercedis uel beneficij. de Natura 67 b, Singulas enim stellas numeras deos.

Nvmeror, ris. Parador. 117 a, Sapiens ille Bias (vt opinor) qui numeratur inter septem sapientes. in Antun. 156 b, Nisi forte si quid retulit in libellum, id numerabitur in actis Cæsaris. in Anton. 231 a, A quo uictore si cruciatus absit, mors in beneficij partem numeretur. de Clar. 196 b, Numerari in multis. & ibidem. Numerari in uulgo patronorum. & 184 b, Proæmium optimis numerari. pro Sext. Ros. 21 a, Is propter me honestissimus inter suos numeratur. de N. 39 b, Ciana omniuaga in septem numeratur quasi vagantibus. in Verr. 143 a, Is prope alter Timarchides numeratur. Tuscula. 246 b, Postridie rogarunt eum, qui numerari iuberet. de Cl. 194 b, His tum in Asia Rhetorum princeps numerabantur. de Opt. 243 b, Omnes qui Attici numerantur. *id est nominantur, appellantur*. Epistola. 142, Sapiens, qualem me esse & numerari nolo. de Diuin. 95 b, Ea genera non naturalia, sed artificiosa dicuntur, in quo aruspices, augures, coniectoresque numerantur. de Inu. 62 a, Crotoniatæ quondam in Italia in primis beati numerabantur. pro S. R. 24 b, Hoc maleficium ita raro extitit, ut si quando auditum sit, portenti ac prodigii simile numeretur.

☞ Syntaxis. *In bonis numerare aliquid. Vti numerata dote. Oratorem numerari. Si est, cupio numeratum. Numerare argumenta ex rebus. In loco beneficij numerare. Hoc numero maximum beneficium: id est, censeo. Te numero amicum, non hostem, nullo loco numerare. Te meum numero.*

Hoc

Hoc in onere, non in honore numero. Numerari inter. In beneficij partem numerare. In vulgo numerare. Proximum primis numerari. Propè alter Causis numeratur. Omnes qui Attici numerantur. Prodigij simile id numeratur. idest, habetur, narratur.

NVMEROSE, de Cla. 167, Sententia aptis constricta uerbis cadit plerunque numerose. Or. 217 b, Apte circunscripte & numerose dicere, vel cadere & 217 b, Fundere orationem numerose & uolubiliter. de N. 30 b, Tibiæ modulate canentes, & fidiculę numerose sonantes. Ora. 219 b, Comprehensio numerose & apte cadens. de Or. 150, Coniunctionem sicuti uersum numerosè cadere uolumus.

NVMEROSVS, a, um. Orato. 218 b, Numerosa oratio· *idest, similis numerorum, uel planè è numeris constans.* de Ora. 161 a, Id numerosum est in omnibus sonis atque uocibus, quod habet quasdam impressiones, & quod metiri possumus interuallis æqualibus. de Cl. 167 b, Quædam ad numerum conclusio.

☞ Syntaxis. *Apte constricta verbis sententia cadit numerosè. Aptè, circumscriptè, & numerosè dicere. Numerosè & volubiliter fundere orationem.*

NVMERVS, ri. *multitudo, summa.* de Somn. 157 b, Hi duo numeri, quorum vterque plenus, alter altera de causa habetur: *id est, septem & octo.* de Orato. 119 b, Hæc sunt enim tria numero. I. V. 85 b, Mille numero nauium classis. de Orato. 151 b, Genera esse definita non solū numero, sed etiam paucitate. de Natura 52 a, Speciem Dei percipi cogitatione, non sensu, neque eandem ad numerum permanere. in Vatin. 37 a, Is in eorum numero mauult esse, qui à te vituperantur, pro Corn. 60 b, Vidi ego quosdam Athenis in iudicum numero, &c. pro Arch. 191 b, Isque est eo numero, qui, &c. & 188 b, Ex hoc esse hunc numero, qui, &c. de Orato. 98 b, Homo ex numero disertorū. de Diuina. 109 a, Cato noster in horum librorum numero ponendus est. in Pison 87 a, Vt si quis impediisset reditum meum, in hostium numero putaretur. in Anton. 551 a, Ipsi in hostium numero locoque ducemini. Epistola 119 b, & 205 a, Habere aliquem in numero suorum. de Natura 9 a, Habere aliquem in numero sapientum, uel hostium. Attico. 117 a, & de Amic. 96 b, Eos, qui ista subtilius quærunt in numero sapientum non habent. de Natura 69 b, Filię Erichthei in numero deorum sunt. Attico. 69 a, Illi in deorum numero non habebuntur. contra Rull. 85 a, Aliquos in deorum numero uenerandos esse. de Natura 36 b, Reponere stellas in numero deorum. in Verre. 295 b, In illo antiquorum hominum numero reponi. de Inuent. 60 a, Nobis non placet hanc partem in numero reponi. Quin. de Pe. 205 b, Prodest, quorum in locum ac numerum peruenire uelis, ab his ipsis illo loco ac numero dignum putari. de Finibus 118 b, Quòd alia peccata plures, alia pauciores quasi numeros officij præterirent. de Cla. 175 a, Qui nullo in numero oratorum fuit. de Cla. 173 a, & 174 a, Quos aliquo uideo in numero oratorum fuisse. in Anton. 136 b, Homo nullo numero. Orato. 217 a, Esse in aliquo numero. Epistola. 17 b, Esse aliquo numero. de Orato. 162 b, Esse in nullo numero. de Inuent. 81 a, Quo in numero hoc, & quo in loco illud haberi conueniat. in Verr. 64 b, Cum is tibi parentis numero fuisset. *id est, loco.* & 135 b, Eo numero & loco. de Orato. 94 b, Quidam in oratorum numerum venire non possunt. de Cla. 187 a, Is in aliquem patronorum numerum peruenerat. Offic. 41 b, Filij eius mortui numerum obtineat iure cæterorum. de Clar. 180 a, Is aliquem numerum obtinebat. de Natura 69 b, Errantes stellæ numerum deorum obtinebunt. Qu. Frat. 292 b, Si quem tui amantiorem cognouisti quàm temporis, hūc ad tuum numerum adscribito. in Anto. 167 a, Tu uerò adscribe me talem in numerum. de Diuinati. 109 a, Nostri quoque oratorij libri in eundem numerum referendi sunt. ad Herenn. 3 b, & 4 a, Si dicemus numero, quot de rebus dicturi sumus. Officio. 55 a, Quod perfectum & absolutum est, vt Stoici dicūt, omnes numeros habet. de Diuinat. 85 a, Quicquam potest esse casu factum, quod omnes habet in se numeros ueritatis? de Natura 33 a, Perfectum expletumque omnibus suis numeris & partibus. de Finibus 95 a, Continere omnes numeros uirtutis. *idest, partes.* Academ. 40 b, Poema elegans omni numero pro Font. 76 b, Est præterea numerus Romanorum ciuium. pro Cluent. 36 a, Pecunia numero ac summa sua, quanta sit, ostendit. Epistola 38 a, Numerus militum integer. Epistol. 118 b, Quo me rus effectus esset. Episto. 119 a, Si ex eo numero quos S. C. in prouincias ire oporteret, ad numerum non essent H-S. CCCXCIII. I. Ver. 350 b, In tanto conuentu nemo erat, quin rationem numerumque haberet. & ibidem. Cum maximus numerus deesset, &c. pro Cl. 33 a, H-S. XL. millia in singulos iudices distributa, eum numerum sententiamque conficere debebant.

¶ *Musica, & oratoria mensura & modus.* de Finibus 123 a, Vt in fidibus si nullæ earum ita contentæ numeris sint, ut concentum seruare possint, omnes æque incontentæ sunt. Academ. 7 a, Explere numeros, & conficere uersus, erus est qui fidibus utitur. Orato. 212 b, & de Orato. 97 a, Non poetico, sed quodam oratorio numero & modo. & 170 a, Numeri & modi de Orator. 160 a, Aures hominum uocem natura modulantur ipsa, quod fieri non potest, nisi ut mest numerus in uoce: numerus autem in continuatione nullus est: distinctio, & æqualium & sæpe uariorum interuallorum percussio numerum conficit. & ibidem. Numerum in cadentibus guttis, quod interuallis distinguuntur notare possumus. & ibidem. Ratio numerorum & modorum. Orato. 203 a, Quicquid sub aurium mensuram aliquam cadit etiamsi abest à uersu numerus, qui Græce *ῥυθμὸς* dicitur. & 214 a, Isocrates verbis solutis numeros prius adiunxit. de Clar. 167 b, In soluta oratione dum uersum effugias, modum & numerum quendam oportet seruari. & ibidem. Conclusio ad numerum. de Cla. 190 a, Numeri non aperte, nec eodem modo, sed uariè & dissimulanter conclusi. Orato. 107 b, Histrio astrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum. de Orato. 159 a, Verborum numerus: uocum modus. & ibidem. *de numero in oratione.* de Legibus 158 a, Numerus in cantu. Orato. 215 b, Iambicus & dactylicus numerus de Ora. 160 a, Post anapæstus procerior quidam numerus effloruit. & 113 b, Thucydides uerborum prope numerum sententiarum numero consequitur. Orat. 219 b, Hanc siue compositionem, siue perfectionem, siue numerum uocari placet. Orato. 219 b, Claudere sententias numeris. & 217 a, Redigere sententias in quadrum numerumque. & 214 b, Numerus interuallis, compositio uocibus apparet. Orato. 218 a, Iā pęnam, quod plures habeat syllabas quam tres, numerus à quibusdam, non pes habetur. & 210 b, Attici maxime numero seruiunt. de Orato. 100 b, Vt in musicis numeri, & uoces & modi. de Orato. 147 b, Et in ipsa oratione quasi quendam numerum & uersum conficiunt. Paradox. 120 b, Histrio si paulo se moueat extra numerum, exibilatur & exploditur. de Leg. 158 a, Roscius in senectute numeros ceciderat, & tardiores fecerat tibias.

¶ *Copia, vis.* pro Pl. 272 b, Magnus numerus frumenti. I. V. 144 b, Mellis uis maxima. I. V. 171 a, Tantus frumenti pecuniæq; numerus. in Ant. 173 a, Maximus uini numerus fuit.

☞ Syntaxis. *Mille numero nauium classis. Numero definire, & paucitate. Esse numero, in numero, ex numero sapientum. Putare in numero hostium. In hostium numero locoque. Reponi in numero. Homo nullo aliquo numero. Esse in nullo numero. Parentis esse numero. Eo te habeo numero & loco numerum venire. Numerum obtinere iure cæterum. Aliquem obtinere numerum. Ascribere ad suum numerum. Referre in numerum. Numero dicas, quę. &c. Res omnes habens numeros. Hoc in se numeros veritatis non habet. Expletum suis numeris & partibus. Omni numero elegans. In continuatione numerus, ex distinctione, interuallorum percussione. Modus & numerus in soluta oratione. Compositio, perfectio, numerus. In quadrum numerumque sententias redigere. Mouere se extra numerum. Frumenti, vinique magnus numerus. idest, copia.*

NVMIDICVS, ca. I. V. 234, Metellus Numidicus.

NVMMARIVS, a, um. *quod ad nummos pertinet.* Attic. 165 a, De ratione nummaria in Verrem. 177 a, Iudicium nummarium. pro Cluent. 33 Nummarij iudices. in Verr. 123 a, Esse in summa difficultate nummaria. Officio. 67 b, Prætores & tribuni plebis rem nummariam de communi sententia constituerunt: iactabatur enim temporibus illis nummus, sic ut, &c.

NVMMATIO, onis. *nummorum copia & vis.* I. An. 181 a, Confer ea cum nummatione tua. *aliter, nundinatione.*

NVMMATVS, a, um. *peculiatus, nummis abundans.* cont. Rul. 87 b, Hyempsal non minus bene nummatus, quam bene capillatus.

NVMMIVS, ii. *viri nomen.* de Or. 138 b, Etiam interpretatio nominis habet acumen, cùm ad ridiculum conuertas. quamobrem ita quis uocetur, ut ego nuper Nummium diuiseram, ut. Neoptolemum ad Troiam, sic illum in campo Martio nomen inuenisse.

NVMMVLVS, li. *exigua pecunia.* Att. 11 b, & 131 b. Nummulis acceptis. Att 1, & 8, Si à Sicyoniis nummulorum aliquid expresseris.

NVMMVS, mi: *vel.* NVMVS. *denarius, sestertius, pecunia.* de Inuent. 63 b, Quidam proficiscens ad mercatum, & secum aliquantum nummorum ferens. Attico. 235 a, Dolabella sibi habeat nummos, dummodo numeret idibus. pro Flacc. 155 a, b, Ciuitas, in qua nummus moueri nullus potest sine quinque prætoribus. pro Font. 276 a, Nummus in Gallia nullus sine ciuium Romanorum tabulis commouetur. Attic. 284 b, Respondit se, quod in nummis haberet, nescire quod loci esset, nam, &c Episto. 63 a. Emi eam ipsam domum millibus nummum XXXV. & 231 b, Dionysius. qui meam Bibliothecam multorum nūmorum tractauit, aufugit. in Anton. 186 b, Qui nummos populo de rostris spargere solebat. idest. Tuditanus. & 243 a, Cum aquilę primi pili nummos aureos daret, de meis bonis se dare dixit. Episto. 209 b, Vt liberius negocium conficiat, ad nummosque perueniat. Attico. 75 b, Aduentus noster ne nummo quidem sumptui fuit. *aliter, ne minimo.* de Fin. 76 a, Ex qua hæreditate ne nummum quidem unum attigisset, si, &c. I V. 198 b, Denarius & nummus idem. & pro Cl. 36 a, Sestertius. I. MILLE. Attic. 83 a, Assident, subducunt ad nummū, conueniunt. & 89 a, Pompeius putat uos nummos comedisse. Offic. 67 b, Prætores & tribuni plebis rem nummariam de communi sententia constituerunt: iactabatur enim temporibus illis nummus, sic ut nemo posset scire, quid haberet. item. Accipere nummos adulterinos pro bonis, & eosdem soluere alicui pro bonis.

☞ Syntaxis. *In difficultate nummaria esse. Nihil in nummis habere. Sumptui esse aliquid nummo tantum. Subducere ad nummum. Pro bonis adulterinos dare nummos.*

NVNC. *hoc tempore, in præsentia, hodie, per hæc tempora.* Epistola 76 b, I. A. 211 b, Sed erat tunc excusatio oppressis, nunc nulla est. Attico. 105 a, Nisi forte hæc illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. pro Qu. Ros. 48 b, Dic nunc te ab eo esse circumscriptum. pro Sext. Rosc. 38 a, Etenim quoniam fidem magistri cognostis, cognoscite nunc discipuli æquitatem. Epistola 13 b, Nunc ut appelles. &c. Tusculan. 190 a, Nunc autem, &c. de Clar. 187 b, Vidi nuper, & nunc uidebam de eadem re. * Att. 200 a, Nunc ipsum idest, hoc ipso momento, puncto temporis.

NVNCVERO. de In. li. 1, Nunc uero ea uis est in homine, ut, &c. de Or. lib. 2, Nunc uero fateris, &c. item. I. V. Act. 7.

NVNCVPATVS, a, um. *appellatus, dictus.* de Natura 9 b, Res utile uocabulis deorum esse nuncupatas. Offic. 64 a, Ea uitia præstari, quę essent lingua nuncupata.

NVNCVPO,

NVNCVPO, as *appello, nomino.* & NVNCVPOR, *deponens.* de Natu. 40 a, Nuncupare aliquem aliquo nomine. & 38 a, Itaque illud nomine ipsius Dei nuncuparet, in magistri carmine scriptum videretur. I.V. 242 b, & I.A. 185 a, Nuncupare vota pro imperio. Attico. 210 b. Brutus, cui [illegible], & 244 b, Nos hic [illegible]: quid enim aliud? & [illegible] magnifice, explicamus [illegible] quæ Ciceroni.

NVNCVPOR, ris. de Ora. 157 a, Neque illud fugerim dicere, aut effari, aut nuncupari, &c.

NVNDINAE, arum. *mercatus.* cont. Rul. 84 a, Illi capuam nundinas rusticorum, horreum Campani agri esse voluerunt. I.A. 267 a, Cuius domus quæstuosissima est falsorum chirographorum officina, & agrorum vectigaliumque flagitiosissimæ nundinæ. Att. 8 b, Nundinarum [illegible] in circo Flaminio. & 64 b, Profecto rem nō habes vllam, hæc negotia multarum nundinarum fore. I.A. 178 a, Imperium Populi Roma. huius domesticis nundinis & diminutum. I.A. 169 b, In interiore ædium parte totius reipub. nundinæ. L. IPSA.

NVNDINATIO, onis. *quasi mercatura.* cont. Rull. 62 b, & I.V. 132 b, & 237 b, Nundinatio iuris. I.A. 182 a, Confer ea cum nundinatione tua. *quadam exemplaria habent, nummatione.*

NVNDINOR, aris. *mercor, emo, cauponor.* I.V. 100 b, Qui ab isto ius ad utilitatem suam nundinarentur. I.V. 133 a, Ab isto & præco, qui voluit illum ordinem precio mercatus est, & pueri annorum senū denum senatorium nomē nundinati sunt. I.A. 185 a, Vna in domo omnes, quorum intererat, totum Imperiū reip. nundinabantur. de Di. 222 a, In Selonio angues apud focum nundinari solent.

NVNDINVM. pro Dom. 221 b, Si quod in cæteris legibus trinum nundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum. & 212 a, Quarta sit accusatio trinum nundinum prodita die, qua die iudicium sit futurum.

NVNQVAM. *nullo tempore, non post hominum memoriam, non ex omnium seculorum memoria.* Att. 98 b, Videre mihi videor tantam dimicationem, quāta nunquam fuit. I. A. 167 b, Tu nunquam in hoc ordine, vel potius nunquam in hac vrbe mansisses.

☞ Syntaxis. *Tanta clades, quanta nunquam fuit.*

NVNQVANDO. A. 200 a, L. VEXILLVM.

NVNQVID, *an, ne, num, ecquid.* pro Domo. 238 a, Nunquid igitur bona Lentuli religionibus religauit? de Dio. 110 a, Nunquid ergo in iis rebus est, quæ, &c. de Leg. 170 a, Nūquid vos duas habetis patrias? an, &c. Off. 5 b, Omnia ne officia perfecta sint, nunquid officiū aliud alio maius sit, & quæ sunt generis eiusdem. *pro Dein. 151 b, Exquire de Blesamio nunquid scripserit.]

NVNQVIDNAM. Par. 222 a, Nunquidnam. de Oratore ipso restat? de Natura 18 b, Quid solis nunquidnam aut lunæ aut quinque errantium siderū simile uidisti? de Na. 18 b, Nunquidnam solis simile vidisti? Par. 23 a, Nunquidnam de oratore ipso restat? de Fin. 57 a, Nūquidnam manus tua sit affecta, quemadmodum affecta nunc est, desiderat?

NVNQVIS, nunquæ, nunquod, nunquid. Att. 206, Velim quæras, fundus nunquis in Nolano venalis sit. contra Rull. 90 a, Nunquis vestrū ad usum accommodatus est. Quint. Fra. 307 a, Ne adhuc nemo rogauit, nunquid in Sardiniam vellem. & ibid. Te puto sæpe habere, qui nunquid Romæ velis, quærant.

NVNCIA. de Or. 111 b, Historia nuncia vetustatis. de Leg. 156 a,

NVNCIANS, tis. I.P. 89 a, Senatus huius unius literis nunciantibus non credidit, postulantibus denegauit.

NVNCIATIO, onis. *renunciatio.* I. A. 175 b, Nos enim nunciatione solū habemus, consules etiam inspectionem. I. An. 169 a, Cum eo colega tulit, quem ipse fecit sua nunciatione vitiosum.

Nuncia fului Iouis miranda visa figura. *id est, aquila.*

NVNCIATVM. I.V. 244 a, Cùm esset hoc incommodo nunciatum.

NVNCIO, as. *affero, renuncio, ab aliquo alicui nuncium, perfero.* Acad. 19 a, Ne sensus quidem vera nunciant. pro Cluē. 13 a, Atque hunc tantū mœrorem matri prius hominum rumor, quàm quisquam ex Oppianici familia nunciauit. Ac. 39 a, nunciatum est nobis a M. Varrone, venisse eum, &c. I.A. 154 b, Qui boni aliquid volunt afferre, affingūt aliquid, quo faciant id quod nunciant lætius.

NVNCIVS, cii. *nuntius, missus, is cui literæ dantur.* At. 184 a, Philotimus nō modo nullus venit, sed ne per literas quidem, aut per nuncium certiorem facit me quid egerit. Epist. 19 a, Domesticarum rerum tuarum habes & scriptores & nuncios. item: Cæsarem quidam improbissimis literis ac fallacibus interpretibus nunciisque corruperunt. pro Quint. 14 b, Qui eiusmodi nuncios, seu potius pegasos habet. de natura. 54 b, Sensus interpretes ac nuncii rerum. in Ar. Ales nuncius Iouis. Topico. 222 a, Remittere nuncium. Epist. 253 a, Iam bienium est cum virtuti nuncium remisisti, delinitus illecebris voluptatis. Quin. Fratr. 289 b, Etsi non dubitabam, quin hanc Epistolā multi nuncii, fama denique ipsa esset sua celeritate superatura: tamen existimani, &c. pro Lig. 138 a, A Cæsare hoc C. Pansa mihi nuncium præferente, concessos fasces laureatos tenui. pro Pompe. 5 a, Is qui vna die, vno nuncio, atque vna literarum significatione ciues Romanos necandos trucidandosque denotauit. in Anton. 262 a, Meis literis, meis nunciis, meisque cohortationibus omnes ad patriæ præsidium excitaui.

¶ *Mandatum Imperium.* Ep. 108 a, nisi legatorum nuncio pateat.

¶ *Rumor, auditio, res allata, narrata.* in Anton. 261 a, Optatissimi nuncii & literæ venerunt. Attico. 45 b, In Epeirum igitur non iui, quod subito mihi aduersi nuncii venerant. Attic. 42 a, Duo nuncii afferuntur, vnus, &c. de Orato. 99 a, De cuius morte dummum falsus ab exercitu nuncius uenit. Attico. 47 b, De Qu. fratre nuncii nobis tristes nec varii venerant. At. 79 a, Cum graues de Parthis nuncii uenirent perrexit in Ciliciam. pro Cor. 68 a, Nolite per deos immortales hūc illi acerbum nuncium uelle deferri, ut audiat, &c. Att. 103 a, Quidā boni nuncii non optimis tamen autoribus. & 44 a, Quidam boni nuncii me Thessalonicæ tenebant. pro Sex. R. 21 b, Exoptatum nuncium alicui afferre. Episto. 29 b, Cum optatissimum nuncium accepissem, te mihi quæstorem obtigisse. ad Brut. 90 b, Tristes de Bruto nuncii afferebantur. contra Rull. 82 b, At ex hoc uectigali nunquam malus nuncius auditus est.

¶ *Diuortii ratione ac repudii.* de Ora. 100 a, Romæque alteram duxisset, neque nuncium priori remisisset. & 115 b, Remittere nuncium superiori uxori *id est, repudiare uxorem, diuortium cum uxore facere.*

☞ Syntaxis, *Nuncios venire, afferri, deferri, accepi.*

NVPER, nunc. *paucis ante diebus, annis, seculis, horis.* I.V. 202 a, Nuper, quid dico nuper? imò uerò modo, ac plane paolò ante. Academ. 39 a, In Cumano nuper cum mecum Atticus noster esset, &c. Attico. 2 b, Nuper cum te iam aduentare arbitraremur, &c. I. Ver. 65 a, Nuper cum, &c. de Orato. 92 a, In quibus erat is, qui nuper Romæ fuit, Menedemus hospes meus de Orato. 105 b, Causa quæ abs te nuper dicta est. de Inuent. 47 b, & ad Herenn 2 b, Aut ab aduersarii dicto exordiemur, & ab eo maxime quod ille nuperrime dixerit. Officio. 75 a, Qui nuper indulgens in patrem, idem seuerus in filium. de Cl. 186 b, Vidit enim Mitylenis nuper uirum, &c. de Natura. 51 a, Quid ea, quæ nuper, id est, paucis ante seculis medicorum ingeniis reperta sunt? de Diuinatio. 98 b, Neque ante philosophiam patefactam, quæ nuper inuenta est, hac de re communis uita dubitauit. de Arusp 251 a, Nuper id patuisse d cunt, idest decem uo ante fortasse uel amplius. Att. 124, *Nunc magnopere à te peto, de quo sum nuper tecum locutus, ut uideas, ne quid ei desit.

NVPTIÆ, arum. *matrimonium, nuptiarum & matrimonii dies.* pro Cla. 29 a, Nuptiæ plenæ dignitatis, plenæ concordiæ. & 34 b, & de Inuen. 51 a, Nuptiæ non matrimonii dignitate, sed sceleris societate coniunctæ. de Natura 68 b, Nisi forte maritimæ nuptiæ terrenis anteponantur. Attic. 214 a, Mulier uetula sane, & multarum nuptiarum. de Orato. 163 b, Innuptæ nuptiæ. *id est, contra ius fasque contractæ.* Le. INNVPTVS.

NVPTIALIS, le. pro Cl. 20 b, Faces illæ nuptiales. & 23 a, Dona nuptialia. & ad Her. 34 a, Nuptiales tibiæ.

NVPTVRVS, ra, rum. Episto. 116 a, Paula Valeria diuortium sine causa fecit, nuptura est D. Bruto, uondum retulerat.

NVPTVS, a, um *collocatus.* pro Sest. 4 a, & de Fin. 144 a, P. Sestius C. Albini filiam, ex qua hic est puer, & nupta iam filia. I V. 242 b. Mulier nupta uni, proposita omnibus. de Inuent. 53 a, Illa est nupta quam optimo uiro, Tuscu. 243 b, Singulis Indis plures solent esse nuptæ *idest, uxores* pro Cæl. 47 b, Non nupta mulier. Ep. 243 a, Regis Parthorum filius, quo cum esset nupta regis Armeniorum soror. in Verr. 23 1 b, Viri, cum quibus nuptæ erant. Top. 222 a, Cum mulier fuisset nupta cum eo, cui connubii ius non esset. Epist. 59 b, Aliquam adolescentibus primariis nuptam fuisse.

NVRSINVS, a, *a Nursia antiqua vrbs in Vmbria.* de Finibus 77 a, C. Plotius Nursinus.

NVRVS, rus *filii vxor.* I. A. 171 b, Recta mater amicam impuri filii tanquam nurum sequebatur.

NVSQVAM. *nullo in loco.* (*vsquam, vspiam.* Attico. 115 a, Nullus usquam delectus, noster dux nusquam est. Epi. 28 a, Commoraturum me nusquam sanè arbitror. Tusculan. 150 b, Ego uero nusquam esse illos existimo. de Leg. 164 b, Siue est illa lex scripta uspiam, siue nusquam. de Senectut. 93 b, Nolite arbitrari, me cum a nobis discessero, nusquam aut nullum fore.

¶ *Nunquam.* ad Herenn. 6 b, Vt nusquam uentum aut abitum sine causa putetur.

¶ *Nulla in re.* Q. F. 318 b, Sumptus nusquam melius potest poni.

¶ *Non.* pro Planc. 271 b, Quia iam nusquam sunt *idest, mortui.*

NVTO, as. *vacillo.* I.V. 222 b, Illud signum interea nutabat, cum vectibus subiectis conarentur commouere. de N. 24 b, Democritus nutare uidetur in Nat. d. de Fin. 65 a, Et in eo nutare, &c.

NVTRICOR, aris. *nutrio.* de N. 43 a, Mundus omnia sicut membra & partes suas nutricatur & continet.

NVTRICVLA, læ. in Vat. 19 b, Gellius nutricula seditiosorum omniū. I. A. 233 a, Vt haberent aliquorum nutriculas prædiorum.

NVTRIMENTVM, ti. *cibus, alimentum.* Orator. 201 a, Educata huius nutrimenti eloquentia est. *id est, Epidicticæ genus.* LEGE COLO &c. NVTRIX.

NVTRIO, is. *alo, educo.* in Sal. 273 b, Multi priuatorum audacias nutrierunt, ego nihil timui nisi leges.

NVTRIX, cis. *alumna.* de Orato. 123 b, Omnia mensa, ut aiunt, nutrices pueris infantibus in os inserere Orator. 200 a, & de Din. 97 a, Est. n. illa quasi nutrix eius oratoris, quem, &c. Tuscu. 190 b, Vt pene cum lacte nutricis errorem suxisse uideamur. de Amicit. 110 a, Isto enim modo nutrices & pædagogi iure uetustatis plurimum beneuolentiæ postulabunt.

NVTVS, tus. *nixus, us.* de Natura 45 b, Terra undique ipsa in se nutibus suis conglobata. de Orator. 259 b, Terram mediam sua ui nutuque teneri Tusculan. 156 b, Grauia suopte nutu & suo pondere in terram feruntur.

¶ *Grauior significatio, voluntas.* Epist. 203 a, Nec dubitant, quin ego à te nutu hoc consequi possem. Epist. 183 a Interfecto enim rege, regios omnes nutus intuemur. Episto. 42 b, Totumque me ad eius uri

uolun-

uolontatem nutumque conoerterem. Orato. 199 a, Ad alicuius arbitrium & nutum totum se fingere & accommodare. pro Quin.17 b, Contra nutum ditionemque alicuius respirare. in Anton. 222 b, Illi ad nutum parati sunt futuri. Quin. Fr. 294 a, Tot ciuitates unius hominis nutum intuentur. de Ar. 258 a, Bonorum animus ad nutū nostri ordinis expeditus iam non erit. in Catilin. 115 a, Hæc deorum immortalium nutu atque consilio gesta esse uidentur. in Ver. 12 a b, Nulla res nisi ad nutum istius iudicatur. contra Rul. 68 b, Omnes pecunias ad nutum nostrum penderent. in Verr. 242 b, Iura omnia nutu atque arbitrio alicuius gubernari. de Orato. 101 a, Autoritate nutuque legum docemur coercere cupiditates. pro Sex. Rosc. 40 a, Iniuis nutu & arbitrio omnia regi. Attico. 106 b, An mihi nutus tuus non facerem fidem. de Orato. 88 a, Tiberius Sempronius non accurata quadam orationis copia, sed nutu atque uerbo libertinos in urbanas tribus transtulit. Paradoxa 123 b, Hæreditatis spes quem nutum non obseruat locupletis orbis senis. Attico. 226 a, Tu ne contra Cæsaris nutum?

☞ Syntaxis. *Nutibus ac viribus suis nituntur gravia. Arbitrium & nutus, ad nutum docere, se fingere, paratum esse. Intueri nutum. Nutus & consilium Dei.*

Nvx, cis. de Orato. 233 b, Nuces frangere. & ibidem. Nudum nuces legere.

Nympha, phæ, *aquarum dea, musa.* de Nat. 68 a, Nymphæ deæ & Panisci, & Satyri. pro Milon. 115 a, & Parad. 121 a, Clodius, ædem Nympharum incendit, ut memoriam publicam recensionis tabulis publicis impressam extingueret.

Nysaevs, sic. L. Bacchvs.

Nysvs, *Bacchi pater.* de Nat. 71.

O

Litera vocalissima Latinorum.

¶*Vocandi adverbium.* I. C. 107 b, Est mihi tanti, ò Quirites, &c. Epistola 160 a O mi Forni, quàm tu causam tuam non nosti. in Pison. 83 a, O noster misericors quid facis. de Arusp. 247 a, Vobis autem referentibus ô post hominum memoriam fortissimi consules, Senatus decreuit, &c. I. A. OC. Cæsar (adolescentem appello,) quàm tu & cætera.

¶*Dolentis, interiectio.* pro Sest. 6 b, Alter ò dij boni, quàm teter incedebat. Qu. Fra. 322 a, Hic o dij, nihil unquam honorificentius nobis accidit. Episto. 197 a. O multa intolerabilia locis omnibus. pro S. R. 31 a, O dij immortales, rem miseram & calamitosam. Episto. 235 a, O me perditum, ò me afflictum. Oct. 330 a, O meam calamitosam senectutem, o me nunquam sapientem. Att. 94 a, O rem totam odiosam. Attico. 237 a, O factum male de Alexione. Tuscul. 232 a, Nam quid profitetur o dij boni. Antequā 293 b O misera uitæ ratio. pro Cæl. 48 b, O immoderata mulier. I. V 88 a, O consuetudo peccandi, quantum habes, &c. I. Ant. 188 b, O felicem utrunque, hunc quoque felicem: hanc enim, &c. * I. V. 74 a, O commemoranda iudicia præclaramque existimationem nullis ordinis.]

¶*Gaudentis.* Attico. 66 a, O expectatas mihi tuas literas. Atti. 142 a, O Bruti amanter scriptas literas.

Ob *propter, rationis finis.* de Natura 69 b, Ob eam enim ipsam causam Erichtheus Athenis colitur. Tusculan. 301 b, Omnia subita uideri maiora, & quidem ob duas causas: primum, quod, &c. deinde, &c. pro Font. 279 b, Ob aliquod emolumentum suum cupidius aliquid agere. Epistola 122 a, Vt scires, & cætera ob eam rem tibi hæc scripsi. de Fat. 145 a, Hanc rationem Epicurus induxit ob eam rem, quòd ueritus est, ne, &c.

¶*Rationis efficientis, occasionis.* in Ant. 200 a, Sunt alia, ob quæ magis nunquam parebit, &c. pro Mar. 133 b, Dij pœnas à te ob aliquod delictum expetiuerunt.

¶*Ante.* pro Rab. P. 228 a, Mors ob oculos mihi sæpe uersata est. pro Sest. 13 a, Mihi exilium ob oculos uersabatur. de Vn 203 a, Ignis, qui est ob os effusus. Tuscula. 199 a, Quem spectabant, cuius ob os Graij ora obuertebant sua.

Obambvlatio, onis. *inambulatio.* ad Heren. 12 a, Frequentia & obambulatio hominum.

Obbibo, bis. *bibo, haurio.* Tusculan. 369 a, Cùm uenenum obbibisset, &c.

Obcaecatvs, a, um. Epist. 241 a, Non stultitia obcæcatus, sed uerecundia deterritus recusaui.

Obcaeco, as, *excæco, occæco, obscuro.* de Ora. 139 a, Narratio obscura totā obcæcat orationem.

Obcaecor, ris. ad Her. 22 a, Ne obcæcentur tenebris imagines.

Obdormio, mis. *dormio.* Tus. 168 a, Endymion nescio quando in Latmo obdormiuit, nondum opinor experrectus est.

Obdormisco, scis. *obdormio.* Tusculan. 174 a, Quid melius? quàm in medio uitæ laboribus obdormiscere, & ita conuenientem somno cō sopiri sempiterno, &c. 168 a.

Obdvco, cis. *obnubo, obstruo, obtego.* Epistola 127 a, & Tusculan. 182 b, Consuetudo diuturna callum iam obduxit stomacho meo & 202 a, Labore callum obduxit dolori. Academ. 5 a, Obducere tenebras rebus clarissimis.

¶*Refero.* Attico. 215 a, Ibi tanquam domi meæ scilicet, ita obduxi posterum diem.

¶*Oppono.* At. 1 a, Vt mihi videatur nō esse ἀδιάφορον. Curiā obducere.

Obdvcor, ris. *operior.* de N. 50 a, Trunci libro aut cortice obducuntur, quo sint à caloribus & frigoribus tutiores & de Orato. 163 b, de Le. 181 a, Redditur terræ corpus, quod ita locatum ac situm quasi operimento matris obducitur.

Obdvctio, onis. pro Rab. 93 b, Obductio capitis.

Obdvctvs, a, um. *opertus.* contra Rull. 88 a, Ne refricare obductam iam Reipub. cicatricem uiderer. de Natura 50 a, Animantes quasdā squama uidemus obductas. pro Sest. 7 b, Quæ obstructio nec diuturna est, nec obducta ita, ut curiosis oculis perspici non possit. de Leg. 183 a, Quod cum proximi facerent, obductaque terra erat, frugibus obserebatur.

☞ Syntaxis. *Callum obducit dolori labor, & consuetudo naturæ.*

Obdvratvr, *æquo animo fertur.* Attico. 186 b, Quare obduretur hoc triduum.

Obdvresco, scis. *callum obduco.* in Verr. 320 b, Ita Sopater de statua, cum iam pene obduruisset, uix uiuus affertur. Attic. 204 b, Sed iam ad ista obduruimus. & humanitatem omnem exuimus. & 172 b, Nā ipse obdurui. Epistola 26 b, Nisi diuturna desperatione rerum obduruisset animus ad dolorem nouum. Epistola 195 b, Equidem sic iam obdurui. ut ludis Cæsaris nostri æquissimo animo viderem. T. Plancum, & 61 a, Alij nescio quo pacto obduruerunt. ad Bru. 291 a, Obdurescunt enim magis quotidie boni uiri ad uocem tribui. Tuscul. 205 a, Obduruisseque sese contra fortunam arbitrantur. I. V. 242 b, Cum in eiusmodi patientia turpitudinis aliena, non sua satietate obduruisset. in Anto. 181 a, Atque his quidem iam inueteratis consuetudine obduruimus. pro Mil. 116 a, Sed nescio quomodo usu obduruerat & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia.

☞ Syntaxis. *Obdurescere ad labores, ærumnas. Desperatione animus duruit ad dolorem, contra dolorem. Patientia mea iam obduruit, & percalluit usu.*

Obdvro, as. *persevero, toleror.* de Fini. 98 a, Aut quis contra studia naturæ tam uehementer obdurauit *aliter obdurmit.*

Obediens, tis. *obsequens.* Officior. 36 b, Appetitiones, quas Græci ὁρμάς, obediens efficere rationi. I. P. 97 b, Quæ natio semper obediens huic Imperio fuit. de Vniuers. 296 b, Nulli naturæ est obediēs aut subiectus Deus. de Natura 41 a, Appetitum rationi obediētem præbeamus. Officior. 57 a, Homo naturæ obediens, homini nocere non potest.

Obedientia, tiæ. *obtemperatio.* Offic. 20 b, Appetitus relinquunt, & abiiciunt obedientiam, nec rationi parent, cui sunt subiecti lege naturæ. Par 122 b, Seruitus est sicut obedientia fracti animi, & abiecti & arbitrio carentis sui.

Obedio, dis. *pareo, audio, ausculto, obtempero, obsecundo, assentio, ad nutum paratus sum, imperium non recuso, monita sequor, sequor naturam ducem, obediens sum, dicto pareo, dicto audiens sum.*) (*obedientiam relinquo & abiicio.* Tuscu. 235 a, b, Sapiens parebit & obediet præcepto illi uetori, &c. de Natura 5 b, Obedire & parere uolūtati Dei de Le. 185 a, Neque solùm ut obtemperent, obediantque magistratibus, sed etiam ut eos colant diligantque, præscribimus. de Cl. 187 a, Plurimum in hac urbe pollet multorum obedire tempori, multorumque uel honori, uel periculo seruire. item: Si serui nostri ad uerba nobis obediant, non ad id quod ex uerbis intelligi potest, obtemperent. In A. 227 b, Audiens sum dicto Senatui.]

☞ Syntaxis. *Obedientes facere filios. Obediens ac subiectus alicui. Pareo, & obedio: & contrà. Ad verba obedire alicui.*

Obeo, bis. *peragro, lustro.* de Finib. 145 a, Cur ipse Pythagoras & Ægyptum lustrauit, & Persarum magos adiit? cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit? de Somn. 127 a, Cum obierit legatus Ægyptum & Syriam. & 95 b, Vt nostras uillas obire, & mecum lecticula concursare possis. I. C. 116 b, Tantum restitisse urbis, quantū flamma obire non potuisset. de Orato. 116 b. Cui nostrum non licet fundos suos obire, aut res rusticas inuisere? contra Rul. 73 a, Obire omnes prouincias. pro Cæl. 41 a, Quo facilius & nostras obire domos, & ipse a suis coli posset. I. V. 67 b, Ego Siciliam totam quinquaginta diebus obij.

¶*Perago, ago, tracto.* pro Ar. 188 a, Quantum cæteris ad res suas obeūdas conceditur temporis. Pro Pomp 10 b, Obire negotia. Attic. 245 a, & Academ. 2 a, Seruus uidetur obiisse legationem. pro Pomp. 14 a, Cum neque priuatam rem maritimam, neque publicam iam obire possemus. Quint de Pet. 121 a, Qui tantum modo reciperet, quantum uideret se obire posse. & 210 a, Sic homines cum obeunt plures competitores, &c. Attic. 3 a, Obieris Quint. Fratris comitia. & 208 a, Obire auctionis diem facile poteris. de Amicitia 96 b, Eoque magis, quod his proximis. Nun cum in hortos D. Bruti Augustin. commentandi causa, ut assolet, uenissemus, tu non affuisti, qui diligentissime semper illum diem & illud munus solitus esses obire. Epist. 159 Annum petitionis suæ non obierunt. Tusculan. 172 a, Multa mihi ipsi ad mortem tam tempestiua fuerunt, quæ utinam potuissem obire. Att. 128 b, Id enim etsi erat deliberationis tamen obire non potuit; *adeo, mare transeo.* de Or. 99 a, Iudicia priuata magnarum rerum obire. I. A. 187 a, Antonius diem edicti obire neglexit. de Leg. 274 a, Nec ulla officiorum sacra obeunto.

¶*Adeo.* in Arat. -- *Obit inferu Perseus.*

In loca — pro Mur. 128 b, Is Asiam sic obijt, vt, &c.

¶*Persequor, enumero.* I. V. 133 b, Nolite expectare, dum omnes obeā oratione mea ciuitates.

¶*Occumbo, morior.* pro Cl. 27 a, Omnibus obeunda mors est. I. A. 221 a, & de Cl. 171 b, Sulpitius in legatione mortem obiit. I. A. 203 b, Alexander tertio & trigesimo anno mortem obiit.

¶Debgo.

¶ *Dsligo.* pro Mil. 106 b, Obire facinoris locum tempuſque.

OBEVNDI, dum. in Antoni. 221 b, Seruius in ipſa meditatione obeundi ſui muneris exceſſit e vita. in Catil. 102 b, Iacere humi ad facinus obeundum.

☞ Syntaxis. *Obire prouinciam. Italiam, negotia, labores, munus, iudicia, mortem. Tempus facinoris obire.*

OBFIRMATVS, ta. *perſeuerans.* At. 62 a, Obfirmatus in iracundia.

OBIECTO, as. *obijcio.* pro Dom. 228 b, & pro Pla. 275 b, Obiectare probrum alicui. in Sall. 272 b, Mihi lachrymulam Cypriani iudicij obiectas. item. Obiectare falſum crimen alicui.

OBIECTVS, a, um. *oppoſitus.* Acad. 13 a, Vt ſi qui tremerent obiecta terribiliter. de Fin. 58 b, Obiecta ſpecie voluptatis. Tuſcula. 158 a, Cum nulla res obiecta impediet, quo minus percipiat quale quidque ſit. in Anton 206 a, Hodie neſcio qua obiecta re remiſſior Senatu fuit. & Poſtquã. 211 a, Quibus ego rebus obiectus, cum viderem, &c. me cum repuiaui, &c. Academ. 10 b, & Tuſculan. 158 a, Non poteſt animal obiectam rem perſpicuam non approbare. pro Dom. 231 b, De obiectis non confiteri. pro Cl. 41 a, Crimen obiectum alicui, & in aliquem. Pro Fon. 276 b, Propugnaculum hoſtibus oppoſitum & obiectum. Epiſto. 81 b, Obiectus ad omnes caſus ſubitorum periculorum Tuſc. 172 b, Obiectus fortunæ.

OBIENS, obeuntis. *occidens.* de Somn. 129 b, In orientis aut obeuntis ſolis partibus.

OBIICIENDVS, a, um: di. pro S.R. 24 b, Quorum tu nihil in S. Roſc. ne obijciendi cauſa contuliſti. in Vat. 30 a Cum tu mihi Cornelij defenſionem in maledicto obijciendam putaris. de Le. 179 b, Erroris obijciendi cauſa.

OBIECTVS, a, um. de Diu. 86 b, Sed ſigno obiecto monuit Craſſum quod euẽturum eſſet, niſi caueret. de Le. 190 a, Cum Lucullo obiecta eſſet magnificentia villæ Tuſcul. Acad. 13 a, Si tale viſum obiectum eſt a Deo dormienti. ad Brut. 289 a, Qui ſplendore falſi honoris obiecto, aciem boni ingenij perſtringunt. Of. 40 b, Cumque his ampla & honeſta res obiecta eſt, totos ad ſe conuertit & rapit. pro Cecin. 286 a, quis error in tanta re ſit obiectus.

☞ Syntaxis. *Obiecta re ſpecie boni. Homo ærumnis obiectus. De obiectis non confiteri. Crimen obiectum alicui, in aliquem. Oppoſitum & obiectum propugnaculum hoſtibus.*

OBIICIO, cis. *oppono, obiecto, exprobro, aliquid in aliquem dico, maledicti & contumeliæ loco pono, crimini do, iacio, conijcio, offero.* Atti. 12 b, Obijcit mihi, me ad Baias fuiſſe. in Salluſt. 272 a, In idem vitium incidam, quod huic obijcio. de Orato. 135 a, Obijcere probra alicui. Tuſcul. 348 b, Obiecit ut probrum Marco, quòd duxiſſet, &c. I.V. 208 a, Nõ tibi obijcio, quòd Appollonium omni argento ſpoliaſti. Orato. 202 a, Cum alter alteri obijcit vocis flexiones. in Anto. 162 a, Quid ſtultius, quàm obiicere aduerſario quod ille ſi verbo negarit, longius progredi non poſſit qui obiecerit? in Anton. 185 a, Antonius ignobilitatem obiicit C. Cæſaris filio. in Sall. 273 a, Qui mihi auſus es eloquẽtia vt vitium obiicere. pro S.R. 24 b, Quæ res huic tantum furorem obiecit? I.V. 244 a, Obiicere aliquam rem in magnis criminibus. pro Clu. 30 b, obiicere aliquid alicui in maledicti vel criminis loco. pro Clu. 41 a, Obiicere aliquid alicui, & in aliquem. Epiſt. 569 a, Non potuiſti continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cæſaris obijceres. pro Planc. 275 a, De Cyprio mihi videlicet obijcies, quẽ ego, &c. pro Arch. 188 b, Nunquam me pro ſalute veſtra in tot ac tantas dimicationes, atque in hos impetus obieciſſem. de Ora. 85 a, Ex hoc tempus omne obiecimus ijs fluctibus, qui, &c. pro S.R. 30 a, Noluerunt feris corpus obiicere, ne, &c. pro Plan. 276 a, Obiicere ſalutem ſuam pro aliquo. pro Dom. 242 b, Obieci meum caput pro veſtra ſalute ciuium furori atque ferro. pro Cor. 59 a, Qui ſe ſæpe telis hoſtiũ qui dimicationi capitis, qui morti obiecerit. de Or. 130 a, Quod eſt ab eo obiectum, lepore magis eleuandum, quam contentione frangendum videtur. pro Mur. 127 b, obiicere ignobilitatem generis alicui. pro Mur. 126 b, obiicere maledictum alicui. pro S.R. 52 a, Illa di luam, quæ de peculatu mihi iſte obiecit.

OBIICIOR, ris. *exponor.* pro Mil. 108 b, Facinoroſorum armis meos ciues pro me obijci nolui. pro Mur. 145 a, Obijci inſidijs coniuratorũ, & ad omne periculum inuidiamque opponi. de Aru. 249 b, Vt alter conſeſſus poteſtati ſeruorum obiiceretur.

¶ *Exprobror.* Par. 238 b, Ita confitendum eſt, ut quod obiicitur, factũ neges. pro Dom. 231 b, Cum mihi furta & libidines obiiciuntur.

¶ *Occurro.* de Diuina. 97 b, obiiciuntur autem ſæpe formæ, quæ reipſa nullæ ſunt, ſpeciem autem offerunt. * Tuſculan. 177 a, Tamen obiiciebatur interdum animo metus, quidam, & dolor fortè aliquando.]

¶ *Immineo.* Tuſc. 177 a, obiiciebatur animo meo metus.

OBITVS, a, um. *oppetitus.* pro Seſt. 21 a, Morte obita. L. OBEO.

¶ *Abſolutus.* pro Quin. 9 b, Qua tibi vadimonium non ſit obitum, eadem te hora, &c.

OBITVS, tus. *occaſus.* de Diu. 107 a, Qui ſiderum ortus, obitus, motuſque cognouerunt.

¶ *Interitus.* de Diuinatio. 126 a, Natura omnium rerum interitus atque obitus conficit. I.P. 86 b, Qui dies poſt obitum occaſumque noſtrum reipubl. primus illuxit. Epiſto. 49 b, Obitus filiæ tuæ. & 172 a, Obitus conſulum.

☞ Syntaxis. *Obijcere in maledicto. Obijcere ſignum admonendi gratia. Obijcere, quod. Obijcere probrum, vt probrum, quia, vt vitium eloquentiam. Obijciuntur ſæpe formæ, quæ re vera nullæ ſunt, ſpeciem autem offerunt. Obijcitur animo metus.*

OBIVRGANDVS, a, um. *accuſandus, caſtigandus.* de Amic. 118 b, Nam & monendi ſæpe amici ſunt, & obiurgandi.

OBIVRGATIO, onis. *caſtigatio.* de Ora. 139 b, Tum obiurgatio ſi eſt auctoritatis tũ admonitio, quaſi lenior obiurgatio. Att. 43 b, Caſtigatione & obiurgatione dignus. Att. 64 a, Nunc ſuſceptam obiurgationem reprimam. Offic 27 b, Atque etiam illud idipſum, quod acerbitatis habet obiurgatio, ſignificãdum eſt ipſius cauſa, qui obiurgetur, ſuſceptum eſſe. Offic. 27 b, In obiurgationibus vtendum nonnũquam & vocis contentione maiore, & verborũ grauitate acriori. & ibidem. Obiurgatio habens multum acerbitatis. pro Cęl. 42 b, Deliciarum obiurgatio fuit longa. Offi. 68 a, Qua hunc obiurgatione, aut quo potius conuicio a tanto errore coner auertere? de Ami. 113 a, Monitio acerbitate, obiurgatio contumelia carere debet.

OBIVRGATOR, ris. *admonitor ſeuerus.* cont. Rul. 89 a, Hic noſter obiurgator. de Na. 2 a, Beneuolus obiurgator. de Diui. 103 a, Vt obiurgatores ſuos conuinceret. I. Ver. 148 a, Sed ne obiurgator quidem ferendus eſt is, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipſo deprehenditur.

OBIVRGATORIVS, a, um. Att. 209 b, Obiurgatoria epiſtola.

OBIVRGO, as. *caſtigo, aſperius admoneo, aſperius appello.* Epi. 181 a, Quẽ cùm obiurgarem, q, &c. Att. 94 b, Meq; obiurgauit vetere prouerbio. pro Cęl. 42 b, Is fuit in hac cauſa pertriſtis quidam patruus, cenſor, & magiſter, obiurgauit M. Cęlium, ſicut neminem vnquam parens. Att. 15 b, Obiurgaui Senatum, vt mihi viſus ſum, ſumma cum autoritate. Att. 22 b, Quod me de Pompeij familiaritate obiurges, &c. Q. Fr. 319 b, Cæſar meam in rogando verecundiam obiurgauit. Epi. 38 a, Ne in quo te obiurgem, idipſum videar imitari.

OBIVRGOR, ris. *increpor.* Epiſ. 22 b, in quo cum obiurgarer, quòd, &c. Att. 66 b, Nunc te obiurgari patere, ſi iure, &c.

☞ Syntaxis. *Monere & obiurgare. Obiurgatio cum autoritate. Caſtigatio & obiurgatio. Obiurgatio acerbitatem habens. Obiurgatio contumelia careat. Obiurgare in rem, & de re aliqua.*

OBLANGVEO: vel **OBLANGVESCO**, ſcis. *refrigeſco, deferueſco.* Ep. 268 a, Literulæ meæ, ſiue noſtræ, tui deſiderio oblanguerunt.

OBLATVS, a, um. *datus, illatus.* Att. 260 a, Gaudeo mihi cauſam oblatam, in qua omnes ſentiant, me ab illo alienatum. I.C. 111 a, Facultatem mihi oblatã putaui, vt quod, &c. pro Pom. 13 b, Bonũ quod a dijs oblatum & datũ eſt. I.V. 66 b, Quod diuinitus datũ atq; oblatum vi. pro D. 225 b, Domus ardebat non fortuitò, ſed oblato incẽdio. Aca. 13 a, & 46 a, Neque vt quicquã intereſſet inter inteſtinum & oblatum timorẽ. Ac. 46 a, Quædam quaſi impulſio oblata extrinſecus. Att. 279 a, Præſidia quæ oblata ſunt contra arma Antonij. de Amic. 108 b, Nec criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. & ibi. Ab aliquo oblatas criminationes depellere. pro Syl. 175 a, Iudicium e quo ſalus oblata eſt omnibus pro Seſt. 28 b, Ego vos in omni fortuna, quęcunq; erit oblata, cõplectar. pro R.P. 126 a, Is in cuſtodia fuit regia, & vita eius oblata pęnę eſt. Atti. 225 b, Multis ſæpe in difficillimis rebus præſens auxilium eius oblatum eſt de Fi. 140 a, Stuprum per vim oblatum Lucretię. pro Clu. 33 b, L. Quintius oblatam ſibi facultatem putauit, vt poſſet, &c.

☞ Syntaxis. *Oblata alicui cauſa, facultas. Datum & oblatum a Deo bonum. Non fortuitum, ſed oblatum incendium. Inteſtinum.)(. oblatus timor. Oblatum per vim ſtuprum. Oblata contra Antonium præſidia.*

OBLECTAMENTVM, ti. *oblectatio, delectatio, delectamentum.* I. Ver. 231 a, & de Seneœt. 87 b, Vt illi haberent hæc oblectamenta & ſolatia ſeruitutis. & 88 b, Oblectamenta ſenectutis. Par. 123 a, Oblectamenta puerorum.

OBLECTATIO, onis. *oblectamentum.* de Or. 94 b, Artes in quibus non vtilitas quęritur neceſſaria, ſed animi libera quædam oblectatio. de Na. 6 b, Quæ iſta poteſt eſſe oblectatio Deo? Of. 33 b, Siue oblectatio quæritur animi requieſque curarum, ſiue, &c. de Am. 115 b, In amicitia Scipionis mihi requies plena oblectationis.

OBLECTO, as. *delecto.* pro Arch. 188 b, Hæc ſtudia adoleſcentiã alunt, ſenectutem oblectãt, &c. de Or. 114 a, Cum his me oblecto, qui res geſtas aut orationes ſcripſerunt. Q.F. 309 a, Quid agas, & vt te oblectes, ſcire cupio. At. 186 b, Ego me interea cum libellis oblectabo. Q. Fr. 290 a, Vt quam diutiſſime te iucunda opinione oblectarem. Q. Fr. 314 b, Oblecta te cum Cicerone quam belliſſime. Of. 63 b, Dictitabat ſe hortulos aliquos emere velle, quo amicos inuitare, & vbi ſe oblectare poſſet.

OBLECTOR, aris. *delector, ducor, oblecto.* Epi. 27 b, In communibus miſerijs hac tamen oblectabar ſpecula. pro Mur. 133 b, Ludis tamen oblectamur & ducimur. Q. Frat. 313 a, Ego me in Cumano ſatis commode oblectabar.

☞ Syntaxis. *Oblectare ſe. Ludis oblectari, ac duci. Oblectari ſe cõmodè.*

OBLIDO, dis. L. **LAEDO**.

OBLIGATIO, onis. *autoramentum, ſeruitus quædam, & quaſi vinculum.* ad Bru. 289 a, Eſt autem grauior & difficilior animi ac ſentẽtiæ pro altero quàm pecuniæ obligatio.

OBLIGATVS, a, um. *obſtrictus, deuinctus, gratiam alicui debens, aligatus.* Epi. 88 b, Dolabellam antea tantummodo diligebã, obligatus ei nihil erã, nec n accideral mihi opus eſſe, & ille mihi debebat, q non defuerã eius periculis nũc tãto ſum deuinctus eius beneficio, q, &c. vt nemini plus debeã Of. 12 a, Patria & parẽtes, cuius beneficijs obligati ſumus Att. 264 b, Velim ſic exiſtimes, non tibi tam Atticum, q̃ me obligatũ fore. I.V. 70 b, Videbã me hoc iudicio diſtrictũ & obligatũ fore. Epi. 212 a, Te ita exiſtimare volo, quibuſcunque rebus Atticũ obſtrinxeris, iiſdem me tibi obligatũ fore. Ep. 175 b, Magno beneficio eius, magnoq; merito ſum obligatus. I.A. 247 b, Tum me eius beneficio obligatum puto. I.C. 123 a, Hoſtes beneficio ſe obli

gatos putant. I.A. 247 b, Magnis & multis pignoribus eum respublica obligatum tenet. pro Plan. 267 a, Tenere aliquem obligatum largitione. contra Rul. 89 a, Soluta meliore in causa sunt, quam obligata. ad Her. 41 b, Obaeratus & obligatus corio.° Topic. 229 b, Sic tibi nos ad id quod quasi mancipio dare debuimus, ornamenta quædam volumus non debita accedere. Episto. 122 a, Quia magna mihi beneficia debebat.]

OBLIGO, as. *obstringo, devincio, astringo, religo, comprehendo, alligo.* ad Br. a 89 a, Magis enim illum pro quo spopondi, quam me obligaui. pro Cæci. 266 a, Qui quod spopondit, qua in re verbo se vno obligauit, id non fecit. pro Muræ. 124 b, In periculum iudicij præstare debet, qui se nexu obligauit. Topico. 224 b, Num is qui mancipio dedit, ob eam rem se vlla re obligauit? Offi. 8 b, Obligare aliquem secundo militiæ sacramento. pro Syl. 180 b, Multi quorum pro salute se hic Syllæ obligauit. Postquam 211 a, Alter consul pactionibus eos suorum præmiorum obligauit. pro Do. 234 a, Domum alicuius religione sempiterna obligare. pro Do. 217 a, Cum Popul. Rom. scelere obligasses. de Aru. 250 a, Qui ludos certissimos scelere obligares. de Nat. 71 a, Æsculapius, qui primus vulnus obligauisse dicitur. Tusc. 183 a, Vt collocet in cubili, vt vulnus obliget. Q. F. 315 a, Quem fac ut tua liberalitate tibi obliges. Qu. Frat. 321 a, Scaurum beneficio defensionis valde obligans. Epist. 204 a, Obligare sibi aliquem summo beneficio in perpetuum, & 115 a, Quàm eum velit obligare, in tua manu est. In Anton. 204 a, Audebo etiam obligare fidem meam.

OBLIGOR, ris. Offi 47 b. Hi obligari beneficio volunt. Tusc. 183 a, At ille medicum modo requirit, a quo obligetur. de Diuina 81 b, Est enim periculum, ne aut neglectis his impia fraude, aut susceptis anili superstitione obligemur. I.V. 144 b, Obligentur non solum iusiurandi atque existimationis periculo, sed etiam communi conscientia. pro Cor. 61 a, Populus Roman. iniussu suo nullo pacto potest religione obligari.

☞ Syntaxis. *Nihil tibi sum obligatus. Districtus & obligatus. Tenere aliquem obligatum. Obligare vulnus, aliquem in perpetuum, fidem alicui. Obligari religione.*

OBLIGVRIO, ris. *ligurio, deuoro.* I.C. 106 a, Patrimonia sua profuderint, fortunas suas obligurierunt.

OBLIMATVS, ta *limo pinguis.* de Nat. 52 a, Nilus recedens mollitos, & oblimatos agros ad serendum reliquit.

OBLINO, nis. I. OBLITVS. de Cl. 169 a, Eloquentia ita tota Asia peregrinata est, vt se externis oblineret moribus.

OBLIQVE.)(*rectè per rectum cursum.* de Finib. 32 b, Atomi quæ rectè, quæ obliquè ferantur. & in Arat.

OBLIQVVS, qua.)(*rectus.* de Di. 103 a, Nam si omne animal, vt vult, ita vtitur motu sui corporis, prono, obliquo, supino, mẽbraq; quocunque vult flectit, contorquet, porrigit, contrahit, eaque ante efficit pene quàm cogitat: quanto, id est facilius, cuius numini parent omnia! de Off. 129, & in Ara. *bis.*

OBLITERO, as. Postq. 208 b, & in Va. 32 a, Qui publici mei beneficij memoria priuatam offensionem obliterauerunt.

OBLITESCO, tis. *delitesco.*)(*emergo.* de Vn 201 b, Quibusq; temporibus a nostro aspectu oblitescant, rursusque emergant, &c.

OBLITVS, a, um. *delibutus fucatus.* I.C. 106 b, & Postq 206 b, Socij Catilinæ vnguentis obliti. ad Her. 27 b, Si crebræ collocabuntur, oblitam reddunt orationẽ. I V. 271 b, & Att. 36 a, Iudices non cera, sed cœno obliti. Epi. 134 b, Cum eas videam primũ oblitas Latio, nunc verò etiam brachatis nationibus. I. A. 236 b, Et eum nondum tanto parricidio oblitum hostem iudicauit. in Ver. 149 b, Contraque sunt omnia cum summo dedecore & turpitudine, tũ singulari stultitia atque inhumanitate oblita. Att. 36 a, Si pruregenes Hialisium illum suo cœno oblitum videret. I. A. 260 a, Libido flagitiosa, qua oblita est Antoniorum vita.

¶ *Immemor, ab Obliuiscor.* Attic. 88 b, Habui suauem recordationem clarissimi iurisiurandi, quod ego non erã oblitus. de Cla. 184 a, Curio subito totam causam oblitus est. Attic. 67 a, Puto te existimare me nunc oblitum consuetudinis & instituti mei, rarius ad te scribere quam solebam. Epist. 7 b, Non nos quidem vt nostræ dignitatis simus obliti, sed, vt, &c.° Episto. 287 b, Non me præterit, id est cum sum oblitus.]

☞ Syntaxis. *Vnguentis oblitus, cœno, parricidio. Vita dedecore oblita. Oblitus causam, causæ.*

OBLIVIO, onis. *obliteratio, memoriæ lapsus.* Epistol. 72 b, Non obliuione amicitiæ nostræ, neque intermissione consuetudinis meæ superioribus temporibus ad te nullas literas misi. & 15 a, Ego eius omnes grauissimas iniurias communis concordiæ causa voluntaria quadã obliuione contriueram. de Finibus 60 b, Aduersa quasi perpetua obliuione obruere. Episto. 18 b, Meam tuorumq; erga me meritorum memoriam nulla vnquam delebit obliuio. In Anto. 222 b, Nulla eius legationis posteritatem in obscurabit obliuio. I.A. 153 a, Omnem memoriam discordiarũ obliuione sempiterna delendam censui. de Som. 130 b Sermo nunquam de vllo perennis fuit, & obruitur hominum interitu, & obliuione posteritatis extinguitur. de Cl. 169 b, Et id ipsum nisi esset vnius Ennij testimonio cognitum, hunc vetustas vt alios fortasse multos obliuione obruisset. Offi. 6 a, Adducuntur plerique, vt eos iustitiæ capiat obliuio. In Anto. 184 b, Nos post exactos reges seruitutis obliuio ceperat. In Ver. 218 a, Venire in obliuionem alicuius rei. pro Pomp. 5 a, Mithridates omne reliquum tempus nõ ad obliuionem veteris belli, sed ad comparationem noui contulit. de Orato. 109 a, Laudem aliquorum iam prope senescentem ab obliuione hominum, atque silẽtio vindicare. de Cl. 184 a, Exempla obliuionis. in Anton. 264 a, Vestra virtus nec obliuione eorum qui sunt, nec reticentia posterorum insepulta esse poterit. pro Marc. 135 b, Tuas laudes nulla vnquã obscuratura est obliuio. pro Deiota. 150 b, Hos nulla vnquam vetustas obruet, nulla vnquam delebit obliuio.

OBLIVIOSVS, a, um. *immemor.*)(*memor.* de In. 50 a, Memor, an obliuiosus de Sen. 84 a. Stultus & obliuiosus senex.

☞ Syntaxis. *Voluntaria obliuione conterere. Perpetua obruere obliuione, delere. Inobscurare, extinguere, capere. In obliuionem venire. Ad obliuionem conferre. Ab obliuione vindicare. Obliuione insepulta virtus.*

OBLIVISCOR. *me fugit, mihi excidit, ex animo meo excidit, effluit, obliuio me capit, ex animo amitto, ex memoria depono, memoriam amitto, alicuius rei depono, in obliuionem venio, obliuione perpetua deleo, oblitero, ex animo meo discedit alicuius rei memoria, aliquid e memoria elabitur, aliquid meæ memoriæ delabitur.* Epistola 21 a, Non potui magis obliuisci temporum meorum, & meminisse actionum. pro Planc. 280 b, Memini enim, memini, nec vnquam obliuiscar noctis illius, &c. pro S. Rosc. 26 a, Obliuisci artificium. pro Cæl 47 b, obliuiscor iniuriarum, depono memoriam doloris mei. Attico 142 b, Quod laudas, quia obliuisci me scripsi, ante facta & dicta nostri amici, ego vero ita facio. pro Milon. 113 b, Ciues de repub. optime meritos, in quibus homines non modo res præclarissimas obliuiscuntur, sed etiam nefarias suspicantur. de Clar. 184 a, Is enim in scriptis obliuiscebatur, quid paulo ante posuisset. pro Sext. Rosc. 33 a, Vt alia obliuiscar. pro Quint. R. 55 b, Obliuiscor eos viros esse primarios, improbos temporis causa fingo.

☞ Syntaxis. *Obliuisci temporum, tempora. In hac ego causa illud obliuiscor.*

OBLOQVOR, ris. *obstrepo.* Quint. Frat. 312 b, Tu verò vt me & appelles, & interpelles, & obloquare, & colloquare velim. pro Clar. 50 b, Vocat me iam dudum tacita vestra expectatio, quæ mihi obloqui videtur.

OBMVTESCO, scis. *conticesco, reticeo.* de Cl. 195 b, Hoc studium, Brute, nostrum conticuit subitò, & obmutuit. & 166 a, Tum etiam eloquentia obmutuit. pro Flacc. 156 b, Repente homo loquacissimus obmutuit. pro Dom. 240 b, Miror ei non & linguam obmutuisse, & manũ obtorpuisse. de Senect. 81 b, Non quenquam horum coegit in suis studijs obmutescere senectus. pro Mi. 120 b, De me nulla vnquã obmutescet vetustas. de Fin. 207 b, & 75 b, Si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legat.

☞ Syntaxis. *Conticescere obmutescere.*

OBNITOR, ris. *obsisto coniuro.* pro Milone. 108 a, At non P. Clodio vsitatis iam rebus obnitendum est Miloni, vt tueatur dignitatem suam.

OBNOXIVS, a, um. *subiectus.* M. Bru. At. 288 a, Viuat hercule Cicero qui potest supplex & obnoxius.

OBNVBILVS, a, um. Tusculan. 158 b, Leti obnubila obsita tenebris loca. *Poeta.*

OBNVBO, bis. *obtego.* pro Rabir. 92 b, Caput obnubito, arbori infelici suspendito

OBNVNCIATIO, onis. *auguris significatio de periculo imminente.* Attico. 64 b, Obnunciationibus per Sequulam interpositis. de Diuinatio. 86 b, M. Crasso quid acciderit videmus dirarum obnunciatione neglecta. Qu. fr. 325 b, Comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obnũciationibus magna voluntate bonorum omnium.

OBNVNCIO, as. *nuncio, renuncio.* I An. 176 a, Postquam. 206 b, Legem Tribus pleb. tulit, ne auspicijs obtemperaretur, ne obnunciare concilio aut comitijs liceret. in Anton. 176 a, Consul consuli obnunciauisti. pro Sest. 20 b, Tribunus obnunciauit consuli. & 21 b, Cum auspicijs religionique parens obnunciaret, quod senserat. Attic. quinquagesimo sexto b, ter, Assequitur inter lucos homines Milo, obnunciat. Atticor. 56 b, Metellus postulat, vt sibi postero die foro obnuncietur.

OBORIOR, ris. *exorior.* pro Lig. 138 a, Vide, quanta lux liberalitatis & sapientiæ tuæ mihi apud te dicendi oboriatur.

OBREPO. *irrepo.* de Senectut 77 b, & 78 a, Obrepere aiunt senectutem citius quam putassent. & 85 a, Qui enim citius adolescentiæ senectus, quàm pueritiæ adolescẽtia obrepit? item: Ita sensim & sine sensu senescimus, ut non intelligatur, quando obrepat senectus. de Di. 137 a, Nullæ imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus. Att. 95 a, Mihi decessionis dies λεληθότως obrepebat. I. P. 79 b, & pro Pl. 262 a, obrepsisti ad honores errore hominũ. Ep. 264 b, Cratippus, sæpe inicientibus nobis & cœnantibus obrepit. At. 92 a, Obrepsit dies, vt vides, &c.

☞ Syntaxis. *Obrepit in animos imago, & animis. Ad honores obrepere.*

OBRIGEO ges: *vel* OBRIGESCO, scis. de Nat. 7 a, Pars terrarum obriguit niue & pruina. de Somn. 129 b, Quorum duos obriguisse pruina vides. & Verr. 6.

OBROGATVR Phil. 1. Quid, quòd obrogatur legibus Cæsaris?

OBROGO, as. *est legem aliam rogare, vt aliam ab alio latam legem infirmet.* Atticor. 50 b, Quod promulgato, abrogare, derogare, obrogare non licet.

OBRVO, is. *operio sepelio.*)(*eruo.* de Natura 52 a, Crocodili cum in terra partum ediderunt, obruunt oua & 51 a, Ranæ marinæ obruere se se arena solent. de Aru. 253 b, Quod dij omen obruant. de Senect. 81 a Obruere thesaurum alicui. pro Deiotar. 150 b, Hæc nulla vnquam vetustas obruet, nulla unquam delebit obliuio. de Cl. 169 b,

Hunc

Hunc vetustas oblinione obruisset. de Finib. 60 b, Et aduersa quasi perpetua obliuione obruamus. de Orato. 135 a, Vt testem omnium risus obrueret. pro Arc. 190 b, Idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset.

OBRVOR, ris. Tusculan. 208 a, Aut ita parum malum, vt obruatur sapientia, vixque appareat. Quint. Fratr. 290 a, Te oro, ne te obrui tanquam fluctu, sic magnitudine negocij sinas. de Ora. 92 b, Obruimur ambitione & foro. in Anton. 193 b, Tetra bellua, quæ quoniam in foueam incidit, obruatur.

☞ Syntaxis. *Obruere se terra. Obruere. Deus obruat omnes. Alicui thesaurum obruere. Malum sapientia obruere. Ambitione & foro obrui.*

OBRVSA, *sincera, pura & purgata.* de Clar. 188 b, Quo magis expurgandus est sermo, & adhibenda quam obrusa oratio, quæ mutari non potest: nec vtendum prauissima consuetudinis regula. *Sic nos hunc locum hactenus sine dubio corruptum, posse corrigi putamus: nisi malimus in hunc modum legere, quod mihi magis placet: Et adhibenda quasi obrusa ratio, &c. vt moneat Cicero ad inquinatum sermonem expurgandum adhibendam esse rationem. quasi obrusam quandam, quæ mutari non potest. Non vsum, qui voluntate plerunque, non ratione aliqua valet. Nam & obryzum aurum dicitur, quod igne excoctum & expurgatum, deminui, mutarius iam nulla exploratione potest. Et Politianus Epistola lib. 6. ad Philipp. Beroaldum, Exigere scripta ad obrusam, dixit: quasi igne & cautè (quod tamentum vocant) explorare, quod de auro fit: quæ ratio explorandi tota obrusa dici videtur. Hæc nos, nihil affirmantes, sed in medium quæ pro tempore putamus, afferentes. Nam vt obtrusa legamus, nullus inde sensus elici commode potest: nisi fortè scriptum fuit, abstrusa. Quod autem quidam duo illa verba, quam obrusa, vel obrusa, omittenda nescio quibus manu scriptis exemplaribus freti, putant, mihi non videtur, vnde enim hæc verba irrepsissent? neque enim statim quod non intelligimus in veterum scriptis, expungendum est.*

OBRVTVS, a, um. *obductus, sepultus.* pro Mil. 118 a, Vosque Albanorum obrutæ aræ. pro Cec. 302 b, obrutis rebus omnibus & perditis. de N. 52 a, Nilus Ægyptum tota æstate obrutam oppletamq. tenet. de Finib. 108 b, Is etiam si quid obrutum erit, poterit eruere I. V. 80 a, obrutus & oppressus.

☞ Syntaxis. *Obrutus & oppletus. Obrutus. & oppressus flamine.*

OBSCOENE, nius. *turpiter.* Off. 26 a, Adulterari turpe est, sed dicitur nõ obscœne. de N. d. 70 b, Mercurius, cuius obscœnius excitata natura creditur, quod aspectu Proserpinæ commotus sit.

OBSCOENITAS, tis. *turpitudo, deformitas.* Episto. 140 a, Si quod sit in obscœnitate flagitium. Officio. 26 a, Nec oratio vacat obscœnitate. de Orator. 131 a, Verborum turpitudinem & rerum obscœnitatem vitare. Officio. 21 a, Rerum turpitudinem adhibere, & verborum obscœnitatem.

OBSCOENVS, a, um, issimus. *turpis, in obscœnis.* Off. 25 b, Quod facere non turpe est, modò occulte, id dicere obscœnum est. Tuscul. 249 b, Illud Antipatri est quidem paulò obscœnius, sed non absurda sententia est. Offic. 21 a, Genus iocandi illiberale, petulans flagitiosum, obscœnum. de Natura. 23 a, Delicatæ & obscœnæ voluptates. Epistol. 140 a, At hodie penis in obscœnis. Qu. Fra. 311 a, 61 a, Maledicta, versus etiam obscœnissimi in Clodium & Clodiam dicerentur. Epi 140 a, Quid, quod vulgo dicitur, Cum nos te volumus conuenire, nũ obscœnum est? Memini in Senatu disertum consularem ita eloqui: Hanc culpam maiorem, an illam dicam? potuit obscœnius, *& multa de obscœnis in eadem epistola.*

OBSCVRATIO, onis. *obscuritas.* de Fin. 112 b, In quibus propter earum exiguitatem obscuratio sequitur. & ibid. Quibus in rebus obscuratio magna est. L. EXIGVITAS.

OBSCVRATVRVS, a, um. pro Mar. 135 b, Tuas laudes obscuratura nulla vnquam est obliuio.

OBSCVRATVS, a, um. de Orator. 117 b, Omnis eorum memoria sensim obscurata est, & euanuit.

OBSCVRO, as. *lucem eripio, noctem vel tenebras rebus offundo, tenebras, obscuritatem affero, tenebris abdnco, obcæco, inobscuro, efficio, obstruo, perstringo.* de Natura. 45 a, Æthenorum ignium tenebræ finitimas regiones obscurauerunt. in Catilin. 98 b, Nox tenebris obscurat omnia. Att. 35 a, Quæ scribam, ἀλληγορίαις obscurabo. pro Cluentio. 18 a. Nihil ne subterfugere reticendo, nec obscurare dicendo.

OBSCVROR, ris. de Finibus 138 b, Minora maioribus obscurantur. de Fi. 99 b, Lumen lucernæ obscuratur & offunditur luce solis. de Ora. 163 b Obscurari atque pene obrui. de Fi. 99 b, obscurari & obrui, atque interire. de Finib. 112 b, Obscurari quædam, nec apparere, quia valde parua sint.

☞ Syntaxis. *Obscurata & euanescens memoria. Obscuratur & offunditur lucerna lumen luce solis. Obscurare, obrui, interire.*

OBSCVRE. ἀδηλότως, *clàm.*)(*aperte, palam.* in Catilin. 119 a, Hoc malum obscure serpit. & 99 a, Non agam obscure. de Fin. 67 a, Heraclitus de natura nimis obscure memorauit. pro Qu. 9 a, Huic ne perire quidem tacite obscuréque conceditur? pro Cl. 28 b, & Parad. 124 b, Obscurè ferre aliquid.

OBSCVRITAS, tis. *obscuratio, tenebræ, caligo, ænigma.* de Orato. 147 a, Vt oratio, quæ lumen rebus adhibere debet, ea obscuritatem & tenebras afferat. de Finib. 67 a, Satisne igitur videor vim verborum tenere? an sum etiam nunc Græce loqui, vel Latine docendus? & tamen vide, ne si ego non intelligam, quid Epicurus loquatur, cum Græce, ut videor, luculenter sciam, sit aliqua culpa eius, qui ita loquatur, vt non intelligatur. quod duobus modis sine reprehensione fit: si aut de industria facias, vt Heraclitus, cognomento qui σκοτεινὸς perhibetur, quia de natura nimis obscure memorauit, aut cum rerum obscuritas, non verborum facit, vt non intelligatur oratio, qualis est in Timæo Platonis. Acad. 3 a, Est enim omnis cognitio multis obstructa difficultatibus, maximaque est & in ipsis rebus obscuritas, & in iudiciis nostris infirmitas. de D. 87 b, Causa latet obscuritate inuoluta naturæ. ibid. 131 b, Adhibuit etiam latebram obscuritatis, vt iidem versus aliàs in aliam rem accommodari posse viderentur. & 135 b, Iam verò quo pertinent obscuritates & ænigmata somniorum? intelligi enim a nobis dij velle debebant ea, quæ nostra causa nos monebant. de Orato. 90 b, Philosophia in tres partes distributa est, in naturæ obscuritatem, in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores Topico. 221 a, Sed a libris te obscuritas reiecit. pro Clu. 32 b, In ea, obscuritate & dubitatione omniũ, Canucio placuit iudices pronunciare. contra Rul. 73 a, Duæ sunt huius obscuritatis causæ: vna pudoris, &c. altera sceleris, &c. Epist. 83 b, Sed habeo alia signa quæ obseruem, quæ etsi non sunt certiora illis, minus tamen habent vel obscuritatis, vel erroris. pro Mar. 135 b, Erat autẽ obscuritas quædam, &c.

☞ Syntaxis. *Obscurè, tacitéque ferre. Obscuritatem ac tenebras afferre. Obscuritatis latebra. Obscuritas & dubitatio.*

OBSCVRVS, a, um, rior, ssimus. *habens obscuritatem, tenebricosus, caliginosus, inuolutus, a natura inuolutus, latens, apertus, flexiloquus, spissus.*)(*apertus, illustris.* de Inn. 82 a, Res aperte obscuriores fiunt oratione. de Di. 104 b, Quia erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitæ sunt interpretum. de Diuin. 132 a, Chrysippus totum volumen impleuit oraculis, partim flexiloquis & obscuris, vt interpres egeat interprete, & sors ipsa referenda sit ad sortes: partim ambiguis, & quæ ad dialecticum referenda sint. de Natura. 79 a, Non vt deorum naturam tollerẽ, sed vt intelligeretis, quàm esset obscura, & quàm difficilis explicatus haberet. de Or. 99 b, Ius applicationis obscurum sane & ignotum, patefactum est in iudicio, atque illustratum ex patrono. contra Rul. 73 a. Cur hoc tam est obscurum atque cæcum? Part. 233 a, Obscurus.) (*rerum multitudine nobilitatus.* pro Mur. 127 b, Tua nobilitas hominibus literatis est notior, populo verò obscurior. cont. Rull. 68 b, *de oratione Rulli obscura.* Oratore 199 b, [* Conciones Thucydidis ita multas habent obscuras additasque sententias, vix vt intelligantur, quod est in oratione ciuili vitium vel maximum. I. V. 67 a, Obscurus ingenio.] de Diu. 135 b, Euphorion Poeta nimis obscurus. & ibidem, Heraclitus valdè obscurus.

☞ Syntaxis. *Flexiloquus & obscurus. Obscurus, & difficiles habens explicatus. Obscurum & ignotum. Obscurum & cæcum.*

OBSECRATIO, onis. *preces, deprecatio, obtestatio.* de Inn. 47 a, & de Ora. 162 a, Si preces & obsecratione humili ac supplici utemur. pro Fon. 284 a, Obsecratio, deprecatio. de Ar. 258 b, Cõstituendæ nobis sunt procurationes & obsecratio, &c.

OBSECRO, as. *rogo, obtestor.* pro Dom. 219 b, Idem pro Salute mea Pop. Roman. obsecrauit. Postqu. 201 b, Deinde pro ipsa mea uos salute non rogauit solùm, uerumetiã obsecrauit. de Or. 216 b, Non solùm hortabor, ut elaboret, &c. sed etiam obsecrabo. pro Q. 18 a, Mæuiũ obsecrauit per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, vt, &c. I. V. 127 a, Cùm multis lachrymis cum oraret atq; obsecraret Heraclitus, impetrare non potuit. Epist. 55 a, Cum mihi C. Marcellus non solùm consilium daret, sed precibus quoq; me obsecraret, &c. Epi. 166 b, Ego vos P. C. Oro atque obsecro, ut, &c. pro Q. 18 a, Itaq; te hoc obsecro, ut, &c. de Fin. 68 b, Obsecro, inquit, Torquate, hæc dicit Epicurus. At. 43 a, Obsecro, mi Pompon, nõ uides, &c. Epi. 190 b, Obsecro Pyliæ salutem. Epi. 233 a, Quid obsecro te, me miserum, quid futurum est? item. Sed obsecro te, ita uenusta habeantur ista, non ut uincula uirorum sint, sed vt oblectamenta puerorum. Att. 124 a, Sed obsecro te, quid hoc miserius, quàm, &c. At. 44 a, Ad me, obsecro te, ut omnia certa perscribas. At. 88 b, Deinde me obsecras amantissime, ne obliuiscar uigilare, & ut animaduertã quæ fiant. ad Att. 170 b, Vt facias, te obtestor atq. obsecro. At. 208 a, Attica mea, obsecro te, quid agit? quæ me ualde angit.

OBSECVNDO, as. pro Pomp. 13 a, In cui ciues assenserint, socij obtemperauerint, hostes obedierint, uenti tempestatesque obsecundarint.

OBSEPIO, pis. *sepio, intercludo.* pro Mur. 135 b, Hæc omnia tibi accusandi uiam muniebant, accusandi obsepiebant.

OBSEQVENS, tis. *obediens.* Episto. 148 b, Filius obsequens patri. Sall. In Ciceronem 270 b, Filia tibi iucundior atque obsequentior, quàm parenti par est.

OBSEQVIVM, quij. *indulgentia, patientia.* de Amic. 113 a, Obsequium amicos, ueritas odium parit. Attico. 98 b, Itaque effeci omni obsequio, ut neutri illorum quisquam esset me charior. I. P. 80 a, Ego Antonium collegam patientia atque obsequio meo mitigaui. pro Cæl. 40 a, Comprehendere multos amicitia, tueri obsequio. Attico. 95 b, Mulieres ualde intelligo delectari obsequio, & comitate adolescentis. Epistol. 152 b, Abuti obsequio alicuius ad omnes res. de Legibus 168 a, Cum animus cognitis uirtutibus a corporis obsequio indulgentiaque discesserit. Attico. 157 a, Omne meum obsequium in illum fuit cum multa seueritate. Attico. 165 a, Ea uero non sunt ab obsequio nostro. de Legibus 164 b, Obsequia in homines.

OBSEQVOR, ris. *morem gero, indulgeo, satisfacio, morigeror, gratificor, placeo.* Orato. 229 b, Dum tibi roganti obsequi uellem scribendi impudentiam suscepi. de Or. 93 b, Ego uero, inquit, tibi obsequi studeo. Tuscul. 240 a, Cum huic obsecutus sis, illi est repugnandũ. Epist. 15 b, In nauigando tempestati obsequi, artis est. de Fi. 68 a, Obsequar igitur uoluntati tuæ. pro Qu. 17 a, Vt uestræ natura bonitatique obse

quamini. Orato. 211 b, Consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor de Orato. 58 a, Sed tamen etiam in his asperitatibus rerũ absequar studijs nostris. pro Clu. 49 b, Obsequor tibi de te, vel de aliqua re.

OBSEROR, ris. *occludor, obsignor.* de Leg. 173 a, Quod cum proximi fecerant, obductaque terra erat, frugibus obserebatur.

OBSERVANDVS, a, um. di, do. de Di. 138 b, Quomodo hæc infinita obseruando notare possumus? Orato. 124 a, Sunt enim quidam oratorij numeri in oratione obseruãdi ratione quadam. pro S. R. 33 b, Nihil mali est, canes ibi quàm plurimos esse, vbi permulti obseruãdi, multaque seruanda sunt.

OBSERVANS, tis, ssimus. *studiosus, cupidus, diligens.* Ep. 203 a, Aulus Fusius obseruantissimus nostri. Epi. 235 b, Quem spero tui fore obseruantem. Att. 262 a, Cognoui te mei ita cupidum, vt paucos æquò amantes atque obseruantes me habere existimem. de Cla. 191 a, Is nimium inquirens in sese, atq; ipse sese obseruans, metuensq; ne vitiosum colligeret etiam verum sanguinem deprauabat.

OBSERVANTIA, tiæ. *reverentia, veneratio.* de Inuen. 70 b, Obseruantia est, per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedẽtes reueremur & colimus. Epistо. 199 b, Sex. Aufidius obseruantia qua me colit, accedit ad proximos. pro Mur. 141 a, & pro Plan. 268 a, Nulla est pœna, quæ possit obseruantiam tenuiorum ab hoc vetere instituto officiorum excludere pro Corn. 68 a, Officia illius obseruantiamque dilexit. pro Quint. 10 b, Amicos obseruantia, rem parsimonia retinere. Att. 207 a, Ne magnum onus obseruantiæ tibi imponerem. Episto. 64 b, Mea tibi obseruantia nunquam defuit.

OBSERVATIO, onis. *animadversio.* de Cl. 167 b, Verùm id natura magis aut casu, quam ratione aliqua aut obseruatione fiebat. Or. 214 b, Versus inuentus est terminatione aurium & obseruatione prudẽtum. de Di. 138 b, Obseruatio diuturna notanda rebus fecit artẽ. & ibid. Quæ altris præsentiuntur, hæc notata sunt obseruatione diuturna. & ibid. Neque obseruatione inueniri potuit scientia. de Diu. 8 a, Chaldæi diuturna obseruatione siderum scientiam putãtur effecisse, vt prædici futura possent. Offic. 51 b, Valetudo conseruatur notitia sui corporis, & obseruatione rerum, quę res aut prodesse solent, aut obesse. Offi. 8 b, Apud antiquos summa erat obseruatio in bello mouendo.

OBSERVATVS, a, um. de Orat. 94 a, Quæ obseruata sunt in vsu ac tractatione dicendi. Att. 51 b, Cum semper ita habitum obseruatumque sit. de Di. 82 b, Obseruata sunt hæc tempore immenso, & significatione euentus animaduersa ac notata.

¶ *Dilectus, amatus.* pro Plan. 267 a, Tribus officijs ab aliquo obseruatas, non largitione.

OBSERVITO, as. *studiosè observo* de Diu. 101 a, Neque solùm deorum voces Pythagorei obseruitauerunt, sed etiam hominum, quæ vocant omnia.

OBSERVO, as. *animaduerto, noto, speculor, aucupor, quasi insidior, seruo, pertracto, in speculis sum.* Epist. 83 b, Sed habeo alia signa, quæ obseruẽ, quæ etsi non sunt certiora illis, minus tamen habent vel obscuritatis vel erroris. de Diui. 80 a, Chaldæi motus stellarum obseruauerunt, quibus notatis, quid cuique significaretur, memoriæ prodiderunt. Att. 130 a, Scribis tibi in animo esse obseruare Cæsarem, & si secundum mare ad me ire cœpisset, confestim in Samnium ad me vẽturum. Att. 221 b, Magis mihi isti seruiunt, si obseruare seruire est. pro Dom. 227 a, Obseruare leges. pro Cl. 41 b, Maiores nostri nunquam perinde vt rem iudicatam, obseruauerunt animaduersionem censoriam. Off. 41 a, Latronum leges esse dicuntur, quibus pareant, quas obseruent. ad Her. 29 a, Quid in viris? Idemne obseruabant? minime. Epi. 215 a, Ago gratias, quod meas obseruationes tam diligenter obseruas. Att. 114 b, Illud ἀδιάπτωτον, sic enim putatur, obseruo, μὴ δυσχερής, præsertim in te, quem, &c. de Diu. 101 b, Obseruare & seruare idem. Ora. 217 b, Non enim id agit vt insidietur, & obseruet, sed iam fauetur, processumque vult. pro S. R. 22 a, Multi occupationem eius obseruant, tempusque aucupantur. Epis. 157 a, Itaque ei præcepi, vt tempus obseruaret epistolæ tibi reddendæ. de Ami. 107 a, Nec obseruat strictè amicitia, ne plus reddat, q̃ acceperit. pro Q. 16 a, Quid tu id quemadmodum obseruas? Par. 183 b, Obseruare omnes motus alicuius. de Na. 50 b, Vt in araneolis alię quasi rete texunt, aliæ autem ex inopinato obseruant, & si quid incidit, arripiunt. de Or. 97 a, Quæ sponte homines eloquentes fecerunt, ea quosdam obseruasse atque collegisse. de Or. 93 a, Et persæpe me, quæ soleres in dicendo obseruare, docuisti.

¶ *Amo, colo, veneror.* pro Pl. 268 a, Neque hoc liberis nostris interdicendum est, ne obseruent tribules suos, ne diligant. Epi. 139 a, Perofficiose & peramanter obseruare aliquem. Epi. 65 a, Obseruare & diligere aliquem, sicut alterum parentem. Att. 34 a, Cæcilium colimus & obseruamus. I. V. 345 b, Vehementerque illum ordinem obseruo. Ep. 48 a, & 87 b, Colere & obseruare aliquem. de Am. 101 b, Omnes ferè familiarissimi eius, quasi deuincti meis magnis veteribus officiis me diligenter obseruant, & colunt. Ep. 65 a, Qui me sicut alterum parentem & obseruat & diligit.

OBSERVOR, ris. *in actiuo vide variam potestatem.* I. V. 136 b, Metellus eum censum obseruari iussit, qui Sex. Peduceo prætore habitus esset. Ora. 215 b, Quod ne accidat, obseruari non potest: *id est, caueri.* de Diu. 118 a, Etsi causæ non reperiuntur istarum rerum, res tamen ipsæ obseruari animaduertique possunt. Quin. de Pet. 213 b, Fac ut abs te custodiri atque obseruari sciant. de Ami. 101 b, Coli & obseruari ab aliquo.

☞ Syntaxis. *Obseruando notare Amatis & obseruans. Colere aliquem summa obseruantia. Obseruatio notandis rebus. Obseruatum, animaduersum, notatum. Perofficiosè & peramanter obseruare. Obseruare & diligere. Colere & obseruare. Id ne accidat, obseruato: id est, caue vel caue.*

OBSES, dis. *pignus fiducia.* pro Pomp. 10 b, Pompeius eis spem deditionis non ademit, obsides imperauit. I. V. 175 a, Tantum, quod oratoribus Metellus obsides nõ dedit. Ep. 245 b, A nobis multos obsides habet pop. Ro. item, Ab his Pindenisso capto obsides accepti. pro Clu. 35 a, Stalenus hanc condemnationem dederat obsidem Bulbo. & 57 b, Nuptię, quarum illa obsides filios ab eo accepit. I. A. 159 b, Reip. tuus paruus filius in Capitolium a te missus obses fuit. Anteq. 197 a, Cum præcipuum nobis obsidem sui animi vestram reliquerit libertatem. I. C. 118 b, Paruus filius, qui mihi videtur amplecti remp. tamquam obsidem consulatus mei.

☞ Syntaxis. *Obsides imperare, dare, accipere, mittere.*

OBSESSIO, onis. *obsidio.* pro Do. 213 b, Obsessio templorum, occupatio fori, oppressio curiæ. pro Cor. 56 a, Obsessio militaris viæ.

OBSESSOR, oris. *oppressor.* pro Domo. 225 b, Depopulator fori, obsessor patriæ.

OBSESSVS, a, um. *circumsessus, cinctus, oppressus.* I. C. 122 b, Patria obsessa facibus & telis impiæ coniurationis. pro S. R. 23 a, Domus obsessa. pro Fl. 159 b, Græcia Asiæ oram maritimam cinxit vrbibus, nõ vt munitam colonis illam gentem, sed ut obsessam teneret. pro Fo. 280 a, Ab his gentibus obsessum Capitolium est. de Arusp. respons. 255 b, Is obsessus est domi. pro Pomp. 7 b, Vrbem Cizicenorum obsessam esse ab ipso rege maxima multitudine, & oppugnatam vehementissime, quam Lege Lucullus summis obsidionis periculis liberauit. Postquam. 204 b, Cùm vi ferro, metu obsessi tenerem ini. in Anton. 205 b, Orato. 217 b, Cum is qui audit ab oratore, iam obsessus est, ac tenetur.

OBSIDENDVM I. C. 108 b, Iacere humi ad obsidendum stuprum.

OBSIDEO, es. *circumsideo, obsessum teneo, occupo, fossa & vallo septum teneo, oppugno.* I. A. 212 a, Qui Mutinam & consulem designatum obsederit & ibidem, Antonius armis obsedit, aut exclusit Senatum. pro Domo. 231 a, Qui impelluntur, vt obsideant, Senatum. contra Rull. 81 a, Totam Italiam suis pręsidijs obsidere & occupare cogitat. pro Fl. 158 a, Cum curia speculatur, atque obsidet nostra. I. A. 153 a, Dũ statura, quæ vim iam regiæ potestatis obsederat. *id est, obtinuerat.* & 177 a, Cum omnes aditus armati obsiderent. I. Ver. 265 b, Qui sinus quosdam obsedisse maritimos dicuntur. & ibid. Aut promontoria tenuisse. I. V. 67 b. Obsidere tempus alterius: *id est, obseruare.* Atti. 85 b, Scaptius equitum turmis inclusum in curia Senatum Salaminæ obsederat. de Arusp. 244 b, Obsidere, oppugnare, labefactare aliquam vrbem.

OBSIDEOR, ris. Attico. 154 a, Nos quoniam superum mare obsidetur infero, nauigabimus.

OBSIDIO, onis. *obsessio.* Attico. 189 a, Domitium periculo obsidionis liberare cupio. pro Font. 283 b, Colonia, quæ per hunc obsidione liberata est. pro Muræn. 128 b, Vrbes partim obsidione cepit. in Anton. 236 b, Antonius solet accipere manicas, nec diutius obsidionis metum sustinere. Epist. 63 a, & pro Pom. 7 b, Qui ex obsidione fœneratores exemerit.

OBSIGNANDVS, a, um. di. I. V. 232 b, Literas obsignãdas publico signo curaui. I. Ver. 68 a, Quę cognoui egomet apud illum in ędibus, cum obsignandi causa uenissem.

OBSIGNATOR, ris. Atti. 191 a, Obsignatores testamentorum. & 264 a, vobis testibus & obsignatoribus. pro Cl. 57 a, Literarum obsignator. Att. lib. 14, Adhibere obsignatorem.

OBSIGNATVS, a, um. pro Fl. 154 a, Hæc quæ est a nobis prolata laudatio obsignata erat creta illa Asiatica, qua vtuntur omnes in publicis & priuatis literis. Att. 122 a, & 64 b, Obsignata iam Epistola superiore, quam, &c. Tuscul. 254 b, Agere cum aliquo tabellis obsignatis. de D. 138 a, Quędam matrona visa est in quiete obsignatam habere naturam: retulit negavit eam, quoniam obsignata fuisset, concipere potuisse, at alter prægnantem esse dixit: nam inane obsignari, nihil solere. Att. 97 a, Admiratus sum, ut uidi epistolam obsignatam, breuitatem eius. & 100 b, Cuius testamentum Ciceronum signis obsignatũ. I. Ve. 100 a, Tabulæ testamenti obsignatæ non minus multis signis, q̃ e lege oportebat. de Or. 131 b, Furacem seruum solum esse, cui domi nihil nec obsignatum sit nec occlusum. At. 262 b, Decretũ, quod obsignatum est a amplissimis viris.

OBSIGNO, as. *signo, consigno.*) (*resigno.* Attico. 78 b, Obsignaram iam Epistolam meam, quam te puto perlegisse. de Orato. 99 a, Cum obsignas tabulas clientis tui, quibus id sit scriptum, quo ille capiatur. Attico. 264 a, Decretum, quod ego obsignaui cum multis amplissimis uiris. pro Quint. 12 a, Eius rei conditionisque tabellas obsignauerunt uiri boni complures. in Ver. 256 b, Obsignare tabellas signis amicorum. & 107 b, Quod tum codicem obsignassem. Ep. 266 b, Obsignare lagenas inanes.

OBSIGNOR, ris. de Inu. 81 a, Tabulæ obsignantur. pro Fl. 150 b, Lex tabulas iudicum signis obsignari iubet.

OBSISTITVR. de Finib. 110 a, Qua facile posset repugnari obsistique fortunæ.

OBSISTO, stis. *resisto, repugno, occurro.* in Verr. 222 a, Qui primò cum obsistere & defendere conaretur, repulsi sunt. pro Flacc. 165 a, Græcis, Lydis obsistens Rhodij, & cæte. in Catilin. 114 b, Consilijs Catilinę occurri atque obstitit. & 186 a, Nisi Pansa obstitisset. Tusculan. 381 a, Obsistere dolori. Atti. 2 a, Ambitionem meam putabis obstitisse. de Fi. 96, Obsistere visis, assensusque sustinere. Ac. 87 a, obsistere opinionibus

opinionibus, repugnare visis. Qu.F. 300 a, Obsistere sermoni alicuius. Off. 5 b, Qui autem non defendit, nec obsistit iniuriæ, tam est in vitio, quam si, &c. Of. 37 a, Multorum odijs nullæ opes possunt obsistere. Off. 40 a, Vitia quibus alij facile possunt obsistere. de Sen. 92 a, Audacter obsistere alicui.

Obsitus, a, um. *obsoletus, horridus, squalidus.* Tusc. 158 b,

Late obnubila, obsita tenebris loca. Poetæ.

Obsoleo, les. I.A. 180, In homine enim turpissimo obsolebant dignitatis insignia: *aliàs, obsolescebant.*

Obsolesco, scis. *tenebris vetustatis opprimor.* Aca. 41 a, Hæc inclusa habebam, & ne obsolescerent, renouabam, cùm licebat, legẽdo. de Inuen. 51 a, Res quæ propter vetustatem obsoleuerunt. & 42 b, Hoc verò a plerisq; eorum desertũ obsoleuisse. pro Sest. 16 a, Virtus splẽdet per sese semper, nec alienis vnquã sordibus obsolescit. pro Cęl. 49 a, Chartæ quoq;, quæ illam pristinam seueritatem continebãt, obsoleuerunt. cont. Rul. 64 b, Vectigal quod amissis alijs remaneat, intermissis non conquiescat, in pace uiteat, in bello non obsolescat. pro Pom. 13 b, Obsoleuit iam ista oratio, re multo magis quàm verbis refutata. pro Q. 10 b, Cuius splendor omnis in moribus obsoleuit. de Ora. 55 a, Quæ sane nunc obsoleuerunt.

Obsoletius. I.V. 207 a, Obsoletius vestitus.

Obsoletus, a, um, tior. *insolens, antiquum, inusitatum, sordidus.* In Ver. 87 a, Hæc nimis antiqua & obsoleta sunt. & 259 a, & de Or. 159 b, Abiecta & obsoleta verba fugienda sunt. Att. 19 a, Barbara quædam & obsoleta. pro Qu. 10 b, Hęc vulgaria & obsoleta sunt. de Or. 145 a, Vereor ne Paulo obsoletior sit oratio. Offic. 95 b, Cyrenaicis obsoletis floret Epicurus. pro Fon. 282 b, Studijs militaribus apud iuuentutem obsoletis. cont. Rull. 68 b, Vestitus obsoletior, corpus incultum & horridum. ad Her. 35 a, Numitor obsoletus. de Repu. lib. 3. teste August. de Ciuit. Dei lib. secundo. ca. 21, Obliuione obsoletos mores videmus.

¶ *Abiectus.* I.P. 98 b, Atque inde obsoletus Thessalonicam venisti.

☞ Syntaxis. *Obsolescere vetustate, propter vetustatem. Obsolescere. Antiquum & obsoletum. Abiectum & obsoletum. Obsoletus vestitus.*

Obsonium, nii. *vel* **Obsonium**. *pulmentum, id est, quicquid ad panem vinumque adijcitur in cibum, vt caseus, carnes, oua, pisces, & id genus alia.* Epist. 138 b.

Obsono, as. *Obsonium comparo.* Tuscula 247 a, Socratem ferunt, cùm vsque ad vesperum contentius ambularet, quæsitumque esset ex eo, quare id faceret? respondisse se, quo melius cœnaret, obsonare ambulando famem.

Obstinatio, nis *pertinacia, pertinacia, nimia perseuerantia.* de Pro. 77 b, Quę ego omnia non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiæ repudiaui.

Obstinatus, a, um. tior. *pertinax, pugnax.* Att. 6 a, Illius voluntas obstinationis. * I.V. 79 b, Quod eos in iudicando nimium sui iuris sententiæque cognosceret.]

Obstipus, a, um. de Na. 47 a,

Obstipum caput, & tereti ceruice reflexum.

Obstita, iorum. *ostenta quę obstant, dicta fuisse puto.* de Le. 173 b, Fulgura atque obstita pianto.

Obsto, as. *obsisto, officio, impedio.* Aca 6 a, Maxima est in sensibus veritas, si omnia remoueantur, quæ obstant & impediunt. Ora. 50 a b, & pro Q. 7 a, Aut aliquid afferret, quod oppositũ probabilius sit, quã illud quod obstabit. pro S.R. 37 a, Officere, & obstare commodis alicuius. de Di. 109 a, Nisi quæ causa grauior obstiterit: item: Quid autem obstat, quo minus sit beatus, si non sit bipes? item, obstiti videlicet ne, &c. L. Obsisto. pro S. Rosc. 19 b, Cui pecuniæ vita S. Roscij obstare atque officere videtur. pro Milo. 120 b, Miloni facinoris suspicio, non facti crimen obstat.

☞ Syntaxis. *Obstare & impedire. Officere & obstare. Quid obstat, quo minus, &c.*

Obstrepo, is. *obloquor.* de Orato. 147 a, Ipsi sibi in dicendo obstrepere videntur. Epi. 62 a, Quæ res fecit, vt tibi literis obstrepere non auderem.

Obstrepor, ris. *obijcior.* pro Mar. 132 a, Sed tamen eiusmodi res nescio quomodo etiam dum leguntur, obstrepi clamore militum videntur.

Obstrictus, a, um. *obligatus, deuinctus.* pro Cęl. 54 b, Hunc addictũ, deditum obstrictum vobis habens. pro Plan. 159 a, Obstrictus memoria beneficij sempiterna. I.P. 85 b, Aliquem fœdere obstrictũ teneri. pro Syl. 168 a, Si defendes eum, quem obstrictum esse patriæ suspicere. pro Cęl. 47 a, Si hic obstrictus voluptatibus teneretur. pro Do. 237 a, Qui tibi eras magis obstrictus beneficio recenti. pro Plã. 274 b, Maximis beneficij vinculis obstrictus.)(*liber, & solutus.* de Inuen. 79 a, Ab legibus obstrictos in tantis molestijs esse, æquum est? I.V. 216 a, Qui tanto scelere se obstrictum esse non sentit. ibid. 227 a, Tanta religione obstricta tota prouincia est, tanta superstitio mẽtes Siculorum occupauit, vt, &c. Att. 201 a, Ego me magna voti religione obstrictum puto.

Obstringo, gis. *deuincio, obligo.* At. 86 a, Cùm sex libris tanquã prædibus me ipsum obstrinxerim. pro Cl. 57 b, Quæ illum donis muliebribus, & spe hæreditatis obstrinxit. Episto. 172 b, Omnes iam amicos meos ære alieno obstrinxi. Epi. 812 a, Te ita existimare volo, quibuscunque rebus Atticum obstrinxeris, ijsdem tibi obligatũ fore. de Ora. 133 b, Memmius religione ciuitatem obstrinxit. I. Au. 276 a, Obstrinxit Popu. Rom. religione. pro Cl. 60 b, Quem vobis in perpetuum obstringite.

¶ *Contamino.* I.A. 237 a, Qui nefario patriæ patricidio se obstrinxerit. I.V. 77 b, Qui in tot sceleribus se obstrinxerit.

Obstringor. in Verr. 242 b, Me omnium officiorum obstringit religione arbitor.

Obstructio, nis. *interclusio.* pro Sestio 7 b, Sed hæc obstructio nec diuturna est, nec obducta, ita ut curiosis oculis perspici non possit.

Obstructurus, a, um. pro Domo. 236 a, b, Primò se luminibus eius esse obstructurum minabatur.

Obstructus, a, um. *clausus, septus.* de Fat. 142 a, Zopyrus stupidum esse Socratem dixit, & bardum, quòd iugula concaua non haberet, obstructas eas partes & obturatas esse. de Cl. Or. 166 a, Ad quod omnis nobis aditus, q. pene solis patuit, obstructus est. Ac. a b, Est enim omnis cognitio multis obstructa difficultatibus.

Obstruo, is. *obsepio, obtrudo, appo.* de Cl. 170 b, Sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio. in Arat.

Sin autem officiens signis mons obstruet altus.

pro Syll. 882 a, Monite communem arcem bonorum, obstruite perfugia improborum. de Sen. 91 b, Qui iter pœnis uel corporibus suis obstruere noluerunt.

Obstupefactus, ta. *stupefactus.* I.C. 107 b, Si Catilina obstupefactus ac perterritus mea diligentia in exilium abierit. pro Deio. 150 a, homines admiratione obstupefacti. de D. 93 a, Cũ ea pars animi sit immoderatio obstupefacta pota atque pastu.

Obstupesco, scis. *stupeo, stupesco.* de Di. 119 a, Eius aspectu cum obstupuisset bubulcus, clamorem maiorem cum admiratione edidit. Att. 82 a, Ob hæc beneficia, quibus illi obstupescunt, nullos honores mihi decerni sino. in Catilin. 113 b, Sic enim obstupuerant, sic terram intuebantur, ut, &c. de Diu. 122 a, & Epist. 112 b, *Quidnam torrentes subitò obstupuistis Achiui?* pro Mar. 135 b, Obstupescent posteri imperia & prouincias tuas. * Epist. 112 b, Postquam factum est obstupui, & mihi uisus sum captus esse.]

Obsum, es. *officio, noceo.* de Orato. 95 a, Pudor qui non modò non obesset eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. ad Herenn. 31 b, Quid illis adiumento futurum esset: aut offuturum nobis.

Obsurdesco, scis. *sensum audiendi amitto.* de Som. 129 a, Hoc sonitu completæ aures obsurdescunt. de Am. 112 a, Obsurdescimus tamẽ, nec ea quę monemur, audimus.

Obtectus, a, um. pro Cęl. 46 b, Quę uitia multis postea uirtutibus obtecta adolescentiæ excusatione defendi possunt.

Obtego, gis. *contego, obduco.* pro Sest. 20 a, Frater meus in comitio iacuit, seque seruorum libertorũque corporibus obtexit. At. 16 a, Fingere, dissimulare, & obtegere.

Obtegor, ris. in Vati. 32 a, Vt adolescentiæ turpitudo obscuritate ac sordibus tuis obtegatur. de Le. 181 a, Quemadmodum os reiectum terræ obtegatur.

Obtemperatio, onis. *obedientia.* de Leg. 164 b, Iustitia est obtemperatio legibus, &c.

Obtempero, as. *obedio, pareo.* pro Qu. 2 b, Si id est defendere, cupiditati alterius obtemperare, quo is facilius innocentes possit opprimere. pro Ceci. 295 a, Si serui ad uerba nobis obediant, non ad id quod ex verbis intelligi potest, obtemperent. Epist. 21 b, Te audi, tibi obtempera. Tusc. 177 a, Obtemperas ipse sibi. Attic. 43 b, Sed tamen quod me uos sperare uultis uobis obtemperabo.

Obtendor, ris. *obducor.* Qu. Fr. 292 b, Vniuscuiusque natura tegitur, & quasi uelis quibusdam obtenditur.

Obtento, as. *tento.* At. 145 a, Spes quædam me obtentabat fore, &c.

Obtentus, a, um. Philip. 2, Testamentum irritum fecit, quod etiam infimis ciuibus semper obtentum est. pro Corn. 67 b, Quæ uolebamus & contendimus, obtenta non sunt.

Obtero, ris. *contundo.* Antequam. 195 a, Qui nouam rationem suscitant, ueteres maiorum obterunt laudes. de Diuin. 86 a, Aperteque artem obterere extispicum. Episto. 65 b, Prosternere & obterere obtrectationes maleuolorum. pro Cæl. 288 b, Ita calumniam obtriuit ac contudi.

Obteror, ri. in Verr. 235 b, Laudem imperatoriam criminibus auaritiæ obteri.

☞ Syntaxis. *Calumnias obterere & contundere. Prosternere & obterere suum nomen.*

Obtestans, tis. Att. 280 b, Oro atque obsecro te, mi Cicero, necessitudinem nostram, tuamque in me beneuolentiam obtestans, obliuiscaris, &c. Ep. 40 a, Obtestans omnes deos, &c.

Obtestatio, onis. *imploratio, obsecratio, deprecatio.* Ep. 120 b, Mei officij est, me meminisse, qua obtestatione decedens mihi ne paterer fieri, mandatis. pro D. 238 a, Sanctiones sacrandæ sunt aut genere ipsorius ostentatione & consecratione legis, aut pœna, cum, &c. pro Diu. 338 a, Quid ergo tua obtestatio tibicinis noluit? pro Cl. 24 b, Mulier obtestatione uiri domo exire non debuit.

Obtestor, aris. *testor, appello, imploro.* I.V. 274 b, Deos oẽs imploro atque obtestor. pro Mur. 144 b, Vestrã fidẽ obtestor, misericordiã imploro. pro Fl. 149 b, Quẽ enim aliũ appellem? quem obtester? quem implorẽ? pro Pl. 281 a, Mecum vos simul miserrimus obtestatur parens, & pro vno filio duo parentes deprecamur: nolite iudices per vos, per fortunas vestras, per liberos inimicis meis dare lætitiam. p Mil. 119 b, Oro obtestorq; vos, ut misericordiam huic tribuatis. Anteq. 193 a, Iure igitur vos obtestor, quos mihi & debere, & posse intelligo opitulari. pro Fl. 165 b, Cum ego te, Flacce, cęlum noctemq; contestans flens flentem obtestabar, cum tuæ fidei spectatissimę salutem ciuium commendabam. pro Qu. 17 a, Te obsecro obtestorq; per senectutem & solitudinem meam, nihil aliud nisi, vt, &c. At. 170 b, &

in sedibus suis ad complectendum conseruatorem suum procedere visa est. Att. 180 a. De obuiam itione ita faciam, ut suades. Ep. 239 a, Properare obuiam alicui. At. 21 a, Prodire obuiam alicui.

¶ *Contra.* At. 65 b, Huic ubi id Cato & Seruilius prætit aperte: *id est, contra hunc &c.* Antequam. 194 a, Malorum conatibus obuiam ire.

● Att. * Obuiam mihi fit tabellarius qui me offendit.

¶ *Inimico animo.* pro Milon. 106 b, Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo.

OBVIVS, a, um. *occursans.* pro Mil. 110 b, Quippe si ille ei obuius futurus non erat. pro Cecinn. 296 b, Si autem ingredienti cum armata multitudine obuius fuerit, &c. Att. 94 b, Tu autem fac vt cuæ literæ mihi volenti obuiam.

OBVOLVENDVS, a, um *tegendus obducendus:* Or. 203 b, Pictor ille vidit, obuolendum caput Agammenonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari.

OBVOLVTVS, a, um. I. Ver. 250 a, Alij capitibus obuolutis è carcere ad palum atque ad necem rapiebatur de Inuent. 81 a, Os autē obuolutum est folliculo, & præligatum. de D. 94 b, Obuoluta sanguine fax. ad Her. 4 b, Obuolutus & obligatus corio.

OCCAECATVS, a, um. de Diuinat. 85 b, & de Fin. 55 b, Occæcati cupiditate non prouidente.

☞ Syntaxis. *Obuiam procedere longè, prodire, venire, ire, mitti, se ferre. Obuiam itio. Obuiam fieri alicui, vt aduersarii. Obuiam ire conatibus malorum. Tibi obuiam est: id est, contrà sto, repugno.*

OCCAECO, as. *obcæco, cæco.* de Orato. 157 a, Noctis & nimbum occęcat nigror.

OCCALESCO, scis. *percallesco, obduresco.* Att. 33 b, Sed iam prorsus occallui.

OCCASIO, onis. *locus, tempus, opportunitas, facultas, ansa, campus, causa, diuerticulum, tempestas, tempus oblatum.* I. V. 83 a, Simul ac primū ei occasio visa est prouinciam deseruit. Epi. 198 a, Ego tamen ut primùm occasio data est, feci, &c. de Clar. 191 a, Qui occasione aliqua etiam inuitis suis ciuibus adeptus est imperium. in Ver. 121 a, Iste amplam occasionem nactus, &c. de Inuen. 51 a, Occasio est pars temporis, habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem, &, In occasione ad spacium temporis faciendi quædam opportunitas intelligitur adiuncta. Officio. 29 a, Tempus actionis opportunum, Græce εὐκαιρία Latine appellatur occasio. contra Rul. 66 b, Qui aliqua occasione consules facti sunt. &, Vester honos ad alienæ petitionis occasionem interceptus. Attic. 275 b, Antonius ab alio relictum regni instrumentum occasionem regnandi habuit. pro Pomp. 4 b, occasionem sibi ad Asiam occupandam oblatam esse putant. Epist. 145 b, Hæ gentes mala nostra suam putant occasioné. Epistol. 147 b, Habere occasionem ad agendum aliquid. de Leg. 156 b, Teneo quam optabam occasionem, neque remittā. de Ar. 256 b, Captare occasionem. in Anton. 169 a, Alijs consilium, alijs animus, alijs occasio defuit. in Anton. 212 b, Qui familiarem iugularat, quid hic occasione data faciet inimico? ad Heren. 37 a, occasio commoda, idonea. Attico. 114 b, Illum ne data quidem occasione repulimus. p Cecin. 287 b, Amittere occasionem. Attic. 142 b, Amissa occasio. pro Syll. 167 a, Facilè patior oblatum mihi tempus, in quo, &c. pro Lig. 341 a, Qui vos tantæ laudis occasione priuauerit. pro Milo. 109 a, b, Quæ tum non modò occasio, sed etiam causa illius opprimēdi fuit? pro Milon. 106 a, Quem si interficere voluisset, quantæ quoties occasiones, quam præclaræ fuerunt. Attico. 78 a, Si fuerit occasio, manu: sin minus, locis non defendemus. Attic. 279 b, Antistius se acerrimū propugnatorem communis libertatis præstitisset, si occasioni potuisset occurrere. pro Fl. 152 b, Casus est enim in capiēdo, locus, euentus, occasio. I. An. 181 b, Certatim post hac mihi crede ad hoc opus curretur, nec occasionis tarditas expectabitur. I. Ant. 190 a, Hanc igitur occasionem oblatam tenere per deos immortales.

☞ Syntaxis. *Data occasio oblata. Occasionem adipisci, nancisci, habere, tenere. Occasionis facere. Iā mea est occasio. Occasionem, captare, remittere, amittere. Occurrit occasio.*

OCCASVRVS, a, um. pro Mil. 121 a, Vt beneficia quæ in me contulistis, in huius exitio occasura esse iubeatis.

OCCASVS, sus. *obitus, interitus.*)(*ortus, exortus.* de Natura. 35 b, Sol ab ortu ad occasum commeans. ad Herenn. 23 a, Occasus solis.)(*ortus.* de Ione. 54 a, Obitus signorum.)(*exortus.* I. Piso. 86 b, Quid die post obitum occasumque nostrum reipub. primus illuxit. I. C. 115 a, Totius urbis atque Imperij occasus appropinquat. pro Syll. 173 a, Cū ad occasum interitumque reipub. Catilina in castris dux esset constitutus. I. P. 83 a, Senatus reipu. occasum atque interitum luget. Top. 123 b, Senectus est occasus uitæ.

OCCATIO, onis. *agricolarum verbum fuit, cùm iacto semine crate solum æquabant, seminaque occultabant.* de Sene. 87 a, Terra semen occatum cohibet: ex quo occatio, quæ id efficit, nominata est.

OCCATVS, ta, tum. *crate occultatus, & depressus.* L. OCCATIO.

OCCENTARE: *ab* OCCINO, nis. *contra aliquem cano, carmenve condo.* de Remp. lib. 4, teste Aug. de Ciui. Dei, lib. 2. c. 9, Si quis occentauisset, siue carmen condidisset, quod infamiam faceret.

OCCIDENDVS, a, um. pro S. R. 35 a, Nullus modus est hominis occidēdi, quo ille non aliquot occiderit.

OCCIDENS, tis. *occasus, obitus.* Tuscul li. 1. occidens sol. de Na. 49 a, Qui terras ab oriente ad occidentem colunt. de Somn. 129 b, In orientis aut obeuntis solis partibus. pro Dom. sua 85 b, Prope iam occidente sole. pro Cæl. 54 b, Nolite hunc natura ipsā occidentem uelle maturius extingui vulnere uestro, quām suo fato. Tus. 172 a, Cum suis se laudibus uita occidens cōsolari potest. Ep. 45 b, Aliquid opus occidēti reipub. tulissemus. Tus. 172 a, Vita occidens.

OCCIDIO, onis. L. OCCISIO.

OCCIDO, dis. *cado, morior, condor.* de Na. 30 b, Refrigerato autem & extincto calore occidimus ipsi, & extinguimur. Qu. F. 305 b, Sin planè occidimus (me miserum) ego omnibus meis exitio fuero. quibus ante dedecori non eram. de Di. 91 b, Eudemus prælians ad Syracusas occidit. Ac. 30 a, Hic ornatus nunquam dilapsus occidet.

OCCIDO, is. *interficio, interimo, cædo, neco, macto, iugulo, trucido, perimo, vitam eripio, de medio tollo luce communi priuo, vitam aufero, necem affero mortem affero, cædem facio, vita priuo, morte mulcto, afficio, mortem consciscο, vitam adimo, exhaurio, alicuius cædem efficio, interitum affero, vita expello, occisione occido, conficio, opprimo, vitam violo.* de Fi. 78 b, L. Virginius Virginiam filiam manu sua occidit. pro Do. 232 a, Rempub. condere meo discessu, quàm omnium interitu occidere malui. I. A. 265 a, Cum Pansa hostium copias occisione occiderit.

OCCIDOR, ris. pro Sex. Rosc. 21 a, occiditur ad balneas Palatinas rediens a cœna Roscius.

OCCISIO, onis *cædes.* pro Cęc. 293 a, Tu vim negabis esse factam si cędes & occisio facta non erit? I. C. 112 b, & ad Her. 35 a. Cum cędem infinitam ciuium fecissent. I. A. 265 a, Cum Pansa hostiū copias occisione occiderit. Ep. 244 b, Cognoui magnum equitatum eorum a cohorte prætoria occisum, *aliter, occidione.*

OCCISVS, a, um. *cæsus, occisione confectus.* in Catil. 102 b, Vigilare ad insidiandum bonis occisorum. Episto. 244 b, occisione occisus. pro Milone 103 b, Cędem, qua P. Clodius occisus est, contra rempubl. esse factam.

OCCLVDOR, ris. *claudor.* Acad. 36 b, occludi tabernas iubes.

OCCLVSVS, a, um. de Orat. 131 b, Furax seruus, cui nihil domi est nec obsignatum, nec occlusum. In Catil. 122 a, Quæstus occlusis tabernis minui solet.

OCCO, as. L. OCCATIO.

OCCVLO, lis *occulto.* de Orato. 124 b, Puncta argumentorum plerunque occulere.

OCCVLOR, ris. Att. 76 a, Appij vulnera non refrico, sed apparent, nec occuli possunt. Tus. 182 b, Mulieres in vrbibus mollissimo cultu parietum vmbris occuluntur.

OCCVLTANDVS, a, um. Postqu. 207 b, Frontis tibi integumento ad occultanda tanta vitia diutius vti non licebit.

OCCVLTANS, tis. Att. 146 b, Inuentus est vix in hortis suis occultans.

OCCVLTATIO, nis. Att. 149 b, Sed ibi occultatio nulla est. de Na. 51, & de Fin. lib. 2, occultatione proposita.

OCCVLTATOR, oris. pro Milone 111 a, Ille latronum occultator & receptor locus.

OCCVLTATIVS, pro Deiot. Et occultatius ornari & efficere cautius.

OCCVLTE, *abditè ex occulto, ex insidiis, circuitione.*)(*palàm, apertè.* contra Rul. 61 a, Quæ res aperte petebatur, ea, nunc occulte cuniculis oppugnatur. & 74 a, occultè latere, reconditum esse. de Na. 16 a, Nec consulto dicis occultè, vt Heraclitus. I. V. 145 a, Cōditū esse & abdite latere. I. C. 211 a, occulte peruenire aliquò.

☞ Syntaxis. *Occultè cuniculis oppugnare. Occultè latere. Conditum esse, & abditè latere.*

OCCVLTO, as. *tego, obtego, contego, supprimo, inuoluo, tenebris, obscuro, ab oculis remoueo, dissimulo, obscurè fero.* Officio. 25 b, Quæ natura occultauit, eadem omnes ab oculis remouent. In Ver. 92 b, Causam huius tanti erroris occultas. de Orato. 99, Quoniam sententiæ atque opinionis meæ voluistis esse participes, nihil occultabo. pro Pomp. 5 a, Mithridates ita regnat, vt se neque Cappadociæ latebris occultare velit. Offic. 21 b, Sed si quis est paulo erectior, quamuis voluptate capiatur, occultet, & dissimulet appetitum voluptatis propter verecundiam. pro Sest. 14 a, Marius se vile corpus paludibus occultatur demersum.

OCCVLTOR, ris. de Na. 36 a, Stellæ quæ tum occultantur, tum rursus aperiuntur. pro Ses. 14 a, Occultari, delitescere.)(*emergere aperiri.* L. APPARIO. pro S. Ros. 32 a, Tenuitas huius eo magis elucet, quo magis occultatur. Ac. 39 a, Intemperantis est scribere quod occultari velis. Aca. 81 a, Intus veritas occultatur.

OCCVLTVS, a, um, tior. *latens, abditus, absconditus, reconditus, a natura inuolutus, abstrusus, tectus, obscurus, tacitus, penetralis, clandestinus, furtiuus.*)(*promptus, apertus.* pro Sex. Ros. 35 b, Paulo occultior atque tectior vestra ista cupiditas esset. Epist. 178 a, Si quid erit occultius, &, vt, scribis, reconditum. Academ. 41 b, Res occultæ & ab ipsa natura inuolutæ. de Finibus 55 a, Occulta quædam & quasi inuoluta aperiri. de Finibus 139 a, Res occultas & latentes indagare. In Ver. 84 a, occultum intestinum & domesticum malum. de Natura 11 b, Res occultæ & penitus abditæ. pro Cæl 49 b, Serui, quibus occulta creduntur.

☞ Syntaxis. *Occultus ac tectus. Occultum & reconditum. Occultum & inuolutum. Occultum & latens. Occultum, intestinum, domesticum. Occultum & penitus abditum. Occulta credere alicui.*

OCCVMBO, bis. *obeo, appeto.* Tusc. 170 b, Vt esset, qui pro patria mortem non dubitaret occumbere.

OCCVPATIO, onis. *impedimentum, negotium.* Attic. 37 b. Ex eo colligere potes, quanta occupatione distinear. & decimoseptimo b, Summæ atque incredibiles occupationes meæ, de Natura 12 a, Deus nullis occupationibus est implicatus. Episto 161 a, Ipse eram maximis occupationibus impeditus. Epistol. 95 b, Propter molestissimas occupationes meas, quibus si ioc laxaro, (nam vt plane exoluam, non postulo) docebo, &c. Episto. 201 a, Nam antea distinebar maximis occupationibus. Orato. 200 a, In maximis occupa-

una aures habetiores, oculos acres & acutos habet. I.V. 19 b, Oculi eminentes. de Nat. 17 a, Oculis perversis. de Vniu. 201 b, Nullo posito sub oculis simulachro Att. 91 b, Tu, cuius os mihi ante oculos solet versari. de Amic. 103 b, Sed loquor de iis, qui ante oculos sunt, quos videmus de Leg. 161 a, Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur. pro Mil. 118 a, Aliquando ad eum punien- • dum oculos aperuisti. * Pro Cæl. 54 a, Constituit vobis ante oculos.]

¶ *In oculis esse, vel ferri, idest, charum esse amari.* Attic. 90 b, Publicanis in oculis sumus. Tusc. 188 b, Esse in oculis multitudinis. de Ar. 255 b, Ferebant in oculis hominem quidam boni viri. Q. F. 3 10 b, Balbum in oculis fero. I.A. 207 b, Oderat ante, &c. nunc fert in oculis. Epist. 267 a, Te, ut dixi, fero oculis.

☞ Syntaxis. *Oculus ventuliter, tanquam speculator, acerrimo sensu. Oculos perdere. Oculis aspicere, Oculos conjicere in aliquem, adjicere, dejicere. Palàm & ante oculos, Statuere ante oculos, ponere, proponere. In prospectu, & ante oculos positum, & in oculis. In oculis habitare, esse. In ore atque oculis Italiæ. Videre oculis mentis. Oculos pascere. Acer, acutus oculus, contuens perversus. Esse ante oculos, videri. Argutus oculus. In oculis ferri.*

Ocyus, *citius,*)(*tardius.* Attico. 352 a, Deferemur ocyus à republica, quàm à te familiari. pro Qu. 7 b, An ut ocyus ad ianum peruenias? Tusculano. 215 b, Ingeniosi in morbum incidunt tardius, & recreantur ocyus. de Somn. 11 a, Idque ocyus faciet, &c. & in Arato.

Odeum, dei. *locus id adibus musicis cantibus destinatus.* Att. lib. 4, Monimentum illud, quod tu tollere laudibus solebas, ut odeum lazaremus, & usque ad atrium libertatis explicaremus.

Odi, odisti, odit. *odio habeo, odium in aliquem habeo, sum odio magno in aliquem, inuideo, alienum animum habeo, odium alicuius res habeo.* Atti. 22 b, Tamen non dubito, quin me male oderit. Attic. 185 b, Seruire & contumelias pati, peius odi malo omnibus alijs. Epist. 96 a, Oderam multo peius hunc quam illum ipsum Clodium. I.A. 207 b, Oderat antea, &c. nunc fert in oculis. & 159 a, Oderint, dum metuāt. de Fi. 131 a, Et oderit se & simul diliget. pro Cl. 54 a, Aliquem acerbe & penitus odisse I.V. 255 a, Nec delegam partes, quas Pompeius odium ex epistola M. Antonij. de Am. 196 b, Aperte vel odisse magis ingenuum est, quàm fronte occultare sententiam. pro Mil. 108 b, Hoc ciuile odium, quo omnes improbos odimus. At. 92 a, Nec enim Appium odimus, & Brutum amamus. & ibid. b, Odit enim prouinciam & hercule nihil odiosius, nihil molestius. Att. 93 b, Granius nō contemnere & reges odisse superbos. Off. 37 a, Quem metuunt, oderunt: quem quisque odit, perijsse expetit.

☞ Syntaxis. *Male, peius odisse. Acerbè & penitus odisse.*

Odiose. *fastidiose, molestè.* de Cl. 191 a, Inepte, odiose, & putide dicere. & ad Heren. 39 b.

Odiosus, a, um *molestus, odio, dignus.* Offic. 36 a, Palæstrici motus sæpe sunt odiosiores. de Sen. 77 b, Senectus sic odiosa est plerisque, ut, &c. pro Muræn. 131 a, Orator odiosus in dicendo & loquax. pro Qu. R. 47 a, b, Alterum est grauius & odiosius. Atti. 111 b, Non dubito quin tibi odiosæ sint epistolæ quotidianæ. Or. 199 a, Insolens & odiosum verbum. At. 93 b, Odit enim prouinciam, mehercule nihil odiosius, nihil molestius. de Senectu. 82 a, Senes sunt odiosi omnibus. de Sen. 87 a, Cupidis talium rerum, odiosum & molestum est fortasse carere, & 90 b, In fragili corpore odiosa omnis offensio est. de Amic. 119 a, Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium. Atti. 93 b, Huc enim odiosa afferebantur de Curione.

Odium, dij. *inuidia, offensa, offensio.* Tus. 213 b, Odium est ita inueteratū. & ibid. Discordia ita acerbior, intimo odio & corde concepta. de Orat. 127 a, Animos iudicium ad Q. Cæpionis odium renouabam, atque reuocabam. & ibid. In Cæpionis inuidia renouanda. & ibid. b, Struere odium in aliquem. & 146 a, Tum excitatur acerbum odiū. de Io. 60 b, Concitare magnum odium in aliquem. pro Mar. 235 b, Qui & sine amore & sine cupiditate, eademq; sine odio & sine inuidia iudicabunt. I.A. 177 b, Tantum se cepisse odium regni videbatur. At. 161 a, Cum Cæsar perditæ multitudini in odium acerbissimum venerit. de Fin. 81 a, Venire in odium. pro Pomp. 16 a, Difficile est dictu quanto in odio simus apud exteras nationes. pro Cæl. 43 b, Magnum odium video cum crudelissimo dissidio extitisse. pro Cor. 12 a, Gens aliqua dissidens a populo Romano odio quodam atque dissidio. pro Cor. 67 b, Si qui sunt, quibus infinitum sit odiū, in quo semel susceptum sit. I.P. 68 b, In tāto mortalium odio, iusto præsertim & debito. pro Cl. 50 a, Pro odio quod habuit in ordinem equestrem. pro Mur. 135 b, Vt odia occulta ciuium quæ nunc tacitis discordijs continentur, in optimi cuiusque fortunas erumperent. cōtra Rul. 69 a, Odium penitus infixum. Episto. 187 b, Lepidus magno odio ciuitati est. pro Mur. 145 a, Is omnium odio fuit. Offic. 38 a, Primum improbantur hi quæstus qui in odio hominum incurrūt. Postquam 198 a, Odium in aliquem conceptum iamdiu continent. ibi. 203 a, Odium uel precibus mitigari potest, vel vtilitate deponi, vel vetustate sedari. de Ar. 244 a, In Clodium vero non est hodie meum maius odium quàm antea fuit. pro Pl. 174 b, Odiū barbarorum immane & crudele in hostem. in Vat. 30 a, Odium diuturnum, quod in bonos iam inueteratum habebatis, saturare cupiebatis. Att. 35 b, & 166 a, Hæc dominatio in odio est omnibus. I.V. 74 a, Hic magno odio est apud omnes. & 72 a, Incurrere in odium offensionemque populi. de Inu. 16 a, Habere magnum odium in aliquem. Attic. 29 a, In quo (vt audio) magnum odium Pompeij suscepistis. & 222 b, Ego dubitem, quin summo in odio sim? & 229 a, Accidit ut ne in ipsū quidem Clodium meum odium insigne fuerit. de Ami. 95 a, Cùm in capitali odio a Qu. Pompeio dissideret. de Inu. 60 b, Indignatio est oratio, per quam conficitur, vt in aliquem hominem magnum odiū • aut in rem grauis offensio concitetur. * de Inu. 42 b, Quibus ex rebus tantum odij, atque inuidiæ suscepit eloquentia ut, &c. Epi. 115 a, Setu sibi eum non esse odio.]

☞ Syntaxis. *Odio intimo concepta discordia. Renouare animum alicuius ad odium. Odium struere, excitare, concitare, capere. In odium venire. Esse in odio apud. Odio & dissidio dissidere. Odium habere in aliquem. Odio alicui esse. Hos in odium Cæsaris incurrit. Odium concipere continere, mitigare, sedare, saturare. Incurrere in odium & offensionem. Suscipere odium in aliquem. Odium insigne capitale.*

Odor, oris, *Afflata suauitas odoratione percepta.* I.V. 152 b, Odor Apronij teterrimus, quem, vt aiunt, ne bestiæ quidem ferre possunt, uni isti suauis & iucundus videbatur. Postquam 207 b, Vnguentorum odor. de Na. 54 a. Nares, eo quod omnis odor ad superiora fertur, recte sursum sunt. de Na. 51 b, Multæ etiam insectantes, odoris intolerabilis fœditate depellunt. pro Cæl. 46 a, Qui non odore illo, non tactu, non sapore capitur. pro Clu. 32 b, Canutius qui quodam odore suspicionis Scalenum corruptum esse senserat. de Sen. 89 b, Suauitates odorum, qui afflantur e floribus.

¶ *Odorum materia, vnguentum.* I.V. 318 a, Thure & odoribus incensis. Tus. 199 b, Incendere odores. I.V. 265 b, Proferebant alij purpuram, thus alij atque odores.

Odorandus, a, um pro Cluen. 35 a, Quid Albetia pecunia? vestigijsne nobis odoranda est? an ad ipsum cubile vobis ducibus venire possumus?

Odorans, tis. In P. 97 a, Scelera tua non vestigijs odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis & cubilibus persecuti sumus.

Odoratio, onis. *odoratus.* Tuscu. 213 a, Tractionum & odorationum voluptates.

Odoratus, tus *sensus, quem olfactum Plinius vocat.* Aca. 6 b, Necesse est de odoratu, & gustatu loqui. de Nat. 98 a, Pomorum iucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam & aspectus.

Odoror, aris, & Odoro, as. *olfacio, animaduerto, quæro, sentio, experior, agnosco, curo, odore quodam suspicionis aliquid sentio.* I.V. 206 b, Vt canes venatici, optime odorabantur omnia, & peruestigabant. & 135 b, Acutissime indagare odorari omnia solebat. de Ora. 125 b, Odorer quàm sagacissime possum, quid sentiant iudices, &c. cont. Rul. 79 a, Hi quos hunc Decemuiratum odorari suspicantur. Att. 60 a, Tu velim Fabium, si quem habes aditum, odorere, & istum conuiuam tuū degustes. Postq. 207 a, Hi voluptates omnes vestigant, & odorantur. At. 61 b, Soles enim tu hæc festiue odorari. Att. 94 a, Illud præterea ... ad te scribam, tu sagacius odorabere. & 223 b, Nec quid hæc ad nos, odorare tamen Antonij ... Att. 256 b, Odorari diligentius quid nam futurum sit.

☞ Syntaxis. *Odor teter, suauis, iucundus, vnguentorum. Thus & odores incendere. Odore suspicionis sentire. Afflatus e flore odor. Odorare vestigijs, vsquè ad cubilia venire, & volutationibus corporis. Odorari & vestigare. Acutissimè indagare, & odorari. Sagacissimè odorari. Odorari aliquem, & degustare. Odorari festiuè.*

Odorisitium. *aliter.* Obicualcum. de Fin. 69 b, Adsint etiam pueri ministrantes: resplendeat his vestis, argentum, odorisitium, locus ipse, ædificium.

Odyssea, sææ. *Homeri opus de nauigatione Vlyssis.* de Cla. 171 a, Nam & Odyssea Latina est.

Oeconomia, miæ. Att. 84 a, Nec οἰκονομίαν meam instituam, sed ordinem seruabo tuum. I. Dispositio.

Oeconomicus, a, um Offic. 51 b, Xenophontis liber qui Oeconomicus inscribitur. de Senectu. 89 b, Xenophontis liber de tuenda re familiari.

Oedipus, odis. *Sophoclis tragœdia.* de Finibus 124 b, Memoria Oedipodis.

Oenomaus, *Accij tragœdia.* Epist. 136.

Oenophorum, ri. *Vas vinarium.* de Finibus 59 b, Vinum diffusum e pleno sit œnophoro, vt ait Lucilius. *aliter, ... pro œnophoro legitur.*

Oetarus, *mons.* de Nat. 67. Accij.

Offa, offæ. *cibus globosus orbicularis.* de Diu. 86 a, Necesse est offa obiecta cadere frustum ex pulli ore cum pascitur. & 123 b, Si auis fame enecta in offam pultis inuadit, hoc tu auspicium putas.

Offenditur, Epist. 158 b, Si quid esset offensum in his exercitibus. de Orato. 108 a, A quibus nihil præter voluptatem quæritur, in iis offenditur, simulatque imminuitur aliquid de voluptate. de Or. 161 a, Si in his paulùm modò offensum est.

Offendo, dis. *offensionem affero, iniuriam facio.* Epist. 37 a, Hoc verò ex quo suspicio nata est, me exquisiuisse aliquid, in quo te offenderem, translatitium est. I.A. 212 a, Quod offendit animos maioris partis hominum magis. Episto. 7 b, Eos non tam constantia nostra delectat, quam splendor offendit.

¶ *Lædo.* pro Pl. 260 a, Offendere existimationem alicuius. Epist. 14 a, Quod quanquam maleuolentissimum iure possit offendere.

¶ *impingo, incurro, irruo.* de Inuec. 62 b, Minus in arrogantiam offenderent. Epist. 126 b, Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? nusquam incurrat? pro Clu. 30 b, Postremò cum quibus apud iudices offendisset, quàm cum qui his causam ijs probasset. de Orato. 136 b, Multa circumspicienda sunt, ne quid offendas, ne • quo irruas. * contra Rull. 583 & 23. Qui populares erant, offendebant

bant illi quidem apud graues, & honestos homines.]

¶*Percutio.* pro Cluent. 54 b, Is ex equo cecidit, & latus offendit vehementer.

¶*Inuado.* Epistola. 18 b, Aut ne ad eam meditere imparatum te offendam.

¶*Pecco, delinquo.* Episto. 29 b, Qui si dignum se maioribus suis præbuerit, tua laus ex aliqua parte fuerit: sin quid offenderit, sibi totum, tibi nihil offenderit. Q.F. 311 b, Nam Pompeius apud illam perditissimam atque infimam fecem populi propter Milonem sub offendit. pro Clu. 39 a, In eodem genere, in quo ipsi offendissent, alios reprehendissent, se ad præmia legis venire oportere. de Orato. 95 b, Nihil tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, quàm id quo aliquid offenderis.

¶*Inuenio.* Epist. 7 a, & 14 a, Non offendes eundem bonorum sensum Lentule, quem reliquisti.

¶*Retardo.* I. V. 134 b, Offendite eum mensem comitialem, comitijs iam abhinc XXX. diebus habitis.

OFFENDOR, is. Epist. 10 b, Multis rebus meus offendebatur animus. de Inu. 51 b, An offendi in his consuerint.

OFFENSA, æ. Att. 135, Magna in offensa sum apud Pompeium. Episto. 125 a, Denique illud cogita, quod offensa fuerit in ista cunctatione te prius sobitse, &c. Cælij.

OFFENSIO, onis. *incommodum, detrimentum, damnum, molestia, calamitas.* pro Clu. 19 b, Huic nihil potest offensionis accedere sine acerbissimo incommodo. Offic. 73 b, Turpitudo in deformitate corporis habet aliquid offensionis. in Aut. 219 b, Te rogo, vt accipias sine offensione quod dixero. Tus. 215 b, Corporum offensiones sine culpa accidere possunt, animorum non item de Diu. 126 a, Quæ si suscipiamos, pedis offensio nobis & sternutamenta erunt obseruanda. Epist. 86 b, Præstabo nihil ex eo te offensionis habiturum. de Inu. 60 b, Cócitare grauem offensionem in aliquam rem. Epist. 60 a, Graues solent offensiones esse ex grauibus morbis, si qua culpa commissa sit. pro Pomp. 7 b, Hic in ipso illo malo grauissimaque belli offensione L. Lucullus tamen coactus abijt. & 9 b, Non offensionibus belli, sed victorijs Accipere offensionem in ædilitate. L. Offensiuncula. At. 4 a, Tantum intelligebam ei esse offensionis, quantum literæ tuæ declarabant. * I. V. 66 a, Habet enim nihil, quod in offensione deperdat.]

¶*Odium simultas, inimicitia.* Postquam 208 b, Qui publici mei beneficij memoria priuatam offensionem obliterarunt. Attic. 212 a, Mihi credas velim, mihi maior offensioni esse quam delectationi possessiunculas meas. de Inu. 60 b, Indignatio est oratio, per quam conficitur, vt in aliquem hominem magnum odium, aut in rem grauis offensio concitetur. Att. 14 a, Deponere offensionem, &c. At. 262 a, Offensio nostra, quæ magis à ζυλοτυπία mea, quam ab iniuria tua nata est. Tusc. 213 b, Eaque quæ sunt eis morbis contraria, quæ habent ad res certas vitiosam offensionem atque fastidium. de Inuen. 49 a, Excipere offensionem ex aliquo facto. Episto. 49 a, Effugere offensionem alicuius.

¶*Peccatum.* Ep. 7 a, Offensionem esse periculosam video.

¶*Dissidium.* Offic. 25 a, Videtur, vt labores & molestias tum offensionum, tum repulsarum, quasi quandam ignominiam timere, & infamiam. de Am. 112 a, Repente in medio cursu amicitias, exorta aliqua offensione, dirumpimus.

¶*Vituperatio.* Ora. 208 a, Principia acuta sententijs, vel ad offensionem aduersarij, vel ad commendationem sui.

¶*Suspicio, inuidia.* de Orato. 118 a, In quo est illa magna offensio vel negligentiæ susceptis rebus, vel perfidiæ receptis. de Na. 18 a, Epicurus ne in offensionem Atheniensium caderet, verbis reliquit deos, re sustulit. I. V. 72 b, Incurrere in odium offensionemque populi. de Or. 228 a, Tum excitatur, si non tam acerbum odium, attamen aut inuidiæ, aut odij non dissimilis offensio. pro Mur. 134 a, Sapiens prætor offensionem vitat æqualitate decernendi, beneuolentiam adiungit lenitate audiendi. de Prou. 75 a, An reditus in patriam habet aliquam offensionem.

OFFENSIVNCVLA, æ. pro Pl. 269 b, Vidi M. Pisonem offensiuncula accepta in illa ædilitate summos honores à populo Ro. adeptum. Epistola. 202 b, Si qua offensiuncula facta est animi tui peruersitate aliquorum.

OFFENSVS, us. *offensio.* de Inu. 59 a, Offensum est, quod eorum qui audiunt, voluntatem lædit.

OFFENSVS, a, um. *infensus.* pro Cl. 51 b, Etiam si is inuidiosus, aut multis offensus sit. Att. 25 a, Animus alienatos & offensus. Episto. 154 a, Si hominem mihi offensum non subleuassem. Tuscula. 148 b, Exilium propter alienam & offensam populi voluntatem malum est. Attico. 3 b, Si cuius animus in te est offensior. I. A. 158 b, Omnes illi sunt offensi.

¶*Læsus.* Att. 3 b, Animum eius esse offensiorem arbitrabar. Atti. 241 b, Hircius scribit se vehementer esse offensum à veteranis. Episto. 64 a, Attico. 92 b, Cumulate publicanis satisfactum, offensus contumelia nemo. Postquam 208, Qui cum mea sententia voluntas eorum esset offensa, publici mei beneficij memoria priuatam offensionem obliterauerunt. ad Bru. 90 b, Aut si quid offensum sit, per te rempub. esse recuperandam.

☞ Syntaxis. *Hoc animos hominum offendit. Caue ne quid in hac re offendatur. Offendi re in vitium. Caue ne quid offendas, ne quo irruas. Offendit cadens brachium. Imparatum offendere aliquem, offendes eum veneris. omnia: idest, inuenies. In offensa esse apud aliquem: idest, non conuenire inter.*

OFFERENDI. contra Rul. 68 b, Feci finem offerendi mei.

OFFERENS, tis. pro S. R. 37 b, Vir fortis se acriter mortui offerens. pro Plan. 264 a, Vltimo mehercule se mihi etiam offerentes, vltro pollicentes rogaui.

OFFERO, fers. *polliceor, profiteor, defero.* Att. 21 b, At ni poposcisses, ego me tibi non offerebam. pro Cæl. 41 b, Vltrò se offerre alicui, & proijcere se. pro Syl. 181 a, Caput meum obtuli pro patriæ periculis. pro Sest. 3 a, Offerre se in discrimen pro statu ciuitatis. I. P. 83 b, Sed his vnum me pro omnium salute obtuli. Q.F. 302 b, Nostræ causæ non videntur homines defuturi, mirandum in modum profitentur, offerunt se pollicentur. Epist 93 a, Nihil est, cur aduenientibus te offerre gestias. pro Mil. 119 a, Ne obtulisse nos gratulationem uideamur. pro Senatu Romano 33 a, Os suum non modo offendere, sed etiam offerre. pro Sest. 17 b, Offerre uitam suam in discrimen, & offerre se temeritatibus. Tuscula. 159 a, Offerre se ad mortem pro patria. pro Sest. 13 b, Qua manu vitam sibi exhausit, eadem hostibus mortem obtulit. pro Sext. Ros. 36 a, Qui obtulerunt hanc prædam Chrysogono Att. 137 a, Cur mihi te offers? pro Syl. 177 b, Sed tamen obtulit se ad ferramenta prospicienda. Attic. 43 b, Ne me perditum illi afflictumque offerrem. At. 36 b, Quod sors obtulerit, id acturas videtur. pro Cluen. 54 a, Offerre alicui, quod ipse sibi optare debere. At. 179 b, Is nobis vltrò pollicitus est, & dedit XX H-S. ex sua pecunia, & quod multo carius est, seipsum obtulit & constituit. * I. V. 58 a, Tamen his inuitissimis te offeres.]

¶*Obuiam fio.* de Orato. 260 b, Isti pedes occurrent orationi; ipsi, inquam, se offerent & respondebunt non vocati. Attico. 67 a, Offerre se in via alicui.

¶*Expono.* Offic. 17 a, Offerre se periculis sine causa. I. C. 117 a, Qui se pro salute vestra obtulerint inuidiæ periculisque omnibus. pro Mil. 120 a, Ego, qui pro te toties mortui me obtuli.

¶*Resisto, obsisto.* Att. 282 b, Romam vt veni, statim me obtulit Antonij sceleri.

¶*Refero, video.* de Diu. 97 b, Obijciuntur sæpe formæ, quæ reipsa nullæ sunt, speciem autem offerunt.

¶*Præbeo.* de Diu. 138 a, Quæ igitur natura obtulit illam spem Simonidi?

OFFERENS, tis. de Legibus 162 a, Dummodo tabella optimo cuique ostendatur, vltroque offeratur. * Epistola. 151 a, Oblata religio Cornuto est.]

☞ Syntaxis. *Vltro se offerre alicui, seque proijcere. Offerre se discrimini, in discrimen. Ille profitetur, se offert. Offerre se alicui in via. Offerre se iniurijs. Hoc speciem offert felicitatis.*

OFFICINA, næ. *locus solis atque operis & quæstus quotidiani.* in Ver. a 12 a, Verres instituit officinam Syracusis. Offic. 3 b, Opifices omnes in sordida arte versantur, nec verò quicquam ingenuum potest habere Officina. I. P. 98 a, Officina armorum. in Ant. 211 b, Armorum officinas in vrbe videtis. Para. 116 b, Tale tamen est, vt ex eadem Officina exisse videatur. I. A. 167 a, Cuius domus quæstuosissima est falsorum chirographorum Officina pro S. R. 41 a, Domus Officina nequitiæ, diuersorum flagitiorum omnium. de Leg. 163 a, Philosophi, qui quasi Officinas instruxerunt sapientiæ. Orat. 200 b, Domus Isocratis Officina habita eloquentiæ est. de Clar. 167 b, Domus Isocratis quasi ludus quidam atque Officina dicendi. de Ora. 113 b, Officina rhetoris clarissima.

☞ Syntaxis. *Ludus & officina dicendi, sapientia, falsorum chirographorum.*

OFFICIENS, tis. de Nat. 35 b, Vmbra terræ soli officiens noctem efficit. in Arat.

Sta autem officiens signis non obstruet altus.

OFFICIO, cis. *noceo, obsum, obstruo, obscuro.* de Inuen. 56 b, Quæ videbuntur officere huic partitioni, propulsabimus. Tus. 246 b, Offecerat videlicet apricanti. pro S. R. 37 a, Cur meis commodis offic o simulato officio? pro Sex. Ros. 129 b. Nec meutis quasi luminibus officit altitudo fortunæ. pro S. R. 19 b, Cui pecuniæ uita S. R. obstare atque officere videtur. & 37 a, Officere atque obstare commodis alicuius Offic. 65 a, Demoliri ædes, quarum altitudo officeret auspicijs. de Cla. 170 b, Horum sententiis conc sis officit Theopompus elatione atque altitudine orationis suæ. * de Inuen 59 b, Aduersum est, quod ipsi causæ aliqua ex parte officit?

OFFICERETUR de Or. 99 b, Cuicunque particulæ cœli officeretur, quamuis esset procul, mutata lumina putabant.

☞ Syntaxis. *Vmbra terra soli officit. Officit menti luminibus fortuna altitudo. Alicui obstare & officere aliquid.*

OFFICIOSE, sius. *amanter.* Epi. 139 a, Qui me quidem per officiose & peramanter obseruant. Att. au b. Officiose parere alicui & 88 b, Sed illa officiosius, quòd, &c. de Amic. 109 b, Aliquid officiose, aut amice, aut cum labore aliquo suo factum posse dicere.

OFFICIOSVS, a, um: sior, ssimus. *plenus officij, in quo most liberalis gratificandi voluntas.*)(*i. inofficiosus.* I. V. 88 b, Lamsaceni summe in omnes ciues Rom. officiosi. pro S. R. 18 b, At tanto officiosior quam cæteri ne &c. Epi. 125 b, pro Pla. 268 b, Quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas, criminoso. pro Mil. 103 b, Propter officiosos labores meos nonulla apud bonos gratia. pro Q. R. 47 b, Vir purus, pudens, humanus, officiosus, liberalis. Epist. 178 a, Homo officiosissimus. Att. 219 b, Nec diligentiorem, nec officiosiorem facile dilegissem Vastorio. Qu. F. 101 b, Denocius est in me officiosissimus. I. P. 91 a, Ociosissima natio candidatorum.

☞ Syntaxis. *Perofficiose & permanenter. Officiosa amicitia.*

OFFICIVM, cij. *partes, munus, munus officij, opus.* Offic. 2 a, In officio colendo sita uitæ est honestas omnis, & in negligendo turpitudo. pro Mur.

Mur. 139 b, Stoici mihi videntur fines officiorum paulo longius quã natura uellet, protulisse. Or. 203 b, Oportere, perfectionem declarat officij, quo & semper utendum est, & omnibus. Attic. 261 a, b, Non dubito, quin *καθῆκον* officium sit, sed inscriptio plenior de officijs. Att. 263 a, Mihi non est dubium, quin quod Græci *καθῆκον* nos officium. præclare conuenit: aut da melius. dicimus Cos. officium, senatus officium. de Inu. 43 b, Officium est id, quod facere debet orator, finis eius causa facere debet. de Fini. 112 a, Est autem medium officium, quod ita factum est, vt eius facti probabilis ratio reddi possit. & 109 b, *de officio perfecto & medio.* & offi 2 b, pro Q. 4 b, Nullum est officium tam sanctum atque solenne, quod non auaritia comminuere & uiolare soleat. Offi. 20 a, Nullum officium referenda gratia magis necessarium est. Offic. 25 a, b, Peregrini officium est, nihil præter negocium suum agere de Ora. 96 b, Oratoris officium est, dicere ad persuadendum accommodate. & ibid. Oratoris proprium officium atque munus. de Fin. 114 a, Officium, munus, opus. de Or. 140 b, Singularum virtutum certa quædam sunt officia ac munera. de Diu. 9 a, b, Sine oculis nõ potest extare officium & munus oculorum. & 130 b, & Episto. 153 a, Bruti erit officium, occurrere. de Inu. 70 b, Pietas officium erga parentes conseruare monet. Offi. 7 a, Contra officium est, maius damnum anteponi minori. & ibid. Non fit contra officium non facere, &c. pro Dom. 216 b, In hoc officio, quod fuit præcipuum meum. pro Q. 11 a, Qui primus erat officij gradus, à procuratore seruatus est. Epist. 73 a, Prætermittere officium erga aliquem. Offi. 6 b, Prætermittendæ defensionis deserendique officij plures solent esse causæ. de Fin. 55 b, Deserere officium. Epist. 61 a, Deseri ab officijs amicorum. Offi. 7 b, Ab officio discedere. & ibid. Sunt autem quędã officia aduersus inimicos seruanda. Epist. 73 a, & de Fin. 109 b, Omnia officia amicitiæ diligenter sancteque seruaui. pro Cluen. 45 a, & offi. 73 a, Retinere officium. de Inu. 82 b, Tribuere officium & cultum alicui. Episto. 55 b, Vt intelligas homini amicissimo te tribuisse officium. & 51 a, Officia, quæ illi tempori tribui potuerunt. Offic. 12 b, In officijs tribuendis videndum est, &c. de Inuen. 82 b, I. V. 273 b, Persoluere officium receptum alicui. Postquam. 203 b, In officio persoluendo dissimilis ratio pecuniæ debitæ est. Epist. 56 a, b, Quæ officia mea fuerũt, omnia ei præstiti. & 194 a, Filius tuus, cui nos & charitate & amore officium tuum præstaturos non debes dubitare. Ep. 64 a, Cumulate reddere officium iamdiu alicui debitum. At. 141 b, Præstare officia urbana alicui. Att. 46 a, Exequi sua officia & studia, in Vet. 62 a, Satisfacere officio suo. Episto. 37 a, Fungi officio suo, & declarare officium suum. & 71 b, Fungi officio amici. Offi. 42 a, Fungi officio iustitiæ. Epi. 40 b, Suscipere officia & partes pro dignitate alicuius I. V. 148 a, Declinare ab religione officij in aliquare. At. 377 b, Nihil ab illo factum est, quominus mea in te officia constarent. Epis. 45 a, Nullum officij onus cuiquam reliquum fecisti. Epi. 62 b, Omnia officia a me in te profecta sunt. & ibi. Desiderare officia ab aliquo. & 63 b, Desiderare officia alicuius in aliquem. Epist. 6 a, Expectare officia ab aliquo. & 84 b, Polliceri & deferre officium suum alicui. pro S. R. 30 a, Quos natura ipsa retinere in officio non potuit. ad Heren. Cum canes funguntur officijs luporum. At. 80 b, Nicanor in officio est, & a me liberaliter tractatus. Epi. 255, Esse officio. & 62 b, Esse singulari officio in aliquem. pro Fla. 157 a, In aliquem multa & magna officia conferre. Promereri officium. L. Promereor. Att. 2 b, & ad Her. 26 b, In officio manere. Epist. 39 a, Tueri officium. Epist. 96 b, Deesse officio suo. Epist. 32 b, Mea in te omnia summa necessitudinis officia constabunt. pro Plan. 263 b, Vel quia huius ipsius in illum ordinem summa officia quæsturæ tribunatusque constabant. Epi. 13 a, Non tam mihi molestum fuit accusari abs te officium meum, quàm iucundum requiri. Epi. 53 b, Officijs mutuo respondere. pro Mor. 141 b, Is voluit ad hoc officium necessitudinis esse gratiosos. pro Fon. 279 a, Alicui munere atq; officio præesse. Epi. 193 a, In Syriam ad meum officium reuerti. de Prou. 73 a, Vt commune officium censuræ communianimo defenderent. Qo. Fr. 195 a, Quæ res ad officium imperij tui pertinebũt, de his rebus nihil attingant. Att. 113 b, Tua erga me officia plena tui suauissimi studij. Anteq. 195 a, Qui neque tantorum officiorum impensam egissis in patriam. de Ami. 97 a, Vsurpare aliquod officium abduci ab officio, intermittere officium. Episto. 225 a, Magna in me non dico officia, sed merita. & 200 b, Officia vel merita potius. Epis. 2 a, Ego omni officio ac potius pietate erga te cæteris satisfacio omnib. &c. & ibid. Cum summa testificatione tuorum in se officiorum. Epist. 78 b, Sed quoddam nobis officium iustum & pium debitum reipu. nostræque dignitati uidebatur. Att. 194 a, Leuatio quædam est, si minus doloris, at officij & debiti. pro Qu. 10 a, In uita alicuius rationẽ in omni officij desiderare. pro S. R. 18 b, Ita fit, vt adsunt, propterea quod officiũ sequuntur. pro S. Ros. 19 a, Verum tu saluo officio facere potes. At. 5 b, Magnopere confido illum fore in officio. Atti. 90 b, Ac maxime partes istius officij sunt pueri Ciceronis. & 209 b, Torquato nostra officia grata esse facile patior, eaque augere non desinam. Att. 277 a, Hoc ad meum officium priuatarum rerũ pertinet. Q. F. 307 a, Spero Cyrum in officio fore. Off. 31 b, Officijs scientiæ præponenda sunt officia iustitiæ. de Sen. 83 b, Massanissa senex omnia regis officia & munera exequitur, & 82 b, Instruere aliquem ad omne officij munus. de Sen. 92 a, Recte in senectute viuitur, quo ad munus officij exequi & tueri possis. de Amic. 109 b, Officia meminisse debetis, in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. pro Mil. 121 a, Tibi nullum a me amoris, nullum studij, nullum pietatis officium defuit.

☞ Syntaxis. *Officium solenne, & sanctum. Officium ac munus. Officium prætermittere, deserere. Ab officijs amicorum deseri. Ab officio discedere. Officium retinere, seruare, tribuere, persoluere. Quod officium meum est, id præsto. Ego præstabo tuum officium erga filium. Officium debitum reddere. Exequi officium. Fungi officio suo. Officia & partes suscipere pro dignitate, &c. Ab officio declinare. Is, in quem officia extant, uiti debet, vt, &c. In aliquem ab aliquo profecta beneficia. In officio retinere. Officio singulari esse in aliquem. Conferre officia in. Officium promereri, tueri. In officio manere. Officio suo deesse. Constantia necessitudinis officia in aliquem. Officijs mutuo respondere. Magna eius in me non officia, sed merita. Officia studij plena. Officium ac debitum. Amoris, studij, pietatis officium.*

OFFIRMO, as. de Fi. 92 a, Cæteras philosophorum disciplinas non modo nihil adiuuare arbitror, neque offirmare, quo meliores simus, sed ipsam deprauare naturam: *aliter, affirmare.*

OFFVNDO, dis. *obijcio, offero.* de Na. 3 a, Philosophia, quæ lucem eriperet, & quasi noctem quandam rebus offundere. Tusc. 208 a, Si quid tenebrarum offudit exilium. in Sal. 273 b, Tu tuis maioribus usq; quam turpiter egisti, magnas offudisti tenebras.

OFFVNDOR, ris. *circumfio.* Acad. 20 b, Ergo ut illis aqua, sic nobis aer crassus offunditur. de Fin. 69 b, Obscuratur & offunditur luce solis lumen lucernæ.

OFFVSVS, a, um pro Do. 241 a, Quod in naufragio Reip. tenebris offusis demerso populo, &c. Tuscula. 129 a, Hic error & hæc indoctorum animis offusa caligo est. de Vat. 203 b, Cum ignis oculorum, cum eo igne qui est ob os offusus, se confudit & contulit. pro S. R. 33 a, Tanquam si offusa Reip. sempiterna nox esset.

☞ Syntaxis. *Offundere alicui tenebras. Nobis aer offunditur. Offunditur & obscuratur luce solis lumen lucernæ. Ob os offusus ignis, i. offusum naturæ lumen. Noctem Reipu. offundere.*

OICONOMIA, L. ACCOMMODATIO.

OLBIA, æ. *oppidum Sardiniæ.* Q. F. 121 b, Literas Olbia datas.

OLBIENSIS, se. Q. F. 309 a, A te post illam Olbiensem epistolam nullas literas accepi.

OLEA, leæ. pro Cæ. 289 a, Eius fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt. de Di. 111 b, & 103 a, Agricola cum florem oleę uidet, baccam quoque se uidere putat. de Leg. 156 a, Athenæ sempiternam in arce oleam tenere potuerunt. Ep. 136 b, Antea delectabar oleis lucanicis etiam.

OLEARIVS, a, um. Top. 222 a, Cella olearia. & de Sen. 89 a.

OLEASTER, stri. in Verr. 159 b, Hominem suspendi iussit in oleastro quodam.

OLENS, tis. de Oratore 132 a, At in male olentem, uideo me à te circumueniri.

OLEO, es. *redoleo, indico, translatione.* de Orat. 152 a, Vnguentum magis laudatur, quod terram, quam quod crocum olet. Att. 21 a, Vetulæ res idcirco bene olere, quia nihil olebant, uidebantur. de Nat. 15 b, Epicurus o. nihil olet ex Academia, nihil ex Lyceo, nihil ne e puerilibus quidem disciplinis. de Ora. 146 b, In qua nihil sonare aut olere peregrinum possit. pro Q. R. 48 a, Supercilia illa penitus abrasa olere malitiam, & clamitare calliditatem uidentur. Orato. 211 a, Quid illod non olet, vnde sit, quod dicitur. &c. 220 b, Male olere omne cęnum.)

(. *ireno plens.* Acad. 6 b.

☞ Syntaxis. *Nihil ex Academia olere. In oratione hac multa sonant & olent peregrinum. Olere malitiam. Cænum male olet.*

OLEVM, lei. I. V. 230 a, Aristæus inuentor olei de Senec. 84 a, Namque hæc quoque nisi tanquam lumini oleum instilles, extinguuntur senectute. Att. 217 a, Ante lucem cum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo & opera exaraui nescio quid ad te. & 32 b, Ne & opera & oleum philologiæ nostræ perierit. Epist. 95 b, Is fatetur se & operam & oleum perdidisse.

☞ Syntaxis. *De eodem oleo & opera lucubrari, exarare aliquid. Perijt oleum & opera. Oleum & operam perdere.*

OLFACIO, is. *odoror.* Tuscu. 249 b, Vt ea quæ gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus. de Diu. 110 a, Olfacere aliquid. in Rul. 63 a, Nullus nummus tam abstrusus est, quem non architecti huiusce legis olfecerint.

OLIM, *quondam, quodam tempore.* Atti. 90 b, Ante lucem inambulabam domi, ut olim cãdidatus. & 172 a, Vtinam coram tecum olim potius quam per epistolas. Att. 65 a, Locus ille animi nostri, stomachus ubi habitabat olim, concalluit. Epist. 255 a, Quando ad amorem meum aliquantum olim discedens addidisti. & 78 b, Nec uos arbitror uictoriæ premijs ductos patriam olim reliquisse, &c. de Ora. 125 a, Sic. n. olim loquebantur. Att. 154 b, Qui mihi dixit olim, &c.

☞ Syntaxis. *Olim stomachus concalluit.*

OLITOR, oris. Ep. 263 b, Excita Phędrum, ut hortum ipse conducat sic olitorem commouebis. & lib. 15, Cum olitore, ut uidetur.

OLIVA, uę *olea.* de N. 68 b, Aristæus, qui oliuę inuentor dicitur. de Na. li. 2, Si ex oliua modulate canentes tibię nascerentur.

OLIVETVM, ti. *locus oliuis consitus.* de Nat. 77 b, Vineta, oliueta. contra Rul. 79 a, Iugera CC. in quibus oliuetum fieri potest. de Natu. quid de utilibus oliuetisque dicam? de Sen. 89 a, Quid de uinearum oliuetorumve specie dicam?

OLIVITAS, atis. de rep. li. 1. teste Nonio: Non modò integra eximi, sed etiam maior quam in arbore unquam perpẽderit, de oliuitate oleas esus optimè condi scribit Cato.

OLVSCVLA, culorum. *minuta olera.* Attico. 87 a, Olusculis nos soles pascere.

OLLA, lę. Epi. 138 a, Implere ollam denariorum.

OLLI, æ, a. *pro illi, illæ, illa. de L. sæpe legitur.* de Cla. 169 b, Is dictus ollis popularibus olim, qui, &c. Ex Ennio.

OLYM-

OLYMPENI. *populi.* contra Rul. 61 & 76.

OLYMPIA, pia. *urbs Peloponnensis, apud quam Olympia fiebant.* Tusc. 172 b, & de Or. 154 b, Cum Olympiam venisset, in maxima illa quinquennali celebritate ludorum. de Sen. 83 b, Olympiæ per stadium ingressus esse dicitur Milo, cum humeris bouem sustineret viuum.

OLYMPIA, orum. *ludi Olympiaci, maxima illa quinquennalis ludorum celebritas.* de Cla. 187 a, Pugiles exercitati pugnos & plagas Olympiorũ cupidi ferre possunt. de Orato. 243 b, Ab Olympijs coronam petere. Att. 246 b, Ad Olympia. de Diu. 138 a, Cursor ad Olympia proficiscẽ cogitans, visus est in somnis curru quadrigarum vehi.

OLYMPIACVS, ca, cum. ad Her. 24 b, Quasi si quis ad Olympiacum venerit cursum: *aliter, ad Olympia, cum venerit.*

OLYMPIAS, dis. *Alexandri mater.* de Nat. li. 2. de Diu. li. 2.

OLYMPIONICES, ca. Tusc. 172 b, Rhodius Diagoras Olympionices nobilis. pro Fla. 152 b, Acinas pugil Olympionices, quod est apud Græcos prope maius & gloriosius, quàm Romæ triumphasse. de Inu. 80 a, Olympionicarum præmium rapito.

OLYMPVS, *lapitan.* Tus. 183, I. V. 228. in Or.

OLYNTHVS, *urbs.* I. V. 87 a.

OMEN, is. *dictum aut factum casu exceptum, quo rei cuiuspiam euentus portendi posse videatur.* de Diuin. 101 a, Neque solum deorum voces Pythagorei obseruauerunt, sed etiam hominum, quæ uocant omnia, quæ maiores nostri quia ualere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur. pro Sest. 19 a, Exierunt malis omnibus atque execrationib. duo Vulturij. pro Clu. 20, Nullis auspicijs, funestis omnibus omnium. I. C. 104 a, Hisce omnibus Catilina cum summa Reip. salute & cum tua peste & pernicie proficiscere, &c. contra Rul. 84 b, Neque tu Rulle omnia illa M. Bruti, atque auspicia à simili furore deterrent. Epist. 44 b, Neque tristius dicere quicquam debeo ea de re, quam tu ipse optimis omnibus prosequeris. I. P. 86 a, Epist. 44 b, Omnibus bonis vel tristibus aliquem exeuntem prosequi de D. 101 b, Tum ille, Accipio omen, inquit, mea filia. & ibid. Cæcilia exiuit in quoddam sacellum, ominis capienda causa. de Diu. 125 b, & pro Mur. 133 b, Prærogatiuum omen comitiorum. de Di. 102 b.

Sit aquila clarum firmauit Iupiter omen.

I. A, 23 a b, Atque hoc quidem detestabile omen auertat Iupiter. & 193 a, Quibus Antonius (ò dij immortales auertite & detestamini, quæso, hoc omen) urbem se diuisurum esse promisit. Att. 276 b, Sin aliter fuerit (quod dij omen auertant) Reip. uicem dolebo. & 180 a, Quod Iupiter omen auertat. & pro Mur. 145 a, de Ar. 253 b, Si ciuitas hæc cadet (quod dij omen obruant.) I. A. 222 b, Atque ita locutus est, vt eius oratio omen fati videretur. & 243 a, Proficiscantur legati optimis omnibus. L. Caueat.

☞ Syntaxis. *Omen capere, accipere. Aliquem prosequi ominibus. Quod Deus omen auertat, detestetur, obruat. Omen mortis est tua oratio.*

OMINOR, aris. *auguror:* de Clar. 196 a, Melius quæso ominare, inquit Brutus. Offi. 48 b, Sin qua necessitas huius muneris alicui Reipublicæ obuenerit malo enim alteri quàm nostræ Reipublicæ ominari.

OMISSVS, a, um. pro Syl. 176 a, Noli id putare omnino à me esse omissum, si quid est tibi remissum atque concessum.

OMITTO, tis. *mitto, prætermitto, relinquo, dimitto, missum facio, prætereo, non exequor.* Qu. F. 310 a, Primam nauigationem, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. de Som. 127 a, Ades, inquit, animo, timorem omittere. pro Cœl. 49 a, Quod facimus in alienum hominem illa tum fenerè acciperet, id omisisset curare in hospite? At. 263 b, Omitte Atticum Ciceroni tuo. de Cl. 189 b, Itaq; omittamus lugere. pro Q. 12 b, Vt alia omittam, hoc satis est, Alphenus, &c. I. P. 60 b, Omittamus de reditu Gabinij, &c. pro Ro. P. 128 a, At de meo mittamus, &c. Attico. 119 a, Omitto illa vetera, quòd illum in temp. ille alluit, &c. ille Galliæ, &c. ille &c. Offi. 60 a, Omisit hic pietatem & humanitatem, ut id quod, &c.

OMITTOR, is. de Fi. 56 b, Vt voluptates omittantur maiorum voluptatum adipiscendarum causa.

OMNINO, *utique, usquequaque, plane, prorsus, funditus.* de Orat. 113 b, Theopompus & Ephorus causas omnino nunquam attigerunt. Epi. 63 a, Omnino res tota in mensem Ianuarium reiecta erat. Epist. 7 a, Vt ne quis omnino regem reduceret. de Orat. 114 a, Poetas omnino non conor attingere. Offic. 13 a, Omnino fortis animus duabus rebus cernitur. de Am. 11 a, Omnino amicitiæ confirmatis iam ingenijs iudicandæ sunt. de Or. 108 b, Vir omnino omnis eruditionis expers. de Nat. 20 a, Ista siue beatitas, siue beatitudo, vtrumque omnino durum. Att. 93 b, Ei ad ipsum hæc perscripsi diligentissime omnino. Att. 145 a, Quod si iste Italiam relinquet, faciet omnino male, & sunt ego existimo, ἀλόγως. Ep. 260, Cui cum cuperem mederi, cupiditates certorum hominum impedimento mihi fuerunt omnino. Epist. 260 b, Nunquam improbi ciues habuerunt paratiorem ducem omnino. pro Mar. 135 b, Quid enim est omnino ipsum diu? Tuscula. 148 a, Cùm defensionum laboribus, aut omnino, aut magna ex parte essem aliquando liberatus. pro Cor. 64 a, Quæ labore huius aut omnino aut certe facilius consequuntur. Tuscula. 149 a, Vt non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur. Att. 50 b, Vix aut omnino non posse fieri. de In. 44 b, & 45 b, Et tamen quantum & cuiusmodi & omnino quale sit, quæritur. de Inu. 8a b, Vis & iniuria, & omnino omne quod obfuturum est. & 58 a, Hoc genus, & cætera necessaria, & omnino omnis argumentatio. * Epist. 83 b, Ciuile bellum nullum omnino fuisset. Epist. 225 b, L. Liuineius est omnino L. Reguli familiarissimi mei libertus.]

☞ Syntaxis. *Omnino nunquam. Aut omnino, aut magna ex parte liberatus. Vix, aut omnino potest fieri. Vis, & iniuria, & omnino omnis, &c.*

OMNIPOTENS, tis. *rerum omnium præpotens.* Tus. 225 b, Teque omnipotens Neptune inuoco. Poetæ.

OMNIS, ne. *totus, cunctus, uniuersus, quicunque, quiuis, qui omnium unus.* de Diu. 129 b, Quod omne est, id non cernitur ex alio extrinsecus. de Fin. Omne cœlum totamque cum uniuerso mari terram mente complecti. Epist. 86 a, Si tibi persuaseris, non hoc esse tui muneris, si quid rogatus fueris vt facias, sed totum tuum esse, omne onus perficies. I. P. 81 b, Totum palatium erat ciuitate omni, cuncta Italia refertum. de Orat. 117 a, Tota mente atque omni animo intueri aliquem. Tuscu. 87 a, In profundenda uoce omne corpus intenditur. de Nat. 45 a, Sanguis per uenas in omne corpus diffunditur. pro Cl. 28 a, Mater sanguinem profundere omnem cupit. pro S. R. 30 b, Non omnem frugem in omni agro reperire possis. Q. F. 295 a, Omnes qui cunque Romæ ludos faciunt. de Orat. 109 a, Omnia quæcunque in hominum disceptationem cadere possunt, bene sunt oratori dicẽda. de Orato. 85 b, Qui non aliqua in re una separatim elaborarunt, sed omnia quæcunque, &c. comprehenderunt. de Orat. 112 a, Non omnia quæcunque loquimur, ad artem sunt reuocanda. pro Syl. 170 a, Eo tempore omni Romæ fui. de Cl. 195 a, Omni huic sermoni propositum est, &c. de Ora. 97 b, Subeundus est vsus omnium. Offi. 26 a, Et ab omni, quod turpe est, fugiamus. pro Rab. 94 b, Omnes omniũ ordinum homines. I. P. 100 a, Omnes mortales omnium generum, &c. & 90 b, Omnes omnium generum, ætatum, ordinum, uiri ac mulieres omnis fortunæ ac loci. I. A. 257 b, Omnes te dij, homines summi, medij, infimi ciues, peregrini, uiri, mulieres, liberi, serui oderunt. pro Arch. 188 b, Nam cæteræ res neque temporum sunt, neque ætatum omnium, neque locorum. de Diu. 127 b, Omnes omnium interitus, quicunque gignantur terra, eosdem esse. item: Neque uerius est à singulis quam ab omnibus repetere officij præmium. contra Rull. 78 a, Decemuiros portitores omnibus omnium pecuniis constitui. Q. F. 320 a, Omnia minima, maxima, ad te mitti sciebam. Att. 102 a, Sic omnia facere omneis debet, ne armis decernatur. de Orato. 115 a, Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est, &cæ. de Fin. 66 b, Omnes qui ubique sunt, qui Latinè sciunt. Tusc. 228 a, Nihil est enim omnium quæ in philosophia tractantur, quod grauius dicatur. & 241 a, Qui est enim omnium, qui, &c. Epist. 196 a, & 352 b, Πάντα περὶ πάντων. Ora. 202 a, Plato longe omnium quicunque scripserunt princeps. de Orato. 154 b, Gorgias princeps ex omnibus ausus est, &c. Att. 245 b, Ex omnibus tuis studijs in me hoc scito mihi gratissimum esse, &c. de Clar. 190 b, Ex omnibus oratoris laudibus longe ista est maxima, inflammare, &c. de Oraco. 93 a, Cum te vnum ex omnibus maximè natum aptumq; cognossem. & 94 a, Hic est unus homo ex omnibus, quo præsente, &c. de Orat. 108 a, Aculeo quem Crassus dilexit ex omnibus plurimum. pro S. R. 19 a, Non electus unus, qui maximo ingenio, sed relictus ex omnibus, qui minimo periculo possem dicere. de Cl. 186 a, M. Piso maxime ex omnibus Græcis doctrinis eruditus. de Ora. 156 a, Sin quærimus quid unũ excellat ex omnibus, docto oratori palma danda est. & 154 b, Soli ex omnibus aurea statua statuta est: *idest Giorgia.* L. C. 114 b, Ille erat vnus timendus ex omnibus. de Ora. 152 a, Gustatus est sensus ex omnibus maxime uoluptarius. pro Mur. 132 a, Cuius ex omnibus pugnis illa mihi uidetur acerrima. de Orato. 148 b, Stoici soli ex omnibus philosophis dixerunt, &c. & 110 a, Ex omnibus uerbis Latinis huius uerbi uim uel maximam semper notaui. Attic. 253 a, Nec me ulla res magis angit ex omnibus. Epist. 71 b, Etsi unus ex omnibus minime sum accommodatus, &c. & 120 b, Si unus ex omnibus exoptandus esset. Tuscu. 228 a, De re, quam tu ex omnibus maxime probas. pro Mar. 134 b, Quis omnium? &c. Nemo omnium, &cæ. I. A. 175 a, Ex omnium omnibus flagitiis nullum turpius uidi, quàm quod, &c. de Am. 112 a, De amicitia omnes ad unum idem sentiunt. Atti. 108 b, Hic omnia facere omneis, ne armis decernatur, & ibid. *Omneis sophias vsurpamus.* de Fi. 86 a, Omnibus mensibus uicesimo die lunę facere aliquid.

☞ Syntaxis. *Tota mente, atque omni animo. Non omnia quæcunque dicis. Omne quæcunque. Ab omni quod turpe est. Omnia minima, maxima. Omnia faciant omnes, ne, idest, omnes hoc agant, ne. Omnia cætera neglige. Quis est omnium, qui, &c. Omnes quicunque scribunt. Ille princeps ex omnibus audet. idest, omnium primus. Quid unum ex omnibus excellit? Nemo omnium.*

OMNIVAGVS, a, um. de Nat. 93 b, Diana omniuaga dicitur, non à uenãdo, sed quòd in septem numeratur tanquam uagantibus.

ΟΜΟΛΟΓΙΑ. L. Conuenientia.

ONAGER, gri. *asinus ferus, & agrestis.* Attic. 89 a, Erat prætera Cynocephalis in essedo, nec deerant onagri.

ONERARIVS, a, um. de Diu. 95 b, Et noctu flagrantes onerarias uidebatis. At. 166 a, Occultè in aliquem onerariam corrependum. I. V. Act. 3, Oneraria nauis.

ONERO, as. de N. 61 b, Animaduerti te, cum in foro diceres, quàm plurimis posses argumentis onerare iudicem. Sal. in Ci. 271 b, Etiam ne aures nostras onerabis tuo odio? Ep. 41 b, Te autem quibus mendacijs homines leuissimi onerarunt.

ONVS, ris. *pondus, partes, munus:* de Sen. 77 b, Onus Ætna grauius mihi uideor sustinere. Epi. 67 a, Sciebam quantis oneribus premerere susceptarum rerum. & 206 a, Municipium maximis oneribus pressum & 33 b, Oneris tibi imponere non audeo quicquam. I. V. 136 a, Imponere nimium oneris plebi. in Sal. 272 a, Magnum mihi dicendi onus imponitur. Atti. 207 a, & Q. F. 306 a, Ne magnum onus obseruantiæ

Bruto

Bruto nostro imponerem, ibid. Ne quod onus simultatis nobis imponeret ex superiorum temporum diuicijs. pro S.R. 20 a, Hoc onus si vos aliqua ex parte alleuabitis, feram vt potero, &c. ibi. Opprimi me onere officij malo, quam id quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abijcere, aut propter infirmitaté animi deponere. & ibid. Fide sapientiaq; vestra fretus plus oneris sustuli, quam ferre me posse intelligo. in Verr. 148 b, Ego plus oneris habeo, quàm alij, &c. & amplius oneris suscepi quàm cæteri. &c. & 149 b, Plus etiam, quàm pars virilis postulet, oneris ac muneris suscipere. & 55 b, Adductus sum officio, vt onus hoc laboris suscipiendum putarem. de Or. 94 b, Magnum est quoddam onus atque munus suscipere ac profiteri, se, &c. pro Syl. 179 b, Deposito onere domestici officij, nihil postea de reip. commodis cogitauit. I.V. 55 b, Vt onus hoc laboris atque officij non ex meo, sed ex meorum necessariorum tempore mihi suscipiendum putarem. pro S.R. 37 a, Suscipere onus officij quod non possis sustinere. I.V. 218 b, Cur ego tuas partes suscipio? cur tuum onus sustineo? Epist. 45 a, Hoc nihil ad te, nostrum est onus. de Ora. 86 b, Neque ego nostris oratoribus tantum oneris imponam. & 140 a, Sed vereor, ne Pompeio quid oneris imponam. At. 214 b, Tibi hoc oneris non impono, nolo te illum iratum habere. pro Pomp. 13 b, Insula Delos, quò omnes vndique cum mercibus atque oneribus commeant.

☞ Syntaxis. *Onus sustinere. Onere primi. Imponere onus, recipere alleuare. Onus habere, suscipere, profiteri, deponere.*

ONVSTVS, a, um. Attico. 63 a, Asellus onustus auro. I. V. 244 b, Nauis onusta præda Siciliensi. de Diuin. 93 a, Nunc onusti cibo & vino perturbata & confusa cernimus. Offic. 52 a, Naues onustæ frumento.

OPACO, as. *obscuro.* de Natu. 35 b, Solita mouetur, vt terras modò his, modo istis partibus opacet. & 45 a, Cum terras nox opacasset. de Orato. 87 a, Platanus ad opacandum aliquem locum patulis diffusa ramis.

OPACVS, a, um. *ater, obscurus, frigidus, umbrosus.*)(*apricus.* de Orato. 144 b, Locus opacus & frigidus in sylua. Part. 233 a, Locus opacus. in Arat. Opaca nubes. de Leg. 159 a, In viridi & opaca ripa inambulare.

OPAS, *Nilo natus ab Aegyptijs appellatur Vulcanus.* de Nat. lib. 3.

OPERA, ræ. *administratio, munus, actio opus manus.* Offic. 30 b, Mercenariorum operæ, non artes emuntur. I.V. 213 a, Ipse dabat purpuram, amici operas. Offi. 35 b, Eas nos nullo modo sine hominũ manu atque opera possemus. & ibid. Sine hominum operæ. I.V. 118 a, Duabus in rebus legatorum una opera consumitur, laudando & repetendo. I.V. 143 b, Canuleius in portu Syracusis operas dabat & 144 a, & Att. 176 b, Terentius magnas operas in portu & scriptura Asiæ pro magistro dedit. Epi. 227 a, Qui operas in scriptura pro magistro dat. ibi. 207 b, C. Puppius, qui est in operis eius societatis. I.V. 107 a, Quantum paucæ operæ & mercedes fabrorum tulerunt. Ora. 95 a, Apollonius, quos iudicabat non posse oratores euadere, operam apud sese perdere non patiebatur. de Cl. 193 b, Ego autem iuris ciuilis studio multum operæ dabam Q. Scæuolæ P.F. Att. 246 b, Vt ergo in huiusmodi re tribuas nobis paulũ operæ. de Or. 95 b, In artificio & opera quàm tenui & leui adhibere multam diligentiam. de Cla. 150 a, Gellius multum operam & vtilem amicis præbuit. pro Cl. 51 a, Omnis mihi cura atque opera posita est in omniũ periculis defendendis. Off. 28 b, Maiorem curam & operam suscipere quàm causa postulet. Epist. 262 a, Tu mulis nostris para, ut operas reddas. de Di. 147 b, Nunc propter intermissionem forensis operæ lucubrationes detraxi. Offi. 44 a, Qui opera, id est virtute & industria benefici sunt. Epi. 107 a, Dixitque iudicem sibi operam dare constituisse. Attic. 220 b, Iudex operam dare mihi constituit, eo die, &cæt. Attu. 32 b, Ne & opera & oleum philologiæ nostræ pereat. Parad. 122 a, & Epi. 95 a, Is fatetur se & operam & oleum perdidisse. *prouerbium.* Att. 203 a, Cum Sestij auctione operam dederis, nos certiores. & 213 b, Faberio operam ponamus. de Cla. 193 b, Miloni Rhodio Romæ operam dedimus. I.V. 214 a, Candelabrum e gemmis clarissimis opere mirabili perfectum. & 216 b, Simulachrum singulari opera artificioque perfectum. de Ora. 119 b, Quoniã vos tantum operæ mihi ad audiẽdum datis. & 122 b, Plus te operæ Grecis dedisse rebus uideo, quam putatam. Attico. 262 b, Da operam, vt valeas. Attico. 69 b, Dionysius mihi operam dat egregiam. Att. 23 a, & de Orato. 151 a, & de Cl. 177 a, & pro Cęc. 288 a, Dare operam alicui. Epist. 111 b, Dare operam memoriæ alicuius. Tusc. 149 b, In quam exercitationem ita nos studiose operam dedimus, vt, &cæt. Epist. 140 b, Dare operam liberis. I. V. 175 a, Summa data est opera a me, vt quàm plurimo decumas uenderem. de Ora. 108 b, Dare operam ualudini. Dare operam funeri. L. Funus. Q.F. 325 a, Bene ponere operam. Att. 191 b, Ponere multum operæ in aliqua re. & de Cla. 274 a, & Off. 4 b, de Finibus 49 a, Ponere multam operam in aliqua re. de Diu. 209 b, Tribuenda est opera reipu. uel potius in ea cogitatio, curaque ponenda. de Orato. 105 b, Consumere operam in aliqua re. item, In ea arte tu plus operæ laborisque consumpseras. pro S.R. 26 b, Qui in agris colendis tantum operæ temporisque consumpserunt. Tus. 170 b, Consumere multam operam frustra. de Inuen. 63 a, & I.V. 72 b, Consumere operam in maximis philosophiæ partibus. pro Font. 276 b, Consumere multum laboris & operæ in aliqua causa. Item, Prædijs colendis operæ plurimum studijque consumere. At. 277 a, Tibi oẽs nauare operam & studium uolunt. Off. 4 b, Magnum studium multamque operam in res obscuras atque difficiles conferre. pro Cor. 58 a, Officij potius quam dicendi studio hanc operam & munus suscepi. I.V. 225 b, Tibi hæc opera sumenda est. ad Her. 10 b, Vtrum data sit opera ut sciretur. de Ora. 92 b, Nam primum quasi dedita opera dicebat, &c. Att. 231 b, Dedita opera facere aliquid. Epist. 112 b, Data opera parauit qui sic, &c. Offi. 9 a, Id age, ut uir bonus esse uidearis, idest, da operã, vt, &c. pro Sest. 3 b, Contende, ut, &c. idest, da operam, ut, &c. item. Seruire uoci, dare operam uoci, indulgere nouis amicitijs, & spernere ueteres. Par. 124 b, Qui operis dandis, publicis sumendis rem honeste quærunt. de Leg. 169 a, Et sermoni reliquo demus operam sedentes. & 175 a, Dare operam rebus diuinis. Attico. 217 a, De eodem oleo & opera exaraui nescio quid ad te. Attic. 56 a, Qui erant mecum, facile operas aditu prohibuerunt. & 230 b, Omni ope atque opera enitar, ut de Buthrotijs, &c. & 263 a, Omnibus rebus magna cura, multa opera & labore confectis. Quin. Fra. 324 b, De uersibus, quos tibi a me scribi uis, deest mihi quidem opera, quæ non modò tempus, sed etiam animum uacuum ob omni cura desiderat. Of. 9 a, Vti seruis ut mercenarijs ad operam exigendam. & 47 b, Sed quis est tandem, qui inopis & optimi uiri causæ, non anteponat in opera danda gratiam fortunati & potentis?

¶ *Mercenarius, homo ad operas conductus, operarius.* pro Planc. 268 b, Plancius in operas plurimos misit. pro Sest. 11 a, Erat mihi contentio cum operis conductis. & 6 b, Is uenditabat se operis, à quibus, &c. I. A. 157 a, Operę mercenarię, multitudo conducta. & 155 a, Publicis operis disturbare domum aliquam. I.V. 245 a, Nauem tibi operis publicis esse ædificatam. Qu. Fra. 308 b, Operas suas Clodius confirmat, manus ad Quirinalia paratur. Att. 9 b, Operæ Clodianæ pontes occupauerunt.

¶ *Labor.* Ep. 215 a, Non parcam operæ.

☞ Syntaxis. *Opera mercenariorum Legatorum opera. In opera tenui adhibere diligentiam. Operam perdere. Curam & operam suscipere. Operam reddere. Operam alicui dare. Operam dare egregiam alicui. Da operam, vt, ne. Memoriæ, sapientiæ, literis, liberis, funeri dare operam. Operæ multum in aliqua re, & multam operam ponere. Operam sumere. Data, dedita opera. Operam consumere in. Operam conferre in res obscuras. Magna cura, multa opera, & labore.*

OPERÆPRECIVM, *necesse est, non alienum, utile, dignum.* contra Rull. 80 b, Quo in genere est operæprecium diligentiam maiorum recordari. I.V. 135 a, Iam uero Censores, quemadmodum creati sint, operæ precium est cognoscere. & 105 a, Operęprecium est, ipsam legem cognoscere. pro S.R. 28 a, & de Fi. 121 a, Operæprecium erat, si animaduertistis indices, negligentiam eius in accusando considerare. pro Sex. Rosc. 36 a, Si nihil in ista pugna. Roscij, quod operæprecium esset fecerant, quam ob causam a Chrysogono tantis pręmiis donabatur?

OPERARIVS, rii. *baiulus.* I.V. 217 b, Barbari quidam operarij mercede accepta signum illud sustulerunt. Tuscu. 248 b, & ad Her. 21 a, & Ep. 111 a, Quos singulos sicut operarios barbarosque contemnas. I.V. 229 b, Operarius appositus ad deferenda onera. pro S. R. 85 b, & Attic. 101 a, Operarius homo. de Clar. 188 b, Operarij autem & baiuli deesse non possunt. Parad. 120 a, Operarij & baiuli, &c. de Orat. 91 b, Non oratores, sed operarij lingua celeri & exercita. & 108 a, Operarium quendam nobis Antoni oratorem facis.

☞ Syntaxis. *Operary, & homines operarij.*

OPERATIO, nis. *opera.* Att. 93 b, Huius nebulonis operatione si Brutus moueri potest, licet cum solus ames. *aliter oratione, & rectius.*

OPERCVLVM, li. *quo aliquid tegitur, & operitur.* de Nat. 52 b, Aspera arteria tegitur quasi quodam operculo. * opere idest ualde. Attico. 61 a, Ne mihi sermo desit abs te, quo opere delector, aliter magnopere.]

OPERIMENTVM, menti. *integumentum. operculum.* L. OBDVCO.

OPERIO, ris. *tego, inuoluo.* Tus. 186 a, Operite, abscedite.

OPERIOR, ris. I.V. 228 a, Fons, qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum à mare disiunctus esset.

OPEROSE, *laboriose, uintaque cum cura & opera.* Orato. 220 b, Vt fiat quasi structura quædam, nec tamen fiat operose: nam esset infinitus labor.

OPEROSVS, a, um. *laboriosus, actuosus.* de Fi. 63 b, Viuendi artem tantam, tamque operosam relinqueret? Qu. Fr. 315 a, Scribebam illa πολιτικά, ipsum sane opus & operosum. de Sene. 81 a, Senectus non modò languida atque iners non est, uerum etiam est operosa & semper agens aliquid. de Nat. 37 b, Moliri aliquid cum labore operoso, & molesto. & 44 b, Nec quæ sunt minus operosa. de Cl. 196 b, Operosa concursatio. Q.F. 326 a, Res operosa est. Of. 36 a, Quæ in usu & tractatione belluarum fiunt utiliter ad hominum uitam, artibus ea tribuuntur operosis. de Legi. 179 a, In delubris communib. textile, nec operosius quàm mulieris opus menstruum. de Leg. 183 a, Ne quis se pulchrum facere, operosius quàm quod decem homines effecerint triduo.

☞ Syntaxis. *Opus spissum & operosum. Senectus operosa, & aliquid semper agens. Operosum & molestum.*

OPERTVS, a, um. *coopertus, tectus, inuolutus.* I. A. 180 b, Is lectica operta latus est per urbem. de Diu. 124 b, Is lectica operta facere iter solebat. de Senectu. 83 b, Nullo imbre addnci potest, ut capite operto sit. Part. 121 b, Clodius opertum Bonæ deæ accessit. & ibid. Et tu quidem in operto fuisti. I.V. 226 a, Contumeliæ, quibus operti oppressique sumus.

¶ *Oraculum.* de Diu. 104 a, Quo ex genere Apollinis operta prolata sunt. & 231 a, Nec Apollinis opertis credendum existimo.

☞ Syntaxis. *Esse in operto. Apollinis operta prolata sunt. Opertu Apollinis.*

OPES,

OPES, pum. *potentia, diuitiæ, facultates, copiæ.* Att. 124 b, Moderatori Reip. beata ciuium uita proposita est, ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, uirtute honesta sit. pro Qu. 1 a, P. Qu. cui tenues opes sunt, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sint. At. 152 a, Cæsar iam opes meas, non, ut ante, opem expectat. At. 187 a, Cæsar qui maximas opes habebat, paucorum uirtute sublatus fuit. Off. 14 b, & 41 a, Bargulus latro magnas opes habuit, & multo maiores Viriatus. & 59 a. Hinc opum nimiarum potentiæ non ferendæ. I. A. 159 a, Opes uiolentas, & minimè ferendam potentiam concupiscere. de Prou. 77 b, Cum me firmissimis opibus contra scelus inimicorum munire possem. I. A. 165 a, Pompeius omnes opes suas & Respu. ad Cæsarem detulit. contra Rul. 75 b, Hæc lex tota ad Pompeij opes euertendas tanquam machina comparatur. pro Pomp. 12 b, Accepta in Ponto calamitate, ex eo prælio hostium opes animique creuerunt. contra Rul. 72 b, Potestatem hanc tantis confirmant opibus & copiis, ut inuitis eripi nullo modo possit, ornat apparitoribus, scribis, &c contra Rull. 81 a, Totam Italiam suis opibus obsident de Am. 101 a, Diuitiæ opportunæ sunt ut utare, opes ut colare, honores ut laudere. Antequã 193 a, Et singulorum opes sæpe sunt tenues & infirmæ ad gratiam referendam. & ibid. Vniuersorum auxilium eo plurimum prodest, quo firmioribus opibus est nixum. Epist. 15 b, Neque pugnandum contra tantas opes. Tus. 195, & 191 a, Omnibus uiribus atque opibus repugnare alicui. de Fin. 56 b, Opes uel fortunæ, uel ingenij. & 143 b, Diuitiæ, honores, opes. de Cl. 391 a, Si honores quam opes cõsequi maluisset. Off. 33 a, Prostratam remp. tuis opibus extulisti. Epist. 83 a, Coniunctione frangi Senatus opes, disiunctione ciuile bellum excitari uidebam. de Sen. 78 b, Tibi propter opes & copias tolerabilis senectus uidetur. pro Clu. 50 a, Vir magnis opibus præditus. pro Dom. 253 a, Nemo fuit, qui non me pro suis opibus in illa tempestate defenderit. de Diu. 109 a, Iuuentus ita prolapsa est, ut omnium opibus referenda sit. pro Q. 8 b, Alterius opes, id quod miserrimus, non expectare. Offic. 2 b, Id conducit ad facultates rerum atque copias, ad opes, ad potentiam. & 17 b, Qui neque opes aut potentiam consectabitur, totamque remp. sic tuebitur, ut omnibus consulat. Offi. 43 b, & de Am. 106 b, Si quando ei subueniatur, qui potentis alicuius opibus circumueniri uideatur. pro R.P. 122 a, Qui suæ fortunæ fundatas & optime constitutas opes potestati regiæ commiserit.

☞ Syntaxis. *Tenues opes, firma, infirma. Opes euertere. Opes & copia. Pro suis opibus defendere aliquem. Facultates rerum, & copiæ, opes, & potentia. Fundatæ & bene constitutæ opes.*

ΟΦΕΛΗΜΑΤΑ. L. DEXTRIMENTVM, & EMOLVMENTVM.

OPHIVCVS, chi. *anguitenens Latinè.* L. ANGVITENENS.

OPIFEX, cis. *artifex.* de Nat. 195 b, Opifex ædificatorque mundi Deus. & 56 b, & de Fin. 88 b, Omnia nos consecutos esse adhibitis opificũ manibus. item, opifices & tabernarios atque illam omnem fæcem ciuitatum, quid est negocij concitare? Tus. 155, Opifices post mortem nobilitari uolunt. Tusc. 235 a, Zeno uerborum opifex. Or. 197 a, Sed ne opifices quidem sertibus suis remunerunt. Acade. 36 a, Nec artifices quidem tueri sua artificia possent, nisi uocabulis uterentur nobis incognitis, usitatis sibi I.C. 122 a, Omne opificium instrumentum omnis opera ac quæstus frequentia sustinetur, alitur ocio.

☞ Syntaxis. *Opifex ædificatorque mundi Deus. Opificum manus. Opifices & tabernarij. Verborum opifex.*

OPIFICINA. *officina.* de Offi. lib. 1, Nec enim quicquam ingenuum habere potest opificina. *aliter officina.*

OPISIVS. Orat. 212 a, I. V. Act. 3.

OPIMVS, a, um. *pinguis, amplus, magnificus.*) (*gracilis, tenuis, strigosus, subridus.* Tus. 247 b, Opimus bos. & 180 a, Tum iecore opimo farta & satiata affatim. de Di. 105 a, In extis bouis opimi cor non fuit. de Cl. 179 a, Qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates consectẽtur. Off. 199 a, Opimum quoddam, & tanquam adipale dictionis genus. pro S.R. 19 b, Opima & præclara præda. I.V. 95 b, Contentus tã opimis spolijs non fuisti. I.V. 103 a, Opimus præda. pro Dom. 217 b, Syria opima & fertilis. pro Fl. Decianus ad Lælium detulit hanc opimam accusationem. pro Pom. 6 b, Asia opima est & fertilis.

☞ Syntaxis. *Oratio opima, & adipalis. Præda opima, spolia. Opimus præda. Terra opima & fertilis. Accusatio opima.*

OPINABILIS, le. *quod in opinione positum est.* de Diu. 85 b, Artes, quæ cõiectura continentur, & sunt opinabiles. & ib. Omnisque opinabilis diuinatio, coniectura enim nititur. de Vn. 195 b, & Acad. 44 b, & Tuscu. 506 b, Quod totum opinabile est.

OPINANDVM. Tus. 202 b, Nihil euenisse quod non opinandum fuisset.

OPINATIO, onis. *opinio.* de Vniu. 195 b, Sensus mouentia quæ sunt, eadem in opinatione consistunt. Acad. 20 a, Opinatione & perceptione sublata. Tuscu. 214 b, Hæc autem opinatio est, iudicare se scire quod nesciat.

OPINATO. *præposita, nec præter opinionem, præter spem, improuiso.* I A. 175 a, Nec opinato cum ostendisset, &c.

OPINATOR, oris. *qui probabilia tantum sequitur, nihil affirmans.* Acade. 17 a, Ego uero ipse magnus quidam sum opinator, non enim sum sapiens.

OPINATVRVS, a, um. Ac. 15 b, Carneades delabebatur interdum, ut diceret, opinaturum, idest, peccaturum esse sapientem.

OPINATVS, a, um. Offic. 40 a, Separatim autem in singulis admirantur si perspiciunt nec opinata quædam bona. Tus. 211 b, Partes perturbationum ex duobus opinatis bonis nasci, & ex duobus opinatis malis.

☞ Syntaxis. *Ars opinabilis, diuinatio. In opinatione consistere. Opinatio est, iudicare se scire quod nesciat. Opinator, non sapiens. Ex opinato bono nascitur amor & desiderium.*

OPINIO, onis. *sententia, sensus, existimatio, coniectura.* Tusc. lib 4, Opinionem autem (quam in omnes definitiones superiores inclusimus) uolunt esse imbecillem assensionem. I. V. 225 a, Vetus est hęc opinio quæ constat ea antiquissimis Græcorum literis atque monumentis. de Natu. 58 b, Vetus hęc opinio oppleuit Græciam, exectum esse Cęlum à filio Saturno. de Di. 80 a, Vetus opinio est iam usque ab heroicis ducta temporibus, &c. de Ora. 108 b, Magna nobis pueris opinio fuit L. Crassum, &c. Att. 140 b, In his locis opinio est, coniectura magis quam nuncio aut literis, Cæsarem Formijs citò fore. de Nat. 26 b. Opinionum commenta delet dies & 88 a, Nos publicam propè opinionem secuti sunt sumus pro Dom. 215 a, Res erat non in opinione dubia, sed in pręsentia, atq; ante oculos proposito periculo. pro Cl. 18 b, Euellam ea animis hominum tantam opinionem? tam penitus insitam? tam uetustam? & ibid. Tum si quam opinionem mentibus uestris comprehendistis, si eam ratio conuellet, ne repugnetis, eamq; animis libentibus remittatis. de Nat. 13 b, Deos esse, persuaderi mihi non opinione solum, sed etiam ad ueritatem plane uelim. de Nat. 61 b, Opinio de dijs immortalibus, & omnium est, & quotidie crescit. de Cl. 174 b, Philosophorum de se ipsorum opinio firma in hoc uno & stabilis inuenta est. Orat. 205 b, Inserere nouas opiniones, & euellere insitas. pro Ceci. 287 b, Et in eam opinionem Cæsenniam adducebat, ut putaret, &c. Episto 2 b, In eam opinionem rem adduxerunt, ut Pompeius cupere uideatur. de Diui. 123 a, Romolus quĩ auspicato urbem condidit, habuit opinionem, esse in prouidendis rebus augurandi scientiam. & ibidem. Retinetur autem ad opinionem uulgi, reipu. mos, religio, & cæt. Academ. 46 b, Opinio quæ esset imbecilla, & cum falso incognitoque communis. Offic. 40 b, 41 a, Omnibus opinio iustitiæ necessaria est: quam qui non habent iniusti habentur de Amic. 102 a, Ille uicissim opinione fortasse nonnulla, quã de meis moribus habebat, me dilexit. I. V. 160 a, Esto, falsam de illis habuit opinionem, malam de nobis. Attico. 180 a, Valde de aduentu Cæsaris opinio est. & 100 b, Opinio, quam is uir habet integritatis meæ. I. V. 74 a, Hic de uobis malam opinionem animo imbibit. pro Cluen. 32 a, Perinde ut opinio est de cuiusque moribus, & 47 b, Ante eram in illa opinione populari. de Inuent. 52 a, Probabile est, quod in opinione positum est. Epistola 8 a, Magna est hominum opinio de te Attico. 65 a, Vt opinionem habeas rerum. Oct. 33 a, Opinio de te multum me fefellit. Epistola 6 a, Non fallam opinionem tuam. contra Rull. 87 b, Paruam exigui temporis usuram bonæ de me opinionis postulo. pro Clu. 47 b. Si quam huc grauiorem de illo opinionem attulistis, hanc quæso deponite. Antequam 196 a, Vt maneat opinio & existimatio, quæ uirtute parta non quæ in felicitate illata est. Epistola 120 a, In eam opinionem Cassius uenerat: *idest, ita de eo opinari cœperunt.* Epistola 12 b, Accipere falsam opinionem de aliquo. de Orato. 92 b, Cum hæc audirentur ab iis, quibus non scientia esset tradenda, sed exigui temporis falsa, aut certè obscura opinio. & 94 a, Res ab opinionis arbitrio seiunctæ, scientiaque comprehensæ. de Orator. 95 a, Aut æterna in eo, aut certe diuturna ualet opinio tarditatis. Offic. 42 b, Hi opinionem afferunt populo, eorum fore se similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. de Ora. 125 a, Opinionem illorum studiorum & suspicionem artificij apud iudices oratori aduersariam esse. de Att. 256 a, Qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepta. de Cla. 186 a, Cn. autem Lentulus multo maiorem opinionem dicendi actione faciebat, quàm quanta in eo facultas erat. Part. 241 a, Penetrare ad sensum opinionemq; iudicis. de Cla. 181 b, Qui uulgi opinionem diserti sunt habiti, idem intelligentium quoque iudicio probantur de Nat. 74 a, Contra communem opinionem ratione pugnare. de Ora. 92 b, Ex communi quadam hominum opinione dicere & 122 a, Nihil enim affirmare possum, nisi sententiam & opinionem meam. de Na. 4 b, Opiniones philosophorum, & sententię philosophorum. in Verr. 145 b, Sane ei pręter opinionem improuiso incidi. Epist. 67 a, Tamen uicit opinionem meam. pro Mur. 139 b, Quantum ego opinione auguror. & ibidem a, Non re ductus, sed opinione. Epist. 260 a, Et ipse opinione celerius uenturus dicitur. Epist. 139 b, Quam ob rem opinione celerius confido eum pœnas daturum. de Cl. 165 a, Opinione omnium maiorem animo cepi dolorem. de Ora 98 a, Formam totius negocij opinione maiorem melioremque uideo. Epi. 163 b, Id opinione tua mihi gratius est de Ora. 118 a, Sed etiam illa maior opinione mea. *idest, sententia mea.* pro Sest. 7 a, Aliquis falsa opinione, errore hominum commendatus. de Orat. 128 a, Excellens opinione fortuna de Fini. 81 b, & Tusc. 224 a, & pro Font. 282 a, Vt opinio mea fert. pro Dom, 219 b, Plura dixi, quam ut opinio tulerit, aut uoluntas mea. Epist. 131 b, Vt opinio mea est. Atti. 76 b, Itaque opiniones omnium superaui. de Ora. 99 a, Quoniam sententiæ & opinionis meæ uoluistis esse participes, nihil occultabo. Att. 127 a, In eadem opinione fui, qua reliquĩ omnes. de Ora 144 a, Si quis ductus opinione uulgi, putet, &c. Atti. 206 b, De Cæsaris aduentu eam opinionem Dolabella habet, quam tu coniecturam faciebas ex literis Messalæ. pro Pomp. 8 b, Erat etiã alia grauis atque uehemens opinio quæ, &c. *I. V. 66 a, Q. Cæcilius, de quo nulla unquam opinio fuit.]

☞ Syntaxis. *Opinio est apud nos. Opinio implet urbem. Opinionum commentum. Inserere, & euellere opiniones. In opinionem adducere. Opinionem habere. Valde opinio est de bello, & belli. Opinionem imbibere. In opinione esse. Afferre, deponere opinionem. Opinio & existimatio. Venire in opinionem negligentiæ. Accipere de aliquo opinionem. Facere opinionem, idest, adipisci autoritatem. Dicere ex opinione. In opinionem gratiæ irrepere. Præter opinionem, improuiso. Opinione celerius*

venturus

verum. Opinionem superare.

Opiniosissimus. *magnus opinator.* Aca. 26 a, Antipater & Archidamus vel duo principes Dialecticorum opiniosissimi homines.

Opinor, aris. *opinio mea est opinio mea fere, opinionem habeo, puto, in aliqua opinione sum* pro Dom. 234 b, Multa maita falso homines opinant. de Diu. 111 b, Gubernatores nihil sine certa ratione opinant. I. P. 89 a, De vobis Senatus opinatur non secus ac deterrimis hostibus. Epist. 103 a, Quod opinatus sum me in prouinciam exiturum. pro Mur. 139 a, Sapiẽtem sæpe aliquid opinari, quod nesciat. de Cl. 176 a, T. Albitius pene Græcus (loquor, vt opinor) sed licet ex orationibus iudicare. de Fin. 71 a, A primo, vt opinor, animantium ortu, &c. Att. 26 b, Primus, vt opinor, introitus. Ep. 206 b, Capius (opinor) olim, non omnibus dormio, sic ego, &c

Opipare. *laute, apparatè splendide.* Attico. 222 a, Cæsar & edit & bibit ἀδεῶς & iucunde, opipare sane & apparate. & 72 a, Com opipare epulati essemus hilarem in modum. Attic. 110 b, Alexion me opipare muneratus est.

Opis. L. Ops. & Vpis.

Opis. opi, opem, ope. *auxilium.* Att. 152 a, Cæsar iam opes meas, non vt antea opem expectat. Antequam 196 b, In meis calamitatibus aliquam ferte opem diuinam. de Fi. 89 b, Ferre opem & salutem indigentibus. Epi. 62 a, Si mihi tua clementia opem tuleris. Tusc. 229 a, Ad te confugimus, à te opem petimus. I. V. 110 b, Opem auxiliūque alicui ferre. pro Rab. 91 a, Ferre opem patriæ. Porrigere atque tendere opem alicui. L. Porr. 160. pro Fon. 180 b, Confugere ad opem alicuius. de Natu. 74 b, & 75 a, Ope consilioque tuo furtum factum est. Att. 130 b, Omni ope & opera enitar. vt, &c Episto. 45 b, Aliquid opis occidenti reip. tulissemus. & 187 b, Ferre aliquid opis reipub. In V. 270 a, Constitue nihil esse opis in hac voce. I. P. 82 a, Ego ab hoc eiecto cadauere quicquam mihi aut opis, aut ornamenti expectabam? pro Qu. 5 a, In altera spes esset ad tale tamen virum iudicem veniendi, vnde eo plus opis auferret, quàm quo minus attulisset gratiæ. Att. 233 b, Petere opem ab aliquo. & 260 a, Hæc nec institui, nec effici possunt sine tua ope. Offi. 10 b, Vt quisq; maxime opis indigeat, ita et potissimũ opitulari. de Sen. 77 b, Quibus nihil opis est in ipsis ad bene viuẽdum, iis grauis est omnis ætas. pro Mil. 107 a, Homines omnem semper vim quacunque ope possunt, a vita sua propulsant.

☞ Syntaxis. *Vrbs erat, in quo oppido. Oppidum Antiochia, & Antiochia.*

Opitulor, aris. *opem fero, subuenio.* Epi. 201 b, Nihil sanè possum tibi opitulari. & 45 b, Opitulari reip. & 57 a, Opitulari sontibus. pro S. R. 23 a, Mulier hospiti oppresso iam desperatoque ab omnibus opitulata est. Off. 10 b, Vt quisque maxime opis indigeat, ita potissimum opitulari. de Ino. 63 a, Qui permultum ad dicendum opitulati sunt. Off. 31 b, Subuenire & opitulari patriæ.

Oportet, bat. *conuenit, attinet, decet, necesse est.* Ora. 76 b, Ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio. de Di. 127 a, Docet enim ratio mathematicorum, quam illis notam esse oportebat, quãta humilitate, &c. Ora. 205 b, Oportere, perfectionem declarat officij, quo semper vtendum est, & omnibus. pro Cor. 56 a, Si aliquid nõ contra ac liceret factum, diceretur, sed contra atque oporteret. pro Cor. 5, Oporteret. est consentaneum esse officio, licere legibus, & iuri, decere temporibus & personis. pro Plan. 360 a, Si à populo præteritus est, quem non oportuit. pro Pom. 17 b, Pericula facile et hominem præstare oportet, innocentia tecti pellemus. Offic. 1 a, Quamquam te abundare oportet præceptis philosophiæ, &c. pro Mil. 104 b, Quid in iudicando spectare oporteret. Att. 212 a, Hoc fieri & oportet, & opus est. Att. 58 a, Si loquor de rep. quod oportet, insanus, si quod opus est, seruus existimor. I. C. 99 a, Quos ferro trucidari oportebat. de Orat. 144 a, Cum sibi de iis, quæ dici ab oratore oporteret, sumeret. I. V. 187 a, Pecunia, quam oportuit ciuitatibus pro frumento dari. Acad. 3 b, Totam eum rem Lucullo integram seruari oportuit. Ora. 218 b, Sed id crebrius fieri non oportet. de Orat. 124 b, Proponi oportet, quid afferat, & id quare ita sit, ostendere. I. V. 98 a, Verum hoc, quod iam pridem factum oportuit. de Inu. 55 b, Oportet putare, &c. & conuenit arbitrari, &c. pro Ceci. 291 a, Non oportet, &c. nihil est, quod, &c. quid ego, &c. Att. 90 a, Ne quid fiat secus, quam volumus quamque oportet. I. A. 18 b, Beneuolẽtia ciuium septum esse oportet, non armis. * Epi. 31 b, Parendum, id est parere oportet.]

Opperior, iris. *expecto.* Attico. 156 a, Ego in arcano opperior, dum ista cognosco. Epistlo. 92 b, Nihil puto tibi esse vtilius, quàm ibidem opperiri. Attico. 69 b, Scribas ad me velim, si quid erit quod opperiare. Attico. 77 b, Sed quid plura? coram opperior reliqua. At. 43 b, Ibidem opperiar.

Oppetendus, da, um. I. A. 245 b, Mors necessitatem habeat naturæ, aut si ante oppetenda est, oppetatur, cum gloria.

Oppetitus, a, um. Ep. 53 a, & Tusc. 172 a, & 173 b, Claræ mortes pro patria oppetitæ.

Oppeto, is. *obeo, occumbo.* I. A. 265 a, Cum milites pro salute P. R. mortem oppetierint. pro Sest. 12 b, Mortem pugnans oppetisset. Off. 23 a, At Aiax quo animo traditur millies oppetere mortem, quàm illa perpeti ab alio maluisset.

Oppidanus, a, um. pro Planc. 265 b, Iure quodam in scenicos vere, maximeque oppidano. de Orato. 131 a, Senex quidam oppidanus. de Clar. 187 a, Oppidanum quoddam & inconditum genus dicendi.

Oppido, *sanè.* de or. 133 a, Tutor minus vetus, oppido ridiculus. de Fi. 97 a, Eorum definitiones paulum oppido inter se differunt. Epi. 23 b, Præterquam oppido pauci.

Oppidulum, li. *oppidum.* Attico. 156 b, Melitæ, aut alio in loco, siue in oppidulo me futurum puto. & 313 b, Neque solum illud extorsi oppidulum, quod erat positum in Euphrate, & Zeugma te, sed, &cæt.

Oppidum, di. *vrbs.* I V. 216 b, Segesta est oppidum peruetus in Sicilia. de Diui. 95 b, Tum ante oppidum Nolam florentissima Samnitum castra cepit. & 91 b, Pheræ, quæ erat vrbs Thessaliæ, in quo oppido &c. Episto. 244 b, Magnas copias ad oppidum Antiochiam accessisse. Attico libro 5, In oppido Antiochiæ. Episto. libro 4. Oppida florentissima, nunc prostrata & diruta. Attico. lib. 8, In oppidis præsidia nulla sunt.

☞ Syntaxis. *Vrbs erat, in quo oppido. Oppidum Antiochia, & Antioch[iæ].*

Oppignero, as. *pignori do.* pro Sest. 24 b, Libelli etiam pro uino sæpe oppignerabantur.

Oppilatus, ta. *obstructus clausus.* I. A. 164 b, Nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset, hisque oppilatis impetum tuum, compressisset.

Oppleo, es. *impleo.* de Nat. 38 b, Vetus hæc opinio oppleuit Græciam, exectum esse Cœlum à filio Saturno. Tusc. 183 a, Nanque Æsculapij liberorum saocij opplent porticus. Postq. 206 a, Mors praua oppleta tenebris ac sordibus. de Nat. 25 a, Nilus Ægyptum tota æstate obrutam oppletamque tenet.

Opploro, as. *ploro.* ad Her. 40 b, Quin vos auribus meis opplorare desinitis.

Oppono, is. *obijcio, contra statuo.* de Natu. 52 b, Aues pennis pullos fouent, ne frigore lædantur, & si calor est à sole, se opponunt. Offic. 64 a, Ne qui contra se liceatur, emptor opponet. I. A. 162 a, Sed quid oppones tandem? si negem, &c. quo me teste conuinces? pro Sest. 72 a, Habeo, quem opponam illi. de Fin. 85 a, Opponere se hostibus. de Fin. 73 a, Protulit non tam ut probaret, quàm vt Stoicis, quibus cum bellum gerebat, opponeret. Topic. 229 b, Defensor aliquid opponet. de tribus. Q. F. 312 b, Opposuisti semel ἀντίθετον causam Ciceronis nostri ualetudinẽ. pro Cor. 60 a, Opponere se periculis, &c. de Ar. 258 a, Ciuem qui se pro patriæ salute opponat inuidiæ, frustra posthac requiretis. pro Q. 8 a, Minas iactare, formidines opponere. pro Cec. 289 a, Ad omnes introitus armatos homines opposuit. Attic. 116 a, Pompeium persequi Cæsar dicitur, ut interficiat, (o me miserum) & non omnes nostra corpora opponimus? 3. C 109 b, Et primum gladiatori illi imperatores nostros opponite. de Cl. 167 a, Iis opposuit sese Socrates, qui, &c. Att. 1 a, Et illud suum regnum iudiciale opposuit. contra Rull. 64 a, Illam urbem huic urbi uoluit opponere. I. P. 97 a, Cuius ego imperio non alpium uallum immanissimis barbarorum gentibus obiicio & oppono. Ora. 213 a, & 218 b, Par pari referre, contrarium contrario opponere, uerbum comparare. Ac. 15 b, Autoritas tanta plane me mouebat, nisi tu opposuisses non minorem tuam. I. V. 217 b, Opponebant illi interdum nomen Africani. pro Cor. 55 a, Principio orationis hoc oppono, me, &c.

Opponor, ris. de Opt. 244 b, Huic labori nostro duo genera reprehensorum opponuntur: vnum, &c. alterum, &c. de Fin. 98 b, Omni uirtuti uitium contrario nomine opponitur. pro Mur. 145 a, Obijci insidiis coniuratorum, & ad omne periculum atque ad omnem inuidiã opponi. Att. 282 b, His quod opponi posset, præsidium non habebamus. de Ora. 139 a, His quatuor causis totidem medicinæ opponuntur. Orato. 212 b, Siue paribus paria redduntur, siue contrariis opponuntur contraria. Top. 229 a, Cum opponitur scripto scriptoris uoluntas. Ora. 209 b, Vt ante occupet quod putat opponi.

Opportune, nius. *εὐκαίρως, non incommodè, loco in loco tempore, in tempore.*)(*ἀκαίρως, iniquo loco, alieno tempore.* Att. 144 a, Trebatius opportune ad me ante aduentum Cæsaris uenerat. pro Cl. 52 b, Opportune ades. Epist. 11 b, Teipsum, inquit, cupio, nihil opportunius potuit accedere. de Natur. 5 a, Peropportune, inquit, uenis. de Fin. 103 a, Si id opportune facere possit. At. 234 a, Tu uero cum Crasso, vt cætera, quam commode, opportune autem, quod id ipsum apud me mones, quatriduo ante ad eum scripseram.

Opportunitas, tis. *εὐκαιρία. occasio, tempus actionis opportunum, vtilitas.* de Fin. 99 b, Quemadmodum opportunitas (si enim appellemus εὐκαιρίαν) non fit maior productione temporis: habent enim suum modum, quæcunque opportuna dicuntur. de Inuen 50 b, Locus consideratur, in quo res gesta sit ex opportunitate, quam uideatur habuisse ad negocium administrandum. & 51 a, Occasio est pars temporis habens in se alicuius rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem. Off. 29 a, Locum autem actionis, opportunitatem temporis esse dicunt & ibi. Opportunitas idoneorum ad agendum temporum. & Epi. 44 b, pro Mur. 331 b, Et certe in armis locorum ualet opportunitas. de Diu 99 b, Ac mihi quidem uidentur ex locis ipsis, &c. diuinationum opportunitates esse ductæ. Offi. 8 a, Sed credo illos secutos opportunitatem loci, maxime ne, &c. I. A. 188 b, Diuina uerò opportunitas, ut in sortitione prouinciarum, quæ cuique apta esset, ea cuique obueniret. Attic. 126 a, Tenendam hanc horam puto, quæ dignitatem & opportunitatem habet. de Am. 99 b, Amicitia plurimas opportunitates habet. pro Pomp. 13 b, Cum ad cæteras summas utilitates hæc quoque opportunitas adiungatur, ut, &c. At. 257 b, O Brute ubi es, quantam εὐκαιρίαν amittis. Offic. 28 b, Deinceps de ordine rerum, & temporum opportunitate dicendum est. Offic. 59 b, Itaque hac opportunitate annuli usus, reginæ stuprum intulit.

¶ *Vsus.* de Natu. 52 b, Enumerari non possunt fluminum opportunitates.

tates. de Leg. 161 b, Omitto opportunitates habilitatesque reliqui corporis. Att. 120 a, Natura prouida vtilitatum opportunitatumq; omnium. L. Desperatio de Na. 19 b, & 37 a, b, Considera, quæ sit vtilitas, quæque opportunitas in homine membrorum.

OPPORTVNVS, a, um, nior. *commodus.*)(*importunus.* Offi. 29 a, Tempus actionis opportunum, Græce *εὐκαιρία*, Latine appellatur occasio. de Inuen. 48 b, Opportunus locus, tempus idoneum, pro S. R. 29 b, Locus opportunus captus ad eam rem. Epist. 99 b, Ætas opportunissima. & 153 a, Nihil post hominum memoriam opportunius accidere uidi. & 115 b, Hæc res mihi accidit opportuna. contra Rull. 84 a, Capua nō modo nō obfuit, sed opportunissimum se nobis præbuit. pro Cec. 287 b, Magis opportuna opera nonnunquam quam aliquā do fideli. de Orato. 130 b, Requiescam in Cæsaris sermone quasi in aliquo peropportuno diuersorio. de Cl. 196 b, Si operosa est concursatio magis opportunorum. I. A. 192 b, Milites Albę consistent in urbe opportuna. de Am. 100 a, Cæteræ res quæ expetuntur, opportunæ sunt singulæ rebus fere singulis, diuitiæ ut utare, opes ut colare, &cæt.

☞ Syntaxis. *Opportunus locus, tempus, urbs.*

OPPOSITIO, onis. de Inuent. 51 b, Desparatum est, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur: ut sapere, non sapere.

OPPOSITVS. tus. pro Mar. 136 a, Non modò excubias & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus & corporum pollicemur.

OPPOSITVS, a, um. *diuersus, aduersus, contrarius, e regione factus.* Tusculan. 178 a, Ne dolorem malum diceres, oppositoque dedecore sententia depellere. Offi. 35 b, Moles opposita fluctibus. pro Do. 225 b, Hanc ego uim meo corpore opposito a bonorum ceruicibus depuli. Orat. 201 b, Aut aliquid affert quod oppositum probabilius sit, quàm illud quod obstabit. de Diu. 112 a, Luna subiecta soli, atque opposita nostris oculis. pro Fon. 276 b, Propugnaculum hostibus oppositum & obiectum. de Leg. 187 a, Lacedæmone Ephori regibus à Theopompo sunt oppositi.

OPPRESSIO, onis. *obsessio, oppugnatio, occupatio.* pro Do. 213 a, Occupatio fori, oppressio curiæ. Offi. 68 b, Oppressio legum libertatis.

OPPRESSOR, oris. Atticor. 286 a, Vindex & oppressor coniurationis.

OPPRESSVS, a, um. *obsessus, oppugnatus.* Postquam 208 a, Senatus oppressus & afflictus. & pro Dom. 218 a, Oppressa captaque rep. I. V. 226 a, Contumeliæ quibus operti oppressique erant & 80 a, obrutus & oppressus est. de D. 129 a, Quomodo potuit terra oppressus uiuere? pro Mur. 331 a, Quem L. Muræna repressum magna ex parte, non oppressum reliquit. Of. 37 b, Qui ui oppressos imperio coercent, & ibi. Armis oppressa ciuitas.

OPPRIMO, mis. *seruituti oppressum teneo, subigo, abscondo.* pro S. R. 24 a, & pro Mil. 109 b, Extinguere & opprimere potentiam alicuius. Attico. 237 a, Cum hominem temperantem tantus improuiso morbus oppresserit pro Qu. 1 b, Innocentes iniquo iudicio opprimere. Epist. 253 a, Cum hæc tertia iam epistola ante te oppresserit, quam tu schedulam aut literam. pro Font. 281 a, Conficere atque opprimere hostes. Epist. 155 b, Qui oppresserit Antonium, is bellum confecerit. & ibid. 47 b, Opprimere rempub. armis.

OPPRIMOR, ris. *obruor.* pro S. R. 20 a, Opprimi me onere officij malo quam, &c. & Epist. 51 b, Opprimi dolore. Atti. 274 a, Opprimemini (mihi crede Brute) nisi prouideritis.

☞ Syntaxis. *Oppida castella, terra oppressa. Contumelijs opertus & oppressus. Obrutus & oppressus. Terra oppressum corpus. Armis, vi opprimere. Extinctus & oppressus. Morbo oppressus, iudicio, epistolis multis. Conficere & opprimere hostes.*

OPPROBRIVM, brij. *dedecus, ignominia.* in Sal. 274 b, Cum omnibus matribus familiarum opprobrio esset.

OPPVGNATIO, onis. de Orator. 102 b, Oppidorum oppugnationes. Qui. Frat. 310 b, Sine oppugnatione nostra. in Vat. 29 b, pro Cæl. 41 a, Cum hoc genus oppugnationis inferretur, propulsare debebitis.

OPPVGNATOR, oris, *qui contra pugnat, qui fert arma contra.*)(*defensor propugnator.* Anteq. 194 a, & pro Plan. 275 b, Qui oppugnator salutis meæ fuisset. I A. 141 a, Antonius oppugnator patriæ.

OPPVGNATVS, a, um. pro Pom. 7 b, Vrbem Cizycenorum obsessam esse ab ipso rege, & oppugnatam uehementissime.

OPPVGNO, as. *impugno, contra arma fero oppugnationem infero, prodo.* I. A. 206 a, Cum Antonius Brutum oppugnet, Mutinam circūsedeat. Antequam 194 a, Oppugnare nocentes. de Inu. 42 a, Oppugnare patriam. pro Quin. 7 a, Oppugnare caput alterius. Orato. 219 a, Oppugnare aliquem clandestinis consilijs. Episto. 1 a, Oppugnare aliquem pecunia. I. V. 128 a, Pater rogat eos atque orat, ne oppugnent filium suum. de Orat. 123 b, Carneades nullam unquam rem defendit quā non probarit, nullam oppugnauit, quam non euerterit. Episto. 59 a, Nec Metellum fratrem ob dictum capite & fortunis per te oppugnatum iri existimaram & 61 a, Quare ego non oppugnaui fratrem tuum, sed fratri tuo repugnaui. de Ar. 244 b, Obsidere, oppugnare, & labefactare aliquam urbem.

OPPVGNOR, ris. pro S. R. 36 b, Quod à nobis oppugnari uideo, ne in quæstionem dentur, suspiciosum est. Quint. Frat. 309 b, Vatinium, à quo palam oppugnabamur, arbitratu nostro concidimus. contra Rullum 61 a, Quæ res aperte petebatur, ea nunc cuniculis oppugnatur.

☞ Syntaxis. *Oppugnare Pompeium, caput alicuius, aliquem consilijs, pecunia. Obsidere, oppugnare, labefactare. Oppugnantem tonsidero. Oppugnare cuniculis.*

OPPVNTIVS, tij. I. V. 130 b, Philodamus oppuntius.

OPS, Opis. I. A. 126 a Pecunia utinam ad ædem opis maneret. & 178 a, de Vniuer. 281 b, Ops Saturni soror, Oceani & Salaciæ filia. Attic. 88 a, Statua, quæ ad opis per te posita in excelso est. & 230 b, ad opis, *scilicet adem.*

OPTABILIS, le. *optatus, optandus, expetendus, potior.* de Or. 104 a, Quæ vulgò expetenda & optabilia uidentur. Ep. 68 a, Quæ etsi nobis optabiles in experiundo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundæ. I. A. 250 a, Mihi pax semper fuit optabilis. pro Sest. 23 b, Hoc est maxime optabile omnibus. Offi. 10 a, Quæ ut concurrant omnia, optabile est. I. P. 86 b, Verum tandem bono uiro optabilius putas, sic exire, &c. an &c. ad B. 91 b, Exitus optabilis.

OPTABILITER *cum desiderio, optare.* Tusc. 269, Quam optabiliter iter illud ineundum est.

OPTANDVS, a, um. I. P. 86 b, Optandam duco mihi fuisse illam expetendamque fortunam.

☞ Syntaxis. *Expetendum & optabile. Hæc ut fiant, optabile est. Optandum & expetendum.*

OPTATIO, is *optio optatum.* Offi. 71 a, Theseus, cui cum tres optationes Neptunus dedisset, optauit interitum Hippolyti filii sui.

¶ *Est quoque ornatus orationis.* de Orator. 172 a, Optatio.)(*Execratio, &cæt.*

OPTATO, *optabiliter.* At. 214 a, Et mihi optato ueneris. de Orat. 110 b, Octum quod nunc peroptato nobis datum est.

OPTATVM, ti. *somnium, desiderium, uotum.* contra Rullum 61 a, Hæc non cogitata sapientum, sed optata furiosorum uidentur. Offic. 7 a, Ex tribus enim optatis hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optauit. & 71 a, Quo optato impetrato, Theseus in maximis fuit luctibus. Epistola 28 a, In omnibus tuis rebus, meis optatis fortuna respondit. Epistola 25 a, Quid est causæ, cur mihi non sit in optatis complecti hominem? I. P. 89 b, Illud etiam accidit præter optatum meum, sed ualde ex uoluntate, ut in furorem & insaniam incideris.

☞ Syntaxis. *Furiosorum optata. Optato impetrato. Fortuna respondens optatis. Est mihi in optatis profectio. Præter optatum accidit.*

OPTATVS, a, um: tior, ssimus. *optabilis, exoptatus, longus in optatis, gratus.* I. V. 56 a, Quid est quod omnibus gratius atque optatius possit esse? Episto. 264 b, Grati & optati rumores de aliquo. Epistola 29 b, Cum optatissimum nuncium accepissem, te, &c. & 30 a Mihi quæstor optatior obtingere nemo potuit. pro Dom. 220 a, Quod in illis optatissimum erat. Attico. 151 a, Nihil mihi optatius, quam euolare. Quint Frat. 310 b, Vale mi optime & optatissime frater, & aduola. pro S. R. 25 a, Patres optatissimum sibi putant esse, filios suos rei familiari maxime seruire.

☞ Syntaxis. *Gratus & optatus. Optatissimum erit mihi, si ueneris.*

OPTIMAS, tis, ti. *senator ex summis ciuitatis viris, primarius, princeps, nobilis.* Attico 163 b. Vide ne dum pudet te parum optimatem esse, parum diligenter quod optimum sit, eligas. & Epistola 14 a, & Tuscula. 172 a, pro Flac. 157 b, Vsque eo orba fuit ab optimatibus illa concio, ut princeps principum esset Meandrius. pro Sest. 23 a, Qui ita se gerebant, ut sua consilia optimo cuique probarentur, optimates habebantur. de Clar. 193 b, Optimates Atheniensium. de Inuent. 68 a, Contra uoluntatem omnium optimatum. Epistola 99 a, Matronæ opulentæ optimates. Attico. 20 a, Hanc uiam optimatum non teneo. & 134 a, Philotimos enim me ab optimatibus ait conscindi: quibus optimationes, &cæt. Offic. 50 a, Ex quo tantæ discordiæ secutæ sunt, ut tyranni exsilerent, optimates exterminarentur.

☞ Syntaxis. *Orba ab optimatibus concio. Optimates matronæ.*

OPTIME, *præclare.* Quint. Frat. 311 a, Si perficiunt optime: si minus, &c. Epistol. 57 b, Sed hęc tu melius, uel optime omnium. I. V. 134 a, & Acade. 19 a, Optime, inquit, &c. de Diuin. 81 b, Optime uero, inquam &c.

OPTIMVS, a, um. *lectissimus, beneficentissimus.* de Natura 38 b, Iupiter optimus, *idest, beneficentissimus.* de Opt. 243 b, Quod omnes laudes habet, idest optimum. de Inuent. 53 a, Nam & tu mulier optimum uirum uis habere, & tu Xenophon uxorem habere lectissimam maxime uis. de Opti. 243 a, Optimum unum est, & quod optimo dissimillimum est, idest detrimentum. de Clar. 177 a, In omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque absolutio. Orato. 197 b, Nam neque illud ipsum quod est optimum, desperandum est & in præstantibus rebus magna sunt ea, quę sunt optimis proxima. Orato. 200 a, In omni re difficillimum est formam exponere optimi, quod aliud aliis uideatur optimum de Ari. 250 a, Vir is, qui est optimus a populo Romano iudicatus, P. Scipio. de Fin. 65 a, Hoc uero, inquit, optimum, ut is, &cæt. *superlat.* de Orato. 97 a, Stylus optimus & præstantissimus, dicendi magister. de Leg. lib. 3, Eam que optimam Remp. esse duco, quam hic consul constituerat, quæ sit. In potestate optimorum.

OPTIO, onis *potestas, electio.* de Fin. 55 a, Cum soluta nobis est eligendi optio. Acade. 6 a, Si optio naturę nostræ detur. I. V. An erit hæc optio & potestas tua? ut dicas, &c. de Fat. 140 b, Vtro frui malis, optio tua sit de Clar. 181 b, Quando autem dubium fuisset apud patres nostros eligendi, cui patroni daretur optio, quin Antonium optaret, aut Crassum? pro Q. 5 b, Cui hæc optio tam misera, tamque iniqua daretur, ut, &c. pro Cec. 297 a, Si mihi non copioso homini ad dicendum optio detur, utrum, &c. Att. 67 b, Hybernam legionem eligendi optio delata.

☞ Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Eligendi optio soluta. Optio & potestas. Optio tua sit. Eligendi optio data, delata.*

OPTANDVS, a, um. Orato. 102 a. Bonitas vocis optanda est, (non est enim in nobis.) sed tractatur in nobis, &c. Q. Frat. 314 a, Id erat huiusmodi, ut magis optandum, quàm sperandum putarem. de Or. 156 a, Quorum si alterum sit optandum, malim indisertam prudentiam quàm stultitiam loquacem. I. P. 87 b. Optandam duco mihi fuisse ex petendamque fortunam.

OPTANS, tis. *desiderans* de Or. 85 a, Neque nobis cupientibus & optantibus fructus ocij datus est. de Or. 93 a, Insperanti mihi, sed valde optanti cecidit, vt in istum sermonem delaberer.

OPTO tas *cupio, desidero, expecto, expeto, vota facio, eligo.* pro Ligna. 138 b, Quid cupiebas? quid optabas? I. C. 107 b, Neque ego a dijs immortalibus optabo Quirites, vt, &c pro Cl. 57 b, Nihil est enim mali, nihil sceleris, quod non illa filio voluerit, optarit, cogitarit, effecerit. Offi. 71 a, Sol Phaetonti filio facturum se esse dixit, quicquid optasset. optauit, ut in currum patris tolleretur. Offi. 7 a, Ex tribus optatis hoc erat tertiū. quod de Hippolyti interitu iratus optauit. I. P. 89 a, Hæc ego de vobis semper expetiui, hæc optaui, hæc precatus sum. & ibid. Optare insaniam alicui. de Amic. 207 b, Quinetiam necesse est cupere, etiam optare, vt quàm sæpissime amicus peccet. pro Pompe. 8 b, Itaque tantum uictus efficere potuit, quantum incolumis nūquam est ausus optare. pro Fla. 153 a, Quantum sibi ablatum domo impudētissime dicit, tantum nunquam est ausus, vt haberet optare. I. A. 256 b, Cum ad eum, quem cupimus optamusque vestitum redierimus. de Cla. 196 b, Tibi fauemus, te tua uirtute frui cupimus, tibi optamus eam rempub. quę, &c. de Fa. 149 b, optare hoc quidem est, non disputare.

OPTOR, aris. *eligor, deligor.* Epi. 42 a, Sed ne optari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus.

OPVLENTIA, tiæ. *opes.* Sall. in Cice. 272 a, opulentiam istam ex sanguine ciuium parasti.

☞ Syntaxis. *Volo opto. Cupio & opto. Expeto, opto. Cupio, etiam opto.*

OPVLENTISSIMVS, a um. *ditissimus, opibus circumfluens & abundans.* de Diuina. 132 b, Crœsus Asiæ rex opulentissimus. Tusc. 247 b, Sardanapalus opulentissimus Syriæ rex de Nat. 76 b, Opulentissima & beatissima ciuitas.

OPVS, ris. *munus, opera, artificium.* de Orato 125 a, Magnum est quoddam opus, atque haud scio, an de humanis operibus longè maximum, dicere, &c. de Cla. 172 a, Et nimirum princeps ex Latinis illa oratorum propria, & quasi legitima opera tractauit, vt egrederetur à proposito, vt delectaret animos, &c. I. V. 212 b Nunquam mihi opus deest Orato. 203 b, Magnum opus & arduum, sed ingredientibus considerandum fuit, quid ageremus. Tusculan 208 b, Magnum opus & difficile. Attic. 147 a, Vtinam aliquod in hac miseria respub. πολιτικὸν opus efficere & nauare mihi liceat. Ep 107 b, Itaque opera efficio tanta, quanta fortasse tu senties. de Orato. 112 a, Homo vnius cuiusdam operis, vt inquit Cæcilius. Atti. 25 a, Curabo, vt huius peregrinationis tibi opus extet. & 159 a, Ep. 264 b, Ac pāgis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. I. V. 229 b, Opus tam elegans, tam perfectum, tam elaboratum. de Na. 54 a, Opus artificiosum & diuinum. de Natu. 21 a, Opera magnifica atque præclara. de Natu. 37 a, Quod in operibus nostrarum artium manus efficit, id multo artificiosius naturam efficere. Offi. 30 a, Pictores, & uero etiam poetæ, suum quisque opus a uulgo considerari vult. Academi. 39, Magnum opus in manibus habeo. Ep. 7 b, Minime miror te tuis pręclaris operibus lætari de Orato. 108 a, In uno aliquo opere noctes & dies vrgeri. I. V. 68 b, Publicorum operum depopulatio. pro Domo. 225 b, Operum publicorum exactio. Topi. 22 a. Eius operis uitio. *id est, fornicu, vel parietu.* in Ver. 210 b, Hæc omnia antiquo opere & summo artificio facta. in Ver. 229 a, Quorum ille non opere delectatur, sed pondere. & 206 b, Hydria præclaro opere, grandi pondere. in Ver. 223 a, Galeæ cælatę opere Corinthio. de Leg. 163 a Exornare sepulchrum opere tectoribus. Tusculan. 240 a, Stragulum magnificis operibus pictum. de Senectut. 81 b, Nunquam vlla in agro maiora operabunt senibus absentibus. At. 208 b, Academicam σύνταξιν totam ad Varronem traduximus. Attico. 226 a, Dij immortales, quę tum opera effici potuerunt. Officio. 53 a, Nulla eius ingenij monimenta mandata literis, nullum opus ocij, nullum solitudinis munus extat. in Anton. 250 a, Antonius Mutinam operibus munitionibusque sepsit. in Anton. 264 a, Erit igitur extructa moles opere magnifico, incisæque literæ. &c. de Senectus. 82 b, Præclarum opus est instituere adolescentes. Par. 116 b, Hoc tamen opus in apertum ut proferas nihil polluto. 118 a, Qui Corinthijs operibus abundant. de Leg. 157 a, Cum sit opus vnum hoc oratorium maxime. pro Mar. 132 b, Nihil est opere aut manu factum, quod non aliquādo consumat vetustas. 226 a Causæ, quæ sine vlla appetitione animi, sine voluntate suum quasi opus efficiunt. I. V 230 b, Nimio opere, sicut magno opere. Offic. 35 b, Quæ non sine hominum opere habere possemus. & ibid. Sine hominum manu atque opera. Qu. Fr. 328 b, De Arcano Cęsaris, opus est vel mehercule etiam elegātioris alicuius. *scilicet artificis.* de D. 120 b, Vt si mures corroserint aliquid, quorum est opus, hoc vnū monstrum putemus.

☞ Syntaxis. *Efficere & nauare opus. Homo vnius cuiusdam operis, Fac opus appareat. Opus magnum arduum, difficile, diuinum, magnificum, præclarum. Vrgeri in opere vno. Antiquo opere & artificio. Vas opere præclaro. Operibus & munitionibus sepire oppidum. Opere aut manu factū. Nimio opere, magno opere.*

OPVSCVLVM, li. Attico. 30 b, Minutorum opusculorum fabricator. de Leg. 156 b, In isto opusculo, &c Par. 116 b, Accipiet igitur hoc paruum opusculum, lucubratum his iam contractioribus noctibus.

OPVS est, *conuenit, tempus fert, res fert, si usus est, si ita commodum vestrū fert, necesse est.* de Orat. 112 b, Illud etiam si opus est, tamen est minus necessarium Ep. 17 a. Legem curiatam consuli ferre opus esse, sibi necesse non esse. ad Her. 18 a, Tacito cūm opus est, clamas: cùm loqui conuenit, obmutescis. Attic. 118 b, Sed opus fuit Hircio conuento. Att. 212 a, Hoc fieri & oportet & opus est Att. 106 b, Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem? Epi 66 b, Et si opus esse videbitur, ipse conueniam. I. C. 16 a, Ne dici quidem opus est, quāta diminutione ciuium, &c. de Or. 104 a. Acuto homine nobis opus est. I. A. 236 a, Expedito nobis homine opus est. Par 124 b, Mihi quæsito opus est. in Sal. 273 b, Vbi rerum testimonia adsunt, non opus est verbis. Of. 75 b, Is quod sibi opus esse videbat, non quod reip. censuit. Ep. 50 b, Illa quandiu ei opus fuit. vixit pro Fl. 153 b, Græci ex tempore, quod opus est, obsignant Epi. 66 a Nos si quid erit istic opus, defendes. 173 a, Tu quæ istic opus erunt, administrari prospicies. Epi 88 b, Non. n. acciderat mihi opus esse. Epis. 29 b, Is omnia pollicitus est, quæ tibi essent opus. Epist. 139 a, Nihil tibi opus est, illud a Trabea. Ep. 20 b, Dux nobis & autor opus est. de Rep. lib. 5. teste Nonio. Sed tamen, vt bono patrisfamilias colendi, ædificandi, ratiocinandi quidā vsus opus est. Epi. 190 b, Sulpitij tibi operam intelligo nō multum opus fuisse Att. 247 b, Video, mihi opus esse viaticum. & ibi. Mihi opus est vniuerso quidē, *scilicet viatico.* de Ora. 141 b, In omnibus rebus, quæ sub aspectum veniunt sedes opus est. de Inu. 69 a, Huius nobis exempla permulta opus sunt. Epi. 148 b, Aliquantum nobis temporis & magni laboris, & multę impensæ opus fuerunt, vt quæ, &c. Atti. 97 b, Dices nummos mihi opus esse ad apparatū triumphi. Ep 57 b, Quibuscunque rebus opus esse intelligā, tibi præsto ero. de Cla. 174 a, Ad remp. duntaxat quod opus esset, satis habuit eloquentiæ. cont. Rul. 64 a, Mihi ad huiusce verbi vim vehementer opus est prudentia vestra Epi. 31 b, & ad Her. 37 a, Præsidio firmiori opus est ad istam prouinciam. Epi 158 a, Vlla in re, quæ ad valetudinē opus sit. I. V. 102 a, Aiebat multa sibi opus esse, multa canibus suis. Tusc. 246 a, Alexandro roganti, vt diceret, si quid si opus esset? de Am. 106 a, Atque haud scio, an opus sit quidem, nihil vnquam omnino deesse amicis. Ep. 116 a, Amabo te, si quid quod opus fuerit Appio facies, ponito me in gratia *hic aduertas phrasim.* Epi 114 b, Quantum gloriæ triumphoq; opus esset, assequeremur.]

☞ Syntaxis. *Opus est, minus tamen necessarium. Tacito nunc opus est. Oportet, & opus est. Si quid erit opus, te defendam. Hæc non sunt opus. Cæsar opus est nobis, viaticum, viatico.*

ORA, ræ. *regio, pars terrarum, extremitas.* pro Cornel. 56 b, Qui tot habet triumphos, quot oræ sunt partesque terrarū. de Na. 59 a, Quacunque in ora ac parte terrarum. Epi. 185 b, Exteræ nationes a prima ora Græciæ vsque ad Ægyptum. Tus. 162 b, Terra duabus oris distantibus habitabilis. Tusc. 157 b, Oræ ipsæ locorū illorum, quò perueneramus. Att. 109 a, & Tusc 236 a, Tota hæc maritima ora. de Di. 117 b, Oræ gentium in quibus hæc observantur quidem. de Na. 49 a, Amœnitates orarum & litorum. Tus. 172 b, Duæ oræ distantes de Natura 12 b, Ignibus altissima ora reddita est. de Nat. 46 a, Æther extrema ora & determinatio mundi de Fin. 66 a, Regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas. de Na. 12 b, Immensa regionum magnitudo, in quam se intendens animus, nullam orā vltimi videat. de Diu. 102 b, Omnes auidi spectant ad carceris oras. pro Pom. 8 b, Fani dirripiendi causa in eas oras nostrum exercitum esse adductum.

☞ Syntaxis. *Ora partesque terrarum. Oræ gentium. Amœnitas orarum & litor. in Oram vltimi videre.*

ORACVLVM, li. *deorum responsum, vaticinatio.* Topi. 227 b, Oracula ex eo ipso appellata sunt, quod inest in his deorum oratio. de D. 110 a, Iisdemque de rebus semper aut Delphis oraculum, aut ab Ammone, aut a Dodone petebant de Diu 96 a, Cum oraculum ab Ioue Dodonæo petiuissent, de victoria sciscitatores. de Diu. 80 b, Gręcia nullam coloniam misit sine Pythio, aut Dodonæo, aut Ammonis oraculo. de Diu. 96 a, b, Sacerdos quæ præposita erat oraculo pro Fo. 280 a, Nationes quæ quondam Delphos vsque ad Apollinē Pythium atque ad oraculum orbis terræ spoliandum profectæ sunt. de Diuin. 87 b, Oracula quæ instinctu diuino afflatuq; funduntur. & ibidem. Oracula, quæ æquatis sortibus ducuntur. de Diuin. 104 a, Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatæ mentes oracula funderent Atti. 274 a, Hæc oraculo Apollinis Pythiū edita tibi puta: nihil potest esse verius. Offic. 49 b, Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam, &c pro Fon. 279 a, Si quicquā ex illo loco dicetur, ex oraculo dici putet de Di. 132 b, Cur isto modo iam oracula Delphis non eduntur. de Natura 14 b, Hæc ergo omne physicorum oracula fundo. de Di. 85 a, Exposui somnij ac furoris oracula Tuscu. 174 a, & de Fin. 68 b, Quod oraculum erāt datum, si rex interfectus esset, victrices Athenas fore, & ibi. Oraculo edito, pro S. R. 29 a, Cum præsertim deorum immortalium iussis atq; oraculis id fecisse dicantur.

☞ Syntaxis. *Oraculum duci, dici, dari, edi, fundi. Ex oraculo dici. Iussum & oraculum.*

ORATIO, nis. *locutio sermo concio.* Oratore 202 a, Quanquam omnis locutio oratio est, tamen vnius oratoris locutio in hoc proprio signata nomine est. de Natura 20 a, Sermo & oratio in homine. de Oratore 125 b, Illa, quæ a bono Poeta dicta est flexanima atque re

gina rerum Oratio. & ibidem. Oratio mores effingit hominum. *& ibidem multa de oratione.* Orato. 213 b, Isocrates orationis faciendæ ac ornandæ autor locupletissimus. de Orato. 90 b, Ignarus faciundæ ac poliendæ orationis. pro Domo. 216 b, Cum his hæc haberi oratio potest, qui, &cæt. Epistol. 112 a, Tu quam orationem Pompeius habuerit tecum, fac mihi perscribas. Tusculan. 246, Habere multam orationem de aliqua re. Epistol. 62 a, Mitissimam in Senatu orationem habuit. Officio. 26 b, Magna vis orationis est, eademque duplex: altera contentionis, altera sermonis, cõtentio, & cętera sermo, & cęte & 42 b, Duplex est ratio orationis: quarum in altera est sermo, in altera contentio, &cæt & ibidem. Contentio orationis maiorem vim habet ad gloriam: ea est enim, quam eloquentiam dicimus. & 43 a, Quæ in multitudine cum contentione habetur oratio Epistol. 153 a. Oratio grauissimis verbis sententiisq; plena. de Oratore. 87 b, Sapientissimis sententijs grauibusque verbis ornata oratio & perpolita. de Finibus 94 a, Veruntamen cum de rebus grandioribus dicas, ipsæ res verba rapiunt: ita fit cùm grauior, cum etiam splendidior oratio. pro Cornel. 59 a, Cn. Pompeius cuius oratio omnibus ornamentis abundauit. pro Cœlio 47 a, Genus orationis, eius facultatem, copiam sententiarum atque verborum perspexi. & ibidem. Sed inerat oratio & bonis artibus instituta, & cura, & vigilijs elaborata. pro Sestio. 19 b, Ita de me ille scripsit, ijs verbis, rebus, sententijs, vt &cætera. de Inuen. 67 a, Distinguare & illustrare orationem rarò inducendis locis communibus. de Oratore 147 a & 114 a, Oratio de horridis rebus nitida, de ieiunis plena, de peruulgatis noua. & 125 a, Flumen orationis & varietas. & Academic. 30 a, Flumen grauissimorum & optimorum verborum de Finibus 64 b, Aureum orationis flumen fundens Aristoteles. item, Quasi torrens fertur oratio. de Clarit. 172 a, Oratio incitata, grauis, vehemens de Oratore 161 b, Figura orationis plena, & tamen teres.)(.*tenuis, non tamen sine neruis & viribus, mediocris.* Orato. 205 a, b, Oratio, vel orator grauis, acer, ardens, amplius, copiosus, ornatus. de Natu. 30 a, *de oratione rhetorica & dialectica.* de Orato. 128 b, Multa varia, & copiosa oratio. de Orato. 127 a, Genus orationis vehemens atque atrox.) (.*Genus alterum lenitatis, & mansuetudinis.* de Clar. 175 a, Genus orationis vagum, fusum, multiplex. de Oratore 123 a, de Clar. 167 b, Oratio fortis, intenta, acris, vehemens, grandis, incitata.) (.*placida, summissa, lenis*. de Oratore 151 a, Oratio grauis, suauis, erudita, liberalis, admirabilis, polita, sensus & dolores habẽs.)(.*exilis, inculta, vulgaris, obsoleta.* & ibidem. Conspersa quasi verborum sententiarumque floribus. de Oratore 160 a, Oratio, quæ quidem polita sit atque facta quodammodo. & 152 a, Concinna, distincta, ornata, festiua. & 158 b, Iuncta, cohærens, lenis, æquabiliter fluens. de Orat. 161 b, Distinguenda, & frequentanda est omnis oratio luminibus sententiarum atq; verborum. de Orato. 147 b, Qui distincte, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminate & rebus & verbis dicunt, & in ipsa oratione quasi quendam numerum versumque conficiunt, id est, quod dico ornate. de Cla. 170 b, Hæc posteriorum quasi exagerata] altius oratio. & de Finibus 129 b, Oratio splendida, illustris. Orato. 215 b, Oratio alta & exaggerata.)(.*abiecta, humilis.* de Clari. 183 a, Incitata, volubilis, redundans & circumfluens oratio. de Orato. 114 a, Genus orationis fusam atque tractum, & cum lenitate quadam æquabiliter profluens, sine iudiciali asperitate, & sine sententiarum forensium aculeis. Orator. 199 a, optimum quoddam, & tanquam adipale orationis genus. Orato. 201 a, Dulce orationis genus], & solutum, & effluens, sententijs argutum, verbis sonãs, est in illo epidictico genere. de Cla. 195 b, 196 a, Oratio cum incitata & vibrans, tum accurata etiam & polita. Orato. 215 a, oratio collocata atque diffusa.)(.*angusta atque concisa.* de Cla. 189, Plana literatæ senectutis oratio. & ibidem. Splendida quædam & minime veteratoria ratio dicendi. pro Sylla. 169 a, Copiosissima atque ornatissima oratio. de Clari. 190 a, oratio splendida & grandis, & eadem faceta & perurbana. ad Herenn. 27 a, oratio puris & electis verbis composita. Attico. 238 a, Est autem oratio scripta elegantissime sententijs & verbis, vt nihil possit vlterà. pro Planc. 271 a, Tua fuit per elegans & per subtilis oratio. de Cla. 192 a, Genus orationis sincerum, solidum, & exiccatum. Orator. 201 b, Lenitas & æquabilitas orationis, & purum quasi quoddam & candidum genus dicendi, contra Rullum 68 b, Is explicat orationem sane longam, & verbis valde bonis. de Diuinatio. 97 b, Oratio, nel actio vehemens, & grauis, & copiosa. ibidem. 140 b, Vbertas orationis, & ornamenta dicendi. Oratore 202 b, Oratio tracta quædam, & fluens. & ibidem. Contorta & acris oratio. Episto a. 85 a, Oratio libera, incitata. de Oratore 109 b, Quid enim tua potest oratione aut subtilius aut ornatius esse? pro Sest. 26 b, Sed mihi omnis oratio est cum virtute, non cum desidia. de Cl. 174 b, Appij volubilis, sed paulo feruidior erat oratio. & 171 b, Exilis oratio, & redolens antiquitatem. Orat. 218 b, Oratio carens numeris, dissipata, inculta, & fluens est. & 220 a, Oratio, diffluens, soluta de Cla. 189 a, oratio tum obscura, quia peracuta, tũ rapida, & celeritate cæcata oratio. Orato. 198 b, oratio aspera, horrida, tristis, neque perfecta, neque conclusa. & ibidem. Leuis, instructa, & terminata oratio. & ibidem alia pulchra. Orato. 201 b, Duritas & seueritas, & quasi mœstitia orationis. & ibidem. 216 b, Ne immoderata aut fluẽs aut dissoluta, aut angusta sit oratio. de Cla. 190 b, Eos quorum altior oratio, actioque ardentior, furere & bacchari arbitrabatur. de Natura 50 a, Angustia conclusæ orationis non facile se ipsa tutatur. ad Herenn. 27 a, Oratio inflata, arida, & exilis & ibidem Fluctuans, dilu-luta. de Orato. 114 a, & de Cla. 175 a, b, Oratio philosophorum qualis. Orato. 203 a, Oratio Platonis & Democriti qualis. de Clar. 175 b, Oratio philosophorum pacatior, oratorum pugnacior. de Legib. 158 b, Oratio tua non multum a philosophorum lenitate abest. Tusculan. 237 b, Lenitas orationis. Orat. 202 b, *de oratione philosophorum multa & pulchra.* de Cla. 175 b, Oratio Stoicorum astricta & contracta: *id est, Academicorum veterum & Platonis.* de Orator. 91 a, Oratio Stoicorum spinosa & exilis. de Orato. 149 a, Stoici orationis genus habent fortasse subtile, & certe acutum: sed vt in oratore exile, inusitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obscurum, inane, ieiunum. de Orato. 114 a, & Orato. 20 a b, Oratio historicorum qualis. Orato. 219 b, Siculorum dicendi genus abiectum. de Senectut. 82 b, Compta oratio & mitis. de Senectu. 83 a, Ex Nestoris lingua, vt ait Homerus, melle dulcior fluebat oratio. de Senectu. 84 b, Causarum illustrium quascunque defendi, nunc quàm maxime conficio orationes. Attico. lib. 2, In illam orationem Metellinam addidi quædam.

* de Orato. 144 b, Cum omnis ex re, atque verbis constet oratio neque verba sedem habere possunt, si rem subtraxeris, neque res lumen, si verba sommoueris.]

☞ Syntaxis. *Sermo & oratio. Orationem habere multam. Oratio ornata, perpolita, florentissima, omnium regina, mitis, grandis, elaborata. Orationis flumen. Oratio incitata, grauis, vehemens, teres, fortis, intenta, placida, lenis, summissa, liberalis, sensus & dolores habens, facta, concinna, festiua, iuncta cohærens, æquabiliter fluens, altius exaggerata, volubilis, circumfluens, fusa, tracta, opima & adipalis vibrans, sincera, solida, exiccata, fecunda, dissipata & fluens, rapida, & celeritate cæcata. Neque perfecta, neque conclusa. Conclusa orationis angustia. Inflata oratio, arida fluctuans, astricta, spinosa, ieiuna, compta. In orationem addere.*

ORATIVNCVLA, læ. *oratis.* At. 209 a, Scripsit enim ad me Balbus & oppius, mirifice se probare, ob eamque causam ad Cæsarem meam se oratiunculam misisse 239 a, Brutum omni re, qua possum cupio iuuare, & cuius de oratiuncula idem te, quod me sentire video. de Cl. 171 a, Indicant cum oratiunculæ, tum historiæ quędam Græca, scripta dulcissime. & 183. de N. 68 a, Oratiuncula aureola.

ORATOR, oris. *eloquens, legatus.* de Orato. 90 b, Is orator erit mea quidem sententia, hoc tam graui dignus nomine, qui quæcunque res inciderit, quæ sit dictione explicanda, prudenter, composite, ornate & memoriter dicat, cum quadam etiam actionis dignitate. de Orato. 90 a, orator plenus atque perfectus is est, qui de omnibus rebus possit varie copioseque dicere. de Orato. 103 a, oratorem eum puto esse, qui & verbis ad audiendum iucundis, & sententijs ad probandum accommodatis vti possit, in causis forensibus atque communibus: eumque esse præterea instructum voce & actione & lepore quodam volo. de orato. 128 a, Sit orator nobis is, qui, vt Crassus descripsit, accommodate ad persuadendum possit dicere. & 96 b, Oratorem vbicunque constiteris, consistere in suo. de Orato. 95, Nihil in hominum genere rarius perfecto oratore inueniri potest. & 94 b, Pingendus est nobis. detractis omnibus vitijs orator, atque omni laude cumulatus. & 156 a, Si quærimus, quid vnum excellat, docto oratori palma danda est. & ibidem. In oratore perfecto inest omnis philosophorum scientia. Offic. 1 a, Oratoris proprium, apte, distincte, ornateque dicere. Orato. 202 b, Oratorem hoc vno excellere, idest, oratione: cætera in eo latere, indicat nomen ipsum. Non enim inuentor, aut compositor, aut actor, hæc complexus est omnia: sed & Græcè ab eloquendo *ῥήτωρ*, & Latine eloquens dictus est, &cæt. & ibidem. Dicendi, id est, eloquendi maxima uis soli oratori conceditur Orato. 207 a, Disputandi ratio & loquendi, Dialecticorum sit. Oratorum autem, dicendi & ornandi. Part. 242 b, Vt oratorem decet late exprimere. de Orato. 148 a, Vt illum efficere oratorem uerborum, actoremque rerum. & Ora. 220 a, Orator compositus.)(.*inconditus.* de Clar. 174 a, Orator canorus & uolubilis. de Clar. 188 a, Orator præstat minoris imperatoribus. de Clar. 187 b, Antonius & Staienus mali oratores. pro Mur. 131 a,

Spernitur orator bonus, horridus miles amatur.

de Orato. libro 1, Quum boni perdiu nulli, uix autem singulis ætatibus singuli tolerabiles oratores inuenirentur. de Orato. 86 b, Vis oratoris professioque ipsa bene dicendi, hoc suscipere ac polliceri videtur, vt omni de re, quæcunque sit proposita, ub eo ordine copioseque dicatur. de Orato. 89 a, Oratoris est composite, ornate. copiose eloqui. de Orato. 91 a, Nemo est in oratorum numero habendus, qui non sit omnibus ijs artibus quæ sunt libero homine dignæ, perpolitus. de Orato. 145 a, *De oratorum tam Græcorum quam Latinorum differentia. Oratorum genera, vide de Opt. 243 a, b.*

¶ *Legatus.* de Clarita. 169 a, C. Fabricius ad Pyrrhum de captiuis reddendis missus orator. de Aruspic. 251 b, Oratores contra ius fasque interfectos. *id est, legatus.* de Legibus. 173 b, Fœderum pacis, belli, induciarum oratores, fœciales, &cæt. L. ORATIO.

☞ Syntaxis. *Orator plenus & perfectus, compositus, inconditus, canorus volubilis.*

* ORATORIA, ars, dicendi ratio dicendi, ars oratoria.]

ORATORIE, *ornate, copiose, splendide.* Ora. 219 a, Pulchre & oratorie dicere. & ad Her. 41 b.

ORATORIVS, a, um. Academ. 45 a, Huic quasi ex altera parte oratoria uis dicendi adhibeatur, explicatrix orationis perpetuæ ad persuadẽdũ accõmodatę. Par. 237 a, Et illã disputandi prudentiã concertatio captatioq; verborum, & hanc oratoriã vim inanis qdã profluentia loquendi

loquendi imitatur. de Ora. 105 a, Sic illam orationem disertam sibi & oratoriam uideri, fortem & virilem non videri. de Cla. 188 b, Illa oratoria ornamenta dicendi. Part. 116 a, Stoicè nullis oratorijs ornamentis adhibitis dicere.

Oratus, tus. *rogatus*. pro Flac. 163 b, An etiam scripsit oratu tuo?

Orbatus, a, um. *priuatus*. pro Cluent. 26 b, Mater orbata filio. Epistola. 54 b, Nec eam multis claris viris orbatam priuare etiam aspectu tuo. Epistola. 83 a, Omni spe salutis orbatus. Postquam. 105 a, Cùm resp. non solum parentibus perpetuis, verùm etiam tutoribus annuis esset orbata. pro Mur. 144 a, Ne orbetur auxilio respub. de Clar. 165 a, Cum forum voce erudita spoliatum atque orbatum videret. Offi. 7 a, Theseus filio Hippolyto orbatus.

Orbiculatus, a, um. *globosus*. Episto. 124 a, Malis orbiculatis esse pasti videntur.

Orbis, bis. *circus, circulus, ambitus, rotundus ambitus* de Natura 35 a, Duæ formæ præstantes sunt, ex solidis globus, ex planis circulus aut orbis, qui Græce cyclos dicitur. de Som. 128 a, Stellæ circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili. & ib. b, Nouem tibi orbibus uel potius globis connexa sunt omnia. de Natu. 35 a, Circuitus orbium solis conuersionem conficiunt annuam. Acad. 17 a, Quę cursu interiore breui conuertitur orbe. de Natu. 36 b, Orbis signifer, & orbis signorum. de Som. 128 a, Orbis lacteus, & circulus lacteus. de Vniue 199 a, In orbem torquere. I. P. 84 a, Cum illum suū saltatorium uersaret orbem. Atti. 28 a, & 35 b, Minore sonitu quā putaram orbis hic reipub est conuersus. pro Planc. 179 a, Stare debemus tanquam in orbe aliquo reipub. qui uersetur, &cæt. de Orat. 161 b, Circuitus & quasi orbis uerborum. Orato. 210 b, Forma ipsa concinnitasque uerborum conficiat orbem suum. Orato. 220 a, In Thucydide orbem orationis desidero. de Fin. 29 b, Sententiæ illorum in hunc orbem quem circumscripsimus, incidere non possunt. pro S. R. 35 b, Africa tertia pars orbis terrarum. contra Rul. 72 b, orbis terrarum gentiumque omnium. I. V. 225 a, & Epistola. 27 a, Orbem omnium peragrasse terrarum. & ibid. Hæc orbis terrarum perturbatio. pro Dom. 253 b, Vir princeps orbis terræ. Contra Rull. 71 a, Ager Campanus orbis terræ pulcherrimus. I. C. 99 a, In hoc orbis terrę grauissimo consilio. Epist. 64 a. Sed scito ea quæ nos pro salute patriæ gessimus, orbis terræ iudicio comprobari. de Fat. 145 a, Si in sphæra maximi orbes, sunt medij inter se diuiduntur.

¶ *Orbis pro, orbe*. Cic. de Rep lib. 5. teste Charisio, Orbi terrarum comprehensos.

☞ Syntaxis. *Orbis & circulus (plana figura) solidus autem globus. Circulus & orbes, pro cursu sidereo. Orbium circuitus. idest, sphærarum. Signifer orbes, idest, signum. Orbis lacteus, idest, circulus. Orbem Resp. conuerti. Circuitus & orbis verborum. Orbem oratio habeat. Orbis terrarum. Orbis terrarum gentiumque. Orbis omnium terrarum. Orbis terræ iudicium. In sphæra maximi orbes in medio inter se diuiduntur.*

Orbita, tæ. *rota currentis vestigium*. Att. 35 b, orbis reipub. sic est conuersus, ut vix impressam orbitam videri possimus.

Orbitas, tis, *solitudo liberorum*. pro Dom. 323 a, de Orato. 104 b, Instituere aliquem tutorem filiorum suorum orbitati. & 143 a, Crassus deplorauit casum & orbitatem senatus. de Fin. 144 b, Bonū liberi, misera orbitas. Epistola 145 a, Maxima orbitate reipub. uirorum talium.

Orbo, as, *priuo, spolio, nudo*. Academ. 16 a, Eā philosophia quæ confundit vera cum falsis, spoliat nos iudicio, priuat approbatione omnibus orbat sensibus. & 9 a, Ipsumque animal orbat animo. pro Sest. 13 a, Ne uictor multis fortibus ciuibus remp. orbaret.

Orbus, a, um. *priuatus, destitutus*. Quint. Frat. 305 a, Sed te incolumi orbi non erunt. *id est, filij* Postquam 100 a, Respub. orba consulis fidem tanquam legitimi tutoris implorauit. Epistola. 43 b, Vt tam orba ciuitas tales tutores complecti deberet. pro Flac. 157 b, Vsque eo orba fuit ab optimatibus illa concio, ut. &c. de Clar. 196 a, orbæ eloquentiæ quasi tutores relicti sumus. de Natu. 4 a, Quam philosophiæ rationem nunc propemodum orbam esse in Græcia intelligo. Episto. 57 a, Itaq; orbus iis rebus omnibus, quibus, &c. Par. 123 b, Hereditatis spes quem uirum non obseruat locupletis orbi senis. de L. 185 b. Neve plebem orbam Tribunis relinquunto.

☞ Syntaxis. *Orba ab optimatibus ciuitas & optimatibus.*

Orchestra, stræ. *locus in theatro, vel scena, vbi sedebant senatores*. de Pro. 71 a, Piso iam cum Græcis in Orchestra helluatur, antea post siparium solebat.

Orcus, ci. *Dis pater. Pluto*. de Natu. 68 a, Iupiter & Neptunus, ergo etiā Orcus frater. I. V. 226 a, Vt Verres alter Orcus venisse Ennam, & Proserpinā rapuisse uideretur. de Fi. 79 a, Mihi sex menses satis sūt vitæ. septimum Orco spondeo. Tus. 158 b, Acherontia templa alta Orci pallida.

Ordinandus, a, um. de Inuen. 46 b, Tum denique ordinandæ sunt cæteræ partes orationis. de Ora. 112 a, Ea mihi uidentur in lite ordinanda, & in consilio dando esse posita. Qu. Fr. 37 b, Referebatur de ordinandis prætoribus. *ordinandus*. Q. F. 307 b, Referebatur de prouincijs quæstorum, & de ordinandis prætoribus.

Ordinate. *ordinatum*. ad Herenn. 42 b, Distinctè & ordinate disponere.

Ordinatim, *ordinate, ordine composite, distinctè, ex ordine*. Epist. 174 a, Ille enim id passim, ego ordinatim. Sulpitii. & 50 a, Honores ordinatim petere. Bruti.

Ordinor, aris. *componor, constituor, designor, digeror, ratione disponor, in ordinem redu̅cor vel redigor*. pro Syl. 177 a, Cum omnia ordinarentur, uisitarentur, pararentur.

Ordior, iris: orsus sum. *incipio*. de Diu. 114 a, Itaque ordiar ab aruspicina, quam, &c. de Fin. 51 b, Vt autem à facillimis ordiamur, prima, &c de Orat. 160 b, Ordiri orationem a pæane. Orat 208 a, Att. 54 a, Alterius vitæ quoddam initium ordimur. Epist. 67 a, Dixeras autem mihi te reliquas res ordiri. de Cla. 139 a, Hortensius admodum adolescens, orsus est in foro dicere de Ora. 93 a, Crassus princeps eius sermonis ordiendi fuit. I. V. 225 a, De quo paulo altius ordiar, & repetam memoriam religionis de Cla 66 b, Eloquentia, de qua disputare ordimur. Oct. 329 b, Vt ordiar ab initio, & perducam ad finem. de Fat. 140 b. Proinde ordire. I. A. 169 a, Vis ne igitur ut inspiciamus a puero? sic opinor: ordiamur a principio. de Leg. 157 b, Ego autem animi pendere soleo, cum quid orsus sum, si traducor alio. de Legib. 158 b, Sed iam ordire explicare quæso, de iure ciuili quid sentias ibid. 160 a, Nam si hoc non probas, à Deo causa ordiēda est potissimum. pro Mar. 136 a, Sed vnde est orsa, in eodem terminetur oratio.

☞ Syntaxes. *Ordiri aliquid à, &, de aliqua re. Vnde est orsa, in eodem terminetur oratio.*

Ordo, is. *ratio, distributio dispositio, collocatio. societas*. Attico. 84 a, Nec οἰκονομίαν meam instituam, sed ordinem conseruabo tuum. pro Q. Rosc. 45 b, Academic. 17 b, Vt præpostere tecum agam mox referam me ad ordinem. de Orato. 124 b, Ordo & dispositio argumentorum. Offic. 29 a, Nam & ordinem sic definiunt, compositionem rerum aptis & accommodatis locis. & 28 b, εὐταξίαν in qua intelligitur ordinis conseruatio. & ibidem. Itaque videtur eadem vis ordinis & collocationis fore. de Orato. 141 a, Ordo est, qui memoriæ maxime lumen affert. de Orato. 96 b, Inuenta non solùm ordine, sed etiam momento quodam & iudicio disponere. de Clar. 187 a, Sed ordinem sequens in memoriam notam æqualem necessario incurro. Orato. 218 a, Verborum ordinem immuta, fac sic, comprobauit filij temeritas. de Diuin. 126 b, Fatum, id est, ordo seriesque causarum. de Arusp. 148 a, Rerum ordò ac vicissitudo. de Cla. 185 a, Vt in ijs perturbem ætatum ordinem. & 166 a, Explicare ordinem temporum. Par. 110 b, quicquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atque ordinis. de Leg. 185 a, Mihi verò ordo iste rerum placet. de Cla. 189 a, Præcepta, quæ habent ordinem. Academ. 19 b, Sed ex ea materia particulas primùm confusas postea in ordinem adductas. ad Herenn. 19 a, Redigere in ordinem ea quæ inuenimus. pro Quin. Rosc 46 a, Hæc sunt deiecta, illę in ordinem confectæ. pro Cęcinn 289 a, Eius fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt. Attico 161 a, Domestica ordine administrantur. Part. 129 b, Ordine interrogare aliquem. In Verr. 191 a, Rectè, ordine, è republ facere aliquid. pro Quinct. quarto b, Rectè atque aliquid factum. In Verrem. 233 a, Vt quisque ętate antecedebat, ita sententiam dicebat ex ordine. contra Rullum. 75 b, Quam tu mihi ex ordine de legis scripto recita Populi Romani actionem ad Herenn. vigesimosecundo a, Collocare aliquid ex ordine. & 25 b, Item putamus oportere ex ordine hos locos habere. ad Herenn. 21 b, Si in ordine stantes notos quam plures viderimus. Dom. 216 b. Plurima bella Cn. Pompeio extra ordinem sunt commissa. & ibidem. Negat oportere quicquam vni extra ordinem decernebant pro Clu. 35 b, Iudicem pecuniam ab reo clàm atque extra ordinem accepisse. item, Non est idem ordo dignitatis & renunciationis, propterea quod renunciatio gradus habet, dignitas autē est per sæpe eadem omnium. Offic. 4 a, Omnium quę fiunt, quęque dicuntur ordo ac modus. Offic. quarto b, His enim rebus quę tractantur in vita, modum quendam adhibentes & ordinem, honestatem & decus conseruabimus. de Senect. 89 b, Arborum ordines in quincuncem directi. In Sall. 273 a, Illa perniciosa ambitio, cuius primos ordines Sallustius duxit. de Leg. 185 a, Pecunia ciuitatis ordines partiunto. ibid 160 b, Locus certe non deerit, quoniam tenes ordinem rerum. de Vniu. 196 b, Id ea inordinato in ordinem adduxit. I. A. 191 a, Aliquem rectè atque ordine, exque rep. fecisse & facere. I. A. 225 a, Literas Bruti recte & ordine scriptas videri. I. Ant. 201 a, Qui ordo in sententijs rogandis seruari solet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis.

¶ *Hominum coetus, gradus, grex, natio*. pro Flac. 155 a, Lysanias adeptus est ordinem Senatorium. pro Domo. 227 b, Proximus est huic dignitati ordo equester. pro Cl. 50 a, & 29 a, Fidiculanus cuius erat ordinis? Senatorij. Epist. 3 a, Maximeque visi sumus Senatum commemoratione tuæ voluntatis erga illum ordinem commouere. Offic. 30 b, Hæ sunt ijs, quorum ordini conueniunt honestæ. I. V. 212 a, Si cuiquam ordini, siue aratorum, siue pecuniariorum, siue mercatorum probatus sit. Epi. 151 b, Omnium generum atque ordinum consensus. Epist. 87 b, Tum certe ordinis tui facile princeps. & 207 a, Ordo publicanorum. pro Dom. 242 a, Omnes societates, omnes ordines. I. P. 98 b, Quid per tuum seruulum ordines assignaci? Att. 129 b, Aliter non video censeri Marcello & cæteris nostri ordinis qui hic sunt. pro Milone 101 a, Amplissimorum ordinum delecti viri.

¶ *Militaris manus*. I. A. 156 b, Vir fortissimus, qui ordines duxit.

¶ *Gradus in subsellio*. I. A. 169 a, Sedisti in quatuordecim ordinibus, cum lege Roscia prohibereris.

☞ Syntaxis. *Ordinem conseruare, definire. Ordine, momento, & iudicio disponere. Hoc ordinem habet. In rationem adducere, redigere, & conficere. Rectè, ordine, e Repu facere. Ex ordine dicebant illi. Habere ex ordine locos. Modus & ordo, honestas & decus. Tenere ordinem in legendo. Ordine scribere. In ordinem ex inordinato adducere. Ducere ordines.*

Orestis, idis. *pars Macedoniæ*. de Ar. 231 b,

ORICHALCVM, ci *æris genus auri colore seu natiuum sit, seu cadmia tinctum.* de Offi. 70 b, Si quis aurum vendens, orichalcum se putet vendere & de Fin. 69 b, in Cop. Germ. *aliter.* ODRILITIVM.

ORIENS, tis. *ortus.* de Natu. 59 a, Qui terras ab Oriente ad Occidentem colunt.

¶ *Nascens.* Or. 216 b, Oratio, vel oriens, vel media, vel cadens. *oriens, id est, prima.* pro Dom. 226 b, Vis oriens & congregata.)(*iam distracta, & extincta.*

ORIGO, inis. *principium, initium, causa ortus, stirps, semen, fons, caput, auctor.* de Vn. 195 b, Nullius rei causa remota, reperiri origo potest. de Cla. 188 a, Verborum delectum originem esse eloquentiæ. de Vni. 196 a, Quæ causa impulerit eũ, qui hæc machinatus sit, vt originẽ rerum & molitionem nouam quæreret. Tusc. 195 a, Doloris igitur huius origo nobis explicanda est.

ORION, onis. in Arato, *Fabula, Orionis & Dianæ.*

ORIOR, oriris. *nascor, exorior, in vitam intrare, proficiscor, mano.* de Fini. 81 a, Sed ipsum a se oritur, & sua sponte nascitur. Muræ. 140 a, Tu qui ab illo ortus. de Legi. 169 b, Hoc solum, in quo tu ortus & procreatus es. de Vniu. 202 a, Vos qui deorum satu orti estis. de Fi. 141 a, Officia, quæ oriuntur a suo cuiusque genere virtutis. de Or. 124 a, Ea quæ sunt orta de caussis. pro Dom. 227 a, Sed ne quis orīretur aliquando, qui diceret, &c.

☞ Syntaxis. *A se oriri, et sua sponte nasci, in hoc solo ortus & procreatus. Nobilium satu ortus, Oriri de.*

ORITHIA, thiæ. de Leg. 156 b, Orithiam aquilo sustulit.

ORIVNDVS, a, um. *ortus.* Topi. 223 a, Qui ab ingenuis oriundi sunt.

OPIZONTEΣ. L. HORIZON.

OPMH, ης. de Natu. lib. 2, Sic natura mundi omnes motus habet voluntarios, conatusque & appetitiones, quas ὁρμὰς Græci vocant. Aca. lib. 2, Nam aliter appetitio (eam enim esse volumus ὁρμὴν) qua ad agendum impellimur, & id appetimus quod est visum. L. APPETITIO, & APPETITVS.

ORNAMENTVM, ti. *honor dignitas, insigne, lumen.* Epist. 64 a, Suscepique mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamẽtis tuis. in Cati. 16 a, In animis ego vestris omnes triumphos meos, ornamenta omnia honoris monumenta gloriæ, laudis insignia condi volo. de Pro. 73 a, Intueor coram hæc lumina atque ornamenta reipub. & 74 b, Sed decus illud & ornamentum triumphi minuendum nõ putaui. & ibidem. Alij sine vllis verborum ornamentis dabant. In An. 185 b, Flos Italiæ firmamentum Imperij nostri, ornamentum dignitatis. pro Syl. 184 a, Omnia generis insignia atque ornamenta occiderunt. de Orato. 101 b, Equidem mihi hoc subsidium comparaui, non solum ad vsum forensem, sed etiam ad decus atque ornamentum senectutis. pro Cæci. 190 a, Falcula decus atque ornamentum ciuitatis. pro Cor. 63 b, C. Cæsar populum istum maximis ornamẽtis affecit. de Cla. 177 a, Sententiarum ornamenta & confirmationes. & 188 a, Illa oratoria ornamenta dicendi. de Orat. 119 b, Neminem omnium tot ac tanta, quanta eissent in Crasso, habuisse ornamenta dicendi. In Ant. 218 a, Cum ad nos mitteret Totylam, ornamentum atque arcem amicorum suorum. pro Mil. 208 b, Q. Hortensius lumen & ornamentum respub.

☞ Syntaxis. *Lumen & ornamentum Reip. Decus & ornamentum, insignia & ornamenta. Habere ornamenta. Ornamentum & arx iam Roma omnium populorum.*

ORNANDVS, a, um. Orato 206 a, Fuit ornandus in Manilia lege Pompeius, temperata oratione ornandi copiam persecuti sumus. Epistu. 334 a, Ibique non modo tuendus, sed etiam ornandos illos viros, & 274 b, De adornando adolescente. de Ora. 101. Senectuti verò celebrandæ & ornandæ quod honestius potest esse perfugium, quam iuris interpretatio.

ORNATE, *non inornatè, eleganter, politè, non incultè, splendidè, luculenter.* de Ora. 147 b, Qui distinctè, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate & rebus & verbis dicunt, & in ipsa oratione quasi quendam numerum versumque conficiunt, id est quod dico ornate. de Fi. 95 b, Potest id quidem fuse & copiose, & omnibus electissimis verbis grauissimisque sententijs rhetorice & augeri & ornari. de Finibus 94 a, Philosophicas res ornate dicere velle, puerile est. Off. 1. b, Ornate splendideque dicere. pro Cæl. 39 a, Ornate politeq. dicere. de Or. 89 a, Oratoris est, composite, ornate, copiose eloqui. Tusc. 374 a, Qui profitentur se neque distincte, neque distribute, neque eleganter, neque ornate dicere.

ORNATVS, tus *lux verborum, flos orationis.* de Orato. 89 a, Ornatus verborum oratoris putandus est. & 142 b, Distinctio & ornatus oratoris. de Cla. 189 a, Ornatus orationis tanquam vestis. de Orat. 144 b, Eloquẽtia quascunque in oras disputationis, regionisve delata est, & quocunque ingreditur, eodem est instructu, ornatuque comitata. Orato. 204 a, Tam remouebitur omnis insignis ornatus quasi margaritarum, ne calamistri quidem adhibebuntur. & ibidem. Collocata verba habent ornatum si aliquid concinnitatis efficiunt, quod mutatis verbis non maneat manente, sententia. de Clar. 190 a, Verborum sententiarumque illa lumina, quæ vocant Græci σχήματα, quibus tanquam insignibus in ornata distinguebatur omnis oratio. de Finibus 51 a, Quando enim nobis vllus orationis vel copiosæ vel elegantis ornatus defuit? Oratore 209 a, Hæc quasi lumina magnum afferunt ornatum orationi. de Oratore 151 b, Sed ita distinctum, vt sint quasi in ornatu disposita quædam insignia & lumina. de Orato. 161 b, Ante Periclem litera nulla est, quæ quidem ornatum habeat.

¶ *Vestitus.* Officio. decimotertio a, Statuas videmus ornatu ferè militari. de Senectut. 89 b, Cyri purpura ornatuque Persicus, multo auro multisque gemmis. pro Cælio 47 b, Non incessu solum, sed ornatu atque comitatu. pro Domo. 235 b, Hoc simulachrum quidam ad ornatum ædilitatis suæ deportauit. de Orator. 101 a, Ornare aliquem alieno ornatu. de Finibus. 79 a, pulcherrimo vestitu, ornatu regali.

☞ Syntaxis. *Distinctio & ornatus. Instructus & ornatus eloquentia. In ornatu disposita lumina orationis. Ornatum habens oratio. Statuta ornatu militari, regali.*

ORNATVS, a, um: tior, ssimus. *politus, luculentus, excultus, comptus expolitus, nitens, elaboratus.* I. V. 59 b. & de Cl. 177 b, Frater tuus lectissimus & ornatissimus adolescens. pro Flacco. 156 b, Splendidissimus atque ornatissimus vir. de Senectute. 89 a, Agro bene culto nihil nec vsu vberius, nec specie ornatius. pro Quint. 18 a, E fundo ornatissimo deiici. de Orato. octuagesimooctauo b, Homo in dicendo ornatus & grauis. Orato. 200 a, Omnes apud Pacuuium ornati elaboratique sunt versus. I. P. 80 a, Prouincia exercitu & pecunia instructa & ornata. de Finibus. 88 a, Sapiens plurimis & grauissimis artibus atque virtutibus instructus & ornatus. pro Pomp. quarto a, Locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus ad Brut. 389 a, Vir coniuge, liberis, multis affinibus ornatus. pro Sext. Rosc. 37 a, Is terret etiam nos, ac minatur tribus præmijs. *hoc est: præmiis sceleris ornatus.* item, Composita oratio & ornata, & artificio quodã & expolitione distincta. Epist. 59 b, Cum tu à me rebus amplissimis atque honorificentissimis ornatus esses. pro Dom. 231 b, A populo Rom. semper sum defensus, amplificatus, & ornatus. I. A. 326 a, Græcia M. Brut. imperio, autoritate, copiis non solum instructa, sed etiã ornata, dextram tendit Italiæ. At. 280 a, Lepidus ornatus cum honoribus amplissimis a Senatu. pro Flac. 164 a, Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum est. de Natura. 54 a, Domicilium ornatum signis & picturis, instructumque rebus omnibus necessarijs. pro Ce. 296 b, Armatos vere appellamus, qui scutis telisque parati ornatique sũt. de Leg. 163 a, Muneribus deorum nos esse instructos & ornatos. pro Pom. 7 b, Domicilia regia omnibus rebus ornata atque referta. de At. 250 b, Deiotarus clarissimorum imperatorum testimonijs ornatus. pro Mur. 144 a, Respub. suis præsidijs ornata. pro Syl. 181 a, Per quos res eius secundæ quondam erant ornatæ nunc subleuantur aduersæ. Qu. Fr. 324 b, Ille à me singularibus meis studijs ornatus est.

☞ Syntaxis. *Exercitu instructum oppidum, & ornatum, Locus ad dicendum ornatus. Scelere ornatus.*

ORNO, as. *exorno, distinguo, illustro, illumino, noto, pingo, vario, ornatum affero, ornamenta congero ornamento afficio, honoro, decoro, honesto, augeo, amplifico, collocupleto, modis augeo, laudo, adorno, paro, instruo.* de Oratore 105 a, Nouo & alieno ornatu ornare iuris ciuilis scientiam. Attico. 3 a, Cæterum si quando abundare cœpero, ornabo. contra Rullum 72 b, Deinde ornat apparitoribus, scribis, librariis, & cæt. pro Pomp. 5 a, Qui maximas ædificasset ornassetque classes. I. V. 210 a, Ornare & apparare conuiuium. pro Quint. 27 b, Ornare conuiuium magnifice splendideque. I. A. 165 a, Hic non solum meis laudibus me ornat, sed etiam honorat alienis. pro S. R. 41 b, Non modo non læsi te verumetiam ornaui. Attico. 15 b, Quor ego non solum rui, sed ornaui. Tusculan. 173 a, Tu vero istam artem ne reliqueris, quàm semper ornasti. illa enim, si vere loqui volumus, te ornauerat. Epistola 98 a, Si vis, ad me alium mitte, quem ornem. I. V. 85 a, Ornare aliquem beneficijs omnibus. Attico. 83 b, Ornare ciuitatem beneficiis omnibus. I. C. 117 a, Quę gessi in consulatu, priuatus tuebor atque ornabo. Atticor. 187 b, Ornare aliquem omnibus decretis. Atticor. 67 a, & 51 b, Ornare prouincias consulibus. I. P. 86 a, Qui frequentia sua aduentum vestrum ornauerunt ac celebrauerunt. de Ora. 92 b, Mirabilius & magnificentius augere aliquid atque ornare. Quin. Frat. 309 a, & Epistola. 25 b, Ornare aliquem veris & diuinis laudibus. Epist. 14 a, Ornare aliquem insignibus gloriæ. de Orat. 96 a, Vestire atque ornare oratione res inuentas.

ORNOR, ris. I. A. 238 a, Ornari & exornari ab aliquo. pro Plan. 263 b, Tota illa regio se huius honore ornari, se dignitate augeri putabat. de * 176 a, Oratio, in qua autoritas ornatur Senatus. de Orat. 145 a, Quibus orationem ornari & illuminari puto. pro Cluen. 20 b, Lectum sibi ornari & sterni iubet.

☞ Syntaxis. *Ornare Cæsarem. Rebus amplissimis ornatus. Defensus, amplificatus, ornatus. Telis paratus & ornatus. Regium domicilium ornatum. Præsidiis ornare, studiis aliquem. Ædificare & ornare classem. Ornare & apparare conuiuium. Laudibus ornare, & honorare. Res alienis ornare. Ornare & celebrare sua frequentia aliquem. Oratione vestire & ornare. Ornare & illuminare.*

ORANDVS, a, um. di, do. Postquam. 204 a, Quis possit vestra in nos vniuersa promerita, non dicam complecti orando, sed percensere numerando? Offic. 60 a, Index amicas orandæ liti, tempus, quo ad per leges liceat, accommodet. I. V. 223 b, Quo liberor adire ne orandi quidem causa fas erat *adest, in quod fanum.* Tusc. 226 b, Rogandi sunt orandique, vt, &c.

ORO, as, *rogo, obsecro, obtestor.* Attico. 170 b, Te etiam atque etiam oro, ut me tuendum suscipias. Attico. 148 b, Orare aliquem pro salute alienius. Attico, 59 b, Dic oro te clarius. I. V. 128 b, Rogare atq; orare aliquem. & 117 a, Orare atque obsecrare aliquem, & obtestari. pro Planc. 281 a, Teque C. Flaui oro & obtestor, &c. pro S. R. 20 a, Qua propter uos oro atque obsecro iudices, vt, &c. Epistola. 166 b, Ego uos P. C. oro atq. obsecro, ut, &c. Att. 197 a, Orat multis & supplicibus uerbis, ut liceat. V. 260 a, Idq; postremũ parentes suos liberi,

liberi orabant, vt, &c. Q. F. 290 a, Illud ad extremum te oro, & hortor, vt, &c.

¶ *Orationem habeo.* de Cl. 168 b, Nemo vnquam melius vllam orauit capitis causam. * Epist. 61 a, Cum agere cœpisset, id est orationem habere.]

☞ Syntaxis. *Orare licet. Orandi causa faman adeo. Rogare, & orare. Causam capitis orare. Oro & obsecro.*

Orbondicvs, ci. *vrbs.* cont. Rul. 76 a,

Oropvs, pi. *oppidum.* Att. 193.

Orphevs, ei. de Nat. 22 b, Orphęum Poetam docet Aristoteles nunquam fuisse.

Orphicvs, a, um. de Na. 71 a, Sacra Orphica Dionysio putantur confici. & 22 b, Orphicum carmen. L. Cercops.

Orsvs, sa, sum. *inceptus* de Cla. 176 b, Eius collega L. Bestia bonis initijs orsus tribunatus, tristes exitus habuit consulatus.

Orsvs, sus. *initia, exordium.* de Diu. 121 b.

Augurium vt nostri Chalchantis fata queamus.

Scire, vatesne habeam, an vanos pectoris orsus.

Ortvs, tus. *exortus.*)(*occasus.* de Diu. 112 a. & 118 b, Sed quid plura? ortum videamus aruspicinæ. & 127 a, Cum ortos nascentium luna moderator. de Leg. 188 a, Tribunatus, cuius primum ortum inter arma procreatum videmus. de Leg. 160 a, Iuris ortum a fonte repetamus. Offi. 1 a, Non solum nati nobis sumus; sed ortus nostri partem patria, partem parentes vendicant. de Leg. 170 a, Cato ortu Tusculanus fuit, ciuitate Romanus. I. C. 215 a, Simulachrum solis ortum eiusdemque conspiciens. de Vni. 195 b, Quæ ortum habere gignique diximus. & ibi. Quod semper est, neque vllum habet ortum. & ibid. Mundum nullo ortu fuisse generatum. de Natu. 35 b, Sol ab ortu ad occasum commeans. de Inuent. 54 a, Signorum ortus & obitus seruant. de Diu. 108 a, Siderum ortus obitusque cognoscere. de Diu. 127 b, Ortus occasusque siderum non fieri eodem tempore apud omnes.

☞ Syntaxis. *Ortus nascentium. Ortus procreatus. Iuris ortum à fonte repetere. Cato ortu Tusculanus. Ortum ad habet, ac gignitur. Nullo ortu genitum. Ortus & obitus. Ortus, & occasus.*

Os, oris. *pars animantis, in quam cibus inferitur.* de Natu. 50 a, Quædam animalia cibum oris hiatu & dentibus ipsis capessunt. de Diu. 96 b, Midæ dormienti formicæ in os tritici grana congesserunt. de Orat. 223 b, Inserere cibum in os alicui. I. P. 82 a, Os fœtidum. de Diuin. 127 b, Draco cum eadem ore teneret, locutus est. ibidem 86 a, Necesse est offa obiecta cadere frustum ex pulli ore, cum pascitur. ibidem 101 b, Sic expectabat populus, atque ora tenebat. de Clar. 189 a, Nihil non consideratum exibat ex ore. Orat. 209 a, Verbum ex ore nullum nisi elegans exeat. In V. 2. 29 b, Non putas fas esse verbum ex ore exire cuiusquam, quod non, &c. pro Syl. 180 b, Verbum ecquod vnquam ex ore huius excidit, vnde quisquam posset offendi? pro S. R. 41 b, Os suum alicui tradere. Att. 17 a, Præbere os alicui ad male audiendum.

¶ *Cum vi vocum Coram, Palam, Conspectus, Præsentia, Facies.* pro Sex. Rosc. 22 a, Eo tempore Roscius erat Romę frequens atque in foro, & in ore omnium quotidie versabatur. I. V. 125 a, Quo palam in ore atque oculis omnium gesta sunt. I. V. 101 a, Illius iniquitas tum in ore vulgi & communibus prouerbiis versabatur. pro Milon. 109 b, Ora omnium atque oculos intuemur. I. C. 25 a, Video, P. C. in me omnium vestrum ora atque oculos esse conuersos. Attic. 91 b, Tu cuius mihi os ante oculos solet versari. Orat. 199 b, Vnde illud, vt ex ore aliquo quasi imago exprimatur. I. V. 76 b, Ora iudicum aspicere, & os suum populo ostendere. pro Deiota. 144 b, In tuis oculis, in tuo ore vultuque acquiesco. pro Mar. 23 a b, Te vero, cuius mentem sensusque & os cernimus, quibus laudibus efferemus?

¶ *Sermo.* Attic. 93 b, Tibi autem valde solet in ore esse. I. A. 227 a, Brutus erat in desiderio ciuitatis, in ore & in sermone omnium. de Amic. 95 b, Sermo, qui tum fere erat multis in ore. de Cla. 179 b, Cui orationi Cæpionis ore respondit Ælius. pro Deio. 149 a, Non debebas optimo viro fugitiui ore maledicere. Tuscul. 156 a, Plato, quem ex ore tuo admiror. Attic. 237 a, Deinde habent in ore, nos ingratos. Epistol. 62 a, Habere aliquid semper in ore. Tuscula. 174 a, Vigere in ore. de Finibus 80 b, Illa semper tibi in ore sunt. Epist. 71 b, Consolatio peruulgata, quam semper in ore atque in animo habere debemus. de Ora. 111 a, Studium dicendi nisi accessit os, nullum potest esse.

¶ *Introitus, Aditus, angustia.* I. V. 241 b, In ipso aditu atque ore portus. I. V. 230 a, In ore portus & angustus.

¶ *Caput.* I. V. 229 a, Gorgonis os cinctum anguibus.

¶ *Impudentia.* I. V. 118 b, Nostis os hominis, nostis audaciam. pro Q. 24 a, Mihi videtur ore durissimo esse, qui præsente Roscio gestum agere conetur. Toscula. 199 a, Cum os perfricuisti. de Oratu. 96 a, Quod tandem os est illius patroni, qui ad eas causas sine vlla scientia iuris audet accedere? Epist. 129 b, Nosti profecto os adolescentioris Academiæ. I. P. 93 a, Sed os tuum ferreum senatus conuicio verberari noluisti.

☞ Syntaxis. *Ex ore verbum exiens, excidens. Versari in ore omnium. Palam in ore & oculis. In ore vulgi & communibus prouerbiis versari. Conuersa ora & oculi in oratorem. In oculis, in ore, vultuque alicuius acquiescere. In ore & in sermone omnium. In ore qui est sermo. Ex alterius ore imitari aliquem. Quid habes in ore? In ore esse, vigere. Orator, nisi accedat os, nullus est. Aditus & os portus. Os hominis, id est, audacia.*

Os, ossis. de Nat. 74 a, Quid dicam de ossibus? quæ subiecta corpori mirabiles commissuras habent: & ibi multa de vtilitate ossium. de Cla. 170 b, Atque verum imitarentur nec ossa solum, sed etiam sanguinem imitarentur. I. V. 99 a, Cur hunc dolorem cineri eius atque ossibus inussisti? & 262 a, Cineri atque ossibus illius.

☞ Syntaxis. *Cinis & ossa, de mortuo.*

Oscinis, ne, nis. vel Oscen, inis, *teste Charisio, aues auspicium ore canendoque facientes, omnis auis quæ canit.* de Na. 58 b, Aues, & alites, & oscines, vt augures nostri appellant. de Diu. 105 a, Aues, quæ tum huc illuc volant alites: quæ tum a dextera, tum a sinistra parte canunt, oscines. Epi. 83 b, Ex cantu sinistro oscinis, augurari.

Oscitans, tis. *negligens, ignauus, segnis* de Natu. 15 a, Ista quæ Epicurus oscitans hallucinatus est. de Orat. 121 b, Ista oscitans & dormitans sapientia. de Cla. 182 b, Oscitans iudex. pro Mil. 11 a, Adde inscitiam prandii poti oscitantis ducis. pro Cl. 32 a, Et eum quod tandiu nihil quæsierat, tristem atque oscitantem impellit.

Oscitanter. *negligenter, indiligenter.* de Cla. 190 b, Tam solute egit, tam leniter, tam oscitanter.

Oscitor, aris. *dormito, oscito.* ad Her. 35 b, Cum etiam maiores calamitates impendere videantur, sedetis & oscitamini.

Osculans, tis. de Som. 127 b, Ille me amplexus atque osculans flere prohibebat.

Osculatio, onis. *osculum.* pro Cæl. 48 b, Complexu, & osculatione, &c.

Osculor, aris. *suauior, suauium do.* pro Mur. 245 a, Mater filium suum osculata est. Tusc. 168 a, Vt eum dormientem oscularetur. I. V. 222 a, In precibus, & gratulationibus, non solum id simulachrum venerari, sed etiam osculari solent. pro Mur. 289 a, Quoniam mihi videris istam scientiam iuris tanquam filiolam osculari tuam, non patiar. Episto. 12 a, Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, sic osculabantur, &c. Att. 254, Complecti & osculari aliquem.

Osculum, li. *suauium.* Attic. 285 b, Atque vtinam continuo ad complexum meæ Tulliæ, & ad osculum Atticæ possim currere. L. Famosites.

Osci, ludi. *id est, ruditani & obscœni, nam & obscœnum ab oscis deducunt. Osci verò Italiæ populi fuerunt.* Epi. 95 a.

Osin, proausim. *Comicorum mos.* Att. 286 b, Quod autem olim hanc rem, ἰσχυρὸν a te. Quod, inquit, ausim sub tyranno Cæsare viuere, mandatum a te habeo.

Ostendendum, ad Heren. 10 b, De his primum partibus ostendendum est, deinde, &c.

Ostendo, dis. *demonstro, doceo, propono, planum facio, declaro significationem habeo, signum do.* de Orat. 97 a, Omnes loci artis inquirentibus nobis ostendunt se & occurrunt. pro S. R. 33 a, Os tuum non modo ostendis, sed etiam offers. I. V. 76 b, Nec tamen nefarijs criminibus, & tam multis testibus coactus, ora iudicum aspicere, & os suum populo Romano ostendere auderet. de Arusp. 249 a, Hæc nobis & scelerum iudicia ostendit, & periculorum signa parta fecit. de Som. 127 a, Hic tu ostendas oportet patriæ lumen animi consiliique tui. Cec. 287 a, Sicut & vitæ multis ipse rebus ostendit, & in morte sua testamento declarauit. Epistola. 129 b, Et si munus flagitari, quamuis quis ostenderit ne populus quidem solet, nisi concitatus: tamen, &c. *id est, promiseris.* I. V. 217 a, Ille tum metum, tum spem ostendere. Attico. 3 a, Demonstraui hæc Cæcilio. simul illud ostendi, &c. Attico. 137 b, De Italia nihil mihi vnquam ostenderas. Q. Fra. 303 a, Tribuni sunt nobis amici, consules se optime ostendunt, prætores habemus amicissimos. * I. A. 206 b, Signum date populo Rom. consilium vestrum non deesse Reip.]

Ostendor, ris. de Vniuer. 208 a, Palam ostendi. *id est, palam apparere.* pro Arch. 188 b, Si non hic tantus fructus ostenderetur. Attico. 177 a, Cum præsertim ne spes quidem vlla ostendatur. contra Rull. 67, Cui errato nulla venia proponitur, non dubitandi fidelis consilium ostenditur.

☞ Syntaxis. *Ostendere se, & occurrere, de locis argumentorum. Ostendere & offerre. Lumen animi ostendere. Illi se optime ostendit semper. Iam ostenditur: idest, patet.*

Ostentatio, onis. *venditatio, simulatio, iactatio, gloria.* ad Heren. 40 a, pro R. P. 128 b, Quod genus tandem est illud ostentationis & gloriæ. de Orato. 239 a, Vitanda est ingenii ostentationisque suspicio. de Orator. 113 b, Et eo magis, quod nulla mihi ostentatione videtis esse vsurus. de Finibus 81 a, In fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur. & 121 b, Ostentatio gloriola. contra Rullum. 65 a, Consul veritate, non ostentatione popularis. Offic. 41 b, Qui simulatione & inani ostentatione, ficto non modo sermone, sed etiam vultu stabilem se gloriam consequi posse rentur, vehementer errant. Tuscul. 177 a, Philosophorum disciplina, ostentatio scientiæ, non lex vitæ. Offic. 10 a, Quæ ab ostentatione proficisci potius, quam a voluntate videantur. pro Flac. 157 a, Vbi illa magnifica & gloriosa ostentatio ciuitatis? Attico. 75 a, Intelligis ostentationes nunquam discrimen esse adductas, &c. de Am. 112 a, Virtus venditatio quædam atque ostentatio esse dicitur. Parad. 124 a, Quæ est ista in commemoranda pecunia tua tam insolens ostentatio?

☞ Syntaxis. *Ostentatio & gloria. Veritate, non ostentatione pius. Simulatio, inanis, ostentatio, ficto sermone ac vultu. Venditatio & ostentatio. Insolens ostentatio.*

Ostentator, oris. *gloriosus.* ad Her. 39 b, Vt si velis ostentatorem pecuniosum describere.

Ostentatvs, a, um. pro Qu. R. 47 a, Pecunia quæ ex liberalitate hu-

tus promissa sit & ostentata. pro Clu. 22 a, Cum ei filij recuperandi spes esset ostentata.

OSTENTO, as. *venditeo.* Attico. 38 a, Clodius omnibus præse fert & ostentant. Episto. 4 b, Quid enim me ostentem? qui, & cæt. & 145 a, Ostentare prudentiam, ad Her. 29 b, Hic qui se magnifice iactat, & ostentat. ad Herenn. 15 a, Venditare ingenium, & ostentare memoriam.

¶ *Minitor.* pro Clu. 22 a, Illum qui sibi delationem nominis & periculum capitis ostentarat. Ep. 58 a, Bellum ex parte cædem ostentar, ex altera seruitutem.

¶ *Expono, præbeo.* Att. li. 1, Ostentare iugulum pro capite alterius. *id est, exponere, se periculo vitæ.*

¶ *Præ me fero.* contra Rul. 68 a, Aliud obscure moliri, aliud speciem simulationis ostentare.

¶ *Laudo* contra Rul. 81 b, Agrum quem vobis ostentant, ipsi concupiuerunt.

¶ *Trado.* pro Mar. 135 b, Huic tu inseruias, huic te ostentes oportet.

OSTENTOR, aris. *promittor.* cont. Rul. 68 a, Largitio, quæ verbis ostentari potest, reuera fieri nullo pacto potest.

OSTENTUM, ti. *portentum.* de Diuin. 96 b, Monstrum. I. V. 205 b, Cum magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur. de Aru. 245 b, Gaudeo mihi dicendum esse de toto hoc ostento, quod haud scio an grauissimum multis his annis huic ordini nunciatum sit. de Diui. 105 b, Crœsi filius infans locutus est, quo ostento regnum patris concidit. Cæl. Epist. 123 b, Scis Appium hic ostenta facere de signis & tabulis.

OSTIATIM. I V. 210 b, Nolite expectare, dum ego hoc crimen agam ostiatim. & 212 a.

OSTIUM, stij. *ianua.* Tuscu. 230 b, Extra ostium limenque carceris. de Diu. 134 b, & de Arus. 248 b, Alicui ab ostio quærenti respondere. de Nat. 63 a, Aspera arteria ostium habet adiunctum linguæ radicibus. de Pet. 211 b, Quæ si significant voluntatem esse abditam, parui refert parere ostium. I. V. 227 b, Insula in vtriusque portus ostium aditumque proiecta. pro Pom. 10 b, Ante ostium Tyberinum. & ibi. Intra Oceani ostium. pro S. R. 19 a, Aperto ostio dormientes eos repertos esse. I. A. 165 b, Ad ostium fluminis Cydini.

☞ Syntaxis. *Ostium asperæ arteriæ. Portus ostium & aditus. Ostium Tyberinum. Fluminis ostium.*

OSTREA, streæ. de Diui. 113 a, Ostreis & conchylijs omnibus contingit, vt cum luna crescant pariter, pariterque decrescant. Episto. 107 b, Qui me ostreis & murænis facile abstinebam. In Hortensio, In tegulis proseminare ostreas.

OSURUS, a, um. de Amic. 107 a, Ita amare oportere, vt aliquando sis osurus.

OTIOLUM, li. *otium.* Epi. 113 a, Cum otiosus sum plane vbi delectem otiolum meum, non habeo. Cælij.

OTIOR, aris. *nihil ago, cesso, vaco, otio perfruor.* Offi. 63 b, Cum se Syracusas otiandi causa, non negotiandi (vt ipse dicere solebat) contulisset.

OTIOSE. *per otium, vacuo animo.* I. V. 207 a, Contemplari vnumquodq; otiose. de Finib. 113 b, Tum licebit otiose ista quærere. Offi. 71 b, Otiose viuere domi.

OTIOSUS, a, um. *cessans, nihil agens, feriatus, vacuus, laxatus curis, otio nimio affluens qui animo vacuo est, solutus opere, qui cura vacat & negotio, qui secum est, secumque, vt dicitur, viuit, vacans animo, iners, languidus.*)(*operosus, semper agens aliquid.* de Cl. 165 a, Cum inambularem in xysto, essemque otiosus domi. Attico. 199 b, Nisi eris valde otiosus. de Nat. 79 a, Cur non rebus humanis aliquos otiosos deos præfecit. pro Planc. 273 a, Quid dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit negocium nunquam otiosum Quinct. Frat. 327 a, Idque perficiam his supplicationum otiosis diebus. Episto. 142, Si otiosum eum reddiderit. Offic. 52 b, Dicere solitum Scipionem accepimus, nunquam se minus otiosum esse, quam cum esset otiosus. de Senect. 94 a, Otiosam ætatem, & quietam sine nullo labore & contentione traducere. de Leg. 167 b, Cessatio libera atque otiosa. de Senect. 87 a, Si vero habet aliquid tanquam pabulum studij atque doctrinæ, nihil est otiosa vita iucundius. I. A. 235 a, Otiosus & nihil agens. de Oratu. 103 b, Quo in studio hominum ingeniosissimorum totas ætates videmus esse contritas. Offic. 14 b, Sed & facilior, & tutior, & minus alijs grauis aut molesta vita est otiosorum. Offic. 37 a, Spectatoresque per se præbuerunt otiosos Leuctricæ calamitati.

☞ Syntaxis. *Nullum tibi negotium est otiosum. Otiosus deus, otiosa. Cessatio libera & otiosa. Otiosus, & nihil agens. Ingeniosissimorum studio otiosissimorum tota ætates contrita. Otiosus spectator.*

OTIUM, tij. *tempus, spacium, vacuum, tempus, laxamentum, cessatio libera atque otiosa, remissio, quies, vacatio, status, tranquillitas vitæ, facultas vacui & liberi temporis.* de Orat. 85 a, Et quantum mihi vel fraus, & cæt. vel causæ, & cæt. vel respub. tribuet otij, ad scribendum potissimum conferam. de Orato. 93 a, Non despero fore aliquem aliquando, qui & studio acriore, quam nos sumus atque fuimus, & otio ac facultate dicendi maiore ac maturiore existat talis orator, qualem, & cæt. de Orat. 110 b, Otium quod & raro datur, & nunc peroptato nobis datum est. & ibidem. Otij fructus est non contentio animi, sed relaxatio: item, Philistus otium suum consumpsit in historia scribenda. de Orat. 114 a, Horum libros delectationis causa cum est otium, lego. & 121 b, Cum se de turba & a subsellis in otium, vt cogitat, solitudinemq; contulerit. pro Sest. 23 b, Quod maxime est optabile & bonis & beatis cum dignitate otium. cont. Rull. 87 a, Istos quibus otiosi otium fecissemus, otiosissimos reddam. & ibid. Vos omni ratione otium tenere debetis. Epi. 35 a, & 22 b, pluribus verbis ad te scribam, cum plus otij nactus ero. Epi. 161 b, plura scribam, si plus otij habuero. Epist. 201 a, Quamuis enim occupatus sis, otij tamen plus habes: aut sine tu quidem vacas, noli mihi molestiam exhibere. de Orat. 68 a, Quoniam tantum habemus otij, quantum iamdiu nobis non contigit. Par. 229 b, & pro Fl. 147 b, Si tibi est otium & si vis. & Off. 33 b, Et magis etiam tum, cum plus erat otij. item: Scribendi otium non erat. I. V. 237 a, Ergo tunc cum bello fugitiuorum tota Italia arderet. Cn. Norbanus summo in otio fuit. Orat. 154 b, Homines abundantes otio. & ibid. Græci diffluentes otio. pro Pl. 273, M. Cato in principio Originum suarum scripsit, clarorum virorum atque magnorum non minus otii quam negotii rationem extare oportere. de Cl. 165 b, Otium moderatum & honestum. Tuscu. 248 b, Otium literarum. Ep. 130 b, Referre se in otium. ad Heren. 1 a, Etsi negotijs familiaribus impediti, vix satis otium studio suppeditare possumus, & id ipsum quod datur otii, libentius in philosophia consumere consueuimus: tamen, &c. de Inu. 42 b, Honesta studia per otium concelebrata ab optimis uiris. de Ora. 104 a, Philosophorum autem libros reseruet sibi ad huiuscemodi Tusculani requiem atque otium. Epist. 28 b, Si antea auditum erit otium esse in Syria. Att. 188 a, Tantum ne ab re tua est otii tibi, ut etiam orationem legas? de Ora. 86 b, Philosophi in angulis otium consumunt. de Orat. 89 b, Græci non solum ingenio & doctrina, sed etiam otio studioque abundantes. de Ora. 121 b, Istam oscitantem & dormitantem sapientiam Scæuolarum & cæterorum beatorum otio concedamus. de Am. 115 b, In suis diis cognoscendi semper aliquid atque discendi, remoti ab oculis populi omne otium tempusque contriuimus.

¶ *Desidia.* de Ora. 148 a, Homines otio nimio affluentes. Ac. 2 b, Hebescere & languere in otio. de N. 3 b, Cum otio langueremus. contra Rull. 87 a, Qui propter desidiam in otio viuunt. Acad. 2 a, Vt nõ multum imperatori sub ipsis pellibus otii relinquatur. pro Sest. 8 b, Otium & solitude languorem afferunt hominibus. contra Rul. 84 a, Inertissimum & desidiosissimum otium.

☞ Syntaxis. *Otium suum consumere in. Si fuerit otium. In otium, et solitudinem se conferre. Otium & facultas. Otium consumere in. Otiosus otium facio, & otiosissimum reddam. Otium habere. In otio esse. Literarum otium. Per otium facere aliquid, Requies & otium. Otium & tempus conterere. Otium & solitudo, Otium & desidia. Otio affluere, languere, hebescere. In otio viuere desidem.*

OTRICULANA, villa. pro Mil. 113 b, Otriculana tribus, in Rull.

OVANS, tis. *prope triumphans.* Att. 283 b, Vt ouanti introire Cæsari liceret, decreui. de Ora. 126 a, Imperatorem ornatum a senatu, ouantem in Capitolium ascendisse. ad Herenn. 26 b, Quo pacto hostes ouantes irruerunt in ciuitatem. I. A. 260 b, Heri me ouantem & prope triumphantem Populus Romanus in Capitolium domo tulit, domum inde reduxit.

OVIS, uis. *pecus.* de N. 56 a, Ouium villis confectis atque contextis homines vestiuntur. I. A. 188 b, O præclarum custodem ouium (vt aiunt) lupum.

OVUM, oui. *ouo.* de N. 50 a, Anatum oua gallinis sæpe supponimus. & 52 a, Pisces, vt aiunt, oua cum genuerint, relinquunt. & ibi. Gallinæ ex ouis pullos excludunt. Aca. 5 a, Videsne, vt in prouerbio sit, ouorum inter se similitudo? & ibid. Hi cum ouum inspexerant, quæ id Gallina peperisset, dicere solebant. de Di. 136 a, Defert ad coniectorem quidam, somniasse se, ouum, &c. Epist. 138 a, Integram famem ad ouum affero. *prouerbium.*

P

Muta Latinorum litera, quasi B duplex.

PABULUM, li. *pastio.* de Diui. 114 b, Extis declarari hoc duntaxat pabuli genus & earum rerum, quas terra procreet, vel vbertatem, vel tenuitatem. de Senec. 87 a, Si vero habeat aliquid tanquam pabulum studij atque doctrinæ, nihil est otiosa vita iocundius. Acad. 32 a, Est enim animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum consideratio contemplatioque. de Ar. 244 a, Quid enim hunc prosequor, pecudem ac belluam, pabulo inimicorum meorum & glande corruptum?

☞ Syntaxis. *Study & doctrinæ pabulum. Consideratio pabulum animi. Pabulum & glans.*

PACATUS, ta, tum. *quietus.* de Or. 87 b, Pacatæ & tranquille ciuitates. pro Lig. 137 b, Prouincia pacatissima. Antequ. 16 b, Pompeius terra mariq; hostes reddidit pacatos. I. A. 213 b, Huic tali viro poteritne pacatus esse Antonius?

PACHYNUS, *portus & promontorium in Sicilia.* I. V. 253 b.

PACIOBEAUVE, nis. ABLSNUIUVS.

PACIFICATIO, onis. *compositio, ab armis discessio.* At. 106 b, Nulla spes pacificationis est item, Itaque sapientius feceris, si te in istam pacificationem non interponas.

PACIFICATOR, oris. *pacis faciendæ arbiter, legatus, deprecator.* Att. 7 b, Propositumque esse nobis pacificatorem.

PACIFICATORIUS, a, um. I. A. 140 a, Posteaquam nos pacificatoria legatione implicatos durant.

PACIFICOR, ris. *ab armis desisto, pacem cum aliquo facio, efficio.* At. 241 b, Seruius pacificatus est cum librariolo suo.

PACIFICUS,

PACIFICVS,a,um. Attic. 128 a, Ecquæ pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia.

PACISCOR,ris,pactus, sum *pango, depa[...]r, spondeo, despondeo, promitto, constituo, pactum, vel pactionem facio, pactionem cum aliquo consto, fœdus cum aliquo ferio, cum aliquo pactionem vel fœdus sancio.* I.V. 155 a, Edictum ne quis frumentum de area tolleret, antequam cum decuma no pactus esset. in Sal. 275 a, Is ne causam diceret, sestertio duodecies cum Cæsare paciscitur. Q. F. 323 b, Pacisci præmium ab aliquo. de Or. 141 b, Dixit se dimidium eius ei quod pactus esset, pro illo carmine daturum. pro Sest. 15 b, Gabinios Ciliciam pactus est.

PACO,cas. *pacifico.* Epi. 245 a, Pacare Amanum, & perpetuum hostem ex eo monte tollere, agere perrexi.

PACTIO,onis. *pactum, conductio fœdus. promissio, decisio.* de Inu. 71 a, Cũ omnes perituri milites essent, nisi ad hãc pactionem venissent, vtrũ satius fuerit amittere milites, an ad hanc conditionem venire? I.V. 172 b, Attico. 125 a, An censes nihil inter conuenire? nullã pactionem fieri potuisse? At. 145 b, Si res ad pactionem non venit, longius bellum puto fore. Attico. 75 a, Adeo magis quòd in nostra prouincia confectæ sunt pactiones publicanorum. Postq. 211 a, Consul pactionibus eos suorum præmiorum obligarat. ibid. 200 b, Cum duo consules empti pactione prouinciarum autores se inimicis reipub. tradidissent. Q. F. 296 b, In pactionibus faciendis legem spectare censoriam. pro Q. Rosc. 52 b, Flauius de tota lite fecit pactionem. ibid. 52 b, Non enim pactione verborum, quibus iusiurandum comprehenditur, sed ex perfidia, per quam insidiæ tenduntur alicui dij immortales hominibus irasci solent. pro Flac. 163 a, Quis pactionem fieri coegit? Epist. 287 b, Vt pactiones cum reliquis ciuitatibus conficiat. Attico. 67 a, Facere pactionem cum aliquo, si aliquid fiat. de Prou. 71 a, Facere pactionem cum aliquo de aliqua re. de Arusp. 253 b, Clodius nefarias cum multis scelerum pactiones societatesque conflauit. de Prou. 72 a, Igitur in Syria Imperatore illo nihil aliud pactum est, nisi pactiones pecuniarum cum tyrannis. pro Qu. R. 50 b, Roscius cum Flauio de sua parte fecit pactionem.

☞ Syntaxis. *Ad pactionem venire. Hac pactio fit. Res ad pactionem venit. Pactionibus obligare. Pactiones facere, conficere, conflare. De mea parte tecum pactionem faciam.*

PACTOR,is. I.V. 246 b, Societatis pactores.

PACTVM,cti. *pactio, conuentum, conuentus, conditio.* de Inuen. 70 b, Pacta præstant legibus. ad Her. 10 a, pactum præstat iuri. Attic. 92 a, Pomponius cum ex pacto & conuento (nam ea lege exierat) iam a me discesserat. I.V. 99 a, Manere conditione atque pacto. de Orat. 118 a, Pacta, conuenta, stipulationes. pro Cæcin. 294 b, pacti & conuenti formula. de Vniu. 97 b, Nullo pacto, nullo modo. de Inu. 49 a, Alio pacto. ibid. 70 b, Pactum est, quod inter aliquos conuenit. Offic. 70 b, Pacta & promissa semperne seruanda sint, quæ nec vi, nec dolo malo, vt prætores solent dicere, facta sunt.

PACTVS,a,um. *promissus.* Offi. 73 b, Vt si prædonibus pactum pro capite precium non attuleris. Q. Fr. 323 b, Magna inuidia sunt consules propter suspicionem pactorum à candidatis præmiorũ. pro Sest. 20 a, Pacto iam fœdere prouinciarum. Attic. 81 a, Deiotari filius, cui pacta est Artabasdis filia. I. C. 102 a, Scio pactam & constitutam esse cum Manlio diem. Offic. 7 b, Cum triginta dierum essent cum hoste pactæ induciæ. Attic. 28 a, Si quæ de me pacta sunt, ea non seruantur, in cœlo sum.

☞ Syntaxis. *Pacta præstant legibus iuri. Ex pacto & conuento fare. Conditione & pacto manere. Pacti & conuenti formula. Pactum precium fœdus. Pacta & constituta dies. Pacta cum hostibus inducia. Quæ de illo pacta sunt, nam non seruantur.*

PACVVIVS,uij, *poeta tragicus.* Or. 200 a, Omnes apud hunc ornati elaboratique sunt versus. de Or. 106 a, Teucer Pacuuij.

PAEAN,onis. *pes in versu, aut oratione, & hymnus Græce. παιάν, ᾶνος.* de Ora. 160 a, Pæan est duplex, aut sic, ∪∪∪–, aut sic, ∪∪∪–. & ibi. A superiore pæane. Or. 218 a, Aristoteles pæana, vt optimum probat, a quo dissentio. de Ora. 107 a, Pæanem aut nunionem cantare. & Or. 215 b, *aliter, Paon. παιὼν ὦνος.*

PAEDAGOGVS,gi. *pueri custos.* Att. 197 b, Et pædagogi probitas, & medici assiduitas, id me suspicari vetat. de Ami. 110 a, Isto enim modo nutrices & pædagogi maxime erunt diligendi. ad Her. 29 a, Conturbatus est adolescens, nec mirum, cui etiam nunc pædagogi lites ad auriculas versarentur.

PAESTANVS,a, Att. 255, Pæstanus sinus.

PAESTVM,sti, *oppidum Italiæ.* Att. 181 b.

PAGANVS,a,um pro Dom. 228 a, Nullum est in hac vrbe collegium, nulli pagani aut montani, qui non, &c. *Pagani & Montani, conuenticula erant plebis Romanæ.*

PAGELLA,læ. Epi. 25 a, Extrema pagella pupugit me. & 199 a, Non minor λαλαγισμὸν tuum: altera iam pagella procedit.

PAGINA,næ *alterũ folij pars.* Orato. 220 b, Etenim, vt scis, quasi in extrema pagina Phædri his verbis loquens Socrates: Adolescẽs, &c. Attico 90 a, Quoniam respondi tuæ paginæ postremæ prima mea, nunc ad primam reuertar tuam. Attico. 76 b, Et si meam in eo parsimoniam huius paginæ contractio significat. 242 a, Epistolæ prior pagina. Attico. 216 b, Etenim hæc decantata erat fabula, sed complere paginam volui. Quin Fra. 301 a, Cum hanc paginam tenerem, L. Flauius ad me venit. de Fin. 188 a, Vtrum igitur tibi videor, an totas paginas commouere. Episto. 258 a, Varie sum affectus tuis literis, valde priore pagina conturbatus, paulum altera recreatus. Att. 80 b, Respondebo primum postremæ tuæ paginæ, quæ mihi magnæ molestiæ fuit.

PAGINVLA,læ. Atti. 59 b, Longæ paginulæ in codicillorum fastis futurorum consulum.

PAGO, pagis, pepigi, vel pegi, pactum. *paciscor.* pro Quin. Rosc. 49 a. Dic pactionem fecisse, non pepigit. ad Her. 10 a, Ea pacto ius est. si quid inter se pepigerunt, si quid inter quos conuenit. I.P. 87 a. Obtinuisti prouinciam iis finibus, quos lex cupiditatis tuæ, non quos lex generi tui pepigerat. Offic. 70 b, Nec ab eo qui cum pepigerat, impetret, vt, &cæt. de Leg. 167 b, Requiri placet terminos, quos Socrates pepigit, iisq; parere. ad Her. 10 a, Rem vbi pagunt, oratione pagunt.

PAGVS,gi. *villa, curia.* Qu. de Pet. 209 a, Collegium omnium pagorum, viciniarum.

PALA,læ. *annulli pars plana & latior, in qua vel gemma includitur, vel signum aliquod insculpitur.* Off. 59 b, Is cum palam annulli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat.

PALAEMON,onis. L. Leocothea.

PALAESTRA,stræ: *gymnasium.* de Inuen. 62 a, Illi statim hominem duxerunt in palæstram, atque ei pueros ostẽderunt multos, magna præditos dignitate. Orato. 198 a, palæstra adiuuat histrionem. Orat. 215 a, Numerus quasi quandam palæstram & extrema lineamenta orationi attulit. Orato. 219 a, Motus hic habet palæstram quandam. de Ora. 91 b, Sed palæstræ magis & olei, quàm huius ciuilis turbæ atque fori. Atti. 25 a, palæstra palatina. I.V. 115 b, *de palæstra & palæstritis.* ad Her. 38 b, Non enim vt palæstra, qui tædas candentes accipit, celerior est in cursu cõtinuo quam ille qui tradit, ita melior imperator nouus qui accipit exercitum, quàm ille qui dedit: propterea quod defatigatus cursor integro facem, hic peritus imperator imperito exercitum tradit.

☞ Syntaxis. *Numerus quasi palæstram orationi addidit. Motus hic habet palæstram. Hoc habet palæstra multum, & olei.*

PALAESTRICE. *palæstritarum more.* de Opt. 243 b, palæstrice spaciari in xysto.

PALAESTRICVS, a, um. I.V. 119 b, Nunquam vos prætorem tam palæstricum vidistis. Offic. 26 a, Nam palæstrici motus sæpe sunt odiosiores.

PALAESTRITA,tæ. I.V. 115 b, Faciemus vt palæstritæ negent ex testamento esse positas.

PALAM, *manifestè in conspectu, in oculis omnium, in ore atque oculis omnium.*)(*clam, per præstigias, ex insidiis, obscure.* I. V. 115 a, Quæ in foro palam Syracusis in ore atque oculis omnium gesta sunt. pro Cæl. 41 b, palam in cum tela iaciuntur, clam subministrantur. Post quam 206 a, Cuius primum tempus ætatis palam fuisset ad omnes libidines diuulgatum. I.P. 84 a, b, Cum arma in templum Castoris luce ac palam comportarentur. in Pison. 98 a, Stipendium militibus numeratum est, mensis palam propositis. I.A. 197 b, M. Antonius palam secum habuit armatos. item: Non per præstigias, sed palam totum oppidum compilauit. Offi. 79 b, Luce palam in foro saltare. pro Mil. 106 a, palam agere cœpit, aperte dicere, occidendum Milonem. I.P. 81 a, Mitto enim domestica: hæc commemoro, quæ sunt palam. pro Fl. 160 a, Quæsitum & prolatum palam non negas. Postq. 208 a, Nondum palam factum erat concidisse rempublicam, cum, &cæte. Ora. 200 a, Non ex insidijs, sed aperte ac palam facere aliquid. I.V. 69 b, Aperte palamque dicere aliquid. Att. 257 a, Octauius rem gerit palam. Att. 210 b, Credo enim palam factum esse. pro Clu. 22 a, A. Aurius in foro palam multis audientibus & clarissima voce, nomen Oppianici delaturum esse testatur. Acad. 4 a, Alterum quidem palam, alterum obscurius. Episto. 2 a, Is palam sic egit causam tuam, vt, &c. I.V. 149 a, palam ante oculos omnium esse. At. 210 b, De pansa etiam, si quid certius: credo enim palam factum esse.

☞ Syntaxis. *Palam, in ore, oculis. Luce & palam, Non per præstigias sed palam. Non ex insidiis, sed aperte & palam.*

PALAMEDES,dis, *dux Græcus, in bello Troiano indigna proditus.* ad Her. lib. 2, & Top.

PALATINVS,a, um. Attic. 25 a, palæstra palatina. pro S.R. 21 b, Ad balneas palatinas. pro Domo sua. Vt etiam palatinam tuam perderent.

PALATIVM,tii. *mons Romæ.* pro Do. 133 b, In palatio atque in pulcherrimo vrbis loco. Anteq. 196 b, & de Nat. 72 a, Iouis Statoris templũ a Romulo in palatij radice est collocatum. pro S. Ro. 49 a, Alter tibi descendit de palatio & ædibus suis. I.C. 97 b, Nihil ne te nocturnum præsidium palatij mouet?

PALATVS, ti. *pars oris interior, superiorque, in qua sensus est gustatus. Alij autores palatum genere neutro vsurpant.* de Finibus 69 b, Nec enim sequitur, vt cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. de Finib. 71 a, Voluptas, quæ palato percipitur, quæ auribus. de Natu. 35 b, Epicurus dum palato quid sit optimum iudicat, cœli palatum, vt ait Ennius, non suspexit.

PALEA,leæ. Parad. 119 a, Auri nauem euertat gubernator, an paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil interest. de Finib. 123 a, Gubernatorque peccat. si palearum nauem euertit, & si auri. itẽ Itaque aurum paleamve portet, ad bene aut male gubernandum nihil interest.

PALILIA, lium, *Feriæ XIII. Cal. Septembris, Romæ vrbis natali consecratæ, vt Varro & Ouidius testantur.* L. Vinalia.

PALINODIA, diæ. *contraria cantio, retractatio.* Attico. 57 b, Subturpicula mihi videbatur esse palinodia. & 105 a, Mihi autem nulla de eo palinodia detur, propter, &cæt. Attic. 28 a, Quarum expectatio diu nam παλινῳδίαν.

Palimpsestum, *vel.* Palimpsectum, *vel potius.* Palimpsestos, *charta, seu tabula, in qua cùm aliquid scriptum est, deleri abradique commode potest, rursusque scribi, deletitiam Vlpianus iurisconsultus vocat.* Epistola. 104 a, Nam quod in palimpsesto, laudo equidem parsimoniam, sed miror, quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quàm hoc scribere.

Palla, læ. *vestis genus, præsertim muliebris honesta.* I. A. 186 b, Qui cum palla & cothurnis nummos populo de rostris spargere solebat.

Palladium, dij. *Palladis signum.* pro Mil. 197 b, Exhibe quæso librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt ex medijs armis turbaq; nocturna tanquam Palladium sustulisse.

Pallas, dijs. Anteq. 196 b, Tritonia armipotens, Gorgona, Pallas, Minerua L. Gorgona. in Arat.

Vt nemo cui sancta manu doctissima Pallas.
Solertem ipsa dedit fabricæ rationibus artem.

Episto 30 b, Idque me puto non inuita Minerua esse facturum: quã quidem ego, si forte de tuis sumpsero, non solum Pallada, sed etiam Appiada nominabo.

Palleo, les. *exalbesco, expallesco.* I. A. 176 b, Sodat, pallet quidlibet, modo ne nauseet, faciat, &c. ad He. 13 b, Necesse est quoniam pallet, ægrotasse.

Palliatus, a, um. I. A. 197 a, Græcus index modò palliatus, modo togatus. pro R. P. 126 b, Is sæpe palliatus fuit, & aliqua habuit non Romani hominis insignia. Q. F. 319 a, Denique illa palliatæ topiariâ facere videntur.

Palliolum li. Tus. 202 b, Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia. *prouerbium.* Cæcilij.

Pallium, lij. *amiculum. Pallium propriè Græcorum fuit, vt toga Romanorum.* I. V. 212 b, Verres cum tunica pulla, & pallio. & 242 a, & 253 b, Iste cum pallio purpureo, tunicaque talari. de Orato 154 b, Hippias gloriatus est, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se manu sua confecisse. pro R. P. 227 a, Consularis homo soccos habuit & pallium. & 126 b, Aut pallium sumendum Alexandriæ, aut omnes fortunæ abijciendæ, si togam retinuisset. de Do. 138 a, Amica corpus eius texit suo pallio de Natu. 76 b, Dionysius aureum Ioui detraxit amiculum grandi pondere, eique laneum iniecit pallium.

Pallor, oris. Tus. 213 a, Ex quo fit, vt errorem pallor & tremor, & dentium crepitus consequatur. Aca. 13 a, Nihil interesset, qui distingueretur tremor ille & pallor. pro Flac. 148 a, Magno cum tremore & pallore aliquid dicere.

Palma, mæ. *manus pars interior.* de Finib. 67 b, Zeno rhetoricam palmæ, dialecticam pugno similem esse dicebat. Ora. 207 a, Cum autem manum dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. Offi. 59 b, It cum palam eius anuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat. in Arat.

Hanc dextram Cepheus dextro pede pellere palmam Gestit. —

¶ *Est item victoria item, principatus alicuius rei.* de Orat. 156 a, Si quærimus, quid vnum excellat ex omnibus, docto oratori palma danda est de Orato. 129 b, Miror te non huius rei palmam, vt cæterarum, Crasso detulisse. I. A. 159 b, Nisi forte Actio tum plaudi, & palmam dari putabatis. de Cl. 180 a, In quadrigis, qui palmã iam primus acceperit. At. 62 b, Ne diutius pẽdeas, palmam tulit Anteq. 197 b, Habeant hanc palmam ex innocentis cruore. de Se. 80 b, Quam palmã vtinam dij immortales tibi Scipio reseruent. pro S R. 21 a, Alter plurimarum vetus ac nobilis gladiator habetur. I. A. 133 a, Sexta palma vrbana etiam in gladiatore difficilis. pro S. R. 35 b, Multæ sunt infames palmæ, hæc prima tamen est lenistica.

¶ *Insuper arbor nobilis, quæ contra pondus nititur, & potius in alteram curuatur partem, huic victoria, fortitudinisque insigne sumptum est.* I. V. 253 a, Palmarum agrestiũ multitudo in Sicilia. de Leg. 156 a, Vlisses Deli se proceram & teneram palmam vidisse dixit.

Palmaris, re. *palma victoriaque dignus.* I. A. 108 a, Sed illa statua palmaris de qua, &c. de Na. 6 a, Sed illa palmaris quidem. *sedebat sententia Philosophorum.*

Palpor, is. *adulor. blandior.* Ep. 165 b, Palparer plane necesse erat, si vellem, &c. pollionis.

Palpebræ, arum. de N. 54 b, Palpebræ, quæ sunt tegumenta oculorũ, mollissimæ tactu, ne læderent aciem. & 55 a, Muniteq; sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. I. P 85 b, M. Regulus, quem Carthaginenses resectis palpebris vigilando necauerunt.

Palpito, as. *palpitare, est moueri & exilire sed motu frequenti & leui.* de N. 30 b, Cum cor animantis euulsum ita mobiliter palpitaret, vt imitaretur igneam celeritatem.

Palto, *Syriæ oppidum* Epist 189 b, Cassij.

Paludatus, a, um. *paludamento ornatus.* L. Chlamys. I. A. 86 a, Consul proficiscens paludatus in prouinciam. pro Sest. 59 a, Exierũt duo Vulturij paludati. Ep. 120 a, Att. 16 a, Crassum minore dignitate aiunt profectum paludatum.

Palus, li. *lignum in terra infixum, & patibuli genus.* I. V. 237 b, Damnati producuntur, & ad palum alligantur.

Palus, paludis. I. A. 295 b, Ille paludes siccare voluit. cont. Rull. 76 a, Mithridates Mæoti & illis paludibus defenditur. & 80 b, Postq. 202 b, Arruam aliquam aut paludes emere.

Pamphylia, *regio in minore Asia* in Ver. 149, de Diuin. 80 & Famil. libro 3.

Pamphylii, *populi in Asia.* de D. 85 b.

Pamphylius, a, um. Att. 5 a, Forum Pamphylium.

Pampinus, ni. *folium vitis.* de Sen. 88 a, & Tus. 162 b, Vua vestita pampinis, nec modico tempore caret, & nimios solis defendit ardores.

Pan, nis, *pastorum Deus.* Virg. Buch.

— *Pan curat oues, ouiumq; magistros.*

de Na. 79 b, Ex Mercurio & Penelopa, Pan natum ferunt.

Panathenaicus, *Isocratis oratio de rebus gestis Atheniensium. sic appellata a ludis Quinquatrijs, quæ Panathenæa vocabantur.* Ora. 200 b, Panathenaico Isocrates ea se consectatum fatetur.

Panchrestus, a, um. *optimus, vtilissimus.* I. A. 181 b, Panchresti medicamentum.

Pando, dis. *aperio.* Tuscu. 243 a, Alia autem diuina illa longe lateque se pandant, cœlumque contingant. *i. bona animi.* Tus. 221 a, Quærebam igitur, vtrum panderem vela orationis statim, an, &c. Tus. 174 b, Quo vtinam passis uelis peruehi liceat. in Ara.

--- *Omnis iam panditur hydra.* & ibid.

Non factum medicum pandet Nepa, &c. — L. Passpando.

Panegyricus. *laudatio, vel fusio, vel concio in conuentu habita.* Or. 200 a, Tales orationes, qualem Isocrates fecit Panegyricum.

ΠΑΝΗΓΥΡΙΣ. *conuentus.* Att. 8 b, Erat in eo ipso loco illo die nundinarum πανήγυρις.

Pangendo. Att. 30 b, De pangendo quod me adhortaris, fieri nihil potest.

Pango, is. *compono, condo, scribo.* Epi. 263 b, An pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat.

Pangor. Att. 16 a, Itaq. ἀνέκδοτα quæ tibi vni legamus, pangentur.

Panicum, *mutum, motum.* pro Cæl. 45 a, Att. 251 a, De Ventidio, πανικὸν puto. & 233 a, Πανικὸν certe, scripsisse enim.

Panis, nis. I. P. 194 a, Pistor domi nullus, nulla cella, panis & vinum à propola atque de cupa. pro Cl. 53 a, Oppianicum veneno esse necatum, quod ei datum sit in pane. & Tusc. 147 a, Cum Ptolemæo peragranti Aegyptum comitibus non consecutis cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius.

Paniscus, sci. de Na. 68 a, Nymphæ deæ. Panisci, & Satyri. de D. 85 a, & 118 b, In Chiorũ lapidicinis saxo diffisso caput extitisse Panisci.

Pannosus, a, um. *male vestitus, sordidatus.* Attic. 56 b, Pauci pannosi, sine lacerna.

Panormitanus. I. V. 132 b.

Panormus, *vrbs Siciliæ.* I. V. 121 b, Att. 119.

Panthera, ræ. *bestia maculosa, cuius mas, pardus appellatur.* de Nat. 18 b, Leones & Pantheras esse & 51 b, Pantheræ in Barbaria venenata carne capiuntur.

Paphlagonia, *regio.* cont. Rul. 62.

Paphus, *vrbs.* I. A. 168.

Parthi, *populi.* Epis. 122.

Par, ris. *parilis, æqualis, equus, similis, socius alicuius.* de Inu. 70 b, Par est quod inter omnes æquale est. Ora. 208 a, Oratio par & æqualis rebus ipsis. de Na deo. 57 a, Vita beata par & similis deorum. Ora. 218 a, Laudibus pari ehores: sed spacio par, non syllabis. Pat. 250 a, Ex cõparatione parium. de Ora. 124 a, Ex pari, sic, &c. Topi. 22 b, Quod in re pari valet, valeat in hac, quæ par est. de Leg. 188 a, Omnia infima summis paria fecit. de Na. 13 a Vt omnia omnibus, paribus paria respondeant. *isonomia.* de Ora. 160 a, Paria esse debent extrema primis. de Ora. 162 b, Aut quæ paribus paria referuntur. Epis. 15 a, Par pari referre. *prouerbium.* de Inu. 62 b, Si par in nobis atque in illo licentia fuisset. de Cla. 168 b, Omnia fuisse in Themistocle paria & Coriolano. de Or. 91 b, Virtutes ipsas esse inter se æquales & pares. & 105 b, Cõstituere duas artes inter se pares, & eiusdem socias dignitatis. de Cla. 184 b, Quædam sunt mihi paria cum illo, quędã superiora ad Her. 72, Si non poterit par vitium cum causa reperire reperias dispar. Ora. 200 b, Vt verba verbis quasi dimensa, & paria respondeant. de Amic. 109 a, In amicitia superior, par est inferiori. I. A. 159 a, Libertate esse parem cum cæteris, principem dignitate. de Fin. 66 b, Verbum Latinum par Græco, & idem valens. Epist. 60 a, Mutuus animus in amicitia est, cum par volũtas accipitur, & redditur. Tusc. 148 a, Respondere suis maioribus, & parem esse eisdẽ. Epist. 66 b, In reliquis rebus tuis pari me studio erga te, & eisdem voluntate esse cognosces. Episto. 204 a, Pro pari inter nos & mutua beneuolentia. Att 262 a, Tua voluntas erga me par atque mutua. Acade. 9 b, Stellarum numerus par an impar sit, nescitur. & 224 a, Officia paria & mutua. At. 88 b, Habes ad omnia, non vt postulasti, χρύσεα χαλκείων, sed paria paribus respondimus. Att. 156 b, Si quid cui debetur, vt sit vnde pari respondeatur. pro Plan. 264 b, Aliquis alicui omni virtute & laude par. Parad. 117 b, Reges suos omnes pares inter se. præter Superbum. de Or. 106 a, Ille cum dicere Romulo par esse non posset, &cæt. pro Font. 281 a, Esse parem alicui belligerando. de Orato. 90 b, Poeta oratori multis ornandi generibus socius, ac pene par. Offi. 25 a, Aequo & pari iure cum cæteris viuere. de Nat. 60 a, Neque enim mihi par ratio cum Lucilio est, ac tecum fuit. pro Cæl. 55 a, Ingenium minime voluntati par. de Diuina. 3 a, Cratippus, quem ego parem summis Peripateticis iudico. pro Planc. 271 b, Honorum gradus summis hominibus & infimis sunt pares, gloriæ dispares. pro Lig. 141 a, Mihi omnia paria cum illo sunt. de Legi. 193 a, Noxiæ pœna par esto. Attic. 130 a, Nos distracta manu, pares aduersarijs esse possumus. Att. 130 b, Distracti pares aduersarijs esse non possumus. pro Pomp. 14 a, Hi nullo in loco pares iam prædonibus esse poterant. de Senectu. 78 a, Pares cum paribus, veteri prouerbio, facillime congregantur. de Orato. 120 a, Inuident autem homines paribus & inferioribus, sed etiam superioribus inuidetur. ad Herenn. 36 b, In equos & pares faliantur.

ſus.I.P.81 a,Q Metell.cuius paucos pares hæc ciuitas tulit. Poſtq. 207 b, Tu es anſus in circo Flaminio productus cum illo tuo pari ſp̃gere,te ſemper miſericordẽ fuiſſe? Att.260 a, Duo pares ęque inter ſe.de Ami.98 b, Ex omnibus ſeculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum pro Domo.218 b, Quod enim par amicitię fuit vnquã in hac ciuitate coniunctius, quàm fuimus inter nos ego & Pompeius? pro Dom.237 a, Atque hanc rem, par illud ſimile Piſo & Gabinius vidit. I.P.85 b, Vter periſſet in eiuſmodi pari,lucrũ fieri putabat.de Op.244 b, Gladiatorum par nobiliſſimũ. I. A. 229 a, T.Plancus,cæterique pares id agũt. I.A.230 b, Ecce tibi geminũ in ſcelere par inuſitatum, &c de Clar.175, Gracchus ſi vixiſſet, eloquentia neſcio an habuiſſet parem neminem. I.V.118 a, Scyphorũ paria complura. [ad Herca. In eiſdem partibus animi, corporis fortunaru m poſitus.]

Par Est. *decet,æquum eſt.* de Diu. 132 a. Caſum prælij omnes timebamus, ſed ita vt conſtantibus hominibus par eſt, non aperte. pro Mur.127 a, His rebus fretum ad cõſulatus petitionem aggredi par eſt. Att.143. Dubito, quid me facere par ſit. de Amic.111 a, Par eſt autem primum ipſum eſſe bonum, deinde, &c. Epiſto.179 b, Quibus tu, vt par erat, reſtitiſti. I.V.237 a, Statim vt par fuit. comprehenſi ſunt. pro R.97 a, Quod ei præmium dari par fuiſſet? Or.197 a, Sed par eſt, oẽs omnia experiri. Att. 246 b, Tu verò quicquid erit quod me ſcire par ſit, ſtatim, &c. Off.50 b, Sic par eſt agere cũ ciuib. de Leg.171 b, Ex quo intelligi par eſt, eos qui, &c.

☞ Syntaxis. *Par & æqual.. Par & ſimile. Par alicuius. Hoc mihi par totum eſt. Inter omnia paria: inter ſe paria. Dimenſa & paria verba. Par eſſe alicui. Par & mutua beneuolentia. Paria paribus referre, reſpondere. In diſſerendo par non ſum. Æquus & pari iure viuere. In æquos & pares faſtidioſus. Par æquè inter ſe. Quid facis cum illo tuo pari? Amicorum paria duo. Par amicitia coniunctiſſimum, Caſ. & Brutus.*

Parabilis,le. *paratus, facilis inuentu & paratu* de Fi.58 b, Ipſa natura diuitias, quibus contenta eſt, & parabiles & terminatas habet. Tuſc.246 b, Diuitias naturæ parabiles.

Paradoxa.de Fi.123 a. Hæc paradoxa illi, nos admirabilia dicamus. Aca.34 b, Illa mirabilia Stoicorum, quæ παράδοξα nominantur. Par.116 a, Quæ quia ſunt admirabilia, cõtra opinionem omnium, ab ipſis etiam παράδοξα appellantur.

Paralysis,ſis. *reſolutio neruorum, ut Cor. Celſus interpretatur.* At.259 b, Quid eſt, quod audiui de Bruto? Pylium παράλυσιν παραλύεσθαι, te ſcripſiſſe aiebat.

Parasitus,ti. *menſarum aſſecla.* de Ami. 114 b, Aſſentatio paraſitorũ in comœdijs faceta videtur. Epi.14 b, Dixi me facere quiddam, qđ in Eunucho paraſitus ſuadeat militi.

Parate, tius. *adverbium.* de Cla. 187 a, Is tamen ad dicendum veniebat magis audacter, quam paratè. de Orator.197 a, Quamobrem in iſtis ipſis exercitationibus, etſi utile eſt etiam ſubito ſæpe dicere, tamen illud vtilius, ſumpto ſpacio ad cogitandum, paratius atque accuratius dicere.

Paratus, a, um.ior, ſſimus. *inſtructus, armatus, promptus, expeditus, præſto.*)(*imparatus.* I.V.61 a, Quo paratior ad uſum foreſẽm propt orque eſſe poſſem. & 67 b, Paratus atque inſtructus ad iudicium uenit. pro Quin.7 a, Cum paratus meditatusque veniſſes. I.V.112 a, & ad Herenn.26 b, Paratior inſtructiorque ueniret. de Natu.60 a, Spero te, ut ſoles, bene paratum venire. in Ant. 183 a, Antonius inſtructus paratuſque ueoit. de Orato 88 a, Gracchi omnibus vel naturæ uel doctrinæ præſidijs ad dicendum parati. de Orator 119 a, Quos locos multa commentatione ac meditatione paratos atque expeditos habere debetis. Orato.198 b, Alij ad permouendos animos inſtructi & parati. pro Cecinn. 288 a, Paratus ad hoc munus. de Clari.178 a, Prompta & parata in reſpondendo celeritas. Tuſculan. 220 a, Fortitudo ſatis eſt inſtructa, armata, parata per ſeſe. de Orato. 123 b, Vt habeant paratum, quid quaque de re dicant. Quin.de Pet. 208 a, Iſ fac, ut propoſitum ac paratum auxilium tuum eſſe uideatur. de Cla. 177 b. Qu. Scæuola in iure paratiſſimus. & ibidem a, Non ſatis paratus ad canendum fui. pro Milon 106 a, Homo ad omne facinus paratiſſimus. de Ami.114 b, Cum alter ad mentiendum paratus eſt. contra.Rull. 82 a, Ad uſm promptus ad ſeditionem paratus, expeditus ad cędem. Offic.44 a, Deinde conſuetudine beneficentiæ paratiores erunt & tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum. & ibidem. Ad idem ſemper expectandum paratior. pro Seſt 10 b, Cõſenſu bonorum omnium tam parato, tota denique Italia ad omnẽ contentionem expedita. pro Q 2 a, Si id quod parati ſunt facere, mihi nocuerint. Ep.69 b, paratus cõtra fortunam. Ep.120 a, Paratus ab exercitu. & 148 a, paratus omni re. & 148 b, & 174 a, paratus animo ad At.105 a, Cum bene parato pugnare. ad At.138 a, Domitius paratus ad nauigandum. ad Att. 249 a, Ego hunc paratum uideo ex peditatu equitatu. de Leg.183 b, Sed ſint hic uir, & ciuis, & reip. maxime, tuendæque ciuitatis paratiſſimus.

☞ Syntaxis. *Paratus atque inſtructus. Paratus & meditatus. Paratus & expeditus. Promptus & paratus Inſtructus, paratus, armatus. Propoſitum & paratum auxilium. In iure ie paratiſſimus. Facere paratus. Ab exercitu paratus, ab omni re, animo ad. Paratus urbis tuendę, adijceq́ue mum loci.*

Parcae,arũ. de N.68 b, Parcæ deæ ſunt, quas Erebo & Nocte natas ferunt. item: parcæ Heſperides, ſorores Ætheres & Diei.

Parce. *reſtrictè, ſobriè, continenter.* Epiſto 16 b, Etenim id feci parcè & molliter. Off. 21 b, Parce, continenter, ſobrieque uiuere. de Fin.73 a, Nec cur id tam parce tamque reſtricte faciant, intelligo. Epiſt.85 a, Scripſi de te parce & timide. pro Muræn. 131 a, Itaque ſi ſatis proſeciſſem, parcius de eius laude dicerem.

☞ Syntaxis. *Parce, continenter, ſobriè viuere.*

Parcendum. de Ora.130 b, Parcendum eſt maximè charitati hominum ne temerè in eos dicas, qui diliguntur. de Orat. 158 a, Auribus conſuetudinique parcendum.

Parcitur. I.A. 172 a, Omnes mihi cenſebant parci oportere.

Parco, cis. *ignoſco, concedo, remitto, condono, ueniam do, ſeruo. impunitatem do, impunitum ſcelus fero.* pro Quint. 9 b Viri boni maluit com memorare, ſe cum perdere poſſent, peperciſſe, quam cum parcere poſſent, perdidiſſe. Epiſto.56 a, Cui inimici propter dignitatem pepercerant inuentus eſt amicus, qui ei mortem afferret. parcere alicui ſcelerato. *id eſt, ignoſcere.* de Orato. 129 a Craſſus parcebat aduerſarij dignitati, in quo ipſe ſeruabat ſuam. Orator. 205 a, Parcet & amicitijs & dignitatibus. I.V 228 a, Itaque Marcellus ædificijs omnibus pepercit. Epiſto.207 a, Te rogo, ut Albinio parcas, & prædia eius ne attingas. de At. 257 b, & pro Cl. 53 a, b, Quis minus unquam pepercit hoſtium caſtris, quàm hic omnibus corporis ſui partibus? pro Pla. 277 b, Ego fateor, quod uiderim mihi auxilium non deeſſe, idcirco me illi auxilio peperciſſe. Epiſt. 258 a, Te rogo, ſumptui ne parcas ulla in re. Epiſt. 215 a, Sed tamen non parcam operæ. Epiſt. 179 b, Quẽ cum obiurgarem, quod parum ualetudini parceres cum ille, &c. I.V. 128 a, Pater flens unumquenque rogabat, ut filio ſuo parceret. Attico. 117 b, Nec ſum miratus eum, qui caput ipſum reliquiſſet, reliquis membris non parcere. pro Cęl.46 b, Parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam. pro Rab. 92 a, Hunc nec ſuæ nec alienæ pudicitiæ peperciſſe.

¶ *Obtempero, morem gero.* pro Qu. 7 a, Parcere auribus alicuius.

Parcus, a, um. *paruo contentus.* de Orato. 135 b, Cum optimus colonus, parciſſimus, frugaliſſimus eſſet. pro Corn.65 a, M. Craſſus uel nimium parcus in largienda ciuitate. Orator. 204 a, In transferendis uerbis uerecundus & parcus. & ibidem b, Non parcus ſolum, ſed elegans. ad Heren. 55 a, Homo prodigus & luxurioſus. *parcus & diligens* de Clar.177 b. Craſſus erat elegantium parciſſimus, Scæuola parcorum elegantiſſimus.

¶ *Tenax, cupidus, auarus.* pro Cælio. 45 a, Pater parcus & tenax. de Natura 74 b, Poſtremo à parco patre, quod ſumas, quanto diſſipes libentius.

Pardoi, *populi.* I.V.218.

Parens, tis. *pater & mater vnà, & diſtinctè pater vel mater.* Poſtquam 204 a, Parentes chariſſimos habere debemus, quòd ab iis uita, patrimonium libertas, ciuitas tradita eſt. I V.260 a, Iidque poſtremum parentes ſuos liberi orabant. & 257 b, Veniunt Syracuſas parentes propinquique miſerorum adoleſcentium. & 254 a, Hæc ſi tibi tuos parens diceret. pro Syll.182 b, Parens tuus Torquate. de Epi.65 a, Me ſicut alterum parentem & obſeruat & diligit. de Inuent. 21 a, Si ad ſenes, de patribus aut parentibus cogitent. de Finibus 64 a. Socrates, qui philoſophiæ parens iure dici poteſt. de Orato.85 b, Philoſophia bonorum artium omnium procreatrix quædam & quaſi parens. de Vni.202 a, Horum operum ego parens effectorque ſum. Att. 143 a, Cum parentes non alere nefarium ſit, noſtri principes antiquiſſimã & ſanctiſſimam parentem patriam fame necandam putant. de Leg. 168 a, Earum rerum parens eſt educatrixque ſapientia.

Parentum. *pro parentum, Cicero in genitiuo, rationis memor ſæpe dicit teſte Chariſio. lib. 1.*

☞ Syntaxis. *Patres, aut parentes. Parens & effector.*

Parentalia, orum. *iuſta & conuiuia funebria.* I. A. 155 a, An me cenſetis decreturum fuiſſe, ut parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur.

Parentatur. de Le. 181 a, Hoſtia maxima parentari, pietatis eſſe adiunctum putabat. I.A.155 b, Vt cuius ſepulchrum nuſquam extet, ibi parentetur, et publice ſupplicetur.

Parento, as. *iuſta ſolue. funus induco. ſunus duco.* pro Fl. 164 a, Litemus igitur Lẽtulo, parentemus Cethego. I.V.254 b, Nõ Dolabella prius Imperatori ſuo, quam Antonius etiam collegæ parentaſſet.

Parendum de Fin.6 a, His parendum non eſt.

Pareo, res *obedio, obtempero, dicto audiens ſum.* Tuſcu. 235 a, Sapiens parebit & obediet præcepto illi ueteri, &c. de N.5 b, Obedire & parere uoluntati architecti. Or. 216 b, Numeri ut quibus quaſi neceſſitati parere cogimur. Offi. 41 a, Latronum leges eſſe dicuntur, quibus pareant, quas obſeruent I. A. 209 b, Non ut pareret, & dicto audiens eſſet huic ordini, ſed ut conditiones ferret, leges imponeret, &c. At. 36 a, Timeo, ne ille dolori atque iracundiæ pareat. Att. 128 b, Parere conſilijs alicuius.

¶ *Appareo.* pro Quint. Roſc.45 b, Non habere ſe hoc nomen in codice accepti & expenſi relatum confitetur, ſed in aduerſarijs parere contendit. *ſic legen dum putat vir ſingularis diligentiæ Paulus Manutius, cùm aliàs Patere legeretur. Huc fortaſſis etiam illud ex Philipp. 2. pag. 178 a,* Vbi eſt ſepties millies ſeſtertium, quod in tabulis quæ ſunt ad Opis, parebat.

Parianus, a. Epiſt.22 b, Pariana ciuitas.

☞ Syntaxis. *Parere & obedire, & contrà. Parere, & dicto audientem eſſe.*

Paricida, dæ. *primum, qui parentem occidit: deinde lege Pompeia, qui propinquum quemuis: poſtremò Numa Pompilij lege, qui liberum hominem morti ſciens dederit. Patriæ etiam oppreſſor, aut proditor, parricida iure vocatur, quia patria, parens communiſque eſt.* Attic 277 a, Audiuimus eum ueniſſe in ſuſpicionem Torquato de morte Panſæ, cuſtodirique ut paricidam. pro Deio. 218 b Quid de me quod tulit te dicis, paricida, fratricida, ſororicida, nonne extraordinem tulit? Epi. 184 a,

284 b, Vt non modò sicarij, sed etiam paricidæ iudicemini. pro S. R. 30 a, & 23 b, Paricidas in sui uoluerunt in culleum uiuos, atque ita in flumen deiici. I. C. 103 b, Paricida ciuium interfectus. Para. 120 a, Paricidam esse qui patrem necauit. in Auto. 216 b, Fateor nos plus etiam quam paricidas esse: si quidem est atrocius, patriæ parentem quàm suum occidere. L. CLIPO, & PATRICIDA.

PARICIDIVM, dii. I. Ve. 60 b, Ciuem Romanum propè paricidium necari. de Inuent. 69 a, Cum uenefici cuiusdam nomen esset delatum, & quia paricidij causa subscripta esset, extra ordinem esse acceptum. pro Dom. 230 a, Hoc dico esse paricidium. pro Cluen. 25 b, Fraternum paricidium. I. A. 163 b, Paricidium patriæ. I. A. 187 a, Hic de patris & patrui paricidio cogitauit. I. An. 137 a, Qui nefario se patriæ • paricidio obstrinxit. * de Fin. 120 b, Homines sceleribus, & paricidiis inquinati.]

☞ Syntaxis. *Fraternum paricidium, patria. Patris & patrui paricidium.*

PARIENDVS, a, um. Epist. 146 b, Victoria pax parienda est.

PARIES, tis. *maceria, priuatus murus, quo domus à domo distinguitur.* Topico. 222 a, Paries directus, solidus, uel fornicatus. Epistola 58 b, Nihil mihi intra meos parietes tutum. L. V. 228 b, & de Orato. 228 b, Interiores templi parietes. de Ora. 231 a, In omnibus parietibus esse literas, tria. I. L. L. &c pro Mil. 116 a, Ducere parietem per uestibulũ alterius. Par. 121 a, Cum parietes disturbabas. I. V. 32 a, Licet parietes in adolescentia perfoderis.

PARIETINÆ, arum. *parietum reliquiæ.* Episto. 203 b, Epicuri parietina• rum nescio quid. Tusc. lib. 3, A spectæ parietinæ. * Epi. 47 b, In tantis tenebris, & quasi parietinis Reip.]

PARILIA, orum. *dies festus, quo urbs Roma condita est.* Attico. 129 b, de Diuinat. 128 b.

PARILIS, le. *par, similis.* in Arat.

Consimili specie stellas parilique colore.

PARIO, tis & PARIO, a, paretis. *gigno procreo, partum edo, acquiro.* de Or. 163 b, Mulier grauida expletis iam ferè ad pariendum mensibus. de Orato. 133 b, Si quintum pareret mater eius, asinum fuisse pariturã. Epistola 50 a, Vt ea liberos ex sese pareret. Acad. 15 a, Hic cum oua inspexerant, quę id gallina peperisset, dicere solebant. da N. 1 b, Fruges & reliqua quæ terra pariat. I. C. 102 a, Ad hanc te dementiam natura peperit. Tusculan. 228 b, Tu vrbes peperisti. ad Her. 25 a, Parere, gignere. de Orat. 141 b, Ars non totum aliquid parit & procreat. Orato, 207 a, Postea dialectici spinosiora multa pepererunt. Offi. 39 a, Hæc quibus rebus pariuntur a singulis, eisdem fere a multitudine. I. C. 118 a, Dummodo meis laboribus populo Romano dignitas salusque pariatur. pro Syll. 170 b, Tum afflicto P. Sylla consulatus vobis pariebatur, sicuti partus.

PARIS, dis. Oct. 330 a, A te fata patriæ Paridem futurum prædicabant, qui uastares urbem incendio, Italiam bello.

PARITER. *simul, similiter, æqualiter, æquè, uicissim.* de Diu. 115 a, Conchylijs omnibus contingit, ut cum luna crescant pariter, pariterque decrescant. de Orato. 143 b, Vt ille qui hæc non uidit, & uixisse cum republica pariter, & cum illa simul extinctus esse uideatur. Tuscula. 153 a, Pariter cum uita sensus amittitur. Offic. 42 b, Tua laus pariter cum republica cecidit. Tuscula. 179 a, Animus uoluptatem pariter cum corpore percipit. de Senectu. 87 b, Studia doctrinæ, quę pariter cum ætate crescunt. Antequam 196 b, Ferte opem pariter reipublicæ, cuoctæque ciuitati meisque fortunis. de Fin. 63 a, & Nã & lætamur amicorum lætitia æque ac nostra, & pariter dolemus angoribus. Offic. 39 a, Sed ea non pariter omnes egemus. Ora. 200 b, Vt pariter extrema terminentur. contra Rul. 81 a, Et quem pariter, qui uer faciunt, uestrum, esse audiunt. I. V. 272 b, Siculi mecum pariter moleste ferunt. ad Heren. 16 a, Pariter nobiscum. Postquam 212 a, Respublica me secum pariter reportauit. de Am. 106 b, Vt nostra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentiæ pariter æqualiterque respondeat. Parad. 124 b, Qui domi tuæ uidet pariter atque • accusatorum atque iudicum consociatos greges. * Episto. 94 a, Pro summa mea in te beneuolentia, & tua in me pariter.]

☞ Syntaxis. *Crescunt pariter, pariterque decrescunt pisces cum luna. Pariter cum uita sensus abit. Pariter æqualiterque amare.*

PARMA, mæ. *urbs Italiæ.* I. C. 260 a, Qua enim tu urbe tam immanis Annibal capta quàm in Parma surrepta Antonius.

PARMENSIS, se. I. A. 256 b, *bis*.

PARO, as. *appare, comparo, orno, adorno, instituo, instruo, molior, munio, etiam munio.* Ora. 208 a, In quo aut concilietur auditor, aut erigatur, aut paret se ad audiendum. Epist. 8 a, Huc te para, hæc cogita. in Sal. 273 b, Qui mihi parare putasti inuidiam ex mea re familiari. Epi. 19 b, Est enim tibi grauis aduersaria constituta, & parata incredibilis quædam expectatio. pro Cec. 296 b, Armatos uere appellamus, qui scutis telisque parati ornatique sunt. I. V. 214 a, Instruere & parare conuiuium. Atti. 101 a, Cogito trans Tyberim hortos aliquos parare. pro Fl. 161 a, Agros sibi ypiam parare.

PARO, onis. *nauigium piratarum.* Cicero.

Tum se fluctigero tradit, mandatque paroni.

& alibi, Paronculis ad litus ludit celeribus, Isidorus Etymologo. lib. 19. capit. 1.

PAROCHVS, chi. *publicus curator ministerque, qui peregrinis respublica nomine munera, atque alia necessaria procurabat.* Attico. 205 b, Ariartem omnino Sestius parochus publicus occupauit, quod quidem facile patior, &c. *Legitur etiam Parochyt, id est, præbitionibus & muneribus publicis.*

PARANOMASIA. L. ANNOMINATIO.

PARS, tis. *forma species.* de Inuent. 49 b, & 51 b, Genus est, quod plures amplectitur partes: vt animal pars est, quæ subest generi: ut equus de Orat. 100 b, Partes sunt, quæ generibus iis ex quibus emanant, subiiciuntur de Orato. 94 a, Res aliquas uerbis designare, generibus illustrare, partibus distribuere. de Orato. 141 b, Traducta ex parte ad genus notatio.

¶ *Membrorum partio.* de Fin. 97 b, Omnes hę sunt genere quatuor, partibus plures. de Natura 3 b, Omnes partes philosophiæ, atque omnia membra tum facillimè noscuntur, cum totæ quæstiones scribendo explicantur de Orat. 140 a, Virtus habet plures partes, quarum, &c. pro Q. R. 54 a, Vt socius in societate habet partem, sic cohæres in hæreditate habet partem. I. V. 253 a, Quibus illi urbis suæ partem ademerunt, iis tu nostri Imperij partem dedisti. de Orat. 142 b, Quis Antonio permisit, ut partes faceret, & utram uellet, prior ipse sumeret? Attic. 197 b, In partes fecit in ripa nescio quoternorum ingerũ. pro Cec. 287 a, Mulier in partem vocatę sunt. pro Dom. 243 a, Vrbis partes celeberrimæ & maximæ, ut forum, curia, &c. pro Cec. 287 a, Ei partem bonorum maiorum legauit.

¶ *Regio, locus.* Epistola 185 b, Ab orientis partibus, & 186 b, Omnes quæ in illis partibus sunt copiæ. in Verr. 107 b, Quæremus etiam, quid iste in extremis Phrygiæ partibus fecerit. Tusc. 198 b, Hypanis, qui ab Europæ parte in Pontum influit. pro Muræ. 145 a. Ibis igitur in exilium, miser, quò? ad orientisne partes? I. P. 85 b, Qui in Italia omnes omnium gentium partes tribus triumphis deuinxit. Ep. 150 a, In his partibus.

¶ *Officium munus, numero multitudinis.* Quint. Fratr. 298 b, Etsi mea pars nemini cedit, fac ut tua cæteros. contra Rull. 70 a, Creationem Pont. Maxim. populi ad partes dare. Att. 103 b, & 104 a, & Ep. 40 b, Pompeius hortabatur, ut partes suas susciperem. & 44 a, Suscipere officia & partes pro dignitate alicuius. Att. 117 a, Si erit bellum, ut ui deo fore, partes meæ non desiderabuntur. de Ora. 111 a, Ac maximè partes istius officij sunt pueri Ciceronis. Ep. 30 b, De mea beneuolẽtia erga te, etsi potes ex eodem Phania cognoscere, tamen uidentur etiam aliquæ partes meæ. de Orator. 156 a, Sed certe hæ partes fuerunt tuæ de illustranda oratione ut diceres. de Ora. 111 a, Sed cur impedimus Antonium? cuius audio esse partes, ut de tota eloquentia disserat. de Ora. 110 a, Sed in transactis iam meis partibus, ad Antonium audiendum uenistis. ad Att. 165 a, Iudicabam duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra. de Natu. 8 b, Eique eius partes tribuit, ut, &c. pro Font. 278 b, Næ multo uestræ maiores grauioresque partes sunt ad cogitandum, quàm ad dicendum meæ. pro Q. 2 b, Qu. Hortensius, qui hoc iudicio partes accusatoris obtinet. Epi. 41 a, Cum te ex fratre meo, ne tum quidem, cùm tibi prope necesse esset eas agere partes, inimicum mihi fuisse cognossem. Offici. 20 a, Nobis a natura constantiæ, moderationis, temperantiæ partes datæ sunt. Episto. 130 a, Tibi dedi partes Antiochianas, mihi sumpsi Philonis. Epist. 41 b, Cum tibi prope necesse esset eas agere partes: id est, esse inimicum. pro Mur. 125 a, Ego has partes lenitatis & misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter: illam uerò grauitatis seueritatisque personam non appetiui, sed ab republica mihi impositam sustinui. de Arusp. 258 a, Nisi hanc personam & has partes possem sustinere. Epist. 44 a, De me autem suscipe paulisper partes meas, & eum te esse finge, qui ego sum. pro Flac. 160 a, Quis unquam Græcus comœdiam scripsit, in qua seruus primarum partium non Lydus esset? pro Dom. 215 a, An meæ partes in ea causa nũ præcipuæ fuerunt? pro R. P. 124 a, Nulla pars non fuit mea. pro Corn. 55 a, Quæ sunt igitur partes meæ? I. V. 89 a, Munus hoc meum non est: cum meæ partes sunt hospitum recipiendorum, id libenter facio. At. 103 b. & 104 a, Et suscipere partes suas. de Diuin. 101 b, Quid de auguribus loquar? tuæ partes sunt, tuum, inquam, auspiciorum patrocinium debet esse. in Ver 21, Cur tuas partes suscipio, cur tuũ onus sustineo? Episto. 40 a, Suscipere officia & partes pro aliquo. in Vatin. 35 a, Eripuisti partes illo tempore charissimas partim a Cæsare, partim à publicanis. Att. 229 b, Tuas partes esse arbitror, ut pueri animum tenerem his opinionibus imbuas. pro Rab. Posthu. 123 a, Dare partes alicui, & mittere in negocium.

¶ *Magnam partem.* de D. 93 a, Cum magnam partem noctis uigilasses. Epi. 134 b, & Tusc. 211 a, Non omnino quidem, sed magnam partem. pro Fon. 178 b, In rebus iudicandis, ad vnam quanque rem ponderandam non minimam partem sapientia iudicis tenet. Or. 215 b, Magnam partem ex iambis nostra constat oratio. I. V. 212 a, Maiorẽ partem diei sedere alicui. Epi. 119 b, Amabo te, hoc cura ut soles libenter, ut ego, maiorem partem nihil curare. Officio. 5 b, Maximam autem partem ad iniuriam faciendam aggrediuntur nonnulli, ut. &c. Tusc. 211 a, Stoici magnam partem in his partiendis occupati sunt. Attic. 225 a, Remis magnam partem: id est, nauigaui. Postquam 199 b, Nam mulieres filiique parui, &c. itineribus necessariis, aut magnam partem tectis ac tenebris continebantur. Epist. 47 a, Et si absfuit magnam partem consulatus tui. pro S. R. 35 a, Nullam partem noctis requiescere.

¶ *In utranque partem, alia huius modi.* At. 148 b, Permulta mihi de nostro itinere in utramque partem occurrunt. de D. 99 b, Flumina in contrarias partes fluxerunt. de Orat. 128 b, Omnium rerum in contrarias partes facultas ex iisdem suppeditatur locis. Offic 36 b, Magna uis est in fortuna in utramque partem, uel ad secundas res, uel aduersas, & ibidem. Hæc sine hominum operibus & studiis neutram in partem effici possunt. pro Sest. 7 a, Aliter multos plane in omnes partes fefellit. Ep. 55 a, Cum suspicarer multum interesse rei familiaris tuæ, te quam primum, idque in omnes partes ualere. Epist. 66 b,

Meque

Méque tibi in omnes partes defendendum putes Off. 2 b, Præcepta quibus in omnes partes vsus vitæ confirmari possit. Epist. 404 a, Hoc tua nullam in partem multum interest. Episto. 115 b, In hanc partem tutum erit tibi gratificari. *id est, in Appium*. Attico. 251 a, Hæc scripsi in eam partem, ne me motum putares. I. C. 118 a, Moueor his rebus omnibus, sed in eam partem, vt salui sint nobiscum omnes. Offic. 42 b, Facillime in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui, &c. Attico. 156 a, Accipere aliquid in optimam partem. Epistol. 168 a, Quæ profectò in optimam partem accipies. & 36 a, Hoc assequere vt in quam partem accipias, minus laborem. Attico. 117 b, Id ego in eam partem accepi hæc oppida, &c. pro Muræ. 129 b, Quod dixisti, aut non dixisses, aut mitiorem in partem interpretarere. I. Ant. 231 a, Aliquid in beneficij partem numerare. in Verr. 237 a, Durum hoc fortasse videatur, neque ego vllam in partem disputo. ad Attico. 112 b, Nunc in alteram partem magis tenendi armorum exitus S. R. 27 a, In eam partem potius peccant, quæ cautior est. Ep. 121 b, In hanc partem errare malo, vt faciam, &c. quam, &c. Ep. 117 a, Aliquãdo tamen sępe re dilata, in eam partem, vt eum decedere, post cal. Martias placeret, senatusconsultum factum.

¶ *Cætus, ordo, numerus*. pro Syll. 181 a, In impiorum partem, atque in parricidarum numerum aliquem transferre.

¶ *Formula, Pro parte mea, &c.* Epist. 15 b, Quisque meus in republi. sit pro mea parte capessenda status. Epistol. 61 a, Atque etiam vt ita fieret, pro mea parte adiuui. Tuscul. 168 b, Omnia ista perinde vt cuique data sunt, pro rata parte, a vita longa aut breuia dicuntur. I. Ve. 219 a, In his artibus pro mea parte versor, quarum ille princeps fuit. Epistol. 152 b. Ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisque parte ferre potuisset. Cass. Epistola. 190 a, Ita pro nostra parte celeriter iter nobis expediri posse confido. Epi. 180 a, Ac debeo pro ciuili parte rempu. velle saluam. pro S. R. 41 a, pro illa tenui infirmaque parte nobilitatem defendi.

¶ *Ex parte, &c.* de Diuinat. 113 a, In eo Senatu quem maiore ex parte cooptasset. pro Cl. 31 b, Hæc enim ille, & aliqua ex parte habebat, & maiore ex parte debere se simulabat. pro Diu. 220 b, Itaque populus Romanus breui tempore neque Salios habebit, neque ex parte dimidia reliquos sacerdotes. pro Muræn. 134 a, Quæstio peculatus ex altera parte lachrymarum, ex altera cathenarum. de Som. 129 b, Extrema ex altera parte grauiter, ex altera acute sonant. & ibidē. & 130 b, Cœli verticibus ex vtraque parte subnixi. Offic. 9 b, Mundus ex quadam parte mortalis, ex altera autem parte, &c. de Diuin. 115 a, Caput iecoris ex omni parte diligentissime considerant & ibidem. Seruitia malorum in contrarias partes se vertunt. de Ar. 245 b, Vestræ domus multo maxima ex parte sunt liberæ religione. Offici. 27 b, Magna autem ex parte clementi castigatione licet vti. Ora. 207 a, Rhetorica quasi ex altera parte respondet dialecticæ. pro Quint. R. 50 b, Qua ager neque villam habuit, neque vlla ex parte fuit cultus. pro Cæcinn. 292 a, Si ulla ex parte hęc sententia infirmata fuerit. pro Quint. Rosc. 49 b, Is seruus ex qua parte erat Fannij, non erat H-S. IIII. ex qua parte erat Roscij, amplius erat H-S. CCCL. III. de Le. 180 b, Si quis de hæredibus exegisset pro sua parte, id quod, &c. Q. Frat. 319 b, Ex parte gaudeo, Attico. 104 a, Etsi ex parte magna tibi assentior. Episto. 71 b, Ex omnibus partibus amor tuus mihi se ostēdit. Episto. 29 b, & 133 a, & de Finibus. 133 b, Tua laus ex aliqua parte fuerit. Epistola. 169 b, Ex magna parte communi commodo inseruieris. pro Flacc. 154 b, Flaccus bellum Cretēse magna ex parte gessit. Tusculan. 148 a, Aut omnino aut magna ex parte liberatus. Tuscul. 229 a, Tibi nos vt antea magna ex parte, sic nunc penitus totosque tradidimus. Aca. 10 b, Si magna parte quidem ad verum ipsum aut quam proxime accedūt. & 11 a, Si ex omni parte eiusdem modi sint. Ep. 146 a, Ex maxima parte. Tus. 242 b, Ex maiore parte plerasque res nominari. & 233 a, Ex maiori parte vnamquamque rem appellari spectarique dicunt. Tusc. 145 a, Si multo maiore & grauiore ex parte bona propendent. Orator. 214 a, Quod ab ijs vere quadam ex parte, non totum dicitur.

¶ *Primas, secundas, & tertias partes alicui dare, &c. id est, primam laudem, seu primum locum & gradum*. Orato. 198 a, Tribuere primas primas alicui. in Anton. 216 b, pater tuus primas omnium ciuium P. Nasicæ, qui Tyberium Gracchum interfecit, dare solebat. de Orat. 162 b, Huic primas dedisse Demosthenes dicitur, huic secundas, huic tertias. Orato. 202 a, Demosthenes tribuit & primas & secundas actioni. Orato. 199 a, Pericles cui primæ sine controuersia deferebantur. de Cla. 172 a, Et si vtrique primas, priores tamen deferunt Lælio: item. Velleius, ad quem tum Epicurei primas deferebant. de Cl. 193 b, primas in causis agebat Hortensius. & 196 a, Hortensius facile primas tenebat. de Cla. 182 a, Ex his illi duo facile primas tulerunt. Q. Frat. 324 b, Tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo quam mihi. in Ver. 62 a, Vt in actoribus Græcis fieri videmus, sępe illum qui est secundarum aut tertiarum partium, cum possit aliquā to clarius dicere, quàm ipse primarum, multum summittere, vt ille princeps q̃ maxime excellat. I. V. 62 b, Si alienus minus vehemens fuerit, & tibi primas in dicendo partes concesserit.

¶ *Genus, causa, res*. Officio. 28 b, Studiose plerique, præsertim in hac parte, facta principum imitantur. Attico. 120 b, Quod plura in ea parte verba fecerim. de Finib. 98 a, Quis non multis partibus malit, &c. Attic. 119 b, In hac parte hęc sunt: vide nunc quæ sunt in altera. Episto. 159 b, Si Africanæ legiones celeriter venerint, securos vos ab hac parte reddam.

¶ *Promiscua, sed præcipuè vis hæc est factionum*. Epist. 125 b, Vtinam aut non in illa parte Appius, aut non in hac Curio, cuius amicitia me paulatim in hanc perditam causam imposuit. Att. 140 a, Cum eadē metuam ab hac parte, si illinc beneficium nō sit, rectius putem quiduis domi perpeti. I. C. 109 b, Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia. ad Brut. 91 b, Vis bonorum in republica partium contentionem esse dictitat. quarum partium? alteri victi sunt, alteri sunt e medijs C. Cæsaris partibus. Epi. 163 a, Non licet mihi nullius partis esse, quia vtrobique inimicos habeo. pro Quin. 12 b, Erat, inquit, illarum partium, quid ni? qui, &c. In Ant. 112 a, Periculum, quod offendit animos maioris partis hominum magis. pro Corn. 59 a, Cum magna pars, &c. contra Rull. 81 a, Omnibus vobis, aut maiori vestrum parti. contra Rullum 70 b, Qui maiorem partem populi suffragiis priuauit. & 69 b, Vt minor pars populi vocaretur. Attico. 255 a, Siquidem similes maioris partis oratorum futuri sumus. de Orator. 210 a, Scæuolam dicere aiebat, bonam partem sermonis in hunc diē esse dilatam.

☞ Syntaxis. *Partes generibus subijciuntur. In partem vocari. In ijs partibus magna vim caritas. Pars mea nemini sedit. Videntur etiam aliqua meæ partes. Personam istam, & has partes sustine, suscipe. Officium & partes suscipere pro aliquo. Partes alicui dare & mittere in negocium. Magnam partem ex iambis constans carmen. Ille magnam, partem occupauit. In contrarias partes fluminis fluens. In vtramque partem vis fortunæ. In eam meminor partem, vt. Cognosces illum in optimam partem. Id ego in eam partem accepi. In mitiorem partem interpretari. In eam peccant ij partem, vt. Transferre aliquem in partem & numerum sapientum. Pro mea parte. Pro rata parte. Quisque pro sua parte ferat. Pro mea tenui parte. Pro ciuili parte Rempub. seruo. Ex quadam parte mortalis, ex altera autem parte non. Multo maxima ex parte. Nulla ex parte cultus ager. Tua laus ex aliqua parte est. Magna parte ad verum accedere. Ex maxima parte sic est. Primæ Cæsari deferendæ, dandæ, tribuendæ. Primas tenere, ferre. Priores partes alicui tribuere, concedere. Esse bonarum partium. Ex medijs Cæsaris partibus.*

PARSIMONIA, *fugalitas, moderatio, sumptuum diligentia*. Par. 125 b, Magnum vectigal est parsimonia. de Repub. lib. 4. teste Nonio, Optimum autem & in priuatis familiis, & Repub. vectigal dico esse parsimoniam. Tusculan. 147 b, Ciuitates quædam parsimonia delectantur, ut de Lacedemoniis paulo antè diximus; & *eiusdem de parsimonia veluti Personarum*. I. V. 220 a, Summa parsimonia, summa diligentia. Offic. 51 b, Res familiaris conseruatur diligentia & parsimonia, iisdem etiam rebus augetur. pro Quin. 10 b, Amicos obseruantia, rem parsimonia retinere. & 17 b, Rustica illa atque inculta parsimonia. Att. 70 b, & Orat 204 b, Et si meam in eo parsimoniam huius paginę contractio significat. de Pro. 74 b, Sed decus illud triumphi minuendum nostra parsimonia non putaui.

PARTHI, *populi*. Att. 76 & 77.

PARTHICVS, a, Att. 75 b, Ocium Parthicum.

PARTENI, *populi*. I. P. 100.

PARTICEPS, pis. *consors, socius*, [* *qui aliquam partem alicuius rei attingit*.] *non expers, compos*.)(*expers*. de Ora 90 a, Quoniam sententiæ atque opinionis meæ voluistis esse participes nihil occultabo. de Diuinat. 93 a, Ea pars animi, quæ mentis ac rationis est particeps. de Vniuers. 199 b, Animus rationis compos & particeps. pro Arch. 190 b, Milites dulcedine quadam gloriæ commoti, quasi participes eiusdem laudis, magno illud clamore approbauerunt. Epistola. 151 a, Feci continuò omnes participes meæ voluptatis. de Iuuent. 73 b, Tu particeps factus es in turpissimo fœdere. Epistola 168 b, Digni sumus, quos habeas tui consilij participes. de Fin. 140 b, 141 a, Virtutes ita connexæ sunt, ut omnes omnium participes sint. Att. 145 b, Huius belli ego & particeps, & adiutor, & socius esse cogor. de Fin. 72 b, Nec ulla de summo bono ratio, aut voluptatis non dolendiue particeps, aut honestatis expers probabitur. Orat. 198 b, Vtriusque particeps, vel vtriusque, si verum quęrimus, totius expers. de D. 87 b, Quod particeps artis est.)(*quod arte caret* pro Fon. 283 b, Socius ac particeps fortunarum omnium. Antequam 196 b, Teque particeps connubij, socia regni regina Iuno. Att. 185 a, Beneficijs & honoribus ut particeps frui, quantis vellemus.

☞ Syntaxis. *Animus rationis compos, & particeps. Particeps sceleris in scelere. Socius ac particeps.*

PARTICIPANDVM. de Leg. 162 b, Sequitur igitur ad participandum alium ab alio, communicandumque inter omnes, iustos natura nos esse factos.

PARTICIPO, as. *impartio, communico, partem capio*. Tusc. 183 a, Qui alteri exitium parat, eum scire oportet, sibi paratum pestem, ut participet parem.

PARTICVLA, læ. *articulus, appendicula*. de Vn. 196 b, Mundi omne animal quasi particula quædam est. de Nat. 33 a, Homo est quędam particula perfecti. *id est, mundi*. Offic. 41 a, Qui scelere pascuntur, non possunt sine ulla particula iustitiæ viuere. Att. 284 b, Particulam literarum tuarum Leg. de Or. 143 b, Omnes tenuissimæ particulæ. & 99 b, Cuicunque particulæ cœli Officerentur. I. P. 98 a, Cognosces ex particula scelerum tuorum, genus vniuersum. *id est, totum cætera*.

PARTICVLATIM, *articulatim, membratim*. ad Heren. 3 a, Si summatim non particulatim narrabimus.

PARTIANOVS, a, um. pro Sy 167 b, Neque ego hoc partiendæ inuidiæ, sed communicandæ laudis causa loquor.

PARTIM, *quo, pars, ex parte quadam*. de Or. 117 a, Sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres fuerunt. in Vat. 32 a, Reliqui ex fuerunt, ex quibus partim tecum plane sentiebant, partim medium quendam cursum tenebant. Epist. 5 b, Cæteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati. I. P. 90 a, Cum partim eius præ-

dę ibido

dæ libido deuoraſſet, partim noua quædam & inaudita luxuries, partim empciones, &c. de Di. 132 a, Quorum partim ficta aperte, partim effutita temere, nunquam prudenti cuiquam probata ſunt. & 125 b, Neceſſe eſt fateri partim horum errore ſuſceptum eſſe, partim ſuperſtitionem multa fallendo. I. A. 220 a, Cum partim e nobis ita timidi ſint, ut, &c. partim ita à repub. auerſi, vt, &c. pro Pom. 7 a, Ex cæteris ordinibus homines induſtrij partim in Aſia negociantur, partim eorum in prouincia magna pecunias collatas habent. Offi. 48 b, Eorum autem ipſorum partim eiuſmodi ſunt, vt, &c. partim, &c. *id eſt, eorum aliqua, &c.* de Or. 96 b, Cauſarum, quæ, &c. partim in iudicijs verſantur, partim in deliberationibus. *id eſt, quædam, & quædam* de Nat. 22 a, Beſtiarum terrenæ ſunt aliæ, partim aquatiles. de Diu. 69 b, Multa inuſitata, partim ex cœlo, alia ex terra oriebantur, quędam etiam ex hominum conceptu & ſatu. de Amic. 104 b, Sed nihil eſt, quod illi non perſequantur ſuis argutis, partim fugiendas eſſe nimias amicitias, ne, &c. alios autem dicere aiunt, &c. de Diu. 13 a, Cæſar à nobiliſſimis ciuibus, partim etiam à ſe omnibus rebus ornatis trucidatus eſt. Attic. 272 a, Videbis ergo, vt ſuſtentetur, partim de Fruſinati, partim, &c. At. 189 a, Domitius ſuas XII. cohorteis tribus in oppidis diſtributas habet, vnam partem Albæ, partim Sulmone collocauit. Quin. Frat. 304 a, Amici partim deſeruerunt me, partim etiam prodiderunt.

☞ Syntaxis. *Illorum partim fuerunt illuſtres, &c. Partim præda vorat libido, partim, &c. Beſtiarum aliæ, terrenę, partim aquatiles. Partim alia, quædam. Vnam legionem partim Albæ, partim Sulmone collocare. Retinere locutiones, grauiſſima ſunt.*

PARTIOR, ris. *diuido, partio, partitionem facio, communico.* de Vniu. 189 b, Idque ipſum in ea, quæ decuit, membra partitus eſt. I. V. 96 a, Patres bona ſua cum filijs partiuntur. de Cl. 161 b, Hortenſius cum Cicerone cauſas partiebatur. de Orat. 248 b, Antonius ita partitus eſt tecum, ut, &c. pro Dom. 217 b, Tamen ærarium cum eo partitus eſt. I. V. 208 a, Cum bona pupillus erepta cum illo partitus eſt. de Fin. 53 a, Epicurus nihil de diuidendo ac partiendo docet. Orat. 207 b, Is genus uniuerſum in ſpecies certas, ut nulla neque prætermittatur, neque redundet, partietur ac diuidet. de Clar. 177 a, Actio partienda eſt in geſtum atque uocem. I. A. 261 a, Partiuntur inter ſe, qui Capitolium, qui urbis portas occuparent.

¶ *Paſſiuè* 12. Orat. 213 a, Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria.

☞ Syntaxis. *Bona ſua partiri cum ſocijs. Diuidere & partiri, & contra, partiri inter ſe multa.*

PARTITE, *diſtributè.* Orat. 205 b, Partitè definire, diſtinctè dicere.

PARTITIO, onis. *diuiſio.* de Orat. 86 b, Græcos partitionem quandam artium feciſſe uideo. de Claris Orat. 193 a, Partitiones, quibus de rebus dicturus ſis. pro Syl. 169 a, Atque inter nos partitio non eſt temere facta. de Orat. 131 b, Hæc ſit prima partitio, quod facete dicatur, id alias in re habere, alias in uerbo facetias. de Fin. 58 a, Partitio qua uſus eſt Epicurus, qui poſuit unum genus cupiditatum, &c. alterum, &c. tertium, &c. pro Cecin. 287 b, Cum præſertim pecunia ex partitione deberetur. I. A. 257 a, Vrbs Italiæque partitio. pro Seſt. 25, Partitio ærarij. Off. 41 a, Propter æquabilem prædæ partitionem, Bargulus, &c. de Leg. 17 b, Partitionis caput ſcriptum caute. De *Partitione vide multa præclara. Top. 222 b, & 223 a, b, & de Inu. 49 a, b.*

PARTITVS, a, um. de Orato. 155 b, Sed paulo ſecus à me, atque ab illo partita ſunt.

PARTVRIO, ris. *in pariendo labore enitor, conor.* pro Mur. 144 a, Dij faciant, ut hoc quod conceptum reſpub. periculum parturit, conſilio diſcutiam & comprimam. I. A. 182 b, Vtinam aliquando dolor populi Romani pariat, quod iamdiu parturit. de Amic. 104 b, Secutita te frui non poteſt animus, ſi tanquam parturiat vnus pro pluribus.

PARTVS, a, um. *collectus, comparatus.* contra Rull. 69 a, Libertas plurimo ſudore & ſanguine maiorum noſtrorum parta, nobiſque tradita. pro Syl. 182 a, Exiſtimatio parta. de Ora. 102 a, Vt ipſum quod erat hominis proprium, non partum per nos, ſed diuinitus ad nos delatū uideatur. pro Quint. 13 b, Honeſte partis bonis priuari. de Pro. 74 b, Præda parta. I. A. 173 a, Male parta male dilabuntur. de Ora. 128 a, Aliqua non eſſe uirtute parta, ſed uitijs & peccatis. & ibid. Aliqua magno labore, magnis periculis eſſe parta. Att. 282 b, Magna peſtis erat depulſa per nos, uobis uero parta diuina gloria.

PARTVS, tus *pariendi actio.* de N. 69 a, Natio dea, quæ partus matronarum tuetur, à naſcentibus nominata. de Nat. 39 b, Diana adhibetur ad partus quòd ij matureſcunt aut ſeptem aut nouem lunę curſibus & 49 b, Luna ſole illuminata, grauiditates & partus affert. & 51 b, Ceruæ paulo ante partum perpurgant ſe quadam herbula. de Diu. 218 b, Conceptio mulæ contra naturam fortaſſe, ſed partus propè neceſſarius. de D. 88 a, Irridetur partus hic mulæ & ibid. Partus mulorum. pro Cl. 23 b, Cum mulier eſſet grauida, & iam appropinquare partus uideretur. Epiſto. 91 a, Me Romæ tenuit Tulliæ partus. de Di. 319 a, Quę natura partum animantis tuetur.

¶ *Fœtus.* de Or. 124 b, Feræ partus ſuos diligunt. de Fin. 52 a, An partus ancillæ in fructus ſit habendus. Tuſculano. 179 a, Quantum una vecors Oenei partu edita. Oct. 330 b, Matris tuæ partum aureum eſſe dixi.

☞ Syntaxis. *Ad partus adhibere aliquem. Grauiditates & partus. Suos partus feræ diligunt. Partum habere in fructu.*

PARVIDVCO. *paruipendo.* pro Arc 188 a, Pericula mortis parui eſſe ducenda. de Fi. 69 b, Sed parui id duceret.

PARVIFACIO, cis. I. FACIO, & MINIMI *facio.*

PARVIPENDO, *parui duco.* At. 239 b, Sed ſi illa paruipendimus, certe & maiora contemnimus.

PARVITAS, atis. de V. 203, Quæ cerni non poſſent propter paruitatē.

PARVM, *paulum, modicum, paululum, leniter, ad exiguum tempus, minus, non.* pro Seſt. 9 b, Parumne eſt Piſo, ut omittam Gabinium, quòd tantum homines fefelliſti? vt negligeres autoritatem ſenatus? remp. proderes? etiamne audes? &c. Tuſc. 178 a, Nemo parum diu uixit, qui, &c. Att. 163 b, Vide, nedum pudet te parum optimatem eſſe, parum diligèter quod optimum ſit, eligas. & 164 b, Sunt ea quidem parum firma. de Inu. 58 b, Cum parum memineris, quod conceſſeris. de N. 60 b, Quæram ex te ea, quæ parum accepi. & ibid. Quàm ea quæ minus intellexi, requirere. de Seneɛt. 91 b, Ad exiguum tempus durat de Fin. 97 a, Paulum oppido inter ſe differunt. Tuſcu. 233 a, Paulum ad beatam uitam deeſt.

☞ Syntaxis. *Parum non eſt admoniſſe.*

PARVMPER. *pauliſper, aliquantum, ad breue tempus, ad punctum temporis, paulum.* de Diu. 90 a, Diſcedo parumper à ſomnijs, ad quæ mox reuertar. de Cl. 195 a, Digredi parumper à cauſa. Att. 137 a, Abduco parumper animum a moleſtijs. de Orato. 156 a, Parumper ipſe conticuit.

PARVVLVS, a, um, *puſillus.* de Inu. 63 a, Dum paruulum hoc conſequimur. & 65 a, Et impulſionem paruolam quandam fuiſſe dicet. I. V. 222 a, Acad. 21 a, Videte quæſo, quam in paruulis ſitis.

PARVVS, a, um. *puſillus exiguus, modicus, breuis, anguſtus, tenuis, minutus modicæ magnitudinis.* ad Har. 82 a, contra Rull. 78 b, Paruam exigui temporis uſuram bonæ de me opinionis poſtulo. & 83 a, Parua parta. de Som. 148 a, Ipſa uero terra ita parua mihi uiſa eſt, ut, &c. pro Pōpe. 248, Inſula Delos parua. de Ora. 116 a, Parua aut mediocris res. Qu. fra. 327 a, Non enim commoda quædam ſequebamur parua ac mediocria. pro Clu. 37 a, Sylla magis opibus cognatis, & hæc autem apud ſtultum parua atque infirma ſunt. de Leg. 257 a, Sed eſt quædā inter nos parua diſſenſio. ibid. 156 a, In paruum quendam & anguſtum locum concludi. pro Cec. 189 b, Beneficium non paruum. I. V. 231 a, Vendere aliquid paruo precio. Attico. 2 b, Ea ab ea re diligenter paruoque curata ſunt. de Leg. 171 a, A paruis enim didicimus, &c. Off. 14 a, Ea quæ eximia pleriſque & præclara uidentur, parua ducere, & contemnere. de Le. 166 b, Quæ cum adſunt, perparua ſunt, &c. de Leg. 167 a, Per paruam verò controuerſiam dicis.

☞ Syntaxis. *Curaſti omnia paruo, id eſt facile, vel paruo precio potius. Perparuus.*

PASCO, ſcis, paui. & PASCOR ris, paſtus ſum. Atti. 87 a, Lancibus & ſplēdidiſſimis caniſtris, non obſcultis nos ſoles paſcere. Offic. 35 b, Sine hominum opera aut paſcere equos, aut domare non poſſumus. pro Cecinn. 196 a, Qui colendi aut paſcendi cauſa eſſe in agro conſueuerant. de Din. 87 a, Qui cum propter paupertatem Milo. 102 a, Quos P. Clodij furor rapinis & incendij pauit. I V. 249 a, Cum eius cruciatu paſcere oculos, animumque exaturare uellent. Offi. 41 a, Qui maleficio & ſcelere paſcuntur. Att. 60 b, Ego hic paſcor bibliotheca Fauſti. I. P. 89 a, Hiſce ego rebus paſcor, his delector, his perfruor, quod ſenatus, &c. de Nat. 27 b, Cum cauea liberati pulli non paſcerentur, de Diu. 86 a, Neceſſe eſt offa obiecta cadere fruſtum ex pulli ore, cū paſcitur. pro Clu. 31 b, Beſtię fame dominante plerunque ad eum locum ubi paſtæ aliquando ſunt, reuertuntur. Off. 51 b, Ex quo genere cōparationis illud eſt Catonis ſenis: à quo cum quæreretur, quid maxime in re familiari expediret? reſpondit, Bene paſcere. quid ſecundum? Bene ueſtire, quid tertium? Satis bene ueſtire, quid quartum? Arare I. A. 238 a, At in eius corpore lacerando cum animum ſatiare non poſſet, oculos pauit ſuos.

☞ Syntaxis. *Lancibus & ſplendidis caniſtris amicos paſcere. Maleficio & ſcelere paſci. Paſci, delectari perfrui pacis fructu.*

PASCVA, orum. contra Rull. 61 b, Vtrum tandem hanc ſyluam in relictis poſſeſſionibus, an in cenſorum paſcuis inueniſti?

PASIPHAE, es. de Na. 69 a, Circe & Paſiphæ à Perſeide Oceani filia natę, patre Sole.

PASITHEA, theæ. de D. 100 a, In Paſitheæ fano.

PASSER, ris. de Diu. 95 b, Calchas apud Homerum ex paſſerum numero belli Troiani annos auguratus eſt. de Fin. 80 b, & de Diuinatio. 121 b, & 122 a.

PASSERCVLVS, li. de Diu. 122 a, De paſſerculis coniecturam facere.

PASSIM. *diſperſe, ubique, undique, ſine ordine.* pro Mus. 141 b, Ad prandium uocare uulgo, paſſim. quid eſt uulgo? uniuerſos. Epiſt. 174 b, Iſte enim it paſſim ego ordinatim. pro Syll. 175 a, Illas fabulas deſcribi ab omnibus ſtatim librarius, diuidi paſſim & peruulgari, atque edi popolo imperaui. pro S. R. 41 a, Paſſim per forum uolitare. de Orat. 200 b, Paſſim capere & colligere undique. de Di. 125 a, Aues huc & illuc paſſim uagantes. de Or. 110 a, Aues paſſim ac libere uolitare.

☞ Syntaxis. *Paſſim, uulgo ad prandium vocare. Quid eſt uulgo uniuerſos. Non ordinatim, ſed paſſim. Paſſim diuidere librum, & peruulgare, atque edere populo. Paſſim & libere uolitare, uagari.*

PASSVS, a, um. *apertus.* de Nat. 48 a, Minorem ſeptentrionum Cepheus paſſis palmis ſubſequitur. Tuſcula. 174, Quo etiam uelis paſſis peruehi liceat.

PASSVS, ſus *gradus.* pro Seſt. 9 b, Edixitque, ut ab urbe abeſſet mille paſſus. Att. 256 b, Erat enim Brutus citra Veliam millia paſſuum tria, pro Quin. 14 b, Triduo ſeptingenta millia paſſuum ambulare. Qu. Fra. 318 b, Seſe mentium pedibus aiebat paſſuum CCCCM. de Fin. 99 b, Et gradus unus in ea uia quæ eſt hinc in Indiam. de Leg 167 a, Qui me deduxit in Academiam perpauculis paſſibus. I. A. 213 b, Ne propius urbem millia paſſuum ducenta exercitum admoueat. pro Mar 131 b, Diſiunctiſſimas terras paſſibus peragrare.

PASTIO, onis. *pabulum, pastus.* pro Pom. 6 b, Asia fertilis est magnitudine pastionis.

PASTOR, oris. pro Fl. 154 a, O pastores, nescio quos cupidos literarum, &c.

PASTORALIS, le. *pastoritius.* de Di. 102 b, Atque ille Romuli auguratus pastoralis, non vrbanus fuit.

PASTORICIVS, a, um. *pastoralis.* Att. 13 a, pastoricia fistula. item: Fera quædam sodalitas & plane pastoricia, atque agrestis germanorum lupercorum.

PASTVS, a, um. pro Clu. 38 b, Hic ille planus quæstu iudiciario pastus contrahit frontem. Epist. 224 a, Nunc tibi nostri milites malis orbiculatis esse pasti videntur.

PASTVS, stus. *pastio, cibus, locus pascuus.* de Nat. 46 a, Volucrum lapsus, pecudum pastus, vita sylvestrium. & 50 a, Pastum animantibus large & copiose natura comparauit. & ibi. Partes corporis ad pastũ capessendum conficiendumque. de Fin. 88 a, Terra fundit ex sese pastus varios bestijs. & 73 a, pecudes ad pastum procreatę. de D. 99 b, Cilices pastu pecudum maxime vtuntur. de N. 51 a, Bestiæ in pastu circumspectant. Tusc 241 a, Obiectatio industriæ, qui est vnus suauissimus pastus animorum. in Ant. 23 b a, Qui popularetur agros, non ad spem constituendæ rei familiaris, sed ad præsentẽ pastum mendicitatis suæ. Off. 2 a, Omne genus animantium, omnia quæ sint ad viuendum necessaria inquirunt, parant, vt pastum, vt latibula.

☞ Syntaxis. *Pecudum pastus. Pastum capessere & conficere. Vti pecudum pastu. Animorum pastus. Ad mendacitatis pastum laborare.*

PATARANI, a. *Patara Lyciæ oppidum.*

PATAVINI, *populi.* I. A. 241.

PATAVINVS, a. At. 20.

PATEFACIENDVS, a, um. pro Flac. 147 a, Qui ea proferenda, patefaciẽdaque curauit.

PATEFACIO, cis. *in lucem profero, diuulgo, aperio.* de Or. 93 a, Nunc vter que vestrum patefecit earum, rerum aditum, quas quærimus. & 102 a, Hæc quæ patefecit oratione sua Crassus. de Ar. 249 a, Hæc nobis & scelerum indicia ostendit, & periculorum signa patefecit. pro Mil. 21 b, Indicia communis exitij indagaui, patefeci, protuli. Topi. 227 b, Patefacere aliquid, in iudiciumque proferre. de Or. 99 b, Patefacere & illustrare obscura. Acade. 12 a, patefacere aliquid obscurum. Ep 94 b, Ex quo tibi patefecisti Seianum. Ep. 213 b. Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio, & innuo cognitũ. I. C. 123 a, Patefacere nobis prouincias, quo exire possumus. At. 578 b, patefacere odium suum in aliquem. Ep. 87 b, Itaq. Theudæ liberto tuo totum mi patefeci. de Am. 114 a, patefacere & illustrare veritatem.

☞ Syntaxis. *Indagare, patefacere, pro ferre. Patefacere & illustrare obscura. Totum se alicui patefacere.*

PATEFACTIO, onis. *euolutio, explicatio.* de Fin. 64 b, Definitio est patefactio quasi rerum opertarum, cum quid quicque sit, aperitur.

PATEFACTVS, a, um. *illustratus, diuulgatus, apertus.* de Di. 88 b, Neque ante philosophiam patefactum hac de re quisquam dubitauit. de Or. 102 a, Ab hoc aditu ianuaque patefacta. Tusc. 241 a, Aditus patefactus. I. A. 314 a, Lentulus patefactus est indicijs & confessionibus suis. pro pomp. 7 b, patefactum nostris legionibus esse pontum, qui ante populo Rom. ex omni aditu clausus esset. pro Syl. 167 b, Quare ista coniuratio si patefacta per me est, tam patet Hortensio quam mihi. Ep. 102, Quibus patefactus &c.

☞ Syntaxis. *Patefactum indicijs & confessionibus suis Cethegus.*

PATELLA, læ. *vas pecuarium, vel fictile, sacrificiis faciendis aptum.* in Ver. 210 a, patella grandis cum sigillis simulachrisque deorum, de Fin. lib. 2, Reperiemus asotos primum ita non religiosos vt edant de patella. L. VASCULUM, & THVRIBVLVM.

PATENS, tis. *apertus.*)(*clausus.* de D. 80 a, Cœlum ex omni parte patens atque apertum intueri. pro Quin. 17 b, Habere domum clausam pudori, patentem atque adeo expositam cupiditatibus.

PATENTIVS, *aduer. apertius.* de In. 70 b, L. ABSCONDITE.

PATEO, es. *apertus sum.* I. A. 181 b, Cur valuæ Concordiæ non patent? pro S. R. 42 b, Mea domus tibi patet, mihi clausa est. de Clar. 167 b, Domus Isocratis cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit. Ep. 47 a, Si cuius aures ad hãc disputationem patent. de Cl. 166 a, Aditus, qui nobis patuit, obstructus est. At. 166 a, Si nobis is cursus, quem speratam pateret. pro Muræn. 131 a, Quod omnibus patet, & ęque promptum est mihi & aduersario meo. de D. 109 a, Vt nullum philosophię locum esse pateremur, qui non Latinis literis illustratus pateret. de Ora. 87 a, Cum illa pateant, in promptuque sint omnibus. pro Qu. R. 45 b, Non habere se hoc nomen in codice fatetur, sed in aduersarijs patere contendit. Off. 25 a, In philosophorum uita minus multa patent, quæ fortuna feriat. Qu. Fr. 294 b, Facillimos esse aditus ad te, patere aures tuas querelis omnium. I. A. 178 a, Septies millies sestertium, quod in tabulis, quæ sunt ad Opis, patebat. L. PARRO.

¶ *Concedor, non negor, facilis sum.* de Ar. 256 a, Quid existimatis eum si reditus ei gratiæ patuerit, esse facturum. Epist. 87 b, Vt intelligant, omnia Ciceronis patere Trebatio. pro Cor. 59 b, Lis præmijs exclusos esse socios, quæ pateant stipendiarijs. de Am. 111 b, Qui existimant peccatorum omnium patere in amicitia licentiam. Att. 61 b, Velim domum ad tuos scribas, vt mihi libri tui pateant.

¶ *Vim habeo magnam, amplam naturam, hic rationem vniuersalis, & communioris naturæ cognoscitur.* de Or. 105 a, Hæc enim ars & late patet, & ad multos pertinet. Off. 18 b, Hoc latissime patet, ad plurimosque pertinet. Off. 5 b, In quo vitio latissime patet auaritia. de In. 58 a, Hoc maiorem quandam uim habet, & latius patet quam hic explicatur. Epi. 34 b. Late enim patet hoc uitium, & est in multis. Or. 203 b, Locus longe lateque patens. Off. 47 a, Cuius beneficia late patent. Epi. 271 b, Cappadocia maxime patet. & 244 a, Cappadocia, quæ patet a Syria. de Di. 99 b, Babylonij in camporum patentium æquoribus habitantes. Offi. 51 a, Ac latissime quidem patens hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes societas hæc est.

PATET, bat. *constat.* pro Mil. 104 a, Quid porro quærendum est, factum ne sit? at constat. à quo? at patet. Tusc. 159 b, Cum pateat igitur æternum id esse. &c. I. A. 240 a, Discussa est caligo, diluxit, patet, uidemus omnia.

PATER, tris. *parens, generator, genitor, procreator, sator, educator, alter, senator de multis, patres, dicimus maiores nostros.* pro Rab. 96 a, Quem vere patrem patriæ, parentem, inquam, reipub. possumus dicere. de In. 61 a, Si ad senes de patribus, aut parentibus cogitent. I. A. 186 a, Pater naturalis. pro Dom. 228 b, Pater uitæ necisque potestatem habebat in filios. de Orat. 232 b, Quibus nec pater, nec mater sit. de Am 96 b, Scimus L. Acilium apud patres nostros appellatum esse sapientẽ. pro Mur. 142 a, Fuit eodem ex studio uir eruditus apud patres nostros Qu. Tubero. de Or. 100 a, Quid, quod usu memoria patrum uenit? Offic. 61 a, Vt Petronius apud patres nostros, Papius nuper. I. V. 65 b, Patres maioresque nostri. Ora. 193 a, Patrum nostrarum ætas.

PATERFAMILIAS. L. FAMILIA.

☞ Syntaxis. *Quæsitum est apud patres nostros. Patres & maiores nostri. Apud patres nostros vir clarus N. N.*

PATERA, ræ. *poculi genus latum ac patens.* de Natu. 77 a, Pateræ coronæque quæ simulachrorum porrectis manibus sustinebantur. de Diui. 90 a, Mercurius e patere sanguinem usus est fundere. de Cluen. 168 a, Excipere sanguinem patera. L. FALLICATVS, & THVRIBVLVM.

PATERNVS, a, um. *patrius.* pro Cæl. 44 a, Bona paterna. Atti. 261 a, Paterna necessitudo. pro Dom. 243 a, & Epist. 223 a, Satis amplum patrimonium paterni nominis. de Orato. 99 a, Egissetque lege in hæreditatem paternam testamento exhæres filius & 99 b, Possetne paternorum bonorum exhæres esse filius. L. MATERNVS.

PATERPATRATVS. *qui ad iusiurandum patrandum, id est, faciendum in fœderibus mittebatur.* de Or. 100 a, Cum propter inuidiam Numantini fœderis pater patratus ex senatusconsulto C. Mancinum Numantinis dedisset. 221 a, pro Cæc. 304 a.

PATESCO, scis. I. A. 291 a, Quæ res patescit P. C. sed suo tempore totius huius sceleris fons aperietur. *sic enim legendum est, non, patefacit: aut, patefacta est.*

PAΘΟΣ vel πάθος Leg. MOTVS, & PERTVRBATIO, & MORBVS.

PATHETICVS, a, um. Or. 208 b, Alterum, quod Græci παθητικός nominant, quo perturbantur animi, & concitantur.

PATIBILIS, le. παθητικός. de N. 65 a, Omne animal patibilem naturam habet.

¶ *Tolerabilis.*)(*impatibilis, intolerabilis.* Tusc. 229 b, Negligenda mors est, patibiles & labores & dolores putandi.

PATIBVLVM, li. *crux.* in Ver. 221 a, Tibi Marcelli statua pro patibulo in clientes Marcellorum fuit.

PATIENDVS, da, dum. Att. 165 a, Sed ea omnia mihi sunt patienda. pro Font. 281 b, Quod in turpi reo patiendum non esset. Tuscul. 178 b, Res ad patiendum tolerandumque difficilis. de Fin. 21 b, De dolore patiendo.

☞ Syntaxis. *Animal natura patibile. Dolor non patibilis. Res ad patiendum, tolerandumque difficilis. De patiendo dolore, id est, patiendi potestate.*

PATIENS, tis, tior, ssimus. de Ar. 245 b, Non modo patienti, sed etiam libenti animo religioni parebo. de Or. 137 a, In quo nimium patiens & lenius existimor. & 134 b, Vir patiens & lentus. pro Ligar. 141 a, Ne offendam tuas patientissimas aures. Qu. Fr. 298 a, Meæ literæ te patientiorem, leniorem que fecerunt. Off. 22 a, Quo in genere uersutissimum & patientissimum Lacedæmonium Lysandrum accepimus. pro Cæl. 40 a, Quis in laboribus patientior? L. PATIOR. de Cl. 139 a, Præcepta quę habent ordinem, & quasdam errare in dicendo non patientes uias.

☞ Syntaxis. *Et patienti, & libenti animo facere, ferre. Vir patiens & lentus. Aures patientissimę. Facere aliquem patientem ac lenem. In labore patiens. Via non patiens errare.*

PATIENTER. *toleranter, placide, sedate, moderate, tranquille, patienti animo, lente, leniter, tolerabiliter, non repugnanter.* de Amicitia 113 a, Et monere & moneri proprium est amicitię, & alterum libere facere, non aspere; alterum patienter accipere, non repugnanter. Epist. 9 a, Patienter ferre potentiam alicuius. item: Patienter, placide sedate ferre dolorem.

PATIENTIA, tię. *tolerantia.* de Ino. 82 a, Patientia est honestatis aut vtilitatis causa, rerum arduarum ac difficilium uoluntaria ac diuturna perpessio. Par. 237 a, Patientiam duritia immanis imitatur. cõtra Rull. 78 b, Homo patientia paupertatis ornatus. I. C. 102 b, Habes, ubi ostentes illam pręclaram tuam patientiam famis & frigoris, inopię rerum omnium. pro Dom 243 a, Externorum bonorum & in utendi rationem, & in carendo patientiam semper expetendam putaui. I. P. 80 a, Ego Antonium collegam patientia atque obsequio meo mitigaui. pro Mil. 116 a, Sed nescio quomodo usu obduruerat, & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia. I. A. 226 a, Brutus usus est incredibili patientia. I. V. 242 b, Obduruisse in patientia eiusmodi turpitudinis. contra Rull. 69 b, Tentare patientiam alicuius. Offi. 25 a, Adolescentia a libidinibus arcenda est, exercendaque

in

in labore patientiaque & animi & corporis.

☞ Syntaxis. *Patienter accipere, non repugnanter. Patienter, placide, sedate ferre.*

PATIOR, ris. *fero, perfero, suffero, tolero, perpetior, sustineo, haurio, subeo, capio, facio sino, quiesco.* I.C. 108 b, Ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi passuræ videntur. I.V. 261 b, Patimur nimium multos, & similes. in Catil. 99 b, Non feram, non patiar, non sinam. Attico. 151 a, Asperius quàm tui patiantur mores, de Dionysio scripsisti. pro Cluent. 35 a, Cluentius Stalenum abesse patiebatur. I.V. 155 a, Et imbri frumentum corrumpi in area patiebatur. L. SINO. Offic. 23 a, Multa passus est Vlysses in illo diuturno errore. de Finib. 99 b, Etiamsi dolores tolerabilius patiantur. Tuscula. 184 a, Pati dolorem toleranter. de Clar. 193 a, de Diuinat. 109 a, Vt nullum philosophiæ locum esse pateremur, qui non Latinis literis illustratus pateret. Attico. 107 b, Aut si per trib. Pl. non patiatur, tamen quiescas rem adduci ad inter regnum. pro Quint. 19 b, Neque eum, si tribunos appellarit, idcirco munus iudicio pati paratum fuisse. Attico. 273 b, Nō modo facile patior, sed etiam gaudeo. Episto. 63 b, Quibus officijs si quando non mutuè respondetur, apud me plus Officij residere facillimè patior. Attico. 211 b, Facile patiebar nos potius Romæ unà esse quàm alibi pro Planc. 272 b, Populus Rom. deligit magistratus: in quibus si qua præterea est ars, facile patitur: sin minus, uirtute eorum & innocentia contentus est. Attico. 209 b, Torquato nostra officia grata esse facile patior, eaque augere non desinam. in Verr. 148 b, Patior non molestè eam uitam, &c. in Verr. 242 a, Indignè pati. Epistol 195 b, Pati aliquid per iniquo animo. Atti. 238 b, Consilium meum à se probari facile patior. Offi. 6 b, Vt eos, quos tutari debeāt desertos esse patiantur. I. Ant. 209 a, Aliæ nationes seruitutem pati possunt, &c. ibid. 241 a, Gallia æquo animo belli patitur iniuriam de Vn. 198 a, Mundus per se, & a se & patitur, & facit omnia. pro Lig. 137 b, Is nullo se implicari negocio passus est.

☞ Syntaxis. *Pati, ferre, sinere. Et facile patior, & gaudeo. Indignè pati, per iniquo animo. Per se, & à se pati.*

PATINA, næ. *lanx.* Epistol. 136 b, & Attic. 59 a, Patina tyrotarichi. L. TYROTARICHVS.

PATRÆ, arum. *urbs Peloponnesi.* Att. 172, Epist. 108 & 218.

PATRENSIS, e. Epist. 211.

PATRATVS, a, um. *perfectus.* Leg PATRO. de Leg. 173 a, Ferijs iurgia amouento, casque in famulis, operibus patratis habento. L. PATRA-PATRATVS.

PATRIA, patriæ. *sedes natalis, dij penates patrij terra parens, altrix, patria solum.* Tusculan 249 a, Patria est vbicunque est bene. *Tenera vox.* I.C. 101 a, & de Orato. 101 a, Patria quæ communis est omnium nostrū parens. I.C. 122 a, Patriæ solum tum omnibus est charum, tum uerò dulce atque iucundum. de Orato. 101 a, Ac nos id quod maxime debet, patria nostra delectat? cuius rei tanta est vis, tanta natura, vt Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam sapientissimus uir immortalitati anteponeret. Attico. 118 b, Pro patria & in patria mori præclarum est. Offic 12 a, Pro patria nemo bonus dubitat mortem oppetere, si sit ei profuturus. de Fin. 103 b, Decet chariorem esse patriam nobis quàm nosmetipsos. Postquam 204 a, Patria qua nihil potest esse iucundius. de Som. 127 b, Omnibus qui patriam conseruarint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cœlo ac definitum locum, vbi beati æuo sempiterno fruantur in Anto. 174 b, Patria, dispenates patrij, aræ, foci, lar familiaris. pro Flacc. 158 a, Et enim eadem terra parens altrix, patria dicitur. Attic. 143 a, Patria antiquissima & sanctissima parens. pro Sest. 13 b, Mortem virgines regis, opinor. Erichthei filiæ pro patria contempsisse dicuntur. de Finibus 139 b, Patriæ conseruator Codrus.)(*patriæ proditor Pullus Numitor Fregellanus.* I.P. 80 b, Me Quin. Catulus parentem patriæ nominauit. de Inuent. 50 a, Patria Atheniensis, an Lacedæmonius. Tuscula. 171 a, Quærentibus amicis vellètne Clazomenas in patriam, si quid accidisset, afferri? Nihil necesse est, inquit, &c. de Orato. 106 b, Ne in nostra patria peregrini atque hospites esse uideamur. Parad. 117 a, Cuius cum patriam Prienem cepisset hostis, admonitus est, &c. de Legib. 196 b, Hęc est, mea & huius fratris mei germana patria: hinc enim orti stirpe antiquissima sumus, hic sacra, hic genus, hic multa maiorum vestigia, &c. & 170 a, Ego & Catoni & omnibus municipibus duas esse censeo patrias: unam naturæ, alteram ciuitatis: vt ille Cato, cum esset Tusculi natus, in populi Rom. ciuitatem susceptus est. itaque cum ortu Tusculanus esset, ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram iuris. & ibidem. patria, pro qua mori. & cui nos totos dedere. & in qua nostra omnia ponere, & quasi consecrare debemus. Paradox. 127. Quid egit Brutus in patria liberanda? quid reliqui item eiusdem consilij socij? quid spectarum? quid secuti sunt?

PATRICIDA, dæ. de Legib. 174 a, Sacrum sacroue commendatum, qui clepserit rapseritque, patricida esto. *alsier, parricida.*

☞ Syntaxis. *Patria solum charum dulce iucundum. Terra parens altrix patria est. Hæc sibi germana patria.*

PATRICIVS, a, um. *ex patrum & senatorum ordine.*)(*plebeius.* pro Murena 127 a, de Legib. 181 b, Sylla primus è patricijs Cornelijs igne uoluit cremari. de Clar. 170 a, Vt si ego me a Mar. Tullio esse dicerem, qui patricius cum Serui Sulpitio consul fuit. Epistol. 139 a, b, Quid tibi uenit in mentem, negare Papyrium quenquam vnquam nisi plebeium fuisset? fuerunt enim patricij minorum gentium. At. 246 b, Dum unus erit patricius magistratus, auspicia ad patres redire non possunt. pro Cecin. 304 b, Omnes patricij antiquissimique ciues. pro Di. 220 b, Exire e patricijs. *idest, fieri plebeium.* de Leg. 170 b, Fibrenus præcipitas in Litem, & quasi in familiam patriciam venerit, amittit, nomen obscurius.

☞ Syntaxis. *Patricij minorum gentium. E patricijs exire.*

PATRIMONIVM, nij. *bona hæreditas.* pro R. P. 128 b, Qui duo lauta & copiosa patrimonia accepisset. Offic. 44 a, Effundere patrimonium. pro Cæl. 46 b, pro Dom. 243 a, Liberis nostris satis amplum patrimonium paterni nominis ac memoriæ nostræ relinquamus. I. A. 179 b, Quæ arationes in populi Romani patrimonio glandiferæ & fructuosæ ferebantur. de Orat. 106 a, Mutius paterni iuris defensor, & quasi patrimonij propugnator fuit. pro Cec. 299 a, Non minus diligenter publica patrimonia iuris, quàm priuatæ rei uestrę retinere debetis. pro S. R. 43 a, Quem tu e patrimonio, tanquam è naufragio nudum expulisti. pro Flacc. 163 b, Qui patrimonio suum lautum, quod hic nobiscum conficere potuit. Græcorum conuiuiis maluit dissipare. Epist. 17 a, Vt frater meus uere existimet, adiuncto isto fundo patrimonium fore suum per te constitutum.

☞ Syntaxis. *Patrimonium lautum & copiosum accipere, effundere. E patrimonio expellere. Patrimonium conficere, dissipare, constituere.*

PATRIMVS, *cuius pater viuus adhuc.* L. MATRIMVS.

PATRITVS, ta. *patrius.* Tus. lib. 1, Hæc enim pulchritudo etiam in terris patriam illam & auitam, vt ait Theophrastus philosophiam cognitionis cupiditate incensam excitauit. Nonius.

PATRIVS, a, um. *paternus, quod est patris, vel patria.* de Cla. 184 a, pro Se. Rosc. 25 b, Intelligere, qui animus patrius in liberos esset. & 42 b, & pro Pl 166 b, Percipere sensum ex merore patrio. I.V. 68 b, Res patriæ atque auitæ. Tus. 157 b, Patria & auita philosophia.

¶ *Antiquus.* de Or. 91 b, Hic enim mos patrius Academicę, aduersarī semper omnibus in disputando.

PATRO, as. *committo, perficio, persoluo.* L. PATRATVS. I.V. 60 b, Quæ C. Verres in Asia patrauit. Att. 10 a, *τεῦχος* promissa patrauit.

PATROCINIVM, nij. *defensio, aduocatio.* Ep. 65 a, Si tuam consuetudinē in patrocinijs tuendis seruas, P. Vatinius cliens ad te uenit, qui pro se causam dicier uult. de Cla. 174 b, Hoc dicendi genus ad patrocinia mediocriter aptum uidetur. de Nat. 3 a, Suscipere patrocinium alicuius deserti. de Or. 16 a, Arripere patrocinium æquitatis. Orat. 107 b, Legitimarum & ciuilium controuersiarum patrocinia suscipere. I. A. 210 a, Suscipere patris patrocinium. de Fin. 77 b, Aut hæc tibi sunt uituperanda, aut patrocinium uoluptatis repudiandum. Offi. 38 a, Itaque illud patrocinium orbis terræ uerius quam imperium poterat nominari. pro Dom. 217 a, Cum tu eius bona, fortunas patrocinium huius imperij immisisses. Par. 118 a, Voluptas plurimorum patrocinijs defenditur.

☞ Syntaxis. *Patrocinia tueri. Patrocinium suscipere deserti, arripere, repudiare.*

PATRONA, næ. *defensatrix.* de Ora. 126 b, Aduocatio patrona illa ciuitatis & uindex liberatis.

PATRONVS, ni. *defensor, custos, tutor, in cuius fide aliquis est.* pro Sex. Ro. 19 a, His de causis ego huic causę patronus extiti. de Or. 134 b, Dare patronum causę alicui. pro Cæl. 40 b, Quis eum unquam non modo in patroni, sed in laudatoris, aut aduocati loco uiderat? Offi. 8 a, Qui ciuitates, aut nationes in fidem cepissent, earum patroni erant more maiorum. pro Syl. 178 b, Colonorum dissensio delata ad patronos est. & ibid. Hic patronus, custos, defensor illius prouinciæ. Off. 43 b, Patronus nonnunquam uerisimile, etiam si minus sit uerū, defendit. pro Sest. 4 b, Conuentus ille me unum patronum adoptauit. I.A. 207 b, Atqui quinque & triginta tribus patronum adoptarunt. pro Cor. 59 b, Hanc tu igitur patrone fęderum & fęderatorum conditionem statuis tuis in ciuibus. pro Mur. 124 b, In quibusdam ciuitatibus patronus causis publice constituitur. contra Rull. 81 a. A uestrorum commodorum patrono conscripta hæc lex est. Ep. 109 a, Ergo patrone mi bene uale. Epist. 213 a, Peto a te, ut Antonium liberum in patroni eius negocio tueare, de Am. 100 b, Qualis tum in. stitiæ patronus fuit contra accuratam orationem Ph. pro Mil. 104 b, Ille uir, &c. sanatus propugnator ac pene patronus.

☞ Syntaxis. *Patronus causa, in causa. Patronus, custos, defensor. Patronum adoptare. Patrone mi bene vale.*

PATRVELIS, lis. *fratrum inter se filij: quoniam qui alteri pater est, alteri est patruus.* de Fin. 124 a, L. Cicero frater noster, cognatione patruelis, amore germanus. pro Pl. 264 a, Torquatus C. plancij frater patruelis & socer.

PATRVVS, trui. *mei patris frater: quanquam & alijs modis patrui dicantur, vt est apud Iurisconsultos de gradibus affinitatum.* de Ar. 294 b, Pater tuus & patruus tuus. I.V. 104 a, M. Ionius patruus pueri. de Orat. 108 b, L. Cicero patruus M. Ciceronis. Attic. 78 b, Qui cum sororis tuæ filij patruo certaret. pro Cæl. 42 b, Is fuit in hac causa pertristis quidam patruus, censor, magister, obiurgauit M. Cęlium, sicut neminē unquam parens.

PATVLVS, a, um. *patens.* de Natu. 50 b, Pinna duabus grandibus patula conchis. de Fin. 103 b, Illa, quæ in concha patula pinna dicitur. de Ora. 87 a, Platanus patulis diffusa ramis.

PAVCITAS, tis. *exigua quantitas paruus numerus, inopia.* de Inu. 46 b, & de Or. 181 b, 122 a, Genera esse definita non solum numero, sed etiā paucitate. & pro Rab. 94 a, Ep. 24 a, De pantheris agitur mandato meo diligenter, sed mira paucitas est. Ep. 152 a, Ex paucitate eius duo decem fugerunt. Antequam 149 a, Paucitas amicorum. de Or. 85 b, Magna oratorum est, semperque fuit paucitas.

PAVCVLVS, a, um. Att. 152 a, Pauculos dies alicubi commorari de Leg. 167 a, Qui me ea nostris pene conuellit hortulis, deduxitque in Academiam perpauculis passibus.

☞ Syntaxis,

☞ Syntaxis *Defuit genera non solum numero, sed uaritate.*

Paucus, a, um. *rarus, modicus, exiguus, minime multi.*)(. *innumerabilis, multus.* I. V. 106 a, Quanti paucæ operæ, & mercedes fabrorum tulerunt. pro Mu. 119 b, Posset agi lege, necne, pauci quondam sciebant. contra Rull. 69 b, paucas tribus ad vsurpandam libertatem vocare. pro Cl. 44 a paucos ex multis ad ignominiam sortiri. de Orato. 121 a, Generum quæstiones modicæ & paucæ. de Cl. 172 a, paucis interpositis diebus iterum rediit. ad Heren. 30 n, Qui cum plures erant, paucis nobis exæquari non potuerunt. Quin. Fra. 318 a, Spero paucis mensibus opus Diphili perfectum fore. Off. 64 b, perpaucæ res sunt, in quibus dolus iste malus non versetur. Acade. Si perpauca mutauisset.

☞ Syntaxis. *Modica & pauca dicere.*

Paveo, es. *timeo.* I. A. 199 b, pauet animus apud consilium illud pro reo dicere. Tusc. 180 a, Nauem vt horrisono freto noctem pauentes timidi adoectunt nauitæ.

Pavimentatus, a, um. pro Dom. 236 b, porticus pauimenta CCC. pedum.

Pavimentum, ti. *solum arte factum, & stratum aliqua materia in ædibus, quod pedibus in ambulando pauimus, id est, tundimus & terimus,* I. An. 280 a. Natabant pauimenta vino, parietes madebant. Quint. Fr. 218 a, Villa mihi valde placebat, propterea quod summam dignitatem pauimenta porticus habebant. de Or 158 b,

Quam lepidè lexis compostæ, vt tesserulæ, omnes,
Arte, pauimento, atque emblemate vermiculato,

L. Tectoriolum.

Pavio, uis. *ferio, peto, tundo.* de Di. 123 b, Sed quia cum pulli pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pauire, terripauium primo, post terripudium dictum est, hoc quidem iam tripudium dicimus.

Paulatim. *sensim, minutatim, leniter.* Epi. 125 b, Cuius amicitia me paulatim in hanc perditam causam imposuit.

Paulisper. *aliquantum, paulum, ad breue tempus, ad punctum temporis.*)(. *in perpetuum.* I. V. 208 b. Abesse ab domo paulisper maluit, quàm illud argentum mittere. I. P. 82 n, Paulisper stetimus in illo ganearũ gancarum nidore atque fumo. Ep. 103 b, Quæ ego paulisper à te desideraui. & 44 a, Suscipe paulisper meas partes. I. V. 212 a, & 241 a, Lectica paulisper deposita. pro Mil. 106 a, Milo paulisper, dum se uxor comparat, commoratus est. Att. 65 a, Recordor quam bella nobis paulisper gubernantibus ciuitas fuerit.

Paulo. *haud multo.* Orat. 214 b, Hoc ornamento liberius Paulo vtendum est. de Orat. 90 b, Poeta numeris astrictior paulo. de Or. 129 b, Orator paulo illustrior. Or. 211 a, Næ ille quidem haud paulo melior scriptor. Plato. At. 29 b, Cuius haud paulo melior, quàm isti nostri de Ora. 187 b, Sermo paulo intentior. Or. 206 b, Quædam etiã paulo hilariora. Att. 7 b, Nec Epicroticis paulo liberiores literas cõmittere audeo. Att. 129 a, Ne paulo quidem tristius. Tusc. 183 b, Ille vero melius, ac non paulo quidem. Att. 129 a, Non solum gloriosis cõsiliis vtamur, sed etiam paulo salubrioribus. At. 283 n, Cognoui eo die paulo plures in senatu maleuolos esse, quàm gratos. Para. 120 b, Histrio si paulo se moueat extra numerum, exploditur.

Paulo, amplius *paulo plus.* pro Flac. 160 b, Auri viginti pondo paulo amplius. ad Herẽ. 25 a, Quisquis enim audierit de arte paulo plus, omnia videre poterit.

Paulo, ante. *modo, dudum, iamdudum.* I. V. 201 a, Nuper quid dico nuper? immo vero modo, ac plane paulo ante. Par. 242 b, Quæ paulo ante, & quæ proxime diximus.

Paulo, minus pro Fla. 160 b, Auri pondo centum paulo minus. pro Syl. 180 b, Ecquod illius factũ est, quod cui quam paulo minus consideratum videatur. pro Syl. 180 b, Ecquod huius factum aut commissum, non dicam audacius, sed cuiquam paulo minus consideratum videretur, factum quæro. pro Q. 2 b, C. Quintius vna in re paulo minus consideratos, qui, &c. Atti. 183 a, Sullana confers, in quibus omnia genere ipso præclarissima fuerunt: moderatione paulo minus temperata.

Paulo, magis. de Cla. 172 a, Verba paulo magis prisca. In Ver. 125 b, Paulo magis animum cuiuspiam commoueret, & 209 n, Quod isti paulo magis placeret & 69 a, Paulo magis affabre. I. A.

Et clamore magis paulo est aquilonis ad oras.

Paulo, nimium. de Or. 116 a. Paulo nimium redundans.

Paulo, post. *non multo post, breui tempore post.* de Or. 137 b, De quibus paulo post dicemus. Oct. 319 a, Post paulo. de Or. 122 a, In iis locis quos proponam paulo post. Epist. 10 a, De qua ostendam equidem paulo post, qui sit meus sensus.

Paulo, secus. L. Secus.

☞ Syntaxis. *Nummi centum paulo amplius, paulo minus. Est præclarus eruditione paulo minus mirifica. Verbum paulo magis obsoletum. Paulo ante, imò proximè. Breui tempore post. Melius paulo, et contra. Melius, ne non paulo quidem. Si paulo videas extra decorum.*

Paululum. *pusillum.* de N. 49 b, Nihil fere, aut admodum paululum. ad Bru. 91 a, Itaque mane hoc paululum exaraui. Epi. 70 b, Qua tamen paululum videor leuari. Tusc. 233 a, Huic paululum ad beatam vitam deest. & 232 b, Sed habeo paululum quod requiram. pro Q. 9 b, Respirare paululum.

Paulum. de Or. 159 b, Hæc paulum immutata cohærere non possunt. & 93 a, Paulum huic aliquid poterit addere. Aca. 32 a, Sed paulum ante dicendum est. pro Sex. Rosc. 37 b, Et ex eo non paulum nescio quid in rem suam conuertit. con. Rul 82 a, Quasi vero paulum differat ager Campanus & Stellatis. de Fi. 97 a, Paulũ oppido inter se differunt. Att. 138 b, Tuas nunc epistolas à primo lego, hæ me paulum recreant. de Cl. 171 b, inter hos ætate paulum his antecedens Galba. de Fin. 39 a, Paulum abesse ab aliquo loco. Epist. 5 b, Quod si Pompeius paulum modo sibi placere ostenderit, faciet.

☞ Syntaxis. *Paulum mihi deest ad. Habeo paulum, quod dicam. Respira paululum hoc Paululum, & in nomen, & in aduerbium sumitur. Paulum addi hoc.*

Pavo, onis. Ep. * de Fi. 94 a, Alia autem, nullam ob vtilitatem, quasi ad quendam ornatum à natura esse donata, ut cauda pauonis, &c.

Pavor, oris. Tusc. 213 a, Pauor metus est, mente loco mouens de Or. 157 n, Vnde illud Ennij.

Pauor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat.

Pauper, ris. *inops, egenus, qui eget, tenuis, tenuior, humilis, paruis, opibus ac facultatibus præditus, infimus, cui egestas imperat, cui parua est res familiaris, qui in paupertate est.* ad Her. 12 a, Parad. 125 b, M. Manlius pauper fuit habuit enim ædiculas in Carinis, & fundum in Labicano. & 126 a. Hic non modo non copiosus & diues, sed etiam inops ac pauper existimandus est. in Vat. 35 a, Ex paupere diues factus es.

Paupertas, tis. *tenuitas, angustia rei familiaris domestica difficultas inopia, egestas mendicitas.* Tuscu. 202 b, Vt de paupertate, cuius onus disputando leuamus, docentes, quàm parua & quam pauca sint, quæ natura desiderat. & 234 a, Paupertas, ignobilitas, humilitas. de Fin. 144 b, Paupertas si malum est, mendicus beatus esse nemo potest. cõtra Rul. 78 b, Homo non solum honoribus populi, uerumetiam patientia paupertatis ornatus Offic. 40 b, Qui propter paupertatem sues puer pasceret. Para. 124 b, Illa paupertas, uel potius egestas ac mendicitas tua.

☞ Syntaxis. *Inops & pauper. Homo patientia paupertatis ornatus. Paupertas, imo egestas & mendicitas.*

Pax, cis. *concordia, ocium, quies tranquillitas, compositio.* Att 11 a. Pax vel iniusta utilior est, quam iustissimum bellum, in ciuibus. Off. 8 a, Paci, quæ nihil habitura sit insidiarum, semper est consulendum. & 74 a, Consules nostri pacem cum Samnitibus fecerunt. I. A. 242 a, Cum his facta pax non erit pax, sed pactio seruitutis. & 177 b, Pacem haberemus, quæ erat facta per obsidem puerum M. Antonij filium. & 182 a, Et nomen pacis dulce est. & res ipsa salutaris. & ibidem: Pax est tranquilla libertas. & 210 b, Ego pacem cum M. Antonio esse nolo. & 213 n, Habere pacem cũ aliquo. & ibi. Esse pacem cum aliquo. & 241 a, Pacis dulciss. & pulcherrimum nomen. & ibidem b, Quæ est enim conditio pacis, in qua ei cum quo pacem facis, nihil concedi potest? & n 42 a, Non facere pacem, sed differre bellum. Antequam 193 b, Pax & concordia cæteris continetur, cum iam domesticas nõ insideat, sed publice prouidenti eripiatur? & 194 b. Et nos ut tutam tranquillamque pacem traheretis, mea perfeci uigilantia. Qu. Fra. 290 b, Tibi data est summa pax, summa tranquillitas. I. A. 152 a, Pax denique per eum cum præstantissimis ciuibus confirmata est. Episto. 160 b, Conciliare pacem inter aliquos. At. 111 b, Spero etiam in præsentia pacem in nos habituros. pro Fl. 153 x. Pompeius pacem maritimam confecit. pro Mur. 131 b, L. Sylla Mithridatem, &c. cum pace dimisit. Tusc. 244 b, Nos illud quidem cum pace agemus.)(. *Cum ira, iracundè.* pro Cl. 38 b, Nummarius interpres pacis & concordiæ non probatur pro Cornel. 62 a, Nihil est aliud in fœdere, nisi ut pia, & æterna pax sit. I. A. 212 a, Poteritis igitur exploratam habere pacem, cum in ciuitate Antonium uideatis? & 213 a. Cum his pacem seruabit Antonius? de Pro. 69 b, Qui ut pace uterentur, uim argenteam dederunt. de Cl. 168 b, Eloquentia pacis est comes, ocijque socia. contra Rull. 65 a, Summa tranquillitas pacis, & ocij. Tusc 237 b, Placidissima pax. pro Cec. 191 a, In pace & ocio copias parare. Attic. Rursus in spem pacis ueni. de Pro. 69 b, Macedonia a Barbaris, quibus est propter auaritiam pax erepta, uexatur. de Som. 167 b, Pax sit rebus.

¶ *Venia.* pro Rab. 91 a, Ab Ioue pacem & ueniam peto, precorque, ut, &c. de Nat. 17 a.

Pace mihi liceat cælestes dicere vestra,
Mortalis visus pulchrior esse Deo.

Tusc. 230 b, & de L. 190 a, Cuius ego iudicium (pace tua dixerim) longe antepono tuo. de Ora. 91 a, Tu uix ullam cæteris oratoribus (pace horum dixerim) laudem reliquisti. de Fat. 141 a, (Pace magistri dixerim.) Off. 60 b, Peccauit igitur: pace uel Quirini uel Romuli dixerim. pro Mil. 121 b, Pace tua Patria dixerim (metuo enim ne scelerate dicam in te, quod pro Milone dicam pie.)

☞ Syntaxis. *Paci consulere. Pacem facere, habere cum aliquo, trahere, confirmare, dare, conficere. Dimittere aliquem cum pace. Cum pace agere, non iracundè. Vti pace. Pacis & ocij tranquillitas. Pax sit rebus. Pace tua.*

Paxillus, li. Ora. 211 a, Literam X è uexillo & paxillo consuetudo euellit: unde uellum. & palus, li, ducta sunt.

Pæan, nis. *Apollo.* I. V. 120 a, Pæan apud Syracusanos cum Æsculapio colebatur. ibid Signum Pæanis.

Peccatum, ti. *delictum, erratum, crimen, culpa, error, vitium, noxa noxia, maleficium, prauum actum, animi labes.*)(. *recte factum.* de Fin. 104 b, Ac. 45 b, Sic inter recte factum atque peccatum officium & contra officium media locabat quædam: recte facta sola in bona actionibus ponens, praua, id est peccata, in malis. de Am. 103 b, Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaueris de Am. 111 b, In iis perniciosus est error, qui existimant libidinum peccatorumque omnium patere in amicitia licentiam. de Finib. 97 a, Peccatum est, prodere patriam. pro Mur. 139 a. At leue delictũ est, omnia peccata sunt paria. de N. 28 a, Vir sapiens confiteri peccatum suum malui, quam hærere in republica religionem. de Or. 95 a, Oratoris peccatum si quod est

est animaduersum, stultitiæ peccatum videtur. Att. 103 a, Nostrum quidem si est peccatum, in eo est, quòd. &c. Epist. 77 b, Præter culpã & peccatum, quo semper caruisti, homini accidere nihil potest, quod horribile & pertimescendum. & 76 b, De quibus memini mihi a te Smyrna literas esse allatas, non mei errati, sed tui: in quo peccatum videbatur esse, si modo erat, fratris, tui & Tullij in A. 169 b, Quam facultatem mihi multitudo istius vitiorum peccatorumque largitur. Offi. 71 a, Gladium reddere, peccatum est: non reddere, officium. Att. 45 a, Scio nos nostris multis peccatis in hanc ærumnam incidisse. & 131 b, Id quantis nostris peccatis vitijsque venerit, non possum sine molestia cogitare. Att. 137 b, Sic ego decem annorum peccata recordans succensebam.

☞ Syntaxis. *Nostrum si est peccatum, in eo est, quòd. Culpa & peccatum, quo caret. Vitia, peccataque. Multis nostris peccatis incidimus in hanc ærumnam. Id nostris peccatis venit. Vetera peccata.*

Peccatvm. Orator. 203 a, Decori ignoratione in poematis sæpissimè peccatur.

Pecco, as. *delinquo, aliquid admitto, committo, scelus admitto, scelere me astringo, obstringo, deuincio, rem nefariam committo, facinus edo, scelus in aliquem edo, flagitium committo, scelera facio, culpam suscipio, contraho, committo, vitium, scelus concipio.*)(. *recte facio.* de Fi. 100 a, Off. 64 a, Nunquam est utile, peccare, quia semper est turpe. Orat. 211 a, Impetratum est à consuetudine, vt peccare suauitatis causa liceret. Att. 46 a, Si quid in te peccaui, ac potius quoniam peccaui, ignosce: in me enim ipsum peccaui vehementius. de Nat. 18 b, In his si qui errauerunt, hominum coniectura peccauit. & 8 a, Xenophon eadem ferre peccat. & 7 b, Empedocles multa alia peccat. pro Mur. 138 b, Non multa peccas, inquit ille, &c. sed si peccas, te regere possum. itẽ, At ego te verissime dixerim peccare nihil. de Fin. 71 b, In hoc eodẽ peccat Hieronymus. pro S. R. 17 b, In eam partem potius peccant, quæ est cautior. Epist. 56 b, Vt ipsum quod maneam in uitam, peccare me existimem. At. 98 b, Peccare in republica.

Peccatvm, ris. Parad. 110 b, Quicquid peccatur perturbationem peccatur rationis atque ordinis.

☞ Syntaxis. *In aliquem peccare. Hoc idem peccat. In hoc eodem, in eam partem. Ipsum quòd sileam, peccare me puto. In Repub. peccare. Quicquid peccatur. Peccare multa.*

Pexvs, a, um. I. C. 109 a, Quos pexo capillo nitidos uidetis.

Pectvs, oris. *anterior pars à gula, vsque ad ventrem, animus, neruus, vires.* de Or. 154 a, Onerandum & complendum pectus plurimarum & maximum rerum copia. de Am. 114 a, In amicitia nisi (vt dicitur) apertum pectus uideas, tuumque ostendas, nihil fidum habeas. &c. de L. 196 a, Amicus per se amari debet toto pectore, ut dicitur. Att. 207 b, De hortis toto pectore cogitemus. Epi. 149 b, Incumbere ad laudem toto pectore.

☞ Syntaxis. *Toto pectore amare, conari, cogitare, incumbere.*

Pecvaria, orum. *pecorum greges, & armenta.* ad Her. 35 a, Cum canes fungantur officijs luporum, cuinam præsidio pecuaria credemus? de Clar. 171 a, Quæ societas pecuaria de P. Cornel. L. Mummio Cons. redemisset.

Pecvarivs, a, um. *quod ad pecora pertinet.* pro Quin. 2 b, Erat ei pecuaria res ampla & rustica sane bene culta.

Pecvarivs, rii. *magister pecoris.* pro Deiot. 148 b, Deiotarus diligentissimus agricola & pecuarius habebatur. I. V. 112 a, Aratores, pecuarij, mercatores, &cæt. & pro Font. 176 a, Aratores, pecuarij, coloni, &c.

Pecvlator, oris. *ærarij violator.* Offi. 66 a, Fures, peculatores, id est, qui peculatum faciunt.

Pecvlatvs, tus. *crimen eius qui publicam pecuniam auertit, pecuniæ publicæ furtum.* pro Rab. 61 b, An de peculatu facto, de tabulario incenso longe oratio exprimenda est? de Or. 118 a, De sicarijs, de ueneficiis, de peculatu inficiari necesse est. ad Heren. 4 b, Si quis peculatus accusetur, quod uasa publica de loco priuato dicitur sustulisse. pro Fl. 155 a, Damnari peculatus, & damnati pecuniæ publicæ. in Anto. 241 b, Cum pecuniam publicam auerterit, num fraude poterit carere peculatus?

☞ Syntaxis. *Factus peculatus. Peculatus accusari, damnari. Ille non caret fraude peculatus, qui publicam pecuniam auertit.*

Pecvliaris, re. *præcipuus.* I. V. 186 b, Quid? peculiarem habes aliquã Siciliam, quæ tibi ex alio genere frumentum suppeditet? pro Fl. 157 a, Venio ad Lysaniam, peculiarem tuum Deciane testem. Qu. Frat. 313 a, Hoc mihi peculiare fuerit, hic etiam illo frui. I. V. 155 a, Peculiare edictum, idest, ad aliquod tempus proprium.

Pecvliatvs, a, um. *nummatus, pecuniosus.* Epi. 164 a, Balbus plane bene peculiatus. Pollionis.

Pecvlivm, lii. *proprium lucrum, præsertim seruorum.* Par. 183 b, Qui cupiditate peculij nullam conditionem recusant durissimæ seruitutis. I. V. 95 a, Peculia omnium vicarijque retinentur.

Pecvnia, niæ. *fortuna, nummi, patrimonium.* Att. 62 b, Pecunia olim dignitatem exæquat. 76 a, Magni æstimabant pecuniam, non modo non contra leges, sed legibus partam, quæ quidem uel cum periculo est quærenda nobis: est enim effectrix multarum & magnarum uoluptatum. de Diu. 103 a, Vt ostenderet etiam philosophum, si ei commodum esset, pecuniam facere posse. contra Rul. 71 b, Potestas innumerabilis pecuniæ conficiendæ de uestris uectigalibus alienandis. item, Redigere pecuniam ex rebus uenditis uel ex uectigalibus. L. Redigo. Ep. 75 b, & 28 b, Erat enim curata nobis pecunia Valerij mancipis nomine. I. V. 160 a, Dare pecuniam alicui. I. P. 87 b, Nõ dum commemoro exactas pecunias, non captas, non imperatas. pro S. R. 19 b, In alienam pecuniam tam plenam atque præclaram inuasit nullo iure. de Or. 134 a, Breui ad maximas pecunias uenturus es. pro S. R. 19 b, Pecunia fortunæque Sex. Roscij pro S. R. 22 a, Ipse amplissimæ pecuniæ fit dominus. I. A. 195 a, Pecunia nerui belli. pro R. P. 124 a, Iubet lex Iulia persequi ab ijs, ad quos ea pecunia, quam is accepit, qui damnatus sit, peruenerit. & 183 b, Quo ea pecunia peruenerit. Qu. Fr. 292 b, Græci omnes uias pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ causa faciunt. in Ant. 205 a, Quantam pecuniam militibus in singulos Cæsar pollicitus sit, tantam dari placet. * de Offi. 6 a, Vt nuper M. Crassus negabat ullam satis magnam pecuniam esse ei, qui in Rep. princeps esse uellet. I. V. 112 a, Quomodo in ea prouincia maximam uno anno pecuniam facere posset. de Inu. 80 b, Si furiosus est agnatorum gentilium in eo pecuniaque eius potestas esto.]

☞ Syntaxis. *Pecuniam facere, id est, cogere. Conficere, redigere, exigere pecunias. In pecunias inuadere. Ad magnas venire pecunias. Quò tanta pecunia peruenit?*

Pecvniarivs, ria, um. *ad pecuniam pertinens.* Atti. li. 10, Cum propter alterius crudelitatem, alterius audaciam, tum propter utriusque difficultatem pecuniam ad Brutum 291 a, Maximus autem, nisi me forte fallit, in Repub. nodus est, inopia rei pecuniariæ.

Pecvniosvs, a, um. *nummatus, peculiatus.* pro Qui. R. 58 b, Vir copiis rei familiaris locuples & pecuniosus. Parad. 124 b, Nocens & pecuniosus reus. ad Heren. 31 b, Quæro igitur, unde iste tam pecuniosus factus est? I. V. 240 b, Homo pecuniosissimus. de Inu. 50 b, Pecuniosus.)(. *tenuis.*

Pecvs, oris, & udis. *armentum.* Tuscu. 163 a, Tum multitudo pecorum partim ad uescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad uehendum, partim ad corpore uestienda. I. A. 189 b, Antonius cædit greges armentorum, reliquique pecoris, quodcunque nactus est. contra Rul. 73 b, Multa in mancipiis, multa in pecore, &c. Of. 11 a, In promptu habere, quantum natura hominis pecudibus reliquisque bestiis antecedat. At. 106 a, Vt pecudes sui generis sequuntur greges, ut boues armenta. de N. 58 b, & de Fin. 133 b, Sus uero quid habet præter escam? qua pecude nihil genuit natura fœcundius. de Or. 135 a, Agros publicos depasci à pecore alicuius de Nat. 73 b, Agnum inter pecudes aurea clarum coma. item, Tarda & languida pecus. At. 18 a, Nõ modo homines, uerum etiam pecudes sciebant. I. C. 108 b, Ista non modo homines sed ne pecudes quidem. I. P. 83 a, Ego istius pecudis consilio uti uolebam. I. P. 95 a, Istius impurissimæ atque intemperantissimæ pecudis sordes. I. A. 216 a, Si homines sunt illi potius, quã pecudes. de Repub. apud Non. Cum adhibent in pecuda pastores.

☞ Syntaxis. *Armenta, reliquaque pecora. Pecudes, aliaque bestiæ. Tarda pecus. Sus, qua potius, &c. Istam pecudem, de homine dictum. Pecus impurissima & intemperantissima, de homine.*

Pedalis, le. *quod pedis unius mensuram continet.* Acad. 20 b, Mihi quidem sol quasi pedalis uidetur.

Pedarivs, ia, um. *qui in senatu ipse sententiam non dicunt, sed in aliorum pedibus eunt.* Att. 10 a, Est enim illud S. C. summa pedariorum uoluntate, nullius nostrum autoritate factum. Exod. 80 b, Et raptim in eã sententiam pedarij cucurrerunt.

Pedes, tis. At. 130 b, Equitum & peditum copiæ.

Pedester, estris, estre. I. A. 213 a, Statua ænea pedestris, uel equestris. de Sen. 79 b, Pedestres nauales ve pugnæ. de Fin. 88 a, Equestres pedestresque copiæ.

Pedetentim *sensim.* Tusc. 201 a, Sensim enim & pedetentim progrediens extenuatur dolor. Epist. 134 a, Legi concionem tuam, nihil ista sapientius: ita pedetentim & gradatim tum accessus a te ad causam facti, tum recessus. de Inu. 47 b, Pedetentim in defensionem ingredi. ad Heren. 2 b, Pedetentim ad causam accedimus. pro Clu. 42 a, A me omnia caute pedetentimque dicentur. Att. 160 a, Quod me moues, ut pedetentim assentior. pro Q. 9 a, Timide ac pedetentim ad aliquid agendum descendere. Offi. 14 b, Sin minus, sensim erit pedetentimque mutatio facienda.

☞ Syntaxis. *Sensim & pedetentim. Pedetentim & gradatim. Caute & pedetentim. Timide ac pedetentim ad aliquid agendum descendere.*

Pedibvs. *aduerbium, teste Charisio.* libro 3. de Sen. Ingressus iter pedibus.

Pedisseqva, æ. *famula.* de Orato. 105 b, Iuris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam pedisequamque adiunxisti. ad Her. 40 b, Gorgia pedissequa puerorum, & 28 b, Diuitiæ non sunt idoneæ, quæ uirtutis pedissequæ sint.

☞ Syntaxis. *Ancilla & pedissequa. Gorgia puerorum pedissequa. Diuitiæ virtutis pedissequæ.*

Pedissequvs, *famulus.* pro Do. 135 b, Cum hunc à pedissequis conculcari iuberes. At. 31 b, Clamor pedisse quorum nostrorum.

Peditatvs, tus. *pedestres copiæ.* I. A. 195 b, Tu ciuem sceleratum peditatu, equitatu, copiis instrues? Epi. 95 a, Armatura uaria peditatus & equitatus. & 244 b, Et equitatu, & peditatu, & pecunia paratus.

Pedor, oris. *fœtor.* Tuscu. 196 a, Situ nidoris barba pedore horrida, & 204 a, Pedores.

Pegasvs, si. *equus pennatus, vt in fabulis est.* pro Quin. 14 b, 15 a, O fortunatum hominem, qui huiusmodi nuncios seu potius pegasos habet.

Pegmata, *sunt ornamenta & machinæ quædam ligneæ, aut ex alia materia, quibus imponuntur statuæ, signa, libri, & alia ad aditum ornatum.* ad Att. 59 b, Nihil uenustius, quàm illa tua pegmata.

Peiero, as. *fidem iusiurandumque negligo vel relinquo.* pro R. P. 168 a, Vbi semel quis peierit, ei credi postea, etiamsi per plures deos iuret, non oportet. pro Quin. Rosc. 52 b, & ad Her. 28 b, Nihil interest in-

ter periurum & mendacem, qui mentiri solet, peierare consueuit, quem ego vt mentiatur, inducere possum, vt peieret, exorare facile potero. pro Cl. 43 b, peierare conceptis verbis. Offic. 73 b, Nō enim falsum iurare peierare est: sed quod ex animi tui sentētia iuraueris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, periurium est.

☞ Syntaxis. *Conceptis verbis peierare.*

PEIOR, us. *deterior*. in Anto. 219 b, Turpis fuga mortis omni est morte peior. Tusc. 178 a, Malum id quidem, sed alia peiora. pro S.R. 35 b, Versa & mutata in peiorem partem sunt omnia. Acad. 15 b, Quid, si vel unque, num peius est? Tuscul. 181 b, Turpitudo peius est quam dolor. I.A. 133 a, Quo neminem peius odi. Ep. 96 a, Oderam multo peius hunc, quam illum ipsum Clodium. de Fin. 118 a, Quòd aliud alio melius esset, aut peius.

☞ Syntaxis. *Turpitudo est peius quam dolor.*

ΠΕΙΘΩ, *us*. I. SVADA.

PELAGVS, gi. *mare*. de Or. 167 a, Feruet æstu pelagus, pacuuij.

PELASGVS, a, um. *Græcorum natio & gens*. de Fin. 66 b.

PELIGNVS, a. Attic 121 b, C. Accius pelignus. I. Vat. 36 b.

PELIVS. pro Cæl. 41 a, Vtinam ne in nemore repelio.

PELLA, *vrbs*. Atti. 42.

PELLEX, icis. *quæ cum eo cui vxor sit, corpus miscerat: concubina*. Orator. 206 b, Ab hac indole iam illa matura vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex.

PELLICATVS, tus. *pellicis. flagitium* pro Cl. 20 b, Filia oesarium matris pellicatum ferre non posset. Offic. 38 a, Dionysius ab vxore est propter pellicatus suspicionem interfectus.

PELLICIO, cis. *allicio, seduco, capio, delinio*. pro Cl. 20 b, Ea animum adolescentis pellexit omnibus rebus, quibus illa ætas & capi & deliniri potest. pro Flac. 161 a, Mulierem imbecilli consilij satis locupletem pellexit Decianus ad sese. de Or. 106 a, Multo maiorem partem sententiarum sale tuo & lepore pellexisti.

PELLICVLA, læ. pro Muræn. 242 a, Atque illa strauit pelliculis hœdinis lectulos punicanos.

PELLIS, lis. de Natura. 17 b, Sospita dea cū pelle caprina, hasta, & scutulo. & de Orat. 215 a, I.P. 98 b, Omni totius prouinciæ pectore cōpulso pellium nomine. Academ. 2 a, Vt nō multum Imperatoris sub ipsis pellibus otij relinquatur. item, pellis inaurata arietis.

PELLOR, eris. 210 a, Si vitiosū est dicere ornate, pellatur e ciuitate eloquentia. Offic. 59 a, & de Orator. 113 b, Quamobrem hoc deliberantium genus pellatur e medio. de Leg. 189 a, Thucydides scripsit libros suos, cum in exilium pulsus esset. pro Cec. 290 b, Qui armis fugatus pulsusque est, non est deiectus?

PELLITVS, a *teste Asconio in orationem Ciceronis pro M. Scauro*. Ac propè dicam, pellitis testibus condonetur, *pellitos testes, frigidos & subornatos dicere videtur*.

PELLO, is. *moueo, agito, depello*. Offi. 60 a, Species vtilitatis animum eius pepulit, qui, &c. de Ar. 254 b, Cum lapidibus optimos viros foro pellis. pro Dom. 235 b, Hæc me domo mea pellet? pro Mil. 115 b, pellere a iquem possessione. de Finib. 58 a, pellere mæstitiam ex animis. Ep. 56 b, Nulla meipsum priuatum pepulit insignis iniuria. *aliter. pro tango*. Orator. 214 a, Quod cū animos hominū auresque pepulisset, notandum certe genus fuit. de Fin. 71 b, Nec vllum habet ictū, quo pellat animi statum. Acad. 9 a, Quemadmodum prima visa nos pellerent, deinde appetitio ab his pulsa sequeretur.

☞ Syntaxis. *Visa animum pellunt. Improbos è medio pellere. Fugare & pellere armis. Vtilitatis species pellit animum.*

PELLVCEO. I. PERLVCEO.

PELLVCENS, vel PERLVCENS, *id est, perlucidus*. de Cla. 190 a, Mollis & pellucens oratio.

PELOPIDÆ, arum. *à Pelope immanissimo rege dicti: idcirco crudeles & immanes, quales erant Cæsariani, quos hic intelligit Cicero*. Atti. 227 a, Vbi nec pelopidarum facta, nec nomen audiam. Epi. 109 a, Hinc euolare cupio, & aliquo peruenire, vbi nec pelopidarum nomē, nec facta audiam. Ep. 108 b, Vbi nec pelopidarum, nosti cætera. Att. 543 b.

PELOPONNESIACVS, ca, um. Off. 17 a, peloponnesiacum bellum.

PELOPONNESIVS, a, um. Att. 60 a, peloponnesiæ ciuitates.

PELOPONNESVS, nesi. *Apia, Pelasgia*. de D. 99 a, Elis vrbs peloponnesi.

PELOPS, pis, *Tantali filius, qui in Peloponneso regnauit*. Tuscu. 195 b, pelops qui quondam socero Oenomao rege Hippodamiam raptis est nactus nuptijs.

PELORIS, idis. *terra, & Siciliæ pars, Pelori monti subiecta*. I.V. 236 b.

PELORVS, ri. *promontorium Siciliæ*. I.V. 254 a, & 313.

PENARIVS, a, um. *vt cella penaria*. I. PENVS. 10 Verr. 109 b, & de Senectute. 89 a.

PENATES, tum. *dij patrij, lares, foci*. de Natura. 39 b, Dij penates siue a penu ducto nomine, siue quod penitus insident. pro Dom. 242 b, Illi dij penates ac familiares mei per uos in meam domum mecum erūt restituti & ibidem: Vos patrij penates familiaresque. pro Sest. 12 b, Vos penates patrijque dij. pro Syll. 183 b, Dij patrij ac penates qui, &c. pro Domo 234 b, Vniuscuiusque vestrum sedes, aras, focos, deos penates subiectos esse libidini tribuniciæ. in Verr. 203 b, Deos penates a te patrios reposcit. pro Sest. 9 a, Exterminare aliquē a suis dijs penatibus. pro Quint. 15 b, Quintius a suis dijs penatibus præceps eiectus. pro Deiot. 146 a, In conspectu deorum penatium necare hospitem.

☞ Syntaxis. *Dij penates ac familiares mei. Patrij penates, ac familiares Penates, patrijque dij. Dij penates patrij. A dijs suis penatibus aliquem exterminare, præcipitem eijcere. In conspectu deorum penatium necare.*

PENDVLVS, tis. Top. 125 b, Causæ ex æternitate pendentes.

PENDEO, des. *suspensus sum, orior, proficiscor*. de Diuinat. 136 a, Quidam somniauit ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis. Tuscul. 198 b, Si prudentia extrinsecus religata pendeat, & non oriatur ex se. in Verr. 159 b, Tamdiu pependit in arbore socius populi Romani, quā diu voluntas Apronij tulit. & 161 b, pendere ex arbore & 217 a, Sagittæ pendebant ab humero. I.P. 88 b, Vt tu vsquam saxis fixus asperis euisceratus latere penderes. Offic. 13 b, Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus. de Finib. 75 a, Quid turpius est, quàm sapientem ex insipientiū sermone pendere? pro Syll. 179 b, Omnis terror, & omnis suspicionis timor ex Antonij improbitate pendebat. in Verr. 191 a, Vt intelligas non ex æstimatione pendere crimen, sed ex coniunctione, &c. Academ. 20 a, Rationes quæ ex coniectura pendent. de Orator. 121 a, Causas nō ex personis, sed ex genere quæstionis pendere. pro Cecin. 291 a, Nō ex verbis aptum pendere ius, sed verba seruire hominum consilijs. Attic. 235 a, Respublica e Bruto pendet: quæ aut nulla erit, aut ab isto seruabitur. pro Mar. 134 b, Quis non intelligit ex vnius tui vitā pendere omnium? Epist. 160 b, Comitia tamen, quando ex his pendes, quantum facere possimus, in Ianuarium mensem protendimus. & 155 b, puderet me inconstantiæ literarum, si non ex aliena leuitate penderent. Episto. 94 a, Tuique ex te pendent. Tuscu. 235 a, Cui ex se ipso apta sunt omnia, nec suspensa aliorum bono casu aut cōtrario, pendere ex alterius euentis coguntur. de Finib. 61 b, pendere ex futuris. Epist. 69 b, pendere aliunde. Qu. Fr. 325 b, promissis ijs quæ ostendis, non valde pendeo. pro Mur. 146 b, palus nostra, quæ spe exigua extremaque pendet. contra Rul. 79 a, Suspensus & incertus obscura spe, & cæca expectatione pendeo. *hic agnosce vim dubij incerrandam. sensus indicatam*. cont. Rul. 82 a, Cætera vectigalia per leuis sæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendere.

¶ *Hæreo*. Ep. 114 b, Ego quidem vehementer animi pendeo. Att. 122 a, & Tusc. 216 b, pēdeo animi, expectatione Corfiniensi. de Leg. 157 b, Ex animi pendere soleo, cum quid orsus sum, si traducor alio. Atti. 259 b, Animi pendeo de te & me. Att. 177 b, & 121 b, pendeo animi, quamnam rationem, &c. Tusc. 169 a, Si expectando & desiderando pendemus animis, cruciamur, angimur. Att. 62 b, Ne diutius pēdeas, palmam tulit. de Or. 118 b, Ex quo verbo lege Apuleia tota illa causa pendebat. I.P. 101 a, Non in tabellis paucorum iudicū, sed in tabellis omnium iudicum famam nostrā fortunamque pendere. par. 118 b, Cui omnis spes, & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna.

☞ Syntaxis. *Extrinsecus pendere, & non ex sensiti. Pendere in cruce, ex cruce, ab cruce, cruce. Rationes ex coniectura pendentes. Non valde promissis pendeo. Suspensum & incertum obscura spe, & cæca expectatione pendere. Per leuis momento fortunæ ac temporis inclinatione pendere.*

PENDO, dis. pependi. *æstimo*. I.V. 200 a, Rem vobis proponam, vos eam suo nominis pondere penditote. Ep. 177 a, Totamque illam cantilenam ex hoc pendunt, vt quamplurimum lucri faciant.

Soluo contra Rull. 89 a, Ego pro aqua vectigal pendam. Qu. F. 278 b, pendere vectigal. de pro. 70 a, Achæi ingentem pecuniam pendunt L. Pisoni quotannis. Attic. 89 a, Vedius H-S. centena pendat necesse est. Att. 194 b, pendere vsuram pecuniæ cuipiam. & 193 a, pendere vsuram ei a quo emeris.

Patior Att. 175 a, Maximas pœnas pendo temeritatis meæ. & 224 b, Tusc. 180 a, pœnas illum pependisse audiui.

PENDOR, ris. pro Quint. 1 b, Si ex opibus, non ex veritate causa pendetur. pro Sex. Rosc. 28 b, Tamen non temere creditur, neque leui coniectura res penditur. Or. 202 b, In philosophia res spectatur, non verba penduntur.

PENE, *propè, nihil propius est factum, quàm vt, &c.* de Orat. 3 b, Oratori poeta multis ornandi generibus pene par, in hoc autem propè idē, nullis in terminis, &c. Epist. 42, Bibulum habuimus multo tutiorē, pene etiam amicum. pro Qu. R. 47 b, Iudicia summæ existimationis, & pene dicam capitis. Ep. 22 b, pene factus sum ille. Attic. 80 a, Brutum non minus amo quàm tu, pene dixi, quàm te. & 236 b, Ibi pene valentem uideram Piliam.

PENES, *in manu, in potestate*. I.V. 186 b, Cùm omnis copia frumenti penes istum esset redacta. contra Rull. 76 a, Agri quorum adhuc penes Pompeium omne iudicium & potestas more maiorum debet esse. pro Do. 239 b, Censor, penes quem maiores nostri iudicium Senatus de dignitate esse uoluerunt. pro Mil. 113 a, Serui cētum dies penes accusatorē fuerunt. Or. 210 a, Eloquentia eos ornat, penes quos est. ad Her. 27 a, Vt ne ad solarium quidem idoneus, sed penes scenā & in eiusmodi locis exercitus fit. de Cl. 188 b, Locutionis emendatę ac Latinæ laus penes Cæsarem fuit. I.V. 243 b, Cum penes te prætorium nomen esset. postq. 202 b, Imperium quod erat penes ipsos. Ep. 52 b, Ille penes quem omnis est potestas. & 152 b, ad Here. 255 a, Si putabit posse omnia penes unum autorem consistere.

☞ Syntaxis. *Penes Cæsarem fuit emendata ac Latina oratione. Penes Cæs. Imperium, potestas.*

PENETRANS, tis. I.A. 150 a, Antonio in Galliam penetrāti Di. se Brutus obiecit. de Vniu. 201 a, Astra per cœlum penetrantia solstitiali se & brumali reuocatione conuertunt.

PENETRALES. *loca secretora et secretiora domus vel templi*. de Ar. 257 b, Abdita & penetrales loci. de N. 39 b, A penu penetrales a poetis vocant.

PENETRO, tras. *permeo, pertingo, permano, serpo*. pro Arch. 190 a, Cupere debemus, quò minus manuum nostrarum tela peruenerint, eodem gloriā famamque penetrare. de Som. 130 a, Cùm Romulus hęc ipsa in templa penetrauit. de pro. 79 b, Non ipse ad eorum vrbes sedesque penetrauit. I.V. 225 a, Subito non longe a Syracusis penetrauit

ſub terras. Academ. 30 b, Nulla acies humani ingenii tanta eſt, quæ penetrare in cœlum poſſit. Tuſc. 157 a, Animus penetrat, & diuidit omne cœlum. de N. 57 a, Ratio hominis in cœlum vſque penetrauit. uit. Part. 241 a, Definiendo verbo penetrare ad ſenſum opinionemque iudicis. de Cl. 177 a, Nulla res magis penetrat in animos.

☞ Syntaxis. *In templum penetrare, ad ſedes & vrbes, ſub terras. In cœlum vſque, ad ſenſum, opinionemque iudicis, in animos.*

PENICILLVS, li. Or. 203 b, pictor vidit obuoluendum caput Agamemnonis eſſe, quoniam ſummum illum luctum penicillo non poſſet imitari. Qu. Fr. 515 b, Mihi date Britanniam, quam pingam coloribus & penicillo meo.

PENIS, nis. Epiſt. 140 a, Caudam antiqui penem vocabant, ex quo eſt propter ſimilitudinem penicillus: at hodie penis eſt in obſcœnis. At vero piſo ille frugi in annalibus ſuis queritur, adoleſcentes peni deditos eſſe. Epiſt. 140 a.

PENITVS. *prorſus* de Nat. 24 b, Euhemerus religionem penitùs totam ſuſtulit. Epiſt. 70 a, Rationes a te collectæ vetabant me reipublicæ penitùs diffidere. Offic. 38 a, de Orat. 154 a, Hanc conſuetudinem penitus amiſimus pro Qu. Ro. 48 a, Supercilia illa penitùs abraſa. de Orat. 94 a, Res penitus perſpectæ, planæq. cognitæ. & 138. Res penitus ex cauſa efflorescere. de Orat. 92 b, Artem cognitis penituſque perſpectis rebus contineri. de Orat. 86 a, b, Omnes animorum motus penitus pernoſcendi. de Cl. 180 b, Totam enim rempublicam tenebit, penituſque cognoſcet. contra Rull. 65 b, penitùs abſtruſas inſidias contra aliquem ponere. pro Syll. 169 a, Nondum penitùs in republica verſabar. de Finib. 150 b, Habere aliquam rem penitus cognitam. I. V. 249 b, Opus multorum operis penitus exciſum. Tuſc. 229 a, Tibi nos vt antea magna ex parte, ſic nunc penitùs totoque tradimus. Epiſt. 253 b, Eum tibi penitùs commendo atque trado. Epiſt. 259 a, Tamen te penitus rogo, ne, &c. de Fin. 56 a, Ob eamque cauſam multi ſeipſos penitus perdiderunt. Att. 158 b, Explicari mihi tuum conſilium planè volo, vt penitus intelligam.

¶ *intrinſecus*. Offic. 35 a, & de Leg. 159 a, Nec aurum effoderetur penitus abditum. & 161 a, Sed penitus ex intima philoſophia hauriendam iuris diſciplinam puto. item: Natura in ſpecie oris penitus reconditos mores effinxit. de Nat. 39 b, Dii penates dicti, eo quod penitus inſident. pro Mil. 114 b, Si tibi penitùs inſedit iſta ſuſpicio. I. Catil. 103 b, periculum autem reſidebit, & erit incluſum penitùs in venis atque viſceribus reipublicæ. & de Aru. 557 a, Vitia in aliquo penitus defixa atque hærentia. contra Rul. 69 a, Odium penitus inſitum. Academ. 9 b, Natura in profundo veritatem, vt ait Democritus, penitùs abſtruſit. & 35 a, Videamus terrane penitus defixa ſit. Epiſt. 165 a, Legiones penitùs in Luſitania in hybernis collocaram. Attic. 109 b, Dimittamne me penitus in cauſam. Qu. Fr. 495 b, Qui in tuam familiaritatem penitus intrarit. I. Ver. 143 a, Is bene penitus in illius familiaritatem ſeſe dedit. pro Cluent. 18 b, Euellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitùs inſitam, tam veteram? in Catil. 105 b, Ea penitus animis veſtris mentibuſque mandate. de Orat. 93 a, penitùs in eam ipſam huius ſtudii diſputationem intimam peruenitis.

☞ Syntaxis. *Penitùs rogare. Penitùs pernoſcere, verſari in Repub. ſe totum alicui tradere. Penitùs reconditum, defixum & reconditum. Mandare ſuis mentibus & animis aliquid penitùs. In intimam penitùs diſputationem venire.*

PENNA, næ. *pinna*. de N. 52 a, & de D. 102 a, Aues pullos excluſos pennis fouent, ne frigore lædantur. de Fin. 135 a, pennarumque contextu corporis tegumenta faciebat. in Arat.

Quà volat, & ſerpens geminis ſecat aera pennis.

PENNATVS, a, um. *pennatus*. de D. 102.

Hic Iouis altiſoni ſubitò pennata ſatelles. in Arat.

PENNIGER, a, um. de Vn. 201 a, Animalium genus pennigerum & aerium. L. AENIGAR.

PENNVLA, læ. *paruna penna* de N. 52 a.

PENSIO, onis. *merces, vectigalia*. Epiſt. 95 b, Teneor tamen, dum a Dolabellæ procuratoribus exigam primam penſionem. pro Quint. Roſ. 53 b, Cùm altera penſio ſoluenda eſſet. Attic. 127 a, De penſione altera, oro te, omni cura conſidera quid ſit faciendum. Attic. 188 b, Sed de prima penſione ante videamus: adeſt. I. A. 181 b, Iſta communitas nimium debet diu populo Romano penſionem tertiam. Attic. 451 a, Hortenſius vero impudenter: nihil enim debetur ei, niſi ex tertia penſione, quæ eſt calend. Sext. ex qua penſione ipſa maior pars eſt, & ei ſoluta aliquanto ante diem.

☞ Syntaxis. *Penſio prima eſt cal. Iunij: ea eſt ſoluta ante diem.*

PENSITO, as. *pendo*. pro pomp. 6 b, Qui vectigalia vobis penſitant, aut eos qui exercent atque exigunt. contra Rul. 89 a, Immunia commodiore conditione ſunt, quam illa quæ penſitant. I. V. 185 a, penſitare pecunias alicui.

PENSO, as. de Officio. lib. 2, penſare operis & officiis, id quod violatum eſt.

PENSVM, ſi, a pendeo. *quod in colus eſt, è quo fila ducunt nendo mulieres*. de Orat. 153 b, Nunc ad reliqua progrediar, meque ad meum munus penſumque reuocabo. I. Ver. 171 a, penſum in agro Leontino magis eſt exigendum.

PENVLA, læ. *pallium. quo vtimur in itinere propter pluuiam, lacerna*. pro Mil. 106 b, Milo de rheda, reiecta penula, deſiluit. Attic. 316 a, Sed ita egi, vt non ſcinderem penulam. & ibid. Horum ego vix attigi penulam. pro Seſt. 51 a, Is Milonianam penulam arripuit, &c.

PENVLATVS. *penula indutus aut amictus*. L. RHADA.

PENVS. de Nat. 39 b, Penates a penu ducto nomine: eſt enim omne quo veſcuntur homines, penus.

PENVRIA, æ. *paucitas*. de Clarit. 165 a, Magna ſapientium ciuium bonorumque penuria. de Amic. 108 a, Sunt igitur conſtantes eligendi amici, cuius generis magna penuria eſt. de Inuent. 76 b, Penuria agri.)(*copia*.

PER, *cum accuſatiuo, ratione opera, auxilij*. pro Quint. 32 b, Qui per vim & ſcelus plurimum poſſent. & 20 a, Iſta cauſa abs te tota per ſummam fraudē & malitiam ficta eſt. pro Sext. Roſ. 19 b, Quod per ſcelus adeptus eſt, per luxuriā effundit ac conſumit. Offic. 74 a, Quod per vim actum eſt, ratū eſſe non debet. de Le. 192 b, Agere aliquid per vim. in Verr. 87 a, per ſcelus & latrocinium afferre aliquid. Qu. Fr. 294 a, & I. V. 534 a, per vim & metum facere, vel auferre aliquid. D. 225 a, Per inſidias interficere aliquem. de Natu. 77 a, poteſtas quam ipſe per ſcelus erat nactus. I. P. 85 b, Lex inuſta per ſeruos, inciſa per vim, impoſita per latrocinium. Q. Fr. 537 b, per vim perferre legem. de Ar. 553 b, poſt exercitu ſollicitato per nefandum ſcelus fugit illinc. pro Sex. Roſ. 53 b, per ſummum dedecus vitam amittere. pro Qu. 2 a, Mihi ſummam per iniuriam omnia inimica ſunt. Ep. 153 a, & I. V. 63 b, Per iniuriam facere, vel eripere aliquid alicui. pro Qu. Roſc. 48 b, Fannium per malitiā feciſſe, & Roſcium per imprudentiam deceptum eſſe. & ibid. Vtrumque incredibile eſt, & Roſciū quicquam per auaritiam appetiſſe, & Fannium quicquam per ſe bonitate amiſiſſe pro Milo. 204 b, Mors illata per ſcelus. ad Heren. 25 b, per dolum facere aliquid. Tuſcul. 526 b, per iram interficere aliquem. Epiſt. 40 b, per vim violare aliquem. de Inuent. 61 b, Aliquid per vim, per manum opulentam factum eſſe. ad Heren. 10 b, per culpam venire in neceſſitatem. & 58 b, In bello per ignauiam tubæ ſonitum ferre non potes. pro S. R. 33 a, Aſcendere per alterius incommodum & calamitatem & 24 a, Scæuola ciues ſuos ſeruare per compoſitionem volebat. pro Quint. 51 b, per ius & magiſtratus aliquem defendere. pro Sext. Roſc. 20 a, Per ſententiam atque iurandum alicuius aliquid aſſequi, quod antea ſcelere ac ferro aſſequi, conſueueris. Or. 505 a, Tranſlata, quę per ſimilitudinem ab alia re transferuntur. de Nat. 9 a, Rebus inanimis per quandam ſignificationem, deorum nomina eſſe tributa de Or. 357 a, Verbū per ſimilitudinē tranſlatum. de Or. 143 b, C. Cotta depulſus per inuidiam tribunatu. pro Dom. 559 b, Ferre legem alicui per gratiam in Verr. 134 a, per hanc rationem. *id eſt, ad hunc modum, vel hoc modo*. de Diuinat. 120 a, Hoc igitur per gallinas Iupiter tantæ ciuitati ſignum dabat. ibid. 134 a, Æſculapius poteſt præſcribere per ſomnium curationem valetudinis. de Orat. 87 a, Quæ ſit ab Actio Nauio per lituum regionū facta deſcriptio. de Diu. 118 a, Quam ſcite per notas vos certiores facit Iupiter. de Inuēt. 81 a, Nemo poteſt omnes res per ſcripturam complectu, & 64 a, per impulſionem facere aliquid. Top. 227 b, Per extra præſenſio. de Or. 98 a, per quædam inuolucra & integumenta perſpicere aliquid. de N. 54 b, Natura membranas oculorum per lucidas fecit, vt per eas cerni poſſet. in Verr. 115 a, Non per præſtigia, ſed palā per Imperium oppidum compilare. & 501 a, Per ſimulationem ædilitatis. contra Rull. 85 b, Illam copiam cum hac per riſum ac per iocum contemnens. in Verr. 273 a, Honores ad quos & per ludum & per negligētiam peruenitis, &c. Attic. 15 b, Cæſar cum eo coire per Attium cogitat, & Bibulus cum hoc ſe putat per C. Piſonem poſſe coniungi. de Orat. 88 a, plura detrimenta publicis rebus, quàm adiumenta per homines eloquētiſſimos importata. in Catil. 119 a, Ne quis pœnam eorum aut per Senatum, aut per populum leuare poſſit. pro Mil. 150 a, Tranquilla repub. ſine me ipſi, ſed per me tamē perfruātur. de Ar. 253 a, Ne per optimatum diſcordiam pericula patribus creētur. pro Milo. 205 b, Habere ſpem ad ſalutem alicuius per iudices expugnandam. de Pro. 78 a, Liberè per aliquos gloriam aliquem, ſe, &c. in Ant. 153 a, Pax deniq; per eum, per liberos eum ciuibus confirmata eſt. pro Mur. 135 a, Exturbare aliquē, qui & per ſe, & per ſuos, & vero etiam per alienos defendatur. pro Flac. 357 a, Si ciuitas per viros bonos grauesque homines querelas ad vos detuliſſet. pro Domo. 224 b, Cum meam domum refertam viris bonis per amicos ſuos complerent. Attico. 66 b, Nihil intereſt, vtrum per procuratorem agas, an per te ipſum. pro Sext. Roſc. 37 a, Recede de medio, per alium tranſigam. Attico. 66 b, Per bonos tabellarios, niſi Romam literas. Attic. 76 a, Tu autem ſæpe dare poteris tabellarijs publicanorum, per magiſtros ſcripturæ. pro Cluent. 53 a, Venenum datum alicui per aliquem. I. P. 98 b, Quid per tuum ſeruulum ordines aſſignari? pro Cluent. 27 a, Comparare inſidias alicui per aliquem. Attico. 11 b, Biduo per vnum ſeruum confecit totum negotium. in Catilin. 101 a, Nullum iam tot annos facinus extitit niſi per te, nullum flagitium ſine te. & 106 a, Quod nefarium ſtuprum non per illum? Attic. 20 b, Emittere per ſeruos tuos, vt ſcheda ne qua deperat. de Natura. 77 a, per præconem vendere aliquid. Attic. 577 b, Bibulus vellet per te aliquid autoritatis aſſumere. in Verr. 110 b, Iniurias ſuas per vos vlciſci ſtatuerunt. & 58 a, Vlciſci iniurias ſuas per aliū. pro Sext. Roſc. 31 b, Vulgo occidebantur. per quos? Attic. 85 b, Appius aliquot turmas equitū dedit Scaptio, per quas Salaminios coerceret. Quint. Fr. 313 b, Mirifice mihi & per ſe, & per Pompeium blanditur Appius. Attico. 93 a, Rex non in Pompeium prolixior per ipſum, quam per me in Brutum fuit. pro Quint. 3 a, Per te C. Aquili decidit Quintius, quod liberis Scapulæ diſſolueret. itē, Hoc eo per te agebatur, quod &c. Quintum Frat. 294 b, Complures vrbes dirutas ac pene deſertas per te eſſe recreatas. de Senectute. 81 a, Reſpublica per adoleſcentes labefactata. pro Flac. 160 b, Ante pedes prætoris in foro expenſum eſt auri pondo centum paulo minus. pro Sext. Cæſium, &c. Att. 584 b, Atqui non eſſe, quàm eſſe per illum præſtat. & 175 a,

& 173 a, Clodias suspicetur aliquid à suis, vel per suos potius inimicos ad te esse delatum, quo, &c. & 175 a, Per eos diligentissime contendas opus est, vt, &c. de Orat. 135 b, Ego cum doctior per te, tum etiam audacior factus sum ad iocandum. At. 143 b, Id assequetur, si per praetores consules creentur. & 129 a, Volo etiam exquiras quid Domitius agat (habebis autē per quos possis) & ibid. Memini quid mihi suaseris per Theophanem Culeonem. Epist. 4 b, Per te factum est quo minus pax fieret. Atti. 235 b, Hircium per me meliorem fieri volunt. Academ. 23 b, Per me vel stertas licet, non modo quiescas. Epist. 180 a, Trahantur per me pedibus omnes rei. Tus. 2 19 a, Digladietur ibi per me licet. *id est quod ad me attinet.* Epi. 117 b, Per quos homines steterim. Epist. 42 a, Memetipsum per illum restitutum puto. & ibid. 6 a, per aliquem fieri certiorem, &c. & 110 a, Quae sunt à me in secundo libro per Antonii personam disputata & 143 b, Nūquam per M. Antonium quietus fui. Tus. 158 a, Liberari metu per aliquem. pro Mar. 137 a, Cum id neque per te scires, neque aliunde scire potuisses. pro Syll. 179 b, Vargunteium & Antonium nihil Landaster ipsos per sese sine P. Sylla facere potuisse. pro plane. 168 b, Is omnibus officiis per se, per patrem, per maiores suos totam Atinatem praefecturam comprehenderat. de Orat. 169 a, Caeterae fere artes se ipsae per se tuentur singulę. & 144 b, Nullum genus rerū auulsum à caeteris per se ipsum potest constare. Epist. 38 b, Hoc cum per se mihi gratum est, tum quod, &c. & 39 b, Hoc est mihi charum non propter, &c. sed per se, &c. Topic. 218 a, Quod cum ipsam per se, tū, &c. Orato. 191 a, Iam uero ipsa per sese multum prodest. I.C. 103 a, Homo per se cognitus nulla commendatione maiorum. Epist. 10 a, per sese facerę aliquid,)(. cum alio 12 a, pro Dom. 227 b, Etsi ipsū per se nomen est calamitatis de Ar. 253 a, Hoc quid sit, per se ipsum facile interpretor, sed ex eo, quod sequitur, suspicor. pro Sest. 16 b, Virtus splendet ipsa per sese semper, nec alienis unquam sordibus obsolescit. de Orato. 139 b, Hoc non minus est per se ipsum fugiendum. de Nat. 32 a, Ignis per se ipse ac sua sponte mouetur. de Orat. 169 b, Tu qui rationem dicendi per te ipsum, usum autem per nos percipere voluisti, & 93 a, Cum & per me ipsum egissem, & per Brutū saepe tentassem. I.C. 99 b, Quotiescunque me petiisti, per me tibi obstiti. At. 245 a, Agere gratias alicui per literas. ibid. 267 a, Brutus per literas purgat Cęsarem de interitu Marcelli, & 150 a, Caesar mihi ignoscit per literas, quod non venerim. & 204 b, Inuito eum per literas, vt apud me diuersetur. I. P. 88 a, Is à senatu supplicationem per literas postulauit. I.V. 175 b, per literas supplicare alicui. Attic. 278 a, Consolari aliquem per literas. & 15 a, Ea pars epistolae, per quam te mihi purgatum esse voluisti. & 19 b, Qui. Fra purgat se mihi pro literas. pro Flac. 163 b, Nunc matri purgat se per epistolā. At. 178 a, Accusasti me per literas grauioribus verbis. Attic. 89 a, & Episto. 6 a, Colloqui cum aliquo per literas. & 15 b, per literas colloqui cum aliquo, vel ostendere aliquid. Episto. 20 a, per literas petere aliquid ab aliquo. pro Syll. 177 b, Literę, per quas ille precibus à Sylla petit, vt gladiatores emat. de Diuin. 87 b, Vaticinans per furorem, vt Sybilla, &c de pro. 77 a, per manus prouinciam alteri tradere.

Loci spatio. I.A. 240 a, Sed quasi per caliginem perstrinxerat aciem animi Bruti falsa de Orato. 157 b, Nexum, quod per libram agitur. in Vat. 31 b, Vt nemo per tuum fatum (quod soles dicere) sauciaret.

¶ *Potestatis, concessionis.* pro Do. 223 b, Ne id quidem per legem Liciniam, ut ipse tibi curationem ferres, facere potuisti. I P. 83 a, Tamen id iis non licere per interdicta crudelitatis tuae; potestatis erat non ferendę. pro Mil. 110 a, Hoc neque per naturam fas est, neque per leges licet.

¶ *Culpa vel gratia.* Epist. 257 a, Cum per valetudinem & per anni tēpus nauigare poteris, ad nos veni. & 94 b, Cum per valetudinē posses, noluisti. I. A. 172 a, Omnes consulares, qui per eam valetudinem exequi fugam illam non possunt. Attic. 276 b, Nunc per auspicia longam moram uideo. pro Pomp. 37 b, Nec Pompeii gratiam mihi per hanc causam conciliari puto. I.V. 74 b, per gratiam contendere aliquid ab aliquo. & 191 b, per beneficium contendere aliquid ab aliquo. & 191 b, per beneficium concedere aliquid.

¶ *Praetextu.* de Inu. 56 a, per fidem fallere aliquem. postquam. 202 b, Qui per simulationem amicitię me prodiderunt, pro Dom. 206 b, Cato inuisus, quasi per beneficium Cypri relegatur: alter eiicitur per honorem turpissimum, alter per honestissimam calamitatem. pro Cecin. 286 a, per tutelam aut fiduciae rationem fraudare quempiam. I.V. 224 a, Res per castimoniam mulierum ac uirorum sacrae per alicuius stuprum violatae.

Iurandi modo. pro R. P. 128 a, per plures deos iurare. Officio 33 b, Quid est enim per deos optabilius sapientia? pro Fla. 147 a, per deos immortales iudices vos quaeretis? &c. I.V. 518 b, Quisnam per deos immortales tuebitur P. Scipionis mortui memoriam? pro S.R. 43 a, Si tibi omnia mea tradidit, per deos immortales, quae est ista crudelitas? pro Sest. 24 a, Hęc imitamini per deos immortales, qui gloriam quęritis. de Natu. 22 a, Hoc per ipsos deos quale tandem est? Attic. 204 a, propterea per deos. ad Her. 40 b, Et tu per deos inquit, hunc amplexare. Oct. 329 b, Nam per deum immortalium fidem, perque fortunas populi Romani, quis, &c. de Ora. 101 a, per tuam nobilitatem, per uestram familiam, per tuas statuas, &c. pro Q. 18 a, Neuiumr obsecrauit per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, per ipsius coniugem & liberos, vt, &cęt. ad Heren. 40 a, parce, inquit, & per ea quae tibi dulcissima sunt in uita, miserere nostri.

Temporis ratione. de Di. 114 a, Animus per somnium curis vacuus de Cla. 191 b, Duo fratres per idem tempus dissimiles inter se. Atti. 308 a, Tenuisti prouinciam per decem annos, non tibi à senatu, sed à te ipso per vim & factionem datos. & 104 b, Hunc per annos decem aluimus contra nos. Episto. 145 a, per tot annos respub. diuexata. Quint. Frat. 307 b, Consecuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberi non poterat. pro R. R. 31 b, Per ista tempora iidem fuerunt, &cęt. pro Cluen. 43 b, per hos annos, &c. pro Clu. 22 b, Per illam vim atque victoriam L. Syllae. *id est, eo, tempore.* I.C. 115 a, Ludi, decem per dies facti. Episto. 117 b, Vtque eius rei causa per dies comitiales senatum haberent. Epist. 259 a, Tamen te penitus rogo, ne te vitae per hyemem, nisi bene firmum committas. Episto. 94 b, Neque tamen dubito, quin per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris. & 95 a, Binae venationes per dies quinque magnificę. pro Pomp. 3 a, Cum antea per aetatem nondum huius autoritatem loci contingere auderem. pro Dom. 220 b, Factus es eius filius contra fas, cuius per aetatem pater esse potuisti. & ibid. Ille tibi loco filii per aetatem esse potest. Episto. 107 b, Quòd nullam partem per aetatem sanae & saluę reipub. gustare potuisti. Qu. de pet. 310 b, Qui per aetatem & per negocium possunt.

Per se. *ex se, vi sua, propter se, suo nomine, suis viribus, sua sponte, à natura, natura & specie sua, separatus.* de Vni. 198 a, Mundus per se & à se, & patitur & facit omnia. Tus. 246 b, Voluptas per se, quia voluptas est, semper optanda est. de Di. 134 b, Siue externus pulsus dormientium animos commouet, siue per se ipsi animo mouentur. de Diui. 133 a, Vtrum censemus animos per semetipsos in somniando moueri? an externa & aduentitia visione pulsari? de Fin. 54 a, Si concederetur illa sua sponte & per se esse iucunda per se offert virtus & cognitio rerum expetenda. pro Pl. 267 b, Non enim si, &c. idcirco illa editio per se non acerba est. in Ant. 225 a, Per se nullo adiuuante cōfecit. Offi. 39 b, Quod honestum est per se, nobis placet, animosque omnium natura & specie sua commouet. de Am. 111 a, Naturalis illa amicitia per se & propter se expetenda, & ibid. Per se quisq; charus. de Finibus 78 a, Rectum ipsum quod per se, sua vi, sua natura, sua sit sponte laudabile. * Episto. 38 b, Cum per se mihi gratum est tum &c.]

☞ Syntaxis. *Per scelus, vim, metum, fidem, gratiam, beneficium, tutelam, amicitiam, simulationem aliquid agere. Sic per malitiam, imprudentiam, per vim violare. Per culpam venire in necessitatem. Per ignauiam aufugere. Per risum & per iocum contemnere. Per ludum & negligentiam. Per latus alterius pulsare. Per naturam est fas per leges licet. Per hanc causam non venire. Per valetudinem quiesco. Per hyemem non licet. Per te non uides. Per procuratorem agere. Per tabellarium, tyronem, literas mittere. Per te omne factum est. Si per te liceat. Per Caesaris personam disputare. Per te nunquam quiesco. Per te satis es cognitus. Per te mihi semper obstas. Per illam victoriam, illud tempus. Equidem per negocium non possum.*

Perabsurdus, a, um. Nat. 334 b, Nam hęc quia uidentur perabsurda, cum grauiora sint, quàm causa diligenter fere quid quemque deceat, iudicandum est.

Peraccommodatus, a, um. Ep. 23 a, Tunc mihi ille dixit, classe te velle decedere, perfore accommodatum tibi, &c.

Peracer, cre de Ora. 154 b, Ingenium peracere. Ep. lib. 9 ad Papyrium sed tamen ipse Caesar habet peracre iudicium.

Peracerbus, a, um. I. Deacerbo.

Peracutus, a, um. I.V. 130 b, qui eo vultus nos intuentur, vt sibi ipse peracutus esse videatur.

Peracute, *adverb. acute.* Ac. 45 b, peracute moueri. Ep. 35 a, Et simul peracute querebaris, quod eos tributa exigere vetarem prius, quē ego te cognita permisissem.

Peractio, onis. *finis, extremum* de Sen. 95 a, Senectus peractio aetatis est tanquam fabulae.

Peradolescens, *admodum adolescens.* pro Pom. 25 b, Quid tam praeter consuetudinem, quam homini peradolescenti, cuius à senatorio gradu aetas longe abesset, imperium atque exercitum dari?

Peraeria, *ae. regio* I.P. 100.

Peraeque. I.V. 174 b, Atq; hoc peraeque in omni agro decumano reperietis. & Or. 198 a, Quod cum peraeque omnes, tum acerbissime Boeotii senserunt. Ep. 165 b, Legione oēs peraeque Antonii celas.

Peraequus, a, um, I.V. 210 b, Vt hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos peraequa proportione caetera.

Perago, gis. *perficio.* de N. 28 a, Gracchus cum comitia nihilominus peregisset, rem ad senatum retulit. I.P. 80 b, Atq; ita est à uiro consulatus peractus, vt, &c. de Sen. 91 b, Nec histrioni ut placeat peragenda est fabula, modo in quocunque fuerit actu, probetur. * Epi. 116. Totum Sempronium usque eo perago, ut Vectorium quoque interponam.]

Peragrans tis. Offic. 52 b, Et ob eam causam vrbe relicta, rura peragrantes saepe soli sumus.

Peragratio. onis. *percursatio, lustratio.* I.A. 171 b, peragratio itinerū, lustratio municipiorum.

Peragratus, a, um. de Cl. 194 b, post à me Asia tota peragrata est cū summis oratorib. pro Mur. 126 b, Asia ab eo in militari labore peragrata est.

Perageo, as. *pedibus obeo lustro concurro.* I.V. 225 a, Ceres dicitur orbem omnium peragrasse terrarum. de Or. 12 a b, Cum quidem omnes prouincias se peragrasse glorietur de Claris. 169 a, Eloquentia omnes peragrauit insulas, & peregrinata tota Asia est. pro Milone 120 b, Fama de interitu Clodii fines imperii Romani iam peragrauit. de prouinc. 75 b, Has regiones populi Romani arma peragrarunt. de Diuinatio. 100 a, Cilices, qui campos & montes hyemu & estatu peragiant. de Ar. 249 a, Agros & nemora peragrent.

breuiter, decurro pro Cecinna. 303 a, Id tametsi extra causam est, percurram tamen breui. de Diuinatio. 128 b, Hæc percurrere oratione facil: est. pro Corn. 65 a, M. Crassus, a quo hæc, quæ ego nunc percurro subtilissime sunt omnia perpolita. Ora. 201 a, Orator percurrat omnes locos. de Orat. 124 b, Hæc properans percurro. ad Her. 123 a, Et idcirco primos quosque locos imaginum renouandarum causa celeriter animo percurramus. de Orat. 103 b, Est boni oratoris multa auribus accepisse, multa vidisse, multa animo & cogitatione, multa etiam legendo percurrisse. de Orat. 147 b, Partes, quas modo percucurri, vel potius bene præterii. I.V. 169 a, Per omnes ciuitates percurrit oratio mea.

PERCVRSATIO, onis. *peragratio.* in Ant. 172 a, Italiæ rursus percursatio. & 179 b, O claram illam percursationem.

PERCVRSIO, onis. Tusc. 115 b, Propter animi multarum rerum breui tempore percursionem.

PERCVRSVS, a, um. *perceptus.* de Or. 121 a, Quæstiones omnes animo percursas & prope decantatas habere. de Orat. 102 a, Ea quæ valde breuiter a te Crasse de ipsa arte percursa sunt.

☞ Syntaxis: *Breuitate nimia breuiter Breui percurrere. Oratione percurrere. Locos percurrere. Percurro animo, cogitatione, legendo. Multa animo percursa.* hoc participium patiens aduerte.

PERCVSSIO, onis. de Or. 199 b, Sed sunt insignes eorum numerorum percussiones. Orat. 216 b, Non sunt in oratione, tanquam tibicinis percussionum modi. Tuscul. 204 a, percussiones capitis. Off. Si dares hanc vim M. Crasso, vt digitorum percussione posset hæres scriptus esse.

PERCVSSOR, oris. *interfector.* pro S.R. 34 a, Hi, quos qui leuiore nomine appellant, percussores vocant. pro Dom. 215 b, & in Ant 174 b, Quippe in his ipsis temporibus domi Cæsaris percussor ab isto missus, deprehensus dicebatur esse cum sica.

PERCVSSVS, a, um. *perculsus.* de Nat. 71 a, Is fulmine percussus dicitur humatus esse Cynosuris. pro Mur. 137 a, Hostes percussi Syllani temporis calamitate. Ac. 47 a, Percussus grauissimo fortunæ vulnere. & 142 b, percussus atrocissi. literis. de Or. 134 b, Cum Cato percussus esset ab eo, qui arcam ferebat. I C. 215 a, Turres de cœlo esse percussas. pro Dom. 115 b, A quibus ille se lapidibus appetitum & percussum esse dicit. de Ora. 126 b, M. Aemilium lapide percussum esse constabat. pro Mil. 114 a, Deinde gladio percussus est ab vno de illis.

PERCVTIO, tis, *ferio, cædo.* de Nat. 77 a, Hunc igitur Iupiter fulmine non percussit. pro S.R. 34 b, Nō quæro quis percusserit, cuius manu sit percussus non laboro. Tusc. 234 b, Quodcunque nostros animos pro habilitate percussit, id dicimus. pro Mil. 117 a, Qui vos mortuus inani cogitatione percussit.

☞ Syntaxis. *Numerorum percussiones. Percussi populi calamitate, fortuna vulnere, literis. Turris de cœlo percussa. Appetitus & percussus lapidibus, Id meum animum probabilitate percussit. Ille te inani cogitatione percussit.*

PERDIFFICILIS, le.)(*perfacilis.* pro pl. 259 b, & de Nat. 3 a, perdifficilis & perobscura quæstio. part. orator. Quæ perdifficilia sunt, perinde habenda sæpe sunt, ac si effici non possint.

PERDIFFICILITER. Ac. 13 a. Aut si ea quoque possit, cur illa non possit, quæ perdifficiliter, &c.

PERDIGNVS. Epist. 215.

PERDILIGENS. Att 326.

PERDILIGENTER. de Cl. 166. Att. lib. 1.

PERDISCENDVS, a, um. de Ora. 106 b, Num igitur, si, &c. Magonis Carthaginensis sunt libri perdiscendi? de Orat. 121 b, Voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi abiicere.

PERDISCO, scis. Epi. 102 a, Si malo isses beneuolentiæ quàm litium iura perdiscere. de Fin. 54 a, Illa perdiscere ludus. Qu. Fr. 320 a, Mea in illum pueri omnes tanquam dictata perdiscant. de Orat. 107 a, Contortas res, & sæpe difficiles necessario perdiscimus.

PERDISERTE. de Orat. 90.

PERDITE. *flagitiose, nequiter.* Attic. 136 a, Qui hic potest se gerere non perdite?

PERDITOR, oris, pro Pl. 278 a, Ergo ego cōmitterem vt perditor reip. nominarer, qui seruator fuissem? in Va. 39 a, Etsi ego te perditorem & vexatorem reip. fero, tu me conseruatorem & custodem feras.

PERDITVS, a, um. tior, ssimus. *profligatus.* Attic. 225 a, Nihil fieri potest miserius, nihil perditius, nihil fœdius. contra Rull. 77 a, O consilia dissoluta & perdita. Tusc. 221 a, Adolescens, perditus & dissolutus. I.V. 161 b, & 67 b, Tu omnium profligatissime & perditissime. pro Rab. 95 a, Iudicia perdita & profligata. pro Dom. 236 b, Aliquis scelero & egestate perditus. pro S. R. 24 b, Omnia in eo ad perniciem profligata atque perdita. pro Mur. 144 b, Morbo confectus, lachrymis ac mœrore perditus. Tusc. 234 a, Perdita valetudo. Antequam. 195 a, Nemo tam perdita auctoritate inuentus est, qui, &c. pro Cec. 302 b, Exoritur hic iam obrutis rebus omnibus ac perditis illa defensio, &c. I.V. 68 b, Classes amissæ ac perditæ.

☞ Syntaxis. *Nihil illo perditius. Perditus ac dissolutus. Consilium dissolutum ac perditum. Iudicium perditum & profligatum. Lachrymis perditus. Scelere perditum, & egestate.*

PERDIV. *valde diu.* Atti. 50 a, Per Thessaliam si irem in Epeirum, perdiu nihil eram auditurus. de Or. lib. 1, Boni oratores perdiu.

PERDIVTVRNVS, na, num. pro Sest. 16 a, Bellum perdiuturnum. de N. 42 b, Natura aut sempiterna sit necesse est hoc eodem ornatu, quē videmus, aut certe perdiuturna, permanens ad longinquum & immensum pene tempus.

PERDIVES. Att. 85 a. Amici regis duo tresve perdiuites: sed ii suum tā diligenter tenent, quam ego, aut tu. I.V. Mulier est Segestana perdiues & nobilis, Lamia nomine.

PERDO, dis. *amitto, deperdo, offensionem accipio, iacturam alicuius rei facio, damnum facio, detrimentum facio vel accipio, aliquid damni contraho.* Postquam. 302 b, Recuperata verò sua dignitate se non commissurum, vt cum ea quę amiserat sibi restituta essent, virtutē animi non haberet, quam nunquam perdidisset. de Ar. 252 b, Aut quod oculos non perdidisti. Epist. 22 a, Vt mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdidi. & 71 a, Nisi verbum in omne tempus perdidissem. & 62 b, Quę ego si non profundere ac perdere videbor, omnibus meis viribus sustinebo. & 72 a, Minus autem miseri, qui his temporibus liberos amiserunt, quam si eosdem bona, aut denique aliqua rep. perdidissent. ad Her. 38 a, Visum amisit, ac non perdidit. Epi. 51 b, M. Cato summa virtute filium perdidit. & ibid. Existimabam omnes me, & industrię meæ fructus, & fortunę perdidisse. Epist. 136 b, Nunc cum tam ęquo animo bona perdas, non eo sis consilio, vt &c. Epist. 158 a, Ne quid est amore tuo perdam. pro Mur. 129 a, Quod ius ciuile didicisti, operam perdidisti. de Orat. 95 a, & Parad. 122 a, Perdere operam apud aliquem doctorem. Epi. 95 a, perdere oleum & operam. de Orat. 196 b, Si non potuero, tempus non perdam. pro Quint. Ros. 46 b, perdere causam. de Orat. 98 b, perdere litem. Att. 174 a, perdere iudicium bonorum. pro R. P. 126 a, perdere libertatem. de Sen. 82 a, perdere memoriam.

¶ *Disperdo, prosterno, affligo, profligo.* pro S. R. 40 a, Iupiter vrbes deleat, fruges perdidit. Att. 85 b, Ciuitates funditus perdidissem. pro S. R. 24 a, Mors Qu. Scæuolæ omnes ciues suos perdidit & afflixit. I. C. 104 b, Sine dubio perdidimus hominem, magnifice vicimus. de Fin. 39 a, Multi parentes, multi amici, nonnulli patriam, plerique seipsos penitus perdiderunt. Offi. 51 a, Si hoc non fuerit, vt locupletes suum perdant, debitores lucrentur aliena.

☞ Syntaxis. *Perdere oculos, stomachum, verba lætitia. Amisit, non perdidit visum. Ex amore multum perdere. Operam perdere. oleum & operā tempus causam, litem. Amittere, ac perdere. Perdere & affligere Suum perdere.*

PERDOCEO, ces. *edoceo.* pro Sest. 23 a, Res difficilis ad perdocendū. pro Cor. 67 a, Aliquis rerum varietate atque vsu ipso iam perdoctus.

PERDVCO, cis pro Cl. 25 b, pro plan. 280 b, Is Thessalonicā me in quęstoriumque perduxit. Tusc. 210 a, Amorem quidem ira ad furorem mortemque perduxit. Attic. 257 a, Octauius veteranos perduxit ad suam sententiam. in Ver. 123 a, Expositis suis difficultatibus hominem ad H-S. LXXX. perducit, eam quę ei pecuniā numerat. de Senect. 89 b, Is ad centesimum annum vitam perduxit. pro Qu. 4 b, perducere aliquem ad suas conditiones iniquis rationibus. de Am. 110 perducere aliquem ad amplissimos honores. Att. 83 a, Scaptius rogat, vt eos ad talenta CC. perducam.

PERDVCOR, ris. Epist. 143 b, Quę si ad tempus tuum perducitur, facilis gubernatio est. ib. 138 b, Ita vsque ad assum vitulinum opera perducitur. ibid. 196 a, Dū ad te legiones perducantur, quas audio duci.

☞ Syntaxis. *Ad suam sententiam aliquem perducere, ad æquas conditiones ad decem talenta.*

PERDVCTOR, oris. *qui vel inuitum ducit.* in Ver. 82 b, Lenones, aleatores, perductores.

PERDVELLIO, nis. *crimen imminutæ maiestatis.* I. P. 80 a, Rabirius perduellionis reus. pro Mil. 108 b, Actionem perduellionis alieni intendere. pro Rab. 92 b, perduellionis iudicium a M. Tullio Cicerone sublatum. & *ibi de perduellione multa.* de Leg. 191 a, ad Her. 26 a, Nā qui perduellionibus vendidat patriam, non satis supplicii dederit, si, &c.

PERDVELLIS, lis. *hostis patriæ. qui maiestatem minuit.* de Off. 73 b, Nā pirata non ex perduellium numero definitus, sed communis hostis omnium. Off. 8 b, Equidem animaduerto, quod qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur; lenitate verbi tristitiam rei mitigante.

PEREDO, dis, *exedo.* Tus. 196 a.

Lachrymæ peredere humore exanguis genas. Poetæ.

PEREGRE. *in peregrinatione, foris.* in Ant. 200 a, L. quidem frater eius, vt pote qui peregre depugnauit, familiam ducit.

PEREGRINATIO, onis. Att. 145 b, Hęc fuga quam tu peregrinationē ὑποκορίζων appellas. Tuscu. 249 a, Exilium non multum a perpetua peregrinatione differt. de Fin. 87 b, Turturea cursu & peregrinatione lætantur. in Ant. 179 b, At quam nobilis est tua illa peregrinatio. de Am. 115 b, peregrinationes rusticationesque. Att. 25 a, Curabo, vt eius peregrinationis tibi opus extet. & 90 a, In hac autem peregrinatione militiaue nostra sępe incensum ira vidi, sępe placatum. Att. 115 b, Omne tempus in peregrinatione consumeimus.

PEREGRINATOR, oris. Epist. 92 a, Non tam sum peregrinator, quam solebam; ędificia mea me delectant.

PEREGRINITAS, tis. *mores peregrini, vel peregrinorum multitudo,* Epist. 34 b, Tunc cum in urbem est infusa peregrinitas.

PEREGRINOR, aris. *peregrinator, vel peregrinus sum.* de Clar. 166 a, Eloquentia peragrauit omnes insulas, atque ita peregrinata tota Asia est, ut se externis oblineret moribus. de Fin. 98 b, philosophia peregrinari Romę videbatur. pro Rab. 96 b, peregrinari in aliena ciuitate. de Natura 12 b, Longe lateque peregrinari. Tusculan. 250 a, Hæc infinitatem omnem peregrinatur ut nulla in extremitate consisteret. Academic. primo b, Tanta his ingenii peregrinata abfuit ab oculis fori. pro Milone centesimo septimo b, An vero in solus ignotas? tu hospes in hac urbe versaris? tuæ peregrinantur aures? neque in hoc peruagato ciuitatis sermone, versantur? Epist. 211 Omnibus

peregrinantibus gratum est minimarum quoque rerum quæ domi gerantur fieri certior.

☞ Syntaxis. *Tota Asia peregrinari, in Asia, Romæ, longè, latèque. Infsanatem peregrinari.*

PEREGRINVS, a, um. *aduena, hospes, alienus, externus.* Officio. 8 b, Hostis apud maiores nostros dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. contra Rull. 85 a, Nos autem iam non hospites, sed peregrini atque aduenæ nominabamur. & 63 a, Lex, qua peregrini Roma eijciuntur. de Orator. 103 b, Orator nulla in re tyro ac rudis, neque peregrinus atque hospes esse debet. in Verr. 217 b, Nemo neque ciuis, neque peregrinus. Att. 93 a. Est enim quiddam aduenientē non esse peregrinum atque hospitem. Off. 25 b, Peregrini & incolæ officium est, nihil præter negocium suum agere.

☞ Syntaxis. *Peregrinus & aduena. In re nulla tyro, aut rudis peregrinus, aut hospes.*

PERELEGANS, tis. *perpolitus* pro pl. 271 a. L. PERSVBTILIS, & de Orator. 134 a.

PERELEGANTER. de Cl. 182, pereleganter dicere.

PERELOQVENS. de Cl. 187.

PEREMPTVS, a, um. de Ar. 249 a, Si ludi non intermissi, sed perempti atque sublati sunt. Tusc. 267 b, Nec potest esse mulier quisquam, ita tu peremptos. de D. 84 a, Luna, &c. stellanti nocte perempta est.

PERENDIE. *perendino die.* Att. 202 b, Scies igitur cras, summum perendie. & 214 b, Vt spero perendie. Ep. 263 a, Hodie, cras, perendie.

PERENDINVS, a, um. pro Mur. 130 a, Tot homines tam ingeniosos, per tot annos etiam nunc statuere non potuisse, vtrum diem tertiū an perendinum dici oporteret.

PERENNIS, ne. *perpetuus, continuus, iugis, continuatus.* pro Fl. 154 a, Ab hac perenni contestataque virtute maiorū non degenerauit. L. Fla. de Pro. 73 b, Meus in republicam animus pristinus & perēnis. Postquam. 206 a, Si illud de duobus consulibus perenne ac propriū tenere potuisset. de Som. 130 b, Sermo nunquam de illo perennis erit. de D. 122 a. Tarda ac sera nimis, sed fama & laude perenni. de Ora. 160 a, Loquacitas perennis & profluens. de Cla. 169 b, Cōtinet te in tuis perennibus studiis. de N. 37 a, Stellarum perennes atq; perpetui cursus. I. V. 225 a, Aquæ perēnes. Tusc. 153 a, Continuato motu & perennis. Ep. 10 a, Ille perennis inimicus amicorū suorum. de N. 27 b, perenne auspicium. item: Nulla perennia seruantur.

☞ Syntaxis. *Profluens ac perennis animus meus erga te. Perennis ac profluens loquacitas. Studia tua perennia. Perennes, & perpetui fluuij.*

PERENNITAS, tis. *perpetuitas.* de Natura. 45 b, Adde huc fontium gelidas perennitates.

PEREO, ris. *intereo.* Att. 226 a, Liberalia tu accusas. quid fieri tam potuit? iam pridem perieramus. de Natura. 76 a, Varius summa crucia tu perijt. Epist. 128 a, Scipio & Afranius fœde perierunt. Qu. Fr. 296 b, Vt & publicanis satisfacias, ac socios perire non sinas. Att. 32 a, Die opera & oleum philologiæ nostræ periuerit. & 176 a, Meo vitio pereo I. A. 196 b, Tantam pecuniam populi Romani tam breui tempore perire potuisse.

☞ Syntaxis. *Tuo vitio peris.*

PEREBVDITVS, a, um. Att. 6 a.

PEREXIGVVS, a, um. de N. 42 a, perexiguū semen. Qu. Fra. lib. 1, Aut nulla aut perexigua pars. I. V. act. 1, Dies perexigua. ead. Solicitabar rebus maximis vno atque eo perexiguo tempore. Tusc. lib. 2, Bona corporis & fortunæ perexigua & perminuta.

PEREXIGVE. L. MINVTATIM.

☞ Syntaxis. *Per exiguum, & perminutum.*

PEREXPEDITVS, a, um. de Fini. 97 a, Sed hæc quidem est perfacilis & perexpedita sententia.

PERFACETVS, a, um. pro Plan. 266, Si non perfacetum, attamen fortasse non rusticum.

PERFACETE. I. V, 161, perfacetè dicta.

PERFACILIS, le. de Orat. 92, & Ora. 208 a, de Orat. 92 b, Carneades dicere solebat, me sibi perfacilem in dicendo, te autem perpugnacem in disputando esse visum. Orat. 208 a, In perfacili cognitione versari. *id est facilè cognosci.*

PERFACILE. *aduerb.* I. V. 107 a.

PERFAMILIARIS, re. de Fin. 147, Fam. lib. 13. de Clar. Orat. Quint. Fr. lib. 2, pro Quint.

PERFECTE *absolutè, planè, cumulatè, ex toto.* de D. 85 a, Nunquam perfectè veritatem casus imitatur. de Or. 95 b, Roscius nihil nisi perfectè, nihil nisi cum summa venustate, faciebat de Cl. 191 a, perfecte planeque eruditus. de Fi. 110 a, perfecte absolutus. de Cl. 175 b, Oratio neque nimis inflata, neque perfectè diserta.

PERFECTIO, onis. *expletio, absolutio.*)(*inchoatio, adumbratio.* de Ora. 95 b, & 160 b, Hanc ego absolutionem perfectionemque in oratore desidero. de Cl. 177 a, In omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque absolutio. item. Sic ea quę proficiscuntur a virtute, susceptione prima, non perfectione sunt iudicanda. pro Mar. 134 b, Tātum abest a perfectione maximorum operum, vt fundamēta, quæ cogitat, nondum iecerit. Orat. 206 a, Rei alicuius si non perfectio, at conatus tamen & adumbratio.

☞ Syntaxis. *Perfectè planèque eruditus. Perfectè absolutus.*

PERFECTOR, oris. de Orat. 107 b, Stylus perfector dicendi, ac magister. Att. lib. 8.

PERFECTVS, a, um. *absolutus, perfectè absolutus, plenus, summus, cōpletus, expletus, cumulatus, elaboratus, perpolitus, maturus, verus, expletus, *confectus.* } *omnibus suis partibus, quod, vt Stoici dicunt, omnes numeros habet quod omnes habet in se numeros veritatis, rectè facta, quæ Græci appellant*

κατορθώματα, omnes numeros virtutis continent.)(*inchoatus, imperfectus, adumbratus, conatus* de Inu. 62 b, Nihil simplici in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit. Or. 197 a, Illud cui nihil addi possit, quod ego summum & perfectissimum iudico. I. Ver. 227 b, Mitto, inquam, hæc omnia, quæ ab isto per triēnium perfecta sunt. de Or. 88 a, Tametsi ipsam exactionem mēte, non lingua perfectam videmus. Att. 101 b, Ac primum illud, etsi cupidissime expetitum a me sit, & approbatum a te, diutius anno in prouincia essem, tamen non est nostra contētione perfectum. Qu. Fr. 308 b, Eo die mihi perfectū est. & 318 b, Omnino spero paucis mensibus opus Diphili perfectum fore. de Le. 160 b, Ratio cūm adoleuit atque perfecta est, nominatur ritè sapientia. de Vn. 202 b, Quibus prætermissis cœli absolutio perfecta non erit. Or. 86 a, Athenis summa dicendi laus & inuenta est, & perfecta. pro Cl. 21 a, Hoc totum malum a matre conflatum & perfectum. de N. 33 a, Quod vndique aptum atque perfectū, expletūque sit omnibus suis numeris & partibus. de Or. 95 a, Quis ad ista summa, atque in omni genere perfecta potest peruenire? de Op. 243 a, Vnum est genus perfecti: a quo qui absunt, nō genere differunt, vt ab Accio Terentius, sed in eodem non sunt pares. de Ora. 90 a, Orator plenus atque perfectus is est, qui, &c. & ib. perfectus homo in dicendo, & perpolitus. & 88 a, & 91 a, Statuisti oratorē in omni genere sermonis atque humanitatis esse perfectum. Tusc. 172 a, Nemo parū diu vixit, qui virtutis perfectæ perfecto functus est munere de Diu. 135 b, Ad hęc non mediocri opus est prudentia, sed ingenio præstanti & eruditione perfecta. de Nat. 32 b, & de Cl. 175 b, A primis inchoatisque naturis ad vltimas perfectasque procedere. de Clar. 187 b, præclara inchoata multa, perfecta non plane. M. Memmius perfectus literis Græcis, de Clar. 174 b, Rutilius pene perfectus in Stoicis. de Diu. 139 b, philosophi qui prope iam absoluti & perfecti viderentur. de Fi. 53 a, Homo eruditus, in geometriaque perfectus. I. P. 92 a, Homo ad persuadēdum concionis, perfectus, politus. de pro. 74 b, Vt ea quæ per eum effecta sunt, perfecta reipub. tribuantur. Ora. 213 a, perfectus completusque verborum ambitus. de Inu. 54 a, perfectus & absolutus. pro pom. 11 a, Summus atq; perfectus imperator. pro Syll. 22 a, perfecta cumulataque virtus. de Fin. 74 b, Expleta & perfecta forma honestatis. Tuscul. 236 a, Hic igitur, &c. sit perfecta mens, *id est, absoluta ratio.* de Or. 194 a, Vterq; in suo genere perfectus. Tusc. 295 b, Natura in suo quodque genere perfectum esse voluit. & ibid. Omniaque in omnibus, quantum in ipsis est, nulla vi impediente, perfecta sunt. pro pom. 4 a, perfectum ingenio, elaboratum industria. I. V. 214 a, Candelabrum e gemmis clarissimis, opere mirabili perfectum. & 216 a, de Or. 102 a, Socratem illum solitum aiunt dicere, perfectum sibi opus esse, si quis, &c. de Cl. 170 b, Nihil est simul & inuentum, & perfectum. de Cl. 195 a, Iam videbatur illud in me perfectum esse, & habere maturitatem quandam suam. Ep. 76 b, Videbam Italici belli historiam iam pene a te esse perfectam. & 22, Quoniam tu nisi perfecta re de me non conquiesti. de Am. 121 a, Omnia præclara, rara. nec quicquam, difficilius est, quàm reperire, quod sit omni ex parte in suo genere perfectum. Off. 10 a, Quoniam non viuitur cum perfectis hominibus, plene que sapiētibus, &c. & ibid. Homo non perfectus, nec sapiens. & 55 a, Quod perfectum atque absolutum est, &, vt Stoici dicunt, omnes numeros habet. Qu. de Pet. 214 a, Volo enim hoc commētariolum petitionis haberi omni genere perfectum. de Vn. 197 b, Vt vnū opus totum atque perfectum, ex omnibus totis atque perfectis absolueretur. * Ep. 44 a, Orationes tuas confectas expectabo.]

☞ Syntaxis. *Omni ex parte perfectum. Summum & perfectum. Perfectum atque expletum omnibus suis numeris & partibus. Ad summa & perfecta peruenire. Plenus & perfectus orator. Perfectus in dicendo, & perpolitus. Vitimum & perfectum. Literis perfectus Græcis. In literis perfectus. Ad persuadendum concionius, perfectus, politus. Perfecta cumulataque virtus.*

PERFERENS, tis. de Or. 125 a, Perferens iniuriarum.

PERFERO, fers. *perpetior, tolero, obduro.* Atti. 82 a, Fortasse tibi molestus sum, qui hæc prædicē de me: perfer, si me amas. de Or. 115 b, Ac mihi quidē non ita molesta sunt, facile omnes perpetior ac perfero. pro S. R. 20 a, Id quod suscepi, quod potero perferā. I. C. 109 b, Pruinas ac niues perferre. Tuscul. 178 b, Expectas, fortasse dū dicat patietur, perferet, non succumbet, &c. pro Sest. 28 a, Pertuli crudelitatē inimicorum & ib. Pertuli pœnarum iam. pro Do. 234 b, Perferre imperium in aliquē *id est, in eum irruere.* Att. 18 a, Perferre legem. & 89 a, Si Cneio legem pertulerit. pro Do. 216 a, Si quæ promulgasti, perferre potuisses. Ep. 182 b, Et Atticus ad me sermonē suum pertulit. Ep. 11 b, Hæc cum ad me frater pertulisset, collegi ipse me, &c.

PERFEROR, ris. Epi. 20 a, Cūm has ad te quamprimum literas perferri magnopere vellemus. & 22 b, In his enim sum locis, quo & propter longinquitatem, & propter latrocinia tardissime omnia perferuntur. Attic. 289 b, Tamen existimaui a me oroque tibi huius molestiæ nuncium perferri oportere.

☞ Syntaxis. *Perpeti facile, & perferre. Perferre nimis, pro: inciam susceptam. Pœnarum perferre satis. Has ad vos sunt perlatæ.*

PERFICIENDVS, a, um. pro Cl. 58 b, Hostiæ cæsæ ad scelus perficiēdū. pro Syll. 181 a, Itaque eos ad perficiēdum scelus furiæ quædam incitarunt. pro Cæl. 48 b, Perficiēdi & occultandi malefícii spes. pro Ar. 191 a, Nam res nostras gestas attigit hic versibus, & inchoauit: quibus auditis, cum ad perficiēdum sum hortatus. At. 222 a, Ista nobis ad pridie Calendarum tractanda & perficienda sunt.

PERFICIO, cis. *absoluo, conficio, transigo, efficio, perago, extrema, persequor, absolutionem alicuius rei perficio, perpolio, munus susceptum expleo*

p.

pro Deiotar.147 b, Perficere cogitata. Antequam.197 b, Antea ii de dignissimi ducebatur, qui se perfecerunt: nunc scelerati dicuntur, qui hæc administrarunt. de Diuinat.112 a, Ea enim prædicant, quę naturæ necessitas perfectura est. Epistola.86 a, perficere onus vel munus. contra Rullum 66 a, Quod si quis, &c. perficiam profecto, id quod, &c. vt, &c. de Diuinatio.131 b, Callide enim qui illa composuit, perfecit, vt quodcunque accidisset, prædictum videretur. de Clar.206 a, Demosthenes multa perficit, nos multa conamur: ille potest, nos volumus, &c. Orator. 217 b, Id nos fortasse non perficimus, conati quidem sumus. de Clar.169 b, Quorum tamen ipsorum ad ętatem laus eloquentię perfecta nondum erat. Attic. 208 b, Ego interea admonitu tuo perfeci sane argutulos libros ad Varronem. Qu.Fra.327 a, Institutum poema perficere. de Diuinat. 109 b, Si instituta perfecero.

Perfictio, nis. de Natu.52 b, In natura necesse est absolui aliquid atque perfici.

☞ Syntaxis. *Perficere munus & onus. Instituta perficere.*

Perfidelis, le. Attico.24.

Perfidia, diæ *fraus, destitutio*. Qu.Fr.308 b, Cato Pompeii in me perfidiam increpauit. de Or.118 a, In quo illa magna offensio est, vel negligentię susceptis rebus, vel perfidiæ receptis. pro S.R.36 b, Istius fide ac potius perfidia deceptus sum. I.A.231 a, Dexteræ, quę fidei testes esse solebant, perfidia sunt & scelere violatæ. Ep.3 b, In tanta hominum perfidia & iniquitate. Att.128 b, Perfidię suspicionem fugere. I.A.175 b, Vtriusque vestrum perfidia in Dolabellam.

Perfidiose *fallaciter*. ad Herennium.2 a, Spurcè, superbè, perfidiosè. & 28 b.

Perfidiosus, a, um. *perfidus*. de N.76 a, Homo perfidiosissimus C. Marius. & de Or.136 a, Homo improbus & perfidiosus. & Ep.41 b, Perfidiosus, insidiosus, fallax.

Perfidus, a, um. *perfidiosus*. Postquam. 202 b, Perfidus animus. pro Quint.4 b, Si fide societas colitur, qui socium prodit, perfidus est. Officio.64 a, Omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt.

☞ Syntaxis. *Dextra fidei testes perfidia sunt violata. Perfidia & iniquitas.*

Perflabilis, le. *per quod flatus penetrare potest, ventus*. de D.116 b, Epicurus Deos induxit perlucidos & perflabiles.

Perflagitiosus, a, um. pro Cæl.48.

Perfluens. *affluens*. de Finibus.89 a, perpetuis voluptatibus perfluens.

Perfodio, dis. *perforo, perfringo*. I.V.31 a, Licet impune per me parietes in adolescentia perfoderis.

Perforatus, a, um. Tusc.158 a, Viæ ad oculos a sede animi perforatæ. de N.68 b, Duo lumina ab animo ad oculos perforata.

Perforo, as. Ep.33 a, Perfore accommodatum, tibi scio, &c.

Perforo, as. *perfodio, patefacio*. Ep.94 b, Ex quo tibi Stabianum perforasti, & patefecisti Seianum.

Perfossus, a, um. de Fin.88 a, Athoo perfosso.

Perfracte. de Off. lib.3, perfractè aliquid defendere.

Perfremo, mis. de N.44, perfremunt delphini Accii.

Perfricans, tis. in Pison.92 b, Scriba caput sinistra manu perfricans, &c.

Perfrico, as. I.V.160 b, Cum interea Apronius caput atque os suum vnguento perfricaret. Tusc.199 a, Quę tu idem cum os perfricuisti, soles dicere. *id est, cum pudorem & verecundiam deposuisti.*

Perfrigidus, da, dum. I.V.229, Perfrigida dicere.

Perfringo, gis. *infringo, effringo, labefacto*. de Clar.168 a, Suauitas, quę perfundat animos, non quæ perfringat. de Ar 255 a, Qui omnium obiecta tela semper vi & virtute perfregit. de Diuin.126 a, Itaque perfracto saxo sortes erupernnt. I.C.101 a, Deuincere & perfringere leges. & 123 a, perfringere, & labefactare conspirationem bonorum.

Perfruendus, a, um. Off.5 b, Expetuntur diuitiæ tum ad vsus vitę necessarios, tum ad perfruendas voluptates.

☞ Syntaxis. *Deuincere & perfringere leges. Perfringere & labefactare bonorum conspirationem.*

Perfruor, eris: perfructus sum. *vtor, potior*. de Cla.195 b, Fortunati, quibus sapientię laude perfrui licuit. in Catilin.102 b, Hic qua lætitia perfruere? quibus gaudiis exultabis? Tusculan.242 b, Omnesque sapientes iis gaudiis perfruuntur. Epistol.67 a, Vt suauitate ingenii tui viui perfruamur. I. C.120 b, Ita mihi rep. salua vobiscum perfrui licet. Ep.94 b, perfrui otio. de Leg.167 b, Vita modica & apta virtute perfrui. I.P.89 a, Hisce ego rebus pascor, his delector, his perfruor, quod senatus, &c.

Perfructus, non perfruitus in Hortensio, *autore prisciano*.

Perfuga, gæ. *transfuga, qui ad hostes profugit*. Orat.219 a, Cur de perfugis nostris copias comparat contra nos? pro S.R.38 a, Ille qui initio proditor fuit, deinde perfuga. Officio.69 b, Perfuga a Pyrrho venit in castra Fabricii.

Perfugio, gis. *transfugio*. pro Cor.59 b, Qui hostes ad nostros imperatores perfugissent. I.P.98 b, In oppidum Beroam perfugisti.

Perfugium, gii. *portus, præsidium, arx*. pro Clu.19 a, Spero hunc locum eius fortunę miseræ atque iactatæ portum ac perfugium futurum. Off.12 a, Tota domus quæ spectat in nos solos, neque aliud pót habere perfugium. pro R.91 a, Perfugium & præsidium salutis reip. p Syl.182 a, Munite communem arcem bonorum, obstruite perfugia improborum. pro Ar.188 b, Hęc studia rebus aduersis perfugium ac solatiũ præbent. I.C.118 a, Domus cõe perfugium. de Diuin.139 a, Somnus est perfugium omnium laborum & solicitudinum. Epi.71 b, A portu & perfugio excludere aliquem. I.V.129 a, postremò illo desperatissimo perfugio vti posset. item, Senectuti verò celebrandæ quod honestius potest esse perfugium? pro S.R.43 b, Vnum perfugiũ vna spes reliqua est. Tusc.174 b, portum potius paratum nobis & perfugium putemus.

☞ Syntaxis. *Portus & perfugium. Perfugium & præsidium, Obstruere perfugia improborum. Studia literarum perfugium & solatium præbent. Laborum perfugium somnus. A perfugio excludere aliquem.*

Perfunctio, onis. de Fin.59 a, perfunctio laborum. de Ora.143 b, Honorum perfunctio.

Perfuncturus, a, um. Att.280 a, Et dignitatem perfuncturus es.

Perfunctus, a, um. I.A.183 a, Mihi iam optanda mors est, perfuncto rebus iis, quas adeptus sum, quasque gessi. de Clar. 165 b, Aetas nostra perfuncta rebus amplissimis. de Ora.101 b, Senex perfunctus honoribus & reipub. muneribus. pro Mar.124 b, Qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur. Epi.9 a, Cum & honoribus amplissimis, & laboribus maximis perfuncti essemus. Epist. 50 b, Reminiscere illam omnibus bonis perfunctam esse. pro Mur.136 a, Res. perfuncta est hoc misero fatalique bello. pro Dom.240 a, Ab Hercule iam perfuncto laboribus sacra didicisse. Episto.68 a, Cæteris vero nulla perfunctis propria molestia, &c. pro Cluen.41 b, Aut quód se perfunctos iam esse arbitrantur, cum de reo iudicarunt. pro Dom.222 b, Equidem iam perfunctus sum, cæpleui animos inuidorum. Epist.11 b, Vt mihi tam multa pro se perpesso atque perfuncto concederet.

Perfusus, a, um. de Fin.88 b, Cum omnes sensus dulcedine omni perfusi mouerentur. ad Her.27 a, Corpus postquam perfusus est, defricare.

Perfundo, dis. *respergo*. Tusc.213 a, Perfundere animum voluptate. de Nat.23 b, perfundere aliquem omni voluptate. de Cl. 168 a, Phalereus suauis fuit: sed suauitate ea, qua perfunderet animos, non qua perstringeret. Att.122 b, Dii immortales, qui me horror perfudit? pro S.R.31 b, Mihi videris Eruci, vna mercede duas res assequi velle, nos iudicio perfundere, accusare autem eos à quibus mercedem accepisti.

Perfundor, ris. de Cla.181 a, b, Multitudo audiens ducitur oratione, & quasi voluptate quam perfunditur. de Fin.65 a, perfundi voluptate, vel iocunditate. I.V.89 b, Aqua feruenti à Rubrio ipso philodamas perfunditur.

☞ Syntaxis. *Animus voluptate perfusus. Aliquem voluptate perfundere, suauitate, horrore. Horror illum perfudit.*

Perfungor, ris. *vtor, exanclo*. de Sen.93 a, Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis, & graui opere perfungimur. * contra Rull.588, V.13. Quòd plebs perfuncta grauissimis seditionibus, ac discordiis otium malle videatur. }

☞ Syntaxis. *Perfungi honoribus, periculis, laboribus, bello. Iam perfunctus sum. Multa pro te patior & perfungor.*

Perga, gæ. *vrbs*. I.V.76 & 216.

Pergamenus, a, um. pro Fl.160 b, Annos iam XXX. in foro pergameno versaris.

Pergamum, mi, *vrbs in Asia*. pro Fla.161 a, Cur non pergami? Smyrnæ, &c. & de Diu.87 a.

Pergaudeo. ad Q.F.319.

Pergens, tis. de Na.71 a, Neptunum esse animum cum intelligentia per mare pergentem.

Pergo, gis. *eo, iter facio, tendo, peto, contendo, sequor, continuo*. pro Pl.280 a, Qui antequam de meo aduentu audire potuissent, aliquorum dierum viam in Macedoniam ad placiumque perrexi. de Finib. 147 b, In oppidum ad pompeium perreximus omnes. Tuscu.230 b, Vt ad eas cursim perrectura beata vita videatur. ad Heré.40 b, pergere obviam alicui. de Leg.158 b, Quin igitur ad illa spacia nostra sedesque pergimus? Attic.152 b, Brundusium pergere cogito. de Diuin.106 a, Quibus quærentibus, cur nõ eadem via pergeret? deterreri a Deo dixit. de Diuin.86 a, Conclaue illud vbi erat mansurus, si ire perrexisset, proxima nocte corruit. Aca.39 a, Itaque confestim ad eũ ire perreximus. ad Her.16 a, Nos proficisci ad instituta pergemus. in Ar. *Post hunc ore fero Capricornus vadere pergit.*

de Orato.135 b, perge conficere iter reliquum. Attic.174 b, Hæc tu perge, vt facis, mitigare. pro Cecin.296 a, perge porro hoc idem interdictum sequi, homines, &c. Qn. da pet.213 b, perge tenere istam viam, quam instituisti. de Orat.87 b, Quamobrem pergite, vt facitis, adolescentes. I.C.99 a, perge quò cœpisti, egredere, &c. Att.140 b, perge, vt facis, & scribe quantum potes. Episto. 150 b, perge igitur, vt egis, &c. de Fin.123 a, perge porrò, &c. Offi.32 a, Sed ad reliqua pergamus. I.V.158 a, pergam atque insequar longius. par.232 a, perge igitur ordine quatuor mihi istas partes explicare. Att.60 b, perge reliqua. At.79 a, Cum graues de parthis nuncii venirent, perrexi in Ciliciam. de Cla.188 b, Sed perge Pomponi de Cæsare, & redde quę restant. 279 a, Equidem suasi, vt Romam pergeret. item: Quanquam dolebam, &c. tamen perrexi, Romamque perueni. Q.F.304 a, Rogo te, vt Romam protinus pergas & properes.

☞ Syntaxis. *Viam pergere in Italiam. Perge Brundusium. Hac via perge. Perge ire ad. Conficere iter perge. Perge viam istam tenere. Perge verò, porrò. Perge reliqua.*

Pergrandis, de Vergil.110, 132 Vas vinarium ex vna gemma pergrandi. contr. Rull. pergrande vectigal. I.V. pergrandis pecunia.

Pergratus, ta, tum. Att.80 b, Vtrique nostrum existimo, tum mihi erit pergratum. Att.20 b, per mihi, per inquam mihi gratum feceris. Attic.98 b, pergratum mihi feceris.

PERORAVIT, ue. pro Sest 87, & pro Cęl. 51.
PERORAVITER, de Or. 104.
PEROVATVM. L. PER, *in compositione*.
PERHIBENDVS, da, dum. Ep 68 b, Nec minus est Sparisates ille Agesilaus perhibendus. *id est, celebrandus*.
PERHIBEO, bes. *dico, aio, voco*. de Diuinatio. 111 a, Bene qui coniiciet, vatem hunc perhibeto optimum. de Natu. 47 a, Quem claro perhibent Ophiuchum nomine. & 44 e, Hoc quod memoro Graii perhibent æthera. & 39 a, Hunc summum habeto diuum, hunc perhibeto Iouem. in Arat.

Cum quibus, vt perhibent, ausa est contendere forma.

Att. 2 a, Qui hinc eo, quem Cæcilius suo nomine perhiberet, facilè communem causam sustinerent. pro Lig. 141 a, Prohibiti estis in prouincia vestra pedem ponere, vt perhibetis, summa cum iniuria.
PERHIBEOR, ris. Tusc. 154 a, Ille adiutor fuisse perhibetur.
PERHONORIFICE, *aduerb*. Attic. 227, Octauium sui perhonorificè & amicè Cæsarem salutabant.
PERHONORIFICVS, ca, cum. de Pro. 78, & Att. lib. 1, Collega in me perhonorificus.
PERHORRESCO, sci. *exhorresco, pertimesco* pro Sest. 21 a, I. P. 89 a, Nemo ciuis est, qui hos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recordatione deniq; ipsa consulatus vestri perhorrescat. I. A. 253 a, Tu illius diei memoriam non perhorrescis? de Orato. 129 b, Tu imagines ipsas non perhorrescis? I. V. 518 a, Hanc tantam religionem non perhorrescis? I. C. 120 b, Tum lamentationem matrum familiàs, tum fugam virginum ac puerorum perhorresco. Qui. 13 a, Quorum frequentiam & consessum non modo Quintius, qui de capite decernit, sed quiuis, qui extra periculum sit, perhorrescat. de Finibus. 131 b, & si hoc quidem est in vitio dissolutionem naturę tam valde perhorrescere. I. V. 61 a, Non solum commoueor animo, sed etiam toto corpore perhorresco. Attico. 212 b, Sed quid est tandem, quod perhorrescas?

☞ Syntaxis. *Memoria, & memoriam perhorrescere:*

• PERHOSPITALIS, le. I. V. 200, * Domus meum me perhospitalis. } Domus.
PERHVMANVS, na, num. Attic. 259, Homo perhumanus. Quint. Fr. lib. 2, Sermo perhumanus.
PERHVMANITER. Epist. 99.
PERICLES, clis. *orator Atheniensis*. Ora. 198 a, Pericles Anaxagorę Physici auditor. & 199 a, Pericles ab Aristophane poeta fulgurare, tonare, & permiscere Græciam dictus est: de Or. 155 b, Pericles in cuius labris veteres comici leporem habitasse dixerunt. & 121 a, Pericles, Thucydides & Alcibiades, eadem ætate fuerũt. & 167 a, de Pericle. & de Cl. 168 b, & 169 b, L. PITHO.
PERICLITANDVS, a, um. *tentandus, de quo faciendum periculum*. de Or. 97 b, Subeundus vsus omnium, periclitandę vires ingenii, & illa cõmentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. de D. 228 a, Babilonii CCCCLXX. millia annorum in periclitandis experiundisque pueris quicunque nati essent, posuerunt.

¶ *Periculo expono*. I. C. 199 a, Nõ est sępius in vno homine salus periclitanda reipub.
PERICLITATIO, onis. *experientia*. de Natura. 58 b, Quarundam herbarum vtilitates longinqui temporis vsu ac periclitatione percepimus.
PERICLITATVS, a, um. *exploratus*. de Amicitia. 108 a, Vt vtamur quasi equis temperatis, sic amicitiis, aliqua ex parte periclitatis moribus amicorum.
PERICLITOR, aris. *periculum facio, experior, tento, cum periculo experior*. de Orator. 156 a, Mihi non est difficile periclitari, &c. Epi. 154 a, Itaque potius periclitari volui, si possem mea præsentia exercitum facere meliorem, quàm nimis cautus videri. I. Ver. 262 b, Homines in prœliis belli fortunam tentare ac periclitari solent. pro Qu. 18 a, Omnia circumspexit Quintius, omnia periclitatus est. Off. 66 a, Periclitemur (si placet) in iis quidem exemplis, in quibus, &c.

¶ *Discrimen subeo*. de In. 81 a, Periclitari omnium iura, si similitudines accipiantur. *id est, periculum subire*.
PERICVLOSE. *cum periculo*. In Ant. 210 b, Periculosè dico, sed oro vos, &c. Epistola. 260 e, Periculosè hyeme nauigatur. Attico. 119 e, Homo quotannis periculosè ęgrotans. pro Milon. 103 a, Periculosè facere aliquid.
PERICVLOSVS, a, um. *lubricus, anceps, præceps, non procul a periculo*. Attic. 213 b, Aliter fuissemus in hos inofficiosi, & in nosmetipsos penè periculosi. Epist. 7 a, Ostensionem esse periculosam video. Epist. 7 b, Ratio rei gerẽdę periculosa tibi videbitur. Aca. 17 b, Res periculosa & lubrica. de N. 71 a, Periculosa consuetudo. Of. 17 a, Periculosa & anceps curatio. I. A. 244 a, Infestum & periculosum iter. Att. 235 a, Dolabella fustulit simulationem desiderii, &c. ne periculosa nostris tyrannoctonis esset. pro Cec. 291 a, Ea sunt & turbulẽta, & temeraria, & periculosa. pro Pom. 4 b, Bellum graue & periculosum. I. A. 263 a, Duobus periculosis vulneribus acceptis.

☞ Syntaxis. *Periculosum ac lubricum. Periculosum & anceps. Infestum & periculosum. Turbulentum, temerarium, periculosum.*
PERICVLVM, li. *discrimen, dimicatio*. pro Sext. Rosc. 36 b, Adire periculum capitis. Orat. 205 b, Etiamsi quando minus succedet, magnum tamen periculum non adibit: alte enim cadere non potest. in Catil. 217 a, Offerre se periculis pro patria. Par. 235 a, Subire periculum pro amico. pro Syll. 269 a. Quibus ipsis periculum tum conflari putabatur. Attico. 33 b, & pro Sext. Rosc. 19 b, & pro Quint. 8 a, Periculum, vel pericula alicui, vel in aliquem intendere. pro Cecinn. 301 a. Cui periculũ mortis sit iniectum. pro Pomp. 10 a, Committere se periculo mortis. pro Pompe. 6 a, In periculum capitis atque in vitæ discrimen pro aliquo se inferre. de Orator. 126 a, In amicorum periculis aliquid accidere. de Natura. 59 b, Dii discriminum periculorumque comites. I. V. 259 b, A securi negat ei esse periculum. de Cl. 194 e, Qui habitus nõ procul abest a periculo vitæ, si accedat labor, &c. Epistol. 58 b, 59 a, Tamen hoc tempore breuiter commonendum putaui, ne quo periculo te proprio existimares esse: in magno omnes, sed tamen in communi sumus. Officio. 31 a, Si ei subitò sit allatum periculum, discrimenque patriæ, &c. in Verr. 61 b, Facere periculum innocentis. Antequam. 196 a, Nemini iniustè periculum creaui. Attico. 37 a, Si mihi periculum procrearetur ab eo, quem ipse ermestet. pro Mur. 137 a, Qui dum conatus est, &c. in periculum veni ne amittat, &c. Epistol. 267 a, Maximum ab vniuerso naufragio periculum est. Att. 102 b, Maximo in periculo res est. & 129 a, Domitium periculo obsidionis liberari cupio. Tusc. 251 a, Quæ qui recordetur, aut sene periculum est, ne, &c. & 163 a, Ne mouear, &c. periculum non est. de Orat. 102 b, Nullum periculum est, ne quid tu, &c. Att. 15 b, Summum erat periculum, ne si nihil impetrarent, à senatu alienarentur.

¶ *Meo periculo, tuo, suo, alicuius*. I. V. 246 a, Sumptu periculoque suo armatam nauem aliquem mittere. I. V. 148 a, Periculo suo versari in aliqua re. pro Sest. 25 a, Quid to meo periculo gurges patrimonii helluabare? Attico. 85 b, Brutus scripsit rem illam suo periculo esse. pro Fl. 154 b, Insolte facis, si putas periculo nostro viuere tuos contubernales. pro Sest. 14 a, Ego qui periculo reipub. viuebam. Attico. 59 a, Quòd quidem tibi nummi meo periculo sint. Attico. 212 b, Sed etiam atque etiam dico, tuo periculo fiet. I. A. 242 b, Ita fit, vt meo semper periculo peccet Antonius. de Leg. 188 a, Dux enim suo periculo progredi cogitat. pro Mur. 130 b, Quæ consuluntur, minimo periculo respondentur.

¶ *Experimentum*. I. V. 72 b, Facere periculum innocentiæ alicuius in Verr. 59 a, Tu verò qua in re specimen cęteris aliquod dedisti? quãdo tute tui periculum fecisti? de Pro. 76 a, Si quis fortunę muneribus amplissimis ornatus, sępius eius deæ periculum facere nollet. I. P. 93 b, Fac huius odii tanti ac vniuersi periculum, si audes. I. A. 197 a, Qui quotidie periculum fortunæ facit.

☞ Syntaxis. *Periculum adire, subire. Offerre se periculis. Periculum alicui conflare. In aliquem pericula intendere. Vocari in discrimen & periculum. Ab amicis nõ est periculum. Periculum facessere, creare. Id meo fiat periculo.*
PERILLVSTRIS, stre. Att. 79, Perillustres fuimus.
PERIMBECILLVS, la, lum. Att. 169, Quod quidem est natum, perimbecillum est.
PERIMO, mis. *interimo deleo*. pro Plan. 280 b, Si mihi vis aliqua maior reditum peremisset. pro Sest. 13 b, Si causam publicam mea mors peremisset. de Diu. 84 a,

Vbi tam teneros volucres matremque peremit.

de Vn. 208 a, Nec vos vlla mortis vnquam fata periment. Tus. 174 e, Sin autem perimit ac delet omnino, quid melius?
PERINCOMMODE. Attic. 14 a, Sed accidit perincommode quod eum nusquam vidisti.
PERINDE. *perinde, quasi, similiter, eo loco*. de Ora. 149 b, Non possum dicere mei hæc perinde vt dicam discenda esse. didicisse. & 172 b, Sed hęc omnia perinde sunt vt aguntur. Offic. 76 b, Habes à patre munus magnum, sed perinde erit vt acceperis. Att. 202 a, Bene facis eum id efficis, mihi crede, perinde vt tu existimare non posses. Epi. 122 b, A te peto, vt meas iniurias perinde doleas, vt me existimes dolere tuas solere. de Cl. 181 b, Hęc perinde accidunt, vt eorum qui audiunt mentes oratione tractantur. I. A. 251 b, Perinde homines, vt quisque meretur, iudicant. pro Clu. 32 a, Perinde vt opinio est de cuiusque moribus, ita quid ab eo factum aut non factum sit, existimari potest. de Di. 186 b, Signiferi orbis vnaquæque pars alia alio modo mouet cęlum, perinde vt quęque stellæ in his finitimisq; partibus sunt quoque tempore. de Di. 287 a, Perinde vtcunque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari. Ac. 9 a, Difficile est de eorum temeritate, perinde vt causa postulat, dicere. Epi. 134 a, Non perinde vt est re absens, percipere potuisti. Tusc. 168 b, Omnia ista perinde vt cuique data sunt, pro sata parte à vita vel lõga vel breuia dicuntur. Epist. 145 b, Si perinde vt mereor, mihi successerit. pro Cec. 296 b, Perinde valebit, quasi armatissimi fuerint si reperientur, &c. pro Qu. 15 b, Atque hæc perinde loquor, quasi debueris, &c. Tus. 204 a, Perinde stultissimum regem in luctu capillũ sibi euellere, quasi caluitio mœror leuaretur. pro Q. 8 a, Quod nunquam factum est, perinde quasi factum sit confirmare. Tusc. 160 b, & I. V. 96 a, Metelli sperat sibi quisque fortunam, perinde quasi certi quicquam sit in rebus humanis. *aliter, perinde quasi*. Att. 230 b, Quod ego perinde tuebar, ac si vsus essem. Attic. 44 b, Perinde habebo, ac si scripsisses nihil esse. Par. 237 a, Perinde habere aliquid ac si non esset. pro Q. R. 47 a, Perinde ac si, &c. perinde dicemus. Epist. 179 b, Perinde ac si iam vicerint. *aliter, Perinde ac si*. Tuscu. 229 a, Philosophia nõ perinde ac de hominum est vita merita, laudatur. de Finib. 63 b, Viuendi artem tantam, tamque operosam & perinde fructuosam relinquerent. ad Her. 1 b, Res gestæ, aut perinde vt gestæ pro Mar. 13 e b, Perinde habeatur, quasi eam pecuniam ceperit. Vereor, vt hoc dicam, non perinde intelligi auditu posse, atque ego ipse cogitans sentio.

☞ Syntaxis. *Id perinde est vt putas. Perinde quasi. Perinde ac si. Res gestæ, aut perinde vt gesta.*

PERINDVLGENS, de Off. lib. 3. Perindulgens in patrem, idem acerbe seuerus in filium.

PERINFIRMVS, ma, mum, de Fin. 75.

PERINGENIOSVS, sa, sum. de Cl. 170.

PERINIQVVS, qua, quum. Epist. 191, Periniquo animo pati. pro Pomp. Periniquum & non ferendum.

PERINSIGNIS, gne. *notabilis conspicuus.* de Leg. 166 a, Perinsignis corporis prauitas.

PERINVITVS, ta, tum *inuito, nuero.* Epist. 111 a, Tu vellem ne veritus esses, ne perinuitus legerem tuas literas.

PERIOCHA, chæ. *argumentum, complexio totius rei breuior.* Atti. 213 a, Ego ne Tyroni quidam dictaui, qui totas *περιοχὰς* persequi solet, sed Spintheri syllabatim.

PERIODVS, di. *ambitus, circuitus.* Orat. a 17 a, Circuitus orationis, quem Græci *περίοδον* nos tum ambitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus. de Cl. 179 a, Comprehensio & ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis. ad Her. 30 a, Exempla periodorum, quæ in tribus commodissima fieri solent: in sententia, in contrario, in conclusione. I. V. 250 b, Exemple periodorũ. & 261 a, Cui, &c. & de Fin. 84 a, Cui, &c. & 83 b, Quio, &c. ita, &c. & Tusc. 235 a, Nam cui, &c. huic, &c. *Exemplum pulcherrima periodi.* de Am. Nam cuius aures clausę sunt veritati, vt ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda est. *Exemplum periodi figurat tantum.*

PERIPATETICVS, a, um. *Lycæi studiosus.* de Orat. 148 a, Ab ipso Platone Aristoteles & Xenocrates: quorum alter Peripateticorum, alter Academiæ nomen obtinuit. Acad. 42 a, Qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lycio. Tusc. 195 e, Peripatetici familiares nostri, quibus nihil est vberius nihil eruditius, nihil grauius. Offic. 56 a, Peripatetici, qui quondam iidem erant, qui Academici. de Fin. 125 b, Peripatetici & Academici veteres iidem. de Na. 5 a, Stoici cum Peripateticis re consentire, verbis discrepare videntur. de Fin. 90 a, Est enim Peripateticorum consuetudo dicendi non satis cauta, propter ignorationem dialecticæ. Tuscul. lib. 4, Peripatetici ad placandos animos multa afferunt spinas partiendi & diffiniendi prætermittunt. de Na. Peripatetici honeste communicent commodis, vt ea inter se magnitudine, & quasi gradibus, non genera differant. Tusc. lib. 4, Peripatetici libidinis vel cupiditatis genus ad summam vtilitatem esse dicunt à natura datũ: nihil enim quenquam, nisi quod libeat, præclare facere posse. de Fi. lib. 3, Peripatetici omnia, quę ipsi bona appellant, pertinere dicunt ad beate viuendum. de Fin. lib. 5, Peripatetici corporis cõmodis cõpleri vitam beatam putant. Tusc. q. lib. 4. Peripatetici imperia seueriora nulla esse putant sine aliqua acerbitate iracundiæ. Tusc. q. lib. 4, Peripatetici perturbationes istas, quas Stoici extirpandas putant non modo naturales, esse dicunt, sed etiam vtiliter à natura datas. Tusc. q. lib. 3, Peripatetici reprehendunt præmeditationem rerum futurarum: sed male. de Fin. libro. 2, Peripatetici plurimum tribuunt honestati: sed tamen & in corpore, & extra, esse quædam bona censent. Brut. Peripateticorum disciplina, quantum ad dicendum conferat. Orator. Peripateticorum elegans exercitatio. 1, Acad. q. Platonis autem authoritate, qui varius & multiplex & copiosus fuit, vna & cõsentiens duobus vocabulis philosophiæ forma instituta est, Academicorum & Peripateticorum, qui rebus cõgruentes, nominibus differebãt. de Fin. lib. 5, Peripateticorum librorum duo genera sunt: vnum populariter scriptum, quod *ἐξωτερικὸν* appellabãt: alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt. de Vni. Peripateticorũ facilè princeps Cratippus. Tusc. q. li. 4, Mollis & eneruata Peripateticorum ratio & oratio, qui perturbari animos necesse esse aiunt, &c. Brut. Peripateticorum ratio in philosophia & ratione dicendi. 3. Tusculan. q. 19, Peripateticis nihil est vberius, &c. de Finib. lib. 5, A Peripateticis differendi nõ dialecticè solum, sed etiam oratoriè prę cepta sunt tradita. * de Finib. Peripatetici verba tenent mordicus quæ dum sibi euelli ex ordine nolunt, horridiores euadunt duriores & oratione, & moribus. }

PERIPETASMA, tis. *Peristroma, aulæum.* in Verr. 205 b, Quid illa Attalica tota Sicilia nominata, ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus es?

PERIRATVS. Epist. 128.

PERISTROMA, tis *peripetasma, stragulum, stragula vestis.* In Anton. 173 a, Conchyliatis Cn. Pompeii peristrometis seruorum in cellis lectos stratos videres.

PERISTYLVM, li. *locus columnis vndique clausus, & ornatus, intra quas columnas, tres aut quatuor porticus patent, ea forma, qua videmus claustra, quæ vocant sacrarum ædium, præsertim monachorum fabricata.* pro Dom. 236 b, Porticus cum conclauibus pauimenta trecentum pedũ amplissimum peristylum.

PERITE. *scienter.* de Orato. 116 a, Hæc quidem sunt concionè distributa, sed non peritè. pro Corn. 55 a, Peritè dicere de aliqua re. de Or. 109 a, Scienter & peritè dicere. de Oratore. 89 a, In aliqua re satis callidè versari ac peritè. in Verr. 135 b, Peritissime & callidissime facere aliquid.

☞ Syntaxis. *Peritè & scienter. Peritè & callidè facere.*

PERITVS, a, um. *sciens, gnarus, exercitatus, intelligens, in aliqua re artifex.* pro Corn. 55 a, Si vsus patronorum in iudiciis valeret, a peritissimis. L. Cornelii causa defensa est. pro Font. 283 a, Peritus ad vsum ac disciplinam belli. de Orato. 99 a, M. Cato iuris ciuilis omnium peritiss. & 103 a, Iurisconsultus, qui legum & consuetudinis ad respondendum & ad cauendum peritus sit. & 106 a, In eo iure quod ambigitur inter peritissimos. de Cla. 171 b, Fabius pictor iuris & literarum & antiquitatis bene peritus. Epist. 102 b, Neminem se iuris peritiorem esse constat. pro Cl. 39 b, Quia P. Octauio ingenio prudentior & iure peritior. de Clar. 173 b, L. Cęlius iuris valde peritus. & 194 a, L. Ælius antiquitatis scriptorumque veterum literate peritus. de Orator. 94 a, Hæc ab hominibus callidis ac peritis animaduersa sunt. pro Font. 279 b, Sapiens homo, ac multarum rerum peritus. Off. 29 b, Homo doctus, vel etiam vsu peritus. Of. 64 a, Homo peritus definiendi. pro Font. 283 a, Peritus belli gerendi. L. P. 91 a, Vir fortis, in primis belli ac rei militaris peritus Qu. Martius, &c.

☞ Syntaxis. *Ad bellum peritus, belli, in bello. Iure peritus. Literarũ peritus. Doctus, & vsu peritus. Orandi peritus.*

PERIVCVNDVS, da, dum. de Or. 102, & 111, Epist. lib. 1.

PERIVCVNDE. pro Cæl. 42, Fuit enim periucunde.

PERIVRIVM, rii. *perfidia.* Offi. 73 b, Non enim falsum iurare, peierare est: sed quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut verbis cõcipitur more nostro: id non facere, periurium est. Officio. 73 b, Sed si hæc sibi sumunt, nullam esse fidem quæ infideli data sit, videant ne quæratur latebra periurio. in Verr. 204 a, Quàm minimum dem illi temporis ad meditandum confirmandumque periurium. pro Fonteio 283 b, Sceleratorum hominum periuria. de Arusp. 252 b, Hoc suspicor de tuorum iudicum manipulo periurio dici. item, In periurio fides iusiurandumque negligatur. de Leg. 174 a, Periurii pœna diuina, exitium, humana dedecus.

PERIVRVS, a, um: ssimus. *qui fidem & iusiurandum negligit, violat, velle quis.* pro Qu. R. 43 a, Improbissimus, & periurissimus leno. 52 b, Nihil interest inter periurum & mendacem. L. MENDAX.

PERLABOR, ris. Tuscul. 154 a, Indeque perlapsus ad nos, & vsque ad Oceanum Hercules.

PERLATE. de Or. 110 a, Perlatè patere.

PERLEGO, gis. de Diu. 81 b, Perlegi, inquit ille, tuum paulo antè tertiũ de Natura deorum.

PERLEVIS, ue. contra Rull. 82, Perleui momento fortunæ.

PERLEVITER. Qu. Fr. 389, Perleuiter commotus.

PERLIBENTER. Att. 130.

PERLITTERALITER. Att. 158, & 245.

PERLITVS, a, um. *respersus.* pro S. R. 43 b, Perlitus sanguinis.

PERLONGVS. Att. 80 a, Perlonga & non satis tuta via. contra Rull. Per longo interuallo.

PERLVBENS, tis. Qu. Fr. 311 b, Ma perlubente, Seruius allisus est.

PERLVCEO, ces. *eluceo.* Off. 39 b, Honestum illud maximè quasi perluceat ex iis quas commemoraui virtutibus.

PERLVCIDVS, a, um. *perlucens, quod ita tenue ac lucidum est, vt per id res raspici & peruideri possint, illustre & valde clarum.* de Naturã. 54 b, Membranæ oculorum perlucidę. & de Do. 107 b, Illustris & perlucida stella. pro Dom. 116 b, Deos ipsos induxit Epicurus perlucidos & perflabiles.

PERLVCTVOSVS, sa, sum. Qu. Fr. 327. L. FVNVS.

PERLVSTRO, as, Part. 233. L. LVSTRO.

PERMAGNVS, a, um. in Verr. 81, Permagno vendere. Att. lib. 10, 154 b, Per enim magni æstimo, tibi firmitudinem animi nostri, & factum nostrum probari. Part. Quod enim permagni interest, pro necessario sæpe habetur.

PERMANEO, es. *consto.* de Amicitia. 110 a, Aliter enim amicitiæ stabiles permanere non possunt. Epistola. 11 a, In omnibus meis sententiis de repub. pristinis permanebam. & 70 b, 71 a, Permanere in incepto. de Legibus. 183 a, Nam & Athenis iam ille mos a Cecrope, vt aiunt, permansit. Epist. 61 a, In mea erga te voluntate permaneo. de Finibus. 82 b, Illud stabile & firmum permansurum est. de Orator. 110 b, In qua permaneo Catule sententia. Attico. 20 a, Permanere in pristina sententia.

PERMANO, as. *permeo, penetro* pro Corn. 66 b, Vt aliqui sermones inusitatum etiam ad vestras aures permanarent, & in iudicio ipso redundarent. pro Dom. 237 b, Etsi effluunt multa ex vestra disciplina, quæ ad nostras aures sæpe permanant. de Natu. 1 b, Nec est, quod ab his ad hominum vitam permanare possit. de Orato. 137 b, Vt ad eorum mentes permouendas permanare possint. Tusculan. 184 b, Conclusiunculæ ad sensus non permanantes. de Finibus. 115 b, Natura omnis appetendarum rerum ita latè patet, vt a principiis permanet ad fin. pro Cl. 54 e, Venenum epotum permanat in venas, & in omne corpus. pro S. R. 292, Macula ex paterno sanguine concepta vsque eo permanat ad animum, vt, &c.

☞ Syntaxis. *Dicta ad sensus permanantia. In omne corpus permanans venenum. Hæc vsque eò permanant ad animum, vt, &c.*

PERMANSIO, onis. Ep. 15 b, In vna sententia perpetua permãsio. de In. 82 b, Permansio perpetua in aliqua re. Att. 181 b, Quoduis enim supplicium leuius est hac permansione.

PERMEDIOCRIS, cre. de Or. 103 b, Permediocres motus.

PERMEO, as. *penetro.* Acad. 30 a, Quod quædam animalis intelligentia per omnia permeet & transeat.

PERMETIOR, iris. *demetior.* Ac. 52 e, Vos verò solis magnitudinẽ quasi decempeda permẽsi refertis. de Vn. 100 a, Cùm eos permensus est idem, & semper sui similis orbis, & Tusc. lib. 2.

PERMINVTVS. L. PERexiguus.

PERMIRVS, ra, rum. de Or. 103 e, In quo per mihi mirũ visum est Scęuola, te hoc illi concedere. Epist. lib. 3. de Diu. lib. 2.

PERMISCEO, sces. *commisceo.* in Vat. 31 b, Nã tuas sordes cum clarissimorum virorum splendore permisceres. in Ver. 133 Non modo ille permiscuit, sed etiam in his turbauit. pro Pl. 267 b, Omnia potius permiscerent

scelerum

ſcuerunt, quàm ei legi conditionique parerent. de Vn. 208 b, In qua temperatione animum vniuerſæ naturæ temperans permiſcebat.

PERMISSIO, onis, *permiſſus, conceſſus*. Qu. Fr. 319 b, Quod tibi mea permiſſio manſionis tuæ grata eſt, ea parte gaudeo. ad Heren. 9 a, Plus enim vales ſanctio permiſſione. ad Her. 33 a, Permiſſio eſt, cum oſtẽdimus in dicendo nos aliquam rem totam tradere & concedere alicuius voluntati.

PERMISSVRVS, a, um. Qu. Frat. 319 b, Tibi permiſſurus ſum, vt facias quod vis.

PERMISSVS, ſus. *permiſſio*. de Ar. 149 b, Omne ſeruitium permiſſu magiſtratus liberatum, &c. contra Rull. 73 a, permiſſus legis. I. V. 189 b, permiſſu tuo. & pro Corn. 63 b.

PERMISSVS, a, um. Qu. Fr. 291 b, Ea poteſtate, quæ tibi ad dignitatem permiſſa ſit, ad quæſtum vti. Att 263 a, Cuiſ. & lege, & S. C. permiſſum erat, vt de actis Cæſaris iudicarent. I. C. 98 a, Simili ſenatuſconſulto. C. Mario. L. Valerio Coſſ. permiſſa eſt reſpub. *id eſt, ne quid detrimenti caperet*. pro Syl. 170 b, Quo in magiſtratu non inſtitutum eſt à me regnum, ſed non permiſſum.

PERMISTE. de Inuent. 49 b, Si genera ipſa rerum ponuntur, neque permiſtè cum partibus implicantur. & Part. 232 a, L. INTRICATE.

PERMISTIO, onis, *admiſtio*. de Vn. 202 b, ſuperioriſque permiſtionis reliquias fundens æquabat.

PERMISTVS, a, um. *admiſtus*. de Di. 107 a, Ea quę permiſti cum corpore animi videre nõ poſſunt. de Vn. 199 a, Atq; ita permiſtum illud, ex quo hæc ſecuit, iam omne conſumpſerat. Orat. 216 a, Omnes in oratione eſſe quaſi permiſtos & confuſos pedes. Orat. 215 a, Interualla longa & breuia, quibus implicata & permiſta oratio eſt, pro Plan. 279 a, Ego fructus magna acerbitate permiſtos tuli. Or. 216 a, Oratio permiſta & temperata numeris. in Ant. 244 b, Cuius immanitas naturæ, ne vino quidem permiſta temperari ſolet. de Or. 128 a, Et illa excellens opinione fortuna cum laboribus & miſeriis permiſta eſſe videatur.

☞ Syntaxis. *Implicata & permiſta oratio*. *Permiſta & temperata oratio numeris*.

PERMITTENDO. *concedendo*. in Ver. 255 a, Crudelis in animaduertendo, diſſolutus in permittendo.

PERMITTO, tis. *dimitto, concedo, poteſtatem facio, vel concedo*. Epi. 229 a, Neque nunc diſceſſiſſet a me, niſi ego ei permiſiſſem. Qu. Fra. 311 a, Totum ei negocium permiſi, neque in eius poteſtate dixi fore. pro Font. 282 b, Committere fidei. permittere poteſtati. pro Seſt. 19 b, Inimicitias cum aliquo ſuſceptas reip. permittere. de Inu. 80 b, Lex aut iubet, aut permittit, aut vetat. ad Her. 9 a, Altera lex cogit, altera permittit. in Ver. 240 a, Ipſis iudicibus ſine mea argumentatione cõiecturam facere permittam, quod hoc genus prædandi, &c. pro Syl. 275 b, permitto aliquid iracundiæ tuę, do adoleſcentiæ, cedo amicitiæ, tribuo parenti. de Nat. 60 b, Tibi permitto, abire ne malis, an manere. pro Dom. 224 b, Vt omnia tibi permitterent. de Or. 142 b, quia tibi permiſit, vt, &c. in Verr. 153 b, Permittere licentiam alicui faciendi aliquid.

PERMITTOR, ris. contra Rull. 72 b, Primum permittitur infinita poteſtas innumerabilis pecunię conficiendæ, in Ver. 135 a, Incenſu habẽdo poteſtas omnis æſtimationis habendæ cenſori permittitur. Epiſt. 86 b, Quid tibi permittatur, cognoui. pro S. R. 43 b, Roſcii vita erepta de manibus ſectorum ſententiis iudicũ permitteretur. * Tuſ. 149 a, Qui tandem licentiam ſcribendi ſibi permitti volunt. }

PERMODESTVS, a, um. At. 59, Acutus & permodeſtus. in Cat. Timidus & permodeſtus.

PERMOLESTVS, a, um. Att. 16.

PERMOLESTE. I. V. 230.

PERMOTIO, onis. *motus, perturbatio*. de Ora. 168 b, Quæ permotionis cauſa vehementer, vel conciliationis leuiter aguntur. Ac. 348, In omni permotione naturalem volebant eſſe quandam modum. pro Dom. 110 a, Quę permotione mentis magis quam natura ipſa ſentimus.

PERMOTVS, a, um. pro Cecin. 294 a, Ex eo loco metu permotus fugit. de Diuin. 107 b, Quod maxime contigit aut dormientibus, aut mente permotis.

PERMOVENDVS, a, um. Orat. 206 a, Miſeratione mens iudicum permouenda eſt.

PERMOVEOR, ris. *commoueor, perturbor, perpellor*. de Or. 185 b, In commouendis iudicibus iis ipſis ſenſibus, ad quos illos adducere volo, permoueor.

PERMVLCEO, ces, permulſi, permulſum. *mulceo, deliniо, mitigo*. Or. 218 b, Duę ſunt igitur res, quæ permulceant aures, ſonus & numerus. de Or. 238 a, Eum qui audit, permulcere atque allicere. de Nat. 48 b,

Auram, quam flatu permulcet Spiritus auſtri.

de Fin. 71 b, At ille pellit, qui permulcet ſenſum voluptate de Sene. 78 a, Præterita enim ætas quamuis longa, nulla, conſolatione permulcere poſſet ſtultam ſenectutem.

PERMVLSVS, a, um. ad Her. 20 a, Nam lęduntur arteriæ, ſi ante quàm leni voce permulſę ſunt, acri clamore compleantur.

☞ Syntaxis. *Aures permulcens ſonus & numerus. Permulcere & allicere. Aur, ventus permulcet. Conſolatione permulcere*.

PERMVLTO. *aduerb* de Diu. 114, Permulto clariora.

PERMVLTVS, a, um, de Leg. 190 b, Permulti imitatores principum exiſtunt. pro S. R. 33 b, Permulti obſeruandi ſunt.

PERMVTATIO, onis, *mutatio*. At. 75 a, Ego rationem Philogeni permutationis eam quam tecum feci, edidi. Ep. 33 a, b, Ibi per paucos dies, dũ pecunia accipitur, quę mihi ex publica permutatione debetur, commorabor, pro Cęl. 50 b, Quadrantaria permutatio. I. P. 90 a, Partim emptiones, &c. partim permutationes adhuc Tuſc montem eatruendum. pro Seſt. 19 b, Magna rerum permutatione impendente declinaui paulum. Para. 126 a, Virtus nec tempeſtatum, nec temporum permutatione mutatur &c.

¶ *Oratoria exornatio, aliud verbis aliud ſententia demonſtrans*. ad Heren. 34 b, 35 a.

PERMVTANDVS, a, um. Off. 15 b, Effectumque vt dando & accipiendo & permutandis facultatibus nulla re egeremus.

PERMVTATVS, a, um. Off. 35 b, At permutata aliquando pecunia eſt, dnſtę merces, &c. de Aruſp. 254 a, Id ita perturbatum, itaque permutatum eſt, vt, &c.

PERMVTO, as. *muto*. I. C. 107 a, Si Catilina ſententiam permutauerit, &c. Att. 184 b, Scripſerat, vt X I I. H. S permutaret: tantum eſſe reliquum de argento. Att. 251 a, Quæ quo plus permutaſti, quàm ad fructum inſularum, &c. Att. 76 a, Vt verear, ne illud quod tecum permutaui, verſura mihi ſoluendum ſit.

PERMVTOR, ris. Epiſt. 29 a, At ſe curaſſe, vt cum quæſtu populi pecunia permutaretur. Attic. 245 b, Quare velim cures, vt permutetur Athenis, q; ſit in annuũ ſumptum ei ſatis. Att. 194 a, Sed quæro, quod illi opus erit Athenis, permutari ne poſſit. Att. 195 a, Ipſi permittam de tempore nummorum: quantum opus erit vt permutetur, tu videbis.

☞ Syntaxis. *Permutatum ſoluere verſura, cum quæſtu*.

PERNEGO, as. *prorſus nego*. pro Cęl. 51 b, Atque à ſe illam pyxidem traditam pernegaret. 3. V. act. 1, Sępe appellati pernegauerunt & act. 6, Itaque illo tempore ac primo illius aduentum pernegatur.

PERNECESSARIVS, a, um. *ſumme oportunus*. At. 80 b, Te non eſſe Romę meo tempore pernęceſſarium, ſubmoleſte fero.

¶ *Amicum intimum*. pro Fl. Contendiſſe à Lęlio paterno amico ac pernęceſſario, vt hunc iudicio arceſſeret.

PERNICIES, *exitium, peſtis, labes, calamitas*. I. C. 99 b, Quanquam videbam perniciem cum magna calamitate reip. eſſe coniunctam. & 104 a, Cum tua peſte ac pernicie proficiſcere. pro S. R. 40 a, Quorũ nihil pernicie cauſa diuino conſilio factum putamus. *aliter, pernicii, apud A. Gellium. & pernici, apud Non. Marcellum*. de Ora. 111 a, Eadem facultate & fraus hominum ad perniciem & integritas ad ſalutem vocatur. I. V. 67 a, Labes atque pernicies prouinciæ. I. C. 180 a, De pernicie reipub. & interitu vrbis cogitare. pro Do. 230 b, Cum à patris perniciem depuli.

☞ Syntaxis. *Perniciem cum calamitate coniuncta. Cum tua peſte ac pernicie abi. Labes ac pernicies, Perniciem & exitium*.

PERNICIOSE. *peſtifere*. de L. 171 b, Multa perniciosè & peſtifere ſciſcuntur in populis. de L. 189 b, Cum perniciosè popularis. de Leg. li. 1, Quàm diſſolute, quàm turpiter, quamque ita perniciosè.

PERNICIOSVS, a, um. *exitioſus, capitalis, peſtifer, infelix*. Antequã. 196 a, Quæ omnia non ſunt tam calamitoſa, quòd mihi ſunt ſubeunda, quam pernicioſa, quòd in remp. ſunt introducta. Qu. Fra. 328 a, Exitum iudicii fœdum & pernicioſum leuiſſime tuli. pro Dom. 236 a, Conſilium reip. pernicioſum.

☞ Syntaxis. *Perniciosè & peſtifere. Diſſolute, turpiter perniciosè*.

PERNICITAS, tis. *magna celeritas*. Tuſc. 237 a, Adde etiam ſi libet pernicitatem & velocitatem.

PERNOBILIS, le. in Verr. 289, Epigramma Græcum pernobile.

PERNOCTANS, tis. pro Dom. 266 a, Seduli propter inopiam ſecti in foro pernoctant. Tuſc. 241 b, Animum cum his habitantem pernoctantemque curis, &c.

PERNOCTO, as. *noctem, ago, traduco*. I. V. 205 a, Senator populi R. in veſtro oppido iacuit, & pernoctauit in publico. & 259 b, Matres miſeræ pernoctabant ad hoſtium carceris. Tuſ. 247 b, Bis in die ſaturum fieri, nec vnquam pernoctare ſolum. pro Arc. 180 a, Hæc ſtudia pernoctãt nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. pro Cl. 25 a, Cũ is apud mulierculam quandam pernoctaret. & ibi. diem poſterum commoraretur. Tuſc. 183 a, pernoctant venatores in niue.

☞ Syntaxis. *Animus cum curis pernoctans. Pernoctare in publico*.

PERNOSCO, ſcis. de Or. 86, Mores hominum ſunt penitus oratori pernoſcendi. L. PERSPICIO.

PEROBSCVRVS, ra, rum. de N. 1, perobſcura quæſtio.

PERODIOSVS, ſa, ſum. Att. 169, Lippitudo perodioſa. At. lib. 13, De Bruto noſtro perodioſum.

PEROFFICIOSE. Epiſtola. 130, Perofficiosè & peramanter obſeruare aliquem.

PEROPPORTVNVS, na, num. de Or. 130, peropportunum diuerſorium. Ep. lib. 6, peropportuna victoria.

PEROPPORTVNE. de Or. 110, peropportunè cecidit. de N. lib. 1. peropportunè venis.

PEROPTATO, *aduerb*. de Or. 110, peroptatum ocium nobis datum eſt.

PERORANDVS, a, um. de Off. 60 b, perorandæ litis. *aliter, Orandæ litis*. de Cl. 181 a, perorandi locus, vbi plurimum pollet oratio. Aca. 36 b, & 37 a, Quoniam ſatis multa dixi, vſ mihi perorandum.

PERORATIO, onis. *concluſio, epilogus*. de Or. 116 a, Tum alii cõcluſionẽ orationis, & quaſi perorationem collocant. de Cl. 176 a, peroratio, q epilogus dicitur. Orat. 208 a, poſt omnia perorationem inflammantem reſtinguentemue concludere.

PERORATVS, a, um. pro Cæl. 52 b, Dicta eſt a me cauſa iudices, perorata. ad Her. 3 b, perorata narratione. de Inu. 49 a, Quibus dictis intelligat fore peroratum. de Inu. 67 b, & Qu. Fr. 306 a, Quo loco niſi perorata cauſa & probata, non eſt vtendum. pro Seſt. 3 b, Qu. Hortenſio cauſa P. Seſtii eſt perorata. Attico. 72 b, Sed hæc tum laudemus, cum

erunt

erunt perorata.

PERORNATVS, *perpolitus* de Clar. 178, Crassos in dicendo & perornatus & breuis.

PERORO, as. *oro, habeo* de Leg. 184 a, Plato omnem orationem eius de legibus perorauit uno æstiuo die.

¶ *Concludo*. Atti. 54 b, Odio & strepitu Senatus coactus est aliquando perorare, in Vat. 34 a, Cùm Vectius ad arbitrium tuum perorasset pro Quint. 14 a, perorare causam contra aliquem de N. 57 a, Vt aliquando perorem. de In. 59 a, Idcirco iudices, quia veram causam habebam, breui perorau. I.V. 28 a a, De qua cùm dixero, totū hoc crimen decumanum perorabo.

PERORОR, ris. pro Quint. 6 a, Quæritur, priore patrono causā defendente nunquā perorari potuisse. de Or. 116 a, Alij iubēt anteqoam peroretur, ornandi aut augendi causa digredi, deinde concludere ac perorare. I.V. 123 a, Res illo die nō perorator, dimittitur iudicum.

PERPARVM, *aduerb*. In V. act. 5, Perparum ex filis magnis lucris. d se se peruenire.

PERPARVVLVS. I.V. 222 b, Sigilla perparuula ibid. perparuulū signū.

PERPARVS, a, um. de Le. lib. 2, Cor igitur hæc tanta facimos, cum cætera perparua sint? I.V. perparua & tenuis ciuitas. pro Deiot perpar ua culpa.

PERPAVCVLVS, la, lum. de Leg. 267, Deduxitque in Academiam perpauculis passibus.

PERPAVCVS, ca, cum, Att. lib. 6, Perpauci offensi. de Leg. lib. 2, De quo cum perpauca dixero, ad ius ciuile veniam.

PERPAVLVLVM, *aduerb*. de Or. 122 a, perpaululum loci.

PERPAVLVM. de Fin. 52 b, perpaulum declinare.

PERPAVPER. 93, Ariobarzanes res perpauper.

PERPELLO, lis. *impello permoueo*. pro Cæl. 45 a, Vultus huius te oculique perpulerunt. de Orat. 88 a, Cn. Carbo, quem tu adolescens perpulisti.

PERPENDICVLVM. *Est linea cui plumbeum cylindrum paruum appēsum habent, qua à summo ad imum laterum æqualitatem fabri perpendunt. Vetruuius autem. li. 7. sic distinguit. Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur.* I.V. 103 b, Nulla est columna, quæ ad perpendiculum esse possit. de Fat. 144 b, Si grauitate feruntur ad perpendiculum atomi rectis lineis. item. Columnas neque rectas, neque e regione Diphilus collocarat, aliquando perpendiculo & linea discet vti. Ac. lib. 2. apud Nonium, Atqui si id crederemus, non egeremus perpēdiculis, non normis, non regulis.

☞ Syntaxis. *Ad perpendiculum rectis lineis. Perpendiculum & linea.*

PERPENDENS, tis. pro Mur. 124 b, M. Cato vitam ad certam rationis normam dirigens, & diligentissime perpendens momenta officiorum omnium.

PERPENDO, dis. *expendo, dirigo*. Qu. de pet. 208 b, In ijs omnibus generibus iudicato & perpendito quātum quisque possit. pro Mur. 142 a, Hæc omnia ad rationem ciuitatis si dirigas, recta sunt. si ot perpendere ad disciplinæ præcepta velis, reperiuntur prauissima.

PERPENDOR, ris. de Or. 156 b, Hoc non arte aliqua perpenditur, sed quodam quasi naturali sensu iudicatur. I.V. 196 a, Aequitas æstimationis aratorum commodo & voluntate perpenditur. de Am. 124 a, Amicitia quæ tota veritate perpenditur.

PERPERAM, *praue, peruerse, præpostere*. pro Q. 5 b, & pro Cec. 298 a, Seu recte, seu perperam facere cœperunt. de In. 60 b, Res perperam cōstitutæ. ad Her. 7 a, Qui fecerit illud tam nequiter, eundem hunc tā perperam fecisse non est mirandum.

PERPESSIO, onis. *perpessus*. pro Ra. 93 b. Harum rerum nō solum euentus atque perpessio, sed etiā expectatio indigna homine libero est. de Fin. 59 a, Dolorum perpessio. de Inu. 82 b, Laborum perpessio.

PERPESSVS, sus. de Fin. 12 a b, Dolor difficilis perpessus, &c.

PERPETIOR, ris, *suffero, perfero*. Epi. 50 a, Nisi hoc peius sit, hæc suffere & perpeti. de Or. 115 a, Ac mihi quidem non ita molesti sunt, facile omnes perpetior, & perfero. de Fi. 132 a, Cum mendicitatem multi perpetiantur, vt viuant. de Fin. 69 a, Ijdem perpetiuntur dolorem, vt, &c.

PERPESSVRVS, a, um. Ep. 27 a, Vt perpessurus sim quiduis, &c.

PERPESSVS, a, um. Epist. 50 a, Vt mihi tā multa pro te perpesso atque perfuncto concederet, vt præstarem, &c.

PERPETIENDVS, a, um. contr. Rul. 67 a, Mihi omnia potius perpetienda esse duco, quam non, &c.

PERPETIENS, tis. de Fin. 73 b, Casos ille, qui nobis miserabilis videtur audientibus, illi perpetienti erat uoluntarius.

PERPETVITAS, tis. *perennitas, diuturnitas, continuatio*. Offi. 37 a, Malus custos diuturnitatis metus: contraque beneuolentia fidelis est, vel ad perpetuitatē. Q. Fr. 325 b, Magis voluntatis perpetuitatē, quàm promissorū, exitum expecto. Off. 24 a, Vt constare in vitæ perpetuitate possimus nobismetipsis. de Na. 51 b, Quod perpetuitatis causā machinata natura est. Tusc. 234 b, Non ex singulis vocibus philosophi sunt spectandi, sed ex perpetuitate atque constantia. de Fin. 82 b, Qui autem diffidit perpetuitate bonorū, timeat necesse est. Tusc. 160 a, perpetuitate cōsequentis temporis. Tusc. 234 b, perpetuitas & continuatio dictorum. de Orat. 160 b, perpetuitas, & quasi conuersio orationis.)(*oratio membris interecisa*. Orat. 197 b, In perpetuitate dicendi. de Orat. 129 a, Genus facetiarum, quod in perpetuitate sermonis est. de Vn. 202 a, perpetuitas pro immortalitate.

☞ Syntaxis. *In vita perpetuitate sibi constare. Magna perpetuitas & constantia. Orationis perpetuitas atque conuersio.*

PERPETVO. *in perpetuum*. contra Rullom. 87 b, Vt eam opinionem perpetuo retineatis. Qu. Fr. 298 b, & de Vn. 201 a, facies perpetuo, quæ fecisti. pro Clu. 39 a, Iudex qui non perpetuo sedisset.

PERPETVO, as. *continuo*. de Orato. 159 a, Si cuiospiam sit infinitus spiritus, tamen eum perpetuare verba nolimus. pro Syll. 170 a, Cæcilius iudicum potestatem perpetuandam, legis acerbitatem mitigandam putauit.

PERPETVVS, a, um, *perennis, constans, æternus, vel sempiternus, vniuersus, continuus*. I.C. 117 b, Atque vt in perpetua pace esse possitis, prouidebo. de Nat. 37 a, Stellarum perennes atque perpetui cursos. I.C. 122 b, Ignis Vestæ perpetuus & sempiternus. de Na. 10 a, Legis perpetuæ & æternæ vis. pro Rab. 90 b, Nam meæ vitæ perpetua consuetudo ad eum defendēdum est adhortata. de Inu. 8 b, Stabilis & perpetua permāsio in ratione bene considerata. Q. de Pet. 209 a, Firma & perpetua amicitia. Epist. 90 a, Assidua & perpetua cura. ibid. 67 b, Qui omnes à perpetuis suis historijs ea quæ dixi bella separauerūt. & 68 a, A continentibus tuis scriptis, in quibus perpetuam rerū gestarum historiam complecteris. de Finib. 67 b, Perpetua oratio non rhetorum solum, sed etiam philosophorum est. de Orat. 110 a, Valde sum cupidus te in illa longiore & perpetua disputatione audiendi. Q. F. 308 a, & de Orato. 97 b, Cato Pompeiū oratione perpetua tanquam reum accusauit. de Orat. 129 a, In illo genere perpetuę festiuitatis. Aca. 16 b, Hortensius autem vehementer admirans, quod quidam perpetuo Lucullo loquente ferat, &c. de Orat. 121 b, Perpetui & vniuersi generis quæstio. de Cla. 174 a, Quæstiones perpetuę. Postquam. 210 b, Constans & perpetua defensio salutis meæ. Tusc. 247 a, Ita perpetuas & contextas voluptates in sapiente fore semper. pro Flac. 165 a, Annui temporis criminationē omnis ætas L. Flacci & perpetua defendet. Att. 83 a, S.C. factum est, vt centesimæ perpetuo fœnore ducerentur. Atti. 189 a, b, Perpetuom morbū iurabo. Postquam 205 a, Cum respub. non solum parentibus perpetuis, sed etiam tutoribus annuis esset orbata. I.V. 228 a, Vna via lata atque perpetua, multæque transuersæ Syracusis. I.P. 90 b, A Brundusio vsque Romam agmen perpetuum totius Italiæ vidi. Top. 224 b, Non solum perpetuæ orationes, sed etiam partes orationis ijs dē locis adiuuantur. Att. 12 a, Tempus est nos de illa perpetua iam, nō de hac exigua vita cogitare. Offi. 41 b, pecuniæ quærendæ non solū ratio est, sed etiam collocādæ, quæ perpetuos sumptus suppeditet. I.A. 156 a, Quæ ille in æs incidit, in quo populi iussa perpetuasque leges esse voluit. pro nihilo habebuntur? I.A. 248 b, Mea perpetua atque constant voluntas in rempub. de Legib. 179 b, Perpetua sacra. pro Mil. 111 a, Perpetua alicuius consuetudo in vi inferenda. de Finibus. 60 b, Vt aduersa quasi perpetua obliuione obruamus, & secunda suauiter & iucunde meminerimus.

☞ Syntaxis. *Perennis atque perpetuus. Perpetuus ac sempiternus. Perpetuus & æternus. Stabile ac perpetuum. Firmum ac perpetuum. Assiduum & perpetuum. Oratio in Pompeium perpetua. Perpetuæ & contexta voluptates. Via lata & perpetua. Agmen perpetuum. Perpetua tibi est hilaritas.*

PERPLACET, Attic. lib. 3, Vide legem, quam T. Fabio scripsit T. Vitellius ea mihi perplacet.

PERPOLIO, lis, *expolio*. Epist. 69 b, Et ea quæ habes instituta perpolies. de Vniuers. 203 a, Perpolire & absoluere aliquid imperfectum. pro Corn. 58 a, placuit ambobus adhiberi hunc à me quasi perpoliendi quendam operis extremum laborem. de Orato. 113 a, Tractu orationis leui & æquabili perpoliuit illud opus. de Orat. 127 a, Hę duę partes, quę minime perceptis artibus sunt perpolitæ.

PERPOLITIO, onis, *expolitio*. ad Heren. 28 a, Insignita perpolitio verborum.

PERPOLITISSIME. de Inu. 34.

PERPOLITVS, a, um, *expolitus, excultus*. pro Sest. 22 b, Vita perpolita humanitate. ad Heren. 27 b, Omnes partes orationis æqualiter perpolitæ. de Orator. 90 a, Homines perfecti in dicendo, & perpoliti.

PERPOTATIO, nis. I.P. 84 a, Intemperatissimæ perpotationes.

PERPOTO, as. I.V 233 b, perpotare totos dies.

PERPVGNAX, cis. de Ora. 92. in *dissimulando*.

PERPVRGATVS, a, um. pro Mur. 137 a, nunc mihi tertius ille locus est orationis de ambitus criminib. perpurgatus ab ijs qui ante me dixerunt. de Diu. 108 b, perpurgatus est is locus, &c.

PERPVSILLVS, a, um. de Ora. 131 b, perpusillum rogabo. *iocus ex ambiguo, nam & pusillum hominem significat, & breuiter.*

PERQVAM, *valde*. de Ora. 118 b, Quod mihi quidem perquam puerile videri solet, & 123 b, Hoc per quam optandum nobis. & 127 a, Sic illud perquam breuiter perstrinxi. & Tuscu. 185 b, perquam flebiliter Vlysses lamentatur in vulnere. pro Planc. 263 a, Hic quam ille dignior, perquam graue est dictu. Tusculan. 171 b, Illud vero perquam inane.

PERQVIRO, ris. *exquiro inquiro* de Orator. 153 a, I.V. 208 b, Scribit ad quosdam, vt ea vasa perquirant. de Finibus. 136 b, Contemplari & perquirere res occultas pro Cluen. 55 b, perquiritur a coactoribus. Q. de Pet. 209 b, perquiras etiam, & inuestiges homines ex omni regione, &c. pro Cœl. 48 b, possum etiam illa ab accusatore perquirere, vbi sit nam, &c.

PERQVISITIVS, *aduerb. exquisitius*. de Inuen. 57, perquisitius & diligentius.

PERRARO, *aduerb* de Or. 85. de Fin lib. 2.

PERRECONDITVS, ta. de Ora. 96. *facultas*.

PERRIDICVLVS, la, lum. I.V. 11 a, perridiculi homines. de Orato. li. 2. perridicula doctrina.

PERRIDICVLE. de Ora. 131.

PERRVMPO, pis. *disrumpo, perstringo, vi aperio, perfeco.* Tusc. 157 a, Accedit, vt eo facilius animus euadat ex hoc aere, eumque perrumpat. in A. 244 b, Sed effugi insidias, perrupi Appenninum, &c. Off. 59 a, Pœnam legum, quas perrumpunt, non vident. Att. 131 a, Exercitu firmum habere oportet, quo confidamus perrumpere non posse.

PERRVMPOR, ris. Tuscul. 157 a, Ab his perrumpitur, & diuiditur crassus hic aer.

PERSÆPE. I.V. 263, & de Leg. lib. 2.

PERSA, & PERSÆ. 10. ad Attic. Regnum non modò Rom. homini, sed ne Persæ quidem cuiquam tolerabile. 1. Tuscul. persæ circa circumlitos mortuos condiunt, vt quam maxime permaneant diuturna corpora. 3. in Verr. persæ ad Delum appulsi, nihil in ea violarunt, 2. de Finibus. Vescuntur nasturtio persæ, vt scribit Xenophon. 5. Tuscul. Persarum a Xenophonte victus exponitur, quos negat ad panè adhibere quicquam præter nasturtium. 2. de Leg. Nec Persarũ Magos sequor, quibus autoribus Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur. 1. de Diu. Nec quisquam rex Persarum potest esse, qui nõ antè Magorum disciplinã, scientiamque perceperit. 5. Verr. Solere aiunt barbaros reges Persarum ac Syrorum plures vxores habere. his autem vxoribus ciuitates attribuere, &c. de D. 99, In Persis augurantur & diuinant Magi, qui congregantur in fano commentandi causa, atque inter se colloquendi.

PERSALSVS, sa, sum. de Or. 134.

PERSALSE. Att. 316, persalse & humaniter.

PERSALVTATIO, onis. *salutatio.* pro Mur. 154 b.

PERSALVTO, as. *saluto.* pro Flac. 155 a.

PERSAPIENS, tis. de Pro. 78, Magni & sapientia hominis.

PERSAPIENTER. pro Mil. 103.

PERSAPIENTER. de Cl. 183.

PERSCRIBO, bis. *refero, datum alicui refero in tabulas publicas refero.* Att. 47 a, Fac, vt omnia ad me explorata perscribas. Ep. 52 a, Nunc mihi Q. Fr. mitissimam tuam orationem perscripsit. Ep. 6 b, De meis rebus ad Lælium perscripsi. Ep. 6 b, Vt perscripsi ad te ante. Att. 93 b, Ad ipsum hæc perscripsi omnia. pro Fl. 155 b, pecuniam in ædem sacram reficiendam se perscripsisse dicũt. pro Q. R. 45 a, Aeque enim tabulæ condemnantur, eius qui verum non retulit, & eius qui falsũ perscribit, & ibi. Egone hãc manum impellere potui, vt falsum perscriberet nomen? Ep. 141 b, pro Syl. 175 a, Cõstituti senatores, qui omnia iudicum dicta perscriberent.

PERSCRIPTOR, oris. I.V. 185, Scriba perscriptor fœnerationis.

PERSCRIPTIO, onis. Ep. 60 a, Iam illud S.C. quod, &c. ea perscriptione est, vt dum id extabit, officium meum in te obscurũ esse nõ possit. I. A. 196 a, Antonius septies millies falsis perscriptionibus donationibusque vertit. in Rul. 70 b, Legis perscriptio. de Or. 107 a, Si de tabulis & perscriptionibus controuersia est pro Qu. R. 45. Suarũ perscriptionum & literarum aduersaria proferre.

PERSCRIPTVS, a, um contra Rull 83 b, Hoc perscriptum in monumẽtis veteribus reperietis. I.C. 113 b, Et quoniam nondum est perscriptum senatusconsultum, ex memoria vobis Quirites, quid Senatus censuerit, exponam. Ep. 3 b, Senatus autoritas perscripta. I.P. 87 a, Ijs verbis ea de me Senatus autoritas declarata est, vt nemini sit triumphus honorificentius, quàm mihi salus restitutioque perscripta. de Or. 143 a, Et eundem, id quod in autoritatibus perscriptis extat scribendo affuisse. in Pison. 92 b, Rationes etiam perscriptæ erant ita scite & literate, vt scriba, &c.

☞ Syntaxis. *Perscribere omnia diligenter. Pecuniam, scitè & literatè perscribere.*

PERSCRVTOR, aris. *exquiro, inquiro.* pro Flac. 150 a, Itaque perscrutamini penitus naturam rationemque criminum. I.V. 210 b, Inuestigare & perscrutari omnia. Tusc. 239 a, Speculari & perscrutari omnia. de Inu. 55 b, Desinite literas perscrutari. de Inu. 78 a, perscrutari voluntatem alicuius domesticis suspicionibus. Off. 38 a, Dionysius præmittebat de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres, &, ne quod occultaretur telum, exquirerent.

PERSECO, as. Attic. 212 a, Quare da te in sermonem, & perseca, & cõfice, &c. Acad. 31 a, Ecquid nos rerum naturas persecare, aperire, diuidere possumus?

PERSECVTIO, onis. *hoc verbo Vlpianus extraordinarias iuris actiones putat contineri, vt fideicommissorum, & aliorum, quæ non habent iuris ordinarii exequutionem.* Orat. 210 a, persecutionum cautionumque præceptio in iure ciuili.

PERSEPHONES, es. *Proserpina.* de N. 39.

PERSEQVENDVS, a, um. pro Ar. 188 a, In earum tem persequenda omnes cruciatus corporis parui sunt ducendi. Or. 202 a, Id notandũ est ad studium persequendæ suauitatis in vocibus.

PERSEQVENTISSIMVS iniuriarum. de Inu lib. 2.

PERSEQVOR, ris. *sequor, colo, imitor.* I.V. 273 a, Horum nos hominũ sectam persequimur. Academ. 40 a, Si verò Academiam veterẽ persequamur, &c.

Orior, exto, appareo. de Diu. 139 a, Superstitio quocunque te verteris, persequitur.

Pergo eo pro Domo. 242 a, Nec institutas ceremonias persequi potuit.

Peruenio ad Ep. 34 a, Eò discessisti, quò ego ne persequi quidem possem triginta diebus.

Tueor pro Cæc. 286 b, & I.V. 58 a, persequi ius suum. I.V. 154 b, & pro Fl. 156 a, Bona sua repetere ac persequi lite atque iudicio, pro Q. 7 b, persequi rem suam. *id est, petere in iudicio.*

Exequor. Qu. Fr. 315 a, Tua mandata persequar diligẽter. de Sen. 80 a, Vt aui reliquias persequare.

Venor, affecto. de Leg. 187 b, Qui legatione hæreditates aut syngraphas suas persequuntur. in Pi. 90 b, Quæ tu diuerticula, quas flexiones, dum omnes solitudines persequeris, quæsisti?

Viuo, ago. I. A. 242 a, Vt vitam inopem & vagam persequamur.

Vlciscor. Acad. 1 a, persequi inimicitias. in Ver. 110 b, Iniurias suas per vos vlcisci ac persequi statuerunt. & 65 a, Qui iniurias suas persequi volunt. pro Dom. 223 a, Is mortem eius se persequi velle dixit. I. A. 255 b, persequi mortem alicuius. pro Cecin. 291 a, Vt tuas iniurias persequar. *id est, a te factas.*

Sumo Ep. 13 a, Cum pœnas a seditioso ciue per bonos viros iudicio persequi vellet. Att. 150 b, persequi pœnas alicuius.

Vexo I.P. 86 a, Tristissimis omnibus aliquem exeuntem persequi. de Or. 125 a, persequi aliquid acrius. Ep. 85 a, persequi vitia alicuius Att. 116 b, & Ep. 152 b, Pompeium persequi Cæsar dicitur, ibid. 276 a, persequi aliquem bello.

Complector, comprehendo. Or. 206 a, In lege Manilia tẽperata oratione ornandi copiam persecuti sumus. pro Cæl. 291 a, persequi tutissima quæque. de Cla. 175 b, Nunc reliquorum oratorũ ætates & gradus persequamur. de Natu. 23 b, & 77 a, Epicurus voluptates persequitur omnes nominatim. Academ. 41 a, Brutus sic philosophiam Latinis literis persequitur, nihil vt, &c. Ep. 147 a, & de Finib. 51 b, Et persequi omnia literis. de Diu. 111 b, Qui siderum motus numeris persequuntur. Epist. 147 a, Sed breuiorem me duæ res faciunt: vna quod publicis literis omnia sum persecutus: altera, &c. de Finibus. 140 a, Nec sum copiam quam potui, &c. persecutus. in Anton. 165 b, Longum est persequi cæteros. &c. I.P. 81 b, persequere connexos his funeribus dies. de Prou. 73 a, & Epist. 32 b, Si idẽ extrema persequitur, qui inchoauit, iam omnia perfectã videbimus. de Ar. 248 a, Vix quisquam arte vlla ordinem rerum ac vicissitudinũ persequi potest. Offi. 51 b, Has res Xenophon commodissime persecutus est in eo libro, qui, &c. de D. 90 b, Is diligẽtissime res Annibalis persecutus est. de Sene. 80 a, Quæ versibus persecutus est Ennius. pro Syll. 175 a, Qui consuetudine & celeritate scribendi facillime quæ dicerentur, persequi possent.

PERSEVERANTIA, tiæ. *assiduitas, constantia.* de Inu. 82 b, perseuerãtia est, in ratione bene considerata, stabilis & perpetua permansio. Par. 235 b, Aliud an idem sit, vt pertinacia, & perseuerãtia. Dom. 214 a, Nimia perseuerantia. pro Pl. 278 a, Ergo ille cum perseuerantiam sententiæ suæ, non salutem reip. retinuisset, tamen, &c. I. A. 211 b, Retinenda est igitur vobis constantia, grauitas, perseuerãtia. *hoc oro animaduertas, quanti sit ponderis.*

PERSEVERATVR. I.V. 220 a, Quod cum omnibus displiceret, non est ab isto perseueratum.

Phantasia, się. Acad. 46 a, & 6 a, Sensus iunctos esse censuit è quadā quasi impulsione oblata extrinsecus: quā ille φαντασίαν nos visum appellemus licet. Ep. 153 a, Qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari. Attic. 138 b, Deinde emergit rursus dolor, αἰσχροῦ φαντασία.

☞ Syntaxis. *Ex impulsione extrinsecus oblata, quæ phantasia est, & visis excitant sensus*.

Pharmacopola, lę. *vnguentarius.* pro Cl. 25 b, L. Clodius pharmacopola circumforaneus.

Pharsalia, æ. *Thessaliæ regio, & campi, Philippi etiam dicta*. I.A. 262 b.

Pharsalicus, a, um. pro Deiot. 149 a, pharsalicum prœlium.

Phaselis, idis. Græcè φασηλίς *Cilicia, piratarum receptaculum*. in Verr. 204 b.

Phaselus, li. *m. ?a?aro. Erat etiam genus nauigii Campani oblongi, neque ita magni.* Att. 231 a, phaselus episcopius. At. 72, Epistolam anchoris solutis de phaselo dedisti.

Phaselitæ, *a phaseli dicti populi*.

Phatnæ, arum. *stellæ in Cancri signo, quæ præsepe a Latinis dicuntur*. In prognosticis. teste prisc.

Aspiciens tenuis quæ cedens lumina phatnæ.

Phaneatæ, *populi* de N. 70 b.

Pheræ, arum. *vrbs Thessaliæ nobilis*. de D. 91 b.

Pheræus, a, um. Off. 37, de In. 80, de N. 74.

Pherecydeus, a, um. de D. 124 b, L. Puteus.

Phidias, diæ. de Cl. 185 b, Vt phidię signum simul aspectum & probatum est. & 188 b, Mineruæ signum ex ebore pulcherrimum phidiæ.

Phiditia, orum. *Lacedæmoniorum conuiuia* Tus. 347 a.

φιλαρτία Le. Amor. Attico. 208 a, Nisi forte me communis. φιλαρτία decipit.

Philippicæ, arum. Att. 21 a, philippicę orationes Demosthenis. ad Br. 91 a, Video te delectari philippicis nostris. hoc est in quinque epistolis additis, quæ in paucis codicibus leguntur.

φιλοσπαίζειν. L. Facere. *cum aliquo*:

Philocteta, tæ. & Philoctetes, tę. de Fi. 232 a, Ea perferant, quę philoctetā videmus in fabulis: qui cum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio sagittarum, cōfigebat tardus celeres, stans uolantes, ut apud Actiū est. de Fat. 147 a, philoctetes serpentis morse vlceratus in insula Lenno relictus est. de Rep. Nimium te laborare doleo, & meliorem ciuem esse quàm Philoctetā: qui accepta iniuria, illa spectacula quærebat, quæ tibi acerba esse video. ad Her. 35 b, Non posse capi Troiam sine philoctetæ sagittis.

Philocteteus clamor. de Fin. 84 b, & Tus. 187 a.

Philologia, giæ. *studium, vel amor sermonis*. Ep. 164 b, Non est enim seiunctus iocus a philologia & quotidiana συζητήσει Atti. 38 b, Ne & opera & oleum philologiæ nostrę perierit.

φιλογυνεία. L. Mulierositas.

Philologus, gi. Att. 209 b, Homines nobiles, sed nullo modo philologi. Qu. Fratr. 313 a, Nos autem ita philologi sumus, vt vel cum fabris habitare possimus.

Philomelum, li *vrbs phrygię*, Att. 77 Ep. 37.

Philomalensis. I.V. 191.

Philosophia, æ. *studium, vel amor, sapientiæ*. Offi. 33 b, Nec quicquā aliud est phylosophia, si interpretari velis, quam studiū sapientię. de Leg. 168 a, Sapientia, a cuius amore Grǽco verbo philosophia nomē inuenit. Tusc. 171 b, philosophia omnium mater artium, donum, & inuentum deorum. de Or. 85 a, philosophia laudandarū artium omnium procreatrix, & quasi parens. de Or. 148 a, Omnis optimarū rerum cognitio, atque in iis exercitatio, philosophia nominat. de Fin. 90 b, Ars est enim philosophia uitę. de Cl. 165 a, philosophia mater oīa benefactorum, benedictorū. Tus. 191 a, Est profecto animi medicina philosophia. Tus. 177 a, Coltura animi philosophia est, quæ extrahit uitia radicitus, &c. I.P. 95 a, philosophia uirtutis cōtinet, & officii, & bene viuendi disciplinam: quàm qui profitetur, grauissimam mihi sustinere personā videtur. de Ren. 77 b, Nunquam igitur satis dignè laudari philosophia poterit: cui qui pareat, omne tempus ętatus sine molestia possit degere. de Vn. 204 a, Quibus ex rebus philosophiā adepti sumus: quo bono nullū optabilius nullum prǽstātius, neque datum est mortalium generi deorū concessu atque munere, neque dabit. Tus. 175 a, philosophia paucis contenta iudicibus, multitudine consultò fugiens. de D. 155 a, In philosophia nihil dēt esse commentitiis fabulis loci. Or. 201 b, In philosophia plurimum interest, quemadmodum dicas: vbi res spectatur, non verba penduntur. Tusc. 164 a, philosophia commentatio mortis. de Orato. 191 a, Ista præpotens & gloriosa philosophia. Or. 198 a, Sine philosophia non posse fieri eum quem quęrimus eloquentem. & ibi. Nec vero sine philosophorum disciplina genus & speciē cuiusque rei cernere, neque eam definiendo explicare, nec tribuere in partes possumus, nec iudicare quę uera, quę falsa sint, neque cernere consequentia, repugnantia uidere, ambigua distinguere. de D. 109 a, philosophia vir bonus & fortis efficitur. Off. 53 a, Tota philosophia, mi Cicero, frugifera & fructuosa est, nec vlla pars eius inculta ac deserta est de Ora. 90 b, philosophia in tres partes distributa est: in naturę obscuritatē, in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores. de Cl. 167 b, philosophia, non illa de natura, sed hæc in qua de bonis rebus & malis, deq; hominum uita & moribus disputatur, tum primum inuenta dr. Or. 200 b, Inest enim natura philosophia in huius uiri mente quædam. de Or. 91 a, Apollonius Rhodius irridebat & contemnebat philosophiā. de Or. 123 a, philosophię, sicut Zethus ille pacuuianus, prope bellum indicere. Off. 34 b, In antiquissima nobilissimaque philosophia versari. de Or. 152 b, Exercitatio propria duarum philosophiarum. Tusc. 177 b, philosophia preparāt animos ad satus accipiendos eaque mandat his, & vt ita dicam, serit, quæ adulta fructus vberrimos ferant. * Acad. 2 b, Tractatio philosophiæ optimo, & amplissimo quoque dignissima est.]

Philosophicus, a, um. Tus. 551 b, A Bruto impulsi sumus ad has philosophicas scriptiones. Ep. 181 b, Vt hæc φιλοσοφήματα scriberem, tu me impulisti.

Philosophor, aris. *philosophiam colo*. de Fi. 106 a, & de Or. 123 b, Decreui philosophari, ut Neoptolemus apud Ennium, paucis: nam omnino haud placet. de Fi. 39 a, Quibusdam totum hoc displicet philosophari. I.A. 256 b, Sed iam se colligit, & ad extremum incipit philosophari. de N. 3 a, Et cum minime uidebamur, tum maxime philosophabamur. de Cl. 195 b, Admirabili quodam ad philosophandū studio concitatus. Postq. 207 a, Cum Græculis philosophari. Tus. 167 b, Quanquam quid opus sit in hoc philosophari, cum rem non magnopere egere philosophia uideamus.

Philosophus, phi. *physicus, naturæ interpres, magister virtutis, qui rerum cognitione doctrinaque delectatur*. Tusculano. 259 b, pythagoræ ingenium & eloquentiam cum admiratus esset Leon, quæsiuit ex eo, qua maxime arte confideret? at ille artem quidem se scire nullam respondit, sed esse philosophum. de Finibus. 52 b, Et tamen a philosopho si afferat eloquentiam, non aspernet: si non habeat, non admodum flagitem. de Oratore. 103 a, philosophus, qui de sua ors ac

populi Romani aspiciam. I.A.247 a, pro libertate hæc omnia proiiciat, quæ sunt pignora miseriæ. de Pro.79 a, Quonam me animo esse oportet in eos, quius illi salutem pro pignore tradiderunt ad explendas suas cupiditates? de Ora. 143 a, An tu cum omnem autoritatē uniuersi ordinis pro pignore putares, eamque in conspectu pop. Ro. concideres, me his pignoribus existimas posse terreri? & ibi. Philippus grauiter exarsit, pignoribusque ablatis Crassum instituit coercere. in Att. 247 b, Magnis & multis pignoribus eum resp. obligatum tenet. Att. 124 a, Mihi multa dederunt illi res. pignora. in Sall. 274 b, Posteaquam magna pignora eis dederat, cum quibus se commiscerat. pro Clu. 56 a, Illa tibi ad confirmandas inimicitias affinitatis cōiunctionem pignori fore putauit. I.A. 153 b, Magnum pignus ab eo reip. datū, se liberā ciuitatē esse velle. pro Cæl. 54 a, Habet ab hoc re spub. duas accusationes, vel obsides periculi, vel pignora voluntatis.

☞ Syntaxis. *Pignora retinere. Feles quasi pignora. Hoc pro pignore pono, trado.*

Pigritia, tiæ. *negligentia, ignauia, inertia.* Tusc. 213 a, Definiunt pigritiam, metum consequentis laboris. Att. 260 b, Noli putare pigritia facere me, quòd non mea manu scribam. Offic. 6 b, & 27 b, Negligentia, pigritia, inertia, ignauia. & 20 b, Efficiendum est, vt appetitus rationi obediant, eam neque præcurrant, neque propter pigritiam aut ignauiam deserant.

Pigror, aris. *grauor.* Atti. 122 b, Tu quæso quicquid noui (multa autē expecto) scribere ne pigrere.

Piissimvs, I.A. 156 b, Antonius: Mihi quidem constat, &c. nec Lepidi societatem violare piissimi hominis. Cicero. Tu porro ne pios quidem, sed piissimos quæris: & quod uerbum omnino nullum in lingua Latina est, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis.

Pila, læ. de Or. 91 a, Vt qui pila ludunt. & 103 b, Licet ista ratione dicamus pila bene, & duodecim scriptis ludere, proprium esse iuris ciuilis. de Or. 148 a, Pila, tali, tesseræ. in Pis. 94 b, Iste claudus, quomodo aiunt pilam tenere, &c. de Sen. 94 b, Retorquere pilam. de Orat. 151 a, Titius præclare pila ludens, brutta talis.

Pilosvs, a, vm. I.P. 77 b, pilosæ genæ, dentes putridi.

Pilvm, li. *genus teli, Romanorum proprium.* I.A. 231 a, Idque caput fixū gestari iussit in pilo. pro Mil. 123 b, Sparorū pilorumq; multitudo.

Pilvs, li. de Nat. 55 a, Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. Acad. 21 b, Nullum esse pilum omnibus rebus talem, qualis sit pilus alius. pro Qu.R. 42 a. Hic capite & superciliis semper est rasis, ne vllum pilum viri boni habere videatur. Att. 80 a, Interea e Cappadocia ne pilū quidē. Q.F. 317 b, Ego ne pilo quidē minus te amabo.

Pindenissvs, *oppidum.* Att. 70, 86, Ep. 23. 245.

Pindenissitæ, *populi.* Att. 78.

Pingvendvs, a, vm. de Cla. 157 a, In verbis pingendis, & illuminandis sententiis.

Pingo, gis. *pictura exprimo.* de Or. 114 b, Vt in pictura, qui hominis speciem pingere perdidicerit, is potest cuiuslibet vel formæ, vel ætatis, etiamsi non didicerit, pingere. de In. 62 a, Is & cæteras tabulas pinxit, &c. *idest Zeusis.* Att. 58 a, Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione. de Fin. 79 a, Cleanthes tabulam verbis pingere solebat, &c. *idest, tabulam voluptatis.* Qu. Fr. 313 b, Quadrigis poeticis modo mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis, penicillo meo.

Pingor, tis. Epist. 68 b, Alexander ab Apelle potissimum pingi a Lysippo fingi volebat.

☞ Syntaxis. *Pingere speciem hominis, verba, Pictum stragulum.*

Pingvis, gue. *opimus, crassus, rudis.* de Fat. 141 b, Thebis crassum cœlū itaque Thebani pingues & valentes. de Diu. 107 b, pingue & concretum esse cœlum. pro Arch. 190 b, Corduba nati poetæ, pingue quiddam sonantes atque peregrinum. Acad. 27 b, Quod ipsi Antiocho pingue videbatur, & sibi contrarium. de Am. 99 b, Agamus igitur pingui Minerua, vt aiunt.

☞ Syntaxis. *Pingue & concretum cælum. Pingue sonans poeta, & peregrinum.*

Pinna, næ. *penna.* de Natu. 71 b, Minerua, cui pinnarum talaria affigunt. in Arat.

Atque auis ad summam caudam primasque recedit.
Pinnas, &c.

¶ *Est & conchæ marina genus.* de N. 56 b, pinna duabus grandibus patula conchis. de Fi. 103 b, Quæ in concha patula pinna dicitur.

Pinnatvs, a, um. *pennatus, pinniger.* de N. 71 a, pinnatus Cupido, Tusc. 180 b, pinnata cauda.

Pinniger, ra, rum. *penniger.* Epi. 110 b, pinnigero in corpore, non armigero tela exercere *aliter, Pennigero.*

Pinnotervs, teris. *concha marina, idest piscis genus.* de Fin. 103 b, at illa quæ in concha patula, pinna dicitur: isque qui erat e concha: qui, quod eam custodit, pinnoteres vocatur.

Pinnvla, de N. li. 2, pulli cum pinnulis vti possunt.

Pio, as. *expio.* de Leg. 173 b, Hetruriæ principes fulgura atque ostenta pianto. pro Dom. 239 b, Si quid tibi piandum aut instituendum fuisset religione domestica.

Piraevs, ei. πειραιεύς, *Græce, portus Athenarum.* Attic. 103 a, Venio ad Piræea, in quo magis reprehendendus sum, quod homo Romanus Piræea dixerim, non Piræeum; sic enim omnes nostri locuti sunt: quàm quod In addiderim. & 97 a, In Piræea cum exissem, &c. de Cl. 169 a, Vt semel e Piræeo eloquentia euecta est.

Pirata, tæ. *prædo.* I.V. 248 b, Iste a piratis ob hunc archipiratam pecunias accepit. & 68 b, Vrbes piratis prædonibusque patefactæ. Off. 73 b, Nam pirata non est ex perduellium numero definitus: sed communis hostis omnium. pro S.R. 43 a, Quis prædo tam nefarius? pirata tam barbarus?

Piratica, cæ. *post quam.* 106 a, Is profectò egestate coactus piraticam fecisset.

Piraticvs, ca, cum. I.V. 250, 254, 255.

Pisæ, arum. *oppidum.* Qu. Fr. 310 a.

Pisavrvm, ri. *oppidum.* & Pisavrensis. de Cla. 189 b.

Piscator, oris. Offi. 63 b, Tum pythius piscatores ad se conuocauit ab iis petiuit, ut ante suos hortulos piscarentur.

Piscatvs, tus. de Fin. 69 b, piscatu, aucupio.

Pisciculvs, li. de N. 90 b, pisciculi parui.

Piscina, næ. *lacuna, in qua pisces viui seruantur.* Quint. Fra. 306, & Att. 172, & parad. 117 a. Magna vi aquæ usque ad piscinam publicam. Att. 22 b, Si mihi barbati in piscinis sint. Qu. fr. 321 a, Intelligo mirifica suauitate te villam habiturum piscina & salientibus additis, palæstra & sylua viriditate. L. Nervs.

Piscinarivs, a, um. *qui piscinis delectatur.* Att. 18 b, Beatos hoīes (hos piscinarios dico amicos tuos) non obscure nobis inuidere. & 20 a, Mihi verò vt inuideant piscinarii nostri, &c.

Piscis, scis. de Natura. 52 a, pisces, vt aiunt, oua cum genuerint, relinquunt. de Senect. 86 a, pisces hamo capiuntur. I.P. 94 a, Mensa extructa non conchyliis aut piscibus, sed multa carne, &c. de Nat. 48 a, pisces signum celeste.

Piscor, aris. Of. 63 b, Tum pythius piscatores ad se conuocauit, ab iis petiuit, vt ante suos hortulos postera die piscarentur.

Pisidæ, arum. *Pisidij populi.* de D. 80 b, & 99 b.

Pisidia, diæ. *regio.* de D. 99 b.

Pisidii, orum. *Pisida* de D. 85 b, Cilices, pamphylii, pisidii.

Pisistratvs, ti. *tyrannus clemens Athenis.* Att. 115 a.

Pistor, oris. *qui panem conficit.* I.P. 94 a, pistor domi nullus, nulla cella panis & vinum a propola atque. pro S. R. 41 a, mitto hasce artes vulgares, coquos, pistores, lecticarios, &c. de Fin. 69 b, Optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, &c.

Pistrinvm, ni. *locus ubi frumentum tundebatur mola trusatili* de Or. 89 a, Oratorem in iudicia & in conciunculas, tanquam in aliquod pistrinum detrudi & compingi uidebam. & 121 b, Tibi mecum in eodem est pistrino Crasse viuendum. Q. Fra. 302 b, Tradere aliquem in custodiam, vel in publicum, vel in pistrinum.

Pistrix cis. *cetus, belua marina.* in Ar. Fera pistrix. & 388 b, in Ar.

Spinifream subter caudam pistricis adhæsit.

Pitho. L. Svade.

Pitvita, tæ. *unus ex quatuor corporis humoribus, aquæ similis.* Tuscu. 160 a, Sanguis, bilis, pituita. & 213 b, Cum pituita redundat, aut bilis in corpore.

Pitvitosvs, a, um. de Fat. 141 a, In aliis locis homines sunt pituitosi, & quasi redundantes, in aliis exiccati atque aridi.

Pivs, a, um, *qui pietatem colit,* Offic. 70 a, Ipsi patriæ ducit, pios habere ciues in parentes. de Legi. 172 b, Deos piorum & impiorum habere rationem. pro Cor. 60 b, Nihil est aliud in fœdere, nisi ut pia & æterna pax sit. de Fin. 79 b, Nemo pius est, qui pietatem cauet. pro Sest. 3 b, pius dolor, & iusta iracundia. de Som. 128, Quare tibi publi & piis omnibus retinendus est animus in custodia corpo. is. pro S.R. 29 a, Orestes ne pius quidem sine scelere esse potuit.

☞ Syntaxis. *Pia & æterna pax.*

Placabilis, le. *exorabilis.* I.V. 127 b, Omnia habuit æquiora & placabiliora, quam animum iudicis. Atti. 229 a, Vt eo eo placabiliorem præbeas. Or. 199 b, Tu eos etiam quos contra statuis, æquos placabilesque dimittis. Att. 168 b, præbere se placabilem alicui. ad Her. 28 b, 38 a, placabilis, exorabilis. ℞. *implacabilis, inexorabilis.*

Placabilitas, tis. *clementia, lenitas, mansuetudo.* Officio. 18 a, Nihil magis & præclaro viro dignius placabilitate atque clementia.

Placandvs, a, um. Attic. 5 b, primum tibi de nostro placando, aut ét pene restituendo polliceor. de Ar. 258 a, Nostræ sunt inter nos irę discordiæque placandæ.

Placate, tius. *patienter, humaniter placidè.* Ep. 78 b, & 90 a, Omnia humana placate & moderate feramus. Ep. 90 a, Remissius & placatius quotidie aliquid facere.

Placatio, onis. *pax, venia* de N. 61 a, & de D. 116 a, Nostra ciuitas nū quam sine placatione deorum immortalium tanta esse potuisset.

¶ *Ad hęc, moderatio, tranquilitas.* Tuscula. 222 a, perturbatio animi, placatione abluatur.

Placatvs, a, um. *placabilis, pacatus tranquillus, quietus.* Att. 63 a, Nihil tā uidimus, nihil tam placatū, quantum erat frater meus in sororē tuā. Tus. 231 b, Sic animi quietus & placatus status cernitur. item: Alteros tibi iam placatos esse intelligo, alteros numq̄ iratos fuisse. Tus. 169 b, placatissima quies. de Fi. 63 b, placata, trāquilla, quieta, beata vita. Qu. de pet. 212 a, Tū, hi possunt abs te placati æquiq; discedere. pro Mar. 133 b, Dii uel placati iā, vel ét satiati esse dēt. post q. 198 a, Si mihi placata & tranquilla omnia fuissent. Or. 202 b, Res placatæ & minime turbulentæ. Offi. 35 a, Deos placatos pietas efficit & sanctitas. de N. 61 b, Tu Deciorum deuotionib. placatos esse deos cēset?

☞ Syntaxis. *Mitis & placatus homo in aliquem: Quietus & placatus animi status. Placata quies. Placata tranquilla, quieta, beata vita. Placatus æquusque. Placata, ac minime res turbulenta.*

Placentia, æ. *vrbs, & colonia Rom.* in L. Pisonem, apud Asconium pedianum.

Placentinvs, a, um. de Claritat. 170, & 180 a, T. Tinca placentinus. & in Anton. 182.

Placeo, es *non displiceo, satisfacio, arrideo. iucundus sum, videtur probatur, gratū est.* Attic. 235 b, Cum scripsissem ad Brutum de optimo ge

nere dicendi, non modò mihi, sed etiam tibi scripsit, sibi illud, quod mihi placeret, non probari: quare sine quæso quemque sibi scribere: suam cuique sponsam, mihi meam: suum cuique amorem, mihi meum: non scite. hoc enim Attilius poeta durissimus: item ibi. Mea mihi placebat, illi suum. de Orator. 110 a, Ego nunquam mihi minus quàm hesterno die placui. Attic. 149 b, Video tibi non probari, quæ ne mihi quidem placabant. Attic. 204 a, Expecto quid istis placeat de epistola ad Cæsarem. & 208 a, Volo Dolabellæ valde desidero placere, nec reperio quid. Quint. Frat. 310 a, Longilius mihi aiebat, se velle nobis placere. pro Do. 234 a, Nonne fieri poterat, ut populo de Cyprio rege placeret? de exulibus Byzantiis displiceret? Attic. 276 a, Hoc mihi in te placuit. de Off. 43 b, Quod scribere non auderem nisi idem placere Panætio. Ep. 256 b, Videbis, quid Lysoni, quid medico placeat.

Placet, bat, *citum est.* ad Herenn. 6 a, Ita nobis placitum est, vt scriberemus, &c. D. Brut. Epistola. 167 a, Cùm in his versarer angustiis, placitum est mihi, vt postularem legationem, &c. item: Placitum est mihi, ut Brundusium ducerem hanc copiam quam habeo mecum. Episto. 114 a, b, & Attic. 139 a, De prouinciis placitum est, vt coram Pompeio ageretur. pro S. R. 35 b, Si diis immortalibus placet. de D. 103 a, Vt doctissimis sapientissimisque placuit. & ibidem. Nam non placet Stoicis, &c. Acad. 25 a, Duo placet esse Carneadi visorum genera. de Fi. 54 b, Vtrum igitur percurri omnem Epicuri disciplinam placet? an, &c. item ibi. Igitur agam sic, vt ipsi autori huius disciplinæ placet. item ibi. Vt placet, inquã. Ep. 3 a, Itaque postridie placuit, vt breuiter sententias diceremus. de Or. 97 b, postea mihi placuit eoque sum vsus adolescens, vt explicarem, &c. pro Cluen. 32 b Canutio placuit repente iudices pronunciare.

Placide, *leniter placatè.* Orator. 205 a, placide sedateque loqui. in V. 126 a, Placide ferre aliquid. Tusculan. 184 b, placide & sedate ferre dolorem.

Placidus, a, um. *placatus, tranquillus.* Tusculan. 237 b, Semper in animo sapientis esse placidissimam pacem. & 211 a, placida quietaque constantia pro Cec. 190 a, Aliquẽ iratum placidum ac mollem. reddere. de Senect. 79 b, placida ac lenis senectus. de Ora. 125 a, Oratio placida, summissa, lenis.

☞ Syntaxis *Placidè, sedateque. Placida, quietaque constantia. Placidum ac mollem redere. Placida, summissa, lenis oratio.*

Placo, as. *lenio, mitigo, placatum efficio, reconcilio, expio, procuro.* Epi. 202 b, Is ad me Romam literas misit, ut te sibi placerē. I. C. 180 a, Quos ego non tam vlcisci studeo, quam sanare & ipsos placare reipub. in Anton. 213 b, Iam verò ipse se placabit & leniet prouinciæ Galliæ. de Finib. 58 a, Et animos quasi concordia quadam placet. ac leniat pro Dom. 241 b, Cum diuinum numen scelere violatum precib. placare cogeretur. pro Font. 280 a, Galli humanis hostiis deos placant. Tusculan. 179 b, Hæc dextera lernam terram mactata excetra placauit. pro Deiotar. 145 a, Nemo unquam te placauit inimicus, qui vllas resedisse in te simultatis reliquias senserit. de Leg. 174 a, Impius ne audeto placare donis irã deorum. Qu. fr. 300 a, Quoscunque de te queri audiui, quacunque potui ratione placaui. I. A. 225 a, Placa animũ & mitiga. de Nat. 3 a, Qua in causa beneuolos obiurgatores placare possumus. pro Dom. 222 a, placaui odia improborum pro Font. 283 b, placare animos iudicum.

Placor, ris. de N. 63 b, Quæ autem tanta eorum fuit iniquitas, vt placari pop. Ro. non possent, nisi uiri tales occidissent?

☞ Syntaxis. *Placere & lenire. Placarę & mitigare.*

Plaga, gæ. *vulnus, percussio.* I. V. 263 a, Dico mercedem vulnerisatque plagæ constitui nefas esse. Tuscul. 183 b, Qui bene instituti sunt, accipere plagam malunt, quàm turpiter uitare. de Natu. 15 a, Grauiorem plagam accipiebat ut leuiorem repelleret. Ep. 136 b. Hæc est leuior plaga ab amico, quàm a debitore. Tusculan. 187 a, Veniteq; plaga vehementior. pro Mure. 135 a, Illa plaga est iniecta petitioni tuæ maxima. pro Flac. 159 b, phrygem plagis fieri meliorem. I. V. 269 a, Crepitus plagarum. in Vatin. 33 a, Infligere plagam mortiferam alicui. pro Sest. 12 b, Imponere plagam insanabilẽ alicui. I. A. 212 a, Lu culentam tamen ipse plagam accepit. Or. 219 b, Sic nec oratio facit plagam grauem, nisi, &c.

¶ *Regio.* de Diuinatio. 114 b, Quod ante oculos est non vident, cœli scrutantur plagas.

¶ *Impulsio* de Fat. 144 b, Motus extra pondus & plagam, cùm atomus declinat interuallo minimo. & 149 b, Atomi vim quandam habens a Democrito impulsionis, quam ille plagam appellat, ab Epicuro grauitatis & ponderis.

¶ *Numerus multitudinis, retia.* L. Macula. I. V. 266 b, Si ex his laqueis te exueris, in illa tibi maiores plagas incidendum est. Ac. 37 a, Plagas ipsi cõtra se Stoici texuerunt. Offic. 65 b, Tendere plagas. Ep. 198 b, Conncere aliquem in alicuius.

☞ Syntaxis. *Plaga & vulnus. Plagam accipere, repellere. Plaga vemens maior. Plagam iniicere, infligere, imponere, facere.*

Plagiarius, a, um. *qui liberum hominem vendit, vel emit item qui seruum seruum vero domino auertit, fugam suadet, emit vendit vel non sciente domino. Fieri autem potest hoc, vt sit cognomen Licinii cuius, de quo loquitur Cicero.* Quint. Frat. 400 b, Licinium plagiarium cum pullo milui no tributa exigere.

Plagiosippus. ad Her. 34 a.

Plane, nius, issime. *claré, apertè.*)(*obscurè.* de Orator. 96 b, planè & lucide loqui. de Arusp. 249 b, & de Finibus. 94 a, plane & perspicue dicere aliquid. Epistola. 104 b, Quam planissime res illa scribi potuit. in Verr. 240 a, Apertissime & planissime explicare aliquid, pro Qu. Rosc. 52 a, planius & apertius dicam. Topicor. 222 a, Quo planius accipiatur. de Finibus. 66 a, Sed illud dixisti bene Latine parum plane. de Diuinatio. 128 b, Demosthenem scribit phalereus, cum Rho dicere nequiret, exercitatione fecisse, vt planissime diceret. in Pison. 90 a, Quod omnes leges planissime vetant. Ep. 26 a, De Ocella parũ plane ad me scripseras. de Fin. 52 a, Nam & complectitur verbis qđ vult, & dicit plane quod intelligam. I. A. 212 a, Gladiatorem appella vt appellant hi qui plane & Latine loquuntur.

¶ *Omnino prorsus.* de Clar. 184 a, Nec illi hoc planè atque omnino defuit. de Orator. 98 a, Neque omnino, &c. neque plane, &c. de Cla. 196 b, Quod iam propemodum. uel plane potius effecisti. de Clarit. 191 a, perfecte, planeque eruditus Atti. 110 b, Ænigma Oppiorum plane non intellexi. Attico. 39 b, Te rogo ut plane ad nos aduoles ad Attico. 205 a, Quod conuenisti, &c. fecisti plane bene de Orator. 94 a, Res penitus cognitæ, planeque perspectæ ad Heren. 30 b, Fieri potest, vt non plane par sit numerus syllabarum. Epistol. 40 a, Illud plane moleste tuli, quod videbam, &c. Epi. 105 b, plane enim intelligo, te, &c. Epistola. 5 b, & 21 a, Causa Alexandrina videtur ab illo plane esse deposita. Att. 128 b, Explicari mihi tuum consilium plane volo, vt penitus intelligam. de Leg. 166 b, Sed ego plane uellem me arbitrum inter eos datum.

☞ Syntaxis. *Planè & dilucidè. Apertè & planè. Planè & omnino. Propemodum, vel planè potius. perfectèque, planeque eruditus.*

Planetæ, tarum. *errantes stellę septem.* Tus. lib. 1, planetarum motus tarditate & celeritate dissimillimi.

Plangor, oris. *eiulatus, ploratus.* Orat. 209 a, plangore & lamentatione compleuimus forum. in Anton. 176 b, Tu diadema imponebas cum plangore populi, ille cum plausu reiiciebat. ad Her. 21 a, Fęmineus plangor.

Planicies, ei. *æquor, campus.* in Verr. 126 a, Quo in summo est æquata agri planicies. de D. 80 a, planicies magnitudoque regionum.

Planta, æ. *surculus, stirps.* de Sen. 88 a, Malleoli, plantæ, sarmenta, vites, traduces, propagines, &c.

¶ *Pes.* in Arat.

Hunc Orionis sub læua cernere planta. Serpentem poteris.

☞ Syntaxis. *Plangor & lamentatio. Æquata agri planicies.*

Planus, a, um. ssimus. *æquabilis*)(*montosus.* de Natu. 35 a, Duæ formę præstãtes sunt, ex solidis globus, ex planis circulus autor bis. pro Cæcin. 264 b, Æquus & planus locus. cont. Rul. 85 b, Capua planissimo in loco explicata. de Vniuer. 198 a, Si vniuersitatis corpus planum & æquabile explicaretur.

¶ *Apertus.* pro Sext. Ros. 27, Atque id obiicere, quod planum facere non possis. I. V. 73 b, & 269 b, Cum præsertim planum facere multis testibus possim, C. Verrem dixisse, &c. ad Herenn. 7 a, Se planum facturum, ab eo maleficium non abesse. Top. 229 b, Oratio plana & euidens.

☞ Syntaxis. *Æquus & planus locus. Planum facere facere.*

Planus, ni. *nebulo.* pro Clu. 32 a, Hic ille planus improbissimus, quæstu & iudiciario pastos.

Plasma, Attico. 149 b, Sed sit hoc πλάσμα, magnas habet certè copias. *aliter.* σάλπισμα.

Platalea, læ. *genus auis, quam Plateam uocat Plin.* de Natura. 50 b, Legi etiam scriptum esse auem quandam, quę Platalea nominaretur: eam sibi cibum quærere aduolantem ad eas aues, quæ in mari mergerent.

Platanus, ni *arbor.* de Orator, 87 a, platanus, quæ ad opacandum aliquem locum patulis sit diffusa ramis. de Diuinatio. 121 b, Sub platano umbrifera, &c.

Plateæ, arum. *oppidum.* Offi. 13 a, Hinc rhetorum campus de Marathone, Plateis, &c.

Plato. onis. de Optim. 144 a, diuinus autor Plato. de Diuinat. 97 a, & 96 b, Platonis in cunis paruulo dormienti apes in labellis consederunt. responsum est, singulare illum suauitate orationis fore de Cl. 175 b, Quis vberior in dicendo Platone? Iouem sic, ut aiunt philosophi, si Græce loquatur, loqui. Orator. 197 b, Ille non intelligendi solum, sed etiam dicendi grauissimus autor & magister Plato. Orator 202 b, Longe omnium quicunque scripserunt, aut locuti sunt, & copia dicendi, & grauitate princeps Plato. Tusculan. 152 b, Aristoteles longe omnibus (Platonem semper excipio) præstans ingenio. de Natura. 32 a, plato quasi quidam Deus philosophorum. Attico. 63 b, Deus ille noster Plato in πολιτείᾳ. Quint. Fra. 295 b, princeps ingenii & doctrinæ Plato. Tusculan. 356 a, Errare mehercule malo cum platone, quàm cum istis vera sentire, & ibidem, Ego quoque eum ipse non inuitus errauerim. de Cl. 181 b, Plato mihi vnus erat instar omnium. *Antimachi poeta.* Orator. 203 a, platonis locutio potius poema putandum, quàm comicorum poetarum Academic. 47 b, platonem ex Academia vetere numeramus: cuius in libris nihil affirmatur, & in utramque partem multa disseruntur: de omnibus quæritur, nihil certi dicitur. pro R. P. 156 a, Plato iniquitate Dionysii Siciliæ tyranni, cui se ille commiserat, in maximis periculis insidiisque versatus est. Orator. 200 b, plato exagitator omnium Rhetorum. ibidem. 203 a, De Oratione platonis & Democriti. de Orator. 144 a, pro platone. de Legibus. 184 a, Contra platonem. de Orator. 104 a, & 104 b, In illa commentitia platonis ciuitate. de Natura deorum primo, plato in Timæo & in Legibus, mundum Deum esse ait, & cœlum, & astra, & terram, & in animos, & eo. quos maiorum institutis accepimus. Tusculan. quæstio. lib. 1. plato pro immortalitate animę tot rationes attulit, vt velle ceteris, sibi certe persuasisse videatur. 1, Fa. plato quantum in repub. contendendum existimaret. ibidem,

dem, Cur Rempub. non attigerit. 1. ad Quintum Frat. Plato quãdo Respub. fore beatas putauerit. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. Plato ex materia in se omnia recipiente, mũdum esse factum censet a Deo sempiternum. de Finibus lib. 2. Plato in musicis, geometria, numeris, astris se contriuit. de Finibus libro 5. Plato beatum dicit, cui in senectute contigerit, vt sapientiam, veraſque opiniones assequi possit. 2. de Legibus. Plato eadem dicit de immortalitate animorum, & reliqua post mortem tranquillitate bonorum, pœnis impiorũ. Academic. quæstio. edit. 2. libro 1. Plato in ideis seu speciebus diuinum quiddam esse dixit. Tuscula. quæst. libro 1. Plato iram & cupiditatem, duas partes animi locis disclusit: iramque in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit. 1. de Legib. Plato, Crete, cum Clinia & Lacedæmonio Megillo, æstiuo die in cupressetis Gnosiorum & spatiis syluestribus, de institutis rerum publicarum, ac de optimis legibus disputat. Officio. 1. Plato Syracusium Dionem erudiuit. Orator. Plato omnium Rhetorum exagitator, vnum Isocratem mirabatur. 3. de Orator. Plato Dionem Syracusium omnibus doctrinis expoliuit. 1. de Legib. Plato sic fecit, quem tu admiraris, quẽ omnibus anteponis, quem maximè diligis. Tusculan. quæst. lib. 1. Plato triplicem finxit animam. Tuscula. quæstio. libro 2. Plato poetas è ciuitate, quam finxit, eduxit. Diuinatio. lib. 1. Plato iubet sic ad somnum proficisci corporibus affectis, vt nihil sit, quod errorẽ animis perturbationemque afferat. de Natura deorum. 1. Plato Aristotelis magister. 3. de Orator. Plato non linguæ solum, sed etiam animi ac virtutis magister. de Senectute. Plato vno & octogesimo anno scribens mortuus est. de Natura deorum. 1. Plato in Timæo patrem huius mundi nominari negat posse: in legum autem libris, quid sit omnino Deus, inquiri oportere non censet. Diuina. lib. 1. Plato negat sine furore quenquam poetam magnum esse posse. 1. de Orato. Plato oratores irridens, summus ipse orator est. Tusculan. quæstio. lib. 1. Plato principatum animæ, id est rationem, in capite sicut in arce posuit. 1. de Orat. Plato in geometria & musica præstantissimus. Tusculan. quæst. lib. 1. Plato ægritudines, iras, libidinesque semotas à mente & disclusas putat. Tusculan. quæstio. lib. 1. Plato nihil putat esse, quod oriatur & intereat. Tusculan. quæst. lib. 1. Plato id solum esse putat, quod semper tale sit. *id est, quod æternum est, neque mutabile neque corruptibile.* 2. de Legibus. Plato iusta funerum reiicit ad interpretes religionum, quem nos morem tenemus. Acade. quæst. edi. 1. libro 2. 16. Plato perfectissimam disciplinam reliquit, peripateticos & Academicos. Academic. quæstio. edit. 2. li. 1. Plato Speusippũ, sororis filium, philosophiæ quasi heredẽ reliquit. 3. de Leg. Plato. Titanum è genere statuit eos, qui, vt illi cælestibus, sic hi aduersentur magistratibus. 1. ad Quint. Frat. Plato Sardianus, Epicureus. Tusculan. quæstio. lib. 1. Plato de animorum æternitate non solum sensit idem quod Pythagoras, sed rationem etiam attulit. 2. de Legib. Plato vir doctissimus, idemque grauissimus, omniumque princeps de republica cum scripsit, idem & separatim de legibus eius scripsit. Acad. quæst. edit. 2. lib. 1. Plato varius & multiplex & copiosus fuit. C. Plato Atheniensis Tarentum venit, L. Æmilio, App. Claud. Coss. 2. de Leg. Plato sepulchrum altius vetat extrui, quàm quod quinque diebus absoluerint, nec è lapide excitari plus, nec imponi, quã quod capiat laudem mortui incisam quatuor heroicis versibus. Acade. edit. 1. lib. 2. Plato omne iudicium veritatis, ve itatem ipsam, abductam ab opinionibus & à sensibus, cogitationis ipsius & mentis esse voluit. de Natura deorum. 1. Plato sine corpore vllo Deum vult esse, vt Græci dicunt ἀσώματον. Diuinatio. lib. 1. Plato & Socrates, vt rationem non redderent, authoritate tamen reliquos omnes philosophos vincerent. Academ. quæstio. edit. 1. li. 2. Plato & Socrates tollendi ex eorum numero, qui negarunt quicquam sciri aut percipi posse. Orator. Platonis amplitudo Aristotelem a scribendo non deterruit. Orator. Platonis frequens auditor Demosthenes. 10. ad Attic. Platonis de tyrannis auguria. 2. de Leg. Platonis summi viri authoritas de sepulchris, a quo funerum sumptus præfinitur ex censibus, a minis quinque vsque ad minam. Academ. quæst. edit. 2. lib. 1. Platonis authoritate, vna & consentiens duobus vocabulis philosophiæ forma instituta est, Academicorum peripateticorum. de Natura deorum. 2. Platonis discipulus quidam Pamphilus, cuius auditorem se fuisse Sami dicebat Epicurus. de Natura deor. 1. De Platonis inconstantia longum est dicere. de Leg. Platonis leges de sepulchris ex agro culto non sumendæ. Tusculan. quæstio. li. 1. Platonis liber qui est de animo. *is alio nomine Phædon dicitur.* 3. de Orat. Platonis libri mirabiliter scripti. de Natura deor. 1. Platonis de Timæo Deus opifex, ædificatione mundi. de Orato. Platonis oratio funebris quotidie certo die Athenis recitabatur. 2. de Leg. Platonis oratio omnis de legibus perorata vno æstiuo die. ad Attic. 1. Platonis politia. de Natura deorum. 1. Ex eadem Platonis schola ponticus Heraclides. 9. Fami. Platonis verecundia. 2. de Leg. Platonis prorsus assentior ne ægri conficerentur. 2. de Legib. Platonis assentior, nihil tã facilè in animos teneros ac molles influere, quam varios canendi sonos. 3. de Leg. Platoni nostro placet musicorũ cantibus mutatis, mutari ciuitatum status. pro R. P. Virum vnum totius Græciæ facilè doctissimum Platonem. 1. Fam. Apud Platonem nostrum scripta diuinitus. Tuscula. quæstio. lib. 5. Apud Platonem sæpe hæc oratio vsurpata est, vt nihil præter virtutem diceretur bonum. 2. de Legi. Platonem audiant impii, qui vetat dubitare, qua sint mente futuri Deos, quando aliquid ei ab impiis donatur, cum vir nemo bonus ab improbo donari velit. Offi. 1. Equidem & Platonem existimo, si genus forense dicendi tractare voluisset, grauissime & copiosissime potuisse dicere. Tus. q. li. 1. Platonem ferunt, vt pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse, & in ea cum alios multos, tum Architam Timæumque cognouisse, & didicisse pythagorea omnia. de Natu. deo. 1. Platonem auunculum Speusippus subsequens. 1. Fam. Platonem ego authorem vehementer sequor. * de Or. 89 a, Quo in libro in hoc maxime mirabar Platonem, qui mihi in oratoribus irridendis ipse esse summus orator videbatur. }

Platonici, corum, pro Mur. platonicorum disciplina.

Plaudendo, I. A. 207 b, Att. 251 b. populus Romanus manus suas nõ in defendenda libertate, sed in plaudendo consumit.

Plaudens, tis. Q. Fr. 309 b, Diis hominibusque plaudentib. Tus. 242 b, Quod quidem me plaudente dicit.

Plaudo, dis. *assentior approbo plausum alicui do, vel tribuo.*) *(reclamo.* Att. 34 a, Inimici erant equitibus, qui Curioni stantes plauserunt.

Plauditur, Attico. 34 a. Huic ita plausum est, vt salua repub. Pompeio plaudi solebat. ibidem. 119 a, Ne victoriæ quidem plauditur. *aliter, proditur.*

Plausibilis, le, I. V. 57 a, Censorium nomen iam populare atque plausibile factum est. Tusc. 201 b, Tantum admonebo, quoniã hæc plausibilia non sunt, vt in sinu gaudeant.

Plaustrum, stri. *plostrum currus.* de D. 92 b, Se interfectum in plaustrum a caupone coniectum esse. *bis.*

Plausus, *sus. applausio, admurmuratio, vox, clamor fidicis, testimoniũ, studium populi spectatorum.* I ul. a 2 9 Qui nec plausum, nec lucrũ quærunt. & 2 98 b, plausum captans. c. 34 a, Cæsarem vbi venisset mortuo plausu, Curio filius est insecutus. Attic. 53 b, Cùm populus ei nomine plausum dedisset. de Senectute 90 b, Quibus a cuncto consessu plausus est multiplex datus. Attic. 53 a, Huic plausus maximis impetiatur. Atti. 53 a, plausu maximo cùm esset mihi gratulatio significata. Attico. 224 a, tu causa fœdissima plausus quærere. Attico. 1510, præsertim tantis plausibus, tanta approbatione infimorum. Attico. 274 b, Maximo clamore & plausu in rostris collocatus sum. Quintum Fratr. 380 a, illi plausus, qui Miloni quodammodo nobis videtur dari. de Ar. 256 a, Qui eius effrenatos plausus etiam persequebantur. *aliter, prosequebantur.* pro Sest. 25 b, Magnus ex omnibus spectaculis plausus excitatus. de Diuinat. 93 a, Idque frequentissimo theatro, incredibili clamore & plausu comprobatum est. in Anton. 176 b, Tu diadema imponebas cum plangore populi, ille cum plausu reiiciebat. de Diuinat. 120 a, Galli cantu plausuque premunt alas.

☞ Syntaxis. *Mortuo plausu venire. Plausum dare, impertire alicui. Clamor & plausus. Excitatus plausus. Gallorum plausus & cantus.*

Plautus. *Poeta Romanus, is mortuus est P. Claudio, L. Portio. Coss.* de Cl. 176 a, Plauti locos reprehendas. ad Her. lib. 2.

Plebecula, læ. Attic. 25 a, Misera & ieiuna plebecula. & 257 b, plebecula vrbana.

Plebeius, a, um. pro Sest. 6 a, Vestitu asper, purpura illa plebeia ac penè fusca. Epist. 139 a, Veruntamen quid tibi ego videor in epistolis? nonne plebeio sermone agere tecum? & ibidem, Quid tibi venit in mentẽ, negare papyrium quenquã vnquam nisi plebeiũ fuisse? fuerunt enim patricii minorum gentium. Tusc. 159 b, Licet cõcurrant plebeii omnes philosophi: sic enim hi, qui a Platone & Socrate & ab illa familia dissident, appellandi videntur.

Plebes, bis. *plebs.* de Leg. 185 b, plebes quos pro se contra vim auxilii ergo decem creassit, tribuni eius sunto.

Plebicola, læ. *popularis.* contra Rullum. 83 a, plebicolæ tribuni. & pro Sest. 28.

Plebiscitum, ti. *id est populi scitum, tribunitia rogatio.* de Orat. 126 b, plebiscitis multotiens consularem dignitatem minui. de Finib. 75 b, P. Scæuola, trib. pleb. tulit ad plebem, vellentne de ea re quæri, quo plebiscito decreta a Senatu est cõsuli quæstio Cn. Scipioni. ad Her. 5 b, Ex plebiscito vetari facere aliquid. pro Dom. 222 a, Hoc plebiscitum est? hæc lex? hæc rogatio est?

Plebs, bis. *plebes, vulgus, turba, infima multitudo.* de Cla. 169 a, Cum plebs prope ripã Anienis consedisset. Tusc. 171 a, In Hyrcania plebs publicos alit canes, optimates domesticos. Att. 53 a, Gradus templorũ ab infima plebe cõpleti erat. p Mil. 120 a, plebs & infima multitudo.

Plector, ris. *punior.* de Ora. 135 a, Aemilius fecit, plectitur Rutilius. pro Clu. 19 b, Et sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia ponatur. de Am. 11 a, Cùm multis in rebus negligentia plectimur tum maximè in amicis deligendis. Off 38 a, Iura igitur plectimur. de Legib. 193 a, Vt in suo vitio quisq; plectatur, vis capite, auaritia, mulcta, honoris cupiditas ignominia sanciatur. Off. 18 a, Cauendum est, ne iisdem de causis alii plectantur, alii ne appellentur quidem. epist. 180 a, Plecteris ergo, inquiunt.

☞ Syntaxis. *Culpa plectitur sine inuidia. Negligentia plecti, iure, in suo vitio.*

Plectrum, ctri. *instrumentum, quo citaredi chordas lyræ plectunt, id est, percutiunt.* de Nat. deo. 56 a, Itaque plectri similem linguam nostri dicere, chordarum dentes.

Plene. *planè perfectè cumulatè.* de Diuin. 108 b, Quæ si plenè esset, cumulateque perfecta, de diuinatione ingressi sumus dicere, &c. Offi. 10 a, Quoniam viuitur cum perfectis hominibus planeque sapientibus. Q. Fr. 297 b, Si hoc plenè vitare non potes. de Cla. 105 a, perfecta planeque eruditos.

Plenitudo nis. *magnitudo.* ad Her. 30 b, Cum in altero longior aut longiores, plenior aut pleniores syllabæ erunt, vt longitudo aut plenitudo harum multitudinem alterius exæquet.

☞ Syntaxis. *Planè, cumulateque perfectus. Planè sapiens homo perfecte planeque eruditus.*

PLENVS, a, um, nior, ssimus. *refertus, confertum, completus, repletus, expletus, frequens, frequentatum, redundans, affluens, cumulatus, integer, perfectus.*)(*inanis, exilis, mollis.* Academ. quæst. 19 b, Leucippus plenū & inane dixit esse, &c. I.V. 115 b, Domus plena cælati argenti optimi, multæque stragulæ vestis, preciosissimorumque mancipiorum. pro Pomp. 10 a, portus plenissimos nauium. pro Font. 276 b, Referta Gallia negociatorum est, plena ciuium Romanorum de Cla. 174 b, per acutum & artis plenum orationis genus. Tuscula. quæst. 241 b, Omnia honesta plena gaudiorum sunt. Academ. 28 b, Turpissimum est, & plenissimum temeritatis. post quam. 206 b, Somni, stupri, vini plenus. de prouin. 73 a, Quis plenior inimicorū fuit C. Mario? Epistola 179 b, Homo plenus officii. in Verr. 226 b, Ornamentis fautorum plena domus, villæ refertæ. Epistol. 262 b, Itaque habui noctem plenam timoribus. pro Sest. 7 b, Ociosa vita, conferta, & plena voluptatibus. de Senect. 77 a, Vir fide plenus. Epistol. 155 a, Literæ grauissimis verbis sententiisque plenæ. Academ. lib. 2, Alabaster plenus vnguenti, Nonius. de Orato 88 a, Deinceps omnia plena cō siliorum, inania verborum videmus. & 90 a, Orator plenus & perfectus is est, qui de omnibus rebus possit variè & copiosè dicere. Officio. 1 a, Orationem autem Latinam profecto legendis nostris efficies pleniorem. de Offic. 13 a, Ea natio quomodo quasi pleniore ore laudamus. Attico. 45 a, Ex tuis literis plenus sum expectatione de Pompeio. de Clar. 175 b, Nemo plenior & vberior ad dicendum fuit. de Orat. 144 b, Antonium iuniorem, Crassum pleniorē aut feruentiorem audiui. de Cla. 192 b, Subsellia grandiorem & pleniorē vocem desiderant. Epistola. 194 a, Ingredi pleno gradu. ad Har. 50 b, Syllaba longior & plenior. de Orat. 147 a, E plenum. ad Hereno. 22 a, perfecta & plena argumentatio. de Finibus. 114 b, Perfecta & plena sententia.)(*curta.* de Somn. 127 a, Numerus plenus. Tuscula. 241 b, Ex perpetuis plenisq; gaudiis vita beata existit. pro Mil. 106 a, Vt haberet plenum atque integrum ad præturam gerendam. de Orato. 111 a, Quid plenius, quàm omni genere cumulata oratio? Ora. 212 b, Si & plenum est, sit imminutum. de Diuinat. 114 b, Iecur plenum.)(*Iecur exile.*

☞ Syntaxis. *Peracutum & artis plenum orationis genus. Turpissimum & plenissimum temeritatis. Stupri plenus. Inimicorum plenus, officij. Confertum & plenum ornamentis. Alabaster vnguenti plenus. Orator plenus & perfectus. Ad dicendum plenus & vberior. Plenior & grandior vox. Pleno gradu ingredi. Pleno ore laudare. Plena sententia, numerus, gaudium, &c.*

PLERA, *pro pleraque.* de Legib. lib. 3, Minores magistratus partiti iuris plures in plera sunto.

PLERIQVE, pleræque, pleraque, *maior pars.* in Anton. 212 a, de Natura 36 b, Vt plerique dicunt physicæ rationis ignari. de Orato. 97 a, Est enim magni laboris, quem plerique fugimus. Ep. 77 a, pleraque eorum quibus cum viuo necessario. de Inuen. 66 a, partes generum pleræque. Tuscul. 216 a, Pleræque quæstiones. de Fin. 127 a, Theophrastum adhibemus ad pleraque. Ora. 204 b, pleraque ex illis conuenient huic tenuitati.

PLERVMQVE, *magna vel maiore ex parte, maiore parte, magnam partem, maximam partem, persæpè, ferè, maiorem partem.* Academ. quæst. 5 a, de Diuin. 111 a, Fortuita sunt, quæ plerunque, non semper eueniūt, & 107 a, Aut semper, aut plerunque. de Clar. Ora. 167 b, Sententia aptis constricta verbis cadit plerunque numerosè. ad Att. 76 b, Multis locis iam tectum quidam accipio, & in tabernaculo maneo plerūque. de Fin. 59 b, plerunque improborum facta primò suspicio insequitur, deinde sermo & fama, tum, &c. Epist. 229 a, Ego autem tribuo nonnunquam in vulgus, sed plerunque necessariis, vt hoc tempora. Offi. 20 a, Fortis animus & magnus in homine non perfecto, nec sapiente, feruentior plerunque est.

☞ Syntaxis. *Id plerunque non semper fit.*

PLORATVS, tus. *plangor, eiulatus.* Tuscu. 179 b, Edere ploratum.

PLORO, as. *ploratum edo.* pro Do. 224 b, Senatum pro me plorare & supplicare prohibuerunt. Att. 242 a, plorando fessus sum.

PLOSTRVM, stri. *plaustrum.* I.V. 86 b.

PLVIT, bat. *imber effunditur.* de Di. 220 b, Sanguinem pluisse Senatui nunciatum est. Top. 224 a, pluuia, & pluendo coniugata.

PLVMA, mæ. de Fi. 94 a, plumæ versicolores columbis. de Na. de. 50 a, pluma alitem his squama videmus obductas. in Ara.

Quem rutilo fulgens pluma prætervolat ales.

Att. 133 a, Coss. qui pluma aut folio facilius mouentur.

PLVMATVS, a, um. *pennatus.* de Na. 48 b.

Extremos vsum plumato corpore tauros. in Arat.

PLVMBEVS, a, um. *hebes, rudis, obtusum.* Tusc. 163 a, Nisi planè in physicis plumbei sumus. de Fin. 117 a, O plumbeum pugionem. Atti. 10 b, Cum illum plumbeo gladio iugulatum iri diceret.

PLVMEVS, a, um. *plumis refertus.* Tusculan. 200 b, Collocemus in culcita plumea.

PLVRIMVM. *multum.*)(*minimum.* de Inuen. 62 a, Zeusis muliebri in corpore pingendo, plurimum aliis præstabat. Episto. 6 a, Alienum mihi, vt plurimum diligam, facere necesse est. par. 225 a, Vt quisq; quod plurimi est possidet, ita ditissimus habendus est. pro S.R. 19 b, Qui apud me dignitate plurimum possunt. de Inuent. 47 b, Habere plurimum dignitatis. de Orat. 95 a, Vt in quoque oratore plurimū est, ita maxime is pertimescit. de Orat. 67 a, Caput est quàm plurimum scribere. pro R.P. 28 b, An tum credebat inductus vsuris, vt haberet quam plurimum?

* PLVRIMVS, a, um. I.V. 144 a, plurimam vestem.}

☞ Syntaxis. *Vt in quoque oratore plurimum est, ita is maximè timet.* Ille plurimi est, habet plurimum, &c.

PLVS, ris, plures, plura. *magis, amplius, præter, vltrà, ante.* Attic. 92 a, pompeium me hercule plus plusquam in diem diligo. de Finibus 221 a, Alter valet plus quotidie, alter videt. de Inuen. 66 a, Nam sæpe virtus, &c. plus proficit ad misericordiam quàm humilitas, &c. Attic. 100 b, Tantum, & plus etiam. de Orat. 85 a, Nec authoritate quisquam apud me plus te valere potest. Attic. 123 b, Caue putes hoc tempore plus me quenquam cruciari quòd &c de Natura. 2 a, Fieri non potest, vt plus vna vera sit. Academ. 20 a, Sentio in columba plures videri colores, nec esse plus vno. Attic. 162 a, Ego te animo plus diligo. Epistola 217, Affuit, sed non plus duobus aut tribus mensibus. de Natura. 21 a, Molestum est, vno digito plus habere. Ora. 204 a, Nec plus vno. pro Sex. Rosc 30 b, Nunquam Romæ plus triduo fuit. Attic. 143 a, Dimidio plus scripsit Clodia. in Verr. 164 b, Addecitur medimnum M M. dimidio fere pluris quam anno superiore. pro Sest. 21 b, Tribunum plebis plus viginti vulneribus acceptis iacentē vidistis. pro Quin. 7 a, At tecum anno plus vixit. ad Heren. 25 a, Quisquis enim audierit de arte paulo plus, oīa videre poterit. de Amicitia. 107 a, Neque verendum est, ne plus æquo quid amicitiæ congeratur. Att. 195 a, Non plus annum possumt assequi, quod volo. ibidem. 68 a, Vt hoc nostrum desiderium, ne plus sit annuū. ibidem. 95 b, Hoc est, non plus annum obtinere prouinciam? Tuscula. 182 b, Ferre plus dimidia mensis cibaria. de Legib. 157 a, Alius alio plus habet virium. de Inuen. 58 b, Velit autem pecuniæ plus habere. pro Sest. 27 b, Nemo Carthaginiensium pluris fuit Annibale, consilio, virtute, rebus gestis. Attic. 80 a, & 254 a, Quod pluris est, quam omnia. Topicor. 228 a, Eloquentia pluris est, quàm iuris ciuilis scientia. de prouin. 71 b, Qui hoc etiam se pluris esse quàm collegam putat, quod, &c. Officio. 32 b, Considerate agere pluris esse, quàm cogitare prudenter. Attic 195 b, Mihi conscientia pluris, quàm hominum sermo. pro Quin. Rosc. 50 b, Ager nunc multo pluris est, quàm tunc fuit. in Anto. 207 a, Hic pluris habetur, quàm L. Trebellius. de Natura. 64 b, Arrogantis est, pluris se putare quàm mundum. epist. 252 b, pluris putasse quàm alios. parad. 125 a, Hæc pluris æstimāda sunt, quam illa, &c. Epistola 32 b, Ex quo tempore tu me diligere cœpisti, quotidie pluris feci. de Arusp. 244 b, Itaque cum nunquam à me esse accusandum putaui, non plus quàm stipitem illū, qui, &c. de Diui. 203 a, Alii quos prudentes possumus dicere, diuinos nullo modo possumus, non plus quàm Milesium Thalē, qui, &c. pro Clu. 41 b, Hoc pluribus verbis dicere non debeo. pro Pom. 7 a, Nō possunt in ciuitate multi sua amittere, vt non plures secum trahant. ad Heren. 30 a, Qui cum plus in assent, paucis nobis exæquari nō potuerunt. epi. 3 a, perspiciebātur in Hortēsio insignia multis partibus plures iteros. de Inu. 53 b, Hoc non plus quàm in duas partes posse distribui. pro 0. 229 a, Verba ne plus, an sententiæ valere debeant. Atti. 98 b, Neuter quempiam omnium pluris facere videtur, quàm me. & 118 a, Facio pluris omniū hominū neminem. Offi. 55 b, Pluris putare quod vtile videatur, quàm quod honestum, turpissimum est. de Leg. 169 a, Ego verò cum licet plures dies abesse, amœnitatē hanc sequor. de Leg. 182 a, Hoc plus, inquit, Ne rogum facito.

☞ Syntaxis. *Plus plusque in dies te diligo. Tantundem, & plus etiā. Nemo plus te diligo. Vno digito plus habere, molestum est. Anno plus vixit. Non plus æquo cupis. Non plus annum assequar. Qui se, ne plus sit annua prouincia. Id pluris est quam omnia. Pluris se putare, æstimare, quæ. Hoc plus. Ne rogum facito.*

PLVRES, *pro pluris, teste Charisio.* Plures venit.

PLVSCVLVM *paulo plus.* Epist. 67 b, Amorique nostro plusculum etiā quàm concedit veritas, largiare. de Or. 117 b, Causæ, in quibus plusculum negocii est. *id est, paulo plus.*

PLVSQVAM. *vltrà quàm, amplius ante.* pro Fl. 48 a, Græci semper accusatori plusquam ad rogatum respondent. de Orat. 94 a, Istaque existimat plusquam ipsam artem posse prodesse.

PLVTARCHA, *sigilla.* L. PVTEAL.

PLVTEA, *æ, locus in Sicilia.* I.V. 191.

PLVTO, onis. *Dis pater, orcus.* de Natu. 68 a, Dis apud Græcos πλούτων. L. DIS.

PLVTONIA. de D. 97 a, Mortifera, Plutonia terra in Asia.

PLVVIA, uiæ *imber.* Att. 146 b, Equidem etiam pluuiam metuo, si prognostica nostra vera sunt: ranæ enim ῥητορεύουσιν.

PLVVIVS, a, um. pro Mor. 120 a, Tectis vt aquæ pluuiæ arceantur. Top. 224 a, Aqua pluuia nocens.

POCVLENTVS, a, um. *quod in potum sumi potest.* de N. 54 b, Ea pars oris, qua esculentis & poculentis iter natura patefecit.

Portus, tus. *locus in littore tutus ab omni tempestate, perfugium.* Epi. 15. In nauigando tempestati obsequi artis est, etiam si portum tenere non queas. I. V. 287 b, Insula quae duobus portubus cincta in vtriusque portus ostium aditumque, proiecta est. pro Pomp. 6 b, publicanorum familias, quas in portubus & custodiis habent. pro Pomp. 10 a, Portus Caietae celeberrimus & plenissimus nauium. pro Fla. 158 b, Regio, quae mari cincta, portubus distincta, insulis circumdata esset. de Sen. 98 a, Quo propius ad mortem accedo, quasi terram videor videre, aliquandoque in portum ex longa nauigatione esse venturus. I. V. 143 b, Canuleius, qui in portu Syracusis operas dabat. item ibid. portum esse & scripturas eadem societas habebat. pro Mu. 224 b, In portu ne alio nunc hi, & portu soluere. In Prou. 75 a, Portus tutus & clausus. pro Planc. 279 a, Tutus & tranquillus portus. Att. 276 a, & I. V. 267 a, Et fugae portus erat in suis castris & subsidium salutis in suo exercitu. pro Cec. 304 a, Exilium est perfugium portusque supplicii. Tusc. 174 b, portum paratum nobis & perfugium putemus. de Ora. 107 b, Sed tanquam portum aliquem expecto, illam quam tu times solitudinem. Att. 150 b, Ab vtroque portus cornu moles iacimus. Off. 35 b, Moles opposita fluctibus, portus manualas. Off. 38 a, Nationum portus erat, & refugium senatus.

☞ Syntaxis. *Portus & perfugium. Portus & refugium.*

Posco, scis. *peto, flagito, requiro.* pro S. R. 48 a, Audaciae partes Roscii sibi poposcerunt. pro Plan. 269 a, Sic ego hoc corrigendo, membra cuiuscunque tribus rationem poposcerit, reddeturum. I. V. 97 b, Ille inuentus est, qui parentes precium pro sepultura liberum posceret. & 85 a, Magistrum Sicyonium nummos poposcit. Tusc. 191 b, Vt enim in Academiam nostram descendimus, poposci eorum aliquem qui aderant, causam disserendi. I. V. 207 b, Attic. 205 b, Non debebam ego abs te literas poscere. I. V. 132 a, Si hoc a me non, prouincia poposcisset. Attic. 21 b, Ac si popoposcisset, ego me tibi non offerebam. de Orat. 87 a, Tum crassum puluinos poposcisse. I. V. 56 a, Poscere, postulare efflagitare. in Verr. 259 a, Non desiderare solum, sed etiam poscere & flagitare.

Positio, *situs.* pro Flac. 159 a.

Positus, a, um. *situs, locatus.* cont. Rul. 85 b, Roma in montibus posita. pro Pom. 14 b, Insula Delos in Aegeo mari posita, & 9 b, Nulla res in vsu militari posita, quae huius viri scientiam effugerit. Para. 126 a, Qui possessiones incertas atque in casu positas habent. Att. 263 a, In te positum est, vt nostrae sollicitudini finem quamprimum facere possimus. pro Qu. 1 b, Illi quorum vita in alterius manu posita est. de Orat. 92 b, Id si difficile nobis est, sit tamen in re positum atque natura. Quin. Fr. 269 a, Hoc non est positum in labore aliquo, sed in quadam animi inductione & voluntate. postquam. 194 b, Atque id non in ipsius, sed in aliorum voluntate positum est. Att. 231 b, Omne consilium in fortuna positum videtur. Orat. 199 a, Fortunae omnes Graeciae in eo positae non sunt. contra Rull. 70 b, Ceteri hi sunt, qui in spe huius legis positi sunt. Attic. 279 a, potentia in vi posita est & armis. pro Flacc. 146 b, Totum statum ciuitatis, & omnem spem, &c. 397. in iudicio positum esse & defixum. de Orat. 101 a, Omnia enim sunt posita ante oculos, collocata in vsu quotidiano. pro Cecinna. 291 a, Illi habere posita, quae ab aduersario non negatur Caecinam pulsum esse, &c. de Ora. 188 b, Atque simul atque positum est, arripitur. de Fin. 66 a, quo posito atque approbato, &c. de Fin. 64 b, Hoc positum in Phedro a Platone probauit Epicurus. de Leg. 163 a, Ius in natura positum est. de Din. 49 b, portentorum vim verba ipsa prudenter a maioribus posita declarant: quae enim, &c. Ora. 198 a, positum sit igitur in primis, quod post magis intelligetur, non posse effici quenquam eloquentem. ad Her. 13 b, Hoc in aperto delicto positum est. I. C. 119 b, Vt aliqua in vita formido improbis esset posita. Att. 1 a, Hermathena tua posita ita belle est, vt totum gymnasium solariorum esse videantur. Off. 11 a, Quod ab Ennio positum in vno sententia multas potest. I. V. 145 a, Aedilitas alicui data, recte collocata, & in loco posita. Ep. 451 b, Vt in eo fortunas omnes meas positas putem. 252 a, Quasi in eo, mihi sint omnia.

☞ Syntaxis. *Incertum, & in casu positum. In te positum est, vt. Vita, quae in tua manu posita. Hoc non est positum in aliquo labore, sed in quadam animi inductione & voluntate. in tua voluntate positum. Positum & defixum. Positum ante oculos collocatumque in vsu quotidiano. Ponamus igitur in primis. Hoc in aperto delicto positum.*

Possessio, onis. *ius possidendi.* de Diu. 184 b, Antiquiorem Deiotaro fuisse laudem & gloriam, quam regnum & possessiones suas. Offi. 90 a, Annorum possessionem mouere, quum putabat. cont. Rul. 81 b, Epi. 104 b, Si me audies, has paternas possessiones tenebis. pro Q. 17 a, Bonorum possessio spectatur non in aliqua parte, sed in vniuersis quae teneri & possideri possunt. de Orat. 153 a, & a iure ciuili surculo defringendo vsurpari possessionem amissam. & ibi, Recuperare possessionem amissam. In Or. 154 a, Possessio quasi caduca atque vacua. Par. 235 a, possessiones vacuas recordari. cont. Rull. 68 b, Vtrum hanc syluam in relictis possessionibus, an in censoriorum pascuis inuenisti? cont. Ru. 79 b, Decedere de possessione. I. C. 108 a, Aliquid de possessione detrahere, ac fidem acquirere. ad Her. 91 a, Prouinciae possessione pulsi sumus. cont. Rul. 82 a, Remouere & deturbare aliquem de possessione pro Q. 15, Qui ex edicto meo in possessionem venerit. & L. 85 in possessione. pro Cec. 288 b, Esse in possessione bonorum *id est, esse in bonis.* de Ora. 107 a, Vbi sensi me in possessione iudicii & defensionis meae constitisse. pro Quin. 16 a, Proficisci in possessionem. At. Ac. 54 b, Vi conari in possessionem venire. I. A. 184 a, Hodie in possessionem libertatis pedem ponimus. I. V. 63 b, & pro Qu. 14 b, Mittere in possessionem bonorum alicuius. Top. 824 b, & I. A. 472 a, Dare possessionem secundum tabulas. Epi. 107 b, Hereditatum possessiones dare. Dare possessionem bonorum alicuius ex edicto. epi 356 b, Resp. in possessionem victoriae permansit. Ac. 18 a, Retinere aliquem in sua possessione. pro Syl. 130 b, Exturbare homines e possessionibus. epi. 198 b, Deturbari non solum spe, sed certa re & possessione. & 170 b, Si ista pax perdidit hominem in possessionem impotentissimi dominatus restitutura est. ep. 247 a, & 104 Occupare possessionem laudis. pro Milo. 115 b, Pellere aliquem possessione. & 116 a, Cedere alicui possessione hortorum. Att. 82 b, De possessionibus haereditatum, de soluendis bonis. & 104 a, Voluptarias possessiones volet. Sylua. Offi 47 a, Iuris ciuilis cognitionem atque interpretationem in possessione principes retinuerunt. de Fa. 140 b, Quamobrem, quoniam vtriusque studii nostra possessio est. vtro frui malis, optio tua sit. de Ami. 106 b, Amicitiarum sua cuique permanet stabilis & certa possessio.

¶ *Praedia bona.* Par. 124 a, Dines est, cui tanta possessio est, vt liberaliter possit viuere. & 126 a, Callidi rerum aestimatores prata & areas quasdam magni aestimant, quod ei generi possessionum minime quasi noceri potest. de Orat. 252 b, De nostra possessione depulsi, in paruo prediolo relicti sumus. & 88 b, Aut in ex iure manu consertum vocarent, quod in alienas possessiones tam temere irruisset. I. A. 198 a, Hic pecunias nostras aestimabat, possessiones notabat, & vrbanas & rusticas. Off. 27 a, Nec vero tanquam in possessionem suam venerit, excludas alios. contra Rul. 89 a, Etiamne si ei negem, si clam aut precario venit in possessionem. cont. Rul. 79 b, Qui latitudinem possessionum

bonum

fionum tueri non possunt. I.C.108 a, Qui magno ære alieno maioris etiam possessiones habent.

POSSESSIUNCULA, læ. Att.252.

☞ Syntaxis. *Possessiones movere, tenere, recuperare. Possessio caduca & vacua. Decedere de possessione. Aliquem removere de possessione, deijcere pellere. In possessionem libertatis pedem ponere. In possessione retinere. E possessionibus exturbare. Re & possessione deturbare non solum spe. Possessione hortorum cedere alicui. In alienas irruere possessiones.*

POSSESSOR, oris. de Orat.235 a, Mortuus rapitur, vide, inquit, si potes esse possessor. pro Quint.5 a, Iste acerrimus bonorum possessor, expulsor, ereptor. I.A.198 a, b, Tantum quisque habebat possessor, quantum diuisor reliquerat Antonio.

POSSIDENDUS, a, um. Atti.87 b, De possessionibus hæreditatum, & de possidendis bonis. de Or.135 a, Bona eius censeo publice possidenda. I.V.117 b, Huic omnia bona vtenda ac possidenda tradiderat.

POSSIDEO, es, *teneo*. de Ora.98 a, Itaque neque hoc possum dicere, me omnino ignorare quid possideas, neque planè nosse ac vidisse. pro Q.R.47 b, Plus fidei, quàm artis, plus veritatis, quàm disciplinæ possidet in se. pro Flac.157 a, Hanc fiduciam commissam tibi teneres hodie ac possides. pro Dom 235 b, Cum fortem armatis cateruis perditorum hominum possideres. I.V.122 a, Cum iste calumniæ licentia sua autoritate possedisset. de Inu.58 a, Sin inuerecundum animi ingenium possidet, tamen accusas: non enim probus est. de Or. 203 b, Neque eâ vt sua possedisse, sed vt aliena libasse. pro S.R.29 a, Magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis. pro Qu.4 b, Postulat a Burieno prætore Nævius, vt ex edicto bona possidere liceat. & 13 a, Si ex edicto possedisti quæro, cur bona non venierint. I.A.233 b, Possidere bona alterius sine testamento.

POSSIDEOR, ris. de Orato.203 b, Philosophi, qui omnia sicut propria sua esse, atque à se possideri volunt. pro Qu.17 a, Omnia quæ teneri ac possideri possunt. contra Rull.65 b, Agri qui ab Hiempsale possidentur.

POSSUM, tes. *Liceo, valeo, polleo, potestas est, potestatem habeo, potestate valeo, facultas est, facultatem vim habeo, potis sum, facultas, potestas datur, opto & potestas mea est, mihi liberû est, nulla est recusatio, facultas fore.* Epist.15 b, Si mihi integra omnia ac libera fuissent. & 16 a, Si essent omnia mihi solutissima. At.61 b, Ex quo animo cõsules ferant hũc ὄχλον, rescribas ad me quantum potes & vales. Epist.82 a, Cum hac exceptione quantum valeam, quantumque possim. Atti.21 b, Semper enim si potero. Epist.103 a, Si te Cæsari commendaui & tradidi, vt grauissimè diligentissimeque potui. pro Dom.232 a, Dico igitur, & quàm possum maxima voce dico de Natu.52 a, Aues nidos construunt, eosque quam possunt mollissimè substernunt. Epist.244 b, Quàm potui maximis itineribus ad Amanum exercitum duxi. Att.25 b, Si tueor, vt possum, cõcordiam. I.A.165 a, Ego nihil prætermisi, quantum facere enitique potui, quia, &c. Att.281 b, Nullis literis assequi possum, vt existimant. de Ora.88 b, Hoc tu potes, ita quadam propria, nõ communi oratorum facultate potes. de Ora. 124 b, Hęc res tantum potest in dicendo, vt ad vincendum nulla plus possit. Ora. 203 a, Hoc ad obtinendas causas potest plurimum. pro Qu.1 a, Ego qui neque vsu satis, ingenio parum possum & ibi quæ res in ciuitate duæ plurimum possunt, hæ contra nos ambæ faciunt hoc tempore. Epist.57 b, Respub. quæ minimum nunc quidem potest, sed posse tamen necesse est. pro Qu. 12 b, Qui per vim & scelus possunt plurimũ pro S.R.19, Qui apud me & amicitia, & beneficiis, & dignitate plurimum possunt. pro Cæc.185 a, Si quantum in agro audacia potest, tãtum in foro impudentia valeret, &c. I.A.174 a, Anille me vicit? at ne potuit quidem contra Rull.79 b, Ager, in quo oliuetum non est, sed fieri potest. Epis.230 a, Potest fieri vt fallar. Q.F.326 a, Sed tamen quod fieri poterit, non negligam. Atti.39 b, Quare item atque eo si potest acrius, te rogo, &c. Episto.3 b, Nos dignitatem nostram, vt potest, in tanta hominum perfidia retinebimus. Attic.245 a, Tenere non potui quin declararem in Sal.872 b; Iam dabo operam quã maximè potero, vt breue id faciam. Att.136 b, Tota res Brundusina iam quomodo habeat, diutius nescire non possum. I.A.208 b, Quãobrem Quir. consilio quantum potero, labore plus pene quàm potero excubabo, vigilaboque pro vobis de Sen.84 b, Cõuiuium ad multam noctem, quàm maximè possumus, vario sermone producimus. de Am.99 b, Vt quoad possem, & mihi liceret, à senis latere nunquã discederem. L. QUOAD. Att.132 a, Facere nõ possum, vt nihil ad te idem literarum de Ora. Non possum quin exclamẽ. L. EXCLAMO. pro Plan.281 a, Quid enim possũ aliud, nisi mœrere? pro Fon.281 a, Aut quoniam id quidem non potest. &c. & ibi. Aut si non poterit, &c. Ora.207 b, Erit igitur hæc facultas in eo, vt desinere rem possit. Episto 2 b, Quod commodo reipub. facere possis. *Leg. Pauli Manutij Scholia.* ᵃ Tusc.184 b, Nihil enim dolet, nisi pes, possunt oculi, potest caput, latera pulmones, possunt omnia. Epist.60 b, Integrum esse vel non esse, id posse, vel non posse. Epist.4 b, Tantum habeo polliceri, Episto.122 a, Sibi imperare non posse ibid. Impetrare ne non potui.

☞ Syntaxis. *Dum integra, liberaque sunt omnia, soluta. Si possis, & valeas. Quantum valeo quantumque possum. Hoc parum in ciuitate potest. Per vim & scelus posse amicitia, virtute. Ego si potest id est, vt fieri potest. Quam maxime possis. Non possum quin exclamem.*

POST, POSTERIUS, *postea, post hoc, vel post id tempus, sub posterius, secundum. Il ante, a fronte.*

¶ *Ordinis ratio.* Episto.98 b, Vt initio mea sponte, post autem inuitatu tuo mittendum duxerim. de Fin.94 b, Non inest in primis naturæ conciliationibus honesta actio. cõsequens enim est, & post sequitur. Orat.218 a, Post omnia perorationem concludere. Att.88 b, de Leg.159 b, Sed hæc posterius, & coram fortasse commodius pro Q. 3 b, Posterius, inquit, ista videbimus. nunc, &c. de Clar. 191 b, Ipse Thucydides, si posterius fuisset, multo maturior fuisset, & mitior.

¶ *Temporis.* I.V.98 b, Post te prætorem. Attic.94 b, Quoad mecum, & post, &c. I.V.69 b, Primo, &c. post, &c. Epist.11 b, paucis post diebus quam Luca discesserat. Atti.86 a, Hic magistratus multis annis post Decemuiros institutus. pro Flac. 158 a, pecunia recuperata est multis post annis. pro S.R.39 b, Aliquot post mẽses it occisus est. de Orat.134 b, Aliquot post annos. Attic.79 a, Castra paucos post dies habuimus de Cla. 184 b, Anno post, & deinceps reliquis annis. & 94 b, Ita recepi me biennio post. Orato. 296 a, post aliquanto. I.C. 123 a, post autem aliquanto. de Diu.101 a, Septennio post Veios captos. pro Cæl.41 a, Cur tanto post potius quam continuo quæri maluit? de Arus.247 a, O post hominum memoriam fortissimi consules. I.C.121 b, Causa enim est post vrbem conditam hæc inuenta sola, in qua, &c. pro Cor.60 a, pauci post genus hominum natum reperti sunt, qui, &c. de Arusp.247 a. Mea domus, quam senatus vnã post hanc vrbem constitutam ex ærario ædificandam putauit. & 246 b, Nego vnquam post sacra constituta tam frequens collegium iudicasse.

¶ *Loci.* pro Mil.207 a, Paruus cædere incipiunt eius seruos, qui post erant.

POSTEA, *post, posthac, præterea, post ista, tum inde, secundum aut reliquo tempore.* pro S.R.54 a, Quid postea, si Romæ fui? pro Mur.329 b, Cedo, quid postea? quid tum inde? de Inu.87 b, Postea aliquanto: *id est, aliquanto post.* de Cl. 105 b, Postea que prosperè res deinceps multæ consecutæ sunt pro S.R. Nomen cognitum è sectoribus hoc aduersus esse? quid postea? pro Cæc. Postea cur Ebutii de isto potius fundo, quã de alio Cæcinæ denunciaret? In Verr. 214 b, Iubet iste posterius illos ad se reuerti.

POSTEAQUAM, *postquam.* I.V.136 b, Posteaquam ego veni, &c. reperta est abili de O.123 b, Quid ergo Athenis ille loquens, quando cum nemo norat, aiebat & loquebatur? postea quam, & sedem ad tram inuenit, obmutuit. Epi.49 a, Posteaquam mihi renunciatum est, &c. grauiter molesteque tuli. Ep.60 a, Postea verò quam profectus es, & cœpi velim, &c.

☞ Syntaxis. *Quid postea? Quid tum inde? Postea, cur, &c. Postea verò quam.*

POSTERI, orum. *posteritas, qui inferioris sunt ætatis.* Acad.19 b, de Clar. 195 b, Dicendi genus quod fuerit in vtriusque orationum vtriusque etiam posteris nostris indicabunt. Q.F.298 b, posterorum erit verius iudicium, obtrectatione & maleuolentia liberatum. Pro Dom.233 Vt apud posteros nostros coniurationis autor fuisse videar. de Fin. 12 a, Horum posteri degenerarũt. de Fin.127 a, Horum posteri meliores. Postq.203 b, posteri nostri, &c.

POSTERIOR, us. *superior prior.* de Clar.168 a, Thucydides paulo ætate posterior. de Orat.160 a, paria esse debẽt posteriora superioribus. Acad.12 a, Ita prior posterior, superiori posterius non iungitur. de Cla. 191 b; Ipse Thucydides si posterius fuisset, multo maturior & mitior fuisset. I.A.240 a, posteriores cogitationes (vt aiunt) sapientiores solent esse. ᵃ de Inu. 60 a, Quo de genere posterius est dicendum.

¶ *Minus charus.* Attico.156 b, Horum vtrique semper respub. salus posterior sua dominatione & domesticis commodis fuit. pro Rab. 91 a, Suam salutem posteriorem salute communi ducere. I. A. 147 a, Nihil vita antiquius existimare omnia libertate posteriora ducere.

¶ *Scelestus.* I.P.94 a, Nihil isto est posterius, nihil nequius.

POSTERITAS, tis. *posteri.* At.191 b, Domini innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate. Tusc.155 b, Optimus quisque posteritati maxime seruit. I.A.170 b, Huius rei ne posteritas quidẽ omnium seculorum immemor erit. in Cat.103 b, Non vereor, ne quid parricida ciuium interfecto, inuidiæ mihi in posteritatem redundet. I.V.176 a, Salus vrbis in posteritatem istius auaritia interiit. pro Rab. 96 b, Spe posteritatis fructuque duci. Ep.57 a, Idque me non modo, vt tu sentias, sed vt omnes gentes etiam, vt posteritas omnis intelligat, esse facturum.

¶ *Futura tempora.* pro Arch.191 e, Commemorationẽ nominis nostri, non cum vitæ tempore diminuendam esse, sed cum omni posteritate adæquandam, *ibid. de immortalitatem multa.*

☞ Syntaxis. *Inuita posteritas. Inuidia tibi magna in posteritatem redundabit. Intelliget posteritas.*

POSTERUS, a, um. *consequens.* de Fin.97 a, Sed in ceteris artibus, cum dicitur artificiose, posterum quodammodo & consequẽs putandum est, quod illi ἐπιγεννηματικὸν appellãt. & ibid. Verũ hęc non in posteris & in consequentibus, sed in primis continuò peccata sunt. de Fin.127 a, Hæc in posterum gratiora, theatra, porticus, noua templa pro Cl.45 a, Cum is apud mulierculam quãdam pernoctaret, & ibi diem posterum commoraretur. pro Syll. 177 a, Nox ea quæ consecuta est posterum diem nonarum Decembr. I. V. 116 b, postero die mane. & 136 a, postero anno. Part.516 a, promissio posteri temporis. pro Deiot.147 a, In posterum, inquit, diem distulit. Epist. 151 a, Differre rem in posterum. Attic.284 a, & 267 b, Distulimus sermonem in posterum. pro Muræn.138 a, Sapiens, ac multũ in posterum prospiciens. I.A.199 b, contra Rul.84 b, Multum in posterum prouidẽs. Epi.a22 a, Longe in posterum prospicere. I.V.157 b, pro Cl.19 b, Ad posterum: *id est, in posterum.*

☞ Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Posterum & consequens. In posterum audies, differre rem. Sapiens, & in posterum prospiciens. Longè in posterum prospicere. Ad posterum.*

POSTHABITVS, a, um, *neglectus*. Tusculano. 145 b, contra Rullum 66 b, Hoc honore ex nouis hominibus primum me multis posthabitis effecisti. Tuscu. 328 a, Vt omnibus rebus posthabitis, totos se collocarent, &c.

POSTHAC. *deinde*) (*ante hac hoc tempore*. Att. 34. Posthac ad te scribā planius. & 103 a, 102 b, Posthac neque hercule antea negligētes fuimus. Epist. 157 a, Item posthac si quid opus erit, facies vt sciā. & 95 b, Posthac ad ludos venias, nosque vises. I.C. 122 b, & 117 a, Id ne vnquam posthac accidere possit, prouidendum est. I.A. 175 a, Caput autem literarum, sibi cum illa nihil posthac futurum.

POSTHAEC. *deinde*. Att. 235 a, Inde ambulaui in littore, posthæc in balneum. de In. 51 a, Primum nati vitam, &c. deinde suum consiliū, &c. posthæc quid Sosiam velit facere.

POSTILLA. *pro Postea*. de Diu. 99 a, Poetæ.

POSTHVMVS, mi. *qui ex ea, quā pater grauidam reliquerat, natus est, id est, post humatum patrem*. de Or. 99 b, Qui esset secundum posthumum & natum & mortuum hæres institutus. pro Cec. 295 a, M. Curius, qui hæres institutus esset ita mortuo posthumo filio, cum filius non modo mortuus, sed ne natus quidem esset.

POSTIS, is. *hostia vel ianua tabula, seu latus portæ* pro Do. 245 a, Qui parietibus, qui tectis, qui postibus meis bellū intulisti. pro Dom. 237 a, An putatis, si is postem tenuerit, & aliquid dixerit, domū uniuscuiusque consecrari posse? At. 46 b, Caput legis Clodiom in curiæ potest fixisse, &c. item, Postem teneri in dedicatione tēpli oportere ibi enim postis est, vbi templi aditus, & valuæ ambulationis.

POSTLIMINIVM, nij. Top. 223 b, Cū ipsius postliminij vis quæritur, & verbum ipsum notatur, in quo Seruius noster nihil putat esse notandum, nisi post, & liminium. illud productionem esse verbi vult, vt in finitimo, legitimo, æditimo, non plus inesse timum, quam in meditullio tullium. Scæuola autem P. filius iunctum putat esse verbum, vt sit in eo & post & limen: vt quæ à nobis alienata sunt, cum ad hostem peruenerint, ex suo tanquam limine exierint: hinc cum redierint post ad idem limen, postliminio videatur rediisse. item ibid. Postliminio redeunt hæc, homo nauis, mulus clitellarius, &c. de Or. 141 a, Et quem pater patratus dediderit, si is receptus non sit, postliminium esse. & 100 a, Quem pater patratus dedisset, ei nullū esse postliminium, & ibid. Postliminio redire. pro Cec. 304 a, Si non acceperunt, vt Mancinum Numantini, retinet integrā causam, & ius ciuitatis. pro Cor. 61 a, Non solum dedicatione, sed etiam postliminio fit ciuitatis mutatio.

POSTMERIDIANVS, a, um, *post meridianus*. de Orato. 144 b, Inclinato iam in post meridianum tempus die. Tusc. 191 b, & At 223 b, Literæ maturinæ & postmeridianæ. de Fin. 124 a, Postmeridiana ambulatio.

POSTMITTO, tis. *postpono, omitto*. pro Cec. 49 a, Quod in alienius agrestis periculo non postmitteret, id homo eruditus in insidijs doctissimi hominis dissimulandum putaret?

POSPONO, is, sui *posthabeo*. Ep. 265 a, Sed omnia postposui, dummodo præceptis patris parerem. Cic. filius.

POSTQVAM. *vbi, vt simul simulac, simulat. simulatque*. de pro. 302, Quō ille postquam nihil à miseris extorquere potuit, cohortes in hyberna misit. Ep. 79 a, Me voluisse etiam reliquis omnibus postquam non potuerim, mihi ipsi finem fecisse. At. 185 b, Vndecimo die postquam a te discesseram, hoc literularum exaraui egrediens e villa. At. 92 a, Nihil habebam noui, quod post accidisset quam dedissem ad te liberto tuo literas. * de Off. Cum illi accenderit postquam.]

POSTREMO. *postremum, nouissimè*. de Nat. 22 a, Quæro igitur primum, &c. deinde, &c. postremo, &c. & ibi. Deus quid appetat, ad quam denique rem motu mentis vtatur, postremo quomodo beatus sit.

POSTREMVM. *postrema* de Or. lib. 3. Vt vestigium illud ipsum, quo ille postremum institisset, contuerentur.

POSTREMVS, a, um. *vltimus, extremus, nouissimus*. Orato. 201 b, De firmissimis alia prima pones, alia postrema, inculcabitque leuiora. At. 89 b, Respondebo primum postremæ tuæ paginæ. Episto. 142, Ego autem cum illa sequor, quæ paulo ante proposui, tum hoc nō in postremis, de quo cœperam exponere.

¶ *Pessimus* At. 285 a, Br. & pro S.R. 41 a, Postremi homines: *id est, nequissimi*. I.A. 192 a, Seruitus est postremum malorum omnium.

POSTRIDIE. *postero die*. Epist. 38 b, Hæc scripsi postridie eius diei: id est, postridie non. Octob. Epist. 112 b, postridie eius absolutionis in theatrum Curionis Hortensius introijt. At. 153 a, Venatio, quæ postrid. lud. Apollinar. futura est. Ep. 39 a, Hæc scripsi postridie eius diei. Ep. 170 b, Lupus noster quum Romam sexto die Mutina venisset, postridie me mane conuenit. item. Iudices adesse iubentur postridie. I. At. 172 b, Tantum vini in Hippiæ nuptijs exhauseras, vt tibi necesse esset postridie vomere. Att. 211 b, Ego vt cōstitui adero, atque vtinam tu quoque eodem die: sin (quid enim multa) utique postridie. Qu. Fr. 10 b, Postridie quam tu es profectus, multa nocte veni ad Pompeium. Att. 137 a, Eam mihi philotimus postridie, quàm à te acceperat, reddidit. * At. 143 a, b, Hoc scribis post diem quartum, quam ab urbe discessimus. At. 134 b, Hoc scribebam 14 die posteaquam ille Canusio mouerat.]

☞ Syntaxis. *Postridie eius diei. Postridie eius absolutionis. Postridie Bacchanalium.*

POSTVLATIO, onis. *postulatum*. pro Mur. 135 a, Concessit senatus postulationi tuæ. Att. 105 a, Est illa quidem impudens postulatio. pro S.R. 19 b. Aequa atque honesta postulatio. de Arusp. 248 b, De ea re scriptū est, postulationes decretas esse Ioui, Saturno, Neptuno, Telluri, dijs cœlestibus. & 251 a, Eodem ostento telluri postulatio debetur. de Inuen. 75 a, In deprecatione ignoscendi postulatio continetur. I.V. 138 a, Postulationum formulæ. Qu Fr. 313 a, De te est honorifica mētio facta, cum te vnum dicerent postulationi L. Sestij Pansæ restitisse.

POSTVLATVM, ti. postulatio. I.A. 145 a, Reliquum est, vt accipiantur & remittantur, postulata per literas. pro Fla. 161 a, Legati Apolloniensesomnia postulata de iniurijs vnius Deciani detulerunt. Ep. 185 a, Legati vltro ab illo ad nos intolerabilia postulata retulerunt. Attic. 112 a, Postulata hæc ab eo interposita sunt, quo, &c. Postulata geometrarum. L. POSTVLO.

POSTVLATVS, a, um. Qu. Fr. 308 b, Sestius à Nerio de ambitu est postulatus. I.V. 25 b, Postulatus fuisti lege Licinia.

POSTVLATVR. Ep. 3 a, Postulatum est, vt Bibuli sentētia diuideretur. I.V. 56 a, Efflagitatur, postulatur, poscitur.

POSTVLO, as. *peto, posco, desidero, requiro*. Anteq. 196 a, Illud à vobis postulo, petoque, vt, &c. Ep. 40 b, Omnia volo à me postules & expectes. Ep. 39 b, Atque hoc tamen te scire volo, me de isto sumptu nihil decreuisse, nisi quod principes ciuitatum me postulassent. pro Cor. 62 a, Gaditani à senatu de fœdere postulauerunt. Att. 105 a, Cæsari quod postularet concedendum esse. Qu. Fr. 198 a, Postulare & expectare aliquid magnum ab aliquo. Att. 156 b, Nec iā recusat, sed quodam modo postulat vt appelletur tyrānus. Or. 208 a, Vt causæ natura & temporis ratio postulabit. de Off. 45 a, Ludi postulātur ab ædilibus, a populo. pro Qui. 2 b, Tamen quia causa postulat, non flagitat, præteribo. Att. 92 a, Ratio quidem & opinio hominum postulat fratrem. Epi. 70 b, Nō intelliges duplicari sollicitudines, quas eleuare tua te prouidētia postulabat. de Orat. 137 b, Res hoc postulat, vt Epist. 28 a, Vt tua fides postulat. de In. 59 a, Longius quàm res postulat. de Orat 93 b, Nam quod tu non poteris aut nescies, quis nostrum tam impudens est, qui se scire aut posse postulet? Off. 58 b, Geometræ solent non omnia docere, sed postulare, vt quædam sibi concedantur, quo facilius, quæ velint explicent.

¶ *Accuso*. Ep. 132 b, Ego Appium eadem lege postulaui. Qu. Fr. 320 b, Gabinium tres adhuc factiones postulant. & in Lentulum, qui iam de maiestate postulauit. de Am. 111 a, Neque quicquam nisi honestum & rectū alter ab altero postulabit pro S.R. 31 a, Postulare seruos in quæstionem. Postq. 308 a, Postulare aliquem de vi: *id est, deferre, vel accusare*. Ep. 116 a, Pylius de repetundis eum postulauit.

¶ *Imploro*. Att. 38 b, Postulare fidem publicam, &c. *id est, implorare.*

☞ Syntaxis. *Hoc te postulo: & à te. 1 e de hoc postulo. A te omnia postulo, & expecto. Postulo, non flagito. Postulant geometræ, non docent. Postulare aliquem de maiestate.*

POTANDI, Tusc. 352 a, Aut fruatur cum alijs voluptate potandi.

POTANS, tis. de Fin. 78 a, Clamat virtus, M. Regulum beatiorem esse, quam potantem in rosa Thorium.

POTATVR. I.A. 173 a, Totos dies potabatur.

POTATVS, a, um. Tusc. 230 a, Sic Stoicorum ista magis gustata, quàm potata delectant.

POTATIO, nis. *perpotatio*. de Diu. 104 a, Si modo temperatis escis, modicisque potationibus est affectus.

POTENS, tis, ssimus. *valens, qui in magna potentia est magnas vires magnas opes habens, summa potestate præditus, opibus & copijs affluens*. de In. 83 a, Ampla & potens ciuitas, opibus valens. Attic. 279 a, Potens homo, vel potentissimus potius. pro Pom. 4 a, Duo potentissimi reges. Ep. 156 a, Ne quid temere dicam faciamve contra potentes. ad Her. 13 b, Si quis potens & factiosus, &c. pro Cel. 41 b, Homo potens, gratiosus, disertus. pro Dom. 223 a, Cum tu furens ac potens per medium forum popularis volitares. pro Plan. 266 a, M. Drusus tribunus plebis homo potentissimus. & 226 b, Potentissimus & clarissimus ciuis C. Claudius. Off. 47 b, Vir fortunatus & potens. Att. 273 a, Infinita tribuere potentibus. pro Corn. 61 a, Præpotens terra marique Carthago. de Di. 132 b, Aeacidæ bellipotentes magis, quā sapientia potentes. *aliter, sapientes potentes*. de D. 117 a, & de Fin. 76 b, Rerum omnium præpotens Iuppiter. Att. 93 b, potentissimorum hominum contumaciam nunquam tuli.

☞ Syntaxis. *Præpotens rerum omnium Deus. Terra marique præpotens Carthago.*

POTENTIA, tiæ, *potestas, vis, opes, magna opes*. de Inuen. 83 a, potētia est, ad sua conseruanda, & alterius obtinenda idonearum rerum facultas. Attic. 179 a, potentia in vi posita est & armis. pro Cec. 298 b, Nimia ista quæ dominatur in ciuitate potentia. pro Pl. 264 a, potentia vix ferenda. Offi. 59 a, Hanc opum nimiarum potentiæ non ferendæ. I.A. 158 b, Opes violentas & minime ferendam potentiam concupiscere. Offic. 68 a, Qui omnia inhonesta negligunt, dummodo potentiam consequantur. ad Her. 2 a, Si vim, si potentiam aduersariorum proferemus pro Dom. 229 b, Quæ nec vis temporum, nec potentia magistratuū, nec vniuersi populi Romani potestas labefactare possit. pro Muræn. 129 b, Erant in magna potentia, qui consulebantur. Offic. 2 b, Tum autem consultant conducat id nec ne ad facultates rerum atque copias, ad opes, ad potentiam, &c. ad At. 101 a, De sua potentia dimicant homines. item: Conciones illæ quibus quotidie meam potentiam inuidiose criminabatur.

POTENTIA, *vrbs agri Piceni*. de Arus. 258 b, & pro Mar. 133 a.

☞ Syntaxis. *Consequi potentiam. Vis & potentia. Esse in magna potentia. Potentia est facultas. etc genus.*

POTESSE, *id est posse*. in Arat. à *Virgilio Potestur*.

POTEST,

POTEST, al. Epistola. 3 b, Nos dignitatem nostram, vt potest, retinebimus.

POTESTAS, atis. *facultas, copia, optio, ditio, imperium, magistratus, aut, iurisdictio, vis potestatis, manus.* de Inue. 64 b, Si fuisse alijs quoque causa faciendi videbitur, aut potestas alijs defuisse demonstranda est, aut facultas: potestas, si aut nescisse, aut non affuisse, aut cõficere aliquid non potuisse dicetur: facultas, si ratio, adiutores, adiumenta, & cætera quæ ad rem pertinebunt, defuisse alicui demonstrabuntur.

• ° I. A. 71 a, Consules, reliquaque imperia, & potestates.]

¶ *Potestatem dare, tradere, permittere, ferre. &c.* Episto. 151 b, Vt primum potestas data est augẽdæ dignitatis tuæ, nihil prætermisi, &c. Q. F. 305 a, Ita mihi potestas detur in patria moriendi. de Inuen. 62 b, & 69 a, & 72 b, Et pictori quam vellet eligendi potestatem dederunt. I. V. 104 a, & pro Clu. 51 b, Simul ac potestas primum data est, adeunt. pro Quin. 26 b, Alicui vix respirãdi potestatem dare. Aca. 53 b, Lex, qua Pompeio potestas rei frumẽtariæ daretur. cont. Rullum 70 b, Si vobis ex omni populo potestas deligendi esset data. pro Dom. 22 a, Hanc vos tribuno potestatem dabitis. Episto. 60 b, priuate aliquem potestate faciendi aliquid. pro Flac. 146 b, populus omnem potestatem suam de bonis tradit nobis. pro Cor. 62 b, Deferre potestatem alicui tribuendorum beneficiorum. contra Rullum 73 b, Decemuiris corrumpendarum tabularum publicarum magna potestas permittitur. pro Flac. 151 a, Publicæ literæ retẽtæ sunt in accusatorum potestate. pro S. R. 31 a, Cuine quærendi quidem de patre potestas permittitur. Postq. 204 b, & I. V. 63 a, & 107 b, Permittere alicui potestatem faciendi aliquid.

¶ *Potestatem esse. &c.* de Arus. 246 a, Populus Rom. cuius est summa potestas omnium rerum. Ep. 5 a, Quoties mihi certorum hominũ potestas erit, quibus recte dem, nõ prætermittam. & 16 b, Quocunque tempore mihi potestas præsentis tui fuerit, tu eris, &c. de pro. 69 a, Quotiescunque ei locus dicendi & potestas fuit. Anteq. 195 a, Vos ego appello, quorum de me maxima est potestas. de Cl. 190 a, Comprehensio verborum nullius oratoris æque in potestate fuit. pro Qu. 8 a, Cui potestas esset agẽdi quotidie. Att. 85 b, Et potestas fuit auferendi omnem pecuniam ex edicto meo. pro Dom. 223 a, Nec eorum cuiusquam tibi potestas fuit. & 229 a, De agris ratum est: fuit enim populi potestas. pro Cor. 60 a, Vt si Gaditani sciuerint de aliquo, &c. magna potestas sit cuiusnostro mutandæ ciuitatis. At. 264 b, Tota potestas eius rei tua est. & 55 b, Mea potestas est. in Vatin. 37 a, An erit hæc optio & potestas tua? vt dicas, &c. Att. 25 b, Si deferetur, erit, quædam nostra potestas. pro Cluent. 33 a, Quæ tum erat potestas: *id est, quod tum fieri poterat* de Cla. 181 b, Cui eligendi potestas est. Acad. 3 a, Integra nobis est iudicandi potestas.

¶ *Potestate esse.* cont. Rullum 83 a, Qui in sua potestate est. pro Cœl. 40 b, Tabulas qui in patris potestate est, nullas confecit. de Fat. 242 a, Nam nihil esset in nostra potestate, si, &c. Att. 90 a, Lẽtulus totus est in pompeij potestate. Acad. 10 b, Assensio, quæ est in nostra sita potestate. pro Mur. 144 a, Huiusce rei potestas omnis in vobis sita est, iudices, &c. Anteq. 194 a, In eorum potestate nostra sita est salus. pro Qu. 1 b, Omnes quorum in alterius manu vita posita est. magis cogitatur, quid possit is, in cuius ditione ac potestate sunt, facere, quam, &c. pro pomp. 10 a, Vestros portus in prædonum fuisse potestate scitis. I. A. 206 a, Is in vestra potestate erit, qui in sua nunquam fuit? quid enim ille vnquam arbitrio suo fecit? semper tractus, quò libido rapuit, quo leuitas quo vinolentia.

¶ *Habere potestatem.* pro Cor. 62 a, Si præmij tribuendi potestatem nullam haberemus. Anteq. 195 b, Ego nõ modo loquendi bibere in iudicio, sed consistendi quidem in ciuitate habeo potestatem. pro S. R. 22 a, Sylla belli gerendi potestatem solus habet. & 23 a, Vos, qui summam potestatem habetis. Quint. Fr. 295 a, Habere summã potestatem in aliquo loco. in Sal. 274 a, pater tuus qui eo tẽpore summam tui potestatem habuit. de Ar. 256 b, Sylla regalem habuit potestatem. de In. 81 a, & Epist. 74 a, Habere potestatem faciendi testamenti. de In. 72 b, Habere potestatem iudicandi. I. V. 75 b, & 96 a, proinde quasi exercendi potestatem non haberet. Att. 264 a, Cum Coss. & lege & S. C. statuendi potestatem haberent. item, Theseus ter optandi à patre habuit potestatem. Anteq. 197 a, Liberum spiritum ducẽdi nullam habeo potestatẽ. I. A. 137 a, Ius potestatemque imperandi habeo. de Aruspic. 246 b, Pontifices potestatem habent iudicium. in Ant. 153 b, Dictatura, quæ vim iam regiæ potestatis obsederat.

¶ *Potestatem facere concedere fieri.* Qu. F. 302 a, Cũ prætores diebus aliquot adiri non possent, nec potestatem sui facerent. I. A. 219 b, Q. Mutius faciebat omnibus suis cõueniendi potestatem. & 242 b, Concedere alicui potestatem peccandi. I. C. 113 a, Si quid de his rebus dicere vellet, feci potestatem. I. V. 134 b, Nisi munitus essem, tabularum potestas mihi facta non esset. & 79 a, Iudices subscribendi mihi fecerunt potestatem. postq. 214 a, Scio me tibi instaurandæ cædis potestatem fecisse. pro S. R. 30 b, Facio tibi potestatem interpellandi. I. A. 160 a, Quæ potestas si mihi sæpius fiet, vtar: si minus, &c. Anteq. 197 a, Neque mihi libere loquendi facta est potestas. I. V. 314 b, Neque se alijs videndi potestatẽ esse facturum, & 61 b, Quotiens ille tibi potestatem optionem facturus sit, vt eligas, vtrum velis. Attic. a. 10 b, Vt fieret tui describendi potestas.

¶ *Formula varia.* At 257 a, pro Clu. 55 b, Habere aliquem in sua potestate. I. V. 131 b, Quadruplatorum quicquid erat, habebat in potestate. pro Syl. 178 b, Vt oppidum & Pompeianos in sua potestate haberet. de Fin. 82 b, Si modo sit aliquid esse beatum, id oportet totum poni in potestate sapientis. pro Cec. 304 a, Si pater vendidit eũ quem in suam potestatẽ susceperat, ex potestate dimittit. pro Do. 228 b, In tu P. Fonteius vitæ necisque potestatẽ haberet, vt in filio. I. C. 110 a, Gladiatores quanquam, &c potestate tamen in vestra cõtinebuntur. in Ver. 96 a, Teneri aliquem in sua potestate & ditione. Qu. Fr. 297 b, Tenere motum animi in sua potestate. I. V. 106 b, Venire in arbitrium ac potestatem alicuius. Brut. 91 b, In potestatem hostium veniendum est. cont. Rull. 81 a, Redigere aliquem in suam ditionem ac potestatem. de Orat. 115 a, Mentes eorum qui cum aliqua statuendi potestate audiant, mouere posse. I. V. 206 b, per potestatẽ auferre aliquid alicui. de Leg. 160 b, Iisdem imperijs & potestatibus parere. pro Fon. 281 b, In potestatibus, in imperijs gerendis. ad Her. 10 b, Misericors in potestatibus. & 18 b, In potestatibus gerendis. pro pomp. 7 a, Quicquid in hac potestate prætoria possum, &c. pro Cl. 33 a, L. Quintius illud iudiciũ pro potestate dimitti iussit. Tus. 163 b, A magistratu aut ab aliqua potestate legitima euocatus. I. A. 156 a, Qui togatus in rep. cũ potestate & imperio versatus est. I. C. 115 b, Hanc vrbem deorum immortalium nutu atque potestate administrari. pro Dom. 217 b, Extraordinariæ potestates. de N. 78 a, Vis omnis ac potestas deorũ. Qu. Fr. 290 b, Fortunæ potestas in omnes. pro Domo. 235 a, Vir summa potestate præditus. de Natura. 31 b, Vir dignus potestate & dominatu omnium rerum. Tusculan. quæstio. 192 a, Qui igitur exisse ex potestate dicuntur, idcirco dicuntur, qui non sunt in potestate mentis. & 226 a, Itaque iratos dicimus, exisse de potestate, *idest, consilio, de ratione, mente. quorum potestas in totum animum esse debet.* & 141 a, Duo præfecti fabrum Pompeij in meam potestatẽ venerunt, & a me missi sunt. pro Pom. 10 a, Cum duodecim secures in hostium potestatem peruenerunt. in A. 203 b, Cæsar equites & sagittarios in suam populique Rom. potestatem redegit. de Le. 184 b, Idque in rep. nostra maxime valuit, quod ei regalis potestas præfuit. & 186 a, Gerere, potestatem. & 187 b, Sylla trib. pleb. sua lege iniuriæ faciendæ potestatem ademit.

☞ Syntaxis. *Potestatem alicui dare, tradere, permittere, deferre. Cum mihi tui præsentis fuerit potestas. Integra mihi est eligendi potestas. Summam habere potestatem, ius, potestatemque. Facere, concedere alicui potestatem. In potestatem suscipere, redigere. In potestate tenere, continere. In potestatem venire, & arbitrium. Ex potestate facere. Pro potestate aliquid imperare. Per potestatem facere. Potestatem gerere. Ab aliqua legitima potestate vocatus. Nutus & potestas. Imperium et potestas. Vis & potestas Dei. Vir dignus potestate & dominatum rerum omnium. Amentes ex potestate exeunt. In mentis esse potestas.*

POTIENDI, dum. de Senectute. 85 a, Voluptatis auidæ libidines temere & effrenate ad potiundum incitantur. de Finibus. 61 a, Voluptates quarum potiendi spe inflammati faciunt, &c. Tusculan. 246 b, Secundum genus cupiditatum, nec ad potiendum difficile censet, nec verò ad carendum.

POTIO, onis. *potus.* pro Clu. 23 b, & 25 b, Cui cùm ipse poculũ dedisset, subito illa in media potione exclamauit, se maximo cum dolore mori. & 54 a, Medicus prima potione mulierem sustulit. de Fi. 56 b, Cùm cibo & potione fames sitisque depulsa est. Tuscu. 200 b, Demus scutellam diluculæ potionis.

POTIOR, tis. *teneo, fruor, impero, possideo.* [*careo.*] de Fini. 32 a, Cleanthes solem dominari & rerum potiri putat. Episto. 9 a, Quod ij qui potiuntur rerum, præstaturi videntur. & 73 a, Ciuitates quæ rerum potitæ sunt. pro Sext. Rosc. 29 b, Dum ea ciuitas rerum potita est. ad Herenn. 32 a, Atheniensiũ potiti sunt Spartiatæ. Epist. 7 a, Si exploratum tibi sit, posse te illius regni potiri. I. A. 247 a, Vincamus odiũ, paceque potiamur. de Senectute. 87 a, Si etiam non abundè potitur non omnino caret. Attico. 109 b, An cunctor & tergiuersor, & ijs me dem, qui tenẽt, qui potiuntur? de Inuent. 74 a, Si eo potu potiti essent. Officio. 44 a, Omni Macedonum Gaza potitus est Paulus.

☞ Syntaxis. *Dominari, & rerum potiri. Ciuitas quæ rerum potitur, Romani Carthaginensium potiti sunt. Pace potiri. Non abundè potitur, non caret. Cæsar tenet, potitur.*

POTIOR, us, ssimus. *antiquius, longius, charius, melius, prius.* pro Murena 124 a, Nõ quo mihi potior sit officij mei, quam huiusce salutis defensio. in Ant. 228 b. Mors quæ ciuibus Roman. semper fuit seruituto potior. Epistol. 180 a, Res est potior oratione. Tusculan. 224 b, Filius plus pollet, potiorque est patre. de Finibus. 31 a, Qui hæc legere assueuerit, iudicabit nulla ad legendum his esse potiora. Attic. 251 b, Si quid eiusmodi acciderit, ne quid tibi sit fama mea potius. de Or. 150 b, Illa semper potiora duxisti, quæ ad sapientiam spectarent. de Amicitia. 99 a, Itaque ciues potior ea sunt, quam peregrini, propinqui quam alienis, &c. Topi. 221 b, Topice, quæ ad vsum potior erat. I. V. 98 a, Quid potius? Episto. 144 b, Nemini cõcedo, quid tibi potior vetustate necessitudinis possit esse. de Som. 126 a, Cum in Africam venissem, nihil mihi fuit potius, quam vt Masinissam cõuenirem regem. de In. 45 b, ad Her. 33 a, In comparatione per contentionem, verum potius aut quid potissimum sit, quæritur. Att. 92 a, Primum quod videtur esse bonus: nemo igitur potior.

☞ Syntaxis. *Nihil mihi est potius, quàm vt, &c. Quid potius, aut quid potissimum.*

POTIS est, *pro Potest.* in Arato,

Hic caput ad superum potis est demergere partes.
Infera lumborum nunquam connectet vmbra.

de Cl. 180 a, Hospes non potest minoris · *id est, non potest minoris addici aut vendi.* Tuscu. 183 a, Neque sanguis vllo potis est pacto profluens consistere.

POTISSIMVM. *maximè, quàm maximè, potius, præcipuè.* de Inuent. 48 a, Quanquam præstat honestas incolumitati, tamen vtri potissimum

consulen-

consulendum sit, deliberatur. Off. 18 a, si naturæ certarent, quis eorum potissimum gubernaret. pro Mur. 156 b, In equis triumphātium prætextati potissimum filii sedere solent. de Ar. 146 b, De hoc igitur loco sacro videntur potissimū aruspices dicere. pro Mil. 150 b, Ex consularibus te creauit potissimum. pro Cæl. 44 a, Existat igitur aliquis ex hac ipsa familia, & potissimum cæcus ille, &c. de L. 160 a, Nam si hoc non probas, à Deo causa ordienda potissimū. pro Cæl. 50 b, Cur enim balneas publicas potissimum constituerat? pro Do. 214 b, Ego eos potissimū damnare debui. Ep. 56 b, & 55 b, Quæ venit mihi quid ad te potissimum scriberem.

POTITVRVS, a, um. Tusc. 168 a, Et ego doleam, si ad decem millia annorum gentem aliquam vrbem nostram potituram putem.

POTIVS. *citius, potius.* de Ora. 138 a, Oratio in qua non vis potius, sed delectatio postulatur. At. 159 b, Conamur opus magnū, sed tamen nihil est quod potius faciamus. Tusc. 186 a, b, Zeno Eleates perpessus est omnia potius, quam conscios delendæ tyrannidis indicaret. Off. 142, Nec vero imperia expetenda, ac potius non accipienda interdū. At. 106 a, Depugna, inquit, potius, quam seruias. de Cl. 192 b, Magnus homo, vel potius summus. I. A. 198 b, Quæ eius festinatio? nisi vt ad vrbē potius exercitū maximum adduceret? I. V. 94 a, Vel potius, sine adeò atque adeo, idem. Att. 192, Quod potius sit. * de Di. 109 b, Nec quid potius agerem reperiebam.]

POTIVSQVAM. *prius quam, antequam* pro Mil. 121 b.

POTO, as. *bibo, perpoto* de Clar. 191 b, Si potare velis, de dolio tibi hauriendum est.

POTVS, a, um. *haustus.* de Clar. 168 a, Themistocles excepit sanguinem tauri patera, & eo poto mortuus concidit.

¶ *Qui bene bibit* pro Mil. 115 a, Adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis. Ep. 105 b, Domum bene potus redieram.

POTVS, tus *potio* de Di. 95 a, Cum ea pars animi, quæ, &c. sit immoderato obstupefacta potu atque pastu.

PRAE. *propter.* I. A. 150 a, Quorum ille nomen præ metu ferre non poterat. Att. 148 a, Nō hercule pre lachrimis possum reliqua scribere. & 175 a, præ metu & dolore. & 181 a, præ solicitudine ac stomacho multa scribere non possum. pro Pl. 80 a, præ mœrore loqui non possum. & 165 b, Idem postea præ mandatis requisitus. I. V. 128 a, Præ cupiditate officii sui rationem non habet. & 179 a, Præ lucro prædaq; nullius habere rationem. Att. 36 a, Præ multitudine, *id est, propter multitudinem.* Tusc. a. 170 a, Solem præ iaculorum multitudine non videbitis, & sagittarum vmbra. ad Att. 95 a, Præ curia iocari non poteram.

¶ *Ratione habita.* contra Roll. 85 b, Illi Romam præ sua Capua irridebunt, illam copiam cum hac per risum ac per iocum cōtemnent, agros nostros cum suis conferendos scilicet non putabunt. Offic. 61 a, Illa præclara in quibus vtilitatis species præ honestate contemnitur. de Am. 96 a, Qui in ipsa senectute pre ceteris floruisset. de Cla. 191 b, Hegesias vero illos Atticos præ se pene agrestes putat. Attic. 138 a, Illa nihil fuerunt præ his de victoria gratulationibus. I. V. *, Ipse consul in hac causa præ me, minus etiā quam priuatus erit. I. V. 140 a, Omnia pericula præ salute sua leuia duxerunt. Epistol. 48 b, At contra nobis ea quidem vacuus molestis, sed præ nobis beatus. de Finib. 155 b, Diuitiæ nec magnum bonum, & præ rectis honestisque contemnendum. pro Sext. Rosc 41 b, Hominem præ se neminem putare. ad Heren. 30 b, Præ se neminem ducere hominē. in Verr. 116 b, Pre se alios pro nihilo ducere. L. PRAEMEFERO.]

☞ Syntaxis. *Præ stomacho nihil omnino dico. Præ se cunctos aspernatur Pompeius.*

PRAEBENDVS, a, um. Of. 92, Vti seruis vt mercenariis ad operam exigendam, & iusta præbenda.

PRAEBEO, bes, *impertio, adhibeo, exhibeo, præsto.* de Nat. 49 a, Aer vitalē, & salutarem spiritum præbet animantibus. de Clar. 187 a, C. Cosconius eam verborum copiam si quam habebat, præbebat populo. pro Ar. 188 a, Hæc studia rebus aduersis perfugium ac solatium præbet. Att. 141 a, Vt quam leuissimum me præberem. & 218 b, Si duriorē te eius miseræ & afflictæ fortunæ præbes. Q. F. 361 a, In literis mittendis te nimium inexorabilem præbuisti. & 323 b, Animum præbeo ad illius perniciem moderatum. Offic. 38 a, Socii spectatores se ociosos prebuerunt Leuctricæ calamitatis. pro S. R. 20 a, Te magnopere quæso, vt qualem te antea. P. R. præbuisti, talem te nobis hoc tempore impertias pro Cec. 290 a, Qui & in re misericordem se prebuit, & in testimonio religiosum. Epist. 73 b, Teque vtrum præbeas. & 254 a, Præbere se hominem in malis. & 129 b, Præbere se dignū suis maioribus. & 61 b, & 133 a, præbere se æquum iudicem alicui. I. V. 241 a, præbere se patientem atque impigrum. At. 121 a, prebere se superbum. & 168 b, prebere se placabilem alicui I. V. 93 a, Verres in ciuitatibus sociorum non legatum pop. Ro. sed tyrannum prebuit. Ora. 101 b, prebere se ministrum alicui in aliqua re. Offi. 48 b, prebere se moderatum in aliqua re. pro Pl. 176 b, prebere se gratū bene meritis. de D. 9 b, Offic. 26 b, Appetitum rationi obedientem prebeamus. Q. F. 309 b, prebere sponsalia genero. Anteq. 194 b, præbere aures vacuas.

PRAEBITVS, a, um. de N. 76 a, Reguli corpus Pœnorum crudelitati est prebitum.

☞ Syntaxis. *Aer vitalem & salutarem & spiritum prebet. Prabere se lenem, superbum, durum, verum. Animum moderatum prabere. Prabitum corpus crudelitati bestium.*

PRAEBITOR, oris. Of. 44 a, Vt Macedones non te regem suum, sed ministrum & prebitorem putent.

PRAECAVENDVM. de Fin. 132 a, Quibus abest ad precauendum intelligendi astutia.

PRAECAVEO, es. *ante caueo, declino, vito* pro Pl. 260 a, prouidere ante, & præcauere Anteq. 195 a, Præcauete, ne, &c.

PRAECAVETVR. Att. 55 b, A me ita præcautum atque prouisum. de In. 74 a, Aut nisi fecisset, præcaueri potuisset. Tusc. 201 b, Cum videtur præcaueri potuisse, si prouisum esset.

PRAECAVEOR, ris, I. V. 221 b, Res mihi præuisa atque præcauta est. pro S. R. 37 b, Mala quæ difficillima præcauentur.

☞ Syntaxis. *Hac sunt satis promissa & præcauta. Præcauentur periculum.*

PRAECELLENS, tis. *excellens præstans.* pro Cor. 59 b, Vir & animo & virtute præcellens. I. V. 223 a, P. Scipio, vir omnibus rebus excellentissimus.

PRAECELSVS, a, um. *excelsus.* I. V. 255 a, Præcelsus atque editus locus.

PRAECENTIO, onis. *cātus qui aliquem vel aliquid præcedit.* de Aru. 248 b, Tui sacerdotii sunt thensæ, curricula, præcentio, &c.

PRAECEPS, pitis *inconsideratus, ruens, periculosus subitus* de Ora. 165 b, Sol ipse iam præcipitans me hæc præcipitem pene euoluere coegit. Acad. 17 b, Vt tamen in præcipitem locum non debeat se sapiens cōmittere. pro Fl. 166 a, Via preceps & lubrica.) (. *via plana & stabilis.* de Arusp. 856 a, Ille demens & iampridem ad pœnam exitumque preceps. I. A. 201 b, Homo amentissimus, atque omnibus consiliis præceps & deuius. pro Mil. 118 a, Aliquis præceps amētia. I. V. 170 a, Præceps amentia ferebatur. ad Her. 26 b, Vt cū præcipitē perturbetis ex ea ciuitate, quam, &c. L. P. 94 b, Lubricū genus orationis, adolescenti non acriter intelligenti sæpe præceps. Attic. 145 b, Subitus discessus, & præceps profectio. in Ver. 815 b, Antiochus præceps ex prouincia exturbatus est. Attic. 36 a, progressum præcipitem, inconstantem reditum videt. in Ver. 77 b, & pro Cl. 54 a, Agunt eū præcipitem pœnæ ciuium Romanorum. pro Cecin. 296 b, Si saxis aliquem de fundo præcipitem egeris, & 194 b, Aliquis manu demotus & actus præceps. de Ami. 113 a, Obsequium, quod, &c. amicum præcipitem ferri sinit. Oct. 330 a, O meam calamitosam & præcipitem senectutem. pro Fl. 56 b, Homo volubilis præcipiti quadam celeritate dicendi pro Dom. 231 a, Nullo labore tuo præcipiti furori restitissem. de Or. 143 b, propter tot tantosque tamque præcipites casus pro Pi. 860 a, Sed ego cæcum me & præcipitem ferri confitear in causa, si, &c. de Diu. 84 a, præcipites cœli partes.

☞ Syntaxis. *Præcipitem omnia euoluere solo præcipite. In locum præcipitem se committere. Præceps & lubrica via. Ad pœnam præceps. Consilio præceps ac deuius. Præcipitem perturbare ex ciuitate, & exturbare. præcipitem agi conscientia. Saxis aliquem de fundo præcipitem agere. Præcipes casus, cœli pars.*

PRAECEPTIO, onis. *præceptorum explicatio, doctrina.* Off. 2 a, Itaque propria est ea præceptio Stoicorum. & de In. 37. & de Nat. 41.

PRAECEPTOR, oris. *doctor.* de Or. 148 a, Neque disiuncti doctores, sed iidem erant viuendi præceptores atque dicēdi. I. A. 163 a, Hunc tu auctorem & præceptorem omnium consiliorum, totiusque vitæ debuisses habere. Epist. 69 b, Hoc fortiorem me puto, quam teipsum præceptorem fortitudinis de In. 50 b, Artium liberalium magistri, & viuendi præceptores.

PRAECEPTRIX, cis. *magistra.* de Fi. 58 a, Sapientia præceptrice in tranquillitate viui potest.

PRAECEPTVM, pti. *monitum, admonitio, institutum, iussum, via, ratio.* Epi. 70 a, Tuis monitis præceptisque omnis abiiciendus dolor. Ora. 107 a, de Fin. 126 b, Aristoteles tradit plurima præcepta differendi. de Or. 91 b, Qui dicendi præcepta tradunt. Tusc. 169 b, Dare præcepta de aliqua re. de Ora. 115 b, præcepta dare militari cuipiam dare. & 122 b, Philosophi nulla dant præcepta dicendi. de Clar. 189 a, Disciplina Hermagoræ dat rationes certas & præcepta dicēdi, quæ habent ordinem, & quasdam errare in dicendo non patientes vias. Orato. 810 a, præcepta, & quasi vias, quæ ad eloquentiā ferant, tradere, Off. 1 a, Te abundare oportet præceptis institutisque philosophiæ. pro Fl. 166 a, Huic puero viuendi præcepta dabitis. Off. 43 a, b, Etiam hoc præceptum officii diligenter tenendum est. de L. 171 b, Neque medicorum præcepta dici vere possunt, si qua inscii imperitique pro salutaribus mortifera conscripserint. * de Iou. 60 b, Commune autem præceptum hoc datur ad enumerationem.]

☞ Syntaxis. *Monitis præceptisque tuis. Rationes & præcepta. Via ac præcepta. Præcepta & institutio.*

PRAECERPO, pis. *præripio.* in Verr. 218 b, Non precerpo fructum officii tui.

PRAECERTATIO, onis. *decertatio.* ad Her. 33 b, Mihi tecum precertatio non est, ideo quod, &c.

PRAECIDO, dis. *incido, seco, amputo, perfeco, præcindo.* I. PRAECISVS. de In. 69 b, precidere manū alicui gladio. Off. 24 b, Amicitiam magis decet sensim diluere, quam repente precidere. pro Rab. 96 a, precidere fistulas, quibus aqua suppeditatur alicui loco. ad Her. 41 a, precidere & abscindere sermonem, vt hic, qui, &c. I. V. 239 a, Iā tibi maximam partem defensionis precideris. & 80 a, precidere alicui spem faciendi aliquid. ad Her. 41 a, per abscisionem, si cum incipimus aliquid dicere, precidimus. I. V. 148 b, precidere sibi ipsi licentiam libertatemque viuendi. L. P. 90 b, Is sibi ipse reditum precidit. Acad. 33 b, precide, inquit, statue aliquando quod libet. Att. 136 b, Naues precidere, aut incendere.

PRAECIDOR, ris. de Di. 87 a, Cotem nouacula posse precidi. Tusc. 239 a, Cinna collegæ sui cōsulis C. Octauii precidi caput iussit. I. V. 235 b, Cleomenes anchoras præcidi imperat.

☞ Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Amicitiam repente præcidere. Præcidere & abscindere sermonem. Spem alicui. Abscissio sermonem præcidit.*

PRAECINO, nis. *pronuncio, prædico.* de Arusp. 248 a, Nouo aliquo motu magnum aliquid deos hominibus pręmonstrare & pręcinere. Tusc. q. 210 a, Ex epulis magistratuum fides præcinunt: *idest, tibicines cum fidibus præeunt.*

PRAECIPIO, pis. *præmoneo, præsentio.* pro Mur. 214 b, & Offic. 45 b, portu soluentibus ij, qui iam in portū ex alto inuehuntur, pręcipere summo studio solent, & tempestatum rationem & locorum. Offi. 16 b, Ingenij magni, pręcipere cogitatione futura.

¶ *Mando.* de Sen. 82 b, Quod si exequi nequeas, possis tamen Scipioni pręcipere, & Lęlio de Ora 96 a, Et de hoc vno minimum est facile pręcipere & 113 a, pręcipere de eloquentia. Ep. 70 a, Nos erimus etiam in omni desperatione fortes, vt tu tamen idē hortaris & pręcipis & 9 a, Vt tute mihi pręcepisti. * Tusc 250 a, Is vero, cęcus verbis pręcipiebat discentibus vnde, quo quanquam lineam scriberēt. de Ora. 118 b, In quibus hoc pęcipit ratio, atque doctrina, vt vis eius rei, quam definias, sic exprimatur. ibid. Atque in hoc genere causarum nonnulli pręcipiunt, vt verbum illud, quod &c.]

¶ *Anticapio.* in Anton. 236 b, pręcipias licet gaudia, omnes te dij oderunt.

PRAECIPITANS, tis. *ruens, cadens.* pro Dom. 221 a, Tuus pręcipitans iā & debilitatus tribunatus. L. PRAECEPS. de Orat. 160 a, In omni pręcipitante numerum notare non possumus. pro Mil. 122 b, Vrgere iacentes, aut pręcipitantes impellere, inhumanum est. Attic. 48 a, Me certe ad exitum pręcipitantem retinuisses. de Orato. 162 b, Sol iam pręcipitans. pro Syl. 164 a, Resp. pręcipitans. & 184 a, pręcipitanti reip. subuenit. pro Cl. 32 a, pręcipitantem igitur impellamus, & perditum prosternamus.

PRAECIPITATVS, a, um. pro Cec. 294 a, Qui se pręcipitatores ex locis superioribus dicerent.

PRAECIPITO, tas. *præcipitem ago, celeriter descendo ruo.* Tusc. 217 b, Vt si posse putet eū, qui se e Leucade pręcipitauerit, sustinere se, quum velit. Acad. 17 b, Sustinenda potius omnis assensio, ne pręcipitet, si temere processerit. de Legib. 170 b, Fibrenus ex eo loco pręcipitat in Litem. de Som. 159 a, Loca vbi Nilus pręcipitat ex altissimis mōtibus. de Nat. 19 a, pręcipitare istuc quidem est, non descendere. de Fin. 131 b, Si quando bis ludentes minamur pręcipitaturos, alicunde extimescunt.

PRAECIPITOR, ris. pro Dom. 232 b, pręcipitari ex altissimo dignitatis gradu.

☞ Syntaxis. *Pręcipitat Fibrenus in Litem. Vbi Nilus pręcipitat ex montibus.*

PRAECIPVE. *potissimum, vel maxime* Part. 240 a, & de Orat. 87 b, Hęc vna res in omni libero populo, maximeque in pacatis ciuitatibus pręcipue semper floruit. cōtra Rull. 78 a, Nihil sibi appetit, pręcipue Pompeius, vult se in communi atque eodem quo cęteri iure viuere. pro Syl. 183 a, Neque ego nunc pręcipue de consularibus disputo: vniuersi senatus communis est ista laus. pro Rab. 91 a, Labor in hoc defendendo pręcipue meus est: studium vero conseruandi hominis, commune mihi vobiscū esse debet. Epist. 58 b, Nihil tibi pręcipue timendum est. Epist 218 b, Sed vereor ne quia complures tibi pręcipue commendo, exęquare videar ambitione quadam commendationes meas. Q. F. 195 b, Nos isti hominum generi pręcipuè debere videmur. de Leg. 179 a, Color albus pręcipue decorus Deo est, de Fi. 88 a, Ergo homini, qui cęteris animantibus pręstat, pręcipue à natura nihil datum esse dicemus? Ep. 21 a, In mea salute pręcipue sum ab illo adiutus. Epist. 38 a, In quibus vnum illud te pręcipue rogo, vt &c. de Diu. 85 a.

Rite igitur veteres; &c.—
Præcipuè ingenti coluerunt numine diuos.

de Or. 128 a, Diligentia pręcipuè colenda est nobis. Epist. 176 b, Vicetini M. Brutum præcipue obseruant.

PRAECIPVVS, a, um. *peculiaris, proprius.* ⁊(*communis.* Epist. 59 a, Attic. 279 a. Tum communibus malis, tum pręcipuis oppressus sum. pro Syl. 169 a, Tum cōmunibus, tum pręcipuis patris tui periculis commouebatur. de Pro. 69 a, Pręcipuum illum & proprium sensum doloris mei a sententia dicenda amouebo. pro Syl. 168 b, Quod mihi consuli pręcipuum fuit pręter cęteros, id iam priuato cum cęteris est commune.

¶ *Insignis.* pro Dom. 215 a, An meę partes in ea causa non pręcipuè fuerunt. pro Pomp. 15 a, & pro Mil. 116 b, Qui in hoc bello etiam pręcipue iure esse deberet. Epist. 47 a, In communibus miserijs pręcipuo quoddam dolore angi. de Finib. 71 b, Nam sunt in animo pręcipua quędam. Plan. Epist. 149 a, Nisi in multitudine optimorum ciuium impetus animi mei fuerit singularis, & opera pręcipua, nihil volo, &c. Antequam 197 a, Cum præcipuum vobis obsidem sui animi, vestram reliquerit libertatem. Offi. 3 b, In generatque in primis præcipuum quendam amorem in eos qui procreati sunt. pro Lig. 341 b, Vt enim cætera paria sint, &c. hoc certe præcipuum Tuberonis fuit, quod, &c. ad Att. 247 a, Domus publico omni præcipuo, & humano, & diuino iure munita. * Epist. 85 a, Qua quidem in re singulari sum fato.]

PRAECISE, *breuiter.* ⁊(*plene perfecte*, de Natu. 40 b, prouidentia mundum administrari præcise dicitur, plene autem & perfecte, prouidentia deorum mūdum administrari, Attic. 111 b, Numquam ego cuiquam, &c. tam præcisè negaui, quam hic mihi plane sine vlla exceptione præcidit.

PRAECISIO, onis. *ornamentum quoddam.* ad Her. 33 b, præcisio est cum dictis quibusdam, reliquum quod cœptum est dici, relinquitur audientium iudicio, &c. de Or. 161 b.

PRAECISVS, a, um, *diminutum, ereptum.* Attic. 282 b, Oppressa ab impijs ciuitas opitulādi potestate præcisa. de Ora. 114 a, Hic Catulus, pręcisa, inquit mihi quidem dubitatio est, quoniam, &c. I. V. 181 b, Tibi præcisa defensio est. Q. F. 313 a, Tenedia libertas securi Tenedia præcisa est.

PRAECLARE, *recte, probe, optime.* I. A. 209 b, & 183 a, pręclarè igitur fecitis tribus pleb. &c. Epi. 52 a, Ego eum te esse, qui, &c. præclare memini. ibidē 206 a, Et si non sum nescius, quæ tua potestas sit, tibi negocium datum esse a C. Cæsare, non iudicium, præclare intelligo. pro S. R. 24 b, Quod præclare a sapientibus dicitur, Vultu sæpe lęditur pietas. de Cla. 169 b, Vir excellens præclare de Offi. 10 a, Viuitur cum ijs, in quibus præclare agitur, si sint simulachra virtutis.

PRAECLARVS, a, um, *eximius egregius commemorandus.* Epist. 7 b, Minime miror te tuis præclaris operibus lætari. de Orat. 89 a, Multi erāt præterea præclari in philosophia & nobiles. de Ora. 117 a, Genus dicendi magnificum atque præclarum. Ora. 198 a, Cū præclara quædā & magnifica didicisset. pro Dom. 539 b, præclara voluntas, atque omni laude digna. de Or. 95 b, Egregia quædā & præclara indoles. pro S. R. 19 b, Opima atque præclara præda. pro Sest. 23 a, Res præclara iuuentuti ad discēdum. I. V. 74 a, O commemoranda iudicia, præclaramque existimationem nostri ordinis. in Ant. 192 a, præclara & luculenta reclamatione vestra factum Martialium comprobauistis. Offic. 14 a, Ea quæ eximia plerisque & præclara videntur, praua ducere. pro S. R. 40 b, prædium præclarum & propinquum.

☞ Syntaxis. *Præclare facere, meminisse. Vir præclarè excellens. In philosophia præclarus & nobilis. Præclarum & magnificum. Egregia & præclara indoles. Præclara & opima præda. Præclara & luculenta reclamatio.*

PRAECLVDO. *claudo intercludo, præcido.* I. V. 270 b, Omnem orbem terrarum ciuibus nostris ista defensione præcluseris. pro pl. 280 a, Nam maritimos exitus præcludebat hyemis magnitudo. I. P. 88 a, In perpetuum tibi curiam præclusisti.

PRAECLVDOR, ris. *impedior.* Antequam 195 a, Animus præcluditur ad exponendam rei indignitatem.

PRAECLVSVS, a, um. I. V. 139 b, Omnes tibi aditus misericordiæ iudicum præclusi sunt. Anteq. 193 b, Cum aditus custodi patriæ præclusus sit. & ibid. Cum ciuibus præclusa sit expectatio incolumitatis.

☞ Syntaxis. *Exitum curiam alicui præcludere. Præcluditur ad eloquendum animus. Præclusa cunctis spes euasionis.*

PRAECO, onis. *buccinator, prædicator.* I. V. 156 a, Si palā præco iussu tuo prædicasset, non decumas frumenti, sed dimidias venire partes. pro Qu. 9 a, De quo homine præconis vox prædicat, & precium cōficit, huic, &c. & ibid. Alicuius victum vestitumque necessarium sub præcone cū dedecore esse subiectum. Offi. 50 b, Hastam in foro ponere, & bona ciuium voci subijcere præconis. pro Flac. 153 a, Citat præco maxima voce legatos Aemonenses. Off. 63 a, Si domini iussu pręco ita prædicet, domum pestilentem vendo. cont. Rul. 66 a, Itaque me non singulæ voces præconum, sed vna voce vniuersus populus cōsulem declarauit. pro Do. 223 b, Vt Cyprius rex cum omnibus bonis sub præcone subijceretur. de Nat. 77 a, per præconē edere aliquid, pro Sest. 16 a, Et præconi publico subijcere. ad Her. 41 a, Illi pręco faciebat audientiam. I. V. 124 a, Dicit vnus & alter breuiter, nihil interrogatur, pręco dixisse pronunciat. de Or. 105 b, Iurisconsultus præco actionum. pro Arc. 90 a, O fortunate, inquit, adolescens, qui tuę virtutis Homerum pręconem inueneris. Ep. 69 a, pręcones ludorum gymnicorum. pro Plan. 266 a, Granius pręco.

☞ Syntaxis. *Præco prædicare. Sub pręcone victum alicuius subijcere. Præconis voci bona subijcere. Præco maxima voce citat. Per præconem vendi. Facta à præcone audientia.*

PRAECOGNOSCO, scis. *præsentio.* Ep. 253 a, Si latro pręcognito nostro aduentu rursus in Italiam se recipere cœperit.

PRAECONIVM, nij. *ars præconis.* pro Qu. 18 a, Cuius vox in pręconio quęstum pręlbuit. Ep. 91 b, Facere pręconium. Att. 207 a, Ligarianam pręclare vendidisti, posthac quid scripserō, tibi præconium deferam.

¶ *Laudatio* pro R. P. 130 a, O meum miserum & acerbum præconiū. de Orat. 116 b, Stultitiæ suæ quàm plurimos testes domestico pręconio colligere. pro Arc. 189 b, Omnes mandari versibus æternum suorum laborum præconium facile patiuntur. Ep. 68 b, Vt mihi nō solum præconium tributum, sed etiam graue testimonium impartitum clari hominis magnisque esse videatur.

PRAECORDIA, orum. *iecur.* Tusc. 152 b, Iram in pectore, cupiditatem subter pręcordia locauit.

¶ *Intestina.* de Finib. 146 b, Annulus in pręcordijs piscis inuentus est.

¶ *Animus.* Tusc. 169 a, Cum iam in pręcordijs conceptam mortem contineret. I. A. *Hanc tegit obscurus subter præcordia vulnus.*

PRAECVLTVS. *antecultum, preparatum* Par. 236 b.

PRAECVRRENTIA *primordia, antecedentia.* de Or. 124 a, Ex consentaneis & pręcurrentibus & repugnantibus. Part. 230 b, Vt primordia rerum, & quasi pręcurrentia, in quibus inest aliquid argumenti.

PRAECVRRO, ris. *ante eo supero.* Aca. 47 b, Neque hoc quicquā est turpius, quam cognitioni assertionem approbationemque præcurrere. de Or. 120 a, Auditio & cogitatio, quę studio & diligentia pręcurrit ętatē. Orat. 214 a, Horum vterque Isocratem ętate pręcurrit. Off. 20, Efficiendum autem est, vt appetitus rationi obediant, eamque neque præcurrant, neque propter pigritiam aut ignauiam deserant.

rant. 164 b, Vobis verò illum tanto minorem præcurrere vix honestum est. de Ami. 108 a, Ita præcurrit amicitia iudicium, &c. Qu. de Pet. 209 a, Vt homo iners hominem diligentem præcurrat, sine magna neglegentia fieri non potest. de Di. 104 b, Certis rebus certa signa præcurrunt. I. C. 122 b, Atque hæc adò vt vos, qui mihi studio penè præcurritis, excitarem, locutus sum, sed, &c. de Orat. 164 b, Cui quanquā faueo, tamen illum ætati suæ præstare cupio: vobis verò in tanto minorem præcurrere vix honestum est.

Syntaxis. *Ætatem præcurrens diligentia. Præcurrit ætate Platonem Democritus. Certis rebus certa signa præcurrunt. Aliquem studio præcurrere.*

PRAECVRSIO, onis. *antecessio.* de Fat. 149 a, Non fieri assensiones sine præcursione visorum. Top. 225 b, Præcursio quædam, *i. progressio.*

PRAECVRSOR, oris. *excursor, prodromus.* I. V. 257 b, Hunc in rebus capitalibus præcursorem habebat & emissarium.

PRAEDA, dæ. *rapina.* de Pro. 74 b, Illum putabam retinere posse exercitum præda antè parta, &c. cont. Rull. 77 b, Accumulat aurum ex præda, ex manibus, ex coronario, &c. I. V. 174 a, Maximos quæstus prædasque fecisse. pro Dom. 243 a, Præda consulum ex meis fortunis crudeliss. capta. Epi. 188 b, Spes prędæ & rapinarum. In Salu. 274 b, prædę loco magistratum accipere.

PRAEDATOR, oris. *prędo.* I. C. 108 b, Quos in eodem genere prædatorū direptorumque pono.

PRAEDIATOR, oris. *iuris prædiatorij peritus.* pro Corn. 64 a, Q. Scæuola, cùm de iure prædiatorio consuleretur, consultores suos nonnunquam ad Furium & Cascelium prædiatores reiiciebat. Attic. 190 b, Apuleius prędiator liberalis.

PRAEDIATORIVS, a, um. *quod ad prædia possessionesque pertinet.* pro Cor. 64 a, Cùm Q. Mutius de iure prædiatorio consuleretur, &c. *id est, de iure possessionum.*

PRAEDICABILIS, le. *prædicandus, gloriandus, præ se ferendus.* Tuscu. 238 a, Nec in misera vita quicquam est prædicabile aut gloriandum.

PRAEDICANDVS, a, um. Tusc. 238 a, Si beata vita glorianda, & prędicanda, & prę se ferenda est.

PRAEDICANS, tis. Epistol. 70 a, Ignosces mihi de me ipso aliquid prædicanti.

PRAEDICATIO, onis. *celebratio, commemoratio.* pro Arc. 190 b, Philosophi in eo ipso in quo prædicationem nobilitatemque fugiunt, prædicari de se ac nominari volunt. Attic. 149 a. Tua prędicatione factum est, vt tantum ei debere videreris. de Arc. 247 a, Nec vereor, ne hæc mea vestrorū beneficiorum prędicatio non grata potius, quam arrogans videatur. Q. F. 298 a, Si in mediocri statu sermonis ac prædicationis res tuæ essent, nihil abs te eximium postularetur. cont. Rull. 75 b, Quæ prędicatio præconi acerba futura est. pro Do. 218 b, Prędicatio de laude alicuius. I. V. 179 a, Prædicatio nefariæ societatis.

Syntaxis. *Prędicationem & nobilitatem fugere. Status mediocris sermonis ac prædicationis.*

PRAEDICATOR, oris. *laudator, præco, buccinator.* Ep. 11 a, Te ipso prędicatore ac teste. pro Cor. 55 b, Qui volunt me esse sui facti & prædicatorem & autorem.

PRAEDICO, as *canto, decanto, celebro, commemoro, glorior, persono.* de Ora. 208 b, Erantque multi, qui libenter id quod dixi, de illis oratoribus prædicarent. I. P. 79 b, Mihi ista licet de me vera cum gloria prædicare. I. A. 237 b, Multa & honorate & honorifice & grauiter de aliquo prædicare. I. V. 156 a, Si palàm, præco iussu tuo prędicasset. Atti. 143 a, Prędicat enim palàm. pro Do. 231 b, De seipso gloriosius prædicaret. pro Q. R. 48 a, De hoc vt existimabas, prædicabas. Epist. 69 a, Ne ipsi sua uoce se victores esse prędicēt. de Arus. 255 a, In ipsum Pompeium autorem (vt prædicare est solitus) consiliorum suorum inuehi cępit. I. C. 102 a, Mihi inimico, vt prędicas, tuo. de Or. 136 a, Ego de te oratore sic prędico, vnum te esse, &c. pro Plā. 269 b, Auus tuus P. Nasica tibi ædilitiam prędicaret repulsam. pro Q. 98, De quo homine pręconis vox prędicat, &c.

PRAEDICOR, aris. de Opt. 244 b, Atque ita prædicaretur, eum donari virtutis ergo. pro Arc. 189 b, Themistocles dixit se eius vocem libentissime audire, a quo sua virtus optime prędicaretur. & 190 a, Nostra sæpe feretur & prædicabitur. & ibid. b, Omnes prædicari de se & nominari volunt.

Syntaxis. *Multa de aliquo cum gloria prædicare. Honoratè, honorificè, & grauiter prædicare. Omnes de se prædicari volunt.*

PRAEDICO, cis. *ex Præ & Dico, antè dico, cano, præcino, moneo, prænuncio, præsignifico, testificor, antè prædico, portendo, oraculum edo præmonstro.* I. C. 99 a, Quos ego iam multis ac summis viris ad me venturos id temporis esse prædixeram. de Arc. 248 a, Aruspices bellum non obscurè nobis paulò ante prędixerunt. & 256 a, b, Cùm dij immortales moneat de optimatium discordijs, de clarissimorum ciuium dissensione prędicunt: cùm principibus cædē portendunt, in tuto collocant. Clodium. de Diu. 80 a, Intelligere & prędicare futura. de Diui. 126 a, Scylax totum Chaldaicum prædicendi genus repudiauit. I. V. 73 a, Moneo, prædico, ante denuncio. Epi. 73 b, Nihil aduersi accadit nō prædicente me.

PRAEDICOR, ris. de Diui. 151 b, Solis defectiones prædicuntur in multos annos.

PRAEDICTIO, onis. *prædictum, diuinatio, significatio, vaticinatio, præsensio.* Epi. 83 b, Quare quando ut augures & astrologi solent, ego quoque augur publicus ex meis superioribus prędictis cōstitui apud te authoritatem augurij & diuinationis meæ, debet habere fidem nostra prędictio. de Diui. 119 b, Omnis enim prædictio mali tum probatur, cum ad prædictionem cautio adhibetur. & 120 a, Quis rex vnquam fuit, qui non vteretur prædictione diuina? & 186 b, prædictio & notatio cuiusque vitæ ex natali die. & 84 b. Ariolorum & vatum furibundæ prędictiones. de Nat. 27 a, prædictiones & præsensiones rerum futurarum. de Arusp. 248 a, Fatorum veteres prædictiones Apollinis vatum.

PRAEDICTVM, cti. *prædictio.* de Diuinat. 126 b, panętius, qui astrologorum prædicta adiecit. & ibid. 129 a, Qui hęc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. de Leg. 175 b, Ad deos placādos alij sacerdotes constituti, ad interpretanda alij prædicta vatum.

PRAEDICTVS, a, um pro Dom. 237 b, Si omnia veteribus & prædictis institutis acta esse dicerem. de Natura 57 a, Defectiones solis & lunę cognitę prędictęque in omne posterum tempus. de Aru. 250 b, Id totum in istius ludis prędictum atque responsum est. * de Am. 103 b, Carbo, quem modo posuimus.]

Syntaxis. *Prædictio & notatio ex natali vita die. Prædictio & præsensio futurarum rerum. Natalia Chaldæorum prædicta. Vatum prædicta. In omne posterum tempus prædictum id est.*

PRAEDIOLVM, li. de Or. 152 b, Attic. 252 b, prædiola nostra bellè ędificata, & satis amœna.

PRAEDISCO, scis. de Or. 97 a, Quę in foro agenda sunt, exercitatione quasi ludicra prædiscere & meditari.

PRAEDITVS, a, um. *cumulatus, ornatus, decoratus, instructus, armatus, affectus, auctus, amplificatus, confectus.* pro Cæl. 42 a, Adolescens rectissimis studijs atque optimis artibus prędıtus. I. A. 169 a, Adolescens summa spe & animi & ingenij præditus. pro Pom. 13 b, Vir summis ornamentis honoris, fortunæ, virtutis, ingenij prędıtus Qu. Hortensius. & 17 a, C. Curio summis vestris beneficijs, maximisque rebus gestis, summo ingenio & prudētia præditus. pro Cl. 28 a, Homo summa religione & autoritate præditus. pro S. R. 44 a, Homo sapiens & ista autoritate & potestate prędıtus, qua tu es. pro Mil. 165 b, Homo sapiens, & alta quadam mente præditus. de Or. 85 b, Summi homines, & summis ingenijs præditi. de Am. 110 a, Venandi vel pilæ studio præditus. de Vn. 20 b, Siderum errores multitudine infinita, varietate admirabili prędıti. pro Clu. 35 a, Vir magna prudētia & exercitatione præditus. cont. Rull. 84 a, Homines diuina mente & consilio præditi. pro Flac. Adolescens optima spe præditus, summæ dignitatis. pro Dom. 221 a, Vir singulari virtute, constantia, grauitate prędıtus. Ep. 47 a, Sapientia præditus prope singulari. pro Arc. 187 b, Aliquis summa ingenij præditus gloria. & ibi. Homo mediocris, & aut nulla, aut humili aliqua arte præditus. Or. 199 a, Sed tamen eos studio optimo, iudicio minus firmo præditos docere non alienum est. I. V. 78 b, Homo omnibus ornamentis præditus. Tusc. 162 a, Mens est motu prædita sempiterno. de In. 58 b, perspicuo & grandi vitio prędıtum posuimus exemplum. Tusc. 236 a, Non ut paruo metu præditus sit, sed vt nullo. I. V. 65 b, In me homine paruis opibus & facultatibus prædito. & 161 a, Homo illa autoritate & ætate præditus. I. V. 220 b, Vir summo magistratu præditus. pro Do. 235 a, Vir summa potestate præditus. & ibid. Singulari bonitate & modestia præditus. Att. 119 b, Aliquis præditus amplissimo sacerdotio. in V. 257 b, Cū eum videres illa autoritate & miseria præditum. & 129 b, Amentia prędıtus atque audacia. de Inu. 61 a, puer prędıtus magna dignitate. I. Ver. 56 a, Homo singulari cupiditate, audacia, scelere prędıtus. pro Flacc. 147 a, præditus leuitate, egestate, perfidia, audacia. de N. deor. 5 b, Mundus animo & sensibus præditus. & 24 b, Imagines diuinitate prædıtę. & 60 a, Deos membris humanis esse præditos. pro Sext. Roscio. 12 a, Aliquis miser, luctu præditus. ad He. 14 b, Mortuum deformatum, tumore præditum, decoloratum corpore constat esse. de Inuent. 76 a, Quidam neque nomine, neque numero præditi, vt digni sint, qui aut, &c.

Syntaxis. *Rectissimis studijs præditus. Spe animi & ingenij præditus. Magna vir exercitatione præditus. Vitio præditus, metu, magistratu, ætate, amentia, luctu.*

PRAEDIVM, dij. *fundus, possessio, regnum.* Epist. 106 a, & 207 a, M. Laberio C. Albinus prædia in æstimationem acceperat, quæ prædia Laberius emerat a Cæsare. Att. 113 b, Scripsi me tamen in prædijs meis esse. I. V. 193 a, Vrbana prædia. pro S. R. 25 a, prædia rustica. I. V. 105 a, In bonis prædibus prædijsque vendendis. At. 252 b. prædiola nostra bellè ædificata, & satis amœna. Att. 171 a, In quos sumptus abeunt fructus prædiorum. & 247 b, Mercedes dotalium prædiorum. pro S. R. 25 a, Tot prędia, tum pulchra, tum fructuosa pater filio suo colenda ac tuenda tradiderat.

Syntaxis. *Prædium in æstimationem accipere. Prædia, vrbana, rustica, bellè ædificata, amœna, dotalia, fructuosa.*

PRAEDO, onis. *prædator, pirata.* Tusc. 189 b, Si cui naviganti, quem prædones insequantur, Deus dixerit, Eijce te de naui. I. Ver. 168 b, & ad 12 a, Vrbes piratis prædonibusque patefactæ. de N. 76 b, plures captiuos acerbè, quàm prædones necari. de Or. 143 a, Nefarios prædo. pro Do. 241 b, Omnium templorum atque tectorum, totiusque vrbis prędones Hetrusci. L. Homo.

Syntaxis. *Pirata prædoque, Omnium tectorum prædo.*

PRAEDOR, aris. *prædam facio.* I. V. 103 a, Verres omnibus in rebus aptissime prædatus est. & 189 a, Tuus apparitor de aratorum bonis prælabitur. I. A. 193 a, Sed spes rapiendi atque prædandi cæcat animos eorū. Of. 66 a, Nemo id agere debet, ut ex alterius prędetur inscitia.

PRAEEO, is. *anteeo.* pro Dom. 140 a, Adesse, vt mihi præeatis possemque teneatis. de Finibus. 138 b, Ad quorum usum iam corroborati natura ipsa præeunte deducimur. pro Mil. 102 a, Qui hesterna etiam concione incitati sunt, vt vobis voce præirent quid iudicaretis.

PRAEFANDVS, a, um. Episto. 140 b, Nos autem ridicule si dicimus, ille

patrem strangulauit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lolia, honos præfandus est. de Fin. 71 a, Cætera addit, quæ si appelles honos præfandus sit.

PRAEFARI, ris, fatur. *perloqui.* de Diuinatio. 101 a, Antiqui omnibus rebus agendis. quod bonum faustumque esset, &c. præfabantur. de Vniu. 201 b, Quæ de Deorum natura, &c. præfati sumus, hunc habeant terminum.

PRAEFATIO, onis. *exordium.* in Ver. 190 b, Quæ porrò præfatio tuæ donationis fuit?

PRAEFECTVRA, ræ. *ea erat Romanis (vt Festus ait) in qua & ius dicebatur, & nundinæ agebantur. & erat quædam respub. nisi quod legibus a Romanis in singulas præfecturas præfecti mittebantur quotannis, qui ius dicerent.* pro Pl. 262 b, Tu es e municipio antiquissimo Tuscul. hic est è præfectura Atinati, non tam prisca. pro R. 95 a, Omnis præfectura, regio, vicinitas nostra. At. 82 b, præfecturam petiuit, orgaui. de Nat. 27 b, Cùm P. Vatienus è præfectura Reatina rediret. At. 85 a, Dare præfecturam alicui, & deferre præfecturam alicui.

PRAEFECTVS, cti. *præpositus, quicunque alicui rei vel negotio præfectus est.* I. P. 98 a, Cùm hyberna legato præfectóque tradidisses. euertisti miseras ciuitates. Att. 70 b, De quumque præfectus quid Pompeius facturus sit, faciam ut scias. I. V. 254 a, Dux præfectusque classis. & 63 b, Quidam præfectus Antonij. de Cl. 179 b, pro Cl. 44 a, Cēsor præfectus moribus. Epist. 135 a, Noster hic præfectus morib. Postq. 207 a, His vtitur quasi præfectis libidinum suarum. pro Mar. 132 a, Nihil tibi ex ista laude centurio, nihil præfectus decerpit.

PRAEFERO, fers. *antefero, præ me fero.* I. V. 225 a, Faces, quas sibi cum ipsa præferret, orbem omnium peragrauit terrarũ. Anteq. 193 b, Vos dij, &c. qui meæ menti lumina prætulistis. I. C. 100 a, Qui adulescentulo non ad libidinem facem prætulisti? pro Syll. 174 b, Vos mihi in centis tenebris erroris & inscitiæ clarissimum lumen prætulistis. Q. Fr. 292 a, Maiora præferant fasces illi ac secures dignitatis insignia, quàm potentiæ. pro S. R. 32 b. Auaritiam præfers, qui. &c.

¶ *Antepono.* de Or. 140 a, Præferre se alijs. Att. 150 a. præferre aliquē omnibus. de Cl. 173 b, pro Pom. 173 b, præferre salutem reip. suis cōmodis. de Fin. 55. b, præferre ius Imperij amori patrio.

¶ *Orno.* I. Ant. 208 b, Quem vos a se ortum hominibus nobilissimis omnibus honoribus prætulistis.

¶ *Ostendo.* Epistola. 148 a, præferre sensus apertè. *id est, ostendere quod est in animo.*

PRAEFEROR, ris. I. V. 240 a, Fasces prætoribus præferuntur.

PRAEFICIENDVS, a, um. pro Pom. 9 a, Imperator tantis rebus præficiendus.

PRAEFICIO, cis. *præpono.* de Legib. 183 b, Et huic procurationi certum magistratum præfeceras. pro Flacc. 149 b, Tum seditiosos homines reipublicæ præficiebant. Ep. 84 a, Cæsar Brutum Galliæ præfecit. & 26 a, Nec eras superiore bonore vsus, quē præficerē. Att. 262 b, præficere aliquem alicui negocio. Attic. 156 a, In ipsa Italia quem cuique regioni ani negocio præfecisset. pro Pom. 13 b, præficere aliquē Imperatorem alicui bello. pro Dom. 231 a, præficere aliquē ducē exercitui. I. V. 137 b, & Ep. 167 a, Aliquem curatorem præficere, qui statuis faciendis præesset. Ep. 16 a, pro Dom. 238 b, præficere aliquē alicui negocio. Post. 207 b, 208 a, Tu me comitijs prærogatiuæ primū custodem præfeceras. pro Pl. 272 a, præficere aliquem pecori. de N. 8 b, Aristoteles Deum præfecit mundo. I. V. 248 a, Vt is eam pecuniā tractaret, quem ipse præfecit. de D. 111 a, Nec locus in materia inuenitur, cui diuinationem præficere possimus. pro Do. 217 a, Cuiuc pecuniæ deportandæ M. Catonem præfecisti.

PRAEFICIOR, ris Attic. 82 b, primum cunctandam a Qu. Frat. vt se præfici patiatur.

☞ Syntaxis. *Præficere aliquem negocio, aliquem Imperatorem exercitui, Deum præfecit mundo Aristoteles.*

PRAEFIDENS, tis. *confidens.* Off. 18 b, Homines secundis rebus effrenatos, sibique præfidentes. & de Or. 158 a, L. Fin. 20. de Or. 158 a, Exul tantem te & præfidentem tibi repriment validæ legum habenæ.

PRAEFINIO, nis. *præstituo, præscribo.* Tusculan. 232 b, Tu vero, vt videtur: nam præfinire non est meum. Epistola 96 a, Sed eo vidisti multum quod præfinisti. quo ne pluris emerem. de Leg. 179 a, sed ego cætera non tam restricte præfinio. I. V. 271 b, Neque de illo quicquam tibi præfinio, quo minus ingenio mecum contendas. de Pio. 76 b, præfinire diem alicui.

PRAEFINIOR, ris. de Leg. 183 b, A Platone sumptus funerum præfinitur ex censibus, à minis quinque ad minam.

PRAEFINITVS, a, um. Ep. 86 a, Cal. Ianuarias tibi præfinitas esse. pro S. R. 40 a, Deinde aliquanto post eam diem venerunt, quæ dies lege præfinita est. Rull. 62 b, Quod superiore parte legis præfinitum fuit, id rursus liberum infinitum que fecerunt

PRAEFRACTE. *pertinaciter.* Of. 69 b, Cato nimis præfracte vectigalia defendebat. *id est, pugnacissimè.*

PRAEFRACTVS, a, um. *pertinax, pugnax.* Orat. 200 b, Thucydides præfractior, nec satis, vt dicam rotundus.

PRAEFVLCIO, cis. *præmunio, sustento.* Atti. 75 a, per fortunas illud præfulci & præmuni quæso, vt simus annui

PRAEFVLGEO, ges. *præter modum fulgeo.* ad Her. 222 a, Ne aut obcæcentur tenebris imagines, aut splendore præfulgeant.

PRAEGESTIO, stis. *valde gestio, cupio.* pro Cæl 51 b, prægestit animus videre iam primum, &c.

PRAEGNANS, tis. *plane grauidus.* de Diuinatio. 88 b, Cùm mater prægnans huoc ipsum Dionysium aluo contineret, somniauit, &c. pro Cl. 24 a, Is vxorem suam interrogauit, essetne prægnans? eaque se esse respondit. de Or. 100 a, paterfamilias qui vxorem prægnantem in prouincia reliquisset.

PRAEGREDIENS, tis. *præiens, antecedens.* I. A. 246 a, Sequentes alij prægredientes amici.

PRAEGRESSIO, onis. *præcursio.* de Fat. 149 a, Nihil fieri nisi prægressione causæ.

PRAEGVSTATOR, oris *qui cibos principis prægustat, quod & ad alia transfertur.* pro Do. 218 a, S. Clodius prægustator libidinum tuarum.

PRAEIVDICATVS, a, um. pro Cl. 18 a, Primum postulo id, quod æquissimum est, vt ne quid huc præiudicati afferatis, & 27 a, Res semel atque iterum præiudicata. de Na. 4 a. Tantum opinio præiudicata poterat, vt etiam sine ratione valeret autoritas. pro R. P. 127 b, Quasi præiudicata res ad has causas deferri soleat.

PRAEIVDICIVM, cij. *iudicij conceptum specimen.* In Ver. 56 b, De quo non præiudicium, sed plane iudicium factum putatur. In Ver. 181 b, Cum hoc diceret Metellus, præiudicium se de capite C. Verris per hoc iudicium nolle fieri. de Inu. 69 b, Exceptio, extra quam in reum capitis præiudicium fiat. & ibid. Non oportet in recuperatorio iudicio eius iudicij, de quo inter sicarios quæritur, præiudiciū fieri. pro Clu. 19 b, & 29 b, Præiudicia de aliquo facta esse a iudicibus. pro Mur. 138 a, Iudicium accusatoris in reum pro aliquo præiudicio valere. pro Plan 270 b, Cur non eius damnatione aliquid ad hoc iudiciū præiudicij comparasti? Att. 87 b, Nimis graue præiudicium in ordinem nostrum.

¶ *Præiudicium (inquit Asconius) est res, quæ cum statuta fuerit affert iudicaturis exemplum, quod sequatur.* L. IVDICATVM.

PRAEIVDICO, cas. *præiudicium facio.* de Leg. 193 b, Qui magistratu abiētu abierint, apud censores edant & exponant, quid in magistratu gesserint, deque iis censores præiudicent. pro Cl. 54 a, Vt per illum, quī attulit venenum, de hoc præiudicaretur. In Ver. 182 a, De aliquo homine non modo præiudicare, sed etiam grauissime iudicare. de Inuent. 69 b, Satisne causæ sit, quare de aliquo maiore maleficio præiudicetur. Attico. 275 a, Quod nondum Senatus censuit, nec Populus Rom. iussit, id arroganter non præiudicio, neque reuoco ad arbitrium meum.

PRAELABOR, ris. de Natura 48 a, Quorum alter paulo prælabitur ante. & in Arat.

PRAELIGATVS, ta, tum. *obligatus.* de Inu. 81 a, Os autem obuolutum est folliculo, & præligatum.

PRAELIOR, aris. *prælio dimico prælium facio, vel committo, rem gero, certo, pugno.* Anteq. 195 b, Hostibus in ipsa acie, cùm præliantur, licet loqui. de Diui 91 b, Eudemus prælians ad Syracusas occidit. Att. 10 b, Vehementer præliatus sum.

PRAELIVM, lij *dimicatio, certamen, pugna.* Epist. 81 a, Præliorum exitus sunt incerti. Epi. 252 b, Prælio facto. Tuscu. 218 a, Prælium rectū hoc fieri. de Ora. 134 a. Salinator ex arce Tarentina multa prælia præclara fecit. de Diu. 96 b, Cùm hoc calamitosum prælium fieret. de N. 27 a, Cum Ant. Posthumius cum Octauio Manilio prælio dimicaret. de Di. 96 b, Prælium committo. Att. 131 a, Committere prælium cum aliquo pro S. R. 43 b, & I. A. 215 b, Prælium commissum. de Pro. 75 b, præliis frango, & præliis decerto. pro Deiot. 149 a, Prælium pharsalicum. pro Mar. 133 b, Vidimus tuam victoriā præliorum exitu terminatam. pro Pomp. 8 b, Noster exercitus prælus vsus erat secundis. Off. 8 b, Monet igitur eum, vt caueat ne prælium ineat. In Anto. 263 b, Cæsar secundum prælium fecit. pro Milo. 118 a, Clodius cùm prælium commisisset, vulnus accepit. I. C. 100 a, In hoc certamine, & prælio, &c. Or. 199 b, Thucydides res gestas & bella narrat, & prælia te mea causa sustinere.

PRAELOQVOR ris. *prædico.* Epistola. 122 a, Vix hæc erat prælocutus. Cælij.

☞ Syntaxis. *Prælio facto. Prælio dimicare, frangere, decertare. Prælium inire, committere. Certamen ac prælium.*

PRAELVCEO, ces. *lucem vel lumen præfero.* in Sal. 272 b, Ego meis maioribus virtute præluxi. de Ami. 100 a, Amicitia bona spe prælucet in posterum.

PRAEMANDO, as. Epi 65 b, Dicitur mihi tuus seruus anagnostes fugitiuus Vardaci esse, de quo tu nihil mihi mandasti: ego tamen terra marique, vt conquireretur, præmandaui.

PRAEMEDITATIO, onis. *meditatio, prouisio.* Tus. 196 b, Præmeditatio futurorum malorum.

PRAEMATVRVS, a, um. *præproperus, immaturus, intempestiuus.* Plan. Epis. 148 a, Quod præmatura denunciatio boni ciuis imparatis quam esset periculosa, ex casu collegæ videbam.

PRAEMEDITATVS, a, *meditatus, cogitatus, domo allatus, paratus, præparatus.* Offic 42 b, Crassus ostendit id se in foro optime iam præmeditatum facere, quod etiam tum poterat domi cum laude meditari. ad Heren. 7 b, Accusator dicet eum præmeditatum fuisse, quod sibi esse vsu venturum.

PRAEMEDITOR, aris. L. PRAEMEDITATVS. Att. 92 b, Vt possim præmeditari, quo animo accedam ad vrbē. ad Herē. 7 b, Accusator dicet eum vsque adeo præmeditatum fuisse, quod sibi esset vsu venturum, vt, &c. I. A. 232 a, Sapientia est, quicquid homini accidere possit id præmeditari ferendum modice, si aduenerit, esse.

PRAE me fero, præ te fers, præ se fert. *præ me gero, profiteor, demonstro, indico, confiteor, vultu promptum habeo & lingua.* de Nat. 4 b, Tantam facultatem consecutum esse me non profiteor? securum esse præ me fern. Attico. 127 b, Semper præ me tuli, nihil me malle, quam pacem. Oratn. 210 b, Fortasse cæteri rectiores, ego semper me didicisse præ me tuli. de Natura 35 a, & Episto. 18 a, Noli quæso præ te ferre,

re, vos planè expertes esse doctrinæ. Tuscula. 190 b, Poetæ, qui cùm magnam speciem doctrinæ sapientiæque præ se tulerunt audiūtur, &cæt. I. A. 166 a, Ille, qui stillantem præ se pugionem tulit. pro Mil. 109 b, Præ se ferre & confiteri facinus. Att. 136 b, Ὑπόθεσιν aut hanc habent, eamque præ se ferunt. & 260 b, Sum ab illo alienatus, idq; præ me fero. Tusculan. 238 a, In misera vita nihil prædicabile, gloriosum & præ se ferendum. I. A. 193 a, In misera vita nihil prædicabile, gloriosum & præ se ferendum. In An. 193 a, Reliquum est Quirites, vt vos in ista sententia, quam præ vobis fertis, perseueretis. de Ora. 104 a, Actio præ se motum animi fert. Att. 28 a, Clodius Sampsiceramus negat, cæteris præ se fert & ostentat. cont. Rull. 66 a, Vocem vnam præ nobis indicem vestrarum erga me voluntatum tulistis. de Orato. 137 b, Vna ea tribus his rebus præ vobis est ferenda, vt nihil aliud nisi docere velle videamur. Atti. 263 b, Atticum quanti facias, præ te soles ferre. Offic. 40 b, Nisi speciem præ te boni viri feras. de Inuen. 65 a, Affectionis ratio perspicuam præ se gerit coniecturam. Att. ad 43 a, Is præ se probitatē quandam fert. * Aca. 45 a, Theophrastus, vir ita moderatus, vt præ se probitatem quandam, & ingenuitatem ferat.]

☞ Syntaxis. *Præ se ferre, & confiteri culpam. Præ te semper apertè tulisti.*

PRAEMISSVS, a, um. At. 275 b, & I. C. 102 a, Filius in Macedoniam cum equitatu præmissus est.

PRAEMITTO, is. Attico. 161 b, Antonius præmisit mihi odiosas literas hoc exemplo.

PRAEMITTOR, ris. Attic. 112 a, Fannius cum Imperio in Siciliam præmittitur.

PRAEMIVM, mij. *merces, fructus, beneficium.*) (*pœna, supplicium.* Atti. 282 a, Solon rempu. duabus contineri dixit, præmio, & pœna. de Or. 106 b, Leg. & præmia proposita sunt virtutibus, & vitiis. de Na. 77 a, Rectè factis pręmia, peccatis supplicia deberi. Tusc. 173 a, Ita sacerdos precata dea dicitur, vt illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari possit a Deo. I. C. 119 a, Postremo hodierno die præmia legatis Allobrogū dedistis amplissima. pro Rab. 97 a, Quod & pręmium dari fuisset? pro Ar. 199 b, Tribuere pręmium alicui. in Ver. 84 a, Ei præmia postea tamen liberaliter tribuit. pro Fla. 146 a, Quod enim esset præmium dignitatis, quod Popul. Rom. cùm huius maioribus semper detulisset, huic denegaret? I. C. 116 b, Quibus pro tantis rebus nullum pręmium virtutis, nullum insigne honoris, nullum monimentum laudis postulo. pro S. R. 36 a, Quam ob causam a Chrysogono tantis pręmijs donabantur? pro Ar. 186 b, Itaque cum Neapolitani ciuitate cęterisque pręmiis donauerunt. pro Cor. 59 a, Qui nulla conditione huius ciuitatis pręmiis affici posset. de Pro. 96 b, Prouinciæ, quas pestiferi illi consules pro euersæ reipu. præmijs occupauerunt. pro Dom. 236 a, Cum mihi, summa & quotidie maiora præmia in rep. fore putabas. Tus. 232 a, Xerxes præmiū proposuit, qui inuenisset nouam voluptatem. de Legibus 139 a, pro Corne. 62 b, Elicere vel inuitare aliquem præmijs ad faciendum aliquid. item, Quasi eximio præmio sceleris exposito cupidissime contendere. de Orato. 101 a, Cum verus, iustus & honestus labor, bonoribus, præmijs, atque splendore decoratur. Anteq. 194 a, Inimici qui tuis te præmiis oppugnent. I. P. 82 b, Totam rempub. prouinciç pręmio, vendidit. Aca. 1 a, Licebat enim celerius legis pręmio: id est, beneficio. pro Clu. 38 a, Eos qui in eodem genere in quo ipsi offendissent, alios reprehendissent ad pręmia legis venire oportere. pro Rabir. 97 a, Non supplicium deprecarer, sed præmium postularem. Anteq. 193 a, Repetere officij præmium & fructum. de Orat. 86 a, Amplis præmiis ad perdiscendum commoueri. Brut. 289 b, Tributum quod ex centesima collatum impudenti censu locupletum, in duarum legionum præmijs consumitur. I. P. 93 a, Minime fructum laborum, præmia periculorum contemnere debuisti. & 99 a, Mitto ereptam libertatem populis, ac singulis qui erant affecti præmiis nominatim. I. A. 163 b, Atque vtinam omnibus ciuibus soluere nobis præmiis quæ promisimus, liceret. I. Ant. 246 b, Quæ præmia militibus promisimus nos republica recuperata, tributuros. ea cumulate, cum tempus venerit, censeo persoluenda. pro Cęl. 52 a, & pro Milon. 112 b, Magnis & amplis pręmiis aliquem afficere. & ibidem. persoluere meritum præmium alicui. pro Milo. 120 b, Ex omnibus præmiis virtutis, si esset habenda ratio præmiorum amplissimū esse præmium gloriam.

☞ Syntaxis. *Præmium tibi pro pietate Deus dat, tribuat, deferat, non deneget. Præmio donari, affici, olici, decorari. Præmium & fructus officij. Præmia tibi Deus merita persoluat.*

PRAEMOLESTIA, stiæ. Tus. 223 b, Alij autem metum præmolestiam appellabant, quòd est quasi dux consequentis molestiæ.

PRAEMONEO, nes, & neor, ris. de Ar. 245 b, Reperietis ex hoc toto prodigio atque responso, vos ex istius scelere ac furore ab impendentibus periculis maximis, prope iam voce Iouis optimi maximi pręmoneri. Att. 131 a, Quod putaui & præmonui, fit, vt Cæsar te implicet. I. V. 76 b, Me vt magnopere cauerem, præmonebat.

PRAEMONSTRO, as. *præmoneo, monstro.* de Diu. 32 b,

Atque etiam ventos præmonstrat sæpe futuros.
Inflatum mare. --- Poetæ.

PRAEMVNIO, nis, & nior, ris. *præfulcio, præparo.* Att. 75 a, Per fortunas illud præfulci & præmuni, quæso, vt simus annui. pro Cęl. 41 a, de Legi. 163 a, Quæ præmuniuntur omnia reliquo sermoni disputationique nostræ. Or. 209 b, Præmunire ante.

PRAEMVNITIO, onis. *præparatio.* de Oratore 137 a, Sine præmunitione acerbe inuehi in aliquem. & 162 a, Præmunitio ad id quod aggrediare.

PRAENESTE, *oppidum.* de Di. 126 b, Nunquam fortunatiorem, quàm Præneste, fortunam esse.

PRAENESTINAE, *sortes.* de Diuinatio. 126 b, Prænestinarum sortium nomen.

PRAENOMEN, nis. *nomen, quo honoris & differentiæ causa vtebantur Romani. vt Marcus, prænomen fuit Tullij Ciceronis. quod idem intelligitur de aliis.* I. A. 252 b, Omnes habent tantam similitudinem inter se, vt in eorum prænominibus errem. Epi. 119 a, Quod sine prænomine familiariter ad me epistolā misisti, primum addubitaui, num a Volumnio Senatore esset, &c. ad Her. 22 a, Aliquis cui prænomen sit Decimo. de Ar. 150 a, Q. Claudia.

PRAENOSCO, scis. *præsentio.* In Ara.

Hoc signum veniens poterunt prænoscere nautæ.

de Diu. 98 a, Futura prænoscere dij possunt.

PRAENOTIO, onis. *prima notio, anteceptà animo rei informatio.* de Natu. 10 b, 12 a, Hanc nos habemus siue anticipationem, vt antè dixi, siue prænotionem deorum. sunt enim nouis rebus noua ponenda nomina: vt Epicurus ipse πρόληψιν appellauit, quam antea nemo nominarat.

PRAENVNCIO, as. *præmonstro, prædico.* de Di. 82 b, Est enim natura quędam, quæ futura prænunciat.

PRAENVNCIVS, a, um. de Na. deo. Stellæ magnarum calamitatum prænunciç. pro Mur. 134 b, Inquisitio candidati prænuncia repulsæ. in Arat. Aurora prænuncia solis.

PRAEOCCVPO, as. *ante occupo, anteuerto, anticipo.* I. A. 224 b, Quas partes ipse mihi sumpseram, eas pręoccupauit Antonius.

PRAEPANDENS. *apertus, pandens.* In Ara. 387.

--- Præpandens temporis ortus, &c.

PRAEPARATIO, onis. *prouisio, præmeditatio.* Offic. 15 a, In omnibus negocijs, priusquam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. Tuscu. 196 a, Multum prodest prouisio animi & præparatio ad minuendum dolorem.

PRAEPARATVS, a, um. *paratus.* de Oratore 205 b, Si is non præparatis auribus inflammare rem cœpit, furere videtur. de Diuinatio. 133 b, Iam Pythagoras & Plato, quo certiora in somnis videamus, præparatos quodam victu atque cultu proficisci ad dormiendum iubent, & 105 b, Qui se tradet ita quieti præparato animo tum bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem accommodatis. de Legib. 157 b, Historiæ nec institui potest, nisi præparato ocio, nec exiguo tempore absolui. de Inuē. 52 a, Impiis apud inferos pœnas esse pręparatas.

PRAEPARO, as. *præparationem adhibeo, præmunio, præfulcio.* Offi. 3 b, Ad vitam agendam præparare res necessarias. Quin. Frat. 328 a, Appius miscet, Hircius præparat. pro Cęl. 45 a, Habes hortos ad Tyberim, ac diligenter eo loco præparasti, quò omnis iuuentus natandi causa venit.

PRAEPAROR, ris. de Leg. 161 a, Sunt enim hæ minora, quàm illa ipsa, quorum causa præparantur.

PRAEPEDITVS, ta, tum. *impeditus, irretitus.* pro Rabir. 94 b, Qu. Sęquola confectus senectute, & præpeditus morbo.

PRAEPES, tis. *velox, citus.* de D. 102 b, Auis præpes, &c. *his*. Poetæ.

PRAEPONDERO, as. *ponderis plus habeo, perpendo, examino, pondero.* Offi. 55 b, Qui omnia metiuntur emolumentis, neque ea volunt pręponderari honestate, &c.

PRAEPONO, nis. *antepono, præfero, anteferο, antiquior mihi est, præficio.* I. A. 223 b, Qui salutem Popu. Rom. vitæ suæ præposuit. pro Rab. 95 a, præponere amicitiam patriæ. Attic. 103 a, Non enim hoc vt oppido præposui, sed vt loco. *id est, in.* Epist. 26 a, Cœlium pręposui prouinciæ. pro Pom. 16 a, Ille quem bello prædonum pręponeretis. In V. 55 a, Pręponere vnum alteri. de Ora. 138 a, Præponere principia causis proportione. * Epist. 179 b, De qua priusquam respondeo, pauca præponam.]

PRAEPONOR, ris. Or. 21 a, Noti sunt & nani, quibus in præponitur. contra Rul. 67 b, Vt nobilissimis hominibus longe pręponeret.

PRAEPORTO, as. *præfero.* In Ar. L. SCORPVS.

PRAEPOSITIO, onis. *orationis pars vna.* Orat. 212 a. Vna prępositio est, Ab vel Abs, eaque nunc tantùm in accepti tabulis manet, &c. Topi. 224 b, Præpositio In, priuat verbum ea ei quam habebat.

PRAEPOSITIO, *alio modo.* de Fin. 101 b, Neque tamen illa præpositio tali, ad eum, quem dixi, finem pertinebit.

PRAEPOSITVS, a, um. *præfectus.* In Verr. 256 b, Qui nauibus præpositi fuerant. de Diuin. 96 a, & pro Milon. 105 b, Sacerdos quæ præposita erat oraculo. In Verr. 57 a, Hoc non dico, me omnibus patronis esse præpositum. de Orat. 112 a, Domitius isti quæstioni præpositus est, &c. Epist. 114 b, Aliquem alicui muneri esse præpositum. item: Præpositus negocio publico. de Iuuen. 54 a, Exercitus cui prępositus est sapiens Imperator. de Finib. 122 b, & 108 b, Præpositum ex eo credo appellatum est, quòd præponatur aliis. Attico. 225 b, Aurelius, qui est præpositus ab Hircio. pro Cęcina. 296 a, Tuus libertus nulli tuo præpositus negocio. pro Lig. 137 b, Cùm is præpositus Aphricæ est. de Ar. 249 b, Omne seruitium in alteram scenam immissum, alteri prępositum.

PRAEPOSTERE. *peruersè, perperam.*) (*ordine.* Acad. 17 b, Vt præposterè tecum agam, mox referam me ad ordinem. Attico. 113 b, Omnem arbitror mihi tuas literas redditas esse, sed primas præpostere, reliquas ordine.

PRAEPOSTERVS, a, um. *peruersus.* de Ora. 146 b, Ne quid perturbatum ac discrepans aut præposterum sit. pro Cl. 32 a, Itaq. vt erat semper

præpofterus atque peruerfus, initium facit a Bulbo. pro Dom 241 a, Ifte omnia præpofteris verbis pronunciauit pro Syll. 184 b, O ꝑpofteram gratulationem. Epift. 253 b, præpofteros habes tabellarios qui cum a me difcedunt, flagitant literas. cum ad me veniunt, nullas afferunt. de Am. 111 a, præpofteris vtimur confilijs, & acta agimus. de Or. 147 a, Non difcerptis fententijs, non præpofteris temporib. non confufa perfonis, non perturbato ordine I.P. 99 b, Nollet hic ꝑpofterus imperator, &c. pro R.P. 128 b, Quid tam puerium præpofterumve excogitari poteft.

☞ Syntaxis. *Præpofterum, perturbatum, difcrepans. Homo præpofterus & peruerfus. Præpofterus Imperator.*

PRAEPOTENS, tis. *omnipotens.* pro Corn. 61 b, præpotens terræ marique Carthago. de D. 117 a, Rerum omnium præpotens Iupiter. ꝑ R P. 129 b, Clarus ac præpotens vir. de N. 41 a, Natura deorum præpotens & excellẽs de Or. 101 a, Siue quem ifta præpotens & gloriofa philofophia delectat de Fi. 76 b, Non folum callidus, verumetiam præpotens vt M. Craffus. Off. 22 a, Itemque in fermonibus alium quidem videmus, quamuis præpotens fit, efficere, vt vnus de multis effe uideatur. de Le 160 b, præpotens Deus.

¶ *Præpotentes: vari principes.* de Am. 106 b, Multorum opes præpotentium excludunt amicitias fideles.

PRAEPROPERVS, a, um. *præmaturus, nimis celer.* Epi 99 b, Cognoui præproperam feftinationem tuam & 160 b, Attico. 1 a, Fuit hæc illius præpropera prenfatio.

PRAEREPTVS, a, um. Ep. 72 b, & pro S.R. 28 b, Ne iftius quidem laudis ita fum cupidus, vt alijs eam præreptam uelim.

PRAERIPIO pis. *præuerto, aufero.* Off. 68 a, Marius præripuit collegis popularem gratiam. I A. 252 a, Ne deorum immortalium beneficiũ feftinatione præripuiffe videamur. Off. 22 a. Facile celare, diffimulare, infidiari, præripere hoftium confilia. Ep. 72 b, præripere aliquid confilio. Att. 254 b. Alterum mihi eft certius: non præripiam tamen, fed expectabo confilium tuum. de Ar. 244 b, præripere alicui defpõfam iam & deftinatam laudem.

PRAEROGATIVA, væ *quafi fpecimen, tanquam præiudicium.* Afcon. 64 a, prærogatiua fignificat aliquid aut dictum, aut factum liberaliter ab eo, qui nobis benefacturus eft, ante ipfum beneficium nobis præftitum. I.V. 71 a, Dedit enim prærogatiuam fuæ voluntatis eiufmodi, ut ifti pro prærogatiua iam reddidiffe videatur. I.P. 81 b. Itcni primam comitijs prærogatiuæ primum cuftodem præfeceras. de Diuinat. 101 b, prærogatiuam maiores omnes iuftorum comitiorum effe uoluerunt. de Diuinat. 124 a, Is qui in prærogatiua referenda fubitò concidiffet. in Anton. 176 a, Sortitio prærogatiuæ. Epifto. 247 a, Si triumphi prærogatiuam putas fupplicationem. Quint. Fr. 316 b, Non dico ὑπερβολῶς, vel centies H-S. conftituunt in prærogatiua pronunciare.

PRAEROGATIVVS, a, um. *quod primò rogatum eft, ut centuria prærogatiua id eft, quæ prima ferebat fuffragia.* pro Mur. 133 b, Tanta illis comitijs religio eft, ut adhuc femper omen ualuerit prærogatiuũ. de Di. 125 b, prærogatiuum omen iudiciorum. pro Pl. 169 a, Vna centuria prærogatiua. & ibid. Non exigua pars populi, fed vniuerfus populus voluntatem fuam declarauit.

PRAEROGATVS, a, um. *primùm rogatus* pro Plã. 269 a, Cuius in honore non unius tribus pars, fed comitia tota comitijs fuerunt prærogata.

PRAERVPTVS. a. um. I.V. 265 b, Qui aliqua promontoria, aut prærupta faxa tenuiffe dicuntur.

PRAES, dis. *fponfor, qui pro altero fe obligat in caufa præfertim pecuniaria.* Attico. 203 b, planeus præs pro Flaminio eft H-S. XX. in Ver. 106 b, prædibus acceptis. de H-S. DLX. in V. 99 b, Aut prædibus vindiciarum cum fatis accepiffet, fponfionem faceret. Ep. 28 b, Laodiceæ me prædes accepturũ arbitror omnis pecuniæ publicæ, vt & mihi & populo cautum fit. & 75 b, prædes, Valerianı A. 175 a, Ne Le. Plancus prædes tuos venderet. I V. 105 a, In bonis prædibus prædijfque vendendis. Attico 205 a, præs aliquando factus effet in his quidem tabulis. Attic. 86 a, Cum fex libris tanquam prædibus me ipfum obftrinxerim Att 44 a, Cum Qu. egi per prædem, ne daret. At. 191 a, Opinor Antonium propter prædes fuos accurriffe ꝑ R.P. 124 a, Sunt lites æftimatæ A. Gabinio, nec prædes dati. & 128 b, Si aut prædes dediffet Gabinius, aut tantum ex eius bonis quãta fumma litium fuiffet populus recepiffet, quamuis magna ad pofthumium ab eo pecunia peruenıffet, non redigeretur.

PRECES, cis. *rogatio, precatio, rogatus, obsecratio, obtestatio, execratio.* Atti. 179 b, Quintus non modo non cum magna prece, sed acerbissime scripsit. ad Her 17 a, Nec prece, nec precio, nec gratia, nec simultate a recta via deduci oportet de Inuen. 47 a, Si prece & obsecratione humili vtemur. Att. 281 a, Quare noli expectare longas preces, intuere meipsum, qui, &c. Att. 184 b, Preces seruientis aduersus regem. Att. 149 b, Ego autem non tam γοητείας huius timeo, quam φιλ᾽ ἀνάγκαι γὰρ τῶν τυράννων δεήσεις, inquit Πλάτων, οἶδ᾽ ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις εἰσίν. In V. 222 a, In precibus & gratulationibus non solum id simulachrum venerari, sed etiam osculari solent. pro Plan. 280 a, Eorum preces & vota de meo reditu audiui. de Nat. 9 a, Nihil sentiens Deus nunquam nobis occurrit, neq. in precibus, neque optatis, neque in votis. pro Clu. 58 b, Nocturna illius sacrificia sceleratasq preces, & nefaria in vota cognoscimus. I. P. 88 b, In quo dij immortales meas preces audiuerunt. Qu. Fr. 32 a, Nisi incredibilis contentio & preces Pompeij fuissent. pro Sylla. 177 b, Literæ, per quas ille precibus a Sylla petit, vt gladiatores emat. Attico 280 a, Nihil tuli grauius, quam me non posse matris tuæ precibus cedere. Quint. Frat. 305 a, Quod precarer deos, nisi meas preces audire desissent.

Syntaxis. *Quæstum facere precarium. Precariam petere salutem. Precatio & sacrificatio. Cum magna prece scribere. Vti prece et obsecratione humili. In precibus & gratulationibus osculari simulachrum. Preces & vota de reditu. Nobis occurrit Deus in precibus, in optatis, in votis. Contentio & preces. Id precibus a eo. Alicuius cedere precibus.*

PRECIVS, lacus. pro Mil. 115 b,

PRECOR, aris *precibus peto, preces adhibeo, peto, imploro, quæso, deprecor, supplico.* I. V. 216 a, Verres in iudicium venit, vnde ne precari quidē deos, atque ab eis auxilium petere possit. de Natu. 24 b, Dij, quos nos colere, precari venerarique solemus. & 25 b, Quid veneramur, quid precamur deos? ad Heren. 41 a, Cum Gracchus deos inciperet precari,

cari. Eursim isti impetum faciunt. pro Corn. 66 b, Vt deos immortales scientia peregrina, mente domestica precarentur. Quintum Fr. 305 a, Sed hæc vtinam non experiare, quòd precarer deos, nisi meas preces audire desiissent. veruntamen precor, vt his infinitis nostris malis contenti sint. de Natu. 77 a, Stultitia est, a quibus bona precamur ab iis dantibus nolle sumere. Tuscula. 173 a, Sacerdos precata a Deo dicitur, ut daret, &c. pro Muræn. 124 a, Quæ precatus sum à dijs immortalibus, &c. vt ea res mihi bene atque feliciter eueniret, eadem precor ab iisdem dijs immortalibus, ob eiusdem hominis consulatum vnà cum salute reip. obtinendum, & vt, &c. & ibidem. Idem ego precatus sum, vt vobis ea res faustè, feliciter, prosperèque eueniret. de Amicitia. 170 a, precari amicis ab indigno, supplicare. pro Ra. 91 a, Ab Ioue optimo maximo, cæterisque dijs deabusque immortalibus pacem & veniam peto, precorque, vt, &c I. C. 110 b, Deos immortales precari, venerari, atque implorare debetis, vt vrbem defendant. pro Domo. 242 b, Vos precor, ac quæso, & obtestor, vt si, &c. I. P. 88 a, Nec ego si vnquam vobis mala precarer, quod sæpe feci, in quo dij immortales mea preces audiuerunt, morbum, aut mortem, aut cruciatum precarer. Thyestea ista execratio est. I. P. 89 a, b, Hæc ego semper de vobis expetiui, hæc optaui hæc precatus sum. in An. 193 a, Ita vero Quir. vt precamini, veniat, ut huius amentiæ pœna in ipsum recidat. pro Sest. 29 a, Quibus vtinam euenissent ea, quæ tibi homines precabantur. I. P. 86 b, Verum tandem optabilius putas, sic exire a patria, vt omnes sui ciues salutem, incolumitatem, reditum precentur, (quod mihi accidit) an quod tibi proficiscenti euenit, vt omnes execrarentur, male precarentur, vnam tibi illam viam & perpetuam esse vellent.

☞ Syntaxis. *Precari & auxilium petere. Colere, precari, venerari. Venerari, & precari Deum. A Deo bona precari. A Deo precari, vt. Precor. Vt precari, venerari, implorareque Deum, ut. Precor, quæso, obtestor. De te expeto, opto precor. Vt precaretur, veniat, vt, &c. Quæ precarer, ea euenisse.*

Prendo dis. *capio, prendo* de Orat. 105 b, Deinde ipsum Crassum manu prehendit: &, Heus tu, inquit, &c de Cla. 172 b, Dein cum otiosus stylum prehenderat, flaccescebat oratio. de Diuinatio. 93 a, Visum tibi esse C. Marium, prehendisse eum dextera tua, & bono animo te iussisse esse. pro Q. 4 b, Sex. Alphenus seruulum vnum, quem iste prehenderat, abducit. in Arat.

Quorum stirpes tellus amplexa prehendit.

de Legibus 168 b, Cùm ipsum ea moderantem & regentem penè prehenderit.

Prehenso, as. *prenso.* L. prenso.

Premo, mis. *vrgeo.* de Cl. 196 b, Cursum ingenij tui Brute premit hæc importuna clades ciuitatis. Ep. 126 a, Spero si te viderim, & ea quæ premant, & ea quæ impendeant, me facile transiturum. pro S. R. 34 b, Quæ necessitas te tanta premebat? cont. Rul. 63 b, Ne vrbem hanc vrbe alia premere atque vrgere possitis. de Di. 117 b, Premam te, cùm ex te causam vniuscuiusque rei exquiram.

¶ *Contentio.* de Di. 120 a, Galli cantu plausuque premunt alas.

Prǽmo, ris. *exeo.* de Orat. 104 b, Cùm inuidia & odio populi Galba præmeretur. Antequam 193 a, Non odio bonorum, sed inuidia præmor malorum.

Prendo, dis. *prehendo, prenso, ambio.* pro Clu. 25 b, Cùm tabulas prendisset Oppianicus, digito legata deleuit. ad Bru. 91 a, Vt gubernacula reipub prenderem. Attico. 189 a, Prende C Septimum. Epist. 121 a, Renunciatum nobis erat, Hirrum diutius dictaturum: prendimus eum, non fecit.

Prendor, ris. Acade. 46 b, Comprehensio similis in rebus, quæ manu prenderentur.

Prensando, do. de Orat. 94 a, Cùm peterem magistratus, solebam in prensando dimittere a me Scæuolam. Attic. 1 a, Nos autem initium prensandi facere cogitabamus, &c.

Prensatio, onis. *ambitio.* Att. 1 a, Fuit hæc illius præpropera prensatio.

Prenso, sas. *prendo, prehenso, ambio.* Att. 1 a, Prensat vnus Galba sine fuco & fallacijs, more maiorum.

ΠΡΕΠΟΝ. L. Decorum.

Presse, ius. de Cl. 182 b, Attenuatè presseque dicere. & de Or. 147 a, Presse æqualiter, & leniter dicere. Or. 207 b, Presse & anguste definire. de Fi. 111 b, Mihi placet agi subtilius, &, vt ipse dixisti, pressius. Offi. 27 a, Imitatio presse loquentium, & leniter.

Pressus, a, um. de Cla. 169 a, Asiatici parū pressi.) (*redundantes.* & 182 b, Pressus orator. de Ora. 113 b, Thucydides verbis aptus & pressus. de Or. 117 b, Oratio pressa.) (*luxurians.*

Pressus, sus. *compressio.* de Orat. 146 b, Ipso pressu oris & sono. de Natura 47 b,

Hic pressu duplici palmarum continet anguem.

Tusculan. 187 a, Sic animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum.

☞ Syntaxis. *Attenuatè, presseque dicere. Presse, æqualiter, ac leniter dicere. Presse & angustè. Subtiliter ac presse. Thucydides verbis aptus, & pressus. Palmarum pressu duplici continere quippiam. Ponderum pressus depellitur ab animi contentione.*

Pretiose. *eleganter, artificiose, operosè.* de Inuen. 77 a, Vasa magnifica & pretiose cælata.

Pretiosus, a, um, ssimus. *multorum nummorum, magni pretij.*) (*. vilis,* pro Q. R. 49 b, Facies non erat, ars erat pretiosa. I. A. 173 a, pretiosa de Fin. 83 b, Non minor voluptas percipitur ex vilissimis rebus, quàm ex pretiosissimis. Off. 70 a, Et qui pretiosi iactura iacere. in Sal. 275 a, Et dic, vnde tu pretiosissimos hortos paraueris?

Pretium, tij. *merces praemium.* I. V. 245 b, Pretio atque mercede minuisti maiestatem Reip. & 164 b. Merces pretiumque impudentiæ. pro Dom. 217 b, Cum ab eo merces tui beneficij, pretiumque prouinciæ meo sanguine tibi esset persolutum. I. V. 133 a, Ab isto & pretio, qui voluit istum ordinem, pretio mercatus est. & 120 a, Autoritas pretio superabatur. I. V. 109 a, Annona pretium non habet. pro Qu. Rosc. 50 b, Nunc iacent pretia prædiorum. pro Qu. Rosc 49 b, Communem esse factum gratis, qui pretio proprius fuisset. I. V. 207 a, Audierant alicuius pretij scyphos esse. de Inuent 55 a, Vestem pretij maioris haben quam tu. I. V. 201 b, Res alicuius pretij. Quint. Fr. 302 b. Noli spectare quanti homo sit: parui enim pretij est, qui iam nihil sit. I. V. 231 a. Vendere aliquid paruo pretio. pro S. R 40 b, Mercari aliquid magno pretio & ibidem. Enumerare pretium. con. Rul. 80 a, Hic ager quoqun pretium contempserit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. pro Font. 277 a, Falsum est ob vacationem pretium datum, cùm immunis nemo fuerit. pro S. R. 31 b, Quomodo persuasit? pretium dedit. cur dedit? pro Cec. 28 b, Nec pretio quidem corrumpi iudex in eiusmodi causa potest. Atti. 188 a, Pendere pretium: item: Vel impenso pretio. Attic. 197 b, Constituere certum pretium. Epist. 96 a, Nunc quoniam tuum pretium noui, in licitationem potius ponam, quam illud minoris ueneat. ad Her. 17, Nec prece, nec pretio, nec gratia, nec simultate, à via recta deduci oportet. Of. 73 b, Vt si prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris. Att. 194 a, Nec tamen ista pretia hortorum pertimueris. Offi. 37 a, Pretio & mercede duci ad aliquid faciendum.

☞ Syntaxis. *Pretio ac mercede minuere dignitatem suam. Pretium non habet annona. Iacent nunc librorum pretia. Alicuius pretij res. Iudicem pretio corrumpere. Pactum pro capite pretium.*

Priamus, mi. *rex Troiæ atque Asiæ.* Tusc. 166 a, Quinquaginta filios priamus habuisse quibus decem & septem iusta uxore nati.

Pridem. *dudum.* Episto. 65 a, Quod ad me pridem scripseras. I. V. 202 a, Demonstrat quam pridem filio hæreditas uenisset. pro Q. R. 46 b, Quàm pridem hoc nomen Fannium aduersaria retulisti?

Priene, nes. *Biantis patria.* Off. 157 a.

Pridie, *ante diem ij. postridie.* Att. 12 a, Pridie quàm has literas dedi, Coss. conuenit. & 250 b, Pridie quàm hæc scribenda, id est III. nonarum. Attic. 183 b, & Epistol. 14 a, Philotimus pridie eius diei uenit. Att. 75 b, Dederam Ephesi pridie, has dedi Trallibus. Att lib. 2, Pridie compitalia. Att. 149 a, Pridie quinquatrijs. Att. 47 b, Ex ante diē nonarum Iun. vsque ad pridie Calend. Septemb. plane. Epist. 152 b, Ad pridie idus Maij. Attic. 42 a, Hæc est pridie data quam illa. Att. 74 a, Memmius qui pridie quam ego Athenas venirem, Mitylenas profectus erat. in Ant. 211 a, Non audistis sententiam meam flagrari? cui cum pridie frequentes essetis assensi, postridie ad spem estis inanem pacis deuoluti.

☞ Syntaxis. *Pridie quàm veni, scripseram. Pridie eius diei accidit. Ex ante diem. Non vsque ad pridie Cal. Ad pridie Id. Maij veniam. Hæc pridie data, quàm illa epistola.*

Primarius, a, um. *principum aliquis, vel.*) (*. postremus.* de Sen. 90 a, Vir primarius populi. de Fin 89 a, & pro Fl. 156 b, C. plotius senator, uir primarius. Epist 50 a, Vt cum aliquo adolescente primario coniunctam ætatem agere. de Fin. 101 a, Sic in uita non ea quæ primario loco sunt, sed ea quæ secundum locum obtinent, προηγμένα, id est, producta nominatur. I. V. 107 a, Fœmina primaria.

Primigenius, a, um. de L. 175 b, Vel primigeniam a gignendo, idest, *Fortunam.*

Primipilus, li. *primus, vel primæ cohortis siue centuriæ triariorum centurio.* pro Cor. 62 a, L. Martius primipili centurio. I. A. 243 a, Aquila primipili. de Diuin. 96 b, Centurio primipili. & ibid. Signifer primi hastati. & At. lib. 3.

Primo. *primum, antea, à primo, principio.* de Cla. 168 b, Isocrates primo artem dicendi esse negauit. Tuscu. 229 a, bis. de Orat. 138 b, Tantum impelli primo iudex debet. ut, &c pro Cluent. 20 a, Primo, &c. deinde, &c. Orat. 119 a, A primo, &c. deinde, &c. post, &c.

Primordium, dij. *principium, causa præcurrens.* de Leg. 170 b, A dijs immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia. Par. 230 b, Primordia rerum, & quasi præcurrentia.

Primores, rum. *summa vel extrema quæque res.* pro Cæl. 43 a, Aliquid primoribus labris gustare, & extremis (ut aiunt) digitis attingere. *idest, leuiter.* de Or. 92 a, Quæ illi rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt *idest, ne attigerunt quidem.* L. L. a a a a.

Primum. *primo.* de Nat. 222, Quæro igitur, vellet Deus primum ubi habitet. deinde, &c. pro Syll 175 a, Primum ne, &c. deinde ne, &c. postremo ne, &c. D Brut. Epist. 172 a, Primum omnium non te fugit, &c. de Nat. 50 a, Serpentes quædam simulac primum nati possunt, aquam persequuntur. Epist. 222 a, Cum primum in eam insulam veni. Episto. 151 b, Vt primum potestas data est. & 64 b, Vt primum attigi forum. de Inuen. 90 b, Nunc primum, &c. de Leg. 169 a, Equidem qui nunc primum huc ueneram, satiari non queo. I. A. 200 b, Quo die primum conuocati sumus, sect &c.

☞ Syntaxis. *Primum omnium decernens. Simulac primum potero, accedam. Cum primum discessi. Vt primum, nosti. Nunc primum venio. Quo die, qua hora primum abijt.*

Primus, a, um. *in numero primarius, princeps.*) (*. postremus, nouissimus.* I. V. 254 a, Postremam quamque nauem piratæ primam adoriebantur. Episto. 150 a, Primæ tuæ sententiæ, &c. posteriores, &c. nouissimæ mihi sunt. Att. 110 a, Orat. 197 a, Prima enim sequentem honestum est in secundis tertiisque consistere. de Natura 71 a, Æsculapius, qui primus uulnus obligasse dicitur. ad Heren. 33 b, De quibus ex ornationibus nominatio est prima. de Fin. 110 a, Peripatetici primi

ex omnibus philosophis docuerunt, &c. Orat 218 a, Qui numerus in primo viget, iacet in extremo Tuscu. 223 b, De morte & dolore, primo & proximo die disputatum est. I P. 77 b, Me quæstorem in primis ædilem priorem, prætorem primum po. Ro. fecit post Sest. 4 a, Qui Trib. pleb. primus inter homines nobilissimos factus est Of. 72 b, Vtilia & prima summa habemus. de Voiu. 196 a, De his igitur quæ diximus, hæc sit prima distinctio. I V. 145 b, Recita mihi quæso huoc primum libellum, deinde illum alterum libellum Canuleij. I. V. 161 a, Quinque primi accitu istius euocantur. pro S R. 25 b, Decretum fit, vt decem primi proficiscantur ad L. Syllam Epi. 36 b, Prima duo capita epistolæ tuæ. I. V. 141 b, Euocat ad se Centuripinum magistratum & decem primos. de Nat. 6 a, Primis labris, idest, primoribus labris gustare aliquid. pro S. R. 21 b, Aliquis genere & nobilitate sui municipij facile primus. I. V. 208 a, A. Lysone Lilybetano primo homine.) (*postremo.* & 176 b, Dyrrhachinus primus ciuitatis. & 126 b, Sthenius in primis Siculorum in dicendo copiosus. & 126 a, Oppidum Himera in primis Siciliæ clarum & ornatum. de Nat. 54 b. Democritus vir magnus in primis. de Or. 144 a, In primis hoc a se coanimaduersum esse dicebat. L. In Primis. de Inu. 62 a, Cum Crotoniatæ in Italiam primis beati numerarentur. I. V. 165 a, Homo in primis improbissimus. de Or. 123 b, Si omnes debent ferre in primis imperatores. Att. 68 a, Cum ad me frater venisset, in primis nobis sermo de re fuit. de Fin. 127 b, Illud vero minime consectarium, sed in primis habes. I. V. 152 b, Homo domi suæ cum primis locuples & 104 a, Homo cum primis honestus. de Ora. 129 a, Sapiens homo cũ primis nostræ ciuitatis. Attic. 54 b, Amoris erga me tibi primas defero, L. Partes. de Nat. 5 a, Ad quem tum Epicurei primas deferebant. de Clar. 193 b, Primas iu causis agebat Hortensius. Ora. 122 a, Non possum equidem non ingenio primas concedere. Atti. 122 a, Primo quoque tempore aliquid fieri, uel agi. 219 b, & 289 a, & 130 a, & I. A. 220 b, Primo quoque die. de Ionen. 69 b, Eiusmodi iniuriæ ut de eis indignum sit non primo quoque tempore iudicari. in Verr. 213 a, Acad 13 b, Me tibi primum quidque concedente. de Fi. 87 a, Prima quæque abuolat *idest, voluptas.* Att. 138 b, Tuas nunc epistolas à primo lego, hæ me paulum recreant: primæ mouent, & rogant ne, &c. proximæ ostendunt, &c. & 125 a, Sed hoc à primo cogitauit. *id est, ab initio.* de Diu. 116 a, Quæ autem inconstantia deorum est, ut primis minentur extis bene promittant secundis? de Offic. 53 b, De duobus gentibus primis tribus libris explicauit.]

☞ Syntaxis. *Postremum quodque nauigium hostes primum adoriuntur. Primum inter, genere & nobilitate sui municipij. In primis Italorum. Primis labris gustare. In primis Italia, Venetia sunt. Vir magnus in primis. Cum primis locuples. Primas tibi sapientiæ defero. Primas in causis agebat Hortensius. Primas ingenio concedamus. Non primo quoque tempore venisti? A primo capio.* idest, à principio.

PRINCEPS, pis. *primus, primarius, author, inuentor, dux, optimates, coryphæus, excellens, columen, qui cæterorum obtinet principatum, qui honestissimum locum ciuitatis tenet, qui sententiæ principatum tenet, qui primos ordines ducit.* de Natu. 5 a, Tres enim trium disciplinarum principes conuenistis. de Ora. 103 a, Pericles plurimos annos princeps consilij publici fuit. de Ora. 148 b, Princeps sententiæ in senatu, dux regendæ ciuitatis, author publici consilij. de Ar. 257 a, Sed tamen eorum omnium hic dux est atque princeps. de Orato. 89 a, Harum disputationum inuentor ac princeps Plato. de Nat. 59 b, Socrates princeps philosophorum. Acad. 33 b, Zeno qui inuentor ac princeps Stoicorum fuit. de Inuen. 46 b, Exordium princeps omnium debet esse. de Clar. 194 b, Hi tum in Asia rhetorum principes numerabantur. Or. 202 b, Longe omnium, quicunque fuerunt, grauitate dicendi princeps Plato. Quint. Fra. 195 b, Princeps ingenij & doctrinæ Plato. de Ac. 257 b, Senatus princeps salutis mentisque publicæ. pro Fla. 157 b, Vsque eo urbs fuit ab optimatibus illa concio, ut princeps principum esset Mæandrus. pro Dom 126 a, Cn. Pompeius longe princeps ciuitatis. & 235 b. Vir princeps orbis terræ. de Nat. 76 a, Cur tot ciuitatis principes à Cinna trucidati? de Orat. 141 a, Natura huius boni princeps est. de Fin. 77 b, P. Decius princeps in ea familia consulatus. Epist. 146 b, Deinde se, & senatus, bonisque omnibus autorem, principem, ducem præbeat. & 198 a, Me principem senatui populoque Rom. professus sum. Acad. 44 a, Principes qualitates. de Clar. 178 a, Longe omnium in iure ciuili esse principem. I V. 62 a, Qui partim in dicendo, partim in scribendo principes extiterunt, Epist. 12 a, Cũ in rep. Cn. Pompeius princeps esset. de Diu. 126 a, Eudoxus in astrologia facile princeps. de Or. 93 a, Aliquis consilio ac lingua princeps. de Amic. 101 a, Amor princeps est ad beneuolentiam coniungendã. de Clar. 195 a, Cum essem in principibus patronis quinquennium versatus. pro Dom. 143 a, Qui in mea salute principem locum autoritatemque tenuistis. de Clar. 171 b, Is personam principis ciuis facile dicendo tuebatur. de Na. 59 b, Ille se principem ciuem putat. de Ar. 210 a, Cum nostri imperatores ad illam ipsam principem aram vota persoluerent. I. P. 86 a, Ciuitas in qua principum numero vultis esse. Epist. 7 b, Quem tamen illi esse in principibus facile sunt passi, euulare altius cœpe noluerunt. Episto. 137 b, Nos enim principi seruimus *idest, Cæsari.* de Diuin. 90 a, Quæ magi Cyro illi principi interpretati sunt. Tuscu. 229 a, Leon princeps phaliasiorum. & 224 b Princeps ille Argonautarum. Offic. 28 b, Facta principum imitari. Epistol. 12 b, Quales in repub. principes essent, tales reliquos solere esse ciues. *ex Platone.* Att. 22 b, Te signifero ac principe. de Leg. 187 a, Demetrius utraque re excelluit: nam & doctrinæ studiis, & regenda ciuitate princeps est. Parad. 123 a, Ex summis, inquiunt, principes ciuitatis sumus. de Clar. 186 a, Is in principibus patronis aliquot annos fuit. Offi. 18 a, Homo honoratus & princeps. I. A. 219 b. Magnã est personam in repub. tueri principis, &c. de Vo. 103 a, Deinde ut illi principem se ducemque præberet. * I. A. Princeps omnium Pansa prælii faciendi, & cum Antonio confligendi.]

¶ *Militaris quidam ordo. Nam in legione Romana hæ acies erant, triarij, principes, hastati, velites, quæ, præter velites, singulæ in decem centuriam diuidebantur. Hinc ad Brutum scribit Cicero,* Nasennius Cretensi bello, Metello Imperatore, octauum principem duxit. *idest, octauam principum centuriam siue ordinem.*

¶ *Primus, ordine, temporeque, ante alios.* I. A. 213 a, Firmiani principes pecuniæ pollicendæ fuerunt. Atti. 53 b. Ille legatos quindecim cum postularet, me principem nominauit. I. A. 129 b, Is princeps fuit ad conatum exercitus comparandi. de Orat. 113 b. Herodotus ille, qui princeps genus hoc ornauit. Attico. 15 b, Ego princeps in adiutoribus, atque adeo secundus. Acad. 43 a, Earum qualitatum sunt aliæ princeps, aliæ ex iis ortæ. I. V. 254 a, Vt quisque in fuga postremus, ita periculo princeps erat. & 62 a, Is qui princeps in agendo est. & 109 a, Sicilia princeps se ad amicitiam populi Romani applicuit, & prima omnium prouincia est appellata de CL. 171 b, Ea nimirum is princeps ex Latinis hæc tractauit. de Or. 154 b, Gorgias princeps ex omnibus ausus est, &c. Ep. 153 b, Princeps ad omnia pericula.

☞ Syntaxis. *Princeps philosophorum, Plato. Te signifero, & principe. Sicilia princeps applicuit se ad pop. Roman. Eloquentia, & in eloquentia princeps. Qualitates principes, & ex ijs ortæ. In orando princeps. Princeps ex omnibus. Cæsar. vacis &c. princeps cogendi exercitus. Disciplinarum, publici consilij, in Senatu sententiæ princeps. Dux & princeps. Inuentor ac princeps. Exordium sit omnium princeps. Longè omnium princeps. Salutis princeps, ac mentis publica Senatus. Ciuitatis longè princeps. Vir princeps orbis terræ. Cass. Autor, princeps, dux. Profiteri se principem Senatus. Princeps ille venit. Ex omnibus princeps. In periculo. Princeps. Principem ordinum ducere.*

PRINCIPALIS, le. *princeps: vt municipalis.* de Fat 248 b, Causarum aliæ sunt perfectæ & principales, aliæ adiuuantes & proximæ. & ibi. Assensio non potest fieri nisi commota uiso, & ad id ualum proximam causam habet, non principalem. de Fat. 142 a, Non sequitur tamen, ut sedere eos & ambulare principalibus causis definitum sit.

PRINCIPATVS, tus. *dominatus primus.* de Natura 31 b, Principatum id dico quod Græci ἡγεμονικὸν uocant, quo nihil in quoque genere nec potest nec debet esse præstantius. de Natura 9 a, Theophrastus menti diuinum tribuit principatum. Offic. 47 a, Eloquentiæ ergo à maioribus nostris est in tota dignitate principatus datus. in Anton. 238 a, Cassio mea sententia dominatum & principatum dedi. *id est, omnium plus quàm cæteris ornam.* I. A. 161 a, Cæsar qui tibi detulerat ex latronibus suis principatum. Orato. 202 a, Qui eloquentiæ principatum petet de Finibus 101 a, Regius principatus. Tusculan. 152 a, Tenere principatum de Natu. 34 b, Sol, qui astrorum obtinet principatum. Epistola 15 b, Delere principatum summorum uirorum. L An. 142 a, Gallia huius belli administrandi principatum tenet. in Anton. 256 b, Qui huius belli feret principatum. Attic. 209 b, Sermo ita inducitur cæterorum, ut penes ipsum sit principatus. Orato. 329 b, M. Antonius concupierat regium principatum. Officio. 3 b, Huic ueri uidendi cupiditati adiuncta est appetitio quædam principatus. Officio. 13 a, In hac elatione animi facillime pertinacia & nimia cupiditas principatus innascitur.

¶ *Initium.* de Vniuers. 195 b, An mundus ab aliquo temporis principatu ortus est?

☞ Syntaxis. *In tota dignitate principatus pietati datur. Dominatum & principatum alicui dare.* id est, primas laudes. *Principatum ex laboribus suis alicui deferre. Regius principatus. Belli principatum ferre, tenere.*

PRINCIPIO. *primò, initio, primum omnium.* de Diuinat. 124 a Ius augurum diuinationis opinione principio constitutum est, postea reipu. causa conseruatum ac retentum. de Orato. 102 b, & 138 b, Nam si quæreretur, &c. constituendum putarem principio, quis esset, &c. de Fi. 52 a, Principio inquam in physicis, quibus maxime gloriatur, primum totus est alienus. Offic 3 a, Principio generi animantium omni est à natura tributum, ut, &c. Off. 25 b, Principio corporis nostri magnam natura ipsa uidetur habuisse rationem. Tuscu. lib. 2, C. Marius rusticanus uir cum secaretur, principio uetuit se alligari.

PRINCIPIVM, ii. *initium, primordium, origo.* de Fat. 249 a, Qui protrusit cylindrum: dedit ei principium motionis, uolubilitatem autem non dedit de Sen. 93 b, Animus semper agitatur, cuius motus nec principium nec finem habet. de Nat. 6 a, Cuius principium aliquod sit, eius necesse est esse extremum. in Vat. 31 b, Omnium rerum magnarum diis immortalibus principia ducenda sunt. de Na. 1 a, Scientia est causa, idest principium philosophiæ. pro Cæl. 49 b, Cuius criminis ego neque principium inuenire, neque euoluere exitum possum. pro Pom. 4 a, Cuius orationis difficilius est exitum, quam principium inuenire. Brut. 91 b, Natum omnino est principium a me Ep. 67 b, A principio coniurationis usque ad reditum nostrum. Or. 216 b, Ad exitum à principio ferri, & à capite ita fluere, ut ad extremum veniens consistas. de Finibus 114 a, A principio instituere aliquid, idque perficere. de Natura 1 b, An a principio dii omnia fecerint. de Pro. 76 a, Iam inde à principio huius imperij. pro Corn. 63 a, Gaditani à principio sui generis ac Reipubl. fluxerunt. pro Dom. 241 a, Dixi a principio me, &c. & de Clar. 178 b, de Diuin. 126 a, Non poteras hoc à principio dicere? Top. 227 a, A principio diuidere. Attic. 89 b, A principio audire amicissime monentem pro Syll. 180 a, De principio. *idest, à principio.* Offi. 7 a, & 11 b, Ea quæ proposui in principio,

cipio. de Or. 95 a, Exalbesce in principijs dicendi. de Orato. 102 b, Quod in principio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo. de Orato. 188 b, In vtroque autem genere dicendi & principia tarda sunt, & exitus tamē spissi & producti esse debent. de Som. 130 b, Cętera quæ mouentur, hic fons, hoc principium est mouendi. pro Corn. 56 b, Qui pueritiæ tempus extremum principium habuit bellorum atque imperiorum maximorum. de Fin. 138 b, Omnium rerum principia parua, sed suis progressionibus vsu augentur.

¶ *Causa efficiens, autor, primum.* Tuscu. 159 b, principij nulla est origo nam ex principio oriuntur omnia, ipsum autē nulla ex re alia nasci potest. *& ibi multa pulchra de principio.* de Cl. or. 183 b, Omniū causarum vnum est naturale principium.

¶ *Rudimentarium, seminarium, elementa ratio.* Officio. 62 a, Ea habemus principia naturæ, quibus parere debeamus. de Legibus. 159 b, Nunc autem principia videamus. & 193 a, Quocirca vereor committere, vt non bene prouisa & diligenter explorata principia ponantur. Offic. 51 b, Hoc autem est principium vrbis, & quasi seminarium reipub. de Finibus. 118 a, principijs a natura datis, &c. & 1 b, His initijs tanquam seminibus a natura datis, &c. Off. 5 a, principia & causæ rerū. Academic. 29 b, principia rerum, ex quibus omnia constant. *& ibi de principijs rerum.*

¶ *Pars prior, prœmia.* pro Clu. 30 a, principijs cognitis multo faciliū extrema intelligetis.

Prior, us. *habitudine primus.* Acad. 12 a, priori posterius, posteriori superius non iungitur. de Fin. 205 b, Quid posterum priori non conuenit? I. P. 79 a, Me quæstorem in primis, ædilem priorem, prætorē primum pop. Rom. fecit. de N. 36 b, Primum, &c. deinde, &c. tum, &c. postremo, &c. nos autem quę priora duo sunt, sumamus: tertium & quartum puto in aliud esse tempus differenda.

¶ *Absolute, primum.* de Natura. 18 a, Itaque si in illis selectis eius sententijs, quas, &c. hoc, vt opinor, prior sententia est, quòd, &c. pro Q. 2 b, priore loco causam dicere. I. V. 265 a, Indignum hoc video videri omnibus iudices, & id iam priore actione, cum hæc testes dicerēt, intellexi. *id est, prima.*

¶ *Primus honoris gradus.* de Cl. 272 a, Etsi vtrique primas, priores tamen deferunt Lælio.

¶ *Superior, transactus.* Ep. 17 a, Quod de Q. F. negocio scribis, te priore ęstate conficere non potuisse, &c. pro Planc. 270 a, Et ais prioribus comitijs Tarentinam tibi a Plancio esse concessam. *id est, superioribus.* Ep. 189 b, Anno priore.

Prisce. *prisco more, horride, asperè* pro Cæl. 44 a, Seuerè grauiter, & priscè agere cum aliquo.)(*remisse leniter vrbanè.*

Priscus, a, um. *cascus, vt ait Ennius: antiquissimus heroicus.* pro Planc. 232 b, Tusculan. 153 b, Itaque illud erat insitum priscis illis, quos cascos Ennius appellat. de N. 67 b, Ioues quoque plures in priscis Grecorum literis inuenimus. de Ar. 250 a, Prisca illa seueritas, &c. pro Dom. 238 a, Verbis priscis & pene solennibus bona alicuius consecrare. de Orato. 101 a, Verborum prisca vetustas. de Vni 201 b, Credendum est veteribus & priscis, vt aiunt, viris, qui, &c. de Orato. 146 b, Illud quod loquitur, priscum visum iri putat. de Cl. 172 a, Verba paulo magis prisca.

☞ Syntaxis. *Prisca vetustas. Veteres & prisci viri. Verbum paulo magis priscum.*

Pristinus, a, um. *vetus antiquus.* Epi. 5 b, Vt pristinam tuam dignitatem & gloriam consequare. pro Mil. 101 b, Vetus consuetudo fori, & pristinus mos iudiciorum immutatus est. Antequ. 94 a, Vt ego ad pristinum statum recidā. pro S. R. 43 b, Vestra pristina bonitas & misericordia. pro Clu. 56 a, Mulier incensa odio pristino. pro Sylla. 172 a, Ille labor meus pristinus, &c.

Priuans, tis. *στερητικός.* Par. 224 b, Sunt enim alia cōtraria, quæ priuantia licet appellemus Latine, Græce appellantur *στερητικά.*

Priuatim. *propriè.*)(*publicè.* pro Qu. 3 a, Nec societas tibi quicquam debet, nec priuatim Quintius debuit. Epis. 56 b, Nulla enim ipsum priuatim pepulit insignis iniuria. pro S. R. 37 a, Si hanc ei rem priuatim S. Rosc. mandauisset, &c. Anteq. 192 b, Beneficia quæ singulis ciuibus priuatimque dantur.

☞ Syntaxis. *Singulis, priuatimque dicere.*

Priuatio, onis. *amotio, diminutio, spoliatio.* de Fi. 70 b, Quia dolori nō voluptas contraria est, sed doloris priuatio. & 56 b, Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem.

Priuatus, a, um, tius. *suus, domesticus, proprius.*)(*publicus, cum potestate vel imperio.* pro Sest. 8 b, Pro me vno ciue & bonos omnes priuato consensu, & vniuersum Senatum publico consilio mutasse vestem. pro Quin. 3 a, Res quæ ipsius erant priuatæ. & ibidem. Priuata domus. de Fini. 90 b, Verbis in dicendo quasi priuatis vtuntur ac suis. Att. 106 a, Illud priuatius nō ascribis, &c. *id est, magis ad me pertinens.* pro Do. 222 a, Duodecim tabulæ vetant, leges priuatis hominibus irrogari. de Ar. 248 b, Tua tum virtus eadem fuit, quæ priuato quondam proauo tuo. de Inu. 50 b, In fortuna quæritur, priuatus an cum potestate sit. de Senect. 81 b, Vita priuata & quieta. Off. 5 a, Sunt autem priuata nulla natura, sed aut, &c. Epist. 78 a, Priuatum esse desiderare, requirere.

¶ *Orbatus.* pro R. P. 126 a, Demetrius aspide ad corpus admota, vita priuatus est. de Cla. 165 a, Tum multorum officiorum consuetudine ne priuatum videbam.]

☞ Syntaxis. *Verba priuata dicere, & sua. Id erit priuatius. Vita priuata & quieta.*

Priuernas, tis. *a Priuerno oppido.* de Orato. 129 a, Testificatur pater, se tibi priuernatem fundum reliquisse. & ibidem. Forte euenit, vt in

priuernati essemus.

Priuigna, gnæ. Att. 209 b, De vxore Tuberonis priuigna neque possum iam abdere, neque Tuberonem nolo defendere.

Priuignus, gni. *ad vitricum nouercamve refertur nam ita dicitur, cuius alter non est verus parens, sic etiam.* Priuigna. pro Clu. 57 a, Mulier in priuignorum funus nupsit. Qu. F. 323 b, Gabinium de ambitu reum fecit P. Sylla, subscribente priuigno Memmio.

Priuilegium, gij. *lex priuata homini irrogata.* pro Dom. 228 a, Vetant leges sacratæ, vetant XII. tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari: id est enim priuilegium. de Leg. 203 a, In priuatos homines leges ferri noluerunt: id est enim priuilegium. pro Sest. 17 b, Cum XII. tabulis sancitum esset, vt neque priuilegium irrogari, neque de capite ciuis, nisi comitijs centuriatis rogari posset. Part. 121 b, Fantibaris tuus de te priuilegium tulit, vt si in opertum Bonæ deæ accessisses, exulares. pro Dom. 218 b, An licuit tibi de pesto ciuis indemnati ferre non legem, sed nefarium priuilegium? & 235 b, Cum indemnatū extorbares priuilegijs tyrannicis irrogatis. Potiqu. 210 b, Priuilegij iniquitatem & crudelitatem autoritate honestissimorum hominum & publicis literis consignauit. de Cla. 172 b, T. Libo rogationem in Galba priuilegij similem tulit. At. 46 b, Quod cum Curione de priuilegio locutus es, est aliquid. de L. 186 a, Priuilegia ne irroganto.

Priuo, as. *orbo, spolio, dispolio, expello, excludo, expertem facio.)(augeo, orno.* Topic. 224 a, Præpositio In, priuat verbum ea vi quam habebat. Attico. 144 a, Ægritudo me somno priuat. de Finib. 145 a, Democritus oculis se priuasse dicitur. Acad. 9 b, Si quis aliquem oculis priuauerit. Episto. 56 b, Noli patriam multis claris viris orbatam priuare etiam aspectu tuo. & 75 b, Sic me liberalitatis fructu priuas. pro S. R. 28 b, Priuare luce. Attico. 12 b, Priuare aliquem exilio. I. A. 222 b, Vos Ser. Sulpitium vita priuastis.

Priuor, aris. contra Rull. 63 a, Non enim vnus afficitur beneficio, sed vnus priuatur iniuria. de Finib. 56 b, Priuari dolore. pro Ra. 91 b, Vt alter vita crudelissime priuaretur. pro Qu. 13 b, Non modò honestis partis bonis, sed etiam communi luce priuari.

☞ Syntaxis. *Oculis se priuare. Exilio aliquem priuare. Dolore priuari.*

Prius. *antè.* Att. 62 b, Nihil prius mihi faciendum putaui, quàm vt tibi gratularer. pro Syll. 179 b, Cùm in Capitolium nos Senatum conuocassemus, nihil est actum prius. pro Q. 2 a, Prætor iudicium prius de probro, quàm de re maluit fieri. 241 b, Pręstabo (si Cæsarem bene noui) eum prius suæ dignitatis, quam suę vtilitatis in rationem habiturum. de Am. 98 b, Quem fuit æquius, vt prius introieram in vitam, sic prius exire de vita. Att. 244 a, Ad te anteà atque adeo prius scripsi. Tus. 172 b, Prius quo Bœotia Leuctram tolleretur, quàm, &c.

Priusquam. *antequam.* de Orato. 145 a, Sed priusquam illa conor attingere, proponam breuiter, &c. in Vatin. 29 b, Quod ego simulac te aspexi, priusquam loqui cœpisti, sensi. Episto. 142 b, Tamen quid potius faciam, priusquam, me dormitum conferam, non reperio. & 143 a, de Opt. 144 a, Vt ne quis corona donaretur in magistratu, priusquam rationes retulisset. pro Cor. 58 a, Ac priusquam aggrediar ad causam, &c. quiddam de communi conditione breuiter cõmemorandum videtur. I. A. 160 b, Cui priusquam de cæteris rebus respondeo, de amicitia pauca dicamus. pro Mil. 181 b, Præclare enim vixero si quid mihi acciderit, priusquam hoc tantum mali videro. Quin. Frat. 301 b, Ne de bonis quæ Octauij fuissent, diminui paterentur, priusquam Fundanio debitum solutum esset. *Cum indicatiuo & subiunctiuo modo.*

Pro, vel Pro. L. Proh. *Interiectio est, exclamationem, vociferationem, & indignationem significans.* I. A. 166 b, Quæ res unquam, pro sancte Iupiter, in terris est gesta maior? Tusc. 58 a, Pro Deum hominumque fidem. & 237 b, Proh Deum atque hominum fidem. I. V. 255 a, pro dii immortales, &c. *Cum accusatiuo & vocatiuo.*

¶ *Pro loco vel in loco.* Orato. 205 a, Ennius pro Afris immutat Africam: item ibi. Quia quasi summittunt verba pro verbis: item ibidē. In quibus pro verbo proprio subijcitur aliud. Orato. 211 a, Sodes, pro si audes: malle, pro magis velle. de Orato. 158 a, Cerer pro frugibus, Liber pro vino. de Orato. 141 b, Dixit se dimidium eius quod pactus esset, pro illo carmine daturum. de Opti. 244 a, Verbum pro verbo reddere. de Senectu. 91 a, Incerta pro certis habere, falsa pro veris. de Clar. 190 b, Hoc ipsum etiam posui pro argumento, quòd ille cum &c. egisset, &c. & ibidem. Sic nos summi oratoris vitio pro argumento ad diluendum crimen vsi sumus. Q. in Fratr. 302 a, Licinius seruus apud patronum Epicureum pro libero fuit. Brut. Atti. 285 a, An hoc pro beneficio est habendum? pro Quin. 18 b, Ornamētis alicuius pro spolijs abuti. I. V. 109 a, Sicilia non solùm pro penaria cella, sed etiam pro ærario Romanis fuit. Officio. 5 a, Communibus pro communibus vti: priuatis autem, vt suis. in Anto. 171 a, Quoniam condemnatum esse, pro nihilo vis. L. Nihilum. Attico. 286 b, Benefacta pro debitis exigimus. de Leg. 271 b, Præcepta, quæ imperiti pro salutaribus mortifera conscripserunt. I. A. 232 b, Bestiæ damnationem pro prætura putat. & 236 b, Tamen ego pro decreto putarem. pro Milon. 114 a, Vulnus quod acu punctum videatur, pro ictu gladiatoris putari. I. V. 167 a, Cum Terres iam pro dānatu mortuoque esset. I. V. 221 a, Tibi Marcelli statua pro patibulo fuit. Academ. 43 b, Quibus verbis consuetudo iam vtitur pro Latinis. Attic. 25 b, Vnus Cato mihi est pro centum millibus. Attico. 204 a, Iam istuc pro facto habeo. de Inuent. 72 b. Habere aliquid factum pro infecto. Epistol. 75 a, Rem non factam pro facta habeo. Attic. 81 b, Hoc pro mercede vel pro præmio tibi erit. Epist. 89 b, Hæc pro certis ad te scribo. Attic. 81 b, Omnia quæ certa non erunt pro certo negato.

du

de Inuen. 58 a, Cum ambiguum pro certo concesseris. de Diu. 130 a, Quæ dubia sunt, ea sumere pro certis atque concessis. Tusc. 132 a, Id sumunt pro certo & probato. Epist. 116 b, Pro beneficio dare aliquid alicui. & 117 a, Pro absoluto haberi. Acad. 44 a, Vti aliquo verbo pro Latino. pro Sest. 20 b, P. Sestius, qui pro occiso relictus est. pro Pl. 272 a, Si mancipium pro fabro aut pro textore emimus. Attic. 249 a, Ludo pro festi pene funesti extiterunt. de Diuin. 106 b, Potest accidere, ut signum aliquod dubie datum pro certo sit acceptum. de Prou. 69 b, Occupare aliquid pro præmio alicuius facti. & ibid. a, Tribuere aliquid pro pignore. de Diuin. 112 b, Aliquid pro certo futurum esse. I. P. 91 a, Nonne tibi nox erat pro die? caupona pro oppido. ? Attico. 111 a, Sermone aliquo alicubi arrepto pro mandatis abuti. & 117 a, Oram maritimam pro derelicta habere. & 152 a, Pro certo habemus de Cæsaris aduentu. & ibid. Hoc pro certo habemus. de Orato. 143 a, Cum tu omnem autoritatem vniuersi ordinis pro pignore putares. *alter, propugnares.* de Nat. 58 b, Sui, ne putrescat, anima pro sale data est. I. A. 221 b, Reddita est ei tum à maioribus statua pro uita. pro Mur. 138 a, Iudicium accusatoris in reum pro aliquo præiudicio ualere. Offi. 61 a, Nam esse pro niue, qui pro aliquo præiudicio ualere. Offi 61 a, Nam esse pro ciue, qui ciuis non sit, iustum est non licere. In Sal. 274 a, Qui patre nondum mortuo, pro hærede gesserit omnia. pro At. 187 b, Ita se iam tum gessit pro ciue. Att. 176 a, Quibus in miserijs una est pro omnibus. de Am. 111 b, Omnia alter pro altero suscipiat. I. V. 143 a, In scriptura Siciliæ pro magistro est quidam L. Carpinatius. Attic. 176 b, Terentius magnas operas in scriptura Asiæ pro magistro dedit. * Epist. 224 b, Habere aliquid io perditis, & desperatis.]

¶ *Propter.* pro S. R. 20 a, Supplicia pro maleficijs sui metuere. pro Domi. 219 a, Quid mihi pro expectatione populi Romani, pro Cn. Pompeij meritis erga me, pro ratione mei temporis faciendum fuerit, non ignorant. & 234 a, Quam partiem pro amore, quem habetis in rempublicam, & semper habuistis, uestris manibus disturbare cuperetis. Episto. 228 b, Quæ quanquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen ex tuis literis libentissime cognoscam eadem. quod & pro uetustate necessitudinis, & pro beneficijs uestris, & pro dignitate ipsius facere debeo. Vale. Attic. 126 b, Pro iure amicitiæ nostræ à te peto, &c. ad He. 6 a, Vt pro tuo in nos officio, & nostro in te studio munus hoc accumulatissime tuæ largiamur uoluntati. Ante quam 197 a, Non turpitudine uitæ, non pro magnitudine scelerum, non propter reliquæ ætatis infamiam pœnas iure & lege persoluo. Att. 264 a, Tibi pro tuis summis beneficijs gratias ago, *id est, propter tua beneficia.* I. A. 258 a, Pompeius, Cn. F. pro patris maiorumq; suorum animo, studioque in rempublicam, suaque pristina uirtute, industria, uoluntate fecit, quod S. P. Q. R. pollicitus est operam suam, &c. ad Her. 8 a, Pro testibus, à testibus, secundum testes. I. A. 170 a, Nunquam te mihi pro tuis in me iniurijs satis esse facturus putabas. pro Pom. 4 b, Qui ad me pro necessitudine, quæ mihi est cum illo ordine, pericula rerum suarum detulerunt. pro Cl. 50 a, Si fieri hoc posse eastimasset, pro illo odio, quod habet in ordinem equestrem, fecisset, &c. I. A. 210 b, Pro mea perpetua cupiditate uestræ dignitatis augendæ, quæso oroque uos, ut, &c. & 248 a, Sed hanc mihi dissipationem pro paterna necessitudine & coniunctione deposco, &c. de Or. 105 a, Quem omnes amare meritissimo pro eius eximia suauitate debemus. pro Clu. 42 a, Qui à me pro eximia sua uirtute, summis honoribus, quos. &c. honoris causa nominatur. pro Mur. 144 b, Ego uos pro mea summa & uobis cognita in Remp. diligentia moneo, pro autoritate consulari hortor, pro magnitudine periculi obtestor, ut, &c.

¶ *Secundum, iuxta, pro ratione.* pro S. R. 24 a, Hunc pro dignitate ne laudare quidem quisquam satis commode potest. pro S. R. 43 a, Si omnes hospites huic pro patris eius hospitijs & gratia adesse uellent, is satis copiose defenderetur. Epist. 76 b, Credo me quidem tibi pro animi mei uoluntate, & pro ea spe facultatum, quam tum habebamus, quàm humanissime potuerim rescripsisse. Tus. 203 a, Pro opinione vulgi. & 316 a, Pro rerum obscuritate. Episto. 155 a, Pro magnitudine rei. Attic. 123 b, Pro temporibus. & ibidem. Pro rebus tuis gestis amplissimis. Attico. 106 b, & 111 b, Pro re nata. in V. 212 a, Pro imperio & potestate. pro Cluen 33 a, C. Quintius illud iudicium pro potestate dimitti iussit. I. A. 190, Sunt impij ciues pro caritate reipublicæ nimium multi, pro multitudine bene sentientium admodum pauci. pro Dom. 235 a, Nemo fuit, qui non me pro suis opibus in illa tempestate defenderit. Episto. 204 a, Si pro meis pristinis opibus possem, &c. & 216 a, Achaiæ ciuitates pro horum temporum perturbatione felices sunt, quod, &c. & 215 a, Vt suum negocium pro causa ueritate & pro sua dignitate conficiat. I. A. 230 b, Quis est qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? Att. 128 a, Quod tibi facile me probaturum pro tuo in me beneficio arbitrabar. Postquam 204 a, Si pro uestris immortalibus in me meritis parum uobis cumulate gratias egero, quæso, &c. I. A. 155 a, Misi pro amicitia, qui hoc diceret, &c. I. V. 113 a, Is à Dione, pro hospitio, quod sibi cum eo est, cognouit, &c. I. A. 265 a, Querela misera quidẽ, sed mihi pro hoc gradu, in quo me S. P. Q. R. collocauit, necessaria. pro Pomp. 17 a, In quo omnes pro amplissimis uestris honoribus summam grauitatem esse cognoscitis. I. V. 248 a, Ciuitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere. pro Cor. 67 a, Si quæ ad hoc pro facultate huius, pro loco facta sunt, grata esse uobis debet. I. V. 90 a, In eam rationem pro suo quisque sensu ac dolore loquitur. Att 245 b, Tibi pro tua natura semper placuisse eum, &c. Offic. 45 a, Quare faciendum est, modo pro facultatibus, &c. de Natu. 5 a, Huic disputationi pro tuo studio non est alienum te interesse. pro Font. 282 b, Videor hoc leuiter pro mea authoritate uobis præcipere posse. contra Rul. 86 a, Hæc ego nos concupisse pro uestra stultitia atque intemperantia non miror. I. C. 119 b, Vterque pro sua dignitate & pro rerũ magnitudine, in summa seueritate uersatur. pro Mur. 136 b, Neque tamen Senatus satis seuere pro rei indignitate decreuit. Tus. 203 a, Hæc nequaquam pro opinione vulgi extimescenda sunt pro Arc. 291 b, Qua de re pro mea cõsuetudine breuiter dixi. pro Clu. 52 a, Quibus de rebus pro Cluentij uoluntate nimium, pro Reipublicæ dignitate parum, pro uestra prudentia satis dixisse uideor. Offi 9 b, Videndum est, ut pro dignitate cuique tribuatur. Ep. 252 b, Ego pro mea, tu pro tua; pro sua quisq; parte fecre potuisset. Tusc. 272 a, Pro sua quisque facultate parat, &c. pro Quin. 3 a, Romæ mihi nummorum facultas est: quam, si sapies, communem existimabis, pro fraterna illa necessitudine, & pro nostra affinitate. Attic. 147 b, Spe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili ac singulari sapientia, de concordia ciuium agi uelle arbitrarer. pro Pomp. 7 a, Horum uobis pro uestra sapientia est habenda ratio. Att. 130 b, Non enim pro tua prudentia debes illud solum animaduertere, quod, &c. sed. &c. Epist. 55 b, Reliqua tu pro tua prudẽtia considerabis. & 86 a. Nõ dubito pro tua singulari prudentia, quin perspicias, si, &c. & 257 b, Hæc pro tuo ingenio considera.

¶ *Alicuius gratia, causa defendi rati, & fauoris.* Orato. 149 b, Hoc modo non pro me, sed contra me est potius. Offic. 126 b, Antecedebat ut hæc tu pro Rep. quæri existimares. de Or. 127 a, Ego pro sodalis & pro mea omni fama fortunisque decerno. & ibid. Omnia semper pro amicorum periculis, nihil unquam pro me ipso deprecor. de Leg. 180 b, Exigere aliquid pro sua parte. L. Pars. pro Mil. 109 a, Vendicare aliquid pro suo. pro Sest. 3 b, Nihil prætermissum est, quod aut pro Rep. conquerendum fuit. aut pro eo disputandum. de Orat. 96 b, Quæ pro nobis sunt amplificanda, quæ pro aduersarijs sunt infirmanda. pro Dom. 219 b, Idem pro salute mea populum Romanũ obsecrauit. Postquam 210 b, Qui populum Romanum pro me tanquam pro fratre aut pro parente non solum hortatus est, sed etiam obsecrauit. de Orato. 91 a, Pro se quisque eorum certabat. item, pro eo ac pro eo ac si, pro eo quantum, pro eo quod, pro eo quomodo. L. Pro, 30 a c, *& c. locus sius.* de Cla. 171 b, Metellus pro L. Cotta dixit, accusante Africano. pro Cluen. 36 a, Hoc non modò non contra me ualet, sed etiam pro me est. pro Clu. 45 a, Lentulus Pompilium in iudicio de ambitu pro testimonio diligentissime laudauit. in Vat. 49 a, Sed hesterno pro testimonio te esse mentitum, paulò antè imprudens indicasti. pro socio arbitrium. L. Socivs, *in fine.* pro S. R. 35 a, Pro testimonio aliquid dicere. I. A. 241 b, Sunt fortes illi quidem, sed propter memoriam rerum quas gesserunt, pro populi Romani libertate & dignitate nimis feroces. *id est, ad libertatem & dignitatem.*

¶ *Ante.* pro Mil. 101 b, Illa præsidia quæ pro templis omnibus cernitis. I. A. 189 a, Pro æde Castoris sedens, &c. & 198 b, & 172 b, Pro æde Iouis Statoris hasta posita. pro Mil. Illa præsidia, quæ pro templis omnibus cernitis.

☞ Syntaxis. *Verba pro verbis summittere, reddere. Hoc utor pro argumento. Seruus iste mihi est pro libero. Pro beneficio id habeo. Pro maleficijs suis.* id est propter, *supplicia metuere. Pro damnato & mortuo ille est. Hoc ergo verbo utor pro Latino. Hoc pro certo scribo. Pro occiso relinqui à latronibus. Mancipium pro fabro emere. Vrbem pro derelicto habere. Pro pignore fidem habere. Alter pro altero omnia præstant. Pro amicis certare. Pro templis ponere.*

Proagorvs, Sopater. I. V. 211 a, Dionysiarchum ad se proagorum, hoc est summum magistratum, uocari iubet. & 220 a, Discedens mandat proagoro Sopatro. ibi. Proagorus refert ad senatum. & 222 b, Proagori Sopatri iussu.

Proavvs, ui. *aui paterni uel materni pater.* pro Cæl. 44 a, Pater, auus, atauus. de Fin. 98 Muræn. 127 a, Proauus L. Murænæ & auus prætores fuerunt. Att. 205 b, Tuditanus proauus Hortensij. de Cla. 103 b, Duo aui, & tres proaui.

Probabilis, le. *verisimilis, credibilis.* de Inuent. 52 a, Probabile est id quod uere fieri solet, aut quod in opinione positum est, aut quod habet in se ad hoc quandam similitudinem, siue id falsum est, siue uerũ. de Finib. 102 a, Est autem officium, quod ita factum est, ut eius facti probabilis ratio reddi possit. Offic. 2 b, Quod cur factum sit probabilis ratio reddi potest. Acad. 26 b, Sed ea quæ uos percipi comprehendique, eadem nos, si modo probabilia sint, uideri dicimus. Par. 116 a, Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. de D. 111 b, Qui nihil sine aliqua probabili coniectura & ratione dicunt. de Orato. 106 a, Alterius disputationem nobis probabilem & prope ueram uideri. pro Cecin. 298 a, Honesto ac probabili nomine errorem obijci cupiam. Offic. 20 b, Causam probabilem reddere alicuius rei.

¶ *Laudandus, tolerabilis, vendibilis.* de Cla. 189 a, C. Sicinius probabilis orator, iam uero etiam probatus. & 186 a, P. Antonius uoce magna, nec alia re ulla probabilis. & 189 a, Probabilis, tolerabilis, uendibilis, orator non satis uendibilis populo. de Cla. 180 b, Ingenium probabile. de Ora. 122 b, Semper existimaui iucundiorem & probabiliorem huic populo oratorem fore, qui, &c. de Orat. 95 b, Discipulus probabilis.

☞ Syntaxis. *Probabilis coniectura. Probabilis & prope vera disputatio. Probabilis, iam verò etiam probatus orator. Homo nulla alia re, nisi voce probabilis. Orator probabilis, tolerabilis.*

Probabilitas, tis. *verisimilitudo.* Acad. 19 a, Multa sunt quæ nos fallunt

iunt probabilitate magna. de Fin. 105 a, Captiosa probabilitas. Aca. 26 a, Tusc. 234 b, Quodcunque nostros animos probabilitate percus sit, id dicimus.

PROBABILITER. *credibiliter, vel ad hominum opinionem.* Or. 208 a, Rem probabiliter exponere.

PROBATIO, onis *approbatio.* pro Font. 277 a, Falsum est ob probationē precium datum, cum multa improbata sint.

PROBATOR, oris. *approbator.* pro Cec. 301 a, Huius rationis non modo inuentor, sed ne probator quidem sum. I. A. 116 a, Nihil interest inter suasorem facti, & probatorem.

PROBATUR. Att. 214 a, Sic ei probatū est, quòd ad te scribo, vt ipse crediderit.

☞ Syntaxis. *Id meum animum probabilitate percussit. Non modò probator, sed suasor quoque.*

PROBATUS, a, um: ssimus. *Spectatus.* de Cl. 189 a, C. Sicinius probabilis orator, iam vero etiam probatus. & ibi. C. Sicinius orator probatus ex hac inopi Hermagoræ disciplina. pro Planc. 264 b, Quibus si fuerit probatus, omnibus esse se probatum debet sperare. pro Mur. 156 b, pretura probata in iure, grata in munere. de Or. 95 a, Cæterarum artium homines spectati & probati. Top. 227 b, Via constans & pro bata. pro Cec. 287 a, Probatissima fœmina. ad Her. 4 b, Viribus probata Numantia.

☞ Syntaxis. *Virtus spectata & probata. Omnibus probatus ciuis. In pietate probatus. Probata fœmina. Armis probata Roma.*

PROBE, *recte, bene, preclarè.* de Orato 161 a, Antipater ille, quem tu probe Catule meministi. Attic. 205 a, De aquæductu probe fecisti. de Inuent. 56 b, probe teneo. Epist. 24 b, Quod cum probe scirem, &c. At. 68 a, De Saturnio curasti probe. de Ora. 104 b, Quem hominem probe commeminisse se aiebat. Epist 23 a. Ad Amanum exercitum adduxi, satis probe ornatum auxilijs. Tusc. 193 b, Oculus perturbatus non est probe affectus ad suum munus fungendum. Tus. 167 a, Hoc igitur probe stabilito, &c. de Or. 199 b, Thucydides res gestas narrat grauiter sane & probe Offic. 13 a, Itaque probe diffinitur à Stoicis fortitudo, cum dicunt, &c. Att. 102 a, Illud probe iudicas. de Cla 378 a De Seruio probe dicis.

☞ Syntaxis. *Probe meminisse, facere, tenere, scire, curare, exercitum ornare, affici, narrare.*

PROBITAS, tis. *bonitas, integritas, virtus.* de Am. 101 a, pro Planc. 2, Virtus, probitas, integritas, in candidato requiri solet. Epi. 208 a, Cum separatim de probitate eius & moribus dicturus essem. de Orat. 95 a, pudor, qui non modo non obsit, sed etiam probitatis commendatione prosit. & 128 a, probitatis commendatione boni viri speciem tuere. Attic. 197 b, pædagogi probitas. de Am. 101 b, Ab altero propter probitatem eius non alienos animos habemus. & ibid. Tanta vis est probitatis, ut eam vel in hoste diligamus.

☞ Syntaxis. *Virtus, probitas, integritas. Probitas & mores.*

PROBLEMA, tis. Att. 186 a, Iam explicandū est πρόβλημα & 214 a, πρόβλημα ἀρχιμήδειον. L. QUAESTIO.

PROBO, as. *approbo, assentior.* pro Mil. 116 b, Nunc verò quis est, qui non probet? qui non laudet? *ad factum.* I. C. 101 b, De te autem Catilina, cum quiescunt, probāt, cont. Rul. 65 b, Hoc senatus probat, nec populus est in alia voluntate.

¶ *Testatum facio.* I. V. 219 b, Non vereor, ne hoc officium meum P. Seruilio iudici non probem.

¶ *Perficio.* Att. 61 b, Libros oratorios in manibus habeo, quos (vt spero) tibi valde probabo.

¶ *Confirmo, argumentis tueor, fidem facio, argumentor, doceo.* pro Cel. 44 b, Vel seuerissimis disceptatoribus M. Celij vitam me probaturum esse confido. de Orat. 153 b, Carneades nullam vnquam rem defendit, quam non probarit: nullam oppugnauit, quam non euerterit. pro Fla. 163 b, 164 a. His tu epistolis recitatis, his mulierculis productis, illo absente autore laudato, tantum te crimen probaturum putasti? pro Syl. 167 a, Rationem facti sui & cōstantiam officij omnibus probare de Inu. 65 a, Quod verum est, pro vero probare. Epist. 170 a, b, & 166 b, Cum grauiter ex intestinis laborarem, neque ijs qui opera mea vti volebant, probarem me non valere. At. 2 a, Spero tibi me causam probasse. pro Q. R. 45 b, Quod sibi probare non possit, id persuadere alteri conatur. pro Murę. 124 b, Vt vobis rationē mei facti probem. I. V. 78 a, Probabo Verrem contra leges pecunias cepisse. de Finis. 54 b, Et tibi magnitudinem solis probabo. Epist. 58 a, Bonis viris probare quod sentias. de Fin. 54 b, Probare alicui quod dicas. Epi. 14 a, Tantum contendere, quantum probare alicui possis. Attico. 85 b, Quod ego ambobus negaui, & ijs probaui, &c. & ibid. Quod vereor tibi ipsi vt probem. de Opt. 144 a, Probare picturam. Tabulis Censorem, memoria multorum firmabo & probabo. L. FIRMO. Att. 91 a, b, Hæc a me ordine facta, puto me Bruto probaturum, tibi nescio: Catoni certe probabo. pro Cor. 63 b, Sed paucis ipse verbis causam illam grauitate sua defendit & probauit. pro Dom. 224 b, An eā causam probare non poteram? cuius tanta bonitas est, vt ea ipsa non modo se, sed etiam me absentem per se probarit. contra Rull. 87 b, Si quæ dixero, vobis probabo. de Or. 191 b, Probas mihi illa Crasse quæ dicis, *i. persuades.*

¶ *Periculum facio.* I. V. 163 b, Probare triticum.) (*improbare.*

¶ *Satisfacio, me purgo.* pro Lig. 137 a, Qui in legatione omnibus ita se probauit, ut, &c. *i. satisfecit se commendauit.* Epi. 201 b, A magistris cū contenderem de proferendo die, probauerunt mihi sese, quominus id facerent. de Fi. 81 b, At multis se probauit.

PROBOR, ris. *placeo, laudor.* Att. 83 b, Habes causam meam, quę si Bruto non probabitur, nescio cur illum amemus, sed auunculo eius certe

probabitur. Attic. 132 a, Non mihi satis idonei sunt autores, qui à te probantur. & 139 b, Consilium factumque nostrum ab Sexto probatur. & 142 a, Consilia ex euento, non ex voluntate à plerisque probari solent. & 258 b, Consilium a te probati facile patior. At. 152 a, Meū factū probari abs te gaudeo. de Or. 104 a, Quæ à Platone dicta sunt, non probari in populis & ciuitatibus. Epi. 7 a, Sed Hæc sententia sic & illi & nobis probabatur, vt, &c. de Fin. 105 a, Minime uerò probatur huic disciplinæ, amicitiam propter utilitates asciscī aut probari. Att. 86 a, Quos libros tibi iam probari gaudeo.

☞ Syntaxis. *Quis non probat? quis non laudat? officium suum alicui probare. Valde probare suum opus. Vitam suam omnibus probare. Quod sentio, bonis viris probabo. In omni sua vita se probare cunctis. Cur non verum, me tibi probabo. In hac ciuitate populo non probantur, quæ dixi.*

PROBROSUS, a, um. *ignominiosus* pro Fon. 281 b, Probrosum crimen.

PROBRUM, bri. *dedecus, contumelia, maledictum.* I. V. 184 a, Ego illum velim ex paternis probris ac uitijs emergere. pro Dom. 239 b, Tuum scelus meum probrum putas esse oportere. item, Illis inimicorum iniuria probro non fuit. pro S. R. 26 a, Vita rustica quam tu probro, & crimini putas esse oportere. in Vat. 30 a, Magno tibi probro futurum est, si, &c. pro S. R. 29 b, Sumptus effusi cum probro atque dedecore. At. 176 a, Epistolæ plenæ omnium in me probrorum. pro Cæl. 46 b, Inferre probrum alicui. de Ora. 135 a, Obijcere probra alicui. Tusc. 148 b, Obijcere alicui ut probrum, quod saltarit. pro Fl. 156 b, Aliquem probris omnibus maledictisque uexo, pro Dom. 128 b, In isto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum obiectas, sed ēt laudem illustras meam. pro Qu. 2 a, Prætor iudicium prius de probro quàm de te maluit fieri. Offic. 12 b, Itaque in probris maxime in promptu est, si quid tale dici potest, &c. I A. 179 a Probri insimulasti pudicissimam fœminam. de Sen. 85 b, Tam perdita libido, quæ cum probro priuato coniungeret imperij dedecus.

☞ Syntaxis. *Ex paternis probris & vitiis emergere. Id mihi probro non est. Probro & crimini esse. Effusi sumptus cum probro atque dedecore. Probrum obijcere, inferre. Obijcere aliquid probrum. Probris & maledictis vexare. In maledicto mihi non obiectas probrum, sed laudem illustras. Probri insimulare, pudicam, &c.*

PROBUS, a, um. *bonus, moratus, bene institutus, spectatus, integre, frugi, religiosus, castus, antiquus, purus, sanctus, modestus.* de Ora. 125 a, Probus, bene moratus & bonus uir. I. V. 148 a, Nauus & pudens & probus filius. de Diu. 119 b, Att. hoc oē homines quidem probi faciunt. Tusc. 186 a, Sic imperabat, ut iustus parens probis filijs. Ora. 213 b, Probæ res, lecta uerba Or. 203 b, Poeta peccata, cum probam orationem affingit improbo. Offi. 21 a, Si in ipso ioco aliquod probi ingenij lumē eluceat. Ac. 25 a, Probum nauigium. At. 159 a, Pulsus est modestior Rex, & probior, & integrior. Offic. 55 a, Ob eam credo causam, quod insit in his aliquid probi, &c.

☞ Syntaxis. *Probus bene moratus ac bonus vir. Nauus, pudens, & probus per. Improbo non est affingenda proba oratio. Nauigium probum.*

PROCACITAS, tis. *petulantia.* de Rep. lib. 4. teste Nonio. Itaque à petendo, petulantia à procurando, idest poscendo, procacitas nominata est in Sal. 272 b, Non enim procacitate linguæ, uitæ sordes eluuntur. & 275 b, Desine morbo isto procacitatis vti.

PROCAX, cis. *petulans.* pro Cæl. 49 a, Temeraria & procax mulier. de N. 4 b, Academia procax. pro Cæl. 44 b, Vt non solum meretrix, sed etiam procax uideatur. Episto. 101 a, Scio te non esse procacem in lacessendo.

☞ Syntaxis. *Lingua procacitas. Procacitatis morbus. In lacessendo procax.*

PROCEDENS, tis. *sequens.* Tuscu. 201 b, Tempus procedens mitigat ægritudinem.

¶ *Se habens.* de Vni. 200 b, Aliqua bifariam contrariè simul procedentia.

¶ *Progrediens.* de Clar. 186 b, Longius autem procedens, uidebatur, &c.

PROCEDITUR. de Inu. 48 b, Si non longius quàm quod scitu opus, in narrando procedetur.

PROCEDO, dis. *prodeo.* de Fin. 120 b. Nihil ergo adiuuat procedere & progredi in uirtute, quo minus miserrimus sit, antequam ad eam peruenerint. & 121 a, Longe ad virtutem processerunt natura ac doctrina. de Cl. 180 b, & pro Clu. 40 b, Is processisset honoribus lōgius, nisi, &c de Cl. 176 b, L. Cotta in mediocrium oratorum numero dicendi non ita multum laude processerat. de Fi. 54 a, Vt ratione & via procedat Oratio. de Fin. 500 a, Qui processerit aliquantulum ad uirtutis aditum. & 91 a, Qui in philosophia tantum processerit.

¶ *Progredior, transeo, uado, peruenio, assurgo, accedo.* I. A. 204 a, An hoc uidit pueri si ætate processerit, non uidebit? de Sen. 87 a, Liuius usque ad adolescentiam meam processit ætate. de Dom. 98 b, Posteaquam philosophia processit, nemo aliter philosophus sensit. pro Cæl. 52 a, Qui se nunquam profecto, si in illum locum processerint, explicabunt. de Nat. 32 a, A primis ad ultima procedere. Epi. 259 b, ad Cassodem stadia CXX. processimus. de Ar. 225 a, Longius processit, in ipsum Pompeium inuehi cœpit. Epist. 149 a, Procedere in dies longius. Orat. 214 a, Isocrates se tantum, quantum ætate procedebat, relaxabat e nimia necessitate numerorum. At. 127 a, Itaque Cales processit, ut ibi consistentem. Att. 275 b, Cum stadia circiter trecenta processissem. reiectus sum. Att. 94 b, Etsi (vt spero) te hæc legēte aliquantum tamen uiæ processero, & 207 b, Ille assiduo cursu cubitum nullum processit. Epist. 179 a, Non initior λαλαγεῖν tuum: altera iam pagella procedit.

¶ *Exeo, incedo, egredior.* L. P. 90 b, Mihi ipsa Roma prope conuulsa sedibus

sedibus suis ad complectendum conseruatorem suum procedere visa est. I.V. 254 b, Procedit in publicum vini plenus. de Or. 131 b, & pro Fl. 143 a, Pasillus testis processit. de Diu. 105 a, Cæsar cum purpurea veste processit. Tus. 239 a, Procedere obuiam alicui. pro Sest. 18 a, Huic ad urbem venienti tota ciuitas obuiam processit. Postq. 206 b, Cum a te trib. pleb. consul in concionem productus esset, ipprimum processit, qua autoritate vir. de Cl. 167 a, Procedere in solem ex umbraculis.

¶ *Euenio, accido, contingo.* de Ora. 95 a, Nonnunquam summis oratoribus, non satis ea sententia euentum dicendi procedere. I.V. 199 a, Si processit. Epist. 287 a, Omnia, vt spero prospere procedent. pro Mil. 122 a, Cui bene quid processerit, eum multum prouidisse dicimus. Epi. 128 a, Quibus cum parum processisset, vt, &c. pro Cl. 55 a, Alicui nequaquam, vt sperasset, ea quæ cogitasset, procedere. I.A. 256 a, Pergit in mea maledicta, quasi vero ei pulcherrime priora processerint. de Nat. 55 b, Perspicuum est enim, quo corporum lenocinia processerint.

Syntaxis. *Ratione ac vita procedens oratio, procedens tempus dolorem abstergit. Ne in narrando longius procedatur. In virtute procedere, ac progredi. Longe ad virtutem procedere. Honoribus procedere. Ætate procedere. A primis ad vltima procedere. In dies longius procedere. Aliquam tum via procedere. In publicum procedere, in Solem. Si vt speramus, omnia prospere procederent.*

PROCELLA, læ *tempestas.* de Natu. 69 b, Imbres, nimbi, procellæ, turbines. Of. 36 b, Primum ab inanimis procellas, tempestates, naufragia. pro Dom. 241 a, & 218 a, Tu procella patriæ, turbo & tempestas pacis. I.C. 118, Circunspicite omnes procellas, quæ impendent, nisi prouidetis. I.V. 68 a, Quoniam criminum vim subterfugere non poterat, procellam temporis deuitauit.

Syntaxis. *Imbres, nimbi, procella, turbines. Procella patriæ, turbo & tempestas pacis. Temporis procella.*

PROCERES. *Principes.* Epi. 210 a, Audiebam enim nostros proceres clamitantes, &c.

PROCERITAS, tis. *longitudo.* de Nat. 50 b, Quæ autem altiora sunt adiuuantur proceritate collorum. Orat. 217 b, Breuitas pedum.)). *proceritas pedum.* pro Cæl. 45 a, Candor huius te & proceritas, & vultus oculique perpulerunt. de Sen. 89 a, Cum admiraretur proceritates arborum, &c.

PROCERIVS, *longius.* de Orato. 163 b, Brachium procerius proiectum.

PROCERVS, *longus.* de Natu. 51 a, Corneam procerumque rostrum. de Clar. 584 a, Procerum & tenue collum. de Leg. 156 a, Procera & tenera palma. de Orato. 160 a, Anapæstus procerior quidam numerus. & ibid. b, Numeri proceri & liberi, vt pæan. de Leg. 159 a, Procerissima populus.

PROCESSVS, sus. *progressus.* de Cl. 286 a, Gradus tuos, & quasi processus dicendi studeo cognoscere. de Clar. 190 a, Itaque tantos processus efficiebat, ut euolare, non excurrere uideretur. Ora. 217 b, Sed iam is qui audit, fauet processumque vult. pro Pomp. 8 b, Ex his locis à militibus nostris reditus magis maturus, quam processus longior quærebatur.

PROCI, am, *qui eandem amant & petunt.* Orato. 511, Fabrum & procum audeo dicere, non fabrorum, & procorũ. de Cl. 170 b, Carmina quæ apud Homerum in Phæacum & procorum epulis canuntur. ibidem 196 b, Vt hos ignotos, & impudentes procos repudiemus.

PROCINCTVS, ctus *sine votis solennis, vt in castris.* de N. 57 b, Testamentũ in procincta. de Orat. 104 b, Facere testamentum in procinctu sine libra atque tabulis.

PROCLAMATOR, oris. *præco, cantor.* de Orato. 102 a, Non enim causidicum nescio, quem, neque proclamatorem aut tabulam conquirimus.

PROCLAMO, as, *vocifero.* I.V. 257 b, Adsunt, defendunt, proclamant idem uiros, quæ nusquam erant implorant.

PROCLIVIS, ue. *propensus, facilis.* (. *laboriosus.* Par. 533 a, Adolescentia procliuior est ad libidinem Tuscu. 227 a, Vt alius ad alium morbum propensior, sic alius ad alia uitia procliuior. & 214 b, Quia procliues ad eas perturbationes sunt Tus. 218 a, Incitata semel in procliue labuntur. Top. 255 b, Procliuia anteponuntur laboriosis. de Ami. 109 a, Amicitia remissior esse debet, & ad omnem comitatem facilitatẽque procliuior Offi. 47 b, Sed cum in hominibus iuuandis aut mores spectari, aut fortuna soleat, dictu quidem est procliue.

PROCLIVITAS, tis. *facilitas.* Tusculano. 214 b, Atque hæc aliorum ad alios morbos procliuitas late patet. & 215 a, Procliuitas ad ægrotandum, sed hæc in bonis rebus, quod alij ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuitas, ut significet lapsionem, &c.

PROCLIVIVS, Orato. 215 a, Breuitate & celeritate syllabarum uerba procliuius labuntur de Finibus 144 b, Procliuius currit oratio. Antequam 194 b, Qui sperant, facilius & procliuius ad laudem nobilitatis peruenient.

Syntaxis. *Ad morbos procliuitas, ad ægrotandum. Ad malum lapsio, procliuitas est. Procliuius currit, fluit, labitur oratio. Facilius & procliuius ad laudem peruenire.*

PROCONSVLE, *qui ad prouinciam gubernandam cum potestate consulari mittebatur.* pro Pomp. 15 b, & I.A. 534 a, Cum esset non nemo in senatu, qui diceret non oportere priuatum mitti proconsule, L. Philippus dixisse dicitur, non se illum sua sententia proconsule, sed proconsulibus mittere. de Di. 154 b, Quam multi anni sunt, cum bella à proconsulibus & pro prætoribus administrantur. pro Pomp. 15 b, Eques Rom. ad exercitum maximum proconsule missus est. * I.A. 219 a, D. Brutus, C. Cassius consules, pro ue consules prouinciam obtinebunt.]

ΠΡΟΚΟΠΗ *progressus, scilicet in studijs literarum.* Attico. 245 b, Tandem à Cicerone tabellarius, & mehercule literæ πεπινωμέναι, quod id ipsum προκοπὴν aliquam significaret. *Enim legendum est, non perspiraciam.*

PROCRASTINATIO, nis. I.A. 260 b, Plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est.

PROCRASTINATVS, a, um. ad Br. 90 b, Si ea, quæ ex tempore suscepta sunt vt agerentur, non tardata & procrastinata essent.

PROCRASTINO, as. *differo, tardo, tempus differo, in diem ex die differo.* ad Br. 90 b, I V. 104 b, Iste verò non procrastinat, locare incipit. pro S. R. 22 b, Ac primò rem differre quotidie ac procrastinare cœperunt. I. V. 157 a, Ita illi non procrastinant.

PROCRASTINOR, ris. I.V. 223 b, Res non procrastinatur.

Syntaxis. *Rem quotidie differre, & procrastinare.*

PROCREANDI, de Fi. 73 a, Procreandi voluptas.

PROCREATIO, *ortus partus.* L. Volucris. de Diu. 158 b, Dissimilitudo locorum dissimiles hominum procreationes habet.

PROCREATIO, *proles, progenies* Anteq. 192 b, Qui charissimam nostram procreationem sibi esse duxit.

PROCREATOR, oris. *genitor.* de Finibus 141 b, A primo senatu quod à procreatoribus nati diliguntur. de Vniu. 190 b, Procreator ille mundi Deus. de Finibus 110 a, Vt ij, qui procreati essent, à procreatoribus amarentur.

PROCREATRIX, cis. L. PARENS.

PROCREATVS, *natus.* de Fin. 103 a, Vt natura & procreari vellet, & diligi procreatos non curaret. de Legibus 188 a, Tribunatus, cuius primam ortum inter arma procreatum uidemus. de Legibus 169 b, Hoc solum, in quo tu ortus & procreatus es. Antequam 196 a, Non magis me mea causa puto esse natum, quàm Reipub. procreatum.

PROCREO, as. *creo, pario, gigno, vitam trado liberos suscipio.* de Natu. 52 a, Quæ multiplices fœtus procreant, iis mammarum data est multitudo. de Sen. 88 a, Terra, quæ ex minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreat. de D. 114 b, Et earum rerum, quas terra procreat, ubertatem. de In. 59 a, & de Fin. 194 b, Ille ex vxore duos filios procreauit. Tus. 249 b, Procreare liberos.

¶ *Molior.* Att. Procreare periculum alicui.

PROCREOR, ris. Attico. 36 b, Mihi periculum procreatur ab amicis, &cæt.

PROCVDENDVS a, um. de Ora. 154 a, Non solum acuenda nobis, neque procudenda lingua est, sed, &c.

PROCVDO, dis. *excudo. Sed procudimus malleo, acuimus & cote & malleo.*

PROCVL, *longe, longius*) (. *prope.* pro Cor 63 a, Cn. Pompeius procul à Gaditanorum mœnibus acre bellum gerit. pro Pomp. 14 b, Insula Delos tam procul a nobis in Ægeo mari. de Orato. 156 a, Procul à terra abripi 242 b, Non procul à suis finibus. Ep. 33 b, Procul enim iam ab re ipsa. Acade. 41 b, Cælestia procul esse a nostra cogitatione contra Rul. 83 b, Hæc quæ tam procul erant à conspectu imperij. de Inu. 43 b, Procul remotus à uero. Tus. 236 b, Procul ab omni metu. Ep. 99 a, Paria procul. in Ar.

Et procul arbiter———

pro Mil. 111 a, Sciebat Pompeium in Alsiensi esse procul inde. I. V. 518 b, Non quæsiuit procul alicunde, quem illam pecuniam diceret abstulisse. I.C. 110 b, Qui iam non procul, sed hic presentes defendẽt &c. de L. 181 a, * Sepulchrum, quod procul ad fontis aras, &cæ. de Orato. 99 b, Cuicunque particulæ cæli, quamuis esset procul, immutata lumina putabat. pro Pl. 265 a, Procul apparere. de Cla. 192 a, Procul audere aliquid. de Ora. 122 b, Subauscultando procul quod narretur, attendere. de Sen. 87 a, Procul spectare aliquid.

Syntaxis. *Procul à re, à cognitione, ab imperij conspectu. Procul remotus. Paria procul. Procul inde. Procul alicunde. Procul ad fontem. Procul apparens, videns. Procul attendere, auscultare.*

PROCVRANS, tis. pro Syll. 177 a, Sylla procurante eius rem & gerente.

PROCVRATIO, onis. *curatio, administratio, gubernatio.* de Natu. 1 b, Sunt qui nullam putant habere rerum humanarum procurationem deos, & 34 b, Epicurus deos omni procuratione atque actione priuat. de Aru. 254 a, Saturninum quæstorem à sua frumentaria procuratione senatus amouit. de Orat. 193 a, Si est idem in procuratione ciuitatis egregius. pro Sest. 18 a, Procuratio negocij & muneris publici. Aca. 41 a, Dum me Reip. non solum cura, sed quædam etiam procuratio multis officiis implicatum & constrictum tenebat. Offi. 17 b, Procuratio Reip. de D. 111 a, & de Leg. 176 b, Vt sua plena procuratio fieret. de 258 a, Constituendæ nobis sunt procurationes & obsecratio. pro Deiot. 150 b, Nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis utebatur. de L. 183 b, Et huic procurationi certum magistratum præfecerat. Att. 53 b, Ad eius procurationem Cæsar uocabatur. * Epist. 191 a, Vt nobis Asiæ procurationem dent.]

Syntaxis. *Deorum procuratio in rebus humanis. Dei procuratio & actio. Negocij procuratio. Cura, imò procuratio me multis officijs implicatum & constrictum tenet.*

PROCVRATOR, oris. *qui aliena negotia procurat, qui alieno præpositus est negocio, qui alteri operam dat, cognitor, qui alterum absentem in iure defendit.* At. 66 a, & 566 a, b, Nihil interest, utrum per procurationes agas, An per te ipsum. Epist. 93 a, Teneor tamen dum à Dolabellæ procuratoribus

ratoribus exiguam primam pensionem. de Ora.106 b, Si mandandū aliquid procuratori de agricultura, ad imperandum villico fit. I.V. 121 a, procuratores postulant, vt se ad leges suas reijciat. pro Q.4 b, Libellos Sex. Alphenus procurator P. Quintij deijcit. & ibi. Denunciat se procuratorem, & 11 a, Hic quoque constat procuratoris diligentis officium. pro Cec. 296 a, & 295 b, Qui legitime procurator dicitur, qui alieni negocij aliquid gerit, alieno præpositus negocio. pene dominus & alieni iuris vicarius. Att. 231 a, Cum ypliæ nostræ villam ad Lucrinum villicosque procuratores tradidissem. I. A. 133 a, Cuius bona modo prescripta vidimus, tanta est procuratorum negligentia.

Procvratrix, cis. *gubernatrix.* de Fi.120 a, Sapientia totius hominis custos & procuratrix.

☞ Syntaxis. *Per procuratorem agere. Denunciare se procuratorem. Custos & procuratrix hominis sapientia.*

Procvro, as, *curo, administro, guberno.* Episto.108 a, Is procurat rationes negociaque Dionysij nostri. 141 a, Itaque nunc Romæ omnia negocia procuro. I.V. 121 a, procurare negocium alterius in decumis. Qu. Fra. 328 a, In quo etsi nihil procuro, tamen nihil curare vix possum. Epist. 124 a, Quomodo regnum illud sese habeat, quis procuret, diligenter mihi perscribas. At.97 b, procura, quantulacunque est, precianam hæreditatem.

¶ *Expio.* de D.20 b, In monstris interpretandis procurandisq; magna esse videtur in aruspicum disciplina.

Procvrandvs, atis. de Di.135 b, Quemadmodum ea procurentur atque expientur.

Procvrro, ris. *excurro.* ad He. 38 b, Sed vt productus studio vltra facile procurras.

Procyon, is. *canis minor, sic dictus, quòd ante Sirium canem oriatur.* de Nat.48 b,

Anticanis Graio Procyon qui nomine fertur.

Prodendvs, a, um. *creandus* pro Mil.106 b, Iter eo die Miloni erat Lanuuium ad flaminem prodendum, quod erat dictator Lanuuij Milo.

¶ *Tradendus.* Episto.86 b, In virorum fortium factis memoriæ prodendis. I.V.143 a, Imagines ad memoriam posteritatemque prodendam. Q.F. 296 b, Gloria tua tibi est communicanda mecum, & prodenda liberis nostris.

Prodeo, dis. *exeo, procedo.* de Or.141 a, Paulò post esse ferunt nunciatū Simonidi, vt prodiret. Ora. 219 a, Missos faciant patronos ipsi prodeant. pro Fl.150 b, & 153 a, Testes vna ex domo prodeunt. Att.125 b, Scio te in publicum non prodire. de Cla. 168 a, Eloquentia sero prodiit in lucem. Episto. 79 a, prodire in aciem. I.V.65 b, Si hæc consuetudo serpere ac prodire cœperit. pro Mur. 140 b, prodire obuiam alicui. Epi.39 a, An ego tibi obuiam non prodirem? Offic. 23 a, Cauendum est etiam si ædifices, ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas. Offic. 26 a, Vt in scenam ne subligaculo prodeat nemo.

Prodiens, tis. I.A. 171 b, Homines obuiam prodeuntes.

☞ Syntaxis. *In publicum prodire, in lucem, in aciem. Consuetudo serpit ac prodit. Prodire obuiam. Extra modum sumptu & magnificentia prodire.*

Prodicta, dies. pro Dom.222 a, Ne nisi prodicta die quis accusetur. ibi. Quarta sit accusatio trinum nundinum, prodicta die, qua die iudicium sit futurum. *alij legebant, prodita, alij, prodicta die.*

Prodige. *effuse.* I. A. 252 a, prodigere viuere.

Prodigivm, gij. *monstrum, portentum, ostentum.* L. Monstrvm. In Ver. 225 a, Multa sæpe prodigia vim eius numenque declarant. I. P.81 a, Pub. Clodius fatale portentum prodigiumque reip. I.V. 286 b, Non mihi iam furtum, sed monstrum ac prodigium videbatur. de Diu.99 b, Prodigia, quia prædicunt aliquid. pro Lig.138 b, Hæc sunt prodigijs similia.

☞ Syntaxis. *Clodius portentum prodigiumque. Reipub. Monstrum & prodigium.*

Prodigvs, a, um. *profusus, effusus nepos, luxuriosus, nepos dissolutus, perditus, nimius.*)(*parcus, diligens.* ad Her.35 a, Att. 282 a, Cicero in honoribus decernendis erat nimius, & tanquam prodigus. I.C.120 a, Homo largitor & prodigus. Offi.44 b. Omnino duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales, prodigi, qui pecunias profundunt in eas res, quarum, &c. liberales autem, &c.

☞ Syntaxis. *In honoribus decernendis nimius & prodigus. Largitor & prodigus. Largorum hi prodigi, hi liberales. Genus harum formarum agnosce.*

Proditio, onis. Epi.68 a. Multorum in nos perfidiam, insidias, proditionem notabis. Epi.68 a, Acad.8 a, Amicitiarum proditiones & rerum publicarum.

Proditor, oris. *desertor oppugnator patriæ.* Antequam 194 a, pro Sex. Ros.38 a, Iste qui initio proditor fuit, deinde perfuga. pro Syll. 184 a, Ne extinctor patriæ ac proditor appellatur. Postquam 200 b, Cū viderem homines, &c. aut proditores esse aut desertores salutis meę. pro Ses.6 b, & Epis. 5 b, Consul proditor nostri imperij. Epist.184 b
• proditor patrię. * I.V.187, Nemo vnquam sapiens proditori credendum putauit.]

☞ Syntaxis. *Patriæ extinctor & proditor. Proditor aut desertor salutis amicorum. Proditus, inductus, coniectus in fraudem.*

Proditvs, a, um. *desertus perfidia, perfide traditus, oppugnatus.* At.lib.3. Ego proditus, inductus, coniectus in fraudem Of.69 a, Rgnum quod a Tantalo, & Pelope proditum iure obtinebatur.

¶ *Falsus, editus, inditus, commendatus.* de Cl. 163 a, Memoriæ proditum est, poetas nobiles poetarum æqualium morte doluisse. I.V.58 b, Quod est proditum memoriæ ac literis. de Cl. 168 a, & 169 b, Ante Solonis ætatem de nullo ut diserto memoriæ proditum est. pro Arc. Virtutes literis proditæ. pro Dom. 222 a, Quarta sit accusatio trinum nundinum prodita die *aliter, prodicta die* de Ora. 100 a, Quia memoria sic esse proditum, quem pater, &c. pro A.P. 125 a, Imago ad memoriam posteritatis prodita. Tusc. 170 b, Quidam ciuis ne nomen quidem proditum est.

Prodo, dis. *trado, mando, edo, commendo, scribo.* de Or. 144 a, Sermonemque L. Crassi memoriæ prodamus. pro Mil. 117 b, Maiores nostri, qui sacra, qui cerimonias & ipsi sanctissime coluerunt, & nobis posteris suis prodiderunt. pro Plan. 279 a, Hæc de sapientissimis uiris monumenta nobis literæ prodiderunt, non semper, &c. Off. 72 a, Ve quidam poetæ tragici prodiderunt. Tusc. 154 a, Si coner eruere, quæ Græci scriptores prodiderunt. de Vn. 211 a, Itaque eorum uocabula onbis prodiderunt. pro Flac. 151 b, Ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis. Ep.113 b, Prodere memoriam alicuius rei posteris.

¶ *Profero, pronuncio, dico, certo.* de Leg. 186 a, Is quem produnt patres consulum rogandorum ergo.

¶ *Desero, iniquè oppugno, perfide, vexo.* I.V.208 b, Eriphyla viri salutem prodidit. Postq. 202 b, Qui per simulationem amicitiæ nefariè me prodiderunt. pro Cl.40 b, Ab amicis uidelicet imprudentes prodimur. de Di. 116 a, Vrbem philosophiæ (mihi crede) proditis, dum castella defenditis. I.P.91 b, Cum prodebas caput & salutem meam mercede prouinciæ. pro Flac. Quem ego sum secutus, is me deseruit ac prodidit. Qu. Fra. 304 a, Amici partim deseruerunt me, partim prodiderunt. pro Cec. 294 a, Aliquem non solum relinquere, sed et prodere. de Fin. 97 a, Prodere patriam hostibus. I.V.257 a, Prodere classem hostibus. Acad.8 a, Prodere decretum. Acad.7 b, Qui statuit omnem cruciatum perferre potius, quàm aut officium prodat, aut fidem.

Prodor, ris. *edor, pronuncior, creor.* pro Mil. 110 a, Dictatorem Milone prodi flaminem necesse est pro Dom. 221 a, Inter rex, quem & ipsum patricium esse, & à patricio prodi necesse est. de Leg. 184 b, Deinde etiam deinceps posteris prodebatur. & 185 b, Auspicia patrum sunto. olijque ex se produnto, qui comitijs creare consules ritè possint.

¶ *Exhibeor.* Pro Fl. 151 b, In hoc reo ne quod perniciosum exemplum prodatur, pertimesco.

¶ *Patesio.* de Leg. 179 b, Sacra deinceps familijs produntur, & sunt, perpetua.

¶ *Male accipio.* I.A. 227 b, Qui causam veteranorum prodi uolunt.

Prodromvs, mi. *præcursor.* At.6 b, Pompeiani prodromi, & 255 a, Prodromi nulli.

Prodvco, cis. *duco, in longius duco, profero, promoueo, promoueo.* Offi. 67 b, C. Marius apud populum criminatus est, bellum illum producere. de Cla. 187 b, Producere sermonem longius. de Som. 126 b, Producere sermonem in multam noctem. de Sen. 86 b, Conuiuium ad multam noctem vario sermone producimus. de Cl. 170 a, Varro vitam. Næuii producit longius. pro Qu. 5 a, Producere aliquem cōditionibus.

¶ *Adduco, duco, deduco, traho.* pro Dom. 217 a, Cato, quem tu non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras I.V.204 a, Producere aliquem in ius. & 101 a, Producere aliquem in prospectum populi & 267 a, Producere aliquem ad necem inuoluto capite. pro Q.R. 52 a, Producere testē. I.V.78 b, Producere testes ad iudices. & 245 a, b, Quod ostendam, cum istos produxero. in Ver. 262 b, Harum omnium rerum autores testesque produco.

¶ *Educo.* Epist 162 a, Repente Antonius in aciem copias suas de uico produxit.

¶ *Gigno, creo, suscipio.* in Ver. 82 b, Nihil à me audiet ex impura illa adolescentia sua quæ qualis fuerit, aut meministis, aut ex eo, quem sui simillimum produxit, recognoscere potestis. *idest, ex filio.*

Prodvcor, ris. *prouehor.* de In.48 a, Produci ultra quàm satis est.

¶ *Orior.* pro Qu.R. 50 a, Nihil ab hoc prauum & peruersum produci posse putant.

Prodvcte. Ora. 212 a, L. Breviter.

Prodvctio, onis.)(*breuitas.* de Orat. 161 a, Contractione breuius fieri, aut productione longius. de Fin. 99 b, Opportunitas enim non fit maior productione temporis. ad Her. 30 b, Productione eiusdem literæ, hoc modo: Hunc auium dulcedo ducit ad auium. Breuitate eiusdem literæ, hoc modo. Hic tametsi uideatur honoris cupidus, tamen non tantum curiam diligit, quantum Curiam. Topic 223 b, Productio uerbi, pro qua grammatici crementum uel incrementum uerbi dicunt. L. Postliminivm.

Prodvctvs, a, um. *prolatus, prouectus.* Qu Fr. 307 b, Producta dies est in IIII. Iduum Feb. Tuscu. 251 a, Dolores longinquitate producti, vehementius torquent hominem. de Fin. 112 b, Sed non sunt in eo genere: tantæ commoditates corporis, tamq; productæ temporibus, tamque multæ. Tuscu. 199 a, Si dolor productior foret. de Fin. 101 a, Sic in uita, non ea quę primario loco sunt, sed ea que secundum locum obtinent, *προηγμένα*, idest, producta nominentur. quæ uel ita appellemus, id erit uerbum è uerbo, uel promota, uel dudum diximus, proposita uel præcipua: illa, reiecta. de Cla. 190 a, Ora. 212 a, Inclytus, dicimus breui prima litera: insanus, producta. de Ora. 160 a, Syllaba producta atque longa. Ora. 214 b, Productiora alia, & quasi immoderatius excurrentia.

¶ *Deductus, factus.* de Natu. 39 a, Datum est igitur Neptuno maritimum omne regnum, nomenque productum, ut portunus a portu, sic

& pollicetur eximium & singulare studium.

¶ *Doceo.* I.P.95 a, Qui philosophiam profitetur, grauissimam sustinet personam. Aca. 18 b, Democritus, qui ita est ausus ordiri, Hęc loquor de vniuersis: nihil excipit, de quo non profiteatur. quid enim esse potest extra vniuersa? de Or. 122 b, Cum tantas res Græci suscipe rent, profiterentur.

¶ *Confiteor.* Orato. 199 b, Ecce autem quidam se Thucydidios esse profitentur.

¶ *Iacto me glorior.* Tuscu. 177 b, Vt enim si grammaticum se professus quispiam, barbare loquatur, aut absurde canat is, qui se haberi velit musicum: hoc turpior sit, quod in eo ipso peccet, cuius profitetur scientiam, sic, &c. de Na. 4 b, Tantam facultatem consecutum esse me non profiteor, secutum esse præ me fero.

¶ *Præ me fero.* de Fi. 80 b, Eamne rationem sequare, qua tecum ipse, & cum tuis vtare, profiteri autem & in medium proferre non audeas? I.A. 240 b, Vt eos pœniteat professos, & præ se tulisse odium. I.A. pro Cęc. 190 a, Atque ita libenter confitetur, vt non solùm fateri, sed etiam profiteri videatur. pro R. 93 b, Fateor, atque etiam profiteor, & præ me fero, hanc a me actionem esse sublatam. pro S.R. 19 b, Vt ad hanc prędam tam nefariam adiutores vos profiteamini. Epis. 163 a, Quicunque is est, ei me inimicum profiteor. de Ar 44 a, Ego inimicum me semper esse professus sum duobus, qui, &c.

¶ *Denuncio, significo.* cont. Rul. 78 a, In posterum verò lex hæc Imperatoribus nostris constituatur, vt quicunque de prouincia decesserit, apud eosdem decemuiros, & quantum habeat prædæ, manubiarum, auri coronarij, profiteatur. I.V. 155 b, Edixerat vt aratores iugera sationum suarum profiterentur. & 153 b, Nemo erat decumanorum, qui grano amplius sibi q̃ deberetur, deberi ꝓfessus esset. pro Ar. 186 b, Si sexaginta diebus apud prætorem essent ꝓfessi. & 187 a, Archias professus est apud prætorem Q. Metellum. & ibid. At non est professus, imò vero his tabulis professus, quæ solæ ex illa professione collegioque obtinent publicarum tabularum autoritatem.

Profligatvs, a, um. ssimus. *perditus* pro S.R. 24 b, Omnia in eo ad ꝑniciem profligata atque perdita. I.V. 67 b, Iudicia perdita & profligata. & 161 b. & pro Ar. 188 a. Tu omnium profligatissime & perditissime. I.C. 104 b, Quàm te tandem illum mœrore afflictum esse & profligatum putatis? de Pro. 76 a, Vos tamen oportet ab eodem illa omnia, a quo profligata sunt, confici velle.

¶ *Absolutus, transactus.* Epi. 201 a, Qui profligato bello ac penè sublato, renouatum bellum gerere conamur. Tus. 231 a, Atqui profligata iam hæc, & pene ad exitum adducta quæstio.

Profligo, as. *affligo, prosterno, depello.* de Or. 143 a, Cũ Philippus suis consiliis Remp. profligasset. pro R. 129 b, Profligare aciem hostiũ. I.A. 265 a, Cum Cæsar hostium copias profligarit, occiderit, &c.

☞ Syntaxis. *Profligatus homo, ac perditus, iudicium. Remp. Profligare aciem hostium. Copias profligare, occidereque.*

Profluens, tis. *fluuius, flumen, torrens.* de Inu. 81 a, Deinde est in carcerem deductus, vt ibi tantisper esset, dum culeus, in quem coniectus in profluentem deferretur, compararetur. ad Her. 4 b, Et obuolutus corio deiiciatur in profluentem.

¶ *Fluens.* Qu. F. 318 b, Aquam profluentem, & eam vberem vidi multis locis. Offi 12 a, Ex quo sunt illa communia, non prohibere aquã profluentem.

¶ *Fusus, liquidus, expeditus.* de Orat. 145 a, Profluens quiddam habuit Carbo, & canorũ. Ora. 123 a, Genus orationis liquidum, fusum profluens.)(*exile, aridum, minutum.* de Cl. 184 b, Expedita ac profluens loquendi celeritas. de Or. 160 a, Loquacitas perennis & profluens.

Profluenter. *abundanter copiosè.* Tus. 238 b, Ergo omnia profluenter, absolute, prospere.

Profluentia, tiæ. *affluentia, copia, redundantia.* Part. 236 a, Inanis ꝓfluentia loquendi.

Profluo, is. *dimano.* Q. F. 318 b, Cuius ore sermo melle dulcior profluebat. de Di. 101 a, Si lacus emissus lapsu & cursu ad mare profluxisset. pro Cęl. 38 b, Ego ab his fontibus profluxit ad hominũ fama.

☞ Syntaxis. *Proiectus in profluentem, in profluentem aquam. Oratio loquacitas perennis, profluens. Profluxit a paruis fontibus Cę. ad hominum famam, &c.*

Profugio, gis. *perfugio, transfugio.* de Sen 87 a, Libẽter verò istinc tanquam a domino agresti & furioso profugi. pro Do. 230 b, Illi damnati comitiis centuriatis in exilium profugerunt. I.V. 174 b, Patresfamilias extorres perfugerunt. de Diu. 101 a, Venientem quendam ad nos hominem nobilem profugisset. pro Pomp. 8 a, Ex Ponto Medea quondam profugisse dicitur. pro Deiot. 145 b, Senatus ex Italia ꝓfugit. I.V. 117 a, Heraclius Syracusis illa nocte profugit. de Am. 103 b, C. Blosius quæstione noua perterritus in Asiam profugit. de Cla. 293 b, Philo cum optimatibus Atheniensium domo profugit. Epis. 96 a, Reliquos aiebant profugisse metu perterritos. Att. 148 a, Quintus filius profugere ad Brutum voluit.

Profugium, gij. *perfugium.* pro Cęc. 304 a, Exilium est profugium portusque supplicij. Episto. 71 a, & 115 a, Quod enim poterat mihi esse profugium?

☞ Syntaxis. *In exilium profugere. Extorrem profugere. Exilium, profugium, portusque.*

Profundendo. pro Flac. 149 a, Sed profundendo clamore multitudinis concitare.

Profundo, dis. *effundo.* de Som. 127 b, Equidem vim lachrymarum ꝓfundi. At. 175 a, Lachrymę se subito profuderunt. ꝓ Fon. 284 a, Lachrymas ꝓfundo. ꝓ Cęl 53 b, Voluptates, quę cũ inclusæ diutius & prima ętate compressę & constrictæ fuerunt, subito nonnunquam profundunt, atq; eiiciuntur vniuersæ. I.P. 82 b, Omne odium inclusum nefarijs sceleribus imperium in nos profudit. pro Mar. 136 a, Qui in causa animam profudit. Offi. 19 a, & I.A. 263 b, profundere vitam pro patria. de Fin. 77 a, Qui vitam pro patria profuderunt. ꝓ Cl. 21 a, profundere sanguinem pro patria. Tusc. 187 a profundere vocem. Acad 55 a, Res iam vniuersas profundam. Ep 62 b, Profundere & perdere laborem. Offi 44 b, pecunias profundere in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut nullã sine relicturi sint. At. 16 b, Omnes profudi vires animi atq; ingenij. At. 102 a, Si totum se ille in me profudisset. de Or. 238 a, Nihil esse in natura rerum omnium, quod se vniuersum profundat, & qđ totum repẽte euolet. I. C. 106 a, patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierant.

Profundor, eris. de Leg. 161 a, Quæ frugibus ac baccis terræ fœtu profunduntur.

☞ Syntaxis. *Lachrimas, vocem profundere, sanguinem, vitam animam pro aliquo. Lachryma se profundunt, dolor. Profundere se in aliquẽ. profundere patrimonium, & fortunas suas obligurire. Profundere & perdere laborem, &c.*

Profundus, a, um. pro Plan. 262 a, Mare profundum & immensum. I. P. 90 a, Cum partim eius prædæ profundę libidines deuorassent.

¶ *Mare.* pro Sest. 15 a, Ieciffem me potius in profundum. I.V. 205 b, Abiicere aliquid in profundum.

¶ *Fundum.* de Fi. 100 a, Esse in profundo aquę.)(*esse in summo aqua.*

¶ *Locus abditus.* Aca. 9 b, Natura veritatem in profundo abstrusit.

Profusus, a, um. *immodestus, immoderatus* pro Q. 7 a, Quis tam profusus ac perditus nepos sic dissolutus fuisset? pro Mu. 141 b, priuata luxuria, profusæ epulæ. pro Cæl. 49 b, profusa luxuries Tus. 212 a, Lętitia profusam hilaritatem efficit. pro Q. 17 b, profusis sumptibus viuere. pro Cl. 25 a, Quanti & quam profusi sumptus. Of. 21 a, Ipsumque genus iocandi non profusum neque immoderatum, sed ingenuum & facetum esse debet.

¶ *Distributus.* ad Her. 38 a, Sed tanquam sanguis profusus est per totum corpus orationis.

¶ *Emanans.* I.A. 221 b, Sanguis qui profusus est in morte, &c.

☞ Syntaxis. *Profundę libidines deuorant. Abycere se in profundum. In aqua profundo. In profundo latens veritas. Profusa epula hilaritas. Profusum & immoderatum iocandi genus. Profusus per totum corpus sanguis. In morte profusus sanguis.*

Progenies, ei. *proles, genus.* de Vn. 201 b, Veteres, qui se progeniem deorum esse dicebãt. Oct. 331 b. Audiet Brutus eum populum, quẽ ipse primo, post progenies eius à regibus liberauit, pro turpi stupro datum in seruitutem. pro Cœl. 44 b, progenies mea Q. illa Claudia. Tus 166 a, priamus tanta progenie orbatus. Tus. 153 b, Antiquitas, quæ quo propius aberat ab ortu & diuina progenie, hoc, &c. I.A. 221 a, Reddita est ei statua pro vita, quæ multos per annos progeniẽ eius honestaret.

☞ Syntaxis. *Priamus magna progenie orbatus. Parum ab ortu abesse ac diuina progenie. Progenies igitur de patribus decatur.*

Progigno gnis: & gnor, eris. *procreo, gigno.* de D. 170 a, In seminibus inest vis earum rerum, quæ ex his progignuntur. Off. 65 a, Sic hic, q̃ hoc lumen progenuit, ex filio est nominandus.

Prognatus, a, um. *natus, procreatus.* Tuscul. 195 b, Thyestes Tantalo prognatus, Pelope natus. de D. 88 b, Euridice prognata. Epi. fam. lib. 8, Venere prognatus.

Prognosticon. *coniectura, signum rei futuræ, diuinatio.* Att. 246 a, Equidem pluuias metuo, si prognostica nostra vera sunt: tanæ enim *φιτα...*, & 23 a, prognostica mea cum oratiuncula propediem expecta, de D. 83 a, Atque his rerum persuasionibus prognostica tua referta sunt de Diu. li. 2, prognosticorum causas persecuti sunt Boethus Stoicus, & Posidonius.

Progrediendum. Att. 162 a, Scribendum ad te existimaui, ne quò progredereris inclinata iam re, qua integra etiam progrediendum tibi non existimasses.

Progrediens, tis. de Fin. 134 b, progrediente ætate, & progredientibus ætatib. de N. 37 a, Natura est ignis artificiosus ad gignendũ progrediens. & 42 a, Natura particeps rõnis, tanquam via progrediens.

Progredior, eris. *progressionem vel progressum facio, procedo, serpo, quasi progã facere.* de D. 86 a, Itaq; reuerterit ex itinere, cũ iam progressus esset multorum dierum viam. Ep. 169 b, progressus sum ad Cisalpinos cum exercitu. de Orat. 159 b, In quo impune progredi licet duos pedes. de D. 95 b, Cum aliquantulum progressus esset subito exaudiuit hinnitum. pro Sest. 20 a, Sestius nihil progreditur. I.A. 231 b, Mihi Antonius peruenisse videtur, quoad progredi potuerit feri hominis amentia. I.A. 167 a, Quod stultius q̃ obiicere aduersario, qđ ille si verbo negarit, lõgius progredi non possit, q̃ obiecerit. de Amic. 130 a, Videamus, si placet, quatenus amor in amicitijs progredi debeat. de Fin. 120 b, Nihil ergo adiuuat procedere & progredi in virtute. Tus. 151 b, Vltra quò progrediar, q̃ vt probabilia videã, nõ habeo. I.V. 92 a, Nunquã in eũ locũ progressi fuissent, vt illũ interficere conarentur. Ep. 142 b, Existimauitq; fratrẽ suum, hominẽ non sapientem, impulsu inimicorũ suorum progressum esse. Att. 193 a, Neque tamen progredior longius quam mihi concessum est. Orat. 207 a, In quo tamen longius progrediamur. quod videmus, &cæt. de D. 85 b. Diuinatio coniectura vititur, vltra quam progredi non potest. contra Rullum 85 b, Sed certe non continebuntur, progredientur longius, efferentur. Antequam 195 a, Ne calamitas remorata longius serpa, atque progrediatur, præcauere. de Arusp. 275 a, Ad omnia progredi. *id est, procedum esse.* de Sen. 83 a, & 86 b, paululum ætate progressi. de Or. 253 b, Nunc ad reliqua progrediar, me-

que ad meum munus pensumque reuocabo. de Fin. 95 a. Progrediamur igitur, &c. pro Cæl. 50 a, Ex hac domo progressa ista mulier, de veneni celeritate dicere audebit? Parad. 119 b, Quàm longe progrediare, cum semel transieris, ad augendam transeundi culpam nihil pertinet. Att. 157 a, Alter eo progressus est, quo non audeo dicere. Off. 7 b, Regredi quam progredi malo.

☞ Syntaxis. *Progredi multorum dierum viam. Quoad progredi potest audacia, tu prauenisti. Quatenus progredieris? Procedere & progredi in virtute. Quo vltra progrederis? Serpit, & longius progreditur morbus.*

PROGRESSIO, onis. *progressus.* Off. 54 b, Quæ & ingenii bonitate multi assequuntur, & progressione dicendi. de Fi. 121 a, Vestri progressionem ad virtutem fieri aiunt, leuationem vitiorũ fieri negant. Tusc. 109 a, de Fin. 110 a, Ab his initiis profecti omnium virtutum & originem & progressionem persecuti sunt. Off 55 b, Alter enim teneri non potest, si qua ad virtutem est facta progressio.

PROGRESSVS, sus. *processus, progressi.* Att. 36 a, Progressum præcipitem, inconstantem reditum videt. Off. 3 a, Ratio, quæ causas rerum videt, earumque progressus, quasi antecessiones non ignorat. Tus. 118 b, philosophi nunquam in suis studiis tantos progressus facere potuissent. de Nat. 4 a, Lucilius Balbus, qui tantos progressus habebat in Stoicis. I. A 103 b, progressum ætatis expectari nõ oportet. de N. 36 a, progressus & regressus quinque stellarum errantium constantes & rati. Att. 130 a, Audiui Cæsarem firmo progressu in castrum Truentinum venisse. I. An. 231 a, Brutus Dolabellam, irruentem in Asiam a progressu arcuit, à reditu refrenauit.

☞ Syntaxis. *Bonitate ingenij, & progressione dicendi multa assequi. Ad virtutem progressio. Origo & progressio. In studiis progressus facere. Progressus.)(regressus stellarum. Firmo progressu peruenire. A progressu arcere, refrenare.*

PROH, vel PRO. Leg. PRO. de Or. 129 b, proh dij imortales, quæ fuit illa quanta vis. Or. 211 b, proh deum atque hominum fidem & ibi. Vel proh deum dico, vel proh deorum. Tusc. 137 b, Etenim proh deorum atque hominum fidem, &c.

PROHIBENDVS, a, um. Off. 18 a, Prohibenda est autem maxime ira in puniendo.

PROHIBENS, tis. de Nat. 9 a, Lex recta imperans, prohibensque contraria.

PROHIBEO, bes. *veto, interdico, excludo, obsto, inhibeo, non permitto, intercludo.* Att. 56 a, Qui mecum erant, facile operas aditu prohibuerunt. Epist. 152 b, prohibere aliquem prouincia. ad Her. 31 b, Prohibere aliquem sepultura.

¶ *Arceo, summoueo, repello.* I. A. 169 a, Patri persuasi vt eum à tua congressione prohiberet. I. V 233 b, Quod prædones ab vrbe prohibuisset. Epist. 84 a, Prohibere aliquem a Repu. Epist. 11 a, Qui Bibulum exire domo prohibuissent. pro S. R. 44 a, Dii prohibeant iudices, vt hoc præsidium sectorum existimetur.

¶ *Spolio, non concedo.* Offi. 61 a, Vsu vero vrbis prohibere peregrinos, sane inhumanum est. pro Leg. 139 a, Tu nos iacentes ad pedes supplicum voce prohibebis?

¶ *Coerceo.* I. C. 100 a, Is omnes motus Catilinæ conatusque prohihibebit.

¶ *Tueor a.* de Cl. 199 b, Et virginem ab armatorum impetu prohibeamus. pro Pomp. 7 a, Prohibere Rempub. a periculo. pro Pomp. 7 a, prohibere aliquem calamitate. Off. 41 a, Qui prohibent iniuria tenuiores iniuria constituenda.

PROHIBEOR, ris. Oct. 329 b, Quoniam coram id facere prohibeor absens prosim. de Or. 148 a, Cum homines tẽpestatis causa opere prohibentur.

PROHIBESSIT, prohibessint. *pro prohibuerit, prohibuerint.* de L. 185 a, b, 189 a, Ni par maiorue potestas, propulsuve prohibessit.

PROHIBITVS, a, um. I. V. 160 b, Eques Rom. biduum cibo tectoq; prohibitus.

☞ Syntaxis. *In puniendo prohibenda ira est. Prohibere aliquem aditu, sepultura, a consuetudine aliorum. Prohibere voce. Conatus alicuius prohibere. Amicos iniuria prohibere, et a periculo. Opere prohibetur seruus tempestatis causa.*

PROIECTIO, onis. *porrectio.* Ora. 202 b, Brachij proiectio in contentionibus, contractio in remissis.

PROIECTVS, a, um. *porrectus.* de Ora. 163 b, Brachium procerius proiectum. In Arat.

Exin proiecta claro cum lumine chela.

¶ *Obiectus.* I. V. 257 b, Insula in vtrinsque portus ostium proiecta.

¶ *Excitatus.* I. V. 204 b, Vrbs proiecta in altum.

¶ *Relictus.* de Di. 138 a, Is cum esset proiectus inhumatus, amica corpus eius texit suo pallio. I. A. 243 a, Qui ex naufragio, &c. ad hæc saxa proiectus est. de Di. 92 a, Simonides ignotum quendam proiectũ mortuum vidit, eumque humauit.

¶ *Profusus, contumax, impudens, profligatus, ad omnia progrediens.* pro Cle. 56 b, Illi quorum eminet audacia, atque proiecta est. pro Do. 236 a, Proiecta quædam & effrenata cupiditas. I. V. 76 b, Proiectus ad audendum.

ΠΡΟΗΓΜΕΝΑ. *producta, promota, proposita, præcipua.*)(*ἀποπροηγμένα, id est reiecta.* de Fi. 122 a, b, & 122 a, I. PROMOTA.

PROIICIO, cis. *expello.* I. C. 104 b, Patria mihi lætari videtur, quod tantam pestem euomuerit, forasque proiecerit.

¶ *Negligo.* Att. 146 a, Tum poterimus deliberare, non scilicet in integra re, sed certa tamen non infecta, quùm in vna proieceris te. At. 138 b, Proxime orauit & rogant, ne me proiiciam.

¶ *Intromitto.* pro Cæc. 41 a, Qui se in hoc iudicium proiecerunt.

¶ *Prorripio.* de Fi. 80 a. Quæ libido non se prorripiet ac proiiciet?

¶ *Abiicio, inclino.* pro Sest. 8 a, Proiicere se ad pedes alicuius.

¶ *Amitto.* I. A. 247 a, Nec pro his libertatem, sed pro libertate hæc proiicias, tanquam pignora iniuriæ. pro Rab. 127 b, Neque ego meã libertatem proiecissem.

PROIICIOR, ris. *expellor.* Anteq. 197 b, A liberis suis abstrahi, a coniuge, a tribus, ab aris focisque innocentem proiici. Anteq. 197 b, Proiiciatur Tullius in exilium.

¶ *Abiicior.* Tusc. 171 a, Diogenes proiici se iussit inhumatum.

PROIN. *proinde.* de Cla. 106 b, Proin aut exeant, aut quiescant.

PROINDE. *proin, itaque.* pro Do. 219 a, Proinde desinant aliquando me iisdem inflammare verbis. de Fat. 146 b, Proinde ordire. I. V. 123 a, Proinde si sapis, vide, &c. & 273 b, Proinde si qui sunt, &c. Atti. 5 b, Proinde bono animo sis. Epi. 186 a, Proinde fac magnum animum habeas. & 167 a, Et proinde diligenter ab vtroque conseruata sunt. & 138 b, Proinde te para, &c. & 150 a, Proinde ad oĩa paratus ero, vt res me monebit. Tus. 166 b, Metelli sperat sibi quisque fortunã, proinde quasi, &c. pro Do. 219 b, & I. V. 96 a. Proinde quasi illi aliter sentiãt. ad Her. 14 b, Proinde quasi, &c. de Ino. 84 a, Proinde, vt quæque res est, laborandum est. Anteq. 195 a, Proinde aut, &c. I. V. 273 b, Proinde si qui sunt, &c. Epi. 167 b, Proinde existimes &c. quo tibi, &c. Att. 28 b, Proinde isti licet faciant quos volent Coss.

☞ Syntaxis. *Proinde quasi. Proinde vt se vos habuerit. Proinde si qui.*

PROLABOR, ris. *accedo, venio* de Leg. 166 b, Libenter ad istam orationem tecum prolaberer.

¶ *Delabor, ruo.* pro Qu. 14 a, Cogitabam fore, vti multis in rebus timore prolaberer.

PROLAPSIO, onis. *lapsus, lapsio.* pro Cæl. 64 a, Via lubrica, qua ingredi sine casu aut prolapsione vix possis.

PROLAPSVS, *motus effrenatus, ruens.* de Di. 109 a, Iuuentus his moribus atque temporibus ita prolapsa est, vt omnium opibus refrenanda atque coercenda sit.

¶ *Progressus* pro Cæc. 304, Tametsi de hoc iudicio multa prætereo, tamen longius prolapsus sum, quam ratio vestri iudicij postulabat. pro Cæl. 47 b, Huius vnius mulieris libido prolapsa est, vt, &c. Att. 15 b, Prolapsus cupiditate.

Elapsus. pro Fon. 180 a, Ne quod ab aliqua cupiditate prolapsum verbum esse videatur.

PROLATANDO, *differendo, procrastinando.* I. C. 119 a, Id malum opprimi sustentando, & prolatando nullo pacto potest: quacunque ratione placet, celeriter vobis iudicandum est.

PROLATIO, onis. *dilatio.* pro R. 92 a, Cum alteri ad prolationem iudicij biduum quæreretur. Att. li. 7, 109 b, Nec enim rerum prolatio, nec Senatus magistratusque discessus, nec ærarium clausum tardabit.

¶ *Item commemoratio, vsurpatio.* de Ora. 208 a, Commemoratio antiquitatis, exemplorumque prolatio, summa cum delectatione, & authoritatem orationi affert, & fidem.

PROLATVS, a, um. *pronunciatus.* de Di. 236 b, Multa sunt etiam a te ex historiis prolata somnia, matris phalaridis, Cyri superioris.

¶ *In medium allatus.* pro Fl. 160 a, Quæsitum & prolatum palàm non nego. de Di. 218 b, Multa parturiũ te prolatus. I. V. Non ne te ex prolatis & non prolatis tabulis condemnari necesse est?

¶ *Productus, suspensus. Nam rerum prolatio & res prolata est tempus illud quo homines feriantur, ac si dicas negotiorum iurisque suspensio vacatio in numeribus quæ maximè erat ludorũ diebus, cuiusmodi erant votiui, Romani, victoriæ, plebeij.* pro Mur. 130 b, S. Sapiens existimari nemo potest in ea prudẽtia, q̃ neq; extra Romã vsquam, neq; Romæ, rebus prolatis quicquã valet. Q. F. 327 b, Res prolatę ad interregnũ comitia adducta. Att li. 14, 226 a, Meã stultã verecundiã, qui legari noluerim ante res prolatas, ne deserere viderer hunc rerum tumorem.

PROLECTO, as. *allecto, illicio.* pro Fla. 149 b. Egentes priuata benignitate prolectat.

PROLES, lis. *progenies, soboles.* de Som. 130 a, Proles illa futurorum hominum. de N. 58 a. *Ferrea tum verò proles exorta repentè est.* de Or. 157 a, Nec enim fugerim dicere prolem, aut sobolem, &c.

¶ *Manus copia.* de L. 185 b, Equitum peditumq; prolem describito.

ΠΡΟΛΗΨΙΣ. Leg. Præsumptio. *Anteceptio, Anticipatio, Notitia, Notio, Prænotio.*

PROLIXE, *large liberaliter cumulatè.* pro Do. 219 a, Is mihi, quæ meũ tẽpus postularet, satis prolixe pollicitus est. itẽ, Quod statuerat facere, non solum fecit, sed ẽt prolixe cumulateq; fecit. At. 265 b, Id autem est, vt huc, quod te tua sponte facturũ esse certe scio, honoris nostri causa libenter, non prolixè, sed celeriter facias. *aliter, Non solum libenter hoc prolixe sed etiam celeriter facias.* Epi 98 a, Nec minus & prolixe de tua voluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri.

PROLIXVS, a, um. *liberalis benignus.* Epi. 38 b, Prolixa & benefica natura. At. 264 a, Aliquid animo libẽti prolixoque facere. At. 93 a, Ariobarzanes nõ in Pompeium prolixior per ipsum quam per me in Br. Att 82 b, In quo parum prolixi respondent campani coloni.

¶ *Fausto, expeditus.* At. 1 b, Cætera spero prolixa esse his duntaxat vebanis competitoribus.

☞ Syntaxis. *Prolixè polliceri. Libenter, prolixè, celeriter facere. Prolixa et benefica natura. Libenti prolixoque animo. In aliquem esse prolixum. parum prolixus respondet in amicitia.*

PROLOQVOR, ris. *profiteor.* Ora. 210 b, Versus ille, qui vetat artẽ pudere proloqui, quam factites.

PROLVDO, dis. *specimen, ex hibeo.* de Orat. 138 b, Sed iis ipsis sententiis, quibus proluserunt, vel pugnare possint. & ibi Prolusio.

PROLVSIO, onis. *quasi proœmium.* I. V. 62 a, Sin mecum in hac prolusione

o e nihil fueris, &c. de Or. 138 b.

PROLVVIES, ei. *eluuies, eluuio.* Q. F. 326 a, Romæ mira proluuies, magna vis aquæ, &c.

PROMAGISTER, *vt proprætore, & proconsule dictum est.* Epistola 227 L. SCRIPTVRA.

PROMERENDO, do. *inuandi.* Q. de Pe. 109 a. Si possunt non amittunt occasionem promerendi. pro Mu. 140 b, Homines tenues vnum habent in nostrum ordinem, aut promerendi, aut proferendi beneficii locum. Q. F. 295 b, Aliquem fuisse diligentissimum in promerendo, vt sibi maximi honores haberentur.

¶*Conferendum.* Antequam 193 a, Non conuenit enim, cùm ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam esse tardiores.

¶*Benemerendum.* Offi. 44 a, Paratus ad bene promerendum.

PROMEREOR, ris. *mereor.* de Iuo. 71 b, Leuius punitus quàm promeritus sit. Q. F. 109 a, Is suo beneficio promeritus est, se vt ames, & sibi vt debeas.

¶*Confero beneficium.* I. A. 191 a, Optime de repub. promereri.

☞ Syntaxis. *Non amittam occasionem promerendi. In promerendo diligens. Expeditus ad officium promerendum. Ad bene promerendum paratus. Ita puniri promeritus est. Beneficio promereri, vt. De aliquo optimè promereri.*

PROMERITVM, ti. *meritum, beneficium.* Postqu. 199 b, Quare hoc maius est in nos vestrum promeritum, quod, &c. & 204 a, Vestra in nos vniuersa promerita.

PROMISCVE, *sine discrimine.*)(*proprie.* con. Rul. 83 a, promiscue toto, quàm proprie parua frui parte malletis. de Ora. 204 b, Cæteris promiscue poterit vti. de Or. 149 b, promiscue haurire ex aliquo fonte. pro Fon. 278 b, Iudicium aurium promiscue & communiter stultis ac sapientibus à natura datum.

PROMISSIO, onis. *pollicitatio pactio.* Epi. 56 b, Id quoque genus literarum deficiebat me, in quo debebat esse aut promissio auxilij alicuius, aut consolatio doloris tui. Atti. 124 a, & de Ora. 129 b, & 162 a, Cum literis, cum mandatis, cum promissione prouinciæ. in Ant. 216 a, Scelerum enim promissio, & iis qui expectant, perniciosa est, & ijs qui promittunt.

PROMISSVM, si. *fides receptum.* Offi. 1 a, Ac ne illa quidem promissa seruanda sunt, quæ sunt ijs ipsis inutilia, quibus illa promiseris. & 70 b, Pacta & promissa semperne seruanda sunt, quę nec vi, nec dolo malo, vt prætores dicere solent, facta sont. I. A. 175 b, Ille induxit vt peteret, promissum ac receptum interuenit, ad seq; transtulit I. V. 264 a, Satis est factum promisso nostro ac recepto. I. A. 156 a, Cæsar multis multa promissa non fecit. Tusc. 235 a, Nullum est philosophię promissum vberius aut maius. Tusc. 169 a, Si ante mors aduenet, quam Chaldæorum promissa consecuti sumus. Attic. 66 a, O constantiam promissi, & fidem miram. & 125 b, Cum literis Cæsaris, pręmiorúque promissis. Q. F. 325 b, Promissu quę ostendit, non valde pendeo. Offi. 7 b, Non standum est promissis, quæ quis coactus metu fecerit. Off. 71 a, & 7 a, Facere promissum alicui. & ibid. Efficere promissum & conuentum cuipiam & ibid. Seruare promissa. Ep. 201 b, Soluere promissa militibus. &, Exoluere promissa. L. EXOLVO. pro Pl. 260 b, Quid me aspectas? quid mea promissa repetis? Epist. 91 b, Expetere promissa. & 43 b, Cum tua promissa per literas flagitabam. pro Sest. 20 b, Spe & promissis aliquem tenere. Part. 241 a, Eo exposito munus promissi omne confecero. Atti. 10 a, Teucer promissa patrarit. 190 b, Sed iam quasi voto quodam & promisso me teneri puto. & 245 a, Sponsor promissorum alicuius. Off. 71 a, Theseus exegit promissum a Neptuno. pro Fl. 156 a, Hermippus Fasiis satisfacit, & fidē suam liberat. Epist. 186 a, Et liberale fidem. pro Deiot. 145 a, Dextra in promissis & fide firma. pro Qu. R. 47 a, Quæ ex liberalitate illius promissa & ostentata sunt. I. V. 273 b, Donū Ioui dicatū ac ꝓmissū.

☞ Syntaxis. *Pactum & promissum. Promissum, ac receptum interuenire. Promisso ac recepto satisfacere. Promissa facere. Promissi constantia, fides mira. Promissum & conuentum efficere alicui. Soluere, seruare, exoluere promissa, repetere, flagitare, expetere. Spe & promissis aliquem tenere. Promissi munus conficere. Promissa patrare. Voto & promisso teneri. Promissi alicui sponsor. Promissum exigere. Satisfacere, ac fidem suam liberare, & alicui fidem liberare. Dextra in promissis ac fide. Promissum ac dicatum. Promissum & ostentatum ex liberalitate alicuius.*

PROMITTO, tis. *polliceor, spondeo, recipio, profiteor, constituo, offero, defero, paciscor, fidem meam oblige, me aliquid facturum ostendo, promissum facio.* Off. 7 b, Att. 251 a, Dij faxint, vt ea faciat quæ promittit. ad Bru. 289 a, Vix videor, qđ promiseram præstare posse. Ep. 98 a, Nec minus et prolixe de tua voluntate promisi, q̃ eram solitus de mea polliceri. pro Mur. 145 a, Quē ego vobis ita cōmendo, vt eum inimicissimum huic cōiurationi futurum esse promittā, ac spondeā. pro Cæl. 54 a, promitto hoc vobis, & reip. spondeo, huc, &c. Ep. 207 b, Tū illud tibi expetus promitto & spōdeo, te cogniturū, &c. Ep. 65 a, Quę tibi promitto ac recipio, sanctissime obseruabo, diligentissimeq; faciā. I. A. 204 b, promitto, recipio, spondeo. P. C. C. Cęsarē, &c. Ep. 40 a, De me tibi sic promitto atq; confirmo, me, &c. de D. 116 a, Quæ aūt inconstantia deorū, vt primis minentū extis, bene promittant secundis? de Or. 111 a, Cū ille dubitaret, qđ ad fratrē ꝓmiserat. Top. 222 a, promittere damni infecti. Off. 7 a, Neptunus qđ Theseo ꝓmiserat, non fecit. Epi. 191 a, præterea mihi promiserunt Pansa & Hircius corā, & absenti mihi scripserant: Varroq; nostro Pansa affirmauit, se daturum operam, ne in suo consulatu mihi succedatur.

☞ Syntaxis. *Quod promitto, præstabo. Prolixè sed de voluntate promittere. Promitto & spondeo. Promitto & recipio Promitto, recipio, spondeo. Promitto atque confirmo. Bene semper promitti perfidus. Ad Cæsa promittere. Damni infecti promittere.*

PROMENDVS, a, um. de Or. 90 a, Est aliquid, quod ex obscuriore aliqua scientia sit promendum atque assumendum.

PROMO, mis. *profero.* I. V. 192 a, Cùm tibi Senatus ex ærario pecuniam prompsisset atq; adnumerasset. pro Cęl. 48 a, Promere aurum ex armario. Qo. R. 49 b, Tusc. 53. ex arca proferebas ille CCC. ex artificio promebat. Epist. 70 b, Animus, qui semper aliquid ex se promat, quod alios delectet. de Fin. 69 a, Medicamenta illa tanquam de narthecio promant. de Orat. 94 a, Ne ipsa aliquid a me prompsisse, sed fortuito in huc sermonem incidisse videar. de Fi. 91 a, Promere libros è bibliotheca. de Di. 84 b,

Voces tristificas chartis promebat Hetruscis.

PROMOR, ris. Topic. 221 b, Loci sunt quasi sedes, è quibus argumenta promuntur.

☞ Syntaxis. *Ex se promere. Aurum ex arca, voces tristificas promere.*

PROMONTORIVM, rij. *mons in mare porrectus.* I. V. 265 b, Qui aliqua promontoria, aut prærapta saxa tenuisse dicitur. pro Fl. 152 a, L. A. 154 a, Leucopetra, quod est promontorium agri Rhegini.

PROMOTVS, a, um. *productus.* de Fi. 101 a, L. PRODVCTVS.

PROMOVEO, es. *proueho, produco.* Att. 61 a, Ibi igitur te videbo & promouebo. Q. F. 318 a, Assa in alterum apodyterij angulū promoui. Ter. Qui sedulò mouens sese, nihil promouet.

PROMPTA promittere, *id est, alacri animo, & sine cunctatione.* Quint. de Pet. 211 b.

PROMPTVS, a, um, ptior, ssimus *paratus, expeditus, alacer, hilaris, ardens, erectus, expositus, manifestus, propositus, in promptu.* I. V. 61 a. Quo paratior ad vsum forensem promptiorque esse possim. cont. Rul. 82 a Ad vim promptus, ad seditionem paratus, ad cædem expeditus. de Cla. 178 a, Prompta & parata in respondendo celeritas. pro Milo. 111 b, promptus ad pugnam de Cla. 176 b, M. Marcellus promptus, & non inexercitatus ad dicendum fuit. Offi. 17 a, Promptiores igitur debemus esse ad nostra pericula, quàm ad communia. Quin. F. 314 a. Te esse hilari animo, & prompto ad iocandum, valde me iuuat. Epis. 43 b, Animum tam promptum & alacrem perspexi ad defendendam Remp. pro Cęcinn. 300 a, Qui tot annos fidem suam Populo Romano promptam expositamque præbuit. de Orato. 163 a, Discutienda sunt ea quæ obscurant, & ea quæ sunt eminentia & prompta, & sumenda. & 105 b, Eius rei facilis est & prompta responsio. pro Muræ. 130 a. Quod omnibus patet, & æque promptum est mihi & aliis. de Orat. 100 a, Alacri & prompto ore ac vultu huc atque illuc intueri. pro S. R. 38 a, Tametsi hoc quidē minime latet, quod ita promptum & propositum est, vt &c. I. V. 208 a, Promptissimus homo & experiens. Epi. 57 b, Cætera, quæ tibi a multis prompta esse certo, scio, a me sunt paratissima.

¶*Audax.* I. P. 91 a, Responsione me inimica homo promptissimus lacessiuit.

¶*Expressus.* pro Pl. 266 a, Hic quod animo sentiebat, & vultu promptum habuit, & lingua.

☞ Syntaxis. *Paratus & promptus. Promptus, expeditus. Prompta & parata ad respondendum, in respondendo celeritas. Promptus & alacer. Fides mea tibi prompta & exposita est. Quæ obscurant, discutienda, quę sunt eminentia, & prompta, sumenda. Ore ac vultu alacri & prompto intueri. Propositum & promptum. A te omnia velim esse prompta. Promptissimus homo. Quod animo sentio, & vultu, & lingua promptum habeo.*

PROMVLGATIO, onis. *legis alicuius (vt ita dicam) publicatio, & propositio.* I. A. 154 b, Illæ enim leges nulla promulgatione latæ sunt, antequā scriptæ. & 195 b, Vbi promulgatio trinundinum? Ep. 4 b, Subitò exorta est nefaria Catonis promulgatio, quæ studia nostra impediret. & 114 b, Promulgatio de dictatore.

PROMVLGATVS, a, um. *propositus editus.* de Leg. 186 a, Promulgata proposita, in ærario cognita agunto. pro Mur. 131 a, Prœliis promulgatis tollitur è medio sapientia. pro Fla. 149 a, Re multos dies promulgata & cognita. Attic. 8 b, Quid de promulgata rogatione sentiret. I. A. 158 a, Loquor de Legibus promulgatis, de quibus est integrum nobis.

PROMVLGO, as. *propono.* Q. F. 308 b, Cato legem promulgauit de Imperio Lentuli abrogando. & 311 b, Qui de Cæsare monstra promulgarunt, quibus intercederet nemo. Ep. 203 b, Cum Tribuni plebis legem iniquissimam de eorum agris promulgassent. Att. 7 b, Promulgare rogationem. pro Pomp. 14 a, Cum Gabinius de vno Imperatore contra prædones constituendo legem promulgassent.

¶*Statuo.* Postq. 204 b, & pro Dom. 239 a, Tribuni qui promulgarent de salute mea, & ad vos sæpenumero deferrent. p Sest. 18 b, De meo reditu octo Tribuni pleb. promulgarunt.

PROMVLGOR, ris. *proponor.* pro Sest. 8 a, Promulgantur vno & eodem tempore rogationes de mea pernicie, & de prouinciis nominatim consularibus.

PROMVLSIS, dis. *potio mulso condita.* Ep. 136 b, & 138 b, Noo eum, quem tu es solitus promulside conficere.

PRONEPOS, tis, *nepotis filius, referturq; ad proauum.* I. A. 248 b, Lepide M. Lepidi Pontificis Max. fueris pronepos. Tus. 196 a, Iouis ille quidem pronepos. *id est, Thyestes.*

PRONOMINATIO. *ornatus quidam verborum.* ad Her. 34 a, Pronominatio est, quæ sicuti cognomine quodam extraneo demonstrat id, quod suo nomine appellari non potest, vt si quis, cum loquatur de Gracchis: At non Africani nepotes, inquiet, huiusmodi fuerunt.

Πρόνοια. L. Prouidentia.

PRONVNCIATIO, onis. *propositio legis, prolatio.* pro Cluent. 29 a, Oppia-

nicus re & existimatione iam, lege & pronunciatione nondum condemnatus.

¶ *Oratorium in actione munus vocem moderans.* de Inu.44 a, & ad Her. 1 b, Pronunciatio est ex rerum & verborum dignitate vocis & corporis moderatio. de Ora.111 b, Quis enim cantus moderatæ orationis pronunciatione dulcior inueniri potest?

¶ *Dictum, enunciatio.* de Fat.145 b, Omnis pronunciatio aut vera, aut falsa est.

PRONVNCIATOR, oris *historicus.* de Cla.191 b, Thucydides pronunciator sincerus, & grandis etiam fuit.

PRONVNCIATVM, ti *effatum Græcè ἀξίωμα.* Tusc.151 a. Omne pronunciatum (si mihi in præsentia occurrit, vt appellarē ἀξίωμα. Vtar post alio, si inuenero melius) id ergo est pronunciatum, quod verum est, aut falsum. L. Enunciatio.

PRONVNCIATVS, a, um. Para.120 b, Cum versus pronunciatus est vna syllaba breuior aut longior.

PRONVNCIO, as. *dico, prædico, lingua nuncupo.* Epist.66 a. Dicunt, verecundiores esse præcones ludorum gymnicorum, qui cum cæteris coronas imposuerunt victoribus, eorumque nomina magna voce pronunciauerunt, cum ipsi ante ludorū missionem corona donentur, alium præconem adhibeant, ne sua voce ipsi se victores esse prædicent. pro Quin.9 a, Cui magistri fiunt, qui pronuncient, &c & de quo præconius vox prædicat, &cæ. de Fat.143 a, Neque eos vsuros esse coniunctionibus, vt ita sua præcepta pronuncient, si quis natus est, &cę sed potius ita dicant, non & natus est quis, &c de Ora.116 a, Tum ad extremum agere & pronunciare. de Di.111 a, Memoriter pronunciare multos versus. de Ora.98 b, Eam rem, quam legas, verbis aliis quàm maxime fieri possit, lectis pronunciare, &c. de Diui.85 a, Et ea quæ pronunciaui, accuratissime scripseris. Off.61 a, Cum in venundando rem eam scisset, neque pronunciauisset emptori. Off.65 a, Is igitur iudex ita pronunciauit. I.V.127 b, Prætor de tribunali pronunciat, si quis, &c. de Cl.172 a, Consules te audita, amplius de consilij sententia pronunciauerunt. pro Cl.34 a, Suppressam esse ab eo pecuniā quam pro reo pronunciauisset. de Fin.72 b, Æquam igitur pronunciabit sententiam ratio. de Orat.108 a, Demosthenes summa voce versus multos vno spiritu pronunciare consuescebat. I.P.100 b, Tū ipse de te sententiam tulisti, tum iudicium pronunciauisti. de Orat. 92 a, Menedemus memoriter multa ex orationibus Demosthenis præclare scripta pronuncians.

☞ Syntaxis. *Memoriter pronunciare. Præco non pronunciarat emptori. Consules de consilij sententia pronunciant.*

PRONVS, a, um. *in anteriorem partem flexus.*)(*supinus.* de Di.105 a, Motos corporis pronus, obliquus, supinus. Tusc.157 a. Nihil habent hęc duo genera proni, & supera semper petunt.

PROOEMIVM, mij *exordium, principium orationis.* At.63 b, In singulis libris vtor proœmiis. pro Cl.29 a, Longo & alto petito proœmio responderet. I.V.93 b, Proœmium mercenarium. Att.258 a, De gloria librum ad te misi, & in eo proœmium, id est, quod in Academico tertio: id euenit ob eam rem, quod habeo volumen proœmiorum, ex eo eligere soleo, cum aliquod σύγγραμμα institui, itaque, &c. Ep. 67 b, Gratia illa, de qua suauissime quodam in proœmio scripsisti. Acad.40 b. In iis ipsis antiquitatum proœmiis philosophiæ, &cę. de Ora.138 a, Tanquam citharœdi proœmium affictum, &c. ad Heré. 1 b, Exordiorum duo sunt genera: principium, quod Græce προοίμιον appellatur, & insinuatio, quæ ἔφοδος nominatur. de Ora.92 a, De proœmijs, & de epilogis, & de huiusmodi nugis referti sunt oratorum libri. Att.215 b, His libris noua proœmia sunt addita, quibus eorum vterque laudatur. de Leg.172 b, Habes proœmium legis, sic enim hoc appellat Plat.

☞ Syntaxis. *Longum, & altè petitum proœmium. Exordium habet proœmium & insinuationem.*

PROPAGANDVS, a, um. I.C.116 b, Ad memoriam consulatus mei propagandam. de Di.139 a Religio propaganda est. pro Mar.134 b, Propaganda soboles.

PROPAGATIO, onis. *procreatio, amplificatio.* Offi.11 b, Quæ propagatio & soboles origo est rerum publicarum. de Prou.75 a. Propagatio finium imperij. Tus.154 b, Propagatio nominis. Epi.71 b, Vita mea, qua nihil inest, nisi propagatio miserrimi temporis. de Sen.99 a, Propagatio uitium.

PROPAGATOR, oris. *amplificator.* Attico.120 a, Ille prouinciæ propagator.

PROPAGATVS, a, um. Oct.330 b, Quæ uerissime memoriæ propagata fuerint.

PROPAGO, as *profero, produco, dilato.* I.A.155 a, Inu. Brutus, qui regio dominatu rempublicam liberauit, & ad similem uirtutem & simile factum stirpem in prope quingētesimum annum propagauit. I.C.106 b, Quos si meus consulatus sustulerit, non breue nescio quod tēpus, sed multa secula propagari reipublicæ. de Fin.132 a, Propagabat tamen uitam aucupio sagittarum. de Inu.42 a, Cum homines sibi uictu ferino uitam propagabant.

PROPAGOR, ris. de pro.72 a, Annus est integer nobis expectandus, quo interiectio ciuium calamitas propagatur. I.V.273 b, Cum ipse sui generis initium ab se gigni & propagari nellet. de Off.41 b, Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur. Topic.126 b, Ex quibus plura bona propagentur.

¶ *Commendator.* pro Sest.24 a, Hæc monumentis annalium mandantur posteritati propagantur.

☞ Syntaxis. *Hæc memoria sunt propagata. Ad virtutem propagare stirpem in annos multos. Vitam propagare, & sibi propagare. Propagatur*

gloria. Gigni & propagari. Annalibus mandare & posteritati propagare.

PROPAGO, inis. *stirps ad sobolem suppressa.* de Sen.58 a Malleolis, plantę, sarmenta, vites, traduces, propagines.

PROPALAM, *palam, in propatulo loco.* de Or.98 a, proposito argento, ac signis & tabulis propalam collocatis.

PROPATVLVS, la, lum. *apertus.* I.V.226 a, In aperto ac propatulo loco signa duo sunt.

PROPE, propius. *propter.*)(*longè, procul.* Tusc.171 a, Sed bacillum quo abigam, prope me ponitote. Epist.129 b, Volebam prope alicubi esses. & 106 b, Vt non solum prope me, sed plane mecum habitare posses. de Cla.169 a, Cum plebs prope ripam Anienis ad III. milliarium consedisset. pro Mil.111 a, Illi, si insidiaretur, noctę prope vrbem expectandum. de Nat.70 a. Vites à caulibus, si prope satis sint, refugiunt. Att.65 b, Tu aduentare ac propè adesse iam debes. de In. 78 a, Hostes prope muros castra habent. de In.63 b, Alterius gladiū prope appositum e vagina eduxit. pro Pom.6 a, Vident eum prope esse, quo etiā carent egrius. Epi.80 a, prope accedere. Ep.33 a, prope calen. Sextiles puto me Laodiceæ fore. I.V.236 b, Cum in Italia bellum, tum prope à Sicilia, tamen in Sicilia non fuit. I.V.110 b, Tam prope ab domo detineri. Att.178 b, Atque vtinam propius te accessissem. Oct.330 a. Cur castra longius aduersariorum castris, & propius vrbem mouentur? Tusc.153 b, Antiquitas, quæ quo propius aberat ab ortu & diuina progenie, hoc melius ea cernebat. &c. Att.1 b, Tu illam manum mihi cura ut præstes, quoniam propius abes. de Nat. 18 b, Stellæ aliæ propius à terris mouentur, aliæ remotius. Part.241 a, Propius accedere ad sensum alicuius. de L.182 b, Lex rogum bustumue nouum vetat propius sexaginta pedes adijci ædes alicuius, inuito domino. item, Ad similitudinem Deo propius accedebat humana virtus, quam figura. I.A.213 b, Ne propius vrbem millia passuum ducenta exercitum admoueret. & 206 b, Dum ne exercitum propius vrbem Romam CC. milia admoueret. Qu.F.300 b, Propius nihil est factum, quàm vt uiuus combureretur. pro Flac.151 a, propius accedo, nego esse testimonium, intro etiam magis, qui gessit, non adest. de Se.87 a, prope intueri aliquid.)(*procul spectare aliquid.* Epist.106 b, primum vt eam domum sumeres, vt non prope me, sed plane mecum habitares.

¶ *Penè, ferè, quasi, propè dicam, prope iam.* I.V.229 a, Nam Sappho dat mihi iustam excusationem, prope vt ignoscendum esse videatur. I.V.160 b, Eques Romanus prope annos XC. natus. Epi.47 a, Sapientia præditus prope singulari. pro Arch 186 b, Prope nouo quodam genero dicendi. Ep.123 b, prope oblitus sum, &c. & 108 a, prope desperatis his rebus. Ep.5 a, Ad quem prope iam delatum esse existimatur. Ep.34 b, prouinciam annuam prope iam vndecim mensium factam esse. I.V.105 a, Excludit eum, cui prope dicam soli potestatem factam oportuit. pro Qu.7 b, Modestia prope dicam non minore, quàm, &c. de In.83 b, Quid igitur profecit? &c. prope dicā plurimum. pro Planc.263 a, Quorum honoribus agri prope dicam ipsi, montesque fauerunt.

☞ Syntaxis. *Prope cal. Iunias accedam, redibo. Prope murum, propè a muro. Ad similitudinem Deo propè accedere. Propius mihi est factum, quàm vt necaretur. Ille propè dicam, infans.*

PROPEDIEM, *breui.* Att.91 a, Ego, vt spero propediem te videbo. de Dio.90 a, & Attico.23 a, Prognostica nostra propediem expectat. & Epist.159 b.

PROPELLO, lis. *propulso.* Antequam.192 b, Si quando inimicorum impetum propulsare & propellere cupistis. Tuscul.211 a, propellere nauem remis.

PROPEMODVM. *propè, ferè.* de Diu.126 a, Quid enim est fors? idem propemodum, quod micare. Orat.210 b, Verba componere, & Syllabas propemodū dinumerare. I.V.55 b, propemodū manere in instituto meo videor. & 219 a, & Of.39 a, Ep.81 a, Alteros propemodum iam sumus experti. & de Fin.49 a, & Tus.168 b, Vt propemodū, &c.

PROPENDEO, des. *inclino.* de Or.425 b, Si se dant, & sua sponte, quo impellimus, inclinant atque propendent, accipio quod datur. Tus.245 a, Si multo maiore & grauiore ex parte propendent. Tus.238 a, Tātū propendere illā bonorū animi lācē, vt terram & maria deprimat. de Or.120 a, Necesse est, vt inclinatione volūtatis propēdeat in nos.

☞ Syntaxis. *Inclinare & propendere. Inclinatione voluntatis in optimos propendere.*

PROPENSE, *ex animo, libenter.* Epist.192 b, Vt hanc concordiam & conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propēse non crederent esse factam.

PROPENSIO, onis. *proclinatio, inclinatio voluntatis.* de Fi.117 a, Zeno, qui nulla in re, nisi in virtute aut vitio propensionem minimi quidē momenti, ad summum bonum adipiscendum diceret.

PROPENSVS, a, um. sior. *procliuis.* Atti.177 a, Quod addis ne propensior ad turpē cām videar, certe videri non possum. & 120 a, Infimos quisque propensos in alteram partem. de N.79 b, Mihi Balbi disputatio ad veritatis similitudinem vīsa esse propensior. de D.82 a, Cum disputatio tibi ad veritatem est visa propensior. pro Mur.139 b, propēsus ad lenitatē. de In.75 b, propēsus ad ignoscendū. de Fi.131 b, propensus in neutrā partē. Att.211 a, Corā igitur & propenso quidē animo ad probandū. Qu.F.317 a, A propensis in hanc partē vehementer colimur & amamur. Off.46 a, propēsior benignitas esse debebit in calamitosos. Off.47 b, A quo. n. celeriter remuneratio fore vī, in cū ferè est volūtas nra propensior. Par.120 a, causa, quæ qn accedit alteri, id fit propensius. pro S.R.32 b, Is natura non tā propensus ad iniam, q implicatus ad inertitatē videbatur. Tusc.127 a, Vt alius ad alium morbum procliuior, sic alius ad alia vitia propensior. de Fin.104 a,

Omnes ad discendum propensi sumus. 125 a, Propẽsus sua sponte ad aliquid agendum. Epist. 57 a, Videor mihi perspicere ipsius animum propensum ad salutem suam. Off. 21 b, Si quis paulo est ad voluptatem propensior. Antequam. 198 b, Illic enim animi voluntas propensa comprobatur.

☞ Syntaxis. *Propensus ad causam, in aduersam partem. Ad veritatis similitudinem oratio propensa. Ad lenitatem propensus. Ad misericordiam natura propensus. Alius ad alia vitia propensior. Animi voluntas propensa.*

PROPERANS, tis. *festinans.* Att. 57 a, Hæc properantes scripsimus. I. A. 222 a, At ille properans, festinansque, &c.

PROPERATIO, onis. *festinatio.* Epi. 67 b, Sed ad properationem meam quiddam interest, non te expectare, donec ad locum venias.

PROPERATO, opus. *id est, celeritate.* pro Mil. 111.

PROPERO, as. *festino, appropero, accelero, celeritate, vtor, maturo.* Att. 10 b, Sed ductus odio properauit rem deducere in iudicium. de Or. 98 b, Cum in campum properaret & ridens & stomachans Scęuola. Ep. 198 b, Atque inde ventis remisque in patriã omni festinatione properaui. de Pro. 76 a, Si Cęsar in patriam redire properaret. pro Milo. 111 a, Quæ causa erat, cur Romam properaret? de Somn. 127 b, Quin huc venire propero. pro Syl. 177 b, Properatum vehementer, cum longe tempus muneris abesset. Att. 284 a, Sed ppera per deos, &c. & 244 b, Ego in Pompeianum properabam. de Diu. 116 b, Ita enim cum magis properant, concludunt, &c. Qu. Fr. 304 a, Rogo te, Romam pergas, & properes. Epist. 259 b, Sed tu ita velim, ut ne quid properes. Tusc. 164 b, Siue retardabis, siue properabis.

☞ Syntaxis. *In Pompeianum properare. Propero ire. Ne quid properes. Remis, velisque in patriam properare. Pergere Romam, & properare. Properans & festinans. Properans scripsi.*

PROPERATIVS, pro Dom. 123 a.

PROPINO, as. *trado, offero.* Tusc. 169 a, Socrates cum coniectus in carcerẽ triginta iussu tyrannorum venenum vt sitiens ebibisset, reliquũ sic è poculo eiecit, ut id resonaret. quo sonitu reddito, ridens: propino, inquit, hoc pulchro Critiæ: qui in eum fuerat deterrimus. Gręci enim in conuiuijs solent nominare, cui poculum tradituri sunt.

PROPINQVITAS, tis. *agnatio, coniunctio sanguinis vel affinitatis, necessitudo.* pro Mur. 141 b, pro Quin. 4 b, Si pietate propinquitas colitur, qui affinem prodit, impius sit necesse est. pro Pla. 264 b, & ad Her 26 b, Qui est cum illo maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis cõiunctus. I. A. 186 b, Municipium propinquitate prope finitimum. de ● In. 50 b, propinquitas loci.)(*longinquitas loci.* * I. V. 236 b, Etenim propinquitas ad vtramque partem hoc loco perfertur. Ep. 24, Nam citeriora nondum audiebamus.]

PROPINQVVS, *loco, interuallo, spacio vicinus, proxime accedens, citimus, proximus, finitimus, necessarius, cognatus, appositus.* de Finib. 124 b. Plato, cuius etiam illi hortuli propinqui memoriam mihi afferunt. Pla. Epist. 156 a, Et subelle tamen propinquis locis celeriter possem. pro S. R. 40 b, præclarum & propinquum prædium. I. A. 137 b, Propinquæ finitimæque prouinciæ, vt Cilicia & Syria.

¶ *Tempore.* de D. 94 a, Hector moriens propinquam Achilli mortem denunciauit. Att. 151 a, Erat enim spes propinqui reditus.

¶ *Cognatione, origine, propinquitate.* pro Milon. 116 a, Clodius æqualiter in propinquos & in longinquos irruebat. pro Mur. 141 b, Virgo vestalis huius propinqua & necessaria. I. A. 264 b, Consolemur eorũ propinquos qui, &c. Offici. 11 b, Arctior verò colligatio & societas propinquorum.

¶ *Natura.* de Or 125 a, Motus qui finitimi sunt, & propinqui his. ad Her. 27 a, Nam graui figuræ propinqua est sufflata. de Inu. 83 a, Audacia non contrarium, sed appositum est ac propinquum: & tamẽ vitium est. Or. 205 a, Abutimur verbis propinquis.

☞ Syntaxis. *Pietate propinquitas colitur. Propinquitatis & affinitatis & vinculis coniungi cum. Propinqua finitima prouincia. Appositum & propinquum, in propinquos & in longinquos ruere.*

PROPIOR, us. *arctior, iunctior.* I. V. 226 b, In quibus erant omnia, quæ sceleri propiora sunt, quàm religioni. de Inue. 76 a, Sed hæc vetera, propiora videamus. pro Sest. 11 b, Omnibus sua sibi propiora esse pericula, quàm aliena. de Cla. 194 b, Post autem causa fuit propior, & cum exitu iunctior. de Clar. 104 a, Et dicendi ardore eram propior, & ætate coniunctior. pro Quint. 18 a, Tibi propior me nemo est. Attico. 234 a, Nos autem alium portum propiorem huic ætati videbamus. Offi. 37 a, Prius de ijs rebus, quæ virtuti propiores sunt, diximus. Offic. 65 b, Societas, quæ latissimè patet, &c. interior, &c. propior, &c.

PROPITIVS, a, um. *fecundus, prosper.*)(*infestus, iratus.* Oct. 329 b, Fortuna quæ nobis infesta est, fuit aliquando propitia. pro Cæl 46, Hunc ego deos propitios, plerique autem iratos putant. I. P. 92 b, Dij neque propitij sunt cuiquam, neque irati. in Ver. 61 a, Ita deos mihi velim propitios, vt commoueor animo, &c. de Natura. 25 b, Quid enim dicam, propitius sit, esse enim propitius potest nemini. *id est, Deus.* Att. 28 b, Patria propitia sit. Att. 134 a, Hunc propitium sperãt illum iratum putant.

☞ Syntaxis. *Ita Deum mihi propitium velim.*

PROPOLA, æ. *qui mercatur a mercatoribus quod statim vendat.* Offici. 30 b, I. P. 94 a, Pistor domi nullus, nulla cella, panis & vinum a propola atque de cupa.

PROPONENDVS, a, um. pro Ra. 90 b, Tamen in hanc defensione capitis C. Rabirij, proponenda ratio videtur esse officij mei.

PROPONO, nis. *pono, ante oculos mihi constituo.* Attico. 125 b, Si quidem ille ipse ad eundem scribens, in publico proposuit Epistolam illam. de Orato. 98 a, Explicare vestem, proponere argẽntum, tabulas ac signa propalàm collocare. Attico. 113 a, & 118 b, proponere literas in publico pro Mur. 129 a, Qui singulis diebus ediscendos fastos populo proposuit. Attic. 197 a, Ciceroni velim hoc proponas, vt accõmodet, &c. de Orato. 137 b, Digredi ab eo quod proposueris. Orat. 209 b, Proponere quod dicturus sis. pro Pomp. 7 a, Quod mihi ego extremum proposueram, cùm essem de belli genere dicturus. Ep 14 a, Illa sequor quæ paulo antè proposui. & 252 a, Extremum illud est de ijs quæ proposueram. de Cl. 184 a, Curio cùm tria proposuisset, aut quartum addebat, aut tertium quærebat. & 186 b, Censorinus quod proposuerat, explicans expedite. de Orat 96 b, Ab eo quod tibi proposueris, minus aberrare. & 90 b, Si cuipiam nimis infinitum uidetur, quod ita proposui, quacunque de re, &c in Anto. 251 a, qui eam tibi causam belli gerẽdi proponis, vt Senatum funditus deleas. de Leg. 173 a, Legum vocem proponam. Offic. 7 a, Referri enim decet ad ea quæ proposui in principio fundamenta iustitiæ. I. A. 193 b, Mortem omnibus natura proposuit. & 212 b, De tribus enim quæ proposui, hoc extremum est. pro Deiot. 152 a, Propone tibi duos reges, idque animo contemplare, quod oculis non potes. pro Cęl. 54 a, Et cum huius vobis adolescentiam proposueritis, constituite vobis ante oculos huius etiam miseri senectutem. pro Sest 6 b, Si hora ipsorum oculis vestris proposueritis. de Na 23 b, Comprehende animo, & propone ante oculos Deum, &c. I. Cat. 120 b, Cum verò mihi propono regnantem Lentulum, &c. versatur mihi ante oculos, &c. cerno animo, &c. videor mihi videre. &c. pro Syll. 180 b, Et vitam illius ante oculos vestros proponite. Epist. 50 b, Hoc idem fac ante oculos tuos tibi proponas modo, &c & ibidem. Quæ alijs tute præcipere soles, ea tute tibi subijce, atque apud animũ tuum propone, nullus dolor, &c de Finib. 76 b, Cum improbis pœnam proponitis. Epistol. 27 b, Proponere aliquid alicui ad timorem. de Orato. 117 a, proponere sibi aliquem imitandum. de Amicitia. 115 b, proponere sibi memoriam atque imaginem alicuius. de Orat. 97 b, Aduersus alicuius se exercere, vel illius orationem sibi proponere. & ibidem. proponere aliquam exercitationem. pro Quint. 92, proponere libellos de aliquo in celeberrimis locis. in Verr. 124 b, proponere fidem venalem. in Anton. 193 a, Qui sibi bona ciuium ad prædam proposuerunt. de Inuent. 55 b, Qui leges scribunt, utilitatem reipubl. sibi proponere debent.

PROPONOR, ris. de Orato. 124 b, Proponi oportet quid afferas, & id quare ita sit, ostendere. Attico. 33 b, Minæ, quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt. & 26 a, Locus vbi proponuntur edicta. in Cac. 118 a, Quæcunque mihi fortuna proponatur, subibo. pro Plan. 159 b, Sed mihi in causa facili perdifficilis defensionis ratio proponitur. & 280 a, Cùm mors proponeretur. contra Rull 68 b, Lex in publicũ proponitur.

☞ Syntaxis. *Proponere in publico. Ab eo quod tibi proposueras, aberras. Ad ea quæ in principio proposui, me refero. Tuis oculis proponere, ante oculos apud animum tuum. Sibi memoriam alicuius proponere. Minas alicui proponere. Quæcunque fortuna proponatur, subibo. In publicum proposita lex.*

PROPORTIO, onis *comparatio.* L. PORTIO. I. V. 210 b, Fuere aliquando apud Siculos perequa proportione cætera. de Vn. 197 a, Id optimè assequitur, quæ Gręce *ἀναλογία* Latine (audiendũ est enim, quoniã hæc primùm a nobis nouantur) comparatio proportione dici potest. de Vn. 197 b, Quemadmodum ignis animæ ac anima aquæ, quodq; anima aquæ, id aqua terræ proportione reddit. & 199 a, Eius autem particulæ interuallo relicto habebat numerus ad numerum eandem proportionem, comparationemque in extremis, quam habent CCLVI. cum CC. III.

☞ Syntaxis. *Perequa proportio. Comparatio proportioque. Id illi rei multum proportione reddit. Numerus ad numerum proportionem & comparationem habens.*

PROPOSITIO, onis. de Or. 162 a, Propositioque, quid sis dicturus. Tuscul. 199 a, Quid ergo? huiusne vitę propositio & cogitatio Thyestẽ leuare poterit? de Inuẽt. 8 a, Cum animi ampla quadam & splendida propositione. L. MAGNIFICENTIA.

¶ *Est item pars ratiocinationis, per quam breuiter locus is exponitur, ex quo omnis vis oportet emanet ratiocinationis.* de Inu. 54. 55.

PROPOSITVM, ti. *σκοπὸς mentis, consilium, proposita ratio, susceptum consilium, institutum.* Or. 209 a, Vt declinet a proposito, deflectatque sententiã. de Or. 162 a, Declinatio breuis a proposito. de Cl. 171 b, Egredi a proposito ornandi causa. de Or. 162 a, Reditus ad propositũ. Tuscul. 153 a, Redire ad propositum. & 192 b, Nos ad propositum reuertamur. pro Cæl. 58 b, Maledictio nihil habet propositi præter cõtumeliam. de Fat. 140 b, Academiæ consuetudo contra propositum disputandi. Off. 23 a, Cato grauitatem suam perpetua constantia roborauit, semperque in proposito susceptoque consilio permansit. & 14 b, His idẽ propositum fuit, quod & regibus, vt libertate vterentur. de Cl. 176 b, Est enim propositum colligere eos, qui, &c. Att. 280 a, Nulla re deterreri a proposito potest. Off. 60 a, Sed iam ad propositũ reuertamur. Par. 127 b, Nihil aliud eis, pręter officium fortis & ma- ● gni viri propositum fuit. * Parad. 117 b, Brutum vero si quis roget, quid egerit, in patria liberanda, si quis reliquos, &c. quid spectarint, quid secuti sint. ibi. Cui denique præter officium boni, & fortis viri propositum fuisse videatur.]

☞ Syntaxis. *A proposito declinare, deflectereque sententiam. A proposito egredi. Hoc nihil habet propositi. Permanere in proposito susceptoque consilio. Reuerti ad propositum.*

PROPOSITVS, a, um. *obiectus, susceptus, manifestus, promptus.* pro Lig. 142 b,

Quem de suscepta causa propositaq; sententia nulla vis, nullum periculum posset depellere. pro Mus. 140 b, Est illud quidem exemplum tibi propositum domi. & ibid. Ad imitandum mihi propositũ exemplar illud est. de Opt. 244 b, Attici nobis propositi sunt ad imitandũ. I. A. 243 b, Cum puenero ad eum castum, qui mihi fuit propositus. Atti. 124 b, Moderatori resp. beata ciuium vita proposita est, & 28 2 a, Non enim id propositum est huic epistolæ, Messalam vt laudem, pręsertim ad Brutum. Q. F. 243 a, Sed nescio quo pacto ad percipiendi rationem delapsa est oratio mea, cum id mihi propositum non esset. 339 a, Quid nunc putas tanta abs te mihi mercede ꝓposita? de Oratore 128 b, Aliquid non effici ex propositis, nec esse consequens. pro Flacc. 148 b, Quibus laus, merces, gratia, gratulatio proposita est in impudenti mendacio. pro Sest. 9 b, Mihi propositum est ostendere omnia, &c. Epist. 16 b, Omnibus propositum esse debet cum dignitate ocium. pro Dom. 222 a, Mea causa videbatur perditis ciuibus ad inuidiam esse proposita. Epist. 71 b, Omnibus telis fortunæ ꝓposita est vita nostra, & 5 b, Iniurijs, quæ a Catone propositæ sunt, resistemus. Oratio. 10 a, Tertium est propositum, vt in beneficentia delectus esset dignitatis, & 14 b, Mihi ꝓpositum est, vt in libertate viuam. pro Clu. 49 b, Putant enim minus multos laqueos legum ac iudiciorum esse propositos. pro Rab. 93 a. Serui, qui libertatis spem ꝓpositam non habent. Ora. 202 b, His propositum est placare animos. Epist. 16 b, Neque mihi in omni vita res tam erit vlla ꝓposita, quàm vt latere, &c. de Cla. 195 a, Omni huic sermoni propositum est, vt laborem meum perspicias. de Cl. 167 a, Hoc neque propositum nobis est hoc loco, neque necessarium. I. V. 169 a, Est hic ordo propositus atque editus in altum. Off. 2 a, Quidam ꝓpositis malorum & bonorum finibus officium omne peruertunt. I. P. 98 b, Stipendium militibus numeratum est mensis palam ꝓpositis. pro Dom. 215 a, Res erat non in opinione dubia, sed in pręsentia atque ante oculos proposito periculo de Fi. 105 b, Sed iam sentio me esse longius prouectum, quam proposita ratio postularet. pro Dom. 169 a, Nondum ad propositum mihi finem honoris perueni. de Diu. 85 b, Cum ex itinere quodam proposito, & iam constituto reuertisset, aquilæ admonitus volatu. Par. 124 b, Ergo hoc proposito nunquam eris diues, antequam, &c pro Mil. 107 b, Magna Clodio spes erat in Milonis morte proposita. & 112 a, Milo vitam suam maximis pręmiis ꝓpositam, & pene addictam sciebat. Q. de Pet. 208 a, Iis fac vt ꝓpositum & paratum auxilium tuum esse videatur. Epi. 16 a, Sic omnibus nobis in administranda Repub. propositum esse debet, cum dignitate ocium. pro S. R. 38 a, Tametsi hoc minime latet, quod ita promptum & ꝓpositum est, vt, &c.

Propraetor, ris. vel Propraetore. *qui cum pratoria potestate aliquo mittebatur.* de Pro. 72 a, Res in prouincia a propretore gesta. I. A. 203 • b, Prouinciæ, quas prætorij proprætore obtinerent. * ibid. C. Cæsarem proprætorem.] Epist. 118 a, Quos ex S. C. cum imperio in prouincias proprætori mitti oporteret.

Propriar. *priuatim*)(*communiter, publice, promiscue.* Epi. 134 a, Quod me amas, est id tibi commune cum multis, quod tu ipse tam amandus est, id est proprie tuum. pro Sest. 10 b, Metelli causam neque senatos publice, neque vllus ordo proprie susceperat. cont. Rull. 83 a, Promiscue toto quam proprie parua serui parte mallent. Offi. 21 b, Quarum vna est communis, &c. altera, quæ proprie singulis est tributa. & 8 b, A peregrino enim recessit, & proprie in eo qui côtra ferret arma, remansit.

¶ *Ad rem, legitime, vere.* I. A. 156 a, Nihil est quod tam proprie dici possit actum eius, quàm lex. Par. 230 a, Proprie in verbis eloqui dicitus. de Orato. 123 b, Quam proprie de vnoquoque dixit. Offic. 54 b, Atque illud quidem honestum, quod proprie vereque dicitur, id in sapientibus est solis, nec a virtute vnquam diuellitur. I. A. 175 a, O hominem nequam, quid enim aliud dicam? magis ꝓprie nihil possum dicere.

☞ Syntaxis. *Id est proprie tuum. Magis proprie dicam. Sic proprie, vereque dicam.*

Proprietas, tis. *natura, vis, natura propria.* Aca. 15 a, Singularum rerũ singulæ proprietates sunt. Par. 233 b, Definitio genere declaratur, & proprietate quadam. & 228 a, Proprietas sic, in hominem ne solum cadat, atque etiam in belluas ægritudo.

Proprius, a, um *præcipuum peculiare.* pro Corn. 69 a, Pręcipuũ illum & proprium sensum doloris mei sententia dicendo amoueho. de Sen. 84 a, At id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis. de D. 131 a, Varietas est propria fortunæ. I. A. 189 a, Libertas propria Romani generis. pro S. R. 43 a, Prædia, quæ nostra sunt propria, lux, quæ communis est. de Orat. 88 b, Non id mihi videtur orator, sed Crassus sua quadam propria, non communi oratorum facultate posse. Epi. 59 a, Quare non debes aut ꝓpriam fortunam, aut præcipuam postulare, aut communem recusare. Epi. 70 b, Consuetudo communis vel tua solius & propria. de Orato. 112 a, Aliunde assumpto uti bono, non proprio, nec suo. & 123 b, Philosophi, qui omnia sicut propria sua esse, atque a se possideri volunt. pro S. R. 22 a, Tria prædia Capitoni ꝓpria traduntur. de Cla. 195 b, Animum iudicis impellere quocunque res postulat, hoc est unum oratoris maxime proprium. Q. F. 297 b, Hoc est epistolæ proprium, vt is ad quem scribit, de iis rebus quas ignoret, certior fiat. de Or. 153 a, Ornate dicere, propriumne sit oratoris, an id etiam aliquis præterea possit? & 103 b, Licet ista ratione dicamus, pila bene ludere, proprium esse iuris ciuilis. Offi. 1 a, de Nat. 37 a, Artis maxime propriũ est, creare & gignere de Nat. 22 a, Animantium proprium est, vt aliquid appetant. Epist. 29 a, Quod meum erat proprium, id etiam po-

pulo se remisisse scribit. contra Rul. 77 a, Res vestras proprias alienari. de Nata. 181 b, Et quod nunc communiter in omnibus sepultis est, vt humati dicantur, id erat proprium tum iis, quos humus iniecta contegeret.

¶ *Legitimus, germanus, certus.* pro Cec. 294 b, Rem aliquam suo certo ac proprio vocabulo nominare. de Orat. 156 b, Verba propria & certa quasi vocabula rerum, pene vnà nata cum rebus ipsis. Aca. 19 a, Certa & propria nota veri. Tusc. 252 a, Proprijs & suis argumentis quæque res tractanda est. de Clar. 171 b, Et nimirum is princeps ex Latinis illa oratorum propria, & quasi legitima opera tractauit. Of. 8 b, qui proprio nomine perduellis erat, is hostis vocatur.

¶ *Aptus, accommodus.* pro Syll. 168 b, Tempus agendi fuit mihi magis proprium quàm cęteris.

¶ *Constans.* Postq. 206 a, Si illud de duobus consulibus perenne ac proprium manere potuisset.

☞ Syntaxis. *Propria nostra prædia. Propria, præcipuaque fortuna. Autoritas sua solius, & propria. Proprium est hominis, intelligere.*

Propter, *ob, pro, ratione causæ impellentis, culpa.* Antequam 197 a, Non turpitudine vitæ, non pro magnitudine scelerum non propter reliquæ ætatis infamiam pœnas iure & lege persoluo. pro S. R 20 a, Susceptum onus aut propter perfidiam abijcere, aut propter imbecillitatem animi deponere. de Cl. 173 b, Eaque suspicio propter eã causam fuit, quod, &c. pro Q. 12 b, Si propter partium studium potens fuit Alphenus, potentissimus Næuius. de Orat. 125 a, Quod tamen eius ingenij magnitudinem vellem, Par. 122 a, Qui legibus non propter metum paret, sed quia id salutare maxime iudicat. Epist. 70 b, qui propter acumen occultissima perspicis. & 4 a, propter tuum in me amorem & 20 b, Habeamus hęc omnia, bonorum studium, propter nostram causam, vulgi ac multitudinis, propter magnificentiã • munerum. de Fin. 82 a, Ex se & propter se expetit. * Ad Her. 16 b, per ignauiam tubæ sonitum audire non potes.]

¶ *Finis.* Att. 104 b, Tyronem propter humanitatem & molestiam malo saluum, quàm propter vsum meum.

¶ *Prope.* de N. 70 b, Vulcanus tenuit insulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ nominantur. cont. Rull. 76 a, Fluuius Eurotas qui propter Lacedæmonem fluit. Att. 130 b, Nam nec castra propter anni tempus facere possumus. de Cl. 167 a, In pratulo propter Platonis statuam consedimus. pro S. R. 29 a, duo filij propter patrem cubantes de N 48 a, Hic iacet propter illum. I. V. 225 a, propter est spelunca quædam. & 252 a, propter introitum portus. & 130, propter ædem Vulcani, I. P. 80 b, Hic vir clarissimus, qui propter te sedet L. Gellius.

Propterea *ideo, idcirco, ex eo, ea re.* pro Lig. 138 a, Atque hæc propterea de me dixi, vt mihi Tubero, cùm de se eadem dicerẽ, ignosceret.

Propterea, quod. *propterea quia, ideò quòd, ex eo quod, propter hanc causam quod, ob eam rem quòd ea re, propter hanc dubitationem quòd, &c.* Att. 5 a, pro S. R. 36 b, Mãdato iudicium est constitutum, non minus turpe quam furti, propterea q; quibus in rebus, &c. Epi. 138 a, Cum essem ociosus in Tusculano propterea quòd discipulos obuiam miseram, &c. Aca. 9 b, Si notionem veri & falsi, propterea q; ea non possunt internosci, nullam habemus. Ep. 49 b, Et si genus hoc côsolationis acerbum est, propterea quia per quos, &c.

Propudium, dij. *res pudenda, ea a quo pudor & pudicitia procul absit. Sic enim Romani dicebant, cùm maledicto nudare alicuius turpitudinem volebant, quasi porrò pudendum.* I. A. 259 b, Propudiũ illud & portentum. L. Antonianus.

Propugnaculum, li. *locus munitus, vnde pugnari possit.* I. V. 190 a, Classis pulcherrima Siciliæ propugnaculum, pręsidiũ prouinciæ. I. P. 81 a, Lex Ælia & Fusia propugnacula murique tranquillitatis. I. V. 234 a, Nauis constrata & ita magna, vt propugnaculo cęteris posset esse. pro Font. 276 b, Est in prouincia Gallia Narbo Martius, specula populi Romani, ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & obiectum. pro Pom. 10 a, propugnaculis imperij sociorum fortunas defendere. Ep. 239 a, Domus propugnacula & præsidium habet. I. V. 256 a, Si prius illud propugnaculum, quo contra omnes meos impetus vsurum se putat, ex defensione eius deiecero.

☞ Syntaxis. *Classis propugnaculum insula. Lex propugnaculum & murus. Deijcere ex defensione propugnaculum.*

Propugnandus, a, um. pro Rabir. 96 a, Testor me pro illorum fama, gloria, memoria propugnandum putare.

Propugnans, tis. Of. 13 a, Fortitudo est virtus, propugnans pro æquitate.

Propugnatio, onis. *defensio.* Epist. 64 a, Suscepique mihi perpetuam propugnationẽ pro omnibus ornamentis tuis. pro Sest. 3 b, Ne mea propugnatio ei defuisse videatur. Episto. 6 b, & 10 a, Nostra propugnatio ac defensio salutis tuæ.

Propugnator, oris. *defensor.* I. V. 233 a, Classis infirma propter dimissionem propugnatorum & remigum. de Orat. 106 a, Mutius paterni iuris defensor & quasi patrimonij propugnator sui. Postq. 214 b. pro Mil. 104 b, Propugnator senatus.

Propugno, as. *pugno.*)(*oppugno.* Anteq. 194 a, pro innocentibus propugnare.)(*nocentes oppugnare.* Epist. 175 b, Accerrime propugnare pro salute alicuius. Tus. 244 a, Bestiæ pro sua parte ita propugnat, vt, &c.

Propulsatio, onis. *depulsio.* pro Syl. 167 a, Cum huius periculi propulsatione, coniungam defensionem officij mei.

Propulso, as. *repello, arceo, depello, propello.* pro Sest. Rosc. 19 b, Periculũ quod in omnes intenditur, propulsare. de In. 70 b, Propulsare iniuriam à se. Antequam 192 b, propulsare & propellere impetum inimicorum. Offic. 5 b, Propulsare iniuriam ab aliquo. & ibid. Inferre iniuriam alicui. de Fin. 122 a, Propulsare frigus & famem.

Pru-

Propulsor, ris. In Art. 196 a, Sic ab ingressione fori populum propul sari videres.

Propylaeum, lei. *vestibulum*. Of. 45 b, Pericles tantam pecuniam in præclara illa propylea coniecit.

Proquaestor, ris vel **Proquaestore**. *qui cum autoritate quæstoria mittitur aliquo*. I. V. 68 a, Cùm cui legatus & proquæstore fuisset, prodidit. & 84 b, & 94 b, Nam Dolabella statim proquæstore iussus est esse. Epi. 251 a, M. T. C. C. Cassio proquæst. *Codex Aldinus vetustior ita habet, C. Cassio proquæstori*. Acade. 3 b, Cùm Alexandriæ proquæstore essem. & 2 a, Sed & proquæstore aliquot annos, &c. * I. V. 83 a, Proquæstoribus]

Prora, ræ. *prior, anteriorve nauis pars*. de Ora. 159 b, In nauigio latera, carinæ, prora, puppis. I. A. A prora ad malum, a malo ad puppim. ¶ *Translatione, consilium*. Epist. 266 a, Mihi prora & puppis, vt in prouerbio Græcorum est, fuit a me tui dimittendi, vt rationes nostras explicares.

Proripio, pis. *subduco*. de Ar. 243 b, Ille æstuans se e curia repentè proripuit. de Fin. 80 a, Quæ libido non sese proripiet ac proiiciet.

Proripior, ris. I. V. 269 a, Iubet hominem proripi, vehementissimeque verberari.

Prorogatio, onis. *prolatio*. pro Mur. 35 b, Prorogationem legis Maniliæ flagitasti. Att. 218 b, Vtar prorogatione vnius diei.

Prorogatus, a, um. Qu. F. 290 b, Quod si tibi bellum administranti prorogatum Imperium viderem, intelligerem etiam fortunæ potestatem in nos prorogatam.

Prorogo, as. *differo, profero, propago*. I. A. 242 a, differre bellum, neque solum prorogare, sed etiam cócedere victoriam. & 174 b, Cæsar paucos tibi ad soluendum propter inopiam tuá prorogauit dies. & 182 a, Numerum annorum prouinciis prorogauit. Att. 216 b, Ipse enim ad sum, nisi quid tu prorogas.

Prorogor, ris. *producor, proferor*. I. A. 165 a, Ne quinquennij Imperiú Cæsari prorogaretur. I. V. 96 a, Impetrat a Senatu, vt dies sibi prorogaretur. At. 73 a, Ne prouincia nobis prorogetur, per fortunas tuas ades, prouide. Epist. 21 b, Rogo atque oro te, ne patiaris mihi quicquam ad hác prouincialem molestiam temporis prorogari. & 40 b, Illud pugna atque enitere, ne quid nobis temporis prorogetur. Att. 69 a, Illud probe ne pateretur, quantum esset in ipso, prorogari nobis prouincias.

Prorsus, *prorsus, planè, omninò, funditus, radicitus, in totum, vtique, vsquequaque, omni ex parte, vndique, sine vlla exceptione*.)(*nulla ex parte*. de Na. 63 a, Si autem id dicis, mundo nihil esse sapientius, nullo modo prorsus assentior. Att. 219 a, Prorsus non videtur esse dubium, quin, &c. de Ora. 114 a, Verbum prorsus nullum intelligo. Epist. 3 b, Prorsus eum libero omni suspicione cupiditatis. Epi. 55 a, & 105 b, Neq; solum nobis, id est, tuis, sed prorsus omnibus. Tusculan. 161 b, Prorsus hæc diuina sunt. Att. 261 a, De summa agi prorsus vehementer & seuere volo. pro Syl. 177 b, Gladiatores empti sunt ad cædem, &c. Ita prorsus de Nat. 75 b, prorsus, si, &c. pugnare, &c. Att. 251 a, H-S. LXXII. satis esse affatim prorsus.

Prorumpo, is. *erumpo*. pro Mur. 144 b, Catilina prorumpet, qua minatur, in agros suburbanos repente aduolabit. pro S. R. 20 b, Hoc cogitate iudices, eo prorumpere hominum audaciam, vt hic ante pedes vestros cædes futuræ sint.

Proruptus, a, um. *prouectus*. pro S. R. 29 a, Prorupta audacia.

Prosapia, piæ. *genus, stirps*. de Vniu. 202 a, Et eorum, vt vtamur veteri uerbo, prosapiam, &c.

Proscribo, bis. *publico, proscriptionem facio, edico*. pro Do. 222 a, Quæro enim quid sit aliud, proscribere velitis, iubeatis, vt M. Tul. in ciuitate ne sit. Q. Fr. 311 a, Facilius tabulam proscripsit, se familiam Catonianam venditurum. pro Q. 3 a, Auctionem in Gallia se facturum esse proscripsit. & 9 a, Proscribere bona alterius. & 3 a, Eú non posse quæ proscripsisset, vendere. Off. 62 b, Ille quod nó placebat, proscripsit, tu quo placebat, misisti. Attic. 253 a, Itaque sese scripturum, aiebat, vt venationem etiam, quæ postridie ludis Apollinaribus futura erit, proscriberent. Of. 65 a, Sic tu cum ędes proscribas, tabulam tanquam plagam ponas, domum propter vitia vendas, &c. Att. 55 b, Tusculanum proscripsi.

Proscribor, ris. pro S. R. 21 a, Cùm proscriberentur homines, atque ex omni regione caperentur ij, qui aduersarij fuisse putabantur. Att. 252 b, Senatum enim Calen. Velle se frequentem adesse, etiam Fortunij proscribi iussit. Att. 185 a, Vt quid si victus eris, proscribare, si viceris, tamen seruias.

Proscriptio, onis. *damnatio, publicatio*. pro Sex. Ros. 39 b, Opinor esse in lege, quam ad diem proscriptiones venditionesque fiant. pro Quinct. 10 a, & I. V. 267, Proscriptio bonorum. pro Flac. 161 b, Emptiones falsas, proscriptiones cú mulierculis aperta circumscriptione fecisti. pro Qu. R. 44 a, Cauete per deos immortales, ne noua & multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur. illa proscriptionem quæ facta est in eos, qui arma capere potuerunt, tamé Senatus suscipere noluit. pro Sest. 17 b, Cum de capite ciuis, & de bonis proscriptio ferretur. Postq. 205 a, Cum caput meæ proscriptionis recitaretur. de pro. 78 b, Proscriptio capitis mea. Parad. 125 a, proscriptiones locupletum. Att. 173 a, Non nominatim, sed generatim proscriptio est informata.

☞ Syntaxis. *Ferre proscriptionem de bonis & capitibus ciuium*. *Generatim, non nominatim informata proscriptio*.

Proscripturio, ris. *proscribere cupio*. Attic. 145 b, Syllaturit animus eius, & proscripturit.

Proscriptus, a, um. *publicatus, nota addictus ciuis, venalis decretus*. contra Rul. 89 b, possessiones venales ac proscriptas hac lege video. Attic. 103 b, Horti quam in diem proscripti sint, velim ad me scribas. In Ver. 104 b, Iste locare incipit non proscripta neque edicta die. Attico. 262 a, Throtium agrum proscriptum vidimus. I. Ver. 101 a, Lex Cornelia proscriptum iuuare vetat.

Proseminatus, ta. *procreatus*. de Orat. 148 b, Nam cum essent plures orti ferè a Socrate proseminatæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se.

Prosequor, ris. *sequor, insequor, subsequor*. Quin. Fra. 314 b, Publicani Domitium cum equis prosecuti sunt. In Anto. 192 b, Legio quarta C. Cæsaris exercitum prosecuta est. Att. 93 a, Is me proficiscentem Apameam prosecutus est. Epist. 205 a, Cum te prosequerer paludatum, & 42 a, Cùm te puteolis prosequerer. pro Quint. 18 b, Vt eum bona existimatio vsque ad rogum prosequatur. de Cla. 176 b, Prosequi atque imitari antiquitatem. Epistol. 156 a, Reliquum est, vt tuam profectionem amore prosequar, reditum spe expectem. pro Plan. 275 a, Is me in discessu meo non lachrymis solum suis, sed animo corpore, copijs prosecutus est. de Cla. 165 a, Opportunitatem verò mortis illius beneuolentia potius quam misericordia prosequamur.

¶ *Orno, onero, cumulo*. de Leg. 180 b, Prosequi laudes clarorum virorum ad cantus & ad tibicinam. In Anto. 191 b, Laudo uos Quirites, cùm grauissimis animis prosequimur nomen charissimi adolescentis. In Anton. 225 b, Populus Roman. in primo clamore & plausu Bruti memoriam prosequebatur. Epi. 249 b, Prosequi aliquem omnibus officijs. & 91 a, Qui paternam amicitiá nullis ipsi officiis prosecuti sunt.

¶ *Ago, tracto*. pro Sex. Ros. 32 a, Et id non prosequar longius, quàm mea fides postulabit. ad Heren. 3 b, Ne ab ultimo repetamus, ne longius prosequamur. de Or. 93 a, Date nobis hanc ueniam, ut ea quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter prosequamini. Att. 258 b, Eum locum Posidonius prosecutus est. Part. 231 a, Accusator rerú ordinem prosequitur. de Orato. 160 b, Ne hæc difficiliora ad prosequendum esse videantur.

¶ *Comitor*. Att. 41 b, Spes quæ nos proficiscentes prosequebatur. pro Planc. 164 a, Minturnéses C. Marium linquentem eá terram quam seruauerat, lachrymis votisque prosecuti sunt. I. A. 167 a, Quę tam ingratæ literæ reperientur, quæ non eorum gloriam immortalitatis memoria prosequátur? Ep. 254 a, Mirabilis eum beneuolentia prosecuta est. I. A. 263 a, Alicuius virtuté grata memoria prosequi. de Ar. 256 a, Effrenatos eius furores plausu etiam sua prosequebatur. Epi. 526 a, Deinde impudentia prosequor, sed idem tacitam. de Am. 100 a, Quocirca & mortui viuunt: tantus eos honos memoria, desiderium prosequitur amicorum.

¶ *Retineo*. de Ora. 114 a, Genus orationis fusum atque tractum prosequendum est.

¶ *Insector, urgeo*. In Verr. 123 b, Prosequi aliquem verbis vehementioribus.

Proserpina, næ. *Libera*. In Ver. 225 a, & ibidem, & de Natu. 38 b, *de raptu eius*.

Prosilio, lis. *exilio, prorumpo*. pro Cęlio 50 b, Vt serui repente prosilirent hominemque comprehenderent. & 51 b, Prosilire. pro Cælio 51 a, Deinde temere prosilierunt. & 51 b, Quos tu temere prosilire dicis.

Prospecto, as. *prospicio, specto*. In V. 244 a, Quæ nauis prospectare in exilium videtur.

Prospectus, ctus. *locus editus & apertus ad prospiciendum. Specula*. pro D. 235 b, Porticus in Palatio pulcherrimo prospectu. Att. 188 b, Prospectus maris. & 227 b, Quæris verum magis tumulis prospectuque, ambulatione delector.

¶ *Conspectus*. I. V. 201 a, Producere aliquem in prospectum Populi. Acad. 10 b, O præclarum prospectum.

Prosperus, a, um. *secundus, felix, ad voluntatem nostram fluens*.)(*aduersus incommodus*. Of. 36 b, Cum prospero flatu fortunę vtimur. Postq. 188 a, Prospera, ęquabilis perpetuaque fortuna, secundo vitæ sine vlla offensione cursu. de Nat. 78 a, Ad prosperam aduersamue fortunam qualis sis nihil interest. de Cla. 165 b, Posteaque prosperæ res deinceps multæ consecutæ sunt. Att. 139 b, Ego enim non iam id ago, ut prosperos exitus consequar, &c.

Prosperè, *feliciter*. Epi. 177 a, Omnia, ut spero, prosperè procedent. & 44 b, Ego verò velim mihi Tulliæq; meæ prospere euenire ea, quæ me insciente facta sunt a meis. de N. 59 b, Magnis uiris prosperè eueniunt semper omnes res. de Cl. 187 a, & pro Mur. 124 a, & Tusc. 238 b, Q. Arrius omni iam fortuna prospere functus.

Prosperitas, tis. *res secundæ, commoditas*.)(*afflicta fortuna*. de Fi. 68 a, Aristoteles uirtutis usum cum uitæ perfectæ prosperitate coniunxit. de N. 77 b, Commoditatem prosperitatemque uitæ a dijs habemus, uirtutem Deo acceptam nemo refert. & 78 a, Improború prosperitates secundęq; res redarguunt uim deorum.

☞ Syntaxis. *Prospera, æquabilis, perpetuaque fortuna*. *Omni fortuna prospere fungi*. *Commoditas, prosperitasque vitæ*. *Improborum prosperitates, & secundæ res*.

Prospiciendus, a, um. *comparandus*. pro Syl. 177 a, Sed tamen munere seruili obtulit se ad ferramenta prospicienda.

Prospiciens, tis. *prouidens*. Epist. 25 a, Sed ut ab homine longe in posterum prospiciente futura expecto. pro Mur. 138 a, Sapiens, ac multú in posterum prospiciens uir.

Prospicio, cis. *prouideo, præsentio*. Ep. 47 a, Multò enim antè, tanquam ex aliqua specula, prospexi tempestatem futuram. de Amic. 104 a,

Longè prospicere futuros casus pro Dom. 215 a, Prospicere aliquid coniectura. In Ver. 75 a, Prospicere insidias. Offi. 39 b, Prospicere futura Episto. 21 a, Longè in posterum prospicere & 84 b, Vt spero, vel potius vt prospicio. pro Qu. 62, Iam ante animo prospicere aliquid. pro Cęl. 41 b, Prospicere aliquid animo. pro Clu. 24 a, Magium longe animo prospexisse morientem. Episto. 105 a, Quem tamen si excideris, multum prospexeris. de Ar. 244 a, Tum, inquam, tum vidi, & multò ante prospexi, quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella reip. pro Do. 127 a, Sed prospexistis, ne qua in vos aliquando inuidia redundaret. Att. 157 a, Eaque ipsa tempestate euersam esse remp. quam XIIII. annis antè prospexerim.

¶ *Consulo, prouideo.* I. V. 107 a, & pro Fla. 196 a, Cõsulere filijs ac prospicere debemus. I. V. 80 a, Vos quod ad famam vestrã pertinet, prospicite atque consulite. I. C. 118 b, Quare P. C. consulite vobis, prospicite patriæ, &c. pro Cl. 50 a, prospicite id quod prouidendum est. Epi. 31 b, Rogo te vt prospicias & consulas rationibus meis. de Arc. 257 a, Sed tamen huic malo Pop. Rom. prospexit.

☞ Syntaxis. *Ad arma prospicienda. Longè in posterum prospicere. Sapiens, ac multum in posterum prospiciens. Ad famam prospice, atque consule, & famæ. Prospicito id, quod prouidendum est.*

PROSTERNO, nis. *abijcio, affligo, profligo, ad casum do, perdo, obtero, peruerto.* pro Clu. 31 a, Præcipitauit eum igitur impellamus, & perditum prosternamus. Para. 118 a, Abijcere & prosternere se. Episto. 63 b, Prosternere atque obterere obtrectationes maleuolorũ. pro Planc. 269 a, Prosternere se, & supplicare alicui. pro Clu. 10 b, Mulier perfregit ac prostrauit omnia cupiditate ac furore. In Ant. 169 a, Ille se ad pedes meos prostrauit lachrymans & 163 a, Hircius hostes prostrauit, fudit, occidit.

PROSTRATVS, a, um. *profligatus, afflictus, abiectus, perculsus, perditus.* I. C. 104 a, de Or. 128 a, Afflicta & prostrata virtus maxime luctuosa est. Oct. 530 a, Afflictam prostratamque rempu. extulisti. pro Lig. 139 a, Prostratus ad pedes, &c. I. C. 104 b, Quando tandem illum mœrore afflictum esse & profligatum putatis? iacet ille nunc prostratus, & perculsum se atque abiectum esse sentit.

PROSVM, es. *proficio, vtilitatem vel fructum affero, emolumentum facio, consulo, orno.* Off. 40 a, Qui nec sibi, nec alteri prosunt, vt dicitur. de Or. 95 a, Pudor qui non modò non obesset eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. Ep. 29 a, Sin tu me est alienior, nihil tibi literæ meæ proderunt. & 101 b, Metuo ne artificium tuum tibi parum prosit.

PROTECTVS, a, um: & ior. pro Plan. 174 a, Aliquem protectum in acie hostium manibus eripi. I. A. 247 a, Sapientia cautioribus vtitur consilijs, in posterum prouidet, est omni ratione protectior.

PROTEGO, gis. *defendo.* Tuscula. 219 b, Cum Africanus in acie M. Halienum scuto protexit. pro Syll. 176 b, Ego iacentem & spoliatum defendo & protego.

PROTENDO, dis. *prorogo.* Epi. 160 b, Comitia tamen quando ex his pendes, quantum facere possumus, in Ian. Mensem protendimus.

PROTENDOR, ris. Asin. Epi. 164 b, Nec periculorum metu quæ victoribus illis protendebantur, exercitum diminuere volui. & 165 a, *alijter, protendebantur.*

PROTERENDVS, a, um. *conculcandus.* pro Flac. 157 b, Illi istum semper domi proterendum esse & conculcandum putauerunt.

PROTEROR, ris. ad Her. 40 b, Proteri, & conculcari.

PROTERVVS, a, um. *petulans* de Fin. 61 b, Alij audaces & proterui. pro Cæl. 45 b, & de Fin. 131 b, Si vidua libere, proterua petulanter viueret. ibid. Edictum proteruum. * de Fin. 74 b, Et non audet cuiquam dicto proteruo, aut facto nocere.]

PROTERVITAS, tis. *petulantia.* pro Cęl. 43 a, De proteruitate, de sumptibus.

PROTINVS, *statim.* de Inuen. 46 b, Principium est oratio perspicue, & protinus perficiens auditorem attentum. de Diuinat. 90 b, Tum ei Deus præcepit, vt pergeret protinus, quid retro fieret, ne laboraret. Attico. 182 b, Illum arbitrantur protinus patris in Siciliam. Qu. Fr. 364 a, Rogo te vt Romã protinus pergas, & 327 a, Cæsarisne tabellarijs, vt is tu te protinus mittas, &c. * Epist. 34 a, Vt Laodiceam protinus irem.]

PROTRAHOR, ris. *trahor.* I. A. 157 a, Quis reum damnare audeat? vt ipse ad operas mercenarias statim protrahatur?

PROTRVDO, dis. *propello, impello.* de Fat. 149 a, Qui protrusit cylindrum dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit.

PROVECTVS, a, um. *natu grandior.* Tuscu. 158 b, Ex his igitur bestiolis hora quæ mortua est, prouecta ætate mortua est, quæ vero occidente sole, decrepita. de Cla. 176 a, C. Licinius ijsdem temporibus fere, sed longe ætate prouectus, habitus est sane luculentus patronus. de Diuina. 109 a, Qui iam ætate prouecti in nostris libris acquiescunt. de Senectu. 79 a, Non admodum grandis natura, sed tamen ætate prouectior.

¶ *Progressus.* de Fin. 105 b, Sentio me esse longius prouectum, quam proposita ratio postularet. de Senect. 82 b, Quarum vsque ad extremum spiritum prouecta est prudentia. de Ami. 102 b, Si longius in amicitiam prouecti essent, si amore ad adolescentiam perduxissent. I. A. 154 a, Nec ita multum prouectus sum.

☞ Syntaxis. *Ætate prouectus. Longè ætate prouectus. Longius prouectus quam proposita ratio postulat. In amicitiam per pauca longius prouecti sunt.*

PROVEHO, his. *produco, promoueo.* Tus. 217 b, In altumque prouehitur imprudens. de Inu. 81 b, Nauis in portũ prouehitur. de Di. 92 b, Cũ te equo aduectus ad quandã magni fluminis ripã prouectus subito in flumen delapsus es. I. V. 253 b, Posteaquã paulum prouecta classis est. pro Q. R. 50 a, Paulò longius oratio mea prouecta est, pro D. 219, Vestra in me attente audiendo benignitas prouexit orationem meam. Offic. 36 b, Cum prospero flatu fortunę vtimur, ad optatos prouehimur. de Arusp. 154 a, Sulpicium longius quàm voluit, popularis aura prouexit. pro Mil. 112 a, Milo vitam suam nunquam in periculum sine custodia prouehebat. I. A. 251 a, b, Ecquo te tua virtus prouexisset? ecquam genus?

PROVEHOR, ris. *procedo.* I. A. 116 a, Atque etiam homines agrestes inani spe ad quas vsque Puteolanas prouehantur.

¶ *Impellor.* Att. 282 a, Sed prouehor amore, non enim id propositum est huic epistolæ.

PROVENIO, nis. *exorior, venio.* de Senect. 81 a, Proueniebant oratores noui, stulti. ex Næuio. de Finibus 58 b, Nec quid prouenturum sit prouident.

PROVERBIVM, bij. *verbum dictum, vel sententia, quæ in ore omnium ferè versatur, aut versata quondam est. Item Adagium quoq; appellatur quasi (vt Varro docet) circumagium, quia circumagatur per omnium ora. Duo nostra memoria viri clarissimi Adagia collegerunt & explicarunt. Erasmus ille Roterodamus, & Pollydorus Vergilius Vrbinas, sed hic sacra potissimum, ille omnia delibauit.* I. V. 101 a, Istius iniquitas tum in ore vulgi & in communibus prouerbijs versabatur. Offic. 7 b, Ex quo illud, summum ius summa iniuria, factum est iam tritum sermone prouerbium. de Fin. 124 b, & 125 a, Sed veteris prouerbij admonitũ virorum memini de Senect. 85 b, Illud vetus laudatumque prouerbiũ, quod monet, &c. I. V. 86 b, Quod est Græcis hominibus in prouerbio. Tus. 216 b, Illud ita peruulgatũ est, ut iam prouerbij locum obtineat, Hominem frugi omnia recte facere. Orato. 210 b, Sed vt in prouerbium est Scopas mihi videtur dissoluere. de Fin. 65 b, An verũ est hoc contritum vetustate prouerbium, Qui cum in tenebris micet? Epist. 155 a, Culpa enim illa, Bis ad eundem vulgari reprehensa prouerbio est. Off 44 b, Omnino meminisse debemus id quod a nostris hominibus sæpissime vsurpatum est, iamque in prouerbij consuetudinem venit, Largitionem fundum non habere. de Fi. 86 b, Vt prouerbia nonnulla veriora sint, quàm vestra dogmata. vulgo enim dicitur, iucundi acti labores. I. A. 252 a, Illud tamẽ uerum, quod in hoc placo prouerbij loco dici solet, perire non posse, nisi ei crura fracta essent, fracta sunt. & muit. de Ami. 112 a, Et acta agimus, quæ vetamur veteri prouerbio. Off 11 a, Græcorum prouerbio est, Amicorũ omnia esse communia. Of. 67 b, Rustici, a quibus natum est id. quod iam tritum est, uetustate prouerbium, &c.

☞ Syntaxis. *In ore vulgi, atque in prouerbiis versari. Tritum sermone prouerbium. Illud est in prouerbio. Contritum vetustate prouerbium, & tritum. Id venit in prouerbij consuetudinem.*

PROVIDENS, tis. tior. *prouidens, prudens.* In Ver. 156 b, Obsignat signis amicorum prouidens homo. Epist. 84 a, Homo valde acutus & multum prouidens.

¶ *Expeditus.* Ep. 30 b, Id enim mihi & ad breuitatem est aptius, & ad reliquas res prouidentius.

PROVIDENTISSIME. de Nat. 79 a, Ratio sanctissimè & prouidentissimè constituta.

PROVIDENTIA, *cura, gubernatio, consilium, diuinum imperium, administratio, regnum, tutela, prudentia, numen.* de Inuen. 81 a, & pro Fl. 146 b, prouidentia est, per quam futurum aliquid videtur antequam eueniat. de N. 37 b, Mens mundi prouidentia appellari recte potest. Græce enim πρόνοια dicitur, hæc potissimum prouidet, & in his maximè est occupata, primum, vt, &c. deinde, vt, &c. de Na. 5 a, Anus, fatidica Stoicorum πρόνοια, quàm Latine licet prouidentiam dicere. de Diu. 104 b, Esse deos, & eorum prouidentia mundum administrari, eosdemque consulere rebus humanis, nec solum vniuersis, sed etiam singulis. Attico. 151 b, Tu me cura tua & prouidentia iuua. de Nat. 78 b, Diuinam prouidentiam, quocunque se moueat, efficere posse quicquid velit. de Vn. 196 b, Hunc mundum esse diuina prouidentia constitutum.

PROVIDENDVS, a, um, di, do, dum. *prænoscendus, considerandus.* pro Clu. 50 a, Prospice id quod prouidendum est. de Di. 134 b, Si Deus ista visa, nobis prouidendi causa dat. pro Pom. 9 b, Celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo. I. V. 114 a, Qua de re nobis magnopere prouidendum est. I. A. 236 a, Est etiam de Brundusio prouidendum.

¶ *Præcauendus.* pro Mar. 134 a, Nunc venio ad atrocissimam suspicionem tuam, quæ non tibi ipsi magis quàm nobis omnibus prouidenda est.

PROVIDENS, tis. *prospiciens.* I. A. 190 a, Nobis vigilantibus, & multum in posterum prouidentibus. Antequ. 194 a, Cum pax publice prouidentis eripiatur.

¶ *Præmonens.* de Fin. 66 b, Quod quidem ego à principio ita me male dixeram, hoc ipsum prouidens dialecticas captiones.

PROVIDEO, des. *prospicio, consulo, medeor.* I. V. 95 b, Quis non ex iniuria, quæ tibi facta esset, sibi, prouideret? Epi. 88 a, Vigilare prouidere resp. Ac. 16 a, Prouide etiam, ne, &c. Ep. 138 a, Actum est de te, nisi prouides. de Na. 1 b, A deis hominum vitæ consuli ac prouideri, & prospici. L. PROSPICIO. ad Her. 26 b, Ex aliorum euentibus rationibus suis prouidere. Q. F. 296 a, Consulere omnibus, mederi incommodis hominum, prouidere saluti. * Epi. 177 b, Ego quæ prouideri poterunt, non fallar, in ijs, quæ cautionem non habebant, de ijs non valde laboro.]

¶ *Caueo.* pro Cęl. 41 b, Prouidere alicui contra aliquem.

¶ *Præuideo, præsentio.* Att. 1 a, Prouide aliquid coniectura. de D. 93 b, Animus separatus a corpore, meminit præteritorum, præsentia, cernit,

ai, futura prouidet. cont. Rul. 84 b, Multum in posterum prouidere. pro Mur. 125 a, Est boni consulis, non solum videre quid agatur, verumetiam prouidere quid futurum sit.

¶ *Curo*. Epi. 239 b, quod opus erit, prouideas atque administres. de Nat. 37 b, Prouidentia, quæ πρόνοια Græce dicitur, hæc potissimum prouidet, & in his maxime est occupata, primũ, vt, &c. Epi. 3 a, Quæ vt quam rectissime agantur, omni cura prouidebo.

¶ *Præcaueo*. pro Pl. 270 a, Prouidere ante, & præcauere. Attic. 169 a, Cætera quę consilio prouideri poterunt, cauebuntur. & 172 a, Omnibus reb. cura & prouide, ne, &c. I. V. 262 b, Iam socij ne spoliarentur, fide ac officijs prouiderunt. Ep. 83 a, Quę propter ea prouiderim, prætereo. & 45 b, Multo ante prouidere aliquod malum. I. V. 74 a. Huic loco per deos immortales iudices cõsulite & prouidere. Qu. Fr. 297 a, Ante occupatur animus ab iracundia, quam prouidere ratio potuit, ne occuparetur. I. C. 118 b, Circunspicite omnes procellas, quæ impendent, nisi prouideritis de Di. 111 b, Medicus morbum ingrauescentem ratione prouidet, insidias imperator, tempestate gubernator. At. 73 a, Ne prouincia nobis prorogetur, per fortunas dum ades, quicquid prouideri potest, prouide.

PROVIDVS, a, um. *prouidens, cautus, multum in posterum prouidens prospiciens*. de Di. 133 a, Afflatus ex terra mentem ita mouens, vt eam prouidam rerum futurarum efficiat. de Leg. 160 a, Homo animal prouidum, sagax, &c. Part. 231 a, Orator prudens & prouidus. pro S. R. 38 a, Is parum cautus prouidusque est. de Na. 37 a, b, Natura cõsultrix & prouida vtilitatum omnium. & 52 a, Prouida solersque natura.

☞ Syntaxis. *Prouidum facere rerum futurarum prouidum, sagax animal. Cautus, prouidus. Natura consultrix & prouida vtilitatum.*

PROVINCIA, æ. *proprie hoc nomine designantur regiones extra Italiam bello deuictæ atque sub alię: quarum aliæ consulares, ad quas gubernandas proconsules mittebantur: aliæ prætoriæ, ad quas prætores. quod cum fiebat, in prouinciæ formam redigi dicebantur*. de Leg. 184 b, I. V. 55 b, Defendo prouinciam Siciliam totam. & 109 a, Sicilia princeps se ad fidem amicitiamque populi Rom. applicuit, & prima omnium prouincia est appellata. pro Fl. 162 a, Cum prouincia Asiam consulari imperio obtineres. & 152 b. L. Sylla omnes Asiæ ciuitates proportione in prouincias descripsit. pro Font. 276 a, prouinciæ Galliæ. M. Fonteius præfuit. Ep. 208 b, In prouincia Gallia. I. A. 156 b, C. Cæsar legem tulit, ne prætoriæ prouincię plus quàm annum, consulares plus quàm biennium obtinerentur. de pro. 72 b, Vt prætores annuas prouincias habebant. pro Dom. 217 b, Tu prouincias consulares, quas C. Gracchus constitui per senatum decreta lege sanxit, lege Sempronia per senatum decretas rescidisti. I. P. 90 a, & Att. 21 b, & Ep. 60 a, P. Lentulus prouinciam, quam & autoritate senatus & sorte habebat, interposita religione deposuit. Q. Fr. 307 b, Referebatur de prouincijs Quęstorum, & de ornandis prætoribus. de prou. 72 b, Ex consulari prouincia facere prætoriam. I. P. 87 b, Quas res gessisti in imperio, exercitu prouincia consulari? Epist. 241 b, Bellũ in prouinciam Syriam illatum. pro Fla. 151 b, In eiusmodi regione atque prouincia, quæ mari cincta esset. Epist. 7 b, Ea est natura & regio prouinciæ tuæ. & 8 a, Cum aliquantum ex prouincia atque ex imperio laudis accesserit. Epist. 31 b, Vides ex S. C. prouinciam esse habendam.

¶ *Translatione, negocium, munus, onus, partes, opus, opera, pensum, labor officium, officij munus, &c.* I. V. 212 b, Dare prouinciam vel negocium alicui. item, Illam sibi ab isto prouinciam datam. de Fin. 52 b, Hoc erit quasi prouincias atomis dare, quæ recte, quæ obliquæ ferantur. pro Cęl. 51 a, Deinde qui eam prouinciam susceperint, vt in balneis contruderentur. pro Syl. 177 a, Is illam sibi officiosam prouinciam depoposcit. vt prima luce consulem salutatum veniret.

☞ Syntaxis. *Prouinciam obtinere consulari imperio, habere, deponere, rescindere. Prouincia alicui data.*

PROVINCIALIS, le. Ep. 21 b, Rogo te ne patiaris mihi quicquam ad hanc prouincialem molestiam temporis prorogari. Q. Fr. 293 b, In qua scientia præsertim prouincialis ratio expedita est. I. C. 123 b, prouincialia hospitia. postquam. 212 a, prouincialia ornamenta. pro Sest. prouincialia abstinentia. eadem, prouincialis integritas. Qu. Fr. lib. 1, Prouincialis vel vrbana administratio. Famil. lib. 5, Prouinciale officium. Att. lib. 6, Prouinciales aditus. Qu. Fr. lib. 1, Viri prouinciales. Att. lib. 2, Negotia prouincialia. Qu. Fr. lib. 1, Famil. 15 Prouinciales amici.

PROVISIO, onis. *remedium, cautio*. de Am. 111 a, Omnino horum vitiorum atque incommodorum summa cautio est, atque vna prouisio, ne nimis cito diligere incipiamus.

¶ *Præsensio*. Tusc. 197 a, Multum potast prouisio animi & præparatio ad minuendum dolorem. Orat. 215 b, Vitium longa animi prouisione fugiendum. Part. 236 a, Prouisio posteri temporis. de D. 110 a, Quæ prouisione aut commotione mentis sentimus.

PROVISVS, a, um. *ante prouisus*. Par. 122 a, Cui viuendi via considerata atque prouisa est. Tusc. 197 b, Cur fierent prouisa leuiora? de Leg. 163 a, Quocirca vereor cõmittere, vt non bene prouisa & diligenter explorata principia ponantur. Tusc. 197 b, Siue illa ante prouisa expectata sint, siue inueterauerint. & 101 b, Cum uidetur præcaueri potuisse, si prouisum esset. Epist 4 b, Si qua conabuntur agere, satis prouisum est. Epist. 31 b, Si rationibus meis a te prouisum esse intellexero. I. C. 110 a, Mihi vel vrbis satis esse præsidij, cõsultum & prouisum est. Attic. 119 b, Et vt esset a me (tute scis) multo ante prouisum. Att. 11 b, Sane multum in eo reipublicæ prouisum est. & 22 b, A me ita præcautum & prouisum est. cont. Rul. 87 a, & I. C. 108 b, Quæ timebatis ea ne acciderent, consilio meo ac ratione prouisa sunt. Att. 241 a, Præsidia sunt in multos annos prouisa.

PROVOCATIO, onis. *auxilium*. de Orat. 126 b, Prouocatio patrona illa ciuitatis ac vindex libertatis populo Rom. dari sine nobilium dissensione non potuit. in Ant. 157 a, Quibus cum prouocatio [illegible] acta Cæsaris rescinduntur? contra Rul. 72 b, Orbis terrarum [illegible] tionem sine consilio, pęnam sine prouocatione, animaduersionem sine auxilio dari cupiam. de Leg. 185 a, Ad populum prouocatio esto. de Leg. 185 a, Militię ab eo qui imperabit, prouocatione [illegible] & 187 b, Quid turpius, quàm sine prouocatione senator? [illegible]tus sine mandatis?

PROVOCATOR, oris. in Vat. 34.

PROVOCATVS, a, um. Epist. 6 b, Qui mecum sæpe non solũm à me prouocatus, sed etiam sua sponte de se communicare solet. Att. 229 a, Amo te beneficio tuo prouocatus. Offi. 10 b, Quidnam beneficio prouocati facere debemus?

PROVOCO, as. *lacesso, tento, voco*. Epist. 97 a, Ego enim respondere facilius possum quam prouocare. Tusc. 219 b, Prouocare aliquem ad pugnã. Episto. 15 a, Si aliquando illa dicet, phædriam intromittamus comessatum: tu, pamphilam cantatum prouocemus. pro Pom. 6 b, Prouocari iniurijs alicuius. de Orat. 87 b, Prouocare aliquem. in Anton. 187 a, Lex, vt de maiestate damnati ad populum prouocant, si velint. Attic. 86 b, Quam recte decretum sit, tu iudicabis: ne ad Catonem quidem prouocabo.

PROVOCOR, ris. At. 286 b, Prouocari in integram. *aliter Reuocari*. & 275 a, Respondere in amore eis, a quibus prouocere.

PROVT. *vt, perinde, vt*. vt Att. 173 b, Tuas literas, prout res postulat, expecto. in Ver. 125 b, & Cæs. 171 a, Prout Thermitani hominis facultates ferebant. in Ant. 203 b, Prout haberi lege liceret, si anno superiore Quæstor fuisset.

PROXIME. *nuperrime, postremo, paulo ante, maxime in proximo* Attic. 177 a, Literæ, quas proxime ad te dedi. de Nat. 9 b, Is quem proxime nominaui. Epist. 60 a, Aduentus tuus, cum proxime Romam uenisti. & 71 a, Literæ, quas à te proxime accepi. Part. 242 b, Quæ paulo ante & quæ proxime diximus. Epist. 96 b, Illud tempus, quo proxime fuimus una. Attic. 121 a, Hæc scripsi sedatiori animo, quam proxime scripseram. Epist. 87 b, Itaque posthumio & sæpissime Attico nostro proxime Teudæ totum me perfecit. de Nat. 70 b, Musæ eodem numero quo proxime superiores.

¶ *Maxime*. de Cla. 274 a, Eique proxime adiunctus Drusus fuit.

¶ *Valde prope*. Episto. 177 b, Ego huic tuæ uirtuti proxime accedo. Orato. 216 b, Id ad numeros proxime accedi. in Ver. 110 a, & pro Rab. 91 a, Siculi ad nostram disciplinam proxime accedunt. de Fin. 101 a, Quorum ordo proxime accedit, ut sit secundus ad Regium principatum. I A. 229 b, Brutus operam det, ut cum suis copijs quã proxime Italiam sit. Att. 45 b, Nihil est necesse quàm proximè Italiam esse. & 95 a, Habere exercitum quàm proxima hostem.

¶ *Subinde, postea*. Offic. 35 a, Proxime autem & secundum deos homines hominibus maxime utiles esse possunt. Quint. Cass. Epistola. 189 b, Proxime hos chari, qui studiorum tuorum sunt æmuli. pro Cl. 37 a, Sapientissimos est, cui quód opus sit, ipsi ueniat in mentem proxime accedit, qui alterius bene inuentis obtemperat.

¶ *Forme*. Epistola. 132 b, Non possum non proxime atque ille, aut etiam æque laborare. de Natu. 38 b, Proxime, &c. ante, &c. pro Rab. 128 a, Si ita fecissem, me scilicet minime, sed proxime illum quoque fefellissem.

☞ Syntaxis. *Aduentus tuus, cum proxime Romam uenisti. Paulo ante & proxime. Tempus, quo proximè dixit, fuimus. Virtute proximè accedens. Ad numerum proxime accedens. Proxime atque ille laborare, vel etiam æque.*

PROXIMO, as. *proximus*. de Nat. 48 a.

Poeta idest, ut in Arato.

Huic ceruix dextra mulcetur aquari.

PROXIMO, *aduerbium proximo*. At. lib. 4, Ad Q. F. accepi literas datas à litoribus Britanniæ. proximò ad Calen. Octob.

PROXIMVS, a, um. *temporis uix prælapsi*. pro Pomp. 14 a, Qui anno proximo legati fuerunt. de Cl. 168 a, Hunc proximo seculo Themistocles insecutus est. de Finib. 75 b, Proximo anno. de Amic. 96 b, Eoque his proximis Nonis tu non affuisti. Epist. 15 a, Gabinium. quem proximis superioribus diebus acerrimè oppugnassem, &c. in Cat. 97 b, Quid proxima, quid superiore nocte egeris.

¶ *Loci cateris*. Academ. 26 b, Mare dissimile est proximo ei continenti. de Natu. 36 b, Huic proximum inferiorem orbem tenet. Attico. 9 a, Proximus Pompeio sedebam. Epi. 214 b, Ego huic locum in proximo conduxi.

¶ *Dignitate, gradu honore, meritis, studio*. pro Dom. 417 b, Proximus est huic dignitati ordo equester. pro Cluen. 50 a, Eques senatori dignitate proximus. de Fin 127 b, Proximus grauitate. de Cla. 180 a, Duobus igitur summis Philippus proximus accedebat, sed longo interuallo tamen proximus. Episto. 159 a, Laudem Planco proximam consecutus es. Attic. 17 b, Amore tibi nos proximi sumus. de Cl. 184 b, Proximum optimis numerari. & 167 b, Huic Hyperides proximus fuit. Off. 22 a, Callicratides, qui præfectus classis proximus post Lysandrum fuit. de Senect. 85 b, Tunc hic fratre suo censore, qui proximus ante me fuerat, elapsus est. Offic. 331 a, Qui proximus in illam æternam domum discesserit. Offi. 24 a, Ad hanc rationem maximam uim natura habet fortuna proximam. ad Brut. 90 b, Lepidus secundum fratrem affines habet, quos odit proximos. Atti. 1 b, Obseruat L. Domitium maxime, ne habet proximum. de Inuen. 84 a, Summa

necessitudo

necessitudo honestatis, huic proxima incolumitas, tertia & leuissima commoditatis. de Amic. 109 b, Si quam præstantiam consecuti sunt impertiant eam suis, communicentque cum proximis. I V. 269 b, Cum hæc omnia tuis proximis plana fecero. Offic. 9 b. Iniuriosus in proximos. *idest, in propinquos, seu affines.* Att. 1 b, Me habere proximum. Attic. 292, Proxima est illi municipio hæc Antiatum ciuitas. Q.F. 305 a, Intimus, proximus, familiarissimus quisque sibi pertimuit. de Leg. 178 a, Id habendum est Deo proximum, quod est optimum. de Inuen. 80 b, Tyranno occiso, quinque eius proximos cognatione, magistratus necato.

¶*Sequens.* Epistola 160 b, Scilicet id agitur, verum hac petitione, an proxima prætor fias. Tuscula. 223 b, Primo & proximo die. pro Mil. 106 u, Clodius reliquit annum suum, seseque in proximum transtulit.

¶*Vltimus.* Att. 177 u. Ego tuis proximis, quas tamen iampridem accepi, nihil habeo quod rescribam.

¶*Præcedens.* Ora. 018 a, Proximus à postremo.

¶*Expeditus.* Offic. 41 b, Socrates hanc uiam ad gloriam proximam & quasi compendiariam dicebat esse, si quis, &c.

Prudens, tis. *prudentia præditus, sapiens, multarum rerum peritus, magni consilij uir.* Orat. 198 a, Vir natura peracutus, & prudens. de Or. 88 a, Homo prudens & grauis. Partit. 231 a, Orator prudens & prouidus. pro Clu. 39 b, Quis P. Octauio ingenio prudentior, iure peritior? de Ora. 88 a, Prudentium consilia. de Amic. 86 a, L. Acilius prudens esse in iure ciuili putabatur. de Clar. 175 a, Omnes fere Stoici prudentissimi in disserendo. de D. 103 a, Alij quos prudentes, id est, prouidentes possemus dicere. pro Sest. 6 a, Gnarus & prudens impendentium malorum. de Cl. 186 b, L. Torquatus elegans in dicendo, in existimando admodum prudens. Attic. 163 b, Ne te sciens prudensque eo dimittas, vnde exitum vides nullum esse. pro Mur. 133 a, Ep. 83 b, Vt in fabulis Amphiaraus, sic ego prudens & sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus. pro Font 283 b, Prudens ad consilia. de Leg. 165 a, Quis prudentem, & ut ita dicam, cautum non ex ipsius habitu, sed ex aliqua re externa iudicet?

Prudenter. *sapienter, prouidentissime.* de Orat. 144 b, Vt hæc in causu prudenter possit intexere. de Am. 96 b, Multa prudenter prouisa.

☞ Syntaxis. *Natura peracutus ac prudens. Prudens ac prouidus. Ingenio prudens. In iure prudens. Gnarus & prudens futuri. In existimando prudens. Sciens prudensque facit*

Prudentia, tiæ. *sapientia, intelligentia.*)(*temeritas.* de In. 82 u, Prudentia est rerum bonarum, & malarum, & vtrarumque scientia. de Nat. 67 a, Prudentia constat ex scientia rerum bonorum & malarum, & nec bonorum nec malorum. de Fin. 141 a, Prudentia in delectu bonorum & malorum cernitur. & 128 a, Vt medicina valetudinis, sic uiuendi ars est prudentia. Offic. 38 b, Cognitionem prudentiamque sequitur considerata actio. ad Her. 16 b, Prudentia est calliditas, quę ratione quadam potest delectum habere bonorum & malorum, & ibid. Item prudentia scientia cuiusdam artificij. & ibidem, prudentia multarum rerum memoria, & usum complurimum negociorum. pro Sest. 2 e a, Hoc sentire, prudentiæ est facere, fortitudinis. de Di. 85 b, Ratio atque prudentia Reip. gerendę. de Or 93 b, Exercitatio intelligendi prudentiam acuit. Tusc. 131 a, Si nulla virtus prudentia vacat, prudentia hoc uidet. ad Her. 17 a, Quam is prudentiam appellarit, ineptam & garrulam, & odiosam scientiam esse dicemus. Of. 31 u, Prudentia enim, quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligemus, quæ est rerum expetendarum fugiendarumque scientia. Or. 199 u, Semper oratorum eloquentię moderatrix fuit auditorū prudentia. *id est, auditorum cognitio.* de Diu. 110 b, Physicorum est ista prudentia. *id est, scientia vel* cognitio. de Sen. 93 a, b, Memoria præteritorum, futurorum prouidentia. de Orato. 20 b, Perspicua sunt hæc quidem, & in vulgari prudentia sita. Par 236 b, Prudētiam malitia imitatur. Offic. 66 a, & ibid. In malitia simulatio intelligentiæ. de Ora. 98 b, & 107 a, Prudentia iuris ciuilis. At. 97 b, Adeon ego non perspexeram prudentiam literarum tuarum? de Fin. 123 b, Omnibus artib. volumus attributam esse eam, quæ communis appellatur prudentia quam omnes qui cuique artificio præsunt, debent habere, Para. 232 b, Si neque prudentiam eius impedias confusione partium. *id est, intelligentiam.* & 236 b, Prudentia in suis rebus domesticas in publicis, ciuilis appellatur. At. 230 b, Non enim pro tua prudentia debes illud solum animaduertere, quod in præsentia, &c. Offic. 03 a, Nescenti plus quam nos uideantur habere prudentię. & 29 a, Prudētia de scientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. Offi. 39 b, Si existimabimur adeptu coniunctam cum iustitia, prudentiam. I. A. 127 a, Prudentia in iudicando. Offi. 66 a, Prudentia est locata in delectu bonorum & malorum. de Senect. 81 a, Temeritas est florentis ætatis, prudentia senectutis. de L. 168 a, Cum homo exacuerit illam ingenij aciem ad bona diligenda, & reijcienda contraria: quæ uirtus ex prouidēdo est appellata prudentia. * In Hor. ex Non. 1243. 55. Id enim est sapientis est prouidere, ex quo sapientia est appellata prudentia. Ep. 43 b, Prudentia literarum tuarum.}

☞ Syntaxis. *Ratio & prudentia Reip. gerenda. In vulgari prudentia situm, perspicuumque. Futuri prouidentia. Literarum prudentia.*

Pruina, inæ. de Nat. 31 a, Aquam conglaciare frigoribus, & niue pruinaque concrescere. I. C. 109 b, Pruinas ac niues perferre. de Sen. 129 Quorum duos obriguisse pruina uides.

Prytaneum, nei. *publica domus Athenis, in qua viri de Rep. benemeriti publice alebantur, ad cuius imitationem, alterum erat in Sicilia in urbe Æradina ornatissimum.* in Ver. 128 a, & de Or. 105 a.

Psallo, lis. *fidibus cano lyram pulso.* L. C. 109 a, Pueri lepidi ac delicati, qui cantare & psallere didicerunt.

Psaltria, triæ. *mulier fidibus dicta.* pro Sest. 05 a, Qui in cœtu mulierū pro psaltria adducitur. & Tusc. 000 b, Psaltriam adducamus.

Psalterium, terij. *fides, lyra sunt tamen, quibus hoc placuit psalterius, iuij. quis Græce ψάλτηρ, vel ψάλτης dicitur, idest, fidicem.* de At. 254 a, A Strophio, ab psalterio, &c.

Psephisma, tis. *decretum.* pro Flac. 149 b, Porrexerunt manus psephisma natum est pro Flac. 149 a, Sic sunt expressa ista præclara quæ recitatum psephismata, non sententiis, nec autoritatibus declarata, &c. & 161 b, Possem recitare psephisma Smyrnæorum quod fecerunt in Castritium mortuum.

Ψευδησίοδειον, *quod falso Hesiodo adscribitur.* Att. 14 b.

Pseudocato *fictus Cato.* Att. 16 a.

Pseudodamasippus. Epist. 100 a, Si enim Damasippus in sententia uō manebit, aliquem pseudodamasippum vel cum iactura reperiemus, *Id est, fictum Damasippum.*

Pseudomenos. *mentiens, fallax.* de Di. 110, Quomodo autem mentientem dissoluas, quem pseudomenon uocant. L. Sorites.

Pseudophilippus, pi. *falsus, vel fictus Philippus.* contra Rul. 184 a.

Pseudothyrus, ri. *falso ianuatalis posticum vocant.* Post red. 007 a. Non ianua receptis, sed pseudothyro intromissis uoluptatibus. I. V. 118 b, Ea quemadmodum ad istum pseudothyrum postea reuertatur, tabulis uobis & testibus iudices planum faciam.

Psychomantia, tiæ. de Diu. 108 u, Nec psychomantiam agnosco. L. Necromantia.

Psychomantium, tij. *locus vaticinationum.* Tusc. 173 b.

Pte. Att. 96 a, Qu. puer suapte pie sane, me quidem hortante, matrem patri suo reconciliauit. de Nat. 15 a, Suopte pondere deorsum ferri. de Or. 143 a, Crassus suapte interfectus manu. de Or. 117 b, & 212 b, Suapte natura facere aliquid.

Ptolemais, *urbs.* Epist. 7.

Ptolemæum. *gymnasium.* de Fin. 124 a.

Puber, ris *adolescens.* Offi. 26 a, Nostro quidem more cum parentibus puberes filij non lauantur. de Orato. 119 b, Pater filium puberem habens.

Pubertas, tis. *pili qui primi puberibus efflorescunt.* de N. 43 a, Vsi quis dentes & pubertatem natura dicat existere.

Pubes, bis. *puber.* pro Rab. 97 a, Nemo pubes tum fuit, quin arma ceperit. pro Mil. 113 a, Ea potestas cui senatus omnem Italiæ pubem commiserat.

Pubesco, scis. *adolesco.* Offic. 24 a, Hercules cum primum pubesceret, exisse in solitudinem dicitur. de Natu. a u, Cęli mutationes, quibus omnia quæ terra gignat, maturata pubescunt. de Nat. 34 u, Sol efficit, ut omnia floreant, & in suo quæque genere pubescant. & 36 a, Multa quibus animantes alantur, augescantque & pubescant. Tusc. 162 b, Vites lætificæ pampinis pubescere.

Publicana, næ. I. V. 165 a, Mulicrcula publicana.

Publicanus, ni. *qui vectigal exercet & exigit, vectigalis.* pro Pla. 263 b, Flos equitum Rom. publicanorū ordine continetur. pro Pom. 6 b, Publicanorum familiæ, quas in Salinis habent. Ep. 207 a, Ordo publicanorum. pro Dom. 217 b, Ordo equester, idest, publicani. Attic. 17 a, Cato publicanos tertium iam mensem vexat. Att. 76 a, Tu autem sæpe dare tabellarijs publicanorum poteris per magistros scripturæ. Q. F. 191 a, Improbum negociatorem, paulo cupidiorem comprimere non possis. Q. F. 296 b, Qui pendere ipsi uectigal sine publicano non potuerunt.

Publicatio, onis. *proscriptio.* in Cat. 120 b, Adiungit etiam publicationem. pro Pl. 280 a, Cum publicatio bonorum proponeretur.

Publice. *vulgo.*)(*priuatim.* Att. 159 a. Publice tamen scripsi. pro S. R. 37 b, Res tanta, quæ publice gesta atque commissa sit.

Publicius, uates. de Di. 104 a, & 132.

Publico, as. *publicum facio, præconis publico subijcio.* contra Rul. 77 b, Priuata publicare, publica liberare. & 68 b, Agros, quos ipsis libeat, publicare. pro Dom. 217 a, Qui Ptolemæum regem Cypri causa incognita publicasse.

Publicor, ris *proscribor.* pro Sest. 162, Vt rex cum bonis omnibus publicaretur. Att. 280 b, Publicata bona. de In. 74 u, Lex, si quæ rostrata nauis in portu deprehensa sit, publicetur. I. C. 119 b, Bona præterea publicari iubet.

Publicus, a, um. *communis.* de In. 51 a, Publicum est, quod ciuitas uniuersa aliqua de causa frequentat. & ibidem, publicum, commune, singulare. I. V. 163 b, Recita literas publicas. & 164 a, Testimonio publicum. pro Clu. 33 a, Ipse e publico iudicio ad priuatum Staleni iudicium profectus est. contra Rul. 73 b, Sunt loca publica nobis, sunt sacella, &c. & 82 b, Agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coemit. pro Mil. 119 b, Memoria publica recēsionis tabulis publicis continetur. pro S. R. 26 u, Antea causam publicam nullam dixi. I. V. 054 b, & 131 b, In publico esse non audet. contra Rull. 68 b, Lex in publicum, proponitur. Top. 123 b, Litora omnia publica esse. Att. 66 u, Nos publicam prope opinionem secuti sumus. & 223 b, Proponere epistolam in publico. Qu. Fr. Hic te ita versari, ut & publicanis satisfaciat, præsertim publicis male redemptis. *publicis, intellige vectigalibus, seu rebus.*

☞ Syntaxis. *Publicum, commune.*)(*singulare. Ager qui in publicum Campanum incurrit. In publico. Esse non audet. In publicum proponere. Quid est publica male redemta?*

Pudendus, a, um. in Att. 159 a, Vt iam pudendum sit, honestiora esse legionum decreta, quam senatus.

Pudens, tis. *verecundus.* in Ver. 76 b, Nec impudentiæ suæ pudentem finem

finem quæsiuit. pro Fla. 156 b, Prudentissimus atque optimus vir. Epist. 20 a, Homo pudens. In V. 184 a, Nauus & pudens & probus filius. & 95 b, Pudentissima fœmina. ad Her. 20 b, Risus pudens & liberalis. I. A. 189 a, Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum.

PVDENTER, *verecundè*. I. V. 30 a, Pudenter viuere. de Orat. 142 a, Pudenter facere aliquid. pro Q. 6 b, Pudenter appellare aliquem. Epist. 108 a, parum pudenter rogare aliquem.

PVDENTIVS, *aduerbium*. de Or. 142 a.

PVDENTISSIME. Att. 261.

☞ Syntaxis. *Pudentissimus vir. In illo nihil pudens, nihil pudicum. Nauus, pudens, ac probus filius. Pudens risus, & liberalis.*

PVDENDO. de Ora. 95 a, Non enim pudẽdo, sed non faciendo id quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus. de Cla. 181 b, Induci ad misericordiam, ad pudendum, si, &c.

PVDET, bat. *pro, meorum factorum*. Or. 211 a, Patris mei meum factum pudet. *pudore afficior, erubesco*. de Diuina 115 b, Pudet me non tui, sed Chrysippi. I. Ant. 229 a, Cuius eos non pudere miror. & 241 a, Pudet optimi exercitus, qui, &c. pro Dom. 219 a, Me non solùm piget stultitiæ meæ, sed etiam pudet. Episto. 51 a, Plura me ad te hac de re scribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. de Fin. 65 b, Quasi me pudeat istorum. Ora. 210 b, Versus ille qui vetat artem pudere proloqui, quam factites. I. V. 72 b, Sunt homines, quos infamiæ suæ neque pudeat, neq. tędeat. & 263 b, Non te huiuscemodi crimine maxime eius pudet? pro Arc. 188 a, Me autẽ quid pudeat? qui, &c. de Orat. 88 b, Et hæc ætas nostra quod interdum pudet, iuris ignara est. & 95 a, Quem non pudet, hunc pœna dignum puto. de Na. 23 a, Puderet me dicere non intelligere, si vos ipsi intelligeretis. I. P. 92 b, Crasse pudet me tui. Q. F. 295 b. Non me hoc iam dicere pudebit. de Leg. 166 a, Ac me nimirum istorum philosophorum pudet. pro Flac. 157 a, Nonne esset puditum, si hanc causam agerent seuerè, legatum suum dici Mæandrium?

☞ Syntaxis. *Pudendo impudens est. Ad pudendum inductus. Pudendum est si. Tu censes pudere loqui, quod facis? Non esset puditum, si, &c.*

PVDICITIA, æ. *pudor*. de Ar. 245 b, An ex sororis cubiculo egressus pudorem pudicitiamque defendat. pro Cæl. 46 b, Parcat iuuentus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienam. & 47 b, Expugnare pudicitiam. pro Clu. 20 a, Eam non pudor, non pudicitia a cupiditate reuocauit. pro Rab. 92 a, Hunc nec suæ nec alienæ pudicitiæ pepercisse. pro Milon. 103 a, Eripere pudicitiam alicui. de Leg. 166 a, Erubescũt pudici ẽt, loqui de pudicitia. *sic enim corrigendus est hic locus in verbo Erubesco, quod tunc non animaduertimus.*

PVDICVS, a, um. *verecundus, castus*. Oct. 231 b, Audiet C. Marius impudico domino seruire nos, qui ne militem quidem habere voluit, nisi pudicum. I. A. 189 a, Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatũ, nihil pudens, nihil pudicum.

☞ Syntaxis. *Pudor & pudicitia. Pudicitiam expugnare, eripere alicui. Pudens, pudicus.*

PVDOR, is. *verecundia, rubor, ingenuitas, modestia.*)(*petulantia*. Tusco. 213 a, Ex quo fit, vt pudorem rubor consequatur. de Fi. 88 a, Pudor moderator cupiditatis. S. R. 43 b, Pudor, qui ornat ætatem. de Ora. 95 a, Fuit enim mirificus quidam in Crasso pudor. & 109 a, Quantum illius ætatis patiebatur pudor. & ibid. b, Tusc. pudore dicendo, & timiditate ingenua quadam refugisti. de Pro. 71 b, Homo, in quo aliquis si non fuerit pudor, aut supplicij timor est. de Or. 125 a, Nulla pudoris significatio. pro Pl. 264 b, Adolescentis modestissimi pudor. Epi. 74 b, Non dimittam pudorem in rogando meum. pro Clu. 20 a, Quem non pudor, nõ pudicitia a cupiditate reuocauit. de Ar. 245 b, Pudorem pudicitiamque defendere.

☞ Syntaxis. *Pudore & ingenua timiditate a dicendo refugere. Pudorem dimittere. Pudor pudicitiaque.*

PVELLA, læ. At. 42, De tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil • vsucapi potest. de Diu. 101 b, Cum virgo staret, & Cæcilia in sella sederet, puellam defatigatam petisse, &c.

PVER, ri. *filius, infans, puer, seruus*. de Orat. 207 b, Nescire autem quidem antequam natus sis, acciderit, est semper esse puerum. pro Ar. 186 a, Vt primum ex pueris excessit Archias. pro S. R. 44 a, Infantiũ puerorum incunabula. I. A. 169 a, Puer emptus libidinis causa. de Cl. 175 a, C. Gracchus doctus a puero. Tusc. 240 b, Homo doctus a puero. Epi. 210 b, Idque a puero. At. 21 a, Exeunti mihi Antium, venit obuiam puer tuus, mihi literas a te reddidit. & 57 a, Sed iam subitò fratris puer proficiscebatur. Att. 41 a, Eo die pueri tui mihi a te literas reddiderunt, & alij pueri post diem tertium eius diei literas alias attulerunt. de Or. 85 a, Ad eas artes, quibus a pueris dediti fuimus. 674 a, Cæsaris pueri mirifica indoles virtutis.

PVERILIS, le. de Or. 118 a, Exercitatio penè puerilis. pro Arch. 186 a, Ætas puerilis. de Fin. 63 b, Delectatio puerilis. de D. 110 a, Is autem Tages puerili specie dicitur visus.

PVERILITER, *stulte*. Acad. 9 b, Nam cum dicunt hoc se vnum tollere, faciunt pueriliter. & 14 a, & de Fin. 52 b.

☞ Syntaxis. *Id est semper esse puerum. Infans, puer. A puero, a pueris.*

PVERITIA, tiæ. *primum tempus ætatis, primus actus vitæ, ætatis tyrocinium*. pro Pomp. 9 a, Pompeius e ludo atque pueritiæ disciplina in militiæ disciplinam profectus est. & ibid. Qui extrema pueritia miles fuit summi Imperatoris. de Senect. 78 a, & 83 b, Qui enim citius adolescentiæ senectus, quàm pueritiæ adolescentia obrepit? de Offi. 150 b, & 64 b, & 65 a, Qui me a pueritia sua semper obseruauit. & 52 a, & 8 b, Quæ mihi è pueritia tua cognita est.

PVERVLVS, li. *pusio*. pro S. R. 38 b, Puerulos. Top. 222 a, Puerulorum.

PVGIL, lis. *athleta*. de Clar. 187 a, Pugiles in exercitati etiam si pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre possunt, solem tamen sæpe ferre non possunt. Att. 210 a, Carneades προβολὴν pugilis, retentionem aurigæ similem facit. pro Flac. 152 b, Acinas pugil Olympionices. Tusc. 183 b, Pugiles cestibus contusi, ne ingemiscunt quidem. & 187 a, Pugiles etiam cum feriunt aduersarium iactandis cestibus, ingemiscunt.

PVGILATIO, onis. *pugilum exercitatio*. de Leg. 177 b, Cursus, pugilatio, luctatio.

PVGIO, onis. *gladius breuis, sica*. in Ant. 163 b, & 166 b, Brutus cruentũ alte extollens mucronem, & ibi. Qui stillantem præ se pugionem tulit. de Fin. 117 a, O plumbeum pugionem. Epist. 56 b, A P. Magio pugione percussum esse. Att. 38 b, Scriba e Bibuli pugionem mihi a Bibulo attulit.

PVGIVNCVLVS, li. Ora. 219 a, In iis quibus vt pugiunculis uti oportet.

PVGNA, æ. *prælium*. L. C. 112 a, Tum interuentu pontini pugna quæ erat commissa, sedatur. I. V. 241 b, Nonnunquam etiam res ad manus atque ad pugnam veniebat. pro Mil. 112 a, Incerti exitus pugnarum, Marsque communis. pro Mu. 132 a, Pugna Pompeij, quæ cum rege commissa est, & summa contentione pugnata, & ibi. Acerrima pugna. de Diu. 130 a, Hic vero quanta pugna est doctissimorum hominum. I. V. 228 b, Pugna equestris Agatoclis regis. de Di. 119 b, Lacedæmoniorum mala pugna in Leuctris.

☞ Syntaxis. *Commissa pugna sedatur. Ad manus & ad pugnam venit. Res. Pugna summa contentione pugnata.*

PVGNACITER. *pertinaciter*. Acad. 47 a, Certare cum aliquo pugnaciter & 3 a, Pugnacissime defendere suam sententiam.

PVGNANS, tis. Orat. 200 a, b, Conferre pugnantia, & comparare contraria. Tusc. 250 b, Pugnantia te loqui non uides?

PVGNATVR. Offic. 64 a, Cum à consulibus male pugnatum apud Claudium esset.

PVGNAX, cis. *pertinax, bellicosus*. de Ora. 93 b, Carneades dicere solebat me sibi perfacilem in dicendo, te perpugnacem in disputando esse uisum, & 138 a, Exordium dicendi vehemens & pugnax. de Cl. 171 b, Oratio pugnax. Ep. 122 b, Pugnacior uirtus. I. P. 94 a, Græcus facilis & ualde uenustus, nimis pugnax contra senatorem populi Rom. esse noluit. I. A. 219 a, Saxa centurio pugnax & lacertosus.

☞ Syntaxis. *In disputando perpugnax. Centurio pugnax & lacertosus.*

PVGNO, as. *dimico, certo, decerto, cerno, congredior, depugno, contrarius sum*. pro Cor. 59 a, Qui cum hoste nostro cominus in acie sæpe pugnauit. Att. 105 a, Nisi forte hæc illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. Ep. 77 a, Quauis conditione pacem accipere malui, quam viribus cum ualentiore pugnare. de In. 48 a, Pugnare pro commodis patriæ.)(*oppugnare*. de Or. 105 a, Sed ego ne cum ista quidem arte pugno. de Nat. 60 a, Videtur Epicurus de dijs immortalibus non magnopere pugnare. Acad. 15 a, Hic pugnes licet, non repugnabo. de Fi. 79 a, Pugnant Stoici cum peripateticis, & 88 b, Sed hæc inter se pugnant. I. A. 164 a, Tota in oratione tecum pugnas. & non modo non cohærentia inter se dicis, sed maxime disiuncta atque contraria.

¶ *Cum contendo*. Ep. 40 b, Illud pugna & enitere, ne, &c. pro S. R. 19 b, Hoc solum pugno, ut, &c.

PVGNVS, gni. de Cla. 187 a, Pugiles exercitati pugnos & plagas ferre possunt. I. V. 159 b, Pugnis & calcibus conscindere aliquem. Para. 320 a, Quando uerbis contendamus inter nos, non pugnis. Tusc. 243 b, Certare pugnis, calcibus, unguibus, morsu. Or. 207 a, Comprimere digitos, pugnumque facere. Aca. 36 b Pugnum facere, & pugnum arcte uehementerque comprimere. de Fin. 67 a, Zeno rhetoricam palmæ dialecticam pugno similem dicebant.

☞ Syntaxis. *Pugnis conscindere aliquem. Pugnum facere, & arctè comprimere.*

PVLCHER, a, um. *formosus, decorus, præclarus, vefandus, egregia forma, specie liberali, egregia facie eximia forma*. Offic. 29 a, O puerum pulchrum Periclem. Tusc. 240 a, Suum cuique pulchrum est: te tua me delectant mea. pro Mur. 129 b, Ne pulchrum te ac beatum putes. de Sen. 88 a, Vua quid potest esse tum fructu lætius, tum aspectu pulchrius?

PVLCHRE. *probe præclare*. de D. 115 b, Proxima hostia lætatur sæpe pulcherrime. de Na. 23 b, Mihi pulchre est, ego beatus sum. de Fi. 77 b, Ad quàm pulchre dicere uidebare. Ora. 219 a, Pulchre & oratorie dicere. pro Cl. 32 a, Is pulchre asseuerat se, &c. Ep. 157 a, Lepidum pulchre noram, & 51 a, Pulcherrime ferre fortunam aduersam.

☞ Syntaxis. *Te pulchrum ac beatum putas? Vua fructu læta, aspectu pulchra. Illi pulchre est. Pulchre ferre fortunam aduersam.*

PVLCHRITVDO, nis. *forma species, dignitas, forma & species liberalis. Nitor*. Tuscula. 125 b, Vt corporis est quædam apta figura membrorum cum coloris quadam suauitate, eaque pulchritudo dicitur: sic in animo, &c. de In. 6 a, Excellens muliebris formæ pulchritudo. de Orat. 149 b, Si illam præclaram & eximiam speciem oratoris perfecti, & pulchritudinem adamastis. de Fin. 75 b, Honestum pulchritudine sua, specieque laudabile est. Offi. 20 a, Pulchritudo corporis apta cõpositione membrorum mouet oculos, & delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt. de Or. 159 b, Hæc tantam habet pulchritudinem, ut nulla species ne excogitare quidem possit ornatior. Offi. 40 b, Quis non admiretur splendorem pulchritudinemque uirtutis? I. P. 96 b, Habet hoc uirtus, ut species eius & pulchritudo etiam in hoste posita delectet. de D. 91 a, Mulier

eximia

eximia pulchritudine. de D. 85 a, Veneris Cnidiæ Coæque pulchritudo. de Off. 54 a, Oris pulchritudo. Off. 3 b, Nullum aliud animal pulchritudinem, venustatem, conuenientiam partium sentit. Offi. 19 b, Venustas & pulchritudo corporis secerni non potest à valetudine & 26 a, Pulchritudinis duo genera sunt, quorum in altero venustas, & in altero dignitas: venustatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. ° ad Her. 16 D. Nitor vrbis, idest pulchritudo.]

☞ Syntaxis. *Forma pulchritudo. Eximia & præclara species ac pulchritudo. Honesti pulchritudo ac species. Pulchritudo, venustas, partium conuenientia. Cum pulchritudinis venustas, muliaris est: virilis autem dignitas.*

Pvlegivm, legi. vel Pvlegivm, gij. de D. 115 a, Puleium aridum florescere dicitur ipso brumali die. Epi. 66 a, Cras expecto Leptã: etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui sermonis vtendum est.

Pvllarivs, rij. de D. 125 b, Attulit in cauea pullos, is qui ex eo nominatur pullarius. cont. Rul. 72 b, Iubet auspicij causa. Decemuiros habere pullarios. Ep. li. 10, 151 a, Oblata religio Cornuto est pullariorum admonitu.

Pvllvs, a, um. *ater.* in Vat. 39 a, Vt in epulo. Qu. Arij familiaris mei cũ toga pulla accumberes, & ibid. Quis vnquam cœnauit atratus? I. V. 212 b, Verres cum tunica pulla & pallio.

Pvllvs, li. *tener volucris.* de D. 129 b, de N. 27 b, Cum cauea liberti pulli non pascerentur, & 50 b, Ex ouis pulli orti relinquunt eas, à quibus exclusi fotique sunt, & 52 a, Cum gallinæ ex ouis pullos excluse runt. Epi. 138 a, Pullus columbinus. Q. F. 300 b, Licinius plagiarius cum suo pullo miluino.

Pvlmentvm, ti. *obsonium.* Tuscu. 246 a, Mihi rubile terra pulmentum fames.

Pvlmo, onis. *hauriendo spiritu pars apta.* de D. 98 a, Cur pulmo incisus in extis proferat diem, & 114 b, Tauri opimi iecur, aut cor, aut pulmo, quid habet naturale, quod possit. &c & de Nat. 21 a, Cerebrum, cor, pulmones, iecur. de Na. 53 b, In pulmonibus inest raritas quædã & assimilis spongiæ mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima, qui tum se contrahunt aspirantes, tum spiritu dilatant, ut frequenter ducatur cibus animalis qui maxime aluntur animantes. de Nat. 53 a, Aspera arteria ad pulmones vsque pertinens excipit animam eam, quæ ducta est spiritu, eandemque à pulmonibus respirat. Tusc. 156 a, & 184 b, Quod fieri sine laterum & pulmonum vi & figura nõ potest.

Pvlmones, *pro pulmone dicere intellectio figura est.* ad Her. 34 b.

Pvls, de D. 123 b, Si auis fama enecta in offam pultis inuadit, hoc tu auspicium putas.

Pvlsatio, onis. *verberatio.* pro Cæl. 42 a, De alexandrinorum pulsatione Puteolana, & ad Her. 14 a.

Pvlsatvs, a, um. pro Cæl. 41 a, Aiebant fore testem senatorem, qui se pulsatum a Cælio diceret.

Pvlso, as. I. V. 122 a, Si quis cum pulsasset, edixit sese iudicium iniuriarum non daturum. ad Her. 17 a, Pueri tui modo me pulsauerunt.

Pvlsor, *impellor.* de Nat. 24 a, Cum Deus pulsetur agiteturque incursione atomorum. de Di. 133 b, Animos externa & aduentitia visione pulsari.

¶ *Percutior.* I. V. 162 b, 264 b, Videtis pendere alio ex arbore, pulsari alios atque verberari.

Pvlsvs, a, um. de Ora. 163 a, Nerui in fidibus à motu digitorum pulsi. de Nat. 7 a, Sensus quo natura ipsa pulsa sentit.

Pvlsvs, sus. *motus, agitatio.* Tusculano. 159 b, In animum est quod pulsu agitatur externo. de Diui. 132 b, Siue externus & aduentitius pulsus animos dormientium commouet siue per se ipsi animi mouentur, & 136 b, Nulla species cogitari potest, nisi pulsu imaginum. de Ora. 97 b, Intermisso impetu pulsuque remotum.

☞ Syntaxis. *Pulsatur visus animus. Externo pulsu agitatur inanimũ. Imaginum pulsus cogitationes efficit. Impetus pulsusque remotum.*

Pvlvervlentvs, a, um. At. 75 b, Nunc iter faciebam æstuosa & puluerulenta via.

Pvlvinar, is. *lectulus religione in templo positus, & consecratus dijs.* I. C. 216 a, Ad omnia puluinaria supplicatio decreta est. Tus. 210 a, Puluinaria deorum. de At. 145 b, Qui puluinaribus Bonæ deæ stuprum intulit. pro Dom. 240 b, Ea aram & ædiculam, & puluinar suo saxo sacro dedicauit. de Aru. 250 a, Qui sacerdotem ab ipsis aris puluinaribusque detraxisti. I. A. 281 a, Diuus Iulius habuit puluinar, simulachrum, fastigium, flaminem.

Pvlvinvs, ni. *lectulus, quo vtimur, vt commodius sedeamus, vt tossino.* de Orato. 87 a, Tam crassum puluinos proposuisse, & omnes in ijs sedibus, quæ erat sub platano, concudisse dicebat. I. V. 247 a, Lectica, in qua erat puluinus Melitensi rosa farctus. Ep. 138 a, Sella tibi in ludo, cum puluinus sequentur.

☞ Syntaxis. *Ad puluinaria decernitur supplicatio. Puluinaribus. Deæ stuprum inferre. Puluinus. Melitensi rosa farctus.*

Pvlvis, eris. *arida, leuisque terra.* Quint. Frat. 315 b, Eo loco puluis, non glarea iniecta est. de Inuent. 52 a, Multus erat in calceis puluis.

¶ *Doctrina.* de N. 53 a, Eruditos pulueris mathematicorum.

¶ *Forensis actio.* de Ora. 97 b, Educere dictionem ex vmbratili exercitatione in puluerem, &c.

Pvnctvm, cti. *linea extremum.* Aca. 29 a, Punctum est, quod magnitudinem nullam habet.

¶ *Momentum.* pro Clu. 25 b, Neque postea Latini punctum est temporis commoratus. pro Fla. 158 b, Vniuersorum ciuium Romanorum

per tot urbes uno pũcto temporis misera crudelisque cædes pro Do. 236 b, Eodem puncto temporis, quo, &c. pro Sest. 15 a, Die dico? imo hora atque etiam puncto temporis eodem. de Nat. 12 a, Nullo puncto temporis intermisse uersari circum axem cęli. & 14 b, Omnibus minimis temporum punctis. Episto. 82 b, Quare ne punctum quidem temporis in ista fortuna fuisse, nisi, &c. I. A. 218 a, Ne punctum quidem temporis oppugnatio respirauit. I. V. 97 a, Ille nullum temporis punctum vacuum peccato præterire passus est. I. C. 119 b, Eos puncto temporis uiuere non oportere puto. de Natu. 28 a, Consules summum imperium statim deponere maluerunt, quàm id tenere punctum temporis contra religionem. Tuscu. 165 b, & Episto. 82 b, Hoc enim fit ad punctum temporis. I. A. 166 a, Attende enim paulisper, cogitationemque sobrij hominis ad punctum temporis suscipe. I. A. 181 a, Hunc diem hoc punctum temporis, quo loquor, defende, si potest. de Legib. 182 a, Leges uno versiculo senatus, puncto temporis sublatæ.

¶ *Suffragia.* pro Mur. 141 a, Recordor quantum hæ quæstiones in senatu habitę punctorum nobis detraxerint. pro Plan. 270 a, At non nullos tribus punctis pene totidem tulerunt, & ibi. b, Quot in ea tribu puncta tuleris. Tusculano. 188 b, Punctis singulis honores colligere.

¶ *Capita rationum præcipua vel conclusiones ipsæ.* de Orat. 124 b, Parad. 116 a, Cato neque dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis quasi punctis quod proposuit, efficit.

Pvnctvs, a, um. *infictus.* pro Mil. 124 b, Vulnus in latere, quod acu pũctum uideretur, pro ictu gladiatoris putari.

Pvngo, *ango, mal. habeo, molestiam affero, perstringo, stimulo, stimulum admoueo, stimulis fodio.* pro Sest. 8 b, Gladius qui per se pungere non potuisset. de Fin. 107 b, Pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis angustis. pro S. R. 19 b, Hunc mihi ex animo scrupulum euelle, qui me dies noctesque stimulat ac pungit. Tusc. 248 a, Quos tamen pungit aliquid, cum illa unde habeant, recordantur. Attico. 31 a, Primum epistola illa ita me pupugit, ut somnum mihi ademerit. Epistol. 25 a, Extrema pagella pupugit me, & 102 a, Pungit me rursus, quod scribis, &c.

☞ Syntaxis. *Scrupulus hic me stimulat ac pungit.*

Pvnicanvs, a, um. pro Mur. 142 a, Atque ille strauit pelliculis hœdinis lectulos punicanos.

Pvnicvs, a, um. Tus. 201 b, Bellum punicum.

Pvniendvs, a, um. de Ora. 203 a. Iracundia est cupiditas puniendi doloris. L. Pvnitor. Offi. 18 a, Prohibenda est autem ira in puniendo. pro Mil. 104 b, Hoc facinus puniendum est. pro Dom. 228 b, Tu eum supplicio puniendum putasti. pro Mil. 118 a, Vos aliquando ad eum puniendum oculos aperuistis. de Arusp. 247 a, Senatus meam domũ à magistratibus defendendam, à iudicibus puniendam putauit. Offi. 7 b, Est enim vlciscendi & puniendi modus.

Pvniens, tis. Tusc 204 b, Quid ille Terentianus, ipse se puniens, idest, ἑαυτὸν τιμωρούμενος.

Pvnio, is. *punior, vindico, castigo, plecto, vlciscor, pœna vel supplicio afficio, supplicio, constringo, animaduerto, pœnam vel supplicium sumo, supplicium adhibeo, supplicio vindico, supplicium alicui soluo, mulctam vel pœnam irrogo, pœnam alicui tribuo, supplicium exhibeo, exemplum in aliquẽ edo.* Offic. 16 a, Punire sontes. pro Cec. 286 a, Punire maleficium. de In. 70 b, Vindicatio est, per quam peccata punimus.

Pvnior, iris. *punio.* de In. 72 a, b, Tum leges quoque & iudicia demonstranda sunt, per quę potuerit id peccatum, quod sponte sua reus punitus sit, moribus & iudicio uindicari. pro Mil. 108 a, Cuius tu inimicissimum multo crudelius etiam punitus es, quàm erat humanitatis meæ postulare. Philip. 8, Vt clarissimorum hominum crudelissimam punireris necem.

Pvnitvs, a, um. *mulctatus.* pro Mil. 108 a, Tu me iratum Sexte putas tibi, cuius tu inimicissimum multo crudelius etiam punitus es, quã erat humanitatis meæ postulare. de Inu. 72 b, Postea leuius demonstrando reum punitum, quàm sit ille promeritus.

Pvnitor, oris. pro Mil. 108 a, At fuit ultor iniuriæ, punitor doloris sui.

Pvpilla, æ. de N. 54 b, Acies ipsa quam cernimus, quæ pupilla uocatur, ita parua est ut quæ nocere possint, facile uitet.

Pvpillvs, li. *impuber, qui desijt esse in patris potestate, vel morte, vel emancipatione, vt Pom. ait de Verg. sig.* I. V. 107 a, Iste infanti pupillæ fortunas patrias ademit. pro Q. R. 47 b, Pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit.

Pvpinia, æ. *regio.* cont. Rul. 85 b.

Pvppis, pis. *nauis pars posterior.* de Ora. 159 a, In nauigio latera, carinam, proram, puppim. de Senect. 80 b, Gubernator sedens in puppi, clauum tenet. Ep. 134 b, Sedebam enim in puppi, clauumque tenebam. & de D. 103 a, Et ex Taygeto monte extrema montis quasi puppis auulsa est. Att. 210 b, Conuertere nauem ad puppim.

¶ Prora & puppis. *prouerbium.* L. Prora.

Pvre. *caste, simpliciter, candide.* de Opt. 243 a, Pure & emendate loqui. Att. 7 a, Pure loqui. de Ora. 96 b, Pure & Latine loqui. de Senect. 79 b, Quiete, pure, & eleganter acta ætas. de Na. 1 b, Pure & caste deos venerari.

Pvrgandvm, de Diui. 83 b, Quid scammoneæ radix ad purgandum possit.

Pvrgatio, *satisfactio, excusatio.* pro Syll. 174 b, Nam cuius scientia de omnibus constat fuisse, eius ignoratio de aliquo purgatio debet uideri. de Inu. 45 b, Purgatio est, cum factum conceditur, culpa remouetur. de Na. 71 a, Æsculapius primus aluo purgationem inuenit. Epistola

stula. 263 a, Iuedia, & purgationibus & vi ipsius morbi consumptio est.

PVRGATVS, a, um I.A. 261 b, Si parum vobis essem sine defensione purgatus.

PVRGO, as. *expurgo*. Tusc. 241 a. Immissi cum falcibus multi purgarunt, & aperuerunt locum. item, Educ tecum omnes tuos, purga vrbem. pro Sest. 20 a, Tu cædem maximam facias? forum purges? de Na. 51 a, Vomitione canis purgare aluos ibes Ægyptiæ curant. & ibidem b, Ceruæ paulo ante partum perpurgant se quadam herba, quæ seselis dicitur.

¶ *Excuso, defendo, libero culpa*. pro S.R. 38 b, Seruos ipsos neq; arguo neque purgo. Epi. 198 b, Quòd te mihi de Sempronio purgas accipio excusationem. Att. 19 b, Q.F. purgat se mihi per literas. Att. 207 a, Brutus per literas purgat Cæsarem de interitu Marcelli. pro S.R. 24 b, De luxuria purgauit Erutius. Att. 46 a, Nam quòd purgas eos, &c. Q. de Pet. 210 a, Si quis tibi se purgare volet, quod suspectum esse arbitretur. Ora. 119 b, Ab aliquo cui te purges, veniam petere. Epi. 108 a, Libenter tibi me purgassem. & 214 a, Purgare se alicui do aliqua re, & 41 a.

☞ Syntaxis. *Purgare & aperire locum. Purgare aluos vomitione. Perpurgare se. De Cas. se mihi purgo, de aliqua re.*

PVRPVRA, æ. *rubor color & splendens, qualis fere est rosæ, vel vestis eius coloris, a purpura pisce, cuius succo vestes tingebantur*. L. CONCHYLIVM. I.C. 105 b, Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura. pro Flac. 161 a, Purpura Tyria. I. V. 256 b, & 213 a, Ipse dabat purpuram, amici opera. pro Cl. 40 b, Illa vsque ad talos demissa purpura. pro Sest. 6 b, Vestitus asper nostra hac purpura plebea ac pene fusca. Orat. 206 a, Numeros cum numeris tanquam purpuram misceri.

PVRPVRASCERE, *purpureum fieri*. Acade. lib. secundo, apud Nonium, Quid mare? nonne cæruleum? aut eius vnda, cum pulsa remis purpurascit?

PVRPVRATVS, a, um. *conchyliatus, purpura ornatus*. Tusculano. 170 b, Quid Cyrenæum Theodorum Philosophum non ignobilem nonne miramur? cui cum Lysimachus rex crucem minaretur. Istis quæso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis. In Cat. 4. Cum verò mihi proposui regnantem Lentulum purpuratum esse hunc Gabinium.

PVRPVREVS, a, um. In Verr 242 a, Iste cum pallio purpureo tunicaque talari versabatur in conuiuiis. de Di. 105 a, Cæsar cum purpurea veste processit. & 116 a, Cæsar cum vestitu purpureo, &c. Acade. 26 b, Mare purpureum.

☞ Syntaxis. *Purpura fulgere. Purpurascens maris vnda. Mare purpureum.*

PVRVS, a, um. *mundus, castus, inuiolatus, integer, liquidus*. In Ver. 311 a, Argentum illi cæterum purum apposuit, ne purus ipse relinqueretur. pro Cæcin. 300 a, Quicquid inde haurias, purum liquidumque te haurire sentias. de Arusp. 245 b, Nulla in hac vrbe domus ab hac religionis suspicione tam vacua atque pura est. de Senectute, 89 b, Humus sublata atque pura. de Diui. 115 b, & Tusculan. 158 a, Castus animus & purus. de Senectute 93 b, Animus omni admistione corporis liberatus, purus & integer esse cœpit. pro Milon. 123 a, Pura atque integra mens. de Natu. 34 a, Aer purus ac tenuis.)(*crassus & concretus*. de Ar. 256 b, Clodius tantum abest a principibus, quantum a puris & religiosis. pro Qu. R. 47 b, Vir purus, prudens, &c. 201 b, Lenitas orationis, & purum quasi quoddam & candidum genus dicendi. de Cla. 189 a, Nihil est in historia, pura & illustri breuitate dulcius.

☞ Syntaxis. *Purum, liquidum haurire. Argentum purum. Suspicione vacuus & purus. Castus, & purus. Purus & integer animus. Nihil est in historia pura & illustri breuitate dulcius. (præceptum retine.)*

PVSILLVS, a, um. *paruus, breuis*. Attico. 69 a, Habuimus in Tusculano quasi pusillam Romam: tanta erat in his locis multitudo. & 195 a, Villula valde pusilla. Epistol. 29 a, Illud vero pusilli animi, &cæt. de Orat. 131 b, Pusillus testis processit. & ibidem. per pusillum rogabo. Attico. 89 a, & 281 b, Pusilla epistola. Epistlo. 104 b, Nactus pusillum laxamenti, &c. Epist. lib. 5, Pusilli homines.)(*potentissimi*. In V. 4, Libelli pusilli, &c.

☞ Syntaxis. *Perpusillum rogare. Pusillum laxamenti.*

PVSIO, onis. *puerulus*. pro Cæl. 45 a, Qui tecum semper pusio cum maiore sorore cubitauit. Tusculan. 160 a, Socrates pusionem quendam interrogat, &c.

PVTAMEN, nis. *nucis durior cortex*. Tusc. 239 b, Candentibus iuglandium putaminibus barbam & capillum adurere.

PVTATIO, onis. de Or. 106 b, Nemo nescit, quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium.

PVTEAL, lis. *operculum, quale puteis imponi solet, et locus in Comitio Romæ*. de D. 78 a, Cotem illam & nouaculam defossam in Comitio, supraque impositum puteal accepimus. pro Sest. 6 b, puteali, & feneratorum gregibus inflatur. Acad. 15 b, Prætetea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere, & putealia sigillata duo. *Legitur etiam plureulea sigilla, & putealia sigilla.*

PVTEO, es. *male oleo*. Aca. li. 2. Quibus etiam alabaster plenus vnguenti putere videtur Nonius.

PVTEOLANVS, a, um. I. A. 266 a, Aquæ Puteolanæ.

PVTEOLI, orum. *oppidum* pro Plan. 273 a, Cum puteolos venissem, me vnum ex iis feci, qui ad aquas uenissent. cont. Rul. 83 a.

PVTEVS, tei. de Pro 70 a, Virgines se in puteos abiecerunt. de D. 113 b, & 114 a, Quale pherecydeum illud, quod est a te dictum: qui cùm aquam uidisset ex puteo haustam, terræmotum dixit futurum. ité, Haurire aquam de iugi puteo de Na. 31 a, Ex puteis iugibus aquam calidam trahi.

☞ Syntaxis. *Haurire aquam ex puteo, de puteo iugi.*

PVTIDE. *fastidiosè, molestè*. de Or. 146 b, Nolo exprimi literas putidius. de Cl. 191 a, Ineptè, odiose & putide dicere.

PVTIDIVSCVLVS, a, *blandus*. Epi. 97 b, Sumus enim putidiusculi, quam per te uix licet: uerum, ut spero, licebit.

PVTIDVS, a, om. *odorem mali, malè olens, in suauis, molestus, grauis, fastidiosus κακόζηλος*. I.P. 83 a, Ego istius pecudis ac putidæ carnis concilio uti volebam? Officio. 27 a, Sonus erat dulcis, literæ neque expressæ, neque oppressæ, ne aut obscurum esset, aut nimis putidum, idest, exquisitum. Attico. 8 b, Vereor, ne putidum sit scribere ad te, quàm sim occupatus. de Orato. 147 b, Spero hæc uobis molesta & putida uideri. Orato. 199 a, Cum Demosthenes Athenis exagitetur, ut putidus, idest κακόζηλος.

PVTISCERE. *à putidus, idest, malè olere*. de Finibus lib. 5, Non inscitè illud dictum in suæ, animũ illi pecudi datum pro sale, ne putresceret. Nonius. L. SAL.

☞ Syntaxis. *Inepte, odiose, putide dicere. Pecus & caro putida. (Contumeliosè dictum.) Nimis obscurum in voce, aut putidum. Molestum ac putidum.*

PVTISSIMVS. *purissimus*. L. PVTVS.

PVTO, as. *reor, sentio, spero, opinio mea fert, in ea opinione sum, eo sum consilio vt putem, &c.* pro Pl. 261 a, In quo primum illud debes putare, comitiis studium esse populi, non iudicium. I. A. 238 a, Tantumque abfuit, ut periculosum reip. M. Bruti putaret exercitum, ut in eo firmissimum reipu. præsidium poneret. Ep. 112 b, Puto ut suum gaudium gauderemus. * Epist. 115 a, Paratiorque nilus est, quam sperauerat accusator, id est, quam putauerat.]

¶ *Censeo, habeo, iudico, existimo, æstimo*. de Cl. 174 b, In Scauri oratione summa inerat autoritas, non ut causam, sed ut testimonium dicere putares, cum pro reis diceret. I. A. 236 b, Itaque si ad nos nihil referetur de Dolabella persequendo, tamen ego pro decreto putarẽ. Att. 193 a, Ego te unum pluris quàm omnes illos puto. pro Plã. 261 a. Honores, si magni non putemus, non seruire populo. I. V. 202 b, Si denarius CCCC. Cupidinem illum putasset. *id est, æstimasset*. Epi. 97 b, Putare aliquid loco criminis, & 10 b, Putare aliquid animi uel maximi. I. V. 58 b, Pro nihilo putare aliquem. de Fin. 96 a, Putare aliquid pro nihilo. I. A. 232 b, Bestia damnationem pro prætura putat. *idest, damnationem putat esse præturam.*

¶ *suspicor*. Att. 8 b, Noli putare me, &c.

¶ *Conficio*. Att. 60 b, Putare rationes cum publicanis.

PVTOR, ris. Or. 216 b, Id in dicendo numerosum putatur. pro Mil. 114 a, Aliquem indoctum Putari pro doct. de O. 140 a, Sapientia & magnitudo animi tenues, & pro nihilo putantur, si, &c.

PVTRESCO, scis. de Natura 58 a, Sui ne putresceret, anima pro sale data est. de Finibus 133 b, Animus illi datus pro sale, ne putresceret. *aliter putisceret*. Tuscula. 170 b, Nihil mea interest, humine an sublime putrescam.

PVTRIDVS, a, um. *rancidus*. I. P. 79, Philosæ genæ, dentes putridi.

PVTVS, a, um. *purus, sincerus*. Att. 28 a, Vt sciat hic Hierosolymitarius traductor ad plebem, quam bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit.

PYLADEA amicitia. de Fin. 82 b.

PYRAMIS, idis. *meta*. de N. 6 b, Forma Pyramidis.

Πυρόεις. L. MARS.

PYRAMVS, *fluuius*. Epist. 42.

PYRENÆVS, æi. *mons*. Att. 221 a.

PYRGENSIS, se. de Or. 135 b, M. Antistius Pyrgensis.

PYRRHONEI, *philosophi, à Pyrrhone magistro*. de Or. 148 b.

PYTHAGORAS, ræ. *philosophus*. de Natura deorum 17 b, Pythagoras cẽsuit Deum animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem, ex quo animi nostri caperentur. 3. de Natura deorũ 77 b, Pythagoras quum in Geometria noui quiddã inuenisset, Musis bouem immolasse dicitur. Tusculano. quæstio. lib. 5, Pythagoras cum in Italiam uenisset, exornauit eam Græciam quæ magna dicta est, & priuatim & publicè præstantissimis & institutis & artibus. Tusculan. quæstio. lib. 1, Pythagoras discipulus pherecydis, opinionem de immortalitate animorum maxime cõfirmauit. 3. de Natura deorum. Pythagoras existimat ad harmoniam canere mundum. Tusculan. q. lib. 4, Pythagoras fuit in Italia temporibus iisdem, quibus L. Brutus patriam liberauit. Tuscu quæst. lib. 4, Erat enim illis pene in conspectu præstanti sapientia & nobilitate Pythagoras, &c. Tuscula. quæst. lib. 5, 156 b, Pythagoras interrogatus à Leonte phliasiorum Principe, qua maxime arte confideret? artem quidem se nullam scire respondit, sed esse philosophum. Tusc. q. lib. 5, Pythagoras interrogatus à Leonte quinam essent philosophi, & quid inter eos & reliquos interesset? respondit, similem sibi uideri uitam hominum, & mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Græciæ celebritate. Tusc. q. lib. 1, Pythagoras magnam Græciam tenuit cum honore & disciplina, tum etiam autoritate. de Diu. lib. 1, Phytagoras magnam autoritatem tribuit diuinationi. Tusc. q. lib. 1, Pythagoras regnante Tarquinio Superbo, in Italiam uenit. Tusc. q. lib. 5, Pythagoras phliuntem uenit, ibique cum Leonte Principem phliasiorom docte & copiose quędam disseruit. Cat. Pythagoras uotat, iniussu imperatoris, id est, Dei, de præsidio & statione uitæ decedere. Offi. 1, Efficitur id quod pythagoras uult in amicitia, ut unus fiat ex pluribus. de Diu. lib. 1, Pythagoras etiam ipse augur esse uoluit. 3. de Nat. deor. Pythagoras ut Apollini quidem Delio hostiam

immolare

immolare voluit, ne arma sanguine aspergere. Tusc. li. q. 4. Pythagoras & Plato animum in duas partes diuidunt alteram rationis participem faciunt, alteram expertem, in participe rationis ponunt tranquillitatem, id est placidam quietatamque constantiam: in illa altera, motus turbidos tum iræ, tum cupiditatis, contrarios inimicosque rationi. de Diu. lib. 2, Pythagoras & Plato, quo in somnijs certiora videamus, præparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum iubent. Tusc. q lib. 4, Pythagoræ autem doctrina cum longe lateque flueret, &c. Tuscu. q. lib. 4, Pythagoræ doctrinam permanauisse in hanc ciuitatem probatur. 2. de Leg. A Pythagora uiro doctissimo illud bene dictum est, tum maxime & pietatem & religionem versari in animis cum rebus diuinis operam dare mus. de Orat. 122 b, De Pythagora & Numa Pompilio.

PYTHAGOREVS, a, um. Tusc. 156 b, Off. 31 b, Pythagoreus Lysis 1. de Leg. 162 b, Pythagorea vox, *τὰ τῶν φίλων κοινά, καὶ φιλίας ἰσότητα*. de Diu. lib. 2. Pythagorei faba abstinuere. Cat. Pythagorei nunquam dubitarunt, quin ex vniuersa mente diuina delibatos animo haberemus. Cat. Pythagorei Italici philosophi quondam nominati. de Di. li. 1, Pythagorei non solum deorum voces obseruauerunt, sed etiam hominum, quæ vocant omnia. Tusc. q. lib. 4 Pythagorei carminibus soliti illi esse dicuntur, & præcepta quædam occultius tradere, & mentes suas à cogitationum intentione cantu fidibusque ad tranquillitatem traducere. Academ. q. ed. 1. lib. 2, Pythagorei ex numeris & Mathematicorum initijs proficisci volunt omnia. 2. de Or. 52 a b, Referta quondam Italia pythagoreorum fuit. de Vni. 1, Pythagoreorum nobiliom extincta disciplina, quam aliquot secula in Italia, Siciliaque viguisset. Tusc. q. lib. 1, Pythagoreorum nomen multa secula sic viguit, ut nulli alij docti viderentur. de Sen. Audiebam pythagoram pythagoreosque incolas pene nostros, &c.

PYTHAGORICVS, a, um. de Sen. 93 b, Audiebam pythagoram, pythagoreosque incolas pene nostros, qui essent Italici philosophi quondam nominati. de Nat. lib. 1, Pythagorici ferunt Orphicum carmen fuisse, cuius Cercopis. L. FARA, & INTERDICO.

PYTHIA, thiæ. *virgo Apollinis sacerdos*. de Diu. 97 a, Nam terræ vis pythiam Delphis incitabat.

PYTHIVS, thii *Apollinis cognomen*. pro Font. 280 a, Galli Delphos vsque ad Apollinem pythium profecti sunt. de Orat. 101 b, de Diuina. 88, de Leg. 178, Att. 274.

PYXIS, idis. *arcula*. pro Cæl. 50 b, Aiunt eodem Licinium esse venturũ, ac seruis ueneni pyxidem traditurum, & 51 a, Cum Licinius pyxidem teneret in manu, & b, Illa pyxis, &c.

Q

Latinorum litera muta, affinis C.

¶ *In eorundem notis Quintum, vel Quintium indicat.*

QVA, *ablatiuus*. Acad lib. 2, Qua de caussa. ad Her. lib. 1, Firmi similitudine eius rei, qua de re agitur ad eam rem, qua de re iudicatum est item, Qua de re iudices vobis magnopere prouidendum est. Att. lib 8, Ne forte qua re impediar. pro Ros. Co. Quod si facit, qua impudentia est, cum ne testem improbabis?

¶ *Partim, qua parte vel ratione*. Quint. F. 310 a, Omnia conuestiuit edera, qua basim uillæ, qua inter columnia ambulationis. Attico. 34 a, Qua dominus, qua aduocati sibiles consciili sunt. Att. 246 b, Intelligo te distentissimum esse, qua de Buthrotis, qua de Bruto. Attico. 248 a, Quàm expedita consilia tua? quam coigilata tuis cogitationibus, qua itineris, qua nauigationis, qua congressus sermonisque cũ Cęsare. Orat. 91 a, Mihi licet vagari, qua volo. pro Cecio. 288 b, Omnes introitus, qua adiri poterat in eum fundum, & ibidem: Quod ea proxime adiri poterat. I. A. 187 b, Ipse in templum nescio qua per cuniculum ascendit. pro Cec. 298 b, Nimia potentia quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, qua denique digitum proferat, non habet. Att. 150 b, Qua autem & quo nihil scimus. L. A. 206 b, Prędico vobis eum delectus qua possis habiturum.

QVACVNQVE. de Fin. 125 a, Quacunque ingredimur in aliquam historiam vestigium ponimus. I. V. 85 a, Quacunque iter fecit. Attic. 232 a, Quacunque nos mouemus. contra Rull. 73 a, Quacunque uelis uagari.

QVADRANTARIVS, a, um. *à quadrante nummo, qui quadrante meret*. pro Cæl. 50 b, Nisi forte mulier potens quadrantaria illa permotatione, familiaris facta erat balneatori.

QVADRAGENARIÆ, cohortes. Att. 87 a, *aliter, Quadringentariæ*.

QVADRAGENI. I. V. Act 3, Columnas H-S. Quadragenis milibus locatas.

QVADRAGIES. pro Fl. 125 a, Sestertium ter & quadragies.

QVADRANDVS, a, um. *aptandus*. Orato. 216 a, Sic minime animaduertetur delectationis aucupium, & quadrandæ orationis industria. *id est, componenda.*

QVADRATVM, ti. Tuscul. 160 a, Posionem quendam Socrates interrogat quædam Geometrica de dimensione quadrati. de Fin. 71 b, Quadratum, rotundum. de N. 6 b, Forma quadrati. de D. 127 a, Cum autem stellæ in eam ipsam partem orbis venerint, in qua sit ortus eius qui nascitur, aut in eam quæ coniunctum aliquid habeat, aut consentiens, ea triangulas illi & quadrata nominant.

QVADRATVS, a, um. In Anton. 180, Quadrato agmine milites sequuntur.

QVADRIENNIO ante mortem, &c. de Optim. 244 b, & de Officio. 79

a, Quadriennio post factus sum prætor. * in Ver. 106 b, Quadriennium.]

QVADRIGARIVS, rii. *qui quadrigas agitat*. pro C. Cornel. de maiestate. Asconius.

QVADRIGA, arum. *rheda quatuor equis vecta*. de N. 72 a, Mineruam quadrigarum inuentricem ferũt. de D. 138 a, Curru quadrigarum vehi. pro Muræ. 137 b, Quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere. de Cl. 180 a, Nec in quadrigis, qui vix e carceribus exierit. de Cl. 196 b, Bruti adolescentia per medias laudes quasi quadrigis vehens. *id est, vecta*. . Or. 215 a, Pomeridianæ quadrigæ. Q. F. Quadrigis poeticis modo mihi date Britanniam.

☞ Syntaxis. *Quadrigarum currus, curriculum, &c.*

QVADRIGVLÆ, arum. *parua quadriga*. de Fat. 141 a.

QVADRIIVGVS, a, um. Tusculan. 171 a, Quadriiugo curru raptari. *id est quadrigis*. Poetæ.

QVADRIMVS, a, um. *quatuor annos habens*. Episto. 265, Vna interpositio omnino difficilior est de quadrimo Catone.

QVADRINGENTI, orum. de Diuinatio. 118 a, Quadringentis talis iactis, &c.

QVADRINGENTESIMVSDECIMVS. de Cl. 171.

QVADRINGENTIES, *aduerbium*. I. V. 81, I. A. 186 & 178.

QVADRINGENI, a, um. Att. lib. 4, Vt ambo H-S. Quadringena consulibus darent, si essent ipsi Coss. facti.

QVADRIPARTITVS, a, um. *in quatuor partes distributus*. Tusculana. 162 a, Commutationes temporum quadripartitæ. de Inuent. 11. & 55, & in Ver. 82.

QVADRIREMIS, mis. *nauis, qua in singulis sedibus quatuor remos habet*. in Ver. 255 a.

QVADRO, as. *conuenio*. de Orato. 159 a, Coniunctionem verborum sicuti uersum numerose cadere, & quadrare & perfici volumus. pro Cæl. 52 b, Nisi omnia turpia in istam quadrare apte uiderentur. de Cla. 168 a, Quoniam tibi quadrat, omnia in illis fuisse patria. I. V. 95 a, Quomodo de eodem quadrarint. Attic. 67 b, Visum est hoc mihi ad multa quadrare.

☞ Syntaxis. *Numerosè cadere, conuenire, & quadrare.*

QVADRVM, dri. *translatum à Geometris perfectionem significat, cum nihil nec excurrit, nec deest*. Orato. 217 a, Redigere sententias in quadrum numerumque, & 220 a, Si alicuius inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam, eamque ordine uerborum paulum commutato in quadrum redigas.

QVADRVPES, dis. *bestia*. de N. 56 b, Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum unctiones. de Or. 114 b, Idem in multis alijs quadrupedibus fecerit. Parad. 118 a, Nihil inter te atque inter quadrupedem interest. de Nat. 48 b,

Hinc dexteram porgens, quadrupes qua vecta tenetur.

QVADRVPLATOR, oris. *delator criminum publicorum, cui pars cedat bonorum eius quem detulit*. ad Her. 13 a, Quadruplator, ut breuiter describam, capitalis est I. V. 112 b, Homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum deterrimus. item ibid. Quadruplatores fuisse. I. V. 58 b, Si a quadruplatoribus, &c. translata sit.

.**QVADRVPLEX**, cis. in Arat.

Præter quadruplices stellas in fronte locatas.

QVADRVPLVM, pli. I. V. 154 b, Dare iudicium in aliquem in quadruplum, & ibid. Quadrupli condemnari.

☞ Syntaxis. *In quadrum numerumque sententia redigenda. Quadruplex (contumelia.) Quadrupli condemnatus, in quadruplum, &c.*

QVÆRO, ris. *scrutor, vestigo, indago, executio, aucupor, requiro, exquiro*. de Orato 93 a, Quo in genere nunquam mihi percuntanti aut quærenti aliquid defuisti, & 113 b, Quærere, & quasi percuntari. I. V. 145 b, Scrutatus sum, quæ potui, & quæsiui omnia. Epist. 143 a, Cum ille, si quis quid quæreret, dixisset, cœnam te quęrere a mane dixeris. Illi uero putabat quęsiturum, num vnum cœlum esset, an innumerabilia, & 127 a, In literas & liberis nauare reip. & de moribus ac legibus quęrere. pro Qu. 1 b, En quę uoce quęsierat, magno sibi quęstui fore putabat. Att. 244 b, Quæro autem quid tandem Sextius in hac re facere possit. Qu. F. 307 a, Me adhuc nemo rogauit, nunquid in Sardiniam uellem. te puto sępe habere, qui, nunquid Romę uelis, quęrant. Par. 124 b, Qui honestè rem quęrunt mercaturis faciendis.

¶ *Scire, volo, cupio*. Episto. 94 b, Omnino si quęris, ludi apparatissimi, sed non tui stomachi, Epist. 186 b, Spemque omnem in Planco habemus: si uerum quęris, in te, &c. ad Br. 91 b, Hoc cogere uolebat, falsas literas esse, & si quęris probabat. Offic. 97 a, Et ea res, si quęris, magno ei honori fuit.

¶ *Peto, scitscitor, percunctor, contor, consulo, interrogo*. Acad. 19 b, Quęrere de aliquo. in Vat. 18 b, De re quęro Vatini, &c. At. 8 a, Ep. 13 b, 45 b, Quærere ex aliquo. de Or. 109 a, Ipse ex eo multa sæpe quæsiui. I. V. 391 b, Quæro nunc a te Hortensi, cum uicis &c. de In. 62 a, Zeusis illi eo quæsiuit ab his, quasnam virgines formosas haberent. de Ora. 85 b, Quæro quid sit, cur, &c. I. A. 205 b, Quamobrem quæsiuit me P. Abuleius, ita respondebo, ut, &c.

¶ *Quæstionem habeo*. I. V. 71 a, Quærere de pecuniis repetundis. pro S. R. 18 a, Quærere de morte alicuius.

¶ *Conflo, comparo*. pro R. P. 130 a, Quærere inuidiam in aliquem.

QVÆROR, ris. de Ora. 118 a, Nihil enim est, quod inter homines ambigatur, in quo non quæratur, aut, &c.

¶ *Quæstio, habetur*. pro S. R. 38 a, In dominos quæri de seruis iniquum est. de Fin. 75 b, P. Scæuola trib. pleb. tulit ad plebem, velletne de ea re quæri. quo plebiscito decreta à Senatu est consuli quæstio Cn. Scipioni. pro Milon. 312 b, Maiores nostri in dominum de seruis quæri noluerunt,

noluerunt. pro Deiot. 144 a, b, More maiorum de seruis in dominũ, ne tormentis quidem quęri licet. pro Mil. 112 b, Cuius de morte tã quam de ceremoniis uiolatis quęritur. Attico. 51 a, Senatus censuit, ut de iis qui ob iudicandum pecuniam accepissent, quęreretur. de Fat. 140 a, Cum omnes nostrarum perturbationum causa quęri videretur.

☞ Syntaxis. *Quaero & percontor. Quaero, & quasi percontor. Scrutari & quaerere. Rem honestè quaerere mercatura faciendâ. Ista bene (si quaeris) procedunt. Quaerere ex aliquo, de aliquo, aliquem multa. Inuidiam in aliquem quaerere, id est conflare.*

QVAESITOR, oris. *iudex quaestionis, praetor vel iudex, qui iudicium exercet, vel qui praeest quaestioni rerum capitalium, & de repetundis.* pro Syll. 182 a, Torméta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque, regit quaesitor, &c. pro Sext. R. 32 b, Hunc quaesitorem & iudicẽ fugiebãt. pro Font. 278 b, Sapiens iudex, aequus quęsitor. Q. Fr. 223 b, Consiliũ varium, quęsitor grauis & firmus. I. V. 71 a, Duo Coss. & quaesitor erũt ex illius voluntate. pro Pl. 267 b, Et si quaesitor eligendus fuisset quẽ potius. &c. in Vat. 36 a, Quaesitor, &c. & pretor. 35 b, & de Cl. 182 b, Mittentem ad horas quaesitorem, vt admittat rogantem.

QVAESITVM, ti. Par. 124 b, Operis dandis, publicis sumendis, quaesito opus est. *in.* Acad. lib. 2, & de Or. lib. 2, Quaesita & disputata.

QVAESO, *obsecro, quaero, peto.* I. V. 71 a, Quid est quęso Metelle iudiciũ corrumpere, si hoc non est? Att. 108 b, Quaeso quid hoc est! contra Rul. 80 b, Id vos potestis quęso concedere? I. V. 129 b, quęso codicem circumfer, ostende. & 224 b, Ad ea quae dicturus sum reficite vos quaeso iudices per deos immortales. At. 183 b, quaeso attende, &c. pro S. R. 40, quaeso vt eum diem memoriae mandetis. & 20 a, Te magnopere quaeso, vt, &c. pro Fl. 159 b, Quamobrem quaeso a vobis Asiatici testes, vt, &c. pro S. R. 40 a, Quaeso a vobis iudices, ut, &c. Atti. 179 b, Quaeso quid sit mihi faciendum. & 212 a, Sed quaeso epistola mea ad Varronem valdené tibi placuit? & 241 b, De te quaeso etiam atque etiam uide &c. Epist. 105 b, Fac quaeso, qui ego sum, esse ita. de Fini. 81 a, Attende quaeso rectumne sit, &c. Epistol. 127 b, Vide quaeso an rectum sit, &c. 36 a, quaeso etiamne tu has ineptias? & 169 b, Deos quaesumus cõsilia tua reipublicae salutaria sint. & 3 a, A te maximopere peto & quaeso. & 62 a, Peto quaesoque, vt &c. & 211 a, Magnopere a te quaeso, vt, &c. & de Inuent. 52 b. Dic quaeso, &c. Postquam. 204 a, Si vobis parum cumulate gratias égero, quaeso obtestorque, ne, &c. At. 108 a, Tu quaeso ad me crebro scribe. I. Ant. 205, b, quod quaesiuisti me, respondebo. Att. 43 b, quaeso ecquid tantum malum est, quod in mea calamitate non sit! & 170 a, Perge quaeso scribere, néc meas literas expectaris.

QVAESTIO, onis. *causa, πρόβλημα, σκέμμα, dubitatio controuersia.* Acade. 8 a, Quaestio autem est appetitio cognitionis, quęstionisque finis inuentio. de Orat. 154 b, De omni re quaecunque in disceptationẽ quęstionemque vocaretur, se copiosissime dicturum esse profiteri. de Natura. 13 b, Quaeritur primùm in ea quaestione quae est de natura deorum, sintne dij, necne sint. de Am. 109 a, Existit autem hoc loco quaestio subdifficilis, num quando, &c. de Natura 1 a, Perdifficilis & perobscura quaestio est de natura deorum. & 96 b, Diuidunt istam de diis immortalibus quaestionem in partes quatuor: primùm dicunt esse deos, deinde quales sint, tum mundum ab his administrari, postremò consulere eos rebus humanis. de Natura. 74 b, quaestio auri Tholosani. Attic. 107 a, Πρόβλημα sanè πολιτικόν. & 106 b, Σκέμμα πολιτικόν. & 115 b, Σκέμμα magnum. Ponere quaestionem. L. QVAESTIVNCVLA. pro Syl. 179 b, Quae res in quaestione versetur. Or. 203 a, Sed id nec dubium est, & si quid habet quęstionis, tamen, &c. & ibidem. Poetę quęstionem attulerunt, quidnam esset illud, quo, &c. de Or. 96 b, Omnem orationem esse aut de infinitae rei quaestione, aut de re certis in personis locata. & ibid. Causae a communi quaestione seiunctae. *id est, a quaestione rei infinita.*

¶ *In foro, diligens criminum, etiam per tormenta inquisitio.* de Orat. 124 a, Hoc falsum est: habita enim quaestio est. pro Mur. 141 a, Quaestiones in Senatu habitae. de Fin. 198 a, Habere quaestionem de aliqua re. pro Cl 56 a, Constituitur quaestio de furto. de Cla. Or. 174 a, quęstiones perpetuę hoc adolescente constitutę. pro S. R. 31 a, pro cluẽ. 56 a, Postulare seruos in quaestionẽ de morte paterna. pro Clu. 56 a, Habere quęstionem in caput alterius de furto. pro S. R. 31 b, Mortis paternae de seruis paternis quaestionem habere filio non licet. & 38 b, Dare seruos in quaestionem. pro Cl. 54 b, Sassia quaestionem habere de viri morte constituit. de Cl. orat. 189 a, C. Visellius iudex quaestionis. pro Clu. 36 a, C. Iunius huic quaestioni praefuerat. & ibi. quo tempore a quaestione ad nullum aliud munus reipu. abduci licebat, eo tempore ad quaestionem ipse abreptus est. pro S. R. 90 a, Cũ huic quaestioni iudex praeesses. de Fin. 75 b, Cum praetor quaestionem inter sicarios exercuisset, aperte cepit pecunias ob rem iudicandam. p Cl. 18 a, Quaestio veneficii. pro Syll. 182 a, quęstiones nobis seruorũ & tormenta accusator minitatur. pro Mur. 134 a. Quęstio peculatus ex altera parte lachrymae, ex altera catenę. de Cl. or 172 b, Socios illa die quęstione fuisse liberatos. pro Milo. 112, Facta en eculeo quaestio est, uitis in iudicio. I. A. 364 b, quod enim attinebat noua lege quaeri de eo qui hominem occidisset? cum esset legibus quaestio constituta. I. A. 231 b, Tum verberibus ac tormentis quaestionem habuit pecuniae publicae. pro Milone. 112 b, Sed quaestiones vrgent Milonem, quae sunt habitę in atrio Libertatis. & 103 b, & 104 a, Erant quaestiones vel de caede, vel de vi: nec erat necesse vt noua quaestio constitueretur. & 107 b, Et Pompeius de iure, non de facto quaestionem tulit.

☞ Syntaxis. *In disceptationem, quaestionemque vocare. Id in quaestione versatur, ponitur. Nihil id habet quaestionis. Iam quaestio habita est, constituta de furto. In quaestionem postulare seruos. In caput alterius de furto quaestionem habere. In quaestionem dare seruos. In eculeo est quaestio facta. Tormentis habere quaestionem pecuniae.*

QVAESTIVNCVLA, lae. de Or. 93 b, Quid mihi nunc inquit Crassus, tanquam alicui Graeculo otioso, & loquaci quaestiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? de Legibus 180, His propositis quaestiunculae multae nascuntur. Episto. lib. 9, 136 b, Quaestiunculis te faciebam attentiorem.

QVAESTVNCVLVS, li. de Diu. li 2, 215 b, Aut fissum iecoris cum lucello meo aut meus quaestunculus cum coelo, terra, rerumque natura.

QVAESTOR, oris. *aerarij & publicae pecuniae praefectus.* I. V. 64 b, Sic enim à maioribus nostris accepimus, prętorem quaestori suo parentis loco esse oportere. de Or. 126 b, & 127 a, C. Norbanus sodalis & quaestor meus. pro Mur. 188 a, Quaestores sortiebantur prouincias.

QVAESTORIVM, rii. *locus praetorium.* pro Pl. 280 b, Iste Thessalonicam me in quaestoriumque perduxit.

QVAESTORIVS, a, um. in Ant. 253 a, Quaestorius vir. de Cl. 189 a, C. Sicinius quaestorius mortuus est. pro Pl. 280 b, Ep. 28 b, Abiicere quaestoriam personam comitisque sumere. I. V. Act. 3. Legatus quaestorius. Ep. lib. 2, Quaestorio adductus officio. Philip. 13, Qui quęstorem. Fam. lib. 7, Quaestoriis comitiis.

QVAESTVOSVS, a, um. *qui quaestum facit, id ex quo quaestus capitur, quod alij lucrosum etiam dicunt.* de Fin. 146 a, Mercatura quaestuosa. Attico. 225 b, Hoc damnum quaestuosum esse uidetur. Tusc. 245 a, Vt quaestuosa mercatura, fructuosa aratio dicitur. I. A. 167 a. Domus quaestuosissima. in Ver. 73 b, Annus vberrimus quaestuosissimusque. Par. 125 b, Venio iam ad sumptuosos, relinquo istum quaestuosum.

☞ Syntaxis. *Homo quaestuosus, mercatura, annus, damnum, domus.*

QVAESTVRA, rae. *quaestoris munus.* I. V. Act. 2, Quaestura primus gradus honoris. pro Mur. 128 a, Quaestura vtriusque propemodum pari momento sortis fuit. I. V. 59 a, Cum iisdem literis illius praetura & tua quęstura consignata sit.

QVAESTVS, stus. *lucrum, compendium, commodum, merces.* in Ver. 110 a, Mercibus suppeditandis cum quaestu compendioque. Tusca. 229 b, Alij emendi quaestu & lucro ducuntur. Offic. 36 a, Illiberales & sordidi quaestus mercenariorum omnium, & 49 b, Habere rempub. quęstui, turpe est. I. P. 98 a, Sestertium centies Romae in quaestu reliquisti. I. V. 114 b, Cum hos sibi quaestus proposuisset magnos atque vberes, & 171 b, & 174 a, Maximos quaestus praedasque fecisse, & 264 b, Facere quaestum furtis. Ep. 251 a, Facere quaestum in aliqua re: pro S. R. 36 b, Sui quaestus aut commodi causa facere aliquid. pro Qu. R. 48 b, Roscius H-S. CCCLIII. quaestus facere noluit. Off. 331 a, Facere quaestum precarium.

☞ Syntaxis. *Merces cum quaestu, compendioque. Emendi quaestus, lucrumque. Quaestus sceniciam habere. In quaestu relinquere talentum.*

QVALIA, *qualitates.* Acad. 44 a.

QVALIS, le. *cuiusmodi, cuius generis, qui.* de Nat. 14 a, Doce me, ubi sint Dij, quales sint corpore animo, uita, & 6 a, Aeternitas spacio qualis sit, intelligi non potest. de Inuen. 44 b, Generis est controuersia, cum quantum, & cuiusmodi, & omnino quale sit, quaeritur. pro Pomp. 11 a, Ac primùm quanta innocentia debent esse imperatores? quanta temperantia? quanta fide? quanta facultate? quanto ingenio? quanta humanitate? quae breuiter, qualia sint, in Cn. Pompeio consideremus: summa enim sunt omnia. de Fin. 83 b, Nihil interest ad beate uiuendum, quali vtaris cibo, Epist. 8 b, Ea eodem cognoscas de toto statu rerum omnium: quae quales sint, non facile est scribere. de Diu. 105 a, Idemque mittit signa nobis eius generis, qualia permulta historia tradidit, & 139 a, Ad aperta & clara somnia ueniamus, quale est de illo interfecto à caupone, &c. Episto. 14 a, Sapientium ciuium, qualem me & esse & numerari uolo. Academ. 21 b, Nullum esse pilum omnibus rebus talem, qualis sit pilus alius. Epist. 16 a, Vidi quasdam in te tales, quales tu, &c I. C. 104 b, At si quis est talis, quales esse omnes oportebat, qui, &c. de Inu. 84 a, Vt non tales, quales ante habitae sint, habeantur. Att. 274 a, Quales tibi sępe scripsi consules, tales extiterunt. pro S. R 20 a, Te magnopere quaeso, ut qualem te iam antea populo Romano praebuisti, talem te nobis hoc tempore impertias. pro Font. 280 a, Quasi fide, quali pietate existimatis esse eos, qui, &c. pro Rab. 96 a, An non intelligis, quos homines quales uiros mortuos summi sceleris arguas? Tusc. 16 a, Si quid sit, hoc non uides at quale sit, uides: sine id quidem, at quantum sit, profecto uides. de Clar. 192 a, Cum qualis quisque orator fuisset, exponeret, & ibi b, Ii fuerunt certe oratores: quanti autem & quales, tu uideris, & 195 b, Genus dicendi volucre atque incitatum, quale nunc est Asia tota de Ora. 113 a, Qualis oratoris & quanti hominis in dicendo putas esse scribere historiam? de Nat. 22 a, Hoc per ipsos deos quale tandem est? Tusc. 202 b, Nam aut de ipsius rei natura, qualis & quanta sit quaerimus. de Inuent. 84 b, Contraria quoque, & quae & qualia sint, intelligimus. de Nat. 44 b, Formae literarum, uel aureae, uel quales libet. de Inu. 83 b, Licet enim rei, qualis & quanta sit, cognoscamus id Atti. 19 b, Talis qualem eum esse scripseras. Offi. 41 b, Si quis id ageret, ut qualis haberi uellet, talis esset. de Leg. 161 a, Nulla gens est, quae non, etiamsi ignoret, qualem habere Deum deceat, tamen habendum sciat. de Vniuer. 196 a, Oratio talis sit, qualis sit illa, quae neque redargui, neque conuinci possit. de Inuen. 44 b, Cum & quid factum sit conuenit, & quo id factum nomine appellari oporteat, & tamẽ quantum, & cuiusmodi, & omnino quale sit, quaeritur, & de Or. 96 b, Tuscu. 158 b, Quasi vero intelligant, qualis sit ipse animus in

corpore

Quandiu nos etiam furor iste tuus eludet? Epist. 196 b, Qui se oppido tandiu tenuit, quandiu in prouincia Parthi fuerunt. Off. 12, Disces, quandiu voles: tandiu autem velle debebis, quoad te, &c.

☞ Syntaxis. *Tamdiu licet, quandiu. Locabis quandiu.*

QVANDO. *cùm, vbi, temporis, ratione præteriti, futuri.* Attic. 120 a, At recuperabis tempus. quando? aut quid ad eam spem est parati? de Orato. 92 b, Quando me ista curasse aut cogitasse arbitramini? I. P. 90 b, Quando hoc bellum Popul. Roman. suscepit? de Diui. 112 a, Vident ex constantissimo motu lunæ, quando illa e regione solis facta occurrit in vmbram terræ, vt eam obscurari necesse sit, quandoque eadem luna, &c. Offic. 49 a, Vtinam, inquit, tunc essem natus, quando Romani dona cepissent. pro Dom. 227 b, Quando igitur est turpe? quando pœna peccati? contra Rullum 74 b, Tum quando Alexandro mortuo legatus Tyrum misimus. de Senectute 85 a, Semper enim in his studiis viuenti, non intelligitur, quando obrepat senectus.

¶ *Cùm, quia, postquam, quoniam, quandoquidem.* de Vn. 197 a, Quando enim trium numerorum, &c. *i. cùm enim, &c.* Epistol. 151 b, Quam quando complexus es, tene. de Diuina. 123 a, Quid ergo? Aius iste, quando eum nemo norat, aiebat & loquebatur. Episto. 83 b, Quare quando, &c. & 124 b, Vt quando ea loca videamus, in quibus, &c. *id est, quoniam.* de Finibus 141 a, Omnes denique, quando, &c. & 124 b, Vt quando ea loca videamus, in quibus, &c. *i. cum, &c.* de Legibus 285 a, Ast quando consulis est, *&c. id est, ast, cùm. &c.* Exx 11. de Som. 320 a, & Off. 45 b, Ep. 76 a, Quando te id video desiderare. *id est, quoniam.* * Episto. 159 b, Celeriter ad comitia quando maturę futura sunt, veniendum censeo.]

QVANDOCVNQVE. *quocunque tempore.* de Som. 130 a, Quandocunque eadem parte sol, eodemque tempore iterum defecerit.

QVANDOQVE. *aliquando.* Epi. 92 b, Ego me Asturæ diutius arbitror cõmoraturum, quoad ille veniat.

QVANDOQVIDEM. *nam, quia.* Parad. 124 a, Tu te posse ditito, quandoquidem potes. de Finibus 133 b, de Oratore 147 b, Quæ sunt in hominum vita, quandoquidem in ea versatur orator. de Orato. 202 a, & de Legibus 186 a, Ita prætermissa pars nulla erit, quandoquidem, &c.

¶ *Cùm, postquam.* de Finibus 140 b, & in Ver. 110 b, Quandoquidem honestum ipsa virtus est. de Cla. 179 a, Quandoquidem tu, &cęt. uellem, &c. in Verr. 190 b, Quando tu quidem in prælio mihi affuisti.

QVANQVAM. *tametsi, etsi. scilicet.* de Oratore 126 b, Quamobrem hoc uos doceo Sulpici, ut in dicendo possitis, &c. quanquam te quidem quid hoc doceam? qui, &c. de Natu. 67 b, Homerus conueniri Herculem apud inferos facit ab Vlyxe: quanquam quem potissimum Herculem colamus, scire sane uelim. Episto 253 a, In integro res nobis erit: quanquam qui cum loquor? cum uno, &c. Tus. 247 a, Omnia iucunda, quanquam sensu corporis iudicentur, ad animum referri tamen. pro S. R. a 7 a, Innocens est quispiam, uerumtamen quanquam abest a culpa, suspicione tamen non caret. de Or. 107 b, Quanquam quoniam, &c. idem Rosc. &c. Par. 241 b, Quanquam uterque utetur, &c. tamen, &c. de Fin. 91 a, Quanquam ea uerba, &c. quanquam, inquam, &c. tamen, &c.

☞ Syntaxis. *Quanquam volo, velim.*

QVANTOPERE. de Ora. 98 a, Neque cum tantopere desiderabam, &c. quantopere delector, &c. & Att. 196 a, & 276 a, Epi. 205 b, Quantopere eius municipij causa laborarem, tibi ostendi. Atti. 224 b, Dici non potest, quantopere gaudeant.

☞ Syntaxis. *Quantopere. Quantoque opere.*

QVANTVLVM. de Orat. 96 a, Nihil plus assequi cupimus, quàm quantulum tu in dicendo assecutus es. cont. Rullum 79 b, Etenim quantulum interest, utrùm in Massici radices, an in Italiam, aliòue deducamini.

QVANTVLVS, a, um. de Diu. 236 a, Misit coniectori quantulum uisum est de argento. de Leg. 179 b, Id autè quantulum est? I. V. act. 1. Mulieri reddidit, quantulum uisum est.

QVANTVLVSCVNQVE. de N. 96 a, Si de hac mea, quantulacunque est facultate quæritis. Or. 206 b, Easq; nos primi quicunque eramus, & quantuluncunque dicebamus conuertimus. de Ora. 117 b, Ex eo quod dico, quantulum id cunque est, iudicari potest.

☞ Syntaxis. *Quantulum idcunque est, tibi est.*

QVANTVM. *ut, maxime, quàm, quod, quatenus.* pro Flacc. 154 a, Vociferarer, & quantum maxime possem, contenderem, si, &cæt. pro Ses. 9 b, Vt afflictæ reipubl. quantum posset, mederetur. In Pison. 93 b, Pompeius quem quantum potui, multis sæpe orationibus decoraui. Attico. 140 b, Perge, ut facis. & scribe quantum potes. Epistol. 70 a, Quantum potero me ab omnibus angoribus abducam. Quint. Fr. 297 a, b, Quantum in me erit, quantum efficere & consequi possumus. Orato. 220 a, Quantum autem sit aptè dicere, experiri licet, &c. si, &c. pro Quint. 9 a, Viri boni considerant, quid & quantum sit alterius bona pro scribere. de Orato. 115 b, Sed tamen est eorum doctrina (quantum iudicare possum) per ridicula. pro S. R. 24 a, Tres sunt res, quantum ego existimare possum, quæ, &c. pro Flacc. 159 a, Nam nomen ciuium Ro. quantum in ipsis fuit sustulerunt. Att. 261 a, Is remp. quantũ in ipso fuit, euertit. de N 62 b, Non igitur adhuc quantum in te est, intellexi deos esse. L. QVANTVS pro Arc. 185 b, Huic profecto ipsi, quantum est situm in nobis, opem ferre debemus. Tusc. 235 b, Vt omnia in omnibus, quantum in ipsis, nulla ui impedita perfecta sint. Ep. 36 b, Quantũ ex tuis literis intelligere potui. At. 107 a, Quãtũ ex Pompeij sermone perspexi. de Leg. 191 b, Hęc lex Attico nostro non placet, quantum ex vultu eius intelligo. Att. 18 a, quantum coniectura auguramur. de Orato. 92 b, Ego quantum auguror coniectura, quantaque ingenia in nostris hominibus esse video, non despero fore aliquem, &c. Att. 1 a, quod adhuc coniectura prouideri possit. Epist. 9 b, Quantum ego perspicio. & 119 a, Quantum diuino. Epist. 158 b, quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentiæ. Epist. 257 b, quantum me diligis, tantum fac, &c. Attic. 14 a, Nec tantum proficiebam, quantum volebam. & 284 a, Sed propera per deos. scis enim, quantum sit in temporibus, quantũ in celeritate.

Recitor,ris pro Quin. 15 b, Att. 123 b, Næ ego istas literas in concione recitari uelim.

☞ Syntaxis. *Ex ordine recitare. De tabulis recitare.*

Reclamatio,onis. *acclamatio*. I.A. 192 a, Præclara reclamatione vestra factum Martialium comprobauistis.

Reclamatum. pro Do. 215 a, Ab vniuerso senatu reclamatum est. Ep. 3 a, Eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum est.

Reclamito, as. reclamo. pro S R. 28 b, Reclamitat istiusmodi suspicionibus ipsa natura.

Reclamo,as. *repugno*. de Or. 161 a, Si in his modò offensum est, theatra tot reclamant. pro Cor. 67 a, Vna uoce omnes iudices, ne iuraret reclamarunt Ep. 177 b, Cum sensim, &c. ijdem illi qui solent, reclamarunt. I. A. 198 b, Legiones Antonij promissis reclamarunt.

Reclino,as. *reflecto, inclino*, in Arato,

At Cepheus caput atque humeros palmasque reclinat.

Recludo,dis. *aperio* de Nat. 73 a, Poetæ.

Recogito,as. *meditor, reputo*. Qu. F. 307 a, Sic tu mihi uideris in Sardinia de nominibus Pomponianis in ocio recogitasse.

Recognitio,onis. *recensio*. I. V. 276 a, Qui tandem istius animus est nunc in recognitione scelerum suorum.

Recognitus, a, um. in Ver. 147 a, Hæc omnia summa cura recognita & collata sunt.

Recognoscendi. in Var. 29 b, Is codicem non recitandi causa legit sed recognoscendi.

Recognosco,scis. *æstimo, considero, agnosco, recenseo*. I.V. 69 a, Non uidetur hęc multitudo cognoscere ex me causam uoluisse, sed ea quæ scit, mecum recognoscere. pro Deiot. 144 b, Perturbat me C. Cæsar illud etiam interdum, quod tamen cum te penitus recognoui, timere desino in Sal. 272 a, Nihil audietis noui, sed omnia uetera recognoscetis. I. A. 208 a, Verba tua recognosce, & aude negare, seruientis aduersus regem ista esse preces. I. C. 98 b, Consilia tua omnia, quę licet mecum recognoscas, memini astine, &c. & 99 b, Recognosce mecum tandem illam noctem. pro Syll. 181 a, Conferte crimen cum uita illius, &c. tum crimen ipsum recognoscite. pro Cor. 57 a, Nos Pōpeij decretum, iudicium de consilij sententia pronunciatum recognoscimus. Antequam 194 a, Qui est, qui nostrum periculosissimum casum recognoscat, qui non. &c. de Leg. 191 b, Nunc non recognoscimus leges populi Rom. sed, &c. Ep. 188 a, Legi tuas literas, in quibus mirificum tuum erga me amorem recognoui. Tusc. 160 a, Declarat, se non tum illa didicisse, sed reminiscendo recognoscere.

Recognoscor,ris. in Ver. 250 a, Alij cum à multis recognoscerentur, securi feriebantur. I. A. 208 a, Quanquam non fuit alienum, personas quasdam à vobis recognosci, ut quibus cum bellum geratis, taciti possitis cogitare.

☞ Syntaxis. *Recognosce quæso te, amicos, casum istum. In literis tuis recognosco*

recognosco cunctum anteream. Reminiscendo recognosco, non addisco. personas hasce recognoscere.

RECOLLIGO, is. *mitigo reconcilio.* At. 3 b, Recolligere aliquem.

RECOLENDVS, a, um. pro Ar. 188 a, Si tãtum temporis mihi ad hæc studia recolenda sumpsero. de Ora. 85 a, Ad eas artes, quibus a pueritia dediti fuimus, celebrandas, interꝗ nosque recolendas.

RECOLO, lis. *recognosco animaduerto.* I. A. 257 a, Quæ si tecum ipse recolis, æquiore animo moriere.

RECONCILIATIO, onis. *reditus in gratiam.* de Ar. 256 a, & 56 b, Et significat, se illi amicissimum esse, & reconciliationem esse gratiæ factam. I. C. 116 b, Quæ dissensiones, non recõciliatione concordiæ, sed internecione ciuium diiudicatæ sunt. Postq. 200 b, & pro Clu. 38 b, Reconciliationes gratiarum. At. 142 a, Cæsar agit de recõciliatione gratiæ suę & Pompeij. pro R. P. 127 b, Reconciliatio gratiæ C. Memmij fuit mihi causa defendendi Gabinij.

RECONCILIATVS, a, um. pro Mil. 105 b, Timuit, ne videretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ. Epi. 45 a, Vt cauerem, ne cui suspicionem fictæ reconciliatæ gratię darem. & 153 b, Reconciliata voluntas. Epistol. 60 a, Non intelligo, cur reconciliatam gratiam esse dicas, quæ nunquam immutata est. Antequam 162 b, Fructu libertatis reconciliato.

☞ Syntaxis. *Facta gratia reconciliatio. Dissensio reconciliatione concordiæ diiudicata. Reconciliatio gratiæ Cæs. & Pompeij. Reconciliatæ gratiæ Cæs. causa erat. Reconciliata gratia firma fides. Fictæ reconciliatæ gratiæ. Reconciliata voluntas. Fructu libertatis reconciliato.*

RECONCILIO, as. *placo, in gratiam reduco, in veterem gratiam restituo, distractos in pristinam concordiam reduco, controuersiam dirimo, reduco in gratiam. pacem concilio.* de Prou. 73 b, Hic me meus animus in remp. pristinus cum C. Cæsare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. pro Deio. 150 b, Id autem est, te vt plane Deiotaro reconciliet oratio mea. Att. 96 a, Quintus filius currentem animum patris sui sororis tuæ reconciliauit. item: Videsne, vt excipiam te ex improborũ subita gratia? & reconciliem bonis omnibus eadem respu. me reconciliauit, quæ alienarat.

¶ *Restituo, redintegro.* Att. 6 a, Reconciliare veterem gratiam aliquorum.

¶ *Acquiro, lucror.* Epis. 17 b, Tibi sum autor, vt quibus de rebus possis eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges.

¶ *Recupero.* In Verr. 67 a, Reconciliare existimationem iudiciorum amissam.

RECONCILIOR, ris. *restituor, redeo.* pro Dom. 239 a, Inimici in gratiam reconciliabuntur.

☞ Syntaxis. *Reducere, reconciliare, restituere in gratiam cum aliquo. Reconcilio te illi. Reconcilies veterem aliquorum gratiam. Reconciliare quempiam. Vel reconcilies, vel mitiges. Reconciliare existimationem. Amici in gratiam reconciliantur.*

RECONCINNO, as. *reficio.* Q. F. 311 a, Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno.

RECONDITVS, a, um. *occultus, retrusus, abditus, abstrusus.*)(*in promptu.* I. V. 204 b, Quod celari oportebat, habebant sepositum ac reconditũ. de Nat. 45 b, & 56 a, Venæ auri reconditæ, & penitus abditæ. & 11 a, Res occultæ & penitus abditæ. de Cla. 168 b, Exercitationem mentis a reconditis abstrusisq; rebus ad forenses & populares causas traducere. de Or. 85 b, Studia quæ reconditis in artibus versantur. de Nat. 97 b, Interiores & reconditæ literæ. Epi. 178 a, Si quid erit occultius, &, vt scribis, reconditum. Acade. 3 b, A me quæ in promptu erant, dicta sunt, a Lucullo reconditiora desidero. de Le. 161 a, Natura in specie oris penitus recõditos mores effinxit. pro Do. 221 a, Venio ad augures, quorum libros, si qui sunt reconditi, non scrutor. & 218 a, Nimium reconditus & penitus abstrusus animi dolor. pro Q. 10 b, Quintius natura tristi ac recondita fuit. Of. 10 b, Hoc quod dico decorũ, non recondita quadam ratione cernitur, sed est in promptu. pro Syll. 176 a, Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari. I. C. 98 a, Habemus Senatusconsultum inclusum in tabulis, tanquam in vagina reconditum. cont. Rul. 74 a, Occulto latere, reconditum esse. de Orat. 98 a, Multæ ac magnificæ res constructæ ac reconditæ. * de Cl. 188 a, Multæ literæ, & hæ quidem reconditæ, & exquisitæ. Epi. 50 b, Ea tu te tibi subijce, atque apud animum tuum propone.]

RECONDO, dis. *condo, sepono.* Acad. 9 a, Mens uisa arripit ac recondit, è quibus memoria oritur. de Inuen. 64 a, Gladium in vaginam recondidit.

☞ Syntaxis. *Sepositum & reconditum. Vena auri recondita, & penitus abdita. Occultum & abditum. Reconditum & abstrusum. Interiores & reconditę literæ. In specie oris reconditos mores effinget natura. Natura tristi ad reconditos. Non reconditum, sed in promptu. Occulto latere, reconditum. Constructum, & reconditum.*

RECOQVO, quis. de Sen. 94 b, Quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit, neve tanquam Peliam recoxerit. *prouerbium.*

RECORDANDVS, a, um. pro Syl. 172 a, Mihi ne ad ea quidem quæ gessi, recordanda & cogitanda, quicquam relinquitur temporis.

RECORDATIO, onis. *memoria, renouatio.* Epi. 68 a, Habet enim preteriti doloris secura recordatio delectationem. & 70 a, Das enim mihi iucundas recordationes conscientiæ nostræ. de Orat. 104 b, & de Clar. 365 b, Qui patris clarissimi recordatione & memoria, fletum populo moueret. de Ora. 142 b, Acerba sane recordatio veterẽ animi curam molestiamque renouauit. Att. 109 b, Recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt. de Cl. 189 b, Præteritorum recordatio est acerba, & acerbior expectatio reliquorum. de Pro. 78 a, Vltimi temporis recordatione & proximi memoria. I. A. 186 a, Primum in Cæsarem maledicta congessit, deprompta ex recordatione stuprorum suorum. Attico. 88 b, Suauem habui recordationem clarissimi iusiurandi. de Ora. 85 a, Mihi repetenda est veteris cuiusdam memoriæ non satis explicata recordatio. Qu. F. 307 a, Recordatio præteritæ memoriæ. & 215 b, Recordatio veteris amoris. de Sen. 78 b, 79 a, Conscientia bene actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio iucundissima est.

☞ Syntaxis. *Habet recordatio secura præteriti mali delectationem. Recordatio & memoria. Aliquam suauem habere recordationem. Repetere veteris memorię recordationem.*

RECORDOR, aris. *reminiscor, memoria teneo, memoria custodio, memoriam alicuius rei habeo, in memoriam redit aliquid, alicuius rei in memoriam venit, recogito, animum ad aliquam rem refero, memoria retineo, memoria alicuius rei me tenet, menti infixum est, memoriam alicuius rei teneo firme, aliquid in mente versatur, memoriam excito, animo ac memoria teneo, venit in mentem, memoria repeto, in memoria mihi est, venit in animum ad memoriam, memoriam conseruo, ex animo meo non discedit, mea memoria est.* Att. 28 b, At ego, qui omnia officio metior, recordor tua consilia. de Or. 150 b, Cum omnis gradus ætatis recordor tuæ. Episto. 27 b, & 19 a, Recordor disperationes eorum, qui, &c. pro Pl. 281 b, Quoniam illis vestris lachrymis de illis recordor, quas, &c. contra Rull. 66 b, & pro Syl. 168 b, Nam profecto si recordari volueritis de nouis hominibus reperietis, &c. de Finibus 150 b, Tu si meliore memoria es, velim scire, ecquid de te recordere. Tuscu. 231 a, Multaque de M. Aquilio recordatur. I. P. 82 a, Iste certe cum aliquo dolore flagitiorum suorum recordabitur. pro Pl. 274 a, Huius meriti in me recordor. *id est, Plancij.* pro Arc. 185 b, Pueritiæ memoriam recordari vltimam. pro Mur. 141 a, Tamen re ipsa admonitus recordor, quantum, &c. Or. 189 b, Sed ego recordor longe omnibus vnum anteferre Demosthenem. Tusc. 160 a, Ex quo effici vult Socrates, vt discere nihil aliud sit, quam recordari. Epi. 73 a, Cum animi tui magnitudinem diligentius essem mecum recordatus. Tuscu. 231 a, Prudentia hoc videt, non omnes bonos esse etiam beatos, multaque de M. Attilio recordatur, &c. Attic. 205 b, Et si, vt recordor, misi. & 276 a, Hoc mihi iam in re placuisse potes ex superioribus literis recordari. de Senectu. 93 b, Recordari, & reminisci. L. Reminiscor. pro Lig. 243 a, Quoniam hoc est animi tui, te aliquid de huius quæstoris officio cogitantem, etiam de alijs quibusdam quæstoribus reminiscentem recordari.

☞ Syntaxis. *Recordari aliquid, de aliqua re, alicuius rei. Mecum recordor. Ex literis tuis recordor. Recordor & reminiscor. Reminiscens nunc.*

RECREATVS, a, um. *Restitutus, releuatus, relaxatus, confirmatus.*)(*subactus, oppressus, perculsus.* pro S. R. 41 b, In hoc bello non recreatus, neque restitutus, sed subactus oppressusque populus Rom. est. I. V. 168 b, Ex metu quasi luce liberatus recreatum reuixisse. Epi. 13 a, & 14 a, Sensus bonorum, qui recreatus abs te totus est. & 88 a, Recreatus enim bonis viris consulatu tuo, &c. Postq. 198 b, Qui e graui morbo recreati sunt. de In. 81 b, Ille autem leuiter saucius, facile est ex vulnere recreatus. Q. F. 294 b, Complures dirutas ac pene desertas vrbes per te esse recreatas. pro Pl. 266 a, Vbi illa antiqua libertas? quæ malis oppressa ciuibus extollere iam caput, & aliquando recreata se erigere debebat? Att. 116 a, Bonorum animi recreati, improbi Romæ quasi perculsi.

RECREO, as. *reficio, relaxo, colligo, restituo, releuo.* pro Pl. 259 a, Conspectus vester reficit & recreat mentem meam. de Pro. 70 a, Macedonia ita vexata est, vt vix possit se diuturna pace recreare. Attico. 138 b, Tuas nunc epistolas à primo lego, hæ me paulum recreant. pro Mil. 101 b, Sed me recreat & reficit Cn. Pompeij sapientissimi viri consilium. I. V. 196 a, Erigere & recreare aliquem afflictum. I. C. 112 b, Tum ille, cum vix se ex magno timore recreasset. Att. 12 a, Ego recreaui afflictos animos bonorum, &c. Tuscu. 160 b, Cum animus se collegit atque recreauit, tum agnoscit, &c. pro Pom. 8 a, Aliquem fugientem excipere, diffidentem confirmare, afflictum erigere, perditum recreare. *quasi memoria commenda.*

¶ *Iterum creo.* de N. 28 a, Gracchus consul iterum quosdam augures recreauit.

RECREOR, ris. pro Dom. 232 b, Sperani me iacentem posse à viuis viris fortibus excitari, si unà cum bonis interissem, nullo, modo posse recreari. Att. 60 b, Literis sustentor & recreor. Episto. 79 b, Necesse est Remp. aliquando recreari. Att. 189 b, Quod me ab hoc mærore recreari vis, facis vt omnia. * Episto. 262 a, Recreatus oculos paululum sustollere. I. C. 105 b, Vno me hercule Catilina exhausto, releuata mihi, & reuelata Resp. videtur.]

☞ Syntaxis. *Restituere & recreare. Recreatum ex metu reuixisse. Bonorum sensum recreare. E morbo recreari. Vrbs recreata.*)(*diruta, deserta. Caput extollere, & recreatum erigere caput. Reficere ac recreare. Pace recreari. Recreare & reficere aliquem. Erigere ac recreare. Se colligens animus ac recreans. Sustentari literis, ac recreari à mærore.*

RECRVDESCO, scis. Epist. 51 a, Illa quæ consanuisse videbantur, recrudescunt. *id est, renouantur.*

RECTA, *recta via.* I. V. 268 b, Loqui cœpit, sibi recta iter esse Romam. Att. 75 b, Erat mihi in animo recta proficisci ad exercitum. Epi. 138 a, Recta à porta domum meam venit. ad Her. 39 a, Attic. 258 a, Statueram enim recta Appia Romam. I. C. 102 a, Recta via perge in exilium. Of. 68 a, Et cæteri quidem alius alio, Marius à subsellijs in Rostra recta. Attic. 96 a, Cum misissem ad te scribere, Batonus e naui recta ad me venit.

Recte. *bene, probè, praclarè, iurè, ritè, ordine, ratione, per rectum cursum.*)(. *perperam, obliquè, circuitione, anfractu, per circuitionem & anfractum, vitio.* At. 152 a, Rectè auguratis de me, bene enim tibi cognitus sum. & 208 b, Tuæ literæ rectè sperare iubent. in Ver. 144 a, Si rectè homines noui. & 258 b, Si rectè vos cognoui. I.V. 271 a, Rectè & meritò commouebamur. Att. 4 b, Apud matrem rectè est. I.P. 94 a, Rectè, an secus, nihil ad nos. I.A. 191 a, Aliquè rectè atque ordine, exque repu. fecisse & facere. & 225 a, Literas Bruti rectè illic erit. At. 189 b, Pro malis rectè habebam. de D. 116, Epicurus circuitione quadam deos tollens, rectè non dubitat diuinationem tollere. de D. 124 a, Tabernaculum rectè captum.)(. *Tabernaculum vitio captum.* de At. 255 a, Lex rectè lata.)(. *Lex vitio lata.* pro Q. 4 b, Rectè atque ordine aliquid factum esse. pro Quin. 5 a, Quemadmodum solent homines nobiles, seu rectè, seu perperam facere cœperunt.

¶ *Rectà, rectis lineis, ad pares angulos, ad lineam.* pro Mur. 130 a, Homines cum rectè atque in loco constituissent iuberi abire. de Fin. 5 a b, Hoc erit quasi prouincias atomis dare, quæ rectè, quę obliquè ferantur.

Recte *factum* κατόρθωμα. L. Catorthoma.

☞ Syntaxis. *Rectè spera. Rectè & meritò commoueri. Oppidum rectè captum. Rectè atque in loco consistere. Rectè, ex ordine & ex re sua facere. Pro malis rectè habere. Apud suos rectè est. Rectè non dubitat, irenicos.*

Rectio, onis. *gubernatio, administratio.* de Fin. 120 a, Omniumque rerum publicarum rectiones perscripsimus. & 126 a, b, Ea quoque est non solum ad priuatæ uitæ rationem, sed etiam ad rerum publicarum rectionem relata.

Rector, oris. *gubernator.* de Som. 127 a, Ciuitatum rectores & conseruatores. de Orato. 102 b, Rector Reipub. & publici consilij autor. de Fin. 108 b, Summus rector & dominus. de Na. 44 a, Rector & moderator, & tanquam architectus tanti operis. de Di. 85 b, Rector natus.

Rectus, a, um. *bonus, directus.*)(*prauus.* de Fin. 3, Ita iacere talum, vt rectus assistat. de Vniu. Rectus & immutatus orbis. 1. ad Her. Recta intelligentia. pro Mur. Negat rectum fuisse Cato, me, &c. ad Attico. lib. 13, In omni uita sua quemque a recta conscientia transuersum vnguem non oportet discedere. in Cat. Recta uia perge in exilium. in Catil. Recta facta. de Leg. & de Orat. Recta ac praua tacito quodam sensu diiudicamus. Tusc. quæstio. Sic hæ sursum rectis lineis in cœlestem locum subuolent. pro Ra. Posth. Rectis oculis ui beni intueri. 2. de Ora. Rectissimus in dicendo. 5. Fam. Rectissima quæ sunt, ea maxime conducunt.

☞ Syntaxis. *Rector ac gubernator. Rector ac dominus. Rector, moderator & architectus. Rectis oculis intueri. In dicendo rectissimus. Conducunt, quæ rectissima.*

Rectum, *substantiuum.*) (. *prauum.* Acad. quæst. ed. 2. lib. 1. *Rectum, honestumque*, καλὸν κἀγαθόν. 3. ad Heren. 16 b, Rectum est quod cum virtute & officio fit. de Fi. li. 4. Illud enim rectum, quod κατόρθωμα dicebas, contingit sapienti soli. 2. de Leg. Rectum quod est, uerum quoque est. 2. de Leg. Rectum non cum literis, quibus scita scribuntur, aut oritur, aut occidit. 1. Acad. Quid rectum in oratione. ad At. 6, 97 b, Sauseium sine meis literis ad te nomine nix rectum erat. 3. ad Her. Rectum non solius laudis causa sequendum. Ora. Recti prauique partes. 2. de N. deor. Recti præceptio, prauique depulsio. Para. Recto nil rectius. Offi. 1. In omni fortuna recta atque honesta retinere. Ac. 9 b, Interesse oportet ut inter rectum & prauum, sic inter uerum & falsum.

☞ Syntaxis. *Rectum, honestumque. Tam nihil scribere, rectum vix est.*

Recubans. *iacens, quiescens, recumbens.* de Ora. 149 b, Sed in hortulis quiescat suis, ubi uult ubi etiam recubans molliter & delicatè, nos auocat à rostris.

Recumbo, bis. *cubo.* de Orat. 135 b, Cæteris in campo se exercentibus, ipse in herba recumbebat. & 144 a, Crassus in lectulo recubuit. de Diui. 92 b, Is primò perterritus somnio surrexit, deinde cum se collegisset, recubuit. pro Deiot. 15 b, Cum in cubiculo recubuisset.

Recuperandus, a, um. pro Cl. 22 a, Illi qui erant ad propinquum inuestigandum recuperandumque profecti.

Recuperator, oris, *iudex in causis, priuatis & ciuilibus.* I.V. 63 b, Iudicant recuperatores. & 153 b, & 162 a, De conuentu nullum vnquam iudicem nec recuperatorem dedit. pro Cec. 286 b, Si quis iudex recuperatorve dicat potuisti, &c. I.V. 154 a, De recuperatoribus & iudicio recuperatorio.

Recuperatorius, a, um. *vt recuperatorium iudicium: idest, rei priuatæ, vt possessionis.* de Inu. 69 b, & I.V. 153 a.

Recuperatus, a, um. pro Fl. 158 a, Pecunia recuperata est multis post annis.

Recupero, as. *redimo, recipio, reparo.* pro Mur. 136 a, Qui consumpta replere, erepta recuperare vellent. Postquam 512 b, Recupera. o amissa. I.A. 282 a, Respub. se adhuc tantummodo ulta est, nondum recuperauit. Attic. 119 b, Si quando Pompeius Remp. recuperabit contra 74 b, Misimus, qui ab illo pecuniam depositam nostri recuperent. I.A. 258 a, Pompeius Albanum a Dolabella recuperabat. pro S. R. 42 a, Nobilitas experrecta Remp. recuperauit. I.V. 154 b, 255 a, Ille autem unde ablatum est, iudicio suum recuperare potest. pro Ce. 286 b, Si alia ratione ius nostrum recuperare possumus. At. 6 a, Eius uoluntatem quę fuerat erga te recuperare non poteram. & 244 a, Videtur Resp. ius suum recuperatura.

Recuperator, ris. de Or. 153 a, Placeatne à Carthaginensibus captiuos nostros, redditis suis, recuperari.

Recurrendo. *conuertendo.* de N. 36 a, Lunæ species mutatur tum crescendo, tum defectionibus ad initia recurrendo.

Recurro, is. *redeo reuerto.* Att. 29 a, Puero quem ad me statim iussi recurrere, da ponderosam aliquam epistolam. & 120 a, Calendis in Tusculanum recurram. Epist. 156 b, Cum primum poterit istuc recurrere, non dubitabit, ne quo loco Resp. desit. & 173 b, Recurri ad copiolas meas. pro Mil. 107 a, Illi qui erant cum Clodio, gladiis eductis recurrere ad rhedam, ut, &c. de L. 193 b, Eaque unde generare, quo recurrant, uiderit. &c. Attic. 241, Noli me tam strenuum putare, ut ad Non. recurram.

Recusandum. Att. 285 a, Nisi fortè non de seruitute, sed de conditione seruiendi recusandum est à nobis.

Recusans, tis. de Or. 299 a, Rogatus, & recusans hoc feci.

Recusatio, onis. *declinatio.* de Orato. 111 a, Hæc ipsa recusatio disputationis, disputatio quædam fuit mihi quidem periucunda. pro Clu. 48 b, Neque hæc tua recusatio confessio sit captæ pecuniæ, sed laboris & periculi declinatio. in Cat. in b, Illi sine recusatione ac sine ulla mora negocium susceperunt. I.A. 111 a, Omnes sine ulla recusatione, summo etiam cum studio nomina dant. de Le. 178 a, Pœna uiolatæ religionis iustam recusationem non habet.

Recuso, as. *refuto, abnuo, recusationem habeo, defugio, refugio, aspernor, repudio, reijcio, nego, deprecor, tergiuersor, abhorreo, detrecto, reclamo, grauor.* de Orat. 120 a, Nihil tibi à me postulanti recusabo. I.V. 264 b, Seruilius & recusare & deprecari. Pro Pl. 259 b, Nihil de pęna recusabo. Offic. 72 a, Sententiam ne diceret, recusauit. pro Mil. 121 a, Non recuso, non abnuo. Orato. 200 a, Non recuso, quin, causam haud dico, quare, &c. Att. 227 b, Ea conditione nati sumus vt nihil quod homini accidere possit, recusare debeamus.

☞ Syntaxis. *Recusare & deprecari. Hoc tibi non recuso. De hoc nihil recuso. Recuso, abnuo.*

Redacturus, a, um. Attico. 99 b, Scripsi etiam ad eum, me quicquid posset nummorum ad apparatum sperati triumphi, ad te redacturum.

Redactus, a, um. in Ver. 186 b, Cur omnis copia frumenti penes istum esse redacta. pro Mar. 132 b, Nobilissima familia iam ad paucos redacta.

Redamo. as. de Am. 105 b, Animus uirtute præditus, qui uel à mare, vel (ut ita dicam) redamare possit.

Redarguo, is. *conuinco, coarguo, reuinco.* Attico. 88 a, Quis non dixit, Εὔπολιν ab Alcibiade deiectum esse in mare, redarguit Eratosthenes. de Nat. 78 a, Improborum prosperitates redarguunt uim omnem deorum. de Ora. 133 b, Idque Scaurus tenuitate Magij redarguebat. pro Dom. 217 a, Atque in hoc inconstantiam redarguo tuã, qui, &c. Par. 232 b, In reprehendendo redarguere contraria.

¶ *Increpo, accuso.* de Fi. 76 a, Poterat autem impune quis enim redargueret? pro Cl. 30 b, Redargue me, si mentior, &c. de Ar. 555 a, In quo fallebat multos, quod eum nemo redarguebat.

Redarguor, ris. de Orat. 136 a, si nostra facilius probari, quàm illa redargui possunt. ad Heren. 32 b, Oratio, quæ neque redargui, neque conuinci possit. Tusculan. 176 a, Nosque ipsos redargui refellique patiamur.

☞ Syntaxis. *Redarguere & conuincere orationem. Redarguere atque refellere.*

Reddendus, a, um. de N 64 b, Omnium rerum, ratio reddenda est.

Redditus, a, um. I.A. 221 b, Reddita est ei tum à maioribus statua pro uita. & 264 a, O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria est potissimum reddita. Att. 277 a, Cum has ad te scriberem literas, ubi Satrio legato C. Trebonij reddita est mihi epistola. & 143 b, Eo serius ad epistolam tuam redditæ sunt literæ meæ ad Bru. 90 b, Literæ mihi in senatu redditæ sunt à Lentulo nostro. Att. 132 b, Pecuniam Domitio non esse redditam. pro Q. 13 a, Cui neque iudicium redditum est usitatum.

Reddo, dis. *restituo, refero, persoluo, remunero.* Att. 265 a, Is mihi H-S. XIIII. non reddit, quæ dedi eius filio mutua. de Fat. 140 b, Mutuari aliquid ab aliquo, & ei uicissim reddere aliquid aliud. de Cl. 166 a, Offic. 10 b, Att. 207 b, Hesiodus eadem mensura reddere iubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis. Postq. 204 a, Qui denique nosmetipsos nobis reddidistis. de Fin. 77 a, Eique nihil opinanti oiri mandatum exposuit, hæreditatemque reddidit. Qu. F. 293 b, Cogebantur Syllani homines, quæ per uim & metum abstulerant, reddere. & 204 a, Illi quibus imperium ita datum est, ut redderent. Antequam 192 b, Vitam nobis datam repeto, ut reddatis. pro Syll. 183 b, Sed etiam si quid ab omnibus mihi conceditur, id reddo ac remitto.

¶ *Do, affero.* Att. 11 a, Puer tuus mihi literas abs te reddidit. Ep. 29 a, Literas a te mihi stator tuus reddidit. Atti. 29 a, O suaues epistolas tuas, uno tempore mihi datas duas.

¶ *Tribuo, trado.* pro S. R. 41 a, Suum cuique honorem & gradum reddere in Vat. 30 b, Quos quidem ego tibi reddo tuum nam, &c. de Cl. 188 b, Perge Pomponi de Cæsare, & redde quæ restant. Of. 47 b, Pecuniam reddere. pro Pl. 278 b, Reddere uitam pro Repub.

¶ *Recito.* de Cl. 193 a, Hortensius, quæ secum commentatus esset, ea sine scripto uerbis eisdem reddebat. de Ora. 97 b, Cum ea quæ legerem Græce, Latine redderem.

¶ *Narro.* de Diu. 121 a, Chrysippus naturalem rationem omnium reddit. Tus. 156 a, Reddere rationem sententiæ suæ.

¶ *Efficio, præsto.* pro Dom. 227 b, Omnem locum, quò adis, exilij simillimum reddis. Atti. 56 a, Clodius omnes Catilinas Sicinios q; reddidit. I.V. 125 b, Domum exornatam & instructam ille reddidit nudam & inanem. pro S. R. 35 b, Cupiditas reddit homines cæcos. Attic. 152 b, Nam me hebetem molestiæ reddiderunt. de Clar. 168 a,

Hic

Hic orationem mollem reddidit. de Orat. 100 b, Reddere memoriā alicuius immortalem. Att. 280 a, Vt charitas liberorum amiciores reip. parentes redderet, pro Cecin. 290 a, Reddere aliquem placidū ac mollem. Anteq. 196 b, Pompeius hostes reddidit pacatos. Episto. 54 b, Reddere aliquem ferociorem. & 142 b, Reddere aliquem ociosum. pro Clu. 32 a, Reddere aliquem iratum alicui. At. 22 a, Quid, si etiam Cæsarem reddo meliorem? I. A. 218 b, Vt populum Romanū metu vacuum nostra vigilia redderemus.

REDDOR, ris. de Orat. 212 b, Sine paribus paria redduntur, siue opponuntur contraria. At. 24 b, Mihi placet ea, quæ male empta sunt, reddi. I. V. 217 a Illo tempore Segestanis hæc ipsa Diana redditur, reportatur Segestam.

Syntaxis. *Tu mihi me reddidisti. Reddere vitam pro aliquo. Eisdem verbis reddere. Latinè reddere. Reddere aliquem ociosum, metu vacuum.*

REDEMPTIO, onis. *conductio.* I. V. 68 a, Redemptio est huius iudicij facta grandi pecunia. de Pro. 71 a, Publicanos temeritate redemptionis pene esse euersos.

REDEMPTOR, oris. *dicitur, siue operis faciendi, siue vectigalium conductor, qui & Manceps à Cic. dicitur.* in Anton. 224 a, Quint. Frat. 329 b, Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui. de Diuinatio. 118 a, Redemptor, qui columnam illam de Torquato conduxerat faciendam. de Inuent 74 a, Nisi ad sacrificium quoddam redemptor hostias præbuisset.

REDEMPTVS, a, um. Qu. Fr. 196 b, Publica malè redempta. Attic. 28 b, Rem illam redemptam esse a iudicibus confitentur.

REDEO, is. *reuenio, reuerto, vel reuertor, me recipio.* At. 206 b, Ad quos dies rediturus sim, scribam ad te. pro Quint 10 b, Statim ut Romam rediit, &c. pro Muræn. 130 a, Redire viam, & inire viam. *apud iurisconsul.* Postquam. 220 a, Vt ad illam diem res cum redisset, rogarētur, &c. pro S. R. 39 a Hæc bona in tabulas publicas nullas redierunt. Epi. 7 a, Redeo ad illud quod initio scripsi. pro Cecin. 193 a, Vt ad priuatas res redeam. de Inu. 60 a, Ita in memoriā redibit auditor. pro Q. 20 a, Dicendi in memoriam rediit. Quintius, quo die, &c. de Prou. 73 a, Redire in gratiā cum aliquo. Att. 99 b, Atque hæc de rebus Sorensibus, redeamus domum.

Syntaxis. *Ad quos dies redibis? Redire viam. In gratiam redire cum aliquo Hæc de bello, redeamus domum.*

REDHIBEOR, ris, *quasi retrò habeor.* Officio. 70 b, In mancipio vendendo ea vitia dicenda sunt, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium iure ciuili.

REDIGENDVS, a, um. Or 197 b, Quicquid est, de quo ratione & via disputetur, id est ad vltimam sui generis formam speciemque redigendum. I V. 118 a, Bona verbo redigenda, re dispertiēda. pro R. P. 138 b, De pecunia ex bonis redigenda.

REDIGO, gis. *vi recipio, adduco, pertraho.* I. A. 193 b, 194 a, Maiores nostri bellicosissimas gentes in deditionem huius Imperij redegerunt, Offici. 67 b, C. Marius Iugurtham redegit in suam potestatem. pro Flac. 152 a, Prædones redactos esse omnes in potestatem. cont. Rull. 81 a, Redigere aliquem in suam ditionem & potestatem. I. A. 203 b, & pro Cl 50 a, Cæsar equites in suam potestatem redegit. I. V. 115 a, Redigere omnia in suam potestatem. Epi. 192 a, Redigere vectigalia in suam potestatem. pro Corn. 59 a, Populi, quos subegimus, atque in ditionem nostram redegimus.

¶ *Colligo, contraho, reuoco, reduco, deduco.* I. A. 248 a, Decreuistis tantam pecuniam Pompeio, quantam ex bonis patriæ in prædę dissipatione inimicus victor redegisset. I. V. 63 b, Redigere pecuniam ex bonis venditis. contra Rull. 86 a, Redigere pecuniam ex vectigalibus, de Arus 253 b, Quæsturamque illam maxime fœcundam atq; vberem in totum ad se redegit. Episto. 11 b, Quidque sibi is de me recepisset, in memoriam redegit. I. Ant. 163 b, Quid autem tibi venit in mētem, redigere in memoriam nostram, te domi P. Lētuli esse educatum? Or 217 a, Redigere sententias in quadrum numerumque. ad Her. 19 a, Redigere inuenta in ordinem. & 24 a, Qui omnia in arte scribenda redigit in singulas rationes præceptionum.

REDIGOR, ris. I. A. 196 b, Si hoc genus in uonm redigatur. de Or. 200 b, Nihil est quod ad artem redigi possit, nisi, &c. & 121 b, Ius ciuile ad artem facile redigi posse.

Syntaxis. *In suam ditionem & potestatem redigere. In sui imperij ditionem redigere. Subigere & in ditionem redigere. Redigere pecuniam ex, quæsturam ad se. Redigere in memoriam. In quadrum & numerum orationem, ad artem, in ordinem redigere.*

REDIMENDVS, a, um. pro Sest. 18 a, Qui rex illo anno non aut emendum sibi quod non habebat, aut redimendum quod habebat, arbitrabatur.

REDIMO, mis. *emo, recupero, conduco.* in Anton. 248 a, Pompeio sua domus patebit, eamque non minoris quam emit Antonius, redimet: redimet, inquam, Cn Pompeij domum filius. ad Her. 38 a, Re vilissima & parua maximam redemit. pro Qu. Ros. 50 b, Roscius societatis, non suas lites redemit, cùm, &c. Offic. 44 a, & in Ver. 254 a, Redimere captos à prædonibus. Offici. 46 a, Redimere captos e seruitute. ad Herenn. 16 b, Redimere captiuos ab hostibus. de Cl. 172 a, Qui pecuaria ea, P. Cornelio, L. Mummio censoribus, redemisset. Attico. 178 b, Redimere fundum. Epist. 27 b, Ego calamitatem a repu. meis primis incommodis libentissime redemissem. pro Syll. 163 a, Ego vitam omnium ciuium, &c. quinque hominum perditorum pęna redemi. pro Mil. 118 b, Qui pecunia se palàm iudicibus redemerat Ep. 147 b Redimere culpam.

REDIMOR, ris. in Verr. 240 a, Hæc verò quæ vel vita redimi rectè possent, pecunia æstimare non queo. & 238 b, Damnatorum uitam a prætore redimi.

Syntaxis. *E seruitute captos redimere. Se à iudicibus pecunia redimere. Culpam redimere.*

REDIMICVLVM, li. I. MITRA. I. V. 164 b, Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat.

REDIMIRI. *ornari.* Tusculan. 199 b, Incendes odores? & sertis redimiri iubebis & rosa?

REDIMITVS, a, um. *ornatus, coronatus.* I. C. 106 b, Sertis redimiti, vnguētis obliti. de Somn. 129 b, Terra quasi quibusdam redimita & circundata cingulis.

REDINTEGRATIO, onis. *renouatio, iteratio.* Antequam 194 b, Quid ego improborum facta renouem oratione, vt redintegratione illius coniurationis animos vulnerem vestros? ad Her. 33 a, Vehementer auditorem commouet eiusdem redintegratio uerbi.

REDINTEGRO, as. *renouo.* ad Herenn. 33 a, Interpretatio est, quæ non iterans idem redintegrat verbum, sed commutat. Epist. 172 a, Redintegrare bellum.

REDINTEGROR, ris. de Inuentio. 60 a, Ita per breuem comparationem auditoris memoria & de confirmatione, & de reprehensione redintegrabitur. ad Herenn. 15 a, Vt renouetur, non redintegretur oratio.

Syntaxis. *Renouare non redintegrare orationem.*

REDITIO, onis. I. V. 79 a, Celeritas reditionis. *id est, reditus.*

REDITVS, tus. *reditio versio.* de Cla. 105 a, Inter profectionem & reditum L. Syllę. Att. 256 b, Reditu, uel potius reuersione. pro Clu. 42 a, Sic hominibus iniuria notatis neq; ad honorem aditus, neque in curiam reditus esset. de Som. 127 a, Solis anfractus, aditus, reditusque. de Arus. 250 a, Quid existimatis eum, si reditus ei gratiæ patuerit, esse facturum? & Att. 24 b, Cum Cæsare reditus in gratiam. & 240 b, Quis porro noster itus, reditus, incessus inter eos.

REDIVIVVS, a, um. *renouatus, in vetam renouatus.* I. V. 106 a, Rediuiua sibi habeto, quasi quicquam rediuiui ex illo opere tolleretur, ac non totum opus ex rediuiuis constitueretur. *hu.*

REDOLENS, tis. I. A. 172 b, Antonius uomens frustis esculentis uinum redolentibus totum tribunal impleuit.

REDOLEO, les. *oleo.* pro Sestio. 7 b, Quod ita domus fumabat, ut multa eius sermonis indicia redolerent. *aliter, redoleret.* pro Cæl. 47 b, Nihil igitur illa uicinitas redolet? de Or. 118 b, Definito genere ipso doctrinam redolet. de Cl. 171 b, Oratio redolens antiquitatem. de Cl. 191 b, Mihi ex illius orationibus redolere ipsæ Athenæ uidentur.

Syntaxis. *Verba antiquitatem redolentia. Ex verbis antiquitas redolet.*

REDVCENDVS, a, um. Offic. 69 a, Hunc Fabricius reducendum curauit ad Pyrrhum.

REDVCO, cis. *restituo, redigo, reporto.)(. eijcio.* Attico. 123 a, Aliquos distractos rursus in pristinam concordiam reducere. Postquam 201 b, Aliqua medicina reducere aliquem ad salutem. in Anto. 219 b, Aliquem in cubiculum admittere & reducere. pro R. P. 125 b, Tu Gabinium, ut regem reduceret. impulisti. I. A. 157 b, & 162 a, Reducere aliquem de exilio. de Inu. 60 b, Reducere aliquid in memoriam. in Sal. 274 b, Qui exules reduxit.

REDVCOR, ris. *reuocor.* ad Her. 25 a, Vt auditor, si memoriæ mandauerit, ad id quod ipse meminerit, reducatur. ad Her. 20 a, Et uox reducitur in quendam sonum æquabilem. pro R. P. 125 b, Reduci in gratiam cum aliquo. Qu. F. 307 b, Cum multitudine regem reduci periculosum Reip. videtur. Aca. 39 a, Satis eum longo interuallo ad suā uillam reduximus. Qu. F. 311 a, Crassum Cos e Senatu domum reduxi. Att. 58 b, Philoxenus reduci in carcerem maluit. Postq. 210 b, Reduci in patriam ibid. Reduci ab exilio. & 200 a, Pro Qu. 112, Curat, vt seruus domum reducatur. ad Quintium.

REDVCTIO, onis. Ep. 6 b.

REDVCTVS, a, um pro R. P. 130 a, Possum excitare multos reductos testes liberalitatis tuæ. Epistola 2 b, & 3 a, Pro Dom. 216 b, Senatus autoritas mecum simul reducta uidetur. pro Cl. 38 b. Reges ab aliquo in gratiam reductos esse. Attico. 150 b, Ab eo patriæ proditores ab exilio reductos esse.

Syntaxis. *Distractos in concordiam in gratiam reducere. Ad salutem reducere. de Exilio reducere, aliquid in memoriam, vocem in sonum æquabilem.*

REDVNDANS, tis. de Clar. 169 a, Asiatici parum pressi & nimis redundantes, & 194 b, Is redundantes nos & superfluentes iuuenili quadam dicendi licentia repressit, de Orato. 116 a, Verba efferuescentia, & paulo nimium redundantia. de Diuinat. 122 b, Reprimere locum redundantem. & 101 a, Pro Sest. 13 a, Quorum hodie copia redundans volitat ædibus.

REDVNDANTIA, tiæ. *profluentia.* de Orato. 106 b, Ipsa illa pro Roscio iuuenilis redundantia multa habet attenuata, quædam etiam paulò hilariora.

REDVNDO, as. *supero, superfluo, effluo.* I. V. 205 b, Crux ciuis Romani sanguine redundauit. I. C. 116 a, Omnis hic locus aceruis corporum & ciuium sanguine redundauit. Tusculan. 213 b, Cum pituita, redundat, aut bilis in corpore. de Diuinat. 100 b, Si lacus Albanus redundaret isque in mare fluxisset. Romam perituram. de Orat. 129 a, Tota illa defensio redundauit hilaritate quadam & ioco. Episto. 51 a, Cum tu omnibus ornamentis redundares. ad Her. 40 a, Vrbs redundat militibus pro Corn. 66 b, Vt aliqui sermones uiuidorum etiam ad aures uestras permanerent, & in iudicio ipso redundarent. de Orato. 116 a, In uerborum definitionibus neque abesse quicquam debet,

bet neque redundare. Or. 209 b, Vt nihil neque prætermittatur, neque redundet. I.V. 182 b, Quod redundaret de nostro frumentario quæstio. de Na. 231 a, Tuus Deus non digito vno redundat, sed capite & cæteris membris. de Natura 46 a, Aqua conglobatur vndique æqualiter, neque redundat vsquam, neque effunditur. de Orato. 86 b, Ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio. I. V. 96 b, Hinc illo extraordinariæ pecuniæ redundarunt. de Pro. 75 a, Nationes, quæ numero hominum & multitudine poterant in prouincias nostras redundare, ab eodem partim repressæ. de Orato. 85 a, Fluctus qui à communi peste depulsi in nosmetipsos redundarint. I. C. 103 a, Vereor ne quid parricida ciuium interfecto, inuidiæ mihi in posteritatem redundet. Cæl. 49 b, Serui ad quos aliquantum etiam ex quotidianis sumptibus ac luxuria redundet. pro Mur. 144 a, Sed quid fiet, si hæc elapsa de manibus nostris, in eum annum qui consequitur redundarint? pro Syl. 172 a, Si ex hoc tanto in omnes beneficio, nullum in me periculum redundabit. pro Domo. 227 a, Sed prospexistis, ne qua in nos popularis aliquando inuidia redundaret. de Orato. 144 a, Neque in Antonio defuit hic ornatus, neque in Crasso redundauit. Qu. Fr. 328 a, Hoc bonum mihi nunc denique redundat. I. P. 84 b, Capua splendidissimorum hominum multitudine redundat. de Am. 110 b, Erumpunt sæpe uitia nostra in alios, quorum tamen ad nos redundat infamia *id est, redit*. Par. 125 b, Ea meo tenui uectigali aliquid etiam redundat. pro R. P. 124 a, Non igitur reus ex ea causa quæ iudicata est, redundat Posthumus. pro Lig. 138 b, Vel quod laudem adolescentis propinqui existimo etiam ad meum aliquem fructum redundare, & 139 b, Acerbissimo luctu redundaret ista uictoria.

☞ Syntaxis. *Cruor sanguine redundans. Redundans & superfluens iuuenilis licentia. Verbum efferuescens ac redundans. In corpore pituita redundans. Redundans litera hilaritate. Redundare ornamentis. Vrbs mobilibus redundans. Manus digito redundans. Efflorescens ac redundans oratio. Populus hominum numero. In Galliam redundans. Vitiorum filij ad patrem redundans infamia. Redundat hoc ad fructum. Victoria luctu redundans.*

REDVVIA, uiæ. *ulcus digitorum, cum recedit ab ungue caruncula magno dolore* πτερύγιον *(inquit Celsus) Græci appellant*. pro S. R. 39 b, Intelligo me errare, qui dum capiti. S. R. mederi debeam, reduuiam curem.

REDVX, cis. *ex periculo, aut ab exilio reuocatus*. pro Mil. 121 b, Quid me reducem esse uoluisti? Ter. 120 b, Qui ab orco mortuum me reducem in lucem feceris?

REFECTVS, a, um. *reconcinnatus*. Att. 252 b, Αρχέτυπος crebris locis inculcatus & refectus.

REFELLENDVS, a, um. de Diu. 119 a, Num ergo opus est ad hæc refellenda Carneade?

REFELLENS, tis. Or. 109 b, Nullius memoriam iam refellente.

REFELLO, lis. *redarguo*. de Orato. 92 a, Ea Menedemus exemplis magis quam argumentis conabatur refellere. de Orat. 91 b, Vt id quod intenderemus confirmare, & id quod contra diceretur, refellere possemus. pro Lig. 239 b, Refellere possemus. pro Lig. 239 b, Refellere & coarguere mendacium alicuius. Att. 187 b, Sed tu me γεωμετρικῶς refelleras.

REFELLOR, ris. de Di. 229 a, Chaldæorum prædicta quotidie re & euentis refelluntur. Tus. 176 a, Nosque ipsos redargui refellique patiamur. & ibid. Et refellere sine pertinacia, refelli sine iracundia parati sumus. de Fin. 81 b, Ita enim uiuunt quidam, vt eorum uita refellatur Oratio. Item, Oratio refellitur moribus.

☞ Syntaxis. *Refellere & coarguere mendacium alicuius. Re & euentu. Astrologorum prædicta refelluntur. Ne refellatur oratio moribus.*

REFERCIO, cis. *repleo*. de Natu. 9 a, Heraclides puerilibus fabulis refersit libros. & 38 b, Poetæ hominum uitam superstitione omni referserunt. pro R. P. 129 a, Complures aures refersit his sermonibus. Tusculano. 176 a, Eadem enim dicuntur à multis, ex quo libris omnia referserunt.

¶ *Congero*. de Or. 98 a, Perfice, vt Crassus, quæ coarctauit, & peranguste refersit, in oratione sua dilatet nobis atque explicet.

REFERCIOR, ris pro Sest. 20 a, Corporibus ciuium Tiberim repleri, cloacas referciri.

REFERENDVS, a, um. I. REFERO. de Diu. 105, De rebus obscuris & incertis ad Appollionem censeo referendum. Off. 11 a, Vulgaris liberalitas referenda est ad illum finem, nihilominus vt ipsi luceat. Postq. 203 a, Mihi in sententia simpliciter referēda fides non deerit. de Or. 96 b, Quo quidque referendum, & quo intuendum.

REFERENS, tis *suggerens*. de Cla. 193 a, Hortensius nullo referente, omnia aduersariorum dicta meminerat.

REFERO, *reueho, reporto, reduco*. Episto. 198 b, Auster aduersus maximo flatu me ad tribules tuos retulit. Att. 28 a b, Auster me in Italiam retulit. & 246 a, Itaque me referunt pedes in Tusculanum.

¶ *Renuncio*. pro Deiot. 148 a, Misit qui rumores Africanos exciperēt, & celeriter ad se referrent.

¶ *Reuoco*. pro Dom. 228 b, Referre rem iudicatam, *id est, reuocare & renouare iudicium*. pro Pla. 267 b, Reijcere iudices.) (*referre iudices. id est, reuocare & asciscere*. pro Cl. 25 b, Te ad quod tum explosum est, nunc retulisse miror. pro S. R. 56 b, Illi pro re certa spem falsam domum retulerunt. pro Fl. 146 a, L. Flaccus ueterem Valeriæ gentis in liberanda patria laudem prope quingentesimo anno retulit.

¶ *Reddo*. de Orato. 121 b, Referre paria paribus, aduersa contrarijs. de Diu. 91 b, Is pateram retulit. Off. 200 b, Vt extrema referant eundem in cadendo sonum. Attico. 235 a, Referens igitur ei plurimam salutem. de Cla. 184 a, Referre gratiam alicui. de Orato 144 a, Referre alicui debitum ac meritam gratiam. pro Cor. 67 a, Quorum precibus munus, hoc meritum huic, & vt à principio dixi, iustam & debitam gratiam refero.

¶ *Ascribo, describo*. de Clar. 172 b, Quam orationem in Origines suas retulit. de Ora. 108 b, Illa quæ in commentarium meum retuli. Epist. 263 a, Referre epistolas in volumina. I. V. 278 a, Referre aliquē absentem in reos. pro S. R. 23 a, Eius fide factum est, vt hic potius uiuus in reos, quam occisus in proscriptos referretur. de Nat. 8 a, Referretur. de Nat. 9 a, Referre aliquem in deorum numerum. de Na. 9 a, Heraclides cœlum & terram refert in deos. in Ver. 106 b, Negabat opus in acceptum referre posse. pro Qu. R. 45 b, Referre nomina in codicem accepti & expensi. Att. 83 a, Quid uos? quantum, inquam, debetis? Respondent CC. referre ad Scaptum. de Opt. 244 b, Ne quis corona donaretur in Magistratu, priusquam rationes retulisset. I. A. 168 a, Ego amplius H-S. ducenties acceptum hæreditatibus retuli. & 156 b, Nisi forte si quid memoriæ causa retulit in libellum, id numerabitur in actis. pro Flac. 160 a, Referre in tabulas, quidcunque commodum est, & inferre rationes falsas. & 155 b, Cū illam pecuniam nominatim Flacco datam referrent, & ibidem. Cum operi publico referunt, & in ædem sacram faciendam perscribunt. in Ver. 96 a, Referre rationes ad ærarium. * Episto. 116 a, In tabulas absolutum non retulit.

¶ *Defero, propono, profero, deliberandum adduco, in medium pono*. de Orato. 105 b, Referre ad aliquem de aliqua re ad Bru. 228 b, Quæsiuitque, qua de re ad Crassum retulisset. item, At illa retulit quæsiuitque, &c. I.V. 201 b, Ideo Claudius retulit, ut Vetres posset auferre de Di 139 a Referre, & deferre aliquid ad interpretem. pro Dom 234 b. Referre & debere ad Senatum. & 240 b, Cassius de signo Concordiæ dedicandu ad senatum retulit. Att. 253 a, Qui cum ei præscriptum esset, ne quid sine Sestij nostri sententia ageret, neq; ad illum neque ad quenquam nostrum retulit. pro Dom. 223 b, Pluribus de rebus uno sortitu retulisti. I. C. 107 a, Rem omnē ad patres conscriptos retuli. de Diui. 87 a, Cum uicini omnes ad unum de rebus suis referrent, erat in magno honore & gloria. Postq. 200 b, P. Lentulus de solenni religione retulit. * Epi. 112 a, Marcellus adhuc non retulit de successione prouinciarum. Ep. 116 a, Et ad extremum ut tollet, ait referam.]

¶ *Respondeo*. pro Cec. 311 a, Huc ego non ad meam defensionem attuli, sed illorum defensioni retuli. & ibid. At ego tibi refero, si, &c.

¶ *Puto, censeo, statuo*. de Natu. 77 b, Virtutem nemo unquam Deo acceptam retulit.

¶ *Confero*. Att. 38 b, Referre cum aliquo. Ep. 113 a, Introductus Vectius, primò negabat se vnquam cum Curione retulisse. item, Forsitan cum locupletiore referam.

¶ *Dirigo*. I. A. 228 b, Vt omnia consilia atque facta nostra ad uirtutem atque dignitatem referamus. de Ora. 104 a, Referre omnia ad uoluptatem corporis, doloremque. de Cla. 184 b, Eodem Q. Cæpionem referrem, nisi &c. à senatu dissedisset. *id est huc adnumerarem*. pro Deiot. 145 a, Tuum est Cæsar, qui pro multis sæpe dixisti, quid nunc mihi animi sit, ad te ipsum referre, quò facilius, &c. *id est, de te consectaneam facere*.

¶ *Promiscua*. de Orato. 156 b, Referre omne animum ad hominum figuram. &c. & 85 a, Referre animum ad studia. Episto. 9 a, & 16 b, Referre se ad studia literarum. pro Qu. 8 b, Referre oculos & animum ad aliquem. de Pro. 77 a, Referre aspectum aliquo. de Or. 118 a, Vt simul ac posita sit causa, habeant quò se referant. pro S. R. 26 a, Age nunc refer animum sic ad ueritatem & considera, &c. pro Fla. 156 b, Ille iterum Romam se retulit. Par. 116 b, Referre opus in apertum. idest, *edere*. I. A. 24 a, Referre pedem.

REFEROR, ris. *narror, exponor*. de D. 110 b, Ad sapientes hæc, non ad diuinos referri solent.

¶ *Proponor*. de Or. 155 a, Vt de omni re ad eos referretur. ad Br. 91 b, Si tuis placuisset de his literis referri.

¶ *Dirigor*. Offic. 7 a Referri enim decet ad ea quæ proposui in principio fundamenta iustitiæ. I. A. 227 a. Omniaque ad eorum uoluntatem dicta factaque nostra referantur. ad Br. 228 b, Omnes meæ curæ ad te referuntur, & in te consumuntur. I. A. 223 a, Leges ad facilitatem æquitatemque referri Epi. 72 b, Quæ cura non cum alijs communicabitur, sed ad te ipsum propriè referetur. de Fat. 341 a, Cum sine fato ratio omnium rerum ad fortunam naturamque referatur. de Leg. 156 b, In historia pleraque ad ueritatem in poemate ad delectationem referuntur. Offic. 44 a, Modusque adhibeatur, usque referatur ad facultates.

¶ *Respondetur* de Fat. 146 a, Pro Quint. 7 b, Quid autem à uobis refertur. *idest, respondetur*.

¶ *Refician*. I. V. 65 b, Hoc institutum referri ac reuocari molestè ferunt.

¶ *Excitor*. I. P. 91 a, Non ut redire ex Macedonia nobilis Imperator, sed ut mortuus infamis referri uidetur.

¶ *Nuncior*. Qu. Fra. 198 a, b, Vocem ex Asia usque Romam referri. Epist. 11 b, Certorum hominum quos iam debes suspicari, sermones referebantur ad me.

REFERT, bat. *interest, ad rem pertinet, ad rem est*. Att. 278 a, Tua istuc refert maxime. *ex Plauto*. Epist. 76 a, Non adscripsit, quod ma nihil referebat. I. P. 87 b, Nihil enim mea refert, vtrum tu, &c. an amici tui &c. Att. 288 a, Quid aūt nostra refert, uictum esse Antonium? si, &c. Tus. 165 a. Ipsi animi magni refert quali in corpore locati. At. 22 a b,

Magni

Magni refert, hic quid velit. Qu. Fr. 393 b, Parui refert ita fieri, nisi, &c. ad Her. 7 a, pro Pom. 7 a, Illud parui refert, vos vectigalia postea recuperare. Qu. de Pe. 218 b, Quæ si significant voluntatem esse abditam, parui refert patere ostium. Ep. 65 b, Sed quanti id refert? si tamen accidit. de Cl. 174 b, Nihil refert videre quid dicendum sit, nisi, &c. de Fin. 146 a, Tantum refert, quā magna dicam. I. A. 166 a, Quid refert, utrum voluerim fieri, an gaudeam factum? de D. 121 a, Quasi uerò referat, quòd fieri pōt, quàm id sæpe fiat. & 123 a, Aues pascātur necne, quid refert? & 129 a, Fac in puero referre, ex qua affectione cœli primum spiritum duxerit. & 130 b, Fac dare deos: quid refert, si accipere non possumus? pro Fl. 150 b, Quid refert igitur tantò post feceris, an omnino non feceris? de Or. 162 a, Refert etiam q. audiunt, Senatus an populus. pro Cælio 49 b, At quibus seruis? refert .n. magnopere id ipsum. Ep. 122 b, Ne dicant, aliquid, quod refert scire, reticuisse. de N. 17 a, Qui refert? ° Ep. 85 a, Non tam interest quo animo scribitur, quam quo accipitur.]

REFERTUS, a, um. *conf ertus, plenus.* I. V. 229 b, Ornamentis fanorū domus plena, villæ refertæ. & 194 a, Tum refertius erit ærarium popu. Rom. q̄ vnquam fuit, &c. de Or. 96 a, Locuples & referta domus. At. 134 b, Vrbem refertam esse optimatium audio. de Or. 122 b, Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit. pro R. P. 125 a, Mare refertum prædonum. I. P. 61 b, Palatium erat ciuitate omni, Italia cuncta refertum. pro Pom. 6 a, Domicilia regis omnibus rebus ornata atque referta. & 14 b, Insula referta diuitijs. Or. 210 a, Doctissimis hominibus domus referta, est. Tusc. 233 a, Xerxes refertus omnibus præmiis donisque fortunæ. & 246 a, Vita vndique bonis referta. pro Muræ. 126 b, Asia ista referta, & eadem delicata. Tusc. 199 b.

REFERVENS, tis. pro Q. R. 47 b, Sic referuens falsum crimen in purissimam vitam collatum statim concidit & extinguitur.

REFERVEO, es. de Clar. 194 b, Contentio nimia vocis reciderat, & quasi referuerat oratio.

Syntaxis. *Locuples & referta domus. Refertus præmiis & donis.*

REFERVESCO, scis. *recalesco.* de Di. 90 a, Sanguis è patera fusus, qui cū terram attigisset, referuescere videretur.

REFICIENDUS, a, um. de Amicitia. 113 b, Lex C. Papyrii de tribun. pleb. reficiendis.

REFICIO, cis. *recreo, restituo.* Att. 103 b, Tyronis reficiendi spes est in M. Curio. Ep. 107 b, Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam. Att. 169 b, Reficere uulnus. I. V. 224 b, Ad ea quę dicturus sum, reficite nos quęso iudices per deos immortales. pro Mu. 144 a, Nihil est iam vnde nos reficiamus, aut vbi lapsi resistamus. pro Sest. 6 a, Colligere & reficere naufragium. pro Ar. 157 b, Hic homo suppeditat nobis, vbi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures conuicio defessæ conquiescant. pro Pl. 259 a, Conspectus consessusque vester reficit & recreat mentem meam. pro Fl. 155 b, Reficere ædem sacrā. Top. 232 a, Reficere ædes, quæ uitium fecerunt. de Opt. 244 b, Demosthenes muros refecit pecunia sua. pro Pl. 268 a, Reficere suam tribū suis necessarijs. *id est, consiliare.* Qu. Fr. 317 b, Ego in Arpinati summa cum amœnitate fluminis me refeci. pro Milo. 108 b, Sed me recreat & reficit Cn. Pompeij sapientissimi viri consilium.

REFICIOR, ris. Par. 124 b, Nunquam eris diues, antequam tibi ex tuis possessionibus tātum reficiatur, vt ex eo tueri sex legiones possis. de Sen. 64 a, Tantum cibi & potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur. I. V. 105 a, Locatur opus quod ex mea pecunia reficiatur, ego me refecturum esse dico.

Syntaxis. *Rogo item te reficias. Vulnus reficere. Colligere & reficere naufragium. Reficit & recreat mentem ab. Ædes tam vitium fecerunt reficere. Vires reficiendæ, non opprimendæ.*

REFIGO, gis. *uello, rescindo, infringo.* Ep. 183 b, Cuius æra refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus. I. A. 246 b, Acta Antonij rescidistis, leges refixistis. & 241 b, Num figantur rursus hæ tabulæ quas vos decretis vestris refixistis.

Resigno, as. *aperio, soluo.*)(*obsigno.* Attic. 16 a. Nam quòd literæ resignatæ sunt, habet, opinor, eius signum Pomponia. pro Archi. 187 a, Cum Gabinij leuitas & calamitas omnium tabularum fidem resignasset.

Resilio, lis. *refugio.* pro Sex. Ros. 31 b, Scopulum offendis eiusmodi, vt non modo ab hoc crimen resilire uideas, uerum omnem suspicionem in vosmetipsos recidere intelligas.

Resipisco, scis. *ad me redeo, me colligo.* Att. 103 a, & pro Sest. 20 b, Cum primum resipuisset. Attic. 27 b, Vix aliquando te autore resipuit.

Resisto, stis. *repugno, obsisto, par sum.* Acade. 104 b, Sero resistimus ei, quem aluimus cont. Rul. 69 a, Vis tribunitia non nunquam libidini restitit consulari, & ibi. Obstitit. Ep. Cæteris iniurijs, quæ propositæ sunt à Catone, facile, vt spero, resistemus. Att. 23 a, Restitit & peruicit Cato. de Or. 113 a, Consilia, quibus illi Tribuno pleb. pro repub. restitissem. pro Q. R. 53 b, Resistere & repugnare contra veritatem. Epi. 73 a, Fortiter resistere dolori, & 51 b, Sed opprimor interdum, & uix resisto dolori, & 60 b, Fratri tuo Reipublicæ causa restiti, & 155 a, Resistere hostibus.

¶ *Par sum.* Att. 102 a, His ille rebus ita conualuit, vt nunc in vno ciue respublica ad resistendum imbecilla sit, quæ mallem tantas ei uires non dedisset, quàm, nunc tam valenti resisteret, & 180 a, Non possum tanto dolori resistere.

¶ *Remaneo.* Tusc. 224 a, Beata vita resistet extra fores carceris.

¶ *Persto.* de Fin. 117 b, Sed ego in hoc resisto.

¶ *Insisto.* pro Mur. 144 a, Nihil est iam, vnde nos reficiamus, aut ubi lapsi resistamus.

Resolvtvrvs, a, um. *dissoluturus, numeraturus.* I. A. 255 a, Senatum quæ sit antea pollicitus legionibus nostris, ea summo studio Reipublicæ recuperata resoluturum. *aliter, persoluturum.*

Resonans, tis. Q. F. 298 a, Theatrum natura ita resonans, ut usque Romam uoces referantur.

Resono, as. *persono, perstrepo.* Tusc. 169 a, & 190 b, Cum venenum obbibisset, reliquum sic e poculo eiecit, ut id resonaret.

¶ *Respondeo.* Tusculan 182 a, Gloria virtuti resonat, tanquam imago. de Clar. 179 b, In uocibus nostrorum oratorum recinit quiddam & resonat vrbanius. de Diuin 115 a, Iam neruos in fidibus alijs pulsis resonare alios, &c. de Natu. 56 a, Corona, quæ ad neruos resonant in cantibus.

¶ *Reddor.* de Natura 55 a, Sonus in fidibus testudine resonator, aut cornu.

☞ Syntaxis. *Gloria virtuti resonat tanquam imago. Hoc in voce recinit & resonat. Sonus in fidibus resonatur.*

Respectans, tis. *respiciens.* pro Sest. 5 b, Verum hæc ita prætereamus ut tamen intuentes & respectantes relinquamus. de Sen. 94 b, Antonius uero non me deserens, sed respectans in cœlum profectus est.

Respecto, as. pro Plan. 268 a, Ne par his munus in sua petitione respectent.

Respectvs, ctus. *ratio.* I. A. 294 a, Itaque cum respectum ad senatum & ad bonos non haberet, eam sibi uiam ipse patefecit ad opes suas Amplificandas, quam uirtus liberi populi ferre non posset.

¶ *Prospectus.* de Diuin. 94 b, Fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore.

¶ *Auersus aspectus.* ad Brut. 90 b, Meus quidem animus in acie est, neque respectum ullum quærit, nisi me utilitas ciuitatis forte conuerterit.

Respergo, gis. *aspergo, perfundo, conspergo.* I. V. 256 a, Cum prætoris oculos prædonum remi respergerent.

Respersio, onis. de D. 118 a. Habes & respersionem pigmentorum, & rostrum suis, & alia permulta. de Leg. lib. 2, 182 a, Ne sumptuosa respersio, ne longæ coronæ, nec acerræ prætereantur.

Respersvs, a, um. *aspersus.* pro S. R. 29 b, Pene dicam respérsas manus sanguine paterno videant oportet. I. A. 184 a, Quorum sanguine eos uxoris respersum esse constabat. de Ora. 143 b, Simulachrum sanguine respersum.

Respiciens, tis. *rationem habens.* de Na. 35 a, Epicurus non aptissimus ad iocandum, minimeque respiciens patriam.

¶ *Retro aspiciens.* de Diuinatio. 95 a, Ex noctu ad oppidum respicientes, flagrantes onerarias uidebatis. de Leg. 165 b, Respiciens ad opem ferendam.

Respicio, cis. *pareo, rationem habeo, curo.* pro R. P. 129 a, Cæsarem in tanta fortuna sua aliena respicere magnum est. I. Ver. 176 a, Saltem populi Romani commoda respicite, si socios prospicere non laboratis. pro Planc. 278 b, Respicere salutem suam. Epistola. 150 b, & In Anton. 182 b, Respice quæso aliquando Rempub. Antoni. I. V. 153 Cauere alicui, & respicere eum. de Finibus 81 a, b, Si adeundum erit uitæ periculum, ne tum quidem te respicies, & cogitabis, &c. Epist. 27 b, Quod rogas, ut respiciam generum meum adolescentem optimum, &c.

¶ *Adiuuo.* Attico. 21 b, Nisi quis nos Deus respexerit. Attico. 98 b, Nisi Deus respexerit Remp. Att. 281 b, Quod ipsum, si Remp. tu suspectas es, respicis, tibi iam iamque faciendum est.

¶ *Animaduerto.* pro Arch. 185 b. Quoad longissimè potest mens mea respicere spacium præteriti temporis. ad Brut. 90 b, Maiores partes animi te Cassiumque respiciunt.

¶ *Aspicio.* Postq. 205 a, Ex superioris anni caligine & tenebris lucem in Rep. respicere cępistis. Tus. 229 a, Tam longe retrò respicere non possunt. Epist. 165 a, Cum uastitatem Italię respexerit.

¶ *Retro aspicio.* de D. 90 b, Tum ei dux ille præcepit, ne respiceret. de Ar. 243 b, Sed uccors repente constitit, deinde respexit, & simul ad Cn. Lentulum Cos. aspexit. de Diu. 95 b, Respexitque, & equum alacrem lætus aspexit.

Respirando, de Natu. 54 a, Animæ pars redditur respirando, pars

concipitur cordis ventriculo. Quin. Fra. 319 b, Romæ respirandi, locus non est pro Quin. 16 a, Alicui vix respirandi potestatem dare.

RESPIRATIO, onis. *interpunctio, interspiratio*. Orat. 201 b, Distincta alios interpuncta interualla, moræ, respirationesque delectant.

¶ *Exhalatio*. de Na. 31 a, Aer enim oritur ex respiratione aquarum, & earum quasi vapor habendus est.

¶ *Spirandi actus*. de Vn. 198 a, Neque erant aere circumfusa extrema mundi, vt respirationem requirerent.

RESPIRO, as. *expiro, reddo*. de Natura 53 a, Aspera arteria excipit animam eam, quæ ducta est spiritu, eandemque a pulmonibus respirat ac reddit.

¶ *Spiritum duco, exhalo*. de Fin. 100 a, & 120 b, Qui demersi sunt in aqua, respirare non possunt.

¶ *Recreor, quiesco, animum erigo*. Para. 119 a, Tuæ tibi occurrunt iniuriæ, quæ te respirare non sinunt. Attico 39 b, Respirabo, si te videro. de Fin. 60 a, & pro Qu. 60 b, Improbitas nunquam sinit eum respirare, nunquam acquiescere. pro S. R. 22 a, Respirare libere. Att. 110 b, Cum autem Dolabella venit in mentem, paulum respiro, & 154 b, Accepi literas, & paulum respiraui. pro Clu. 56 b, Hoc modo innocentiæ defensio interclusa respirat. Epi. 76 b, Si ciuitas respirauerit, dignitate tua frui tibi licebit. pro Clu. 60 a, Qui erigere animum, & paulum respirare à metu cœpit. de Ar. 255 a, Respirare à metu cędis, emergere fluctibus seruitutis, reuiuiscere, &c. pro Sest. 19 a, Respirasse homines videbantur, nondum re, sed spe Reip. recuperandæ. pro Qu. 9 b, Cupiditas atque auaritia respirasset paululum pro Mil. 110 b, Respiraui, liberatus sum.

¶ *Desisto, cesso, intermitto*. I. A. 218 a, Ne punctum quidem temporis oppugnatio, respiraui.

☞ Syntaxis. *Respirat arteria aspera, ac reddit animam. Respirabo, si te videro. Respiraui, liberatus sum. Studia tua non respirant*.

RESPLENDEO, des. *refulgeo*. de Fin. 69 b, Resplendeat his vestis. *aliter, respondeat*.

RESPONDENDI, do. de Cla. 174 b, Rutilius magnum munus de iure respondendi sustinebat. de Leg. 175 b, Facultas respondendi iuris. de Orato. 101 b, Multi in respondendo iure, autoritate, plusquam ingenio valent.

RESPONDENS, tis. de Cla. 193 b, Qu. Sceuola consulentibus respondebat. Ora. 810 a, Alteros enim respondentes audire sat erat.

RESPONDEO, des. *refero, responsum do, responsum reddo, rescribo, conuenio*. Att. 10 a, Quæris ex me quid acciderit, &c. ego respondebo tibi ὕστερον πρότερον ὁμηρικῶς. Epi. 17 b, Quanquam qui illinc nunc veniunt, partim te superbum esse dicunt, quod nihil respondeas, partim contumeliosum, quod male respondeas. I. A 155 a, Respondere ad ea quæ quæsita sunt. in Var. Respondere ad interrogata. Epi. 57 b, Quo facilius quib. est iratus, respondere tristius possit. de Fi. 93 a, Ego tibi respondebo ad singula. Or. 217 a. Respondere ad singulas res. At. 251 b, Sępe ij, qui debent, non respondent ad tempus. de Fat. 141 b, Chrysippo primum de ipsa rerum contagione respondeamus. pro Cæl. 41 a, Acute arguteque respondere alicui. Att. 89 a, b, Habes ad omnia, non, ut postulasti, χρύσεα ἀντὶ χαλκείων, sed paria paribus respondimus. At. 89 a, Ecce autem alia pusilla Epist. quam non relinquam ἀναπάντητον. I. V. 78 b, Videat, quid de illis respondeat, quos necauit. pro Fl. 157 b, De quo toto respondit Hortensius. pro Cl. 27 b, Ego ad respondendum surrexi. de Cl. 175 b, Vt etiam pro Bruto respondeam de Cl. 179 b, Cuius orationis Cępionis ore respondi Ælius. de Or. 102 b, Cum vobis non grauate respondero. de Ar. 247 b, Respondere grauiter contra inimici contumeliam. pro Mur. 124 b, Primum M. Catoni de officio meo respõdebo. de Or. 120 b, Aliquid alicui de iure responde. Acad. 6 a, Neque hoc loco expectandum est, dum de remo, inflexo & de collo columbæ, respondeam. pro Mu. 126 a, Alicui de iure consulenti respondere. pro Pl. 272 a, Quæris, num iurisconsultus? quasi quisquam sit, qui sibi hunc falsum de iure respondisse dicat, I. C. 109 b, Iam verò vrbs municipiorum respondebunt Catilinæ tumulis syluestribus. de Nat. 12 a, Vt omnia omnib. paribus paria respondeant. Orat. 200 a, Vt verba verbis quasi de mensa & paria respondent extrema primis. *id est, conueniunt*. de Ar. 255 a, Dixit se velle ædificare alteram porticum in carinis quæ palatiu respõderet. Ep. 26 a, Nam ea quæ speras, &c. scio cui epistolæ tuæ respondeant. Ora. 207 b, Rhetorica quasi ex altera parte respondere Dialecticæ, Br. Ar. 277 b, Qui vestris paucorum respondeat laudibus. de Fi. 91 a, Respõdere maiorib. suis. de Cl. 165 a, & Tus. 148 b, Respondere gloriæ maiorum. Postq. 209 a, Quæ memoria, quæ magnitudo obseruantiæ tot tantisque beneficiis respondere poterit? At. 273 a, Nihil minus hominis videtur, quã non respondere in amore ijs, a quib. prouocere. Ep. 265 a, Cui quidem ego amori, utinam cæteris rebus possem, amore certè respondebo, quo tamen ipse tibi confido futurum satis. Epi. 18 a, In omnib. tuis rebus, meis optatis fortuna respondit. Epi. 19 b, Tua virtus opinioni hominum respondet. At. 60 b, Vt possim tibi aliquid in eo genere respondere, & 57 a, Q. F. liberalitati pro facultatib. nostris respondemus. At. 228 b, Si bonitas tua responderit iudicio meo gaudeo Qu. Fr. 198 b, Fac, ut omnia tua facta atque dicta nostris rebus istic respondeant. I. V. 181 a, Respondebis ne ad hæc? aut omnino hiscere audebis? de Am. 106 b, Vt nostra in amicos beneuolentia illorum erga nos beneuolentiæ pariter æqualiterque respondeat. de L. 159 a, Non enim quærimus, quid de quaque consultatione respondeamus. de Vn. 203 b, Respondent autem dextra dextris, &c. in Sal. 272 a, Nihil enim tam obscænum dicere potes, cui non ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas tua respondeat.

RESPONDEOR, ris. pro Muræn. 130 b, Quæ consuluntur, minimo periculo respondentur. pro Cec. 298 a, Aliud iudicari de iure, aliud responderi non oportet. Ep. 63 b, Mutuo officijs non responderur. Att. 256 b, Si cui quid debetur, vt fit, vnde par pari respondetur. ad Her. 35 b, Non contra tenuiter & nugatorie responsum?

☞ Syntaxis. *De iure respondere. Respondent extrema primis. Maioribus suis respondere. Amori amore respondere. Optatis meis fortuna respondit. Virtus tua opinioni hominum Respondet. In hoc tibi non possum aliquid respondere. Quæ consuluntur, minimo periculo respondentur. Tenuiter & nugatorie respondere. Inter nos mutuò officij respondetur*.

RESPONSIO, onis. *responsum*.) (*ἀναπολόγητος*. I. V. 144 b, Fuit ista responsio quædam. pro Cornel. 62 b, In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione qui ita dicebat, &c. I. P. 91 a, Is me responsione inimica homo promptissimus lacessiuit.

RESPONSITO, as. *frequenter respondeo*. de Leg. lib. 1, Summos fuisse in ciuitate nostra uiros, qui id interpretari populo & responsione soliti sunt.

RESPONSUS. pro Clu. 52 b, Videtis hæc quàm sint leuia genere ipso, quam breuia responsa?

RESPONSUM, si. *responsio*. Att. 13 b, Hæc est illius ad nostra responsa responsis intelligentur. I. V. 243 b, Ipsis autem tantis de rebus responsum nullum dedisti. pro Pla. 226 a, Cum senatus impediretur, quominus equitibus Romanis responsum redderetur. I. C. 101 a, A me quoque id responsum tulisti, me nullo modo posse. de Or. 105 b, Auferre responsum ab aliquo. I. C. 112 b, Ex aruspicum responsis pro Mu. 130 b, Responsa atque decreta iurisconsultorum. de Orat. 107 a. Hominum peritorum responsa nobis cognuscenda sunt.

☞ Syntaxis. *Huic rei nullum do responsum, reddo. Responsum ferre, auferre. Responsa & decreta Iurisconsultorum*.

RESPUBLICA, *politia, communis res*. pro Cluent. 59 a. Epist. 108 b, Doleo ita communem rem esse dilapsam, ut, &c. Pro Sest. 22 a, Res communem utilitatem continentes, quas publicas appellamus. de Orat. 152 a, Politici philosophi appellari uniuersarum rerum publicarum nomine uocabantur. Ep. 146 a, Nihil ex omnibus rebus humanis est preclarius aut præstantius, quàm de rep. bene mereri. de Diu. 109 b, & Acade. 8 a, A Platone philosophiaque dicerem, naturales esse conuersiones rerum publicarum. I. V. 136 a, Eo censu nullius ciuitatis Resp. potuit administrari Attic. 282 b, Hoc bello uictores quàm Remp. simus habituri, nescio uictis certe nulla vnquam erit Qu. F. 295 b, Quod fortasse aliquando uniuersæ reip. nostræ, nunc quidem profecto isti prouinciæ contingit. *id est, Asia* Epi. 14 a, Atque hanc ille causam sibi ait non attingendæ respub. fuisse, & Capessere Remp. L. CAPESSO. de In. 42 b, Versari in publicis rebus. Off 31 b, & pro S. R. 19 a, Nondum ad rempublicam accedere. Epist. 9 a, Rei totius publicæ ocium exoptandum est. Artico. 15 a, & 16 a, Quid dicam in publica re? de L. 191 b, Summa respublica. *id est, Romana*, & ibidem Municipalis respublica. Qu. Fr. 295 b, Plato fore beatas respublicas putauit, si aut docti aut sapientes homines eas regere cœpissent, aut qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent, & 306 b, Qui iudicia impedisset, eum contra rempublicam esse facturum. Offic. 8 a, In quo si nobis obtemperatum esset, si non optimam, at aliquam rempublicam, quæ nunc nulla est, haberemus, & 31 b, Nam & erudierunt multos, quo meliores ciues in rebus suis publicis essent. de Leg. 170 a Necesse est eam patriam charitate præstare, qua reipublicæ nomen uniuersæ ciuitatis est. Att. 124 b, Nam sic quinto, ut opinor, loquitur Scipio. Vt enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria, sic huic moderatori Reip. beata ciuium uita proposita, ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, uirtute honesta sit: huius enim operis maximi inter homines atque optimi illum esse effectorem volo.

RESPUO, is. *aspernor, repudio*. Tuscula. 178 a, & 117 b, Ergo & natura respuit. de Or. 152 a, Gustatus, quod ualde dulce est, aspernatur ac respuit. pro Plan. 268 a, Sequestremus Plancium respuerent aures, ne nemo agnosceret, repudiaretur. Par. 251 a, Quod aures respuunt, immutandum est. de Fat. 149 a, Dicere aliquid, quod omnium mentes aspernentur ac respuant. At. 190 b, Nunc omnia respuo. pro Cæl. 45 a, & pro Mur. 141 b, Calcitrat, respuit. pro Cec. 205 b, Respuere aliquid, & pro nihilo putare. de Natu. 30 b, Reliquiæ cibi, quas natura respuit. At. 217 b, Aspernari ac respuere aliquem.

RESPUOR, ris. Att. 117 a, Cæsaris interdicta respuentur.

☞ Syntaxis. *Aspernari ac respuere. Calcitrat & respuit. Respuere, & pro nihilo putare. Reliquias sibi natura respuit. Aspernari, & respuere aliquem*.

RESTINCTIO, nis. *sedatio*. de Fin. 66 a, Voluptas restinctionis sitis in motu est.

RESTINCTUS, a, um. Top. 125 a, Restinctus ignis. Or. 199 a, Restinctio animorum incendiis. de D. 93 b, Illa etiam tertia parte animi, in qua irarum existit ardor, sedata atque restincta.

RESTINGUO, is. *sedo, comprimo*. de Fin. 66 a, Restinguere sitim. ad Brut. 91 b, Repressi impetum, ardorem restinxi. de Fin. 58 a, Restinguere ardorem voluptatum. de Or. 113 a. Eorum qui audiunt, mentes aut inflammare dicendo, aut inflammatas restinguere. de Natu. 56 a, Eloquentia cupiditates iracundiasque restinguimus. Att. 206 b, Sermunculum omnem aut restinxeris, aut sedaris. Or. 197 a, Nec ipse Aristoteles cæterorum studia restinxit. I. C. 121 a, Restinguere ignem vel incendium.

RESTINGUOR, ris. *pereo*. pro Sest. 13 b, Animos hominum morte non restingui.

¶ *Extinguor*. pro Qu. R. 47 b, Ignis in aquam coniectus continuo restinguitur & refrigeratur.

☞ Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Sedatio ac restinctio. Vel sopitum ardorem restinguere. Nõ restinguitur in animum morte, restinguitur ignis & refrigeratur aqua.*

RESTIPULATIO, onis. *repromissio.* pro Quint. R. 51 b, Recita istam restipulationem clarius. & ibid. Quid enim restipulatio clamat? QVOD à Flauio abstulero, partem dimidiam inde Roscio me soluturum spondeo.

RESTIPULOR, aris. *repromitto.* pro Qu. R. 51 a, Cur igitur decidit? & nõ restipulatur neminem amplius petiturum? & ibid. Hic porrò nunc restipulatur, quod iam pridem ipse exegit. ibi. 54 a, Ex iurisperitorũ consilio & autoritate restipulari ab aliquo. *id est, vicissim sponsionem ab aliquo rogare & petere.*

RESTITUENDI. *reuocandi ab exilio.* pro Mil. 108 b, Quæ fuisset igitur causa restituendi mei, nisi fuisset iniusta eiiciendi? Att. 5 b, De nostro amico placando, aut plane restituendo. Att. 89 a, De Memmio restituendo, ut Curio cogitet, te adisse puto.

RESTITUO, *is. instauro.* pro Cec. 289 a, Prætor edixit, vt vnde deiecisset, restitueret. pro R.P. 129 b, Rabirij dignitas, ex qua illi nihil detrahi potest, quod non facile restituat. Tus. 220 a, Cum Atau Dana is inclinantibus prælium restituit. pro S. R. 18 b, Restitue nobis aliquando ueterem illam tuam calliditatem.

¶ *Refero.* Qu. de Pet. 208 a, Restituere gratiam alicui.

¶ *Corrigo.* de Diu. 128 a, Restituere ac corrigere deprauata.

¶ *Veniam alicui do.* I. A. 171 a, Antonius Lenticulam de alea condemnatum restituit.

¶ *Repono.* I. V. 68 b, Restitui in antiquum statum. pro S. R. 37 b, Damnatus per arbitrum & rem restituit, & honestatem omnem amisit.

RESTITUOR, eris. *reponor.* Ep. 198 a, Vt statua, quam turbo deiecerat, restitueretur. pro Cec. 291 b, Prætor aut uim fieri vetat, aut restitui factam iubet. At. 157 b, Omnes qui lege Pompeia condemnati essent, restituerentur. I. V. 214 a, Pollicetur, sibi magnę curæ fore, vt omnia ciuitatibus, quæ cuiusque fuissent, restituerentur.

¶ *Reficior, instauror.* pro Cæl. 45 b, Effregit fores, restituentur.

☞ Syntaxis. *Restituere aliquem. id est, reuocare ab exilio. Restituere ades qua corruerunt. Gratiam alicui restituere. Deprauata restituere, atque corrigere. Condemnatum de alea restituere. In antiquum statum restituere aliquem.*

RESTITUTIO, onis. contra Rul. 68 a, Restitutio damnatorum. I. P. 87 a, Nemini est triumphus honorificentius, quàm mihi salus restitutioque perscripta.

RESTITUTOR, oris. pro Mil. 109 a, P. Lentulus restitutor salutis.

RESTITUTUS, a, um. *refectus, instauratus.* I. A. 171 b, & pro Clu. 38 a, Cõdemnatos ambitus in integrum esse restitutos. Epi. 5 b, Et nisi per te sit restitutus, desertum se atque abiectum fore. pro Flac. Prædia à nostris magistratibus in integrum restituta. de Di. 100 a, Templum est à senatu Iunoni sospitæ restitutum.

¶ *Repositus.* pro Dom. 230 b, Rursus illi sunt in suam pristinam dignitatem restituti.

¶ *Redditus.* pro Dom. 228 a, Vt salutem redditam sibi ac restitutam accipere debuit.

RESTO, as, restiti. *maneo remaneo resideo.* Att. 220 b, At si restitero, idem fecero quod L. Flaccus, *i. si non discedam.* I. C. 118 b, Qui ad Catilinam accipiendum Romę restiterunt. Offi. 74 a, Ita incolumis in patria Regulus restitisset. pro Lig. 137 b, Ligarius post aduentum Vari in Africa restitit. pro Mur. 143 a, Qui ab illo in speculis relicti, in ceruicibus nostris restiterunt.

¶ *Relinquor, supersum, seu residuum & reliquum est.* pro Qu. 5 b, Illud etiam restiterat, quod hesterno fecerunt, vt te in iudicium adducerent. Att. 122 b, Vnum etiam restat amico nostro ad omne dedecus, vt Domitio non subueniat. Q. F. 318 a, Nihil ei restabat præter balnearia. de Di. 123 a, Restat etiam de Chaldęis. de Inu. 76 a, Quid nobis ex eo genere restet, & quare restet, admonendum videtur. pro Mar. 135 a, Hæc igitur reliqua pars est, hic restat actus. de Nat. 34 b, Restat igitur, vt motus astrorum sit voluntarius. pro Q. 7 a, restat vt aut, &c. Att. 282 b, Longa sunt quæ restant, prætereunda tamen. Of. 54 a, Qui e diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic necesse est restare tertiam. pro Syl. 181 a, Quæ tamen ei sola in malis restiterunt. *i. studia amicorum.*

RESTRICTE, *angustè, strictè.* de Leg. 179 a, Hæc illi placent, sed ego cætera non iam restricte præfinio. de Fin. 71 b, Nec tamen cur id tam parce tamque restricte faciant, intelligo.

RESTRICTUS, a, um. *parcus, auarus, tenax.* Epist. 38 a, Cùm natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior. Offic. 46 a, In iis tamen, qui, &c. restricti nullo modo esse debemus. Att. 195 a, An existimas illum in hoc genere lentulum, aut restrictum? nemo est minus.

RESUPINUS, *supinus.* de Diuina. 89 b, Exin prostratum resupinum, &c. Accij.

RETARDANDO, de Na. 35 a, Stellam tum antecedendo, tum retardando mirabiliter multa efficere.

RETARDATIO, onis. *commoratio.* I. A. 200 a, Vnde est adhuc bellum, nisi ex retardatione & mora?

RETARDATUS, a, um. pro Sest. 18 a, Excitauit illam suam non solutam, sed suspicione aliqua retardatam consuetudinẽ bene gerendæ reip.

RETARDO, as. *moror, remoror, moram affero, moram facio, moram & impedimentum infero.* pro Pomp. 8 a, Vt eorum collectio dispersa celeritatem persequendi retardaret. Tus. 164 b, Siue retardabis, siue properabis. pro Pomp. 6 a, Reprimere ac retardare impetus hostium. I. V. 196 a, Vt animos eius & impetus retardaret. In Vat. 29 a, Vt ferocitatem illam tuam comprimerem, audaciam frangerem, loquacitatem retardarem. pro Pomp. 11 b, & pro Cl. 59 b, Sed hę res, quæ cæteros remorari solent, non retardarunt. I. A. 211 a, Sed animi uires corporis imbecillitas non retardauit. I. P. 96 a, Quum certi homines non studium eius a me alienassent, sed auxilium retardassent. Post q. 209 a, Quem ad salutem meam uoluntas impulit, vis retardauit, autoritas vestra reuocauit. Epist. 72 b, Posteriora autem tempora a me scribendo retardarunt. ad Her. 6 a, Ne qua possit animum tuum defatigatio retardare. pro Arch. 188 a, A nullius me vnquam tempore aut commodum aut ocium abstraxit, aut voluptas auocauit, aut denique somnus retardauit. At. 20 b, Alij simulatque hoc nostrum legerunt, nescio quo pacto retardarunt. pro Pomp. 8 a, Illum in persequendi studio mœror, hos lætitia retardauit. I. A. 226 b, Quem nisi in uia caducæ hæreditates retardassent, volasse eum diceres. de Sen. 89 a, Ad agrum fruendum non modo non retardat, verumetiam inuitat atque allectat senectus.

RETARDOR, ris. de Nat. 46 b, Stellarum motus tum incitantur, tum retardantur, sæpe etiam insistunt.

☞ Syntaxis. *Stella antecedit & retardat. Retardata consuetudo. Retardatio & mora. Retardare aliquem. Retardare.)(properare. Reprimere ac retardare impetum. A scribendo aliquem retardare. Quid retardat. Ad agrum fruendum retardat minime senectus. Stellarum cursus incitati, tardati, insistentes.*

RETE, tis. *plaga, laqueus.* de Nat. 50 b, Vt in Araneolis aliæ quasi rete texunt, alię ex inopinato obseruant.

RETEGO, gis. *aperio, euoluo.* Att. 59 a, Quare in hoc thecam nummariam non retexeris, in alijs eris cautior.

RETENTIO, onis. Attico. 210 b, & 212 b, *bis*, Semper Carneades προβολὴν pugilis, & retentionem aurigæ similem facit. Aca. 15 b, & 20, Ex his illa necessario nata est ἐποχή: idest, assensionis retentio, & 20 a, Illud certe opinatione & perceptione sublata, sequitur omnium assensionum retentio.

Qua penitus sensus hominum vitasque retentat, & 121 b,
Namque omnes memores portentum mente retentant. Poetæ.

RETENTO, as. *sublimo, retineo*, de Diu. 83 b,

RETENTUS, a, um. de Di. 124 a, Ius augurum Reip. causa conseruatum ac retentum, & ius retinendæ maiestatis. Tus. 148 a, Studia retenta animo, remissa temporibus. de Fin. 64 a, Qui mos à posterioribus non esset retentus, Arcesilas eum reuocauit. Tus. 144 b, Sunt autem hæ de finibus, ut opinor, retentæ defensæque sententiæ.

RETEXENS, tis. Ac. 23 b, Dialectica quasi Penelope telam retexens.

RETEXO, xis. *dissoluo, renouo.* Epist. 180 a, An quod adolescens præstiti, nunc ætate præcipitata commutem, ac me ipse retexam. Epi. 174 b, Noui timores retexunt superiora. de Fin. 144 b, Audeo dicere, inquit, non potes, nisi retexueris illa. I. V. 121 b, Omnino erant Metelli huiusmodi, ut totam suam præturam retexere uideretur. *id est, irritam facere.* I. A. 166 b, Itaque iam retexo orationem meam. *id est, quod negabam, confiteor.*

RETEXOR, tis. de Or. 183 a, Ex quibus antea exorsa, & potius detexata, propè retexantur.

☞ Syntaxis. *Non possum me ipso retexere. Orationem suam retexere. id est, palinodiam canere.*

RETICENDO. ad Her. 20 a, Arteriæ reticendo acquiescunt. pro Clu. 18 a, Subterfugere reticendo, & obscurare dicendo. L. Conuinco.

RETICENTIA, tiæ. *taciturnitas.* I. A. 264 b, Offic. 64 b, A iurisconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta.

¶ *Est item figura rhetorica.* de Orat. 162 a.

RETICEO, es. *conticeo, obmutesco.* de Orat. 130 a, Hic cum Sulpicius reticuisset, inquit Crassus, &c. Qu. F. 299 b, Nihil nec temere dicere, nec astute reticere debeo. Ep. 59 b, Quæ statueras tibi in senatu de mea laude esse dicenda, reticuisti. I. R. 158 b, Non possum de utriusque nostrum errore reticere.

☞ Syntaxis. *Arteriæ reticendo acquiescunt.*

RETICULUM, li. I. V. 241 a, Reticulum tenuissimo lino, & minutis maculis plenum rosę.

RETINENDUS, a, um. Offi. 21 a, Ludendi est etiam quidam modus retinendus. pro Cor. 61 a, Sin quemque iuris, & dimittendi & retinendi esse dominum. Offic. 73 b, Qui retinendi officij causa cruciatum subierit uoluntarium.

RETINENS, tis. Q. F. 201 b, Homo sui iuris dignitatisque retinens. pro Pl. 270 b, Homo nimium retinens equestris iuris.

RETINEO, es.)(*dimitto.* Att. 208 a, Quare nisi iam profecti sunt, retinebis homines. de L. 160 b, Quum labebar longius, nisi me retinuissem. Epi. 6. Illum suspicantem te ab se alienatum, illa epistola retinuisti. Aca. 30 a, Quos natura ipsa in officio retinere non potuisset.

¶ *Conseruo.* de Am. 109 b, Retinent tamen charitatem in pastores. Off. 41 a, Qui summos uiros eum infimis pari iure retineret.

¶ *Vsurpo.* pro Clu. 38 a, Pecuniam acceptam nomine iudicij retinere atque supprimere.

¶ *Celo.* pro Qu. 15 b, Cogitent ita se graues esse, ut si ueritatem nolent retinere, grauitatem possint obtinere.

¶ *Tueor.* I. V. 155 a, Retinere ius suum contra aliquem. *id est, obtinere.*

¶ *Delecto.* Ep. 68 a, Etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet quasi enumeratione factorum.

RETORQUEO, es, *reflecto.* I. V. 104 b, Catilina retorquet oculos sæpe ad hanc urbem. de Sen. 94 b, Quo quidem me proficiscentem non sanè quis facile retraxerit, & tanquam pilam retorserit.

RETRACTANDUS, a, um, do. Attico. 124 a, Sed hæc omittamus, augemus enim dolorem retractando. pro Mur. 137 a, Nunc tertius ille locus

eus de criminib. ambitus à me retractandus est.

Retractatio, onis. *reuocatio, recognitio.* Tusc. 244 b, Vt sine retractatione libere dicere auderent, sapientes esse semper beatissimos. Atti. 112 b, Conficies igitur, & quidem sine vlla dubitatione & retractatione, & I. A.

Retractatus, a, um. *limatus.* At. 252 b, Idem σύνταγμα misi ad te retractatius. Att. 252 b, Αρχέτυπον crebris locis inculcatus & refectus, sed tamen idem σύνταγμα misi retractatius.

Retractus, a, um. in Ant. 207 a, Hic ita mæstus rediit, vt retractus, non reuersus videretur.

Retraho, his. *retrò aut in contrariam partem traho, abstraho, reuoco.* pro Cæl. 51 a, Licinium cùm iam manum ad tradendum pyxidem porrexisset, retraxisset, Episto. 71 a, Non habeo certum, quæ te res hinc maximè retrahat. de Senectu. 94 b, Quo quidem me proficiscentem haud sanè quis facile retraxerit, neve tanquam palam retorserit. de Fin. 66 b, Scipio Annibalem in Africam retraxit. pro Sest. 10 b, Retrahere aliquem a Repub.

Retrahor, ris, Partit. 242 a, Genus hoc calliditatis & calumniæ retrahatur in odium iudicis.

Retractio, *detractio.* Tusc. li. 1, Siue retractabis, siue properabis, *subaudi, moriendum est.*

Retribuo, is. *rependo, refero.* pro Q. R. 52 a, Non mihi detraham, cum illis exactę ætatis seuerissime fructum quem meruerunt, retribuam. Antequam 592 b, Fidei conducit, in loco debitum retribuere, & 293 b, Retribuere quod debetis.

Retro. *à tergo.* de Di. 99 b, Tum ei Deus præcepit, vt pergeret protinus, quid retro atque à tergo fieret ne laboraret. Epi. 124 a, Retrò ad alpes versus iter mihi incidit de Som. 128 b, Orbes qui versantur retro contrario motu atque cęlum. in Ar.

Sed conuersa retrò cæli semper loca portat.

de N. 65 b, Cùm eadem vicissim retro commeant. Tusc. 229 a, Tam longè retrò respicere non possunt, & 245 b, Vt omnia quæ sine honestate sint longe & retro ponenda censeat. de Fin. 144 a, Vide rursus retrò, dato hoc, dandum erit & illud. Part. 233 a, Et idem quasi sursum versus retroque dicatur.

Retrorsus, *retrò.* de Nat. 42 b, Deinde, retrorsum uicissim ex æthere aer oritur.

Syntaxis. *Retrò & à tergo. Retrò ad alpes versus iter incidit. Retrò versantur orbes, contrario motu atque coelum. Longè retrò respicere. Longè & retrò ponere id est, negligere. Retrorsum vicissim ex æthere aer oritur.*

Retrusus, a, um. *reconditus.* I. V. 77 b, Simulacra deorum iacent in tenebris ab isto retrusa atque abdita. Q. de Pet. 211 b, Abditum & retrusum. de Or. 92 a, Hæc sunt penitus in media philosophia retrusa atque abdita.

Syntaxis. *Retrusum & abditum, & contrà.*

Retundo, dis. *obtundo.* I. C. 112 a, Iidem gladios in Remp. districtos retudimus. pro Syll. 183 a, Cuius nuper ferrum retudi. pro Do. 226 a, In me omnia, quę ego quondam retuderam, coniurationis tela adhę ferunt. At. 261 a, In præsentia belle iste puer retudit Antonium. pro Clu. 43 a, Censorij stili mucronem multis remediis retuderunt. Ep. 190 b, Retundere improbitatem alicuius, & 155 a, Quo facto retudit sermones.

Retusus, a, um. obtusus. de Diuina. 97 a, Aliæ quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retusa.

Reuectus, a, um. de Cl. 185 a, Sed ad paulo superiorem ætatem reuecti sumus, nunc ad eam, de qua aliquantum locuti sumus, reuertamur. I. V. 117 b, Diana Segestam Carthagine reuecta.

Reuello, lis, reuelli. *refigo.* I. P. 85 a, De corpore alicuius tela reuellere. pro Cęcin. 198 a, Qui ius ciuile contemnendum putat, is uincula reuellit iudiciorum. I. V. 205 b, Nec prius illam crucem quæ fixa est ad portam, reuellistis. Episto. 219 b, Reuellere tabulam fixam. Attici. 99 a, Honorificisque verbis omnes iniuria, reuellimus superiores.

Reuellor, ris. Epi. 219 b, Tabulam in qua nomina ciuium incisa erāt reuelli iussit. I. V. 212 a, Reuelli claustra, effringi fores. pro Mur. 131 a, Ianua, qua effracta & reuulsa, tota pateret prouincia.

Syntaxis. *Vincula iudiciorum, tabulam fixam reuellere. Iniurias reuellere verbis honorificis.*

Reuenio, nis. *redeo.* de Orato. 69 b, Cum miles domum reuenisset egisſetque lege in hæreditatem paternam, & 100 a, Cum postea Mancinus domum reuenisset.

Reuera, *reapse, reipsa.* Epi. 32 b, Et reuera confirmata amicitia, & perfecta fide commemoratio officiorum superuacua est. pro Cor. 65 a, Cuius igitur crimen est? reuera nullius, actione accusatoris eius vnius, qui donauit. ad Herenn. 8 a, Hæc enim eo modo exponi, quomodo reuera gesta sunt. Epi. 4 b, Qui nunc populi Rom. nomine, re autem vera sceleratissimo latrocinio, si qua conabuntur agere, &c. I. V. 162 a, Cuius mortis causam fugitiui sustinent, re quidem vero nemo dubitat, quin, &c. pro Clu. 28 b, Verbo ille reus, tu quidem uera & periculo, & tota accusatione Oppianicus. Att. 52 b, Cum reuera ita sit, &c. pro R. P. 116 b, Sint illa magna, quæ reuera magna sunt. pro Q. 10 b, Hæc ille si uerbis non audet, re quidem uera palam loquitur. pro Dom. 227 b, Quando igitur est turpe? reuera quando est pœna peccati, opinione autem hominum, si est pœna damnati. 2. Ver. Quem quum poscebat, uerbo illam poscere uidebatur, reuera iudicia poscebat. 3. Ver. Quòd iste M. Marcelli & P. Africani monimenta, quæ nomine illorum, reuera populi Ro. & erant & habebantur. 5. Ver. Verbo & simulatione poscere, & reuera, *contrarie.* pro Quint. 1 b, Aduersarium habet Quintius uerbo Sex. Næuium, reuera huius ætatis homines disertissimos, florentissimus, &c.

Reuerens, tis. Tus. 164 a, Multa aduersa reuerens oratio. de Ora. 118 a, Dicam enim non reuerens assentandi suspicionem.

Reuerentia, tiæ, *honor, obseruantia.* Offi. 211 a, Adhibenda est igitur quædam reuerentia aduersus, &c.

Reuereor, ris. *vereor, colo, cultu quodam & honore dignor.* Att 33 b, Sed mihi nihil est molestius, quàm statim manumissum, nec meum imperium, omitto imperium, non simultatem meam reuereri saltem. ad Heren. 29 b, Difficile est uirtutem reuereri, qui semper secunda fortuna sit usus. de Inu. 70 b, Obseruantia per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedens reueremur & colimus.

Reuersio, onis. *reditus.*)(*profectio.* I. A. 153 a, Exponam vobis breuiter consilium & profectionis, & reuersionis meæ. Att. 256 b, Reditu vel potius reuersione mea lætati sunt. de Nat. 46 a, Sol binas in singulis annis reuersiones ab extremo contrarias facit. de Fin. 86 a, Cum omnium siderum eodem unde profecta sunt, fiat ad vnum tempus reuersio. de Natu. 64 b, Reuersio & motus febrium. pro Syl. 177 a, Reuersionem facio.

Syntaxis. *Reditus, vel potius reuersio. Reuersio & motus febrium. Aduerte discrimen reditus ac reuersionis.*

Reuerto, tis. *reuertor, remigro, reuenio, aduenio, recurro, refero me.* Attic. 121 a, Ipse ne quò incidere, reuerti Formias. Tus. 249 a, Multi egressi, nunquam domum reuertere. pro S. R. 21 b, Legati Ameriam re inorata reuerterunt. de Diu. 86 a, Itaque per sępe reuertit ex itinere, cum iam, &c. Epist. 84 b, Deinde ut in eam ciuitatem uiri boni, & nulla ignominia notati non reuertantur, in quam tot nefariorum scelerum condemnati reuerterunt, & 39 a, Dicuntur omnes reuertisse, & 70 b, Ephesu Laodiceam reuertit. Episto. 161 a, Ad illum animum meum reuerti pristinum, & 141 b, Nisi ad superiorem consuetudinem reuertisses.

Reuertor, ris. *reuerto, reuenio, redeo, refero me, reuersionem facio, remigro* pro Mur. 145 b, Vnde cum honore discesseris, eodem cum ignominia reuerti. Att. 139 a, Ad propositum reuertar, festinationi meæ & breuitati literarum ignoscas. de Diuin. 90 a, Discedo parumper à somniis, ad quæ mox reuertar. pro Do. 240 b, Sed vt reuertar ad ius publicum, &c. pro S. R. 38 a, Vt ad me reuertar, &c. de Inu. 83 a, Vtilitas aut in corpore posita est, aut in extraneis rebus: quarum tamen rerum multo maxima pars ad corporis commodum reuertitur.

Syntaxis. *Hoc reuertitur ad commodum corporis.*

Reuincor, ris. *conuincor.* pro Ar. 287 b, Quare argumenta, si qua potes, nunquam hic neq; suo, neque amicorum iudicio reuincetur.

Reuiresco, scis. *fruticor, renouor, reuiuisco.* de Pro. 76 a, Quæ quanquā sunt abscisæ, tamen efferent se aliquando, & ad renouandum bellū reuirescent. ad Her. 34 b, Reipublicæ rationes, quæ malitia nocentiū exaruerant, uirtute optimatum reuirescunt.

Reuiso, sis. *inuiso, iterum viso.* Attic. 17 a, Reuise nos aliquando, & 29 b, & Epistol. 17 b, Attico. 203 a, Quare cum poteris, reuises nos. pro Quin. 42 a, Hic cum rem Gallicanam caperet reuisere, &c.

Reuiuiscens, tis. Ep. 49 a, Vt speciem aliquam videar videre, quasi reuiuiscentis Reipub. Oct. 326 a, Templa in quibus reuiuiscente iam lībertate, deinde rursus oppressa, senatus nihil consulitur.

Reuiuisco, scis, reuixi. *in vitam redeo, renascor.* I. P. 94 a, Ia vbi galli cantum audiuit, auum suum reuixisse putat. Postquam 204 b, Si reuixissent hi qui hæc pene deleuerunt. ad Brut. 285 b, Sed ne patri quidem meo, si reuiuiscat, concesserim. de Fin. 119 b, Si reuiuiscant illi, &c. I. A. 254 b, Vt facilius reuiuiscat Pompeianorum causa totiens iugulata. pro Mil. 117 a, Qui si eadem lege reuiuiscere posset, lata lex nūquam esset. Epist. 88 a, Vt iam simul cum Repub. necessario reuiuiscat atque recreetur. de N. 45 a, Cum autem sol illuxisset, tum vt reuixisse sibi uiderentur. I. V. 268 b, Cum ex illorum metu mortis quasi luce libertatis recreatus reuixisset. Att. 76 b, Aduentu nostro reuiuiscunt iustitia, abstinentia tui Ciceronis. Att. 90 b, Ciuitates suis legibus fretæ, αὐτονομίας adeptæ reuixerūt. I. A. 219 b, Senatus ad autoritatis pristinæ spem reuiuiscat. de Ar. 255 a, Reuiuiscere, respirare a metu cędis, emergere à fluctibus seruitutis. Para. 223 a, Reuiuiscat M. Curius, &c.

Syntaxis. *Reuiuiscere ac recreari. Reuiuiscens libertas.*

Reuocandus, da, dum. do. pro Dom. 141, Identidem se ipse reuocando, dubitans, &c. de Or. 112 b, Non omnia quæcunque loquimur, ad artem & ad præcepta sunt reuocanda.

Reuocans, tis. I. A. 141 a, Quis reuocante & receptui canente senatu properet dimicare? Epi. 85 a, Scripsi de te parce & timide, non reuocans me ipse, sed pene refugiens. de Amic. 107 b, Aliquis omnia ad suam potentiam reuocans.

Reuocatio, nis. Tuscu. 197 b, Reducatio ad contemplandas voluptates.)(*auocatio à cogitanda molestia.* I. A. 249 b, Receptui signum aut reuocationem à bello audire non possumus.

Reuocatus, a, um. Qu. F. 300 b, Testor omnes deos, me hac una voce à morte esse reuocatum, quod, &c. Epist. 143 b, Posteaquam de meo cursu Reipub. sum uoce reuocatus. cont. Rul. 87 b, Qui prouocati à me uenire noluerunt, reuocati saltem reuertantur.

Reuoco, as. *voco, reduco.* pro Muræ. 129 b, Vnde tu me uocasti, inde ibi ego te reuoco. de Prou. 71 b, Deducere & reuocare aliquem de prouincia. Epistu. 151 a, Equitatum reuocaui. pro Dom. 242 b, Vos qui maxime me repetistis atque reuocastis.

¶ *Refero.* Offic. 69 a, Hoc ego nihil inutilius puto, cum ad ueritatem cępit reuocare rationem. de Fin. 73 b, Reuocare omnia ad scientiā. pro Do. 216 a, Nonnulli illam rem ad illam rationem coniecturam.

que reuocabant, qui, &c.

¶ *Resumo.* a 6, 15 b, Simulatque se ipse commouit, ad seque reuocauit. Ep. 107 b, Reuocare uires amissas. * Acad. 35 a, Reuocat uirtus, vel potius reprehendit manu.]

¶ *Auoco, remoueo, abstraho, retraho.* Tusc. 156 a, Reuocare mentem à sensibus. Att. 46 b, Reuocare aliquem à turpi consilio. pro Clu. 20 a, b, Eam non filij dolor, non filiæ mœror a cupiditate reuocauit. I. C. 313 a, Reuocare aliquem a furore vel à scelere.

¶ *Instauro, compare.* de Cl. 195 b, Hortensius reuocare se ad industriam cœpit. de Or. 153 b, Meque ad meum munus pensumque reuocabo. de Cl. 165 b, Ego me ad pristina reuocaui.

¶ *Resumo, instauro, aggredior.* de Cl. 194 b, Studium philosophiæ nunquam intermissum, à primaque adolescentia cultum & semper auctum, hoc rursus summo autore & doctore reuocaui. Tusc. 148 a, Retuli me ad ea studia, quæ retenta animo, remissa temporibus, longo interuallo intermissa reuocaui. de Or. 127 a, Iudicum animos ad Qu. Cepionis odium, a quo erant ipsi propter iudicia abalienati, renouabam atque reuocabam. de Opt. 244 a, Ad quam eos quasi formulam dicendi reuocent. pro Syl. 175 b, Animum incitatum ad vlciscendam orationem tuam, reuoco ipse. * Ep. 107 b, Sed si morbum depulero, facile illa renocabo. i. vires & corpus amissum.]

¶ *Excito.* Postq. 209 a, Qui me a morte ad uitam, a desperatione ad spem reuocauit.

¶ *Recupero.* Ep. 107 b, Sed si morbum depulero, facile (vt spero) illa renocabo.

Revocor, ris. Off. 27 b, Danda igitur opera est, vt etiã si aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio. de Diu. 138 b, Hæc oratione explicari, & ad naturam reuocari facile possunt. pro Cæc. 292 a, Ad incertum reuocari possessiones omnium. pro S. 37 a. In minimis rebus etiam negligentiam in crimen mandati iudiciumque infamiæ reuocatur.

Revolo, as. *retro volo.* de Natu. 51 a, Dox ipse quia non habet vbi nitatur, reuolat.

Revolvens, tis. de N. 47 a, Draco subter supraque reuoluens sese.

Revolvor, *refluor.* de Or. 121 a, Omnia ab homine ad communes generum locos mea reuoluentur.

¶ *Rapior.* Ac. 6 2, Ita imprudens eo quo minime uult, reuoluitur.

¶ *Redeo.* de Orato. 120 b, Nec quotiens causa dicenda est, totiens ad eius causæ seposita argumenta reuolui nos oportet. de Di. 111 a, Primum eodem reuolueris, nam, &c. ad Her. 11 a, Neque eodem identidem reuoluamur. At. 212 a, reuoluor identidem in Tusculanum.

Revs, rei. *ille unde petitur, qui causam dicit, qui lege aliqua tenetur, maleficus, qui aliqua culpa tenetur erroris humani, qui arguitur, is de quo res disceptatur, ille unde petitur.* pro Mur. 133 a, I. V. 127 b, Si quis absentem Sthenium rei capitalis reum fecere vellet. pro Pl. 270 b, Cur is abs te reus non factus est? Epist. 223 b, Vt socrus adolescentis rea ne fiat. de Or. 125 a, Reos autem appello, non eos modo qui arguuntur, sed omnes quorum de re disceptatur. & 138 a, Reos appello, quorum res est. pro Syl. 182 b, Parens tuus Catilinæ reo de pecunijs repetundis fuit aduocatus. Anteq. 193 a, Non citatur reus audaciæ, virtutis reus citatur. de Ar. 253 b, Clodius dum propinquis suis decidit, ne reos faceret. & 254 b, Laudare reum pro Sest. 10 b, Cum equester ordo reus a consulibus citatur. pro Mil. 108 b, Reus Milonis lege Plotia fuit Clodius, quoad vixit. Qu. Fr. 383 b, Facere aliquem reum de ambitu. I. C. 103 a, Leges, quæ de ciuium reorum supplicio rogatæ sunt. ad At. 275 b, Alienæ igitur culpæ me reum facis. & 63 b, Domitius a Memmio reus. I. V. 258 a, Referre aliquẽ absentem in reos. L. A. 171 a, Absens in reos relatus. I. V. 62 b, & pro Muræn. 135 a, Reus nocens. pro Mil. 109 b, Milo reus ad populum accusante P. Clodio & 110 a, Milo reus est præclari facti & 111 a, Tota denique rea citaretur Hetruria, &c. pro Deiot. 151 b, Hieras totam causam suscipit, & criminibus illis pro rege se supponit reum.

☞ Syntaxis. *Capitalis rei reum facere. De furti reus. Citatur audaciæ reus. Aliena culpa reus. Ille ab illo est reus. Referre aliquem in reos. Præclari facti reus. Citatur Italia rea. Criminis se reum pro aliquo supponere.*

Revvlsvs, a, um. I. P. 84 b, Id autem templum sublato aditu, reuulsis gradibus, armis tenebatur. L. A. 196 a, Nisi septis reuulsus introiri non potest.

Rex, gis. *dominus.* Offi. 41 a, Apud Medos, ut ait Herodotus, fruendæ iustitiæ causa uidentur olim bene morati reges constituti. pro Sest. 16 a, Rex sedens cum purpura & sceptro, & illis insignibus regiis, præconi publico subijcitur. Off. 68 b, Ecce tibi qui rex populi Rom. dominusque omnium gentium esse concupierit. pro Pom. 8 b, Regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciunt ad misericordiam, ut regale ius nomen magnum & sanctum esse uideatur. Epist. 283 a, Non regno, sed rege liberati uidemur: interfecto enim rege, regios omnes nutus intuemur. pro R. P. 127 a, Regum hæc sunt imperia, Animaduerte & dicto pare, & præter rogitatum, si quærare & illæ minæ, Si te secundo lumine hic offendero, moriere. At. 117 b, Cæsaris interdicta, Si te secundo lumine hic offendero, respuentur. de Fin. 205 b, Rectius enim appellabitur rex, quam Tarquinius qui nec se nec suos regere potuit.

Rex, sacrorum, *qui rebus sacris præest.* de Ar. 246 a, L. Cladius rex sacrorum. & pro Dom. 220 b, Rex sacrorum.

Rex, ærarii. *qui ærario custodiendo præest.* cont. Rul.

Rhadamanthvs, thi. *iudex apud inferos.* Tusc. 150 a.

Rhamnvsivs, Antiphon, *orator, a Rhamno oppido Græciæ.* de Clar. 168 b.

Rheda, dæ. *genus vehiculi.* I. A. 271 b, Sequebatur rheda cum lenonibus. pro Mil. 196 b, Obuius fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, & ibi. Cum Milo cum vxore veheretur rheda penulatus, &c. Att. 97 a, Hanc epistolam dictaui sedens in rheda. Att. 89 a, Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus essedis & rheda equis iuncta.

Rhedarivs, rii. pro Mil. 106 b, Aduersi rhedarium occidunt.

Rhegivm, gyi. *vrbs Calabriæ.* Epist. 198 b.

Rhenvsi, *populi.* in Ver. 205.

Rhemnia, lex, L. Leges variæ.

Rhenvs, ni. *fluuius.* 97 a, Rhenifossa gurgitibus illis redundans.

Rhetor, ris. *orator, dicendi artifex & doctor, qui dicendi præcepta tradit, rhetoricus doctor.* de Orato. 91 b, & 92 a, Qui rhetores nominabantur, & qui dicendi præcepta tradunt. in An. 268 b, Rhetor magister declamandi de Inuen. 43 a, Vis & artificium rhetoris. de Clar. 168 a, Concessum est rhetoribus mentiri, & in historiis, vt, &c. Quin. Frat. 320 b, Cicero noster dum ego adsum, non cessauit apud rhetorem, & 323 b, Pæonius rhetor, homo, opinor, valde exercitatus & bonus. item: Quæ potest turpitudinis esse tanta defensio? cupio audire, vt videam, vbi rhetoris tanta merces, vbi campus Leontinus appareat. in Ant. 179 b, Quasi rhetor ille te disertum facere posset. de Natu. 26 a, Nam neque indisertum Academicum pertimuissem, neque hoc philosophia rhetorem quemuis eloquentem. Offic. 26 b, Contentionis præcepta rhetorum sunt, nulla sermonis. de Finib. 67 b, Quasi vero perpetua oratio rhetorum solum, non etiam philosophorum sit, & 68 a, Latius loquuntur rhetores, dialectici autem compressius. Orat. 202 b, Sed & Græce ab eloquendo rhetor, & Latine eloquens dictus est. de Natu. deor. 26 a, Rhetor eloquens. Orat. 205 a, Hanc hypallagen rhetores, metonymiam grammatici vocant. Or. 200 b, Plato exagitator omnium rhetorum. de Orat. 150 a, Corax & Pamphilus rhetores de Inuen. 63 a, Magnus & nobilis rhetor Isocrates. de Fin. 90 b, Artes rhetorum totæ sunt forenses ac populares.

Rhetorica, cæ. *ars rhetorica, rhetoris ars, vis oratoria, oratoris facultas, ratio dicendi, copia dicendi & commoditas rationis.* ad Her. 1 a, de Inu. 43 a, Artificiosa eloquentia, quam rhetoricam vocant. de Fin. 68 a, Zeno omnem vim eloquendi in duas partes tribuendam esse dicebat, rhetoricam palmæ, dialecticamque pugno similem esse: quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius, & ibid. Dicamque si potero rhetorice: sed hac rhetorica philosophorum, non nostra illa forensi, quam necesse est, cum populariter loquamur, esse interdum paulo hebetiorem. de Finib. 107 b, Scripsit artem rhetoricam Cleanthes, Chrysippus etiam, sed sic, vt si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legat. * de Orat. 207 a, Rhetorica quasi ex altera parte respondet dialecticæ. Acad. 95 a, Oratoria vis dicendi. de Orat. 93 a, Rhetorica a plerisque philosophis repudiata.]

Rhetorica, orum. *rhetorum res, siue præcepta.* de Fat. 140 b, Mihi rhetorica vestra sat nota sunt.

Rhetorice. *rhetorico more, copiose, splendide, ornate.* de Finib. 67 b, Rhetorice igitur mauis, quàm dialectice disputari? Tusc. 240 a, At quàm rhetorice, quam copiose, quas sententias colligit, quæ uerba contorquet? de Clu. 169 a, Rhetorice & tragice ornare aliquid. de Fin. 95 b, Potest id quidem fuse & copiose, & omnibus electissimis verbis grauissimisque sententiis rhetorice & augeri, & ornari.

Rhetoricoteros. *magis rhetor, vel maior orator.* de Or. 158 b,

Crassum habeo generum, ne rhetoricoteros tu sis. Lucilij.

Quidam legunt Rhetoristero.

Rhetoricvs, a, um. de Or. 96 a, Et nostro more aliquando, non rhetorico loquamur, & 92 a, Quæ arte sua rhetorici illi doctores complecterentur. de N. 59 b, Exercitationes rhetoricæ. de Ora. 109 b, & Or. 198 a. Rhetorici quidam libri, quos tu agrestes vocas.

Rhodanvs, ni *fluuius.* Epist. 149, 150.

Rhodvs, *insula.* Att. 21, Offi. 62.

Rhodii, *populi.* de Offi. 62, pro Pomp. 14 a.

Rhopographia, *virgultorum stirpiumque descriptio, qualis ad ripas omnium esse solet, vel natura, vel arte facta.* L. Rapula.

Rythmvs. *vide.* Numerus.

Rhythmici, corum. *qui studiose numeros ligant, quos musici canunt ad lyram & omnino rythmici sunt poetæ lyrici.* de Orat. 160 b, Nec sunt hæc rhytmicorum aut musicorum acerrima norma dirigenda.

Ricinivm, nii. *pallij genus, siue vestimentum quadratum.* de L. 182 a, Extenuato sumptu tribus riciniis purpuræ, & decem tibicinibus, tollit etiam lamentationis, & 183 a.

Rictvs, ctus. *præsertim minax, & hians.* I. V. 222 a, Rictus simulachri Herculis, & mentum paulo attritius.

Rideo, es. *risum edo vel facio.* I. V. 161 b, Ridere conuiuæ cachinnari ipse Apronius. Epist. 106 a, Vereris, ne, &c. rideamus. *prouerb.* Att. 314 a, & pro Qu. 16 a, Risi niuem atram, teque hilari animo esse & promptum ad iocandum valde me iuuat. de Fin. 146 b, M. Crassum, quem semel ait in uita risisse Lucilius, & ea re ἀγέλαστον vocatum. At. 230 a, De heresi Vestoriana, & de Pheriona more Puteolano, risisse me satis, nihil est necesse me rescribere.

¶ *Derideo.* Epist. 22 b, Dedisti nobis, quem semper ridere possemus. de Ar. 245 a, Cum riseritis impudentiam hominis, tum a me de tota concione audietis.

Ridicvle. *facete per ridiculum, ioco.* I. V. 234 b, Theomnestus quidam homo ridicule insanus. ad Here. 25 b, Ridicule facere. Epist. 140 b, Dicere aliquid ridicule. de Or. 106 a, Colligere multa modo acute, sed etiam ridicule ac facete.

Ridicvlvm, li. *iocus, facetiæ, digna res quæ omnium irrisione ludatur.* de Orato.

Or. 135 a, Sæpe etiam sententiosæ ridicula dicuntur. Orat. 105 a, Altero utetur in iacendo mittendoque ridiculo, & ibid. Vitabat etiam ridicula quæsita, nec ex tempore ficta, sed domo allata, quæ plerunque sunt frigida. item ibid. Ridiculum sub obscœnum. Off. 27 a, Perridiculum dicere aliquid.

RIDICVLVS, a, um. *iocularis.* Attico. 7 b, Pacie magis quàm facetijs ridiculus. de Orato. 128 b, Inuenit ridicula & salsa multa Græcorum. pro Arch. 186 a, Est ridiculum ad ea, quæ habemus, nihil dicere, quærere quæ habere non possumus. I. V. 64 a, Ridiculum est putare, &c.

☞ Syntaxis. *Ridicula sententiosè dicta. Iacere, mittereque ridiculum. Ridiculum quæsitum, non ex tempore fictum, sed domo allatum, frigidum. Perridiculum dicere aliquid. Ridiculus facie, non facetijs. Id agere est ridiculum.*

RIGEO, ges. *conglaceo, congelo.* Tuscula. 162 b, Quod aut frigore rigeant, aut utantur calore.

RIGIDVS, a, um. *durus, erectus, rudis.* de Nat. 21 b, Ibes sunt aues excelsæ, rigidis cruribus, procero rostro. de Cla. 170 b, Canachi signa rigidiora sunt, quam ut imitentur ueritatem.

RIGO, as. *respergo* de Diuina. 84 b,

- - - Qua paruos Mauortis sanguine natos,
Vberibus grauidis uitali rore rigabat.

ad Her. 25 b, Isti cùm se fontes esse dicant & omnium rigare debeant ingenia, non putat &c.

RIMA, mæ. *hiatus.* Attico. 225 b, Tabernæ mihi corruerunt reliqua rimas agunt. Or. 110 a, Nequa inserciens verba quasi rimas expleat.

RIMOR, aris. *scrutor, inquiro.* de Diuin. 107 a, Sed tamen id quod timatur, quantum potest, Possidonius.

RINGOR, ris. L. Subringor.

RIPA, pæ. de Nat. 45 b, Liquores perlucidi amnium, riparum, vestitus viridissimi. de Cl. 194 b, Fluuium extra ripas diffluentem coercere. I. A. 165 b, Si ille ad eam ripam, quam constituerat, non ad contrariã naui se applicauisse. de Diu. 104 b, Eodem equo aduersam ascendi ripam, & ibidem, Ad quandam magni fluminis ripam. de Clar. 169 b, Cum plebs prope ripam Anienis consedisset. de Leg. 159 a, In uiridi & opaca ripa inambulare. pro Mil. 115 b, Ripa lacus.

RIPVLA, læ. *ripa.* Attico. 246 b, Hæc topographia ripulæ uidetur habitura celebrem satietatem. L. Rhopographia.

☞ Syntaxis. *Viridissimus riparum vestitus. Diffluens fluuius extra ripam.*

RISVS, sus. Att. 93 b, In quo tamen ille mihi risum magis quàm stomachum mouere solet. de Ora. 230 b, Quo pacto concitetur risus, quo modo existat, atque ita repente erumpat, viderit Democritus, & *ibi. de risu.* I. A. 274 a, Qui risus hominum de te erat? tantam esse tabellam, &c. & 218 b, Lætitiæ risus satis maximæ præclarissimæq; pugnæ. I. V. 205 b, Risus populi atque admurmuratio omnium facta est. Epi. 319 a, Post repulsam vero risus facit ciuem bonum ludit, & contra Cæsarem sententias dicit. Q. Fra. 315 b, In tabulam magni risus consequebantur. Episto. 59 b, Visa est oratio non iniudicanda, & mediocris quidam risus est consecutus. de Clarita. 292 b, Equidem in quibusdam risum vix tenebam. Quin. Frat. 312 b, Memini miros risus nos edere.

☞ Syntaxis. *Mouere risum, concitare. Risus & admurmuratio facta. Risum edere, tenere.*

RITE, *rectè.* de Vn. 200 b, de N. 12 a, Hunc Deum ritè beateque duxerimus, vestrum vero laboriosissimum. 38 b, Quorum animi cum æternitate fruerentur, dij rite sunt habiti. de Fin. 72 b, Quæ potest appellari rite sapientia. de D. 74 b, Veteres rite deos coluerunt. de Arusp. 249 a, Si ædilis uerbo aberrauit, ludi non sunt rite, facti. pro Do. 240 a, Is nihil rite nihil caste, nihil more institutoque perfecit. ad Heren. 5 a, Testamentum ipso præsente conscribunt, testes rite affuerunt. de L. 160 b, Ratio cum perfecta est, nominatur rite sapientia.

☞ Syntaxis. *Ritè, beateque ducere, dicere.*

RITVALIS, le. de Diu. 95 b, Rituales libri hi erant Hetruscorum de ritibus & disciplina riuitatis.

RITVS, tus, *consuetudo rata & firma, præcipuè sacra.* de Leg. 178 a, Deinceps in lege est, vt de ritibus patrijs colantur optimi, & 174 a, Ex ritibus patrijs optima colunto. de Nat. 66 b, Certæ tempestates populi Rom. ritibus consecratæ sunt. pro Dom. 240 a, Quibusnam uerbis, aut quo ritu eius domum consecrares. de L. 173 b, Quoque modo & ritu fiant, discunto. & 175 a, Ritus familiæ patrumque seruari.

¶ *Mos etiam prauus.* de Am. 102 a, Qui pecudum ritu omnia ad uoluptatem referunt. I. A. 172 a, Erat ei uiuendum latronum ritu.

☞ Syntaxis. *Ritus patrij, familia, patrum, latronum, pecudum.*

RIVALIS, lis. *æmulus, quasi competitor.* Quin. fra. 327 a. Pompeius quàm se ipse amans sine riuali.

RIVALITAS, tis. Tus. 221 b, Æmulatio, quæ riualitati, similis est.

RIVVLVS, li. de Or. 119 a, pro Cæl 41 b, Vt riuulus accersitus & ductus ab ipso capite.

RIVVS, ui. Top. 223 b, Riuorum à fonte deductio. de Fat. 241 a.

RIXA, æ. *lis, turba iurgium.* in Verr. 235 b, Ecce autem noua turba atque rixa. pro Cec. 287 b, Defensor nimium litigiosus, concitus ad rixã. Epi. 140 a, Academiæ nostræ cum eo magna rixa est.

RIXOR, aris. *iurgio contendo.* de Ora. 131 a, Cum esset cum ea Terracinæ de amicula rixatus.

ROBORO, as. *corroboro, confirmo, sancio.* Orat. 201 a, Eloquentia educata nutrimentis epidictici generis, ipsa se postea colorat & roborat. Offi. 23 a, Cato grauitatem sua perpetua autoritate roborauit.

ROBORO, ris. Ep. 187 b, Vt hæc autoritate tua roborarentur.

☞ Syntaxis. *Orationem roborare & colorare.*

ROBVR, oris. *quercus, siue durissimum lignum.* de Diuin. 127 a, In robore insculptas fuisse priscarum literarum notas, & b, Quis robur illud incidit, doluit, inscripsit? pro Mur. 142 a, Lacedæmonij qui quotidianis epulis in robore accumbunt.

¶ *Vis, virtus firmitas, neruus, firmamentum.* pro Pomp. 5 b, Altera pars, quæ multo plus firmamenti ac roboris habebat. pro Do. 226 b, Cum iam à firmissimo robore copiarum suarum relictus esset. de Ar. 248 a, Nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos superauimus. pro Cæl. 53 a, Cum autem paulum iam roboris accessisset ætati, in Africam profectus est. pro Cl. 50 a, Cn. Tintinnius, C. Mecœnas, illa robora populi Rom. pro Mur. 137 b, Venio nunc ad Catonem, quod est firmamentum ac robur totius accusationis. de Finib. 127 a, Dummodo plus in uirtute teneamus firmitatis & roboris. Att. 95 a, Auxilia sane bona Galatarum (hæc enim sunt nostra robora.) Orato. 200 a, Versatis in optimorum ciuium vel flore uel robore. pro Fon. 297 b, Equites tantum habuerunt animi, tantum roboris, ut, &c de Or. 140 a, Virtutes quæ in animi magnitudine & robore positæ sunt. Tuscu. 169 a, In animi robore, & magnitudine. Epist. 78 a, Quantum in cuiusque animo roboris est & neruorum. & 165 a, Nam & robur, & soboles militum interiit. contra Rul. 85 b, Si paulum assumpserint vetustatis ac roboris, non continebuntur. pro Sext. Rosc. 43 b, Messala, qui si iam satis ætatis ac roboris haberet, ipse pro Sext. Roscio diceret. I. A. 287 b, Alter uirtutis robore firmior, quàm ætatis, cum his profectus est. pro Mil. 121 a, Milo est incredibili quodam robore animi septus. Offi. 4 a, Animi excelsi atque inuicti magnitudo ac robur.

☞ Syntaxis. *Firmamentum ac robur. A copiarum robore derelinqui. Ætate robur accedens. Cas. Imperij Romani robur. Firmitas ac robur. In ciuium flore roboreque versari. Equitum animus & robur. Robur & magnitudo animi. Animi robur ac nerui. Animus robore septus. Excelsi & inuicti animi robur. Clodius accusationis robur.*

ROBVSTVS, a, um. *fortis, valens, potens, neruosus, habens firmamentum & robur, multum vel satis virium habens, maximis corporis viribus, lacertosus* contra Rull. 83 b, Robustus, & ualens, & audax satelles. I. C. 108 b, Homo ætate confectus, exercitatione robustus. pro Pl. 263 a, Non enim tribuum Tarentinam, sed solidam & robustam, & assiduam frequentiam præbuerunt. pro Cæl. 38 b, Vellem aliquis ex vobis robustioribus hunc maledicendi locum suscepisset. I. A. 172 a, Sed hæc quæ robustioris improbitatis sunt, omittamus, & 200 b, Malum inueteratum fit plerumque robustius. de Diu. 87 b, Res uetustare robustas calumniando velle peruertere. Tusc. 220 a, Robusta illa & stabilis fortitudo. in Ver. 62 a, In clamando uideo eum esse bene robustum. I. P. 72, Quod si esses usu atque ætate robustior, essem, &c. At. 135 b, Quãto & honor hic illo est amplior, est ipse robustior.

¶ *Prouectior.* de Ar. 253 b, Deinde iam robustus, &c. *adolesc. grandior factus.* Offic. 14 a, Robustus animus. in Anton. 203 a, Cn. Pompeius ætate robustior.

☞ Syntaxis. *Robustus & valens. Robusta solidaque frequentia. Robusta improbitas, malum. Robusta & stabilis fortitudo. In clamando robustus. Vsu robustus.*

RODO, dis. *corrodo, derodo, exedo.* de Diu. 120 a, Quasi uerò quicquam intersit, mures noctem & diem aliquid rodentes, scuta an cribra corroserint, & ibidem, Quòd clypeos Lanuuij mures rosissent.

¶ *Translatè, carpo.* pro Cor. 67 a, Qui aliquem in conuiuijs rodunt, in circulis uellicant, ubique carpunt.

ROGATIO, onis. *rogatus obtestatio, preces.* Qu. Fr. 319 b, Ego curtium rogatione tua diligo. de Orato. 62 a, Rogatio, & huic finitima percontatio.

¶ *Est item lex de quibusdam, non omnibus, sic dicta, quòd rogando populo feratur.* de Clar. 172 b, T. Libo tribun. pleb. rogationem in Galbam priuilegij similem tulit pro Cor. 61 b, Rogatio, quæ de Pompeio è Gellio lata est. pro Syl. 179 b, Sylla eam rogationem de se ferri non vult pro Cl 47 a, Dissuasio rogationis eius quæ contra coloniam Narbonensem ferebatur. Postq. 200 a, Tribunitis illis rogationibus sunt restituti. pro Do. 223 a, Si retulit falsum. S.C. tum est rogatio: si non retulit, nulla est pro Sest. 8 a, Promulgatur ab eodem rogatio de mea pernicie. de Orat. 126 b, Tribuni ex templo pulsi, cum rogationi intercedere uellent, Q. F. 207 b, Perferre rogationem.

ROGATIVNCVLA, læ. *rogatis legis, per contemtum sic appellata.* pro Dom. 223 b.

¶ *Interrogatiuncula.* de Fin. 57 a, Chrysippus quadam rogatiuncula delectatus, &c.

☞ Syntaxis. *Rodere noctem & diem aliquid. Famam rodere, vellicare, carpere. Rogationem ferre, promulgare de alicuius pernicie. Intercedere rogationi.*

ROGATOR, oris. *is qui rogat, petit, quærit.* de Natu. 28 a, Aruspices responderut, non illum fuisse comitiorum rogatorem. de Diu. 87 b, & 124 a, Qui rogator centuriæ fuisset. I. P. 87 a, Vos rogatores, uos distributores, uos custodes fuistis tabularum. Postq. 21 a, Quando tot rogatores, &c. Attic. 263 a, Quanquam hæc epistula non suasoris est, sed rogatoris.

ROGATVM, ti. pro Fl. 148 a, Is nunquam mihi ad rogatum respondet, & accusatori plus quam ad rogatum respondet.

ROGATVS, tus. *oratus.* de Natu. 5 a, Ad eum ipsius rogatu accersituque ueneram. de Amic. 96 a, Vt prodessem multis tuo rogatu. Episto. 95 b, Rogatu eorum, qui, &c. & 219 a, Rogatu meo impetrauit. Attic. 5 a, Et ego eius rogatu rogo.

☞ Syntaxis. *Accersitu rogatuque alicuius ire. Rogatu alicuius impetrare, rogare.*

ROGAN-

Rogandvs, a, um. *orandus*. Att. 286 b, Nos hi sumus, de quorum salute vnus homo rogandus videatur. I. V. 247 b, Quo tempore etiam si precario essent rogandi, tamen ab ijs impetraretur. Offi 60 b, Mos rogandi iudicis, quæ salua fide facere possit. Tusculan. 226 b, Aut rogandi sunt, orandique, vt, &c.

Rogans, tis. Epi. 49 a, Cæsar dixit, se senatui roganti de Marcello ne hominis quidem causa rogaturum.

Rogatvs, a, um. I. V. 203 b, Tametsi rogatus de Cymbea, teneris memoria quid responderit. Att. 7 b, Primum scito me non esse rogatum sententiam. In Verr. 64 b, Ille ab Sardis rogatus ad causam accesserat.

¶ *Populi rogationo.* pro Sex 15 a, Illo die mihi pernicies, Gabinio & Pisoni prouincia rogata est. In Cati. 103 a, Leges quæ de ciuium reorum supplicio rogatæ sunt. pro Dom 223 a, Hæc lex iure rogata est. pro Cecinn. 303 b, Si quid ius non esset rogari, eius ea lege nihilum rogatum.

Rogo, as. *oro, precor, precariò peto, quæso, deprecor, obsecro, obtestor.* Anteq. 197 b, Illud a vobis peto & rogo, vt, &c. Qo. Fr. 302 a, Hoc te ita rogo, vt maiore studio rogare non possim. ibi. 318 b, Taurum de aqua per fundum ducenda rogabo & 325 b, Quod me de faciendis versibus rogas, incredibile est, &c. de Ami. 108 b, Neq; rogemus res turpes, neque faciamus rogati. Postquam 208 a, Quem in senatu tertio loco sententiam rogaris. Q. F. 306 b, Racilius de priuatis me primum sententiam rogauit. At. 151 a, Cæsar volet, vt Coss. roget prętor, vel dictatorem dicat. Ep. 202 a, Nunc a te illud primum rogabo, ne quid facias, &c. Att. 229 a, Meo iure te hoc beneficium rogo. At. 163 a Mi Plance rogo te atque etiam oro, sic medius fidius, vt, &c. ę. ad Herro. 25 b, Sed huius exemplum aliud de rogabo, tibique ostendam Tuscul. 151 b, Si te rogauero, nonne respondebis? & 246 a, & de Fio. 144 a, Quid me istud rogas, inquam? Stoicos roga. Orator. 197 a, Quod quoniam me sæpius rogas, &c. In Ver. 91 a, Rogat & orat, &c. & 55 b, Rogare & orare, ne illos supplices aspernaret. & 202 b, Profecto hinc natum est Malo emere quam rogare, prouerbium. Epi 37 a, Nihil addidi, nisi quod poblicani me rogarunt. L V. 214 b, Iste petit a rege, & eum pluribus uerbis rogat, uti, &c. & 31 a, Tum respondero ad ea, quæ de te ipse rogaro.

¶ *Cum populo ago de lege, de rogatione, legem fero, statuo.* de Leg. 185 b, Quod tribuni plebem rogassent, ratum esto. pro Fl. 152 a, Nos hic in mare superum & inferum sestertium ter & quadragies rogamus.

Rogor ris Attico. 183 a, Cæsar ne rogari quidem se passus de illo. do Ora. 162 b, Demosthenes cùm rogaretur, quid in diceodo esset primum, respondit, &c.

¶ *In rogatione populari, de legibus.* At. 50 b, Cùm lex abrogaretur, illud ipsum rogatur, quomodo eam abrogari oporteat.

☞ Syntaxis. *Rogatur sententiam, de sententia. Peto, & rogo. Hoc te ita rogo, vt maiore studio non possim rogare. Rogantur senatores sententias. Hoc beneficium meo iure rogo. Rogo atque oro. Hæc ego de te rogo, responde.*

Rogvs, gi. *lignorum strues ad cadauera cremanda comparata.* de Le. 182 a, Hoc plus, inquit, ne facito rogum, asciane polito. de Di. 90 a, Calanus Indus cum ascenderet in rogum ardentem, inquit, &c. de Natu. 77 a, Dionysius in tympanidis rogum illatus est. de Fi. 206 a, Vsque ad illum a Cyro extructum rogum. Tusc. 166 a, Metellum multi filij, filiæ, neptes, nepotes in rogum imposuerunt.

¶ *Vitæ finis, mors.* pro Q. 18 b, Eum existimatio bona vsque ad rogum prosequatur.

Roma, mæ. cont. Rul. 85 a, Roma in montibus posita, & conuallibus cęnaculis sublata atque suspensa de Diu. 102 b.

Certabant, vrbem Romam Remamue vocarent.

Post red. Roma arx omnium terrarum. de Pet. Conf. Roma ciuitas ex nationum conuentu constituta. t. de Ora. Roma domus uirtutis, Imperij & dignitatis ibidem. Roma domicilium Imperij & gloriæ. I. C. Roma lux orbis terrarum, & arx omnium gentium. Diuinat. li. 1. Romæ & reges augures, & postea priuati eodem sacerdotio prędi ti, remp religionum authoritate rexerunt. 1. ad Q. F. Romæ, ubi tanta arrogantia est, tam immoderata libertas. tam infinita hominum licentia 4. ad At. Redij Romam Fontei causa ad v i t. Idus. Q. F. 3. de Na. deo. Roma in terris nihil melius.

Romani, orum. pro Leg. Man. Romani præter cæteras gentes laudis & gloriæ auidi 4 ad Att. Romani ciues facti Siculi, lege Antonij. 9. Fa. Romani, ueteres atque urbani sales. Tusculan. quæst. lib. 1, Romani serius quàm Græci poeticam acceperunt. Diu. lib. 1, Romani nihil in bello sine extis agebant, nihil domi sine auspicijs. Offi. Romani Tusculanos. Æquos, Volscos, Sabinos, Hernicos uictoria parta non modò conseruarunt, sed etiam in ciuitatem acceperunt. pro Murę. Romani tempora uoluptatis laborisque dispertiunt. &c. Tuscul. q. lib. 1, Romani omnia aut inuenerunt per se sapientius, quàm Græci, aut accepta ab illis fecerunt meliora. Diuinatio. libro 1, Romani omnibus rebus agendis, quod bonum, Faustum, felix, fortunatumque esset præfabantur. pro Cecinn. Romani eos uendere solebant, qui milites facti non essent. 3. de Orat. Romani minus quàm Latini literis studebant. pro Leg. Man. Romani omnibus naualibus pugnis Carthaginenses uicerunt. Acad. q. edi. 1. li. 2, Romanorum iniqua iurisiurandi formula & consuetudo. 1. de Ora. Romanorum ingenia multum cæteris hominibus omnium gentium præstiterunt. de Or. Suauitas sermonis Atticorum & Romanorum propria. Tusc. q. libro 4, Apud priscos Romanos morem hûc epularum fuisse author est Cato in Originibus, ut deinceps, qui accubarent, canet & ad tibiam uirorum clarorum laudes atque uirtutes.

Romanvs, *adiectiuum.* de Natura deorum. 1, Romana Iuno talis non est, qualis Sospita. de Natura deorum. 3, Populi Romani omnis religio in sacra & in auspicia diuisa. 16 ad Attico. Popolum Romanum manus suas non in defendenda republic. sed in plaudendo consumere. 10. ad Attico. Regnum non modo Romano homini, sed ne Persę quidem cuiquam tolerabile. 7. Famil. Romano more commendare ibid. Romano more loqui. 1. de Or. & 7. in Verr. Romani ludi. 4. ad Att. Nunc Romanas res accipe.

Romilia. *tribus.* contra Rul. 81 b, Respondit, à Romilia tribu se initium esse facturum. L. Trians.

Romvlvs, li. *Quirinus.* I. C. 111 a, Romulum, qui hanc vrbem condidit, ad deos immortales beneuolētia famaque sustulimus. de L. 156 b, Romulus post excessum suū dixit Proculo Iulio, se deum esse, & Quirinum vocari: templumque sibi dedicari in eo loco iussit. I. C. 115 a, Romulus, quem inauratum in capitolio paruum ac lactantem, vberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. Off 60 b, Peccani igitur, pace vel Quirini vel Romuli dixerim. de Di 102 b, Romulus pulcher. L. Ævvm 2. de Leg. Romulus vrbem auspicato condidit. de Di. 102 b, Romulus non solum auspicato Romam condidit, sed etiam optimus augur fuit. 3. de Nat. Romulus auspicijs, Numa sacris constitutis, fundamenta iecit nostræ ciuitatis. Off. 3. Romulus, cum ei visum esset vtilius solum, quàm cum altero regnare, fratrem interemit. 1. de Or. Romulus concilio magis & sapientia, quàm eloquentia vsus est. D. n. lib. 2, Romulus & Remus cum altrice belua vi fulminis icti conciderunt. *de statuis eorum.* Diuin. lib. 2, Romulus & Remus ambo augures fuerunt in Cat. Romuli statua de cœlo tacta. ibid. Romolum, qui hanc vrbem condidit, ad deos immortales beneuolentia famaq; sustulimus. Som. Scip. Romulo moriente, deficere sol hominibus extinguique visus est.

Rorans, tis. de Sen. 89 b, Pocula vt in symposio Xenophontis minuta atque rorantia.

Ros, roris. *humor ille, qui sereno cœlo noctibus fluit.* de Diu. 83 a.

Cum primum gelidos rores aurora remittit. ibid. 84 b.
Martia quæ paruos Mauortis sanguine natos.
Vberibus grauibus vitali rore rigabat.

Rosa, sæ. I. V. 241 a, Puluinus perlucidus Melitensi rosa fartus, Tusc. 242 b, An tu me in viola putas, aut in rosa dicere? & 199 b, Sertis redimiri & rosa. de Fin. lib. 2, Clamat virtus beatiorem fuisse, quàm potantem in rosa, Thorium.

Roscivs, scij *histrio nobilis.*)(. *Statilius.* pro Q. R. 50 a, de Orato. 95 b, Roscius hoc iamdiu est assecutus, vt in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. de Cl 192 a, de Or. 95 a. Roscium esse in scena de Or. 107 b, Noluit, inquiunt, hodie agere Roscius, aut crudior fuit. & de L. 158 a, *de Roscio.*

Rosia, iæ *oppidum Italiæ.* Att 62 b, Rosiæ vixi cum Axio, &c.

Rostratvs, a, um. de Inu. 74 b, Rostrata nauis.

Rostrvm, stri. *os auis, deinde etiam aliorum quorundam animalium & rerum.* L. Frastvm de Nat. 21 b, Ibes aues excelsæ, rigidis cruribus corneo proceroque rostro. & 50 a, Vnguium tenacitas, aduncitas rostrorum. de D. 85 a, & 118 b, Sus rostro humi A literam impressit. de N. 50 b, Rostrum in camelis I. A. 188 b, Rostrum canis. de Legi. 170 a, Hoc quasi rostro finditur Fibernus.

Rostra. *torum; locus, siue forum Romæ, ante curiam Hostiliam, in quo erat suggestum rostris nauium captarum ornatum, vbi oratores conciones ad populum habere consueuerant.* Att. 283 b, Lepido statuam in rostris statuimus. I. V. 34 a, Cum Vectius perorasset, descendissetque de rostris. L. P. 80 b, Semper in rostris curiam, in senatu populum defendi.

Rota, tæ. *orbis.* L. P. 84 a, In quo ne tum quidem fortunæ rotam pertimescebat. in Arat.

— Hunc tanget rota feruida solis.

¶ *Item patibulum.* Tus. 233 a, In rotam beatam vitam non ascendere.

Rotvnde. *concinnè, explicate.* de Finibus 107 b, Ista ipsa quæ tu breuiter, regem dictatorem, diuitem solum esse sapientem, a te quidem apte & rotunde.

Rotvndo, das *rotundum facio.* de Vn. 201 b, Cumque similem vniuersitatis naturæ efficere vellet, ad uolubilitatem rotundauit.

☞ Syntaxis. *Aptè & rotundè dicere. Orbem rotundare ad volubilitatem.*

Rotvndvs, a, um. *globosus, conglobata, figura.* de Natura. 61 b, Forma rotunda vllam negat esse pulchriorem Plato. & 49 b, Sunt enim rotunda, quibus formis minime noceri potest. de Somn. 118 a, Stellæ globosæ & rotundæ. de Vniuersal. 198, Deus mundum ea forma figurauit, qua vna omnes reliquæ formæ concluduntur: & globosus est fabricatus. quod σφαιροειδὲς Græci vocant, cuius omnis extremitas paribus a medio radijs attingitur: idque ita tornauit, vt nihil fieri possit rotundius. de Natura deorum. 35 a, Volubilis & rotundus Deus. de Orator. 159 b, Cœlum rotundum esse Tusculan. 242 a, Medius mundi locus, qui est idem infimus in rotundo. de Finibus. 72 b, Quadratum rotundum. de Clar. 190 a, Verborum apta & quasi rotunda constructio. Orato. 100 b, Thucydides perfectior, nec satis, vt ita dicam, rotundus.

☞ Syntaxis. *Stella globosa, atque rotunda. Volubilis ac rotundus. Medius ac infimus locus in rotundo, id est mundo. Apta & quasi rotunda verborum constructio. Thucydides rotundus orator.*

Rvbeo, bes. *erubesco, pudet.* in Verr. 146 a, Hærere homo, auersari, rubere. ad At. 240 a, Rubeo, mihi crede: sed iā scripserā, dolere nolui.

Rvber, a, um. de N. 2 b, Rubrum mare. ad Her. 39 b, Hunc dico rubrum breuem, incuruum, canum, subscriptum, cęsium. *subrum: id est, russum, quem russum alij vocant.*

Rvbicon, onis. I. A. 206 b, Vt exercitum circa flumen Rubiconē, qui finis est Galliæ, educeret.

Rvbor, oris. Tusculan. 212 a, Ex quo fit, vt pudorem rubor consequatur. de Na 16 2, & ad Her. 27 a, Ille fusus & candore mistus rubor. Or. 204 a, Fucati medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur. de Ora. 131 a, Præstare ingenuitatem & ruborem suum verborum obscœnitate vitanda.

Rvbra. *saxa locus*. Phil. 2.

Rvbrica. *ex terra rubra*. ad Her. 23 a, Rubrica delibutus.

Rvctans, tis. Tusc. 247 b, Confer sudantes, ructantes, refertos epulis tanquam opimos boues Epi. 198 b, Ructans & nauseans.

Rvcto, as. *cruditatem exhalo*. In Anton. 172 b, Cui ructare turpe esset, is vomitis.

Rvctvs, ctus. *cruditatis exhalatio, & ructus oris est, crepitus, ventris*. Epistola. 141 a, Stoici crepitus aiunt æque liberos, ac ructus esse oportere.

Rvdens, tis. de Diuinat. 106 b, Sed est quasi rudentis explicatio. Tusculan. 236 a, & Episto. 224 b, Hic tibi clamor tonitruum, & rudentum sibilus.

Rvdera. *quod asinorum est, nominatione factum*. ad Her 83 b.

Rvdimentvm, ti. In Sal 272 a, Qui ne incipiens quidem peccare, minimis rebus posuit rudimētum. ibidem 273 a, An vlla alia putas esse rudimenta & incunabula virtutis?

Rvdis, de. *imperitus, indoctus, impolitus, ignarus, inscius, tyro, hebes, tardus pinguis stupidus, bardus*. In Ver. 112 a, Tametsi Verres non prouinciæ rudis erat & tyro. & 126 a, Nos qui rudes harum rerum sumus. Academic. 1 b, Rudis rei militaris. pro Corn. 64 b, C. Marius non rudis exemplorum. pro Flac. 189 b, Homines imperiti rerum omnium rudes ignarique. pro Sest. 13 a, Tam eram rudis? tam ignarus rerum? tam expers consilij aut ingenij? &c. de Orato. 103 b, Orator nulla in re tyro ac rudis, nec peregrinus atque hospes esse debet. in Anton. 208 b, & pro Mar. 134 b, Ignarus & rudis in Repub. Episto. 45 b, Rudis esse videbar in causa. de Orato. 106 b, In communi vita non esse hebetem, neque rudem. & 87 b, Sermo facetus, & nulla in re rudis. de Natura 61 a, Rudem me discipulum atque integrum accipe. Genus hominum rude, hebes, & impolitum. L. Impolitvs. de Oratore 160 a, Rudis & indocta oratio. & 85 a, Quę pueris nobis inchoata & rudia exciderunt. de Clar. 192 b, Forma ingenij admodum impolita & plane rudis. de Orato. 88 b, C. Barbo ignarus legum, hæsitans, rudis in iure ciuili. & 99 a, In minoribus nauigijs rudem esse se confiteri. pro Plan. 273 a, Has orationes ego scripsi rudis & ferus. de Diu. 189 b, Epicurus hebes ac rudis. Qu. Fra. 313 a, Villa aperta, ac ne rudis quidem etiam nunc. Postq. 207 a, Homo sine sensu, sine sapore, elinguis, rudis, tardus.

Rvdis, dis. *virga, qua donabantur, qui vacationem ab aliquo munere accipiebant. Hinc pro vacatione ipsa sumitur*. I. A. 174 b, Tam bonus gladiator, rudem tam cito accepisti. Octa. 331 a, Qui veteres gladiatores reliquias ludi Cęsaris ad rudem compulisset.

☞ Syntaxis. *Rudis ac tyro prouinciæ, rei militaris, rerum omnium. Imperitus, rudis, ignarus. Rudis, ignarus consilij & ingenij expers. In ea re rudis, peregrinus, hospes. Hebes ac rudis in. Rudis ac integer discipulus. Rudis, hebes, impolitus. Inchoatum ac rude. Ignarus, hæsitans, rudis. Rudis, ac ferus ego ea scripsi. Homo sine sensu, sine sapore, elinguis, rudis, tardus.*

Rvdivs, homo. *id est, Ennius, a Rudiis oppido, quæ fuit Ennij patria*. pro Arch. 190 a.

Rvga, gæ. *sinus, cùm cutis in senectute contrahitur*. de Sen. 90 a, Non cani, non rugæ repente autoritatem afferre possunt. Postq. 207 b, Hic vos rugis supercilioque decepit.

Rvina, næ. *casus, tempestas, procella, pernicies*. de Orato. 141 a, Hoc interim spacio conclaue illud cōcidit, ea ruina oppressum Scopas cum suis interijt. de Diuinat. 212 b, Ruina igitur oppressus esset. & 116 b, Dij habitantes tanquam inter duos lucos, sic inter duos mundos propter metum ruinarum. in Catil. 100 a, Prætermitto ruinas fortunarum tuarum. Att 184 b, Magna ruina impendet. de Finib. 144 a, Vtinam quidem id dicerent, iam ruinas videres. pro Clu. 37 b, Non fuit illud iudicium, &c. sed vis, vt sæpe dixit. ruina atque tempestas. de Legibus 163 b, Si Academia inuaserit in has rationes, nimias ruinas edet.

Rvinosvs, a, um. *quod ruinam minatur*. Offi 62 b, Ædes male materiatæ, ruinosæ.)(*domus bene & ratione ædificata*.

☞ Syntaxis. *Oppressus ruina. Ruina atque tempestas, non iudicium. Academia ruinas edet, si inuaserit, &c.*

Renvnciatio, onis. *recordatio*. Attico. 29 b, Renunciatio quotidiana.

Rvmor, oris. *fama*. Epistola. 127 a, Ex Asia nihil perfertur ad nos præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed adhuc sine autore. & 253 b, Rumores tristiores, sed ἀδέσποτοι. Epistola. 9, Rem te valde bene gessisse rumor erat. & 21 a, Perferret multa etiam ipse rumor, pro Murena. 132 b, Totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris. de Na. 62 a, Rumoribus inquit, mecum pugnas: ego autem a te rationes requiro pro Deio. 248 a, Graues rumores sparsi sunt. & ibi. At misit qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se referrent. Att. 252 b, Sed tamen rumores nescio quid afflauerat.

¶ *Fama, gloria, laus*. I P. 91 b, Inanem rumorem aucupari. I. A. 260 a, Rumoribus improbissimis dissipatis. 226 a, Rumor raucus. Q. F. 327 b, Rumor dictatoris iniucundus bonis.

☞ Syntaxis. *Rumor constans, sed sine autore, tristis. Rumor est, te, &c. Perferet rumor. Rumoris aura. Rumoribus pugnare, non rationibus spargi rumores. Excipere rumores, & referre ad aliquem. Afflatus nescio quid rumoris. Rumorem leuem aucupari. Rumores dissipari.*

Rvmpo, pis. *dissoluo, discindo*. In Cat. 219 b, Cæsar adiungit grauem pœnam municipibus, si quis eorum vincula ruperit Tuscul. 164 a, Nec tamen vlla vincula carceris ruperit. pro Cornel. quinquagesimo septimo a, Fœdera negligere, violare, rumpere. ad Heren. 28 a, Rumpere fœdera.

Rvmpor, tis. I. V. 32 a, Vt aliquando ista quæ sunt inflata, rumpantur. de Di. 115 a, Inflatas rumpi vesiculas de Or. 107 a, Constat agnascendo rumpi testamentum.

¶ *Angor, crucior*. Q. F. 318 a, Ego his malis reipu. quibus antea rumpebar, nunc ne moueor quidem.

Rvmvscvlvs, li. *Leuis rumor*. pro Cl. 39 a, & de Leg. 191 a, Imperitorum hominum rumusculos aucupari.

Rvo, is. *ruinam edo, praecipito, praeceps agor vel feror*. pro Pomp. 7 b, Ruere illa non possunt, vt hæc non eodem labefactata motu concidant. pro Mar. 133 a, Vt sine vlla spe ad interitum ruerem voluntarium. Attic. 106 a, Ego bonos viros sequar, etiam si ruent. pro Dom. 241 b, In agendo ruere, & sæpe peccare. de Fin. 31 a, Quidam in mala scientes ruunt. & 56 a, At id ne feræ quidem faciunt, vt ita ruant atque turbentur, &c.

¶ *Festino, aduolo*. Attico. 115 a, At illum ruere nunciant, iam iamque adesse.

Rvptvs, a, um. *irritus*. de Orato. 99 a, Testamentum ruptum aut ratum.

☞ Syntaxis. *Ruere ad interitum. In mala scientem ruere. Ruit ac turbatur fera instar.*

Rvsvm, & Rvrsvs. *denuò, iterum*. pro Mur. 27 b, Quo loco si tibi sumis, & cęt. facis vt rursus plebs in Auentinum seuocanda videatur. Attico. 117 a, Rursus autem, & cę. denique, & cęt. de Cla. 168 b, Rem laudando augere.)(*vituperando rursus affligere ad est, contrà*. de Ora. 94 a, & Tusc. 152 a, Neque rursum eā totam, sicut plerique faciunt, repudiaui.

Rvs, ris. *locus extra vrbem, vbi agri sunt, & villæ, ideirco pro villa capitur*. pro Clu. 47 a, Forte euenit, vt ruri in Priuernati essemus. Offi. 74 a, Pater filium ab hominibus relegauit, & ruri habitare dixit. Att. 220 b, Atticam rure esse arbitror. Epistola. 76 b, Cùm Tullius rure redierit, mittam eum ad te. pro Sex. Rosc. 40 b, Habet animi causa rus amœnum & suburbaoum. Tusculan. 248 a, Nec tam multa & rarò videor, cum in sua rura venerint. de Orato. 210 b, Rus ex vrbe tanquam ex vinculis euolare. Attico. 241 a, Rure iam redieram: quæris, an ego: cùm omnes caleant, ignauiter aliquid faciam? Officio. 58 b, Et ob eam causam vrbe relicta rura peragrantes, sæpe soli sumus.

☞ Syntaxis. *Rurim, rure esse, habitare. In sua rura venire animi causa. Rura peragrare.*

Rvssvs, a, um. *ruber*. de Di. 120 a, Galli gallinacei, vt ait Ennius, fauent faucibus russis, cantu plausuque premunt alas.

Rvsticanvs, a, um. *rusticus*. In Ver. 102 a, & 242 b, Attico. 231 b, Homines rusticani ex municipijs. de Orato. 105 b, Rusticanus quidam, &c. Tusculan. 186 b, C. Marius rusticanus vir, sed plane uir. pro Sex. Rosc. 25 b, Tamenne hæc attenta, & rusticana vita, relegatio appellabitur?

Rvsticatio, onis. de Amicitia. 215 b, Peregrinationes rusticationesque.

Rvsticatvs, tus. *rusticatio*. Attico. 185 b, In rusticatu garrire, & scribere.

Rvstice. *importunè, duriter, inurbanè*. Off. 60 a, Att. 189 a, Vrgent rustice sane? negant enim, &c.

Rvsticor, aris. *rure habito*. de Orato. 110 a, pro At. 289 a, Lęlius semper fere cum Scipione solitus erat rusticari. Attic. li. 12, Sin rusticatur, &c. pro Arch. 189 a, Pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur, de bonis artibus.

Rvsticvlvs, li pro Sest. 21 a, Rusticulus non incautus.

Rvsticvs, a, um. *rustu anus, agrestis, inurbanus, insuauium morum, difficilis*.)(*vrbanus*. de Finibus 80 b, de Natura 62, a. P. Vacienus homo rusticus pro Sest. 23 a, Sunt municipales rusticique Romani 129 b, Homines rustici & agrestes. pro S. R. 30 b, Vita rustica, parsimoniæ magistra est. & 26 a, Vita rustica honestissima atque suauissima. Or. 204 b, Sermo non modo vrbanorum, sed etiam rusticorum. pro S. R. 30 b, In rusticis moribus, in victu arido, in hac horrida incultaque vita eiusmodi maleficia non gignuntur. de Or. 146 b, Rustica uox, & agrestis. & Rustica asperitas. de Orat. 90 b, Nicander colophonius poeta de rebus rusticis scripsit. ibi. 106 b, Res rusticas uel fructus causa, uel delectationis inuisere. pro S. R. 42 b, Homo imperitus morum agricula, rusticus.

☞ Syntaxis. *Rusticus & agrestis. Vita, mores, vox, &c. rustica. Imperitus morum, agricola, rusticus.*

Rvta, tæ. *herba amara, & contra venena valens.*

Rata. orum. Rata, cæsa, *cuiusuis generis supellex, lapides etiam ac ligna*. de Or. 229 b, Dicet te quom ædes venderes, ne in rutis quidem & cæsis solium tibi paternum recepisse. Part. 239 b, Cum quęritur, quę sunt ruta cæsa. Top. 229 b, Rutis cæsis receptis in venditione.

Rvtvla. *ruta*.

Rvtvli, *populi*. de Or. 158 b,

Ne sumus Romani, qui fuimus Rutuli. Ennij.

Rvtilvs, a, um. *coruscus*. de Som. 128 b, Rutilus horribilisque Mars. in Ara. Rutilum lumen.

S

Litera ex Latinis dicta semiuocalium vna.

¶ *Eludebatur ab antiquis, molesti sibili causa, vt hic apparet.* de Nat. 47 a, Toruu' draco serpit, &c. Orato. 211 a,

Magnu' leo tremulam quatiens è corpore flammam Multi modis, vas argenteis, palm' & crinibus tecti fractis. Orato. 212 a, Qui est omnibus princeps non, omnibus princeps.

Sabazius, Deus, *id est, Dionysius, seu Bacchus.* de Legibus 177 a, Lege Aaaze a.

Sabini, *populi.* Off. 8, & in Vat. 36, pro Cor. 61.

Sabinus, na. pro Cor. 61 a, Fędus Sabinum.

Sacellum, li. *cella, templum priuatum.* cont. Rul. 73 b, Sunt loca publica vrbis, sunt sacella. de Di. 101 b, Ea exuit, to quoddā sacellum hominis capiendi musa

Saccus, ci. I. V. 95 b, Cùm iste coria, cilitia, saccos imperaret.

Sacer, a, um. *religiosus, obsecratus, habens religionem.*) (*. profanus.* I. Ver. 200 b, pro Dom 219 b, Arrogant est de religione, de rebus diuinis, ceremonijsque sacris Pontifices docere conari. Epis. 208 b, Sarta tecta ædium sacrarum locorumque communium tueri. de Legib. 190 b, Signa sacra & religiosa. de Cla. Ora. 169 a, Quum plebs montem Auentinum, qui sacer appellatus est, occupauisset. pro Dom. 220 b, Itaque Populus Romanus breui tempore neque regem sacrorum, neque flamines, neque salios habebit.

☞ Syntaxis. *Sacra res. Sacrum, sacra priuata. Sacrum committere. Sacra paterna. Facere sacra. Rem facere sacram. Sacrum & religiosum signum. Cum sacris bellum gerere.*

Sacerdos, tis. *minister publicus Dei, sanctissimo sacerdotio praeditus. qui vel qua sacris praest antistes fani.* I. V. 134 a, Cephaledi mensis est tertius, quo mense sacerdotem maximum creari oportet, & 223 b, sacerdotes Cereris atq; illius fani antistes, probatæ mulieres. pro Fon 274 a, Virgo sacerdos Vestę. I. V. 126 a, Prętò mihi sacerdotes cum infulis & verbenis fuerunt. pro Cor 66 a, b, Sacra Cereris pro Græcis semper curata sunt sacerdos, & ibidem. Sacerdos illa, quæ Græcum illud sacrum monstraret & faceret. Tuscu. 173 a, Sacerdos adnesta in fanum. pro Dom. 242 a, Sacerdotes deorum immortalium. de Arusp. 250 a, sacerdotem ab ipsis aris puluinaribusque detraxisti. de Legibus 173 b, Diuis alijs sacerdotes, omnibus Pontifices, singulis flamines sunto. pro Dom. 220 b, Itaque Populus Romanus breui tempore neque regem sacrorum, neque flamines, neque salios habebit, neque ex parte dimidia reliquos sacerdotes, & 213 a, In iudicio sacerdotum Populi Roma de Cla. 176 a. Hic qui in collegio sacerdotum esset, condemnatus est. In Ant. 181 a, Sacerdotes tyrannu pro Dom. 235 b, Religiosus libertatis sacerdos. & 234 a, Sacerdos castissimus. In Pison. 98 b, Popularis sacerdos pro Sex. 11 a, Sacerdos stuprorum.

☞ Syntaxis. *Libertatis religiosus sacerdos. Stuprorum sacerdos.*

Sacerdotium, tij *sacerdotis munus.* In Ver. 134 a, Itaque Iouis illud sacerdotium amplissimum Theomnesto datur. & ibidem. Cuius nomen exisset, is haberet sacerdotium. cont Rul. 69 b, Populus per religionem sacerdotia mandare non poterat & ibidem Amplitudo sacerdotij. & ibid. Hoc idè in cęteris sacerdotijs. pro Rab. 96 a. L. Flaccus homo in sacerdotio, ceremonijsque quibus præerat diligentissimus. pro Do. 213 a, Eligere amplissimos viros ad sacerdotia. & 220 b, In sacerdotium venire. & ibidem. Quia patricio non sit locus, non venire, & 240 b, Inire sacerdotium, & ibidem, Licinia virgo Vestalis, sanctissimo sacerdotio prædita. de Arus 248 b, Te appello, Lentule, tui sacerdotij sunt thensæ, curricula, præcentio, ludi. Epist. 221 b, De sacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, cognosces. & 42 a, Amplissimi sacerdotij collegium. & 246 b, Sacerdotium denique cùm consequi possem, non appetiui. Attico. 119 b, de Diuinat. 99 a. In Anton. 175 b, de Senectute 90 a, Ciois qui in vrbe sua sacerdotio sit amplissimo præditus. Attic. 276 b, Lex Domitia, & lex Iulia de sacerdotiis. pro Dom. 234 a, b, Qui & sacra priuata coluerunt. & publicis sacerdotijs pręfuerunt. de Senect. 83 a, Metellus. Pont. Max. viginti & duos annos ei sacerdotio præfuit.

☞ Syntaxis. *Amplissimum sacerdotium. Sacerdotium habere, dare. Sacerdotio sancto prædita.*

Sacra, orum. con. Rul 69 b, Quod per populum creari fas non erat, propter religionem sacrorum. pro Dom. 220 b, Ne quid de sacrorũ religione minuatur. pro Fl. 160 b, Istorũ religio sacrorũ. pro Fon. 184 a, Qui cum omnium sacris delubrisque bella gesserunt. pro Do. 234 b, Qui & sacra priuata coluerunt, & publicis sacrificiis præfuerunt.

Sacramentum, ti. *solenne iusiurandum.* Epis. 110 a, Pugna, si me amas, nisi arguta apparebunt, vt sacramento contendas, mea non esse. de Ora. 88 b, Agerent enim tecum lege Pythagorei, quibus cum tibi iusto sacramento contendere non liceret. pro Mil. 115 b, Iniustis iudicijs & sacramentis fundos alienos petere. pro Dom. 228 b, Si Decem viri sacramentum in libertatem iniustum iudicassent, tñ quotiescunque vellet quis, hoc in genere se rem iudicatam referre posse voluerunt. pro Cec. 303 b, Postea sacramentum nostrum iustum iudicarunt. Off. 8 b, Obligare aliquem secundo militiæ sacramento: quia priore amisso, iure pugnare cum hostibus non posset.

Sacrando, de Leg. 174 a, Ne quis agrum cõsecrato, auri, argenti, eboris, sacrandi modus esto.

☞ Syntaxis. *Sacramento contendere. Iniustis iudiciis & sacramento petere, sacramento obligare aliquem. Prius amittere sacramentum.*

Sacrarium, rij. *locus, vbi res sacra reponuntur & asseruantur.* I. V. 200 b, Erat apud Herum sacrarium cum magna dignitate in ædibus. & ibidem. Sacrarij religio. & 105 b, L. Armarium. Ep. 203 a, C. Auianus, qui habitat in tuo sacrario pro Milo. 218 a, Ante ipsum sacrarium, Bonæ deæ. In C. 107 a, Aquila illa argentea, cui Catilina sacrarium scelerum domi tuæ fecerat. & 102 a, Cui domi tuæ sacrarium scelerum tuorum constitutum fuerat.

Sacratus, a, um. pro Dom. 221 a, Hoc vetant sacratæ leges. de Leg. 11 a, Verba ex sacratis legibus.

Sacrificatio, onis. de N. 39 b, In dea Vesta omnis precatio & sacrificatio extrema est.

Sacrificium, cij. *sacrum, res diuina, sacra.* de Cla. 169 b, Cùm M. Popilius sacrificium publicum cum lena faceret, quòd erat flamen carmentalis. Att. 238 a, I. V. 253 b, Cuius Laurentiæ vos Pontifices datam in Velabro sacrificium facere soletis de Arusp. 246 a, Sacrificiũ quod fiebat pro salute P. R. Att. 7 a, Cum sacrificium pro populo fieret. de Ar. 251 a, Qui sacrificia gentilicia illo ipso in sacello, statuto loco anniuersalia factitarunt I. V. 530 a, Anniuersalia sacrificia. de Ar. 252 a, Sacrificium, quod fit incredibili ceremonia a P. R. & 249 b, Vt illud ludorum epulare sacrificium facerent de Inu. 94 a, Præbere hostias ad sacrificiũ pro Mil. 110 a, Statuta sacrificia. Tusc. 173 a, solenne & statutam sacrificium. L A. 199 a, Is neque sacrificijs solennibus factis, neque votis nuncupatis est profectus. L. A. 183 b, Certus dies non vt sacrificii, sic consilii expectari solet.

☞ Syntaxis. *Sacrata leges. Precatio & sacrificatio. Sacrificium facere, factitare ad sacrificium hostiam prabere.*

Sacrilegium, gij. *res sacra furtum.* in Sal. 274 a, Non ita est, sed abiit sodalitium sacrilegii Nigidiani.

Sacrilegus, a, um, *parricida* de Leg. 176 a, Sacrilego pœna est, neque ei soli qui sacrum abstulerit, sed etiam ei qui sacro commẽdatum. pro Do. 23? b, Imago meretricis a fure sublata, a sacrilego collocata de Arusp. 251 a, Impurus & sacrilegus. Sal. in Cic. 279 a, Vxor sacrilega, &c.

Sacro, as. *consecro, dedico* de Di. 85 a.

Quòd patria voces studiis nobisq; sacrasti.

pro Cor 61 a, Deinde sanctiones sacrandæ sunt, aut genere ipso, aut obtestatione & consecratione legis, aut pœna, cum, &c. *aliter, sanctiones sacrata.*

Sacrosanctus, cta, ctum. pro Corn 62 a, Sacrosanctum nihil esse potest, nisi quod per populum plebemve sancitum est. & 61 b, Sacrosanctum nihil esse potest, nisi quod populus, plebsve sanxisset. in Catil. 108 a, Ergo in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas?

Sacrum, cri *sacrificium.* pro Corn. 66 b, Sed cùm illam quæ Græcum illud sacrum monstraret & faceret ex Græcia deligeretur, tamen sacra pro ciuibus ciuem facere voluerũt. ibidem a, Sacra Cereris summa maiores nostri religione confici, cerimoniaque voluerunt. & ibidem b, Sacra Cereris per Græcas semper curata sunt sacerdores. de Natura 71 a. Dionysius quartus, cui sacra Orphica putantur confici. de Leg. 179 a, Sacra priuata perpetuo manento. de Legibus 179 b, De sacris hæc sit vna sententia, vt conseruentur semper, & deinceps familiis prodãtur, vt in lege posui, perpetua sint sacra. & 173 a, Nec vlla nocturna sacra solemnia obeunto. Conficere sacra, & facere, sacra, & multa alia de sacris. L. Sacer. Att. 16 b, Anniuersaria sacra, & ibidem. Memmius Luculli vxorem suis sacris vitiauit. de Legi. 174 a, Sacrum, sacroue commendatum qui clepserit, rapseritque parricida esto. Item, Sacra priuata, sacra gentilia pro Dom. 220 a. Quid sacra Clodiæ gentis intereunt? & ibid. Nec amissis sacris paternis in hæc adoptiua venisti. de Aru. 251 b, Nec quis te sacra illa tua facientem videre possit. Or. 201 b, Quibus verbis sacrorum alienatio fiat. de Leg. 173 b, Sacrum committere, & sacrum commissum expiare. L. Committo.

☞ Syntaxis. *Conficere sacra, obire. Committere sacrum commissum expiare.*

Saepe, *frequenter, frequens, magna ex parte, identidem, crebro.* de Inuent. 42 a, Sæpe & multũ hoc mecum cogitaui, bonine an mali plus, &c. pro Q. 1 a. M Iunius in hac causa multum & sæpe versatus, & 19 a, Sępe ac diu, &c. de Inu. 64 a, Semel ac sæpius pro Fon. 279 b, Semel atque iterum, ac sæpius, At. 139 a, Et si hoc effeci, sæpe, & sæpius mihi factutus videor. *aliter, officium.* Epi. 521 a, Id vere experiatur, iterũ & sæpius te rogo. pro Pom. 9 b, Testis est iterum ac sæpius Italia. de Fi. 73 a, Interdum vel potius nimium sæpe. Epistto. 6 a, Quod antea tibi sæpe significaui. & ibid. b, Pompeium scis temporibus illis non sæpe in senatu fuisse. ad Heren. 19 a, Minus sæpe. Offi. 65 b, Quod si sæpe dictum est dicendum tamen est sæpius.

Saepenumero. de Sen 77 b, sæpnumero mirari soleo, &c. Epi. lib. 16, sum totos dies vnum eo, noctisque sępenumero partem.

☞ Syntaxis. *Sæpe & multum. Semel ac sæpius. Semel atque iterum, ac sæpius. Nimium sæpe.*

Saeuio, uis. *sæuitiam in aliquem adhibeo, exerceo, crudelitatem adhibeo.* in Vat.

Saeuitia, tiæ. *crudelitas.* Par. 230 b, In iudicio aut seuitiam aut clementiam iudicis sibi proponet orator. Offi. 37 b, Sed heris sanè adhibenda seuitia in famulos, si aliter teneri non possunt.

Saeuus, a, um. *ferus, crudelis.* Or. 157 a, Vndiq; venti erumpunt, sęui existunt turbines. de Di. 135 a, Vnde superstitiosa primum sęua euasit vox fera. p Cę. 41 a, Medea amore sęuo saucia. Tus. 179 b, sęua gens.

☞ Syntaxis. *Superstitiosa primum sæua euasit vox fera, (hic expende sine coniunctione tria attributa.)*

SAGA, gæ. I. SAGIO. de Di. 94 a, Ex quo sagæ anus, quia multa scire uo lunt. & 135 a, sagarum superstitio.

SAGACITAS, tis. *calliditas, solertia.* de Natura 58 a, & 56 b, & Tusculan. 162 a, Canum incredibilis ad inuestigandum sagacitas narium. in V. 97 a, Qua est iste sagacitate in his rebus. & 206 b, Tuam tantum fuis se sagacitatem.

SAGACITER, cius, cissimè. *callidè.* de Ora. 104 a, Sagaciter peruestigare, quid sui ciues cogitent, &c. de Or. 125 b, Odoror, quàm sagacissime possum id sentiant, &c. Att. 94 a, Illud præterea *μυστικώτερον* tu sagacius odorabere.

☞ Syntaxis. *Canum sagacitas narium ad inuestigandum.*

SAGATUS, a, um. I. A. 258 b, Deinde cras sagati prodeamus. pro Font. 208 b, Galli sagati brachatique.

SAGAX, cis. *callidus, acutus, prudens.* Tusc. 241 a, Nihil est in homine sagaci & bona mente melius. de D. 42, Sagire enim, sentire acute est, ex quo sagaces dicti canes. de Le. 160 a, Homo animal prouidum sagax, multiplex. I. C. 101 a, Quem tu ad supplicandum sagacissimũ fore putasti. Ep. 157 b, Sagax ad pericula prospiciens. de Fin. 74 a, Mẽtem acrem, &c. & ut ita dicam, sagacem. de D. 85 a.

Hoc adeo penitus cura videre sagaci. Ora. —

☞ Syntaxis. *Sagax & bona mens. Homo sagax, prouidus, multiplex. Saga ad pericula perspicienda. Cura videre sagaci. Mens acris & sagax.*

SAGINA, næ. *cibus, esca ad saginandum apta.* pro Fl. 49 b, Qui multitudinem illam non authoritate, sed sagina tenebat.

SAGINOR, ris. *pinguesco.* pro Sest. 20 a, qui ab illo pestifero ac perdito ciue iam pridem reip. sanguine saginantur.

SAGIO, gis. de D. 94 a, Sagire enim sentire acute est: ex quo sagæ anus, quia multa scire volunt, & sagaces dicti canes. & ibid. Is igitur, qui antè sagit, quàm oblata res est, dicitur præsagire.

SAGITTA, tæ. *iaculum, quod arcu iacitur, vel balista.* I. V. 317 a, Sagittæ pẽdebant ab humero. Ac. 22 b, Contigere aliquem sagittis.

SAGITTARIUS, rij. *arcitenens, sagitte potens.* I. A. 197 b, & lip. 245 b, Attic. 79 b, Certum agminis locum tenebant barbari sagittarij.

SAGITTIPOTENS, tis. in Arat. 287 b.

Mense sagittipotens solis eum sustinet orbem.

SAGRA, græ. *fluuius.* de N. 37 a, Cùm ad fluuium Sagram Crotoniatas Locri maximo prælio deuicissent. & 62 a, De sagra Græcorum est vulgare prouerbium, Qui quæ affirmant, certiora esse dicunt, quàm ea quæ apud sagram.

SAGULUM, li. *sagum.* in P. 91 a, Lictores togulis acceptis sagula reiecerunt.

SAGUM, gi. *vestis militaris, index belli, ut toga pacis.* in Verrem. 154 b, Sagum sumit, lucebat iam fere. in Anton. 258 b, Propter cuius periculum ad saga issemus. & ibidem: Ad saga ire, & redire ad togas. in A. 220 a, Cum est in sagis ciuitas, & 200 b, Tumultum decerni, iustitiam indici, saga sumi dico oportere.

☞ Syntaxis. *Sagum sumere. Ad saga ire. In sagis est ciuitas. Iustitium indicere, saga sumere.*

SAGUNTUM, ti. *urbs Hispaniæ.* I. A. 199 b.

SAGUNTINUS, na. pro Cor. 59 a, saguntinus propugnator.

SAITAE, *populi quidam Ægypti.* de N. 21 b.

SAL, salis. de Natura. 58 a, Sui ne putresceret, animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus. de Amici. 109 a, Verum est illud quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiæ munus expletum sit. de Or. 98 a, Vrbanitatis quidã lepos, quo tanquam sale perspergatur omnis oratio.

SAL, & SALES. *urbanitas facetiæ ioci.* de Or. 117 b, Alter inusitatum nostris oratoribus leporem quendam & salem est consecutus. de Orator. 128 b, Nullam artem esse salis. Epistola. 137 a, & de Orato. 128 b, & in Anton. 164 a, Salis enim satis est, sanniorum parum. de Natura. 40 b, salem illum quo caret vestra natio, in irridendis nobis nolite consumere. Tuscula. 232 a, Specimen humanitatis, salis, suauitatis, leporis. Attico. 7 a, Literæ sparsæ sale humanitatis. Orat. 204 b, Sales, qui in dicendo mirum quantum valent. Epi. 134 a, b, Accedunt non Attici, sed salsiores quàm illi Atticorum Romani veteres atque urbani sales.

☞ Syntaxis. *Lepor & sal. Salis nulla est ars. Specimen humanitatis salis, suauitatis, leporis. Humanitatis sal. Vrbani, salsiores sales.*

SALACIA, ciæ. de Vniuers. 201 a, Oceanus salaciaque cœli terræque filij.

SALACON, onis. *mollis, delicatus, qualis fuit Salaces Autolyci pater, qui hoc nomine male audijt. vel insolens, & suas opes admirans: quo vitio laborant diuites, ut Arist. in Rhetoricis docet, quos ob id Salacones appellat. Lepidum igitur quendam hoc de causis Salaconem Cicero appellare videtur. Erasmus tamen alia affert in Adagijs.* Ep. 107 a, Cognosti meam causam, & illius salaconis iniquitatem.

SALAMIN, inis *insula & urbs.* Att. 85 b, Scaptius inclusum in curia senatum Salamine obsederat.

SALAMINA, næ. *Salamis.* Tusc. 182 b.

SALAMINIUS, a, um. pro Ar. 189 b, & Tuscula. 172 b, Salaminium trophæum.

SALAMIS, mis. *Salamina.* Offici. 15 b, Ciceturque salamis clarissimæ testis victoriæ.

SALARIA, riæ. *via quædam.* de N. 62 a.

SALAX, cis. Att. 92 a, Leuis, libidinosus, salax. *aliter, sagax.*

SALEBRA, bræ. *sunt locorum effossiones, seu loca aspera inæqualia.* Or. 200 b, Alter enim sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit. de Fini. 71 a, Incidere in salebras. & 144 b, Hæret in salebra.

SALERNUM, ni. *urbs.* ad Her. 40 a, Frater venit ex salerno *sic enim legendum est, non Falerno.*

SALIARIS, re. *Saliorum proprius: unde saliarem in modum cœnare, id est, opipare & apparate.* Attico. 71. * Cum epulati essemus saliarem in modum.]

SALICTUM, cti. *locus salicibus consitus.* cont. Rul. 73 b, Salicta ad Minturnas. & de D. 89 a, Peramœna salicta.

SALIENTES, *a saliendo, sunt fontes tubis aut fistulis aquam fundentes: sic dicti, quod aqua ascendens primum, deinde etiam descendens saliat.* Q. Fr. 318 b, Mirifica suauitate villam habebis, piscina & salientibus additis.

SALII, orum. *flamines Martiales, siue Martis sacerdotes.* de D. 86 b, Curia Saliorum deflagrauit. pro Dom. 210 b. I. FLAMEN.

SALINAE, arum. *loca, ubi sal fit.* pro Pomp. 6 b, Publicanorum familiæ, quas in salinis habent. de N. 52 b, Epist. 110 a, Salinæ ab ora maritima remotissimæ.

¶ *Pro salibus & iocis, ex ambiguo.* Ep. li. 7, Quibus in literis omnia mihi periucunda fuerunt, præter illud, quod parum diligẽter possessio salinarum mearum a te procuratore defenditur.

SALMACIS, dis. Off. 12 b. Salmacida spolia sine sanguine & sudore.

SALPINI, *populi.* contra Rull. 8 b.

SALSAMENTARIUS, rij. *qui salsamenta facit, aut vendit.* ad Heren. 41 a, Vt si salsamẽtarij filio dicas, Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat.

SALSAMENTUM, ti. *quod sale conditum est diuturnum cibum & usum.* de Diuination. 132 b, De vino aut salsamento putes loqui, quæ euanescunt vetustate.

SALSE. *facetè.* de Orato. 134 a, Quæ salsè dicuntur. & 129 a, Salsissimè dicere aliquid.

SALSUS, a, um. *facetus.* I. A. 168 a, salsus homo. de Or. 128 a, Multa sunt ridicula & salsa Græcorum. ibi. 129 b, & 132 b, Esse facetum atque salsum. Ep. 134 a, Accedunt non Attici, sed salsiores quàm illi Atticorum Romani veteres atque urbani sales.

SALTATIO, onis. de Finibus 95 a, Actio histrionis est, saltatio saltatoris. pro Mur. 127 a, Intempestiui conuiuij, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. de Clar. or. 185 a, Sextus Tyrius tam mollis & solutus in gestu, ut saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Tytius nomen esset.

SALTATOR, oris. Offic. 30 b, Adde his, si placet, unguentarios, saltatores. pro Mur. 126 b, saltatorem appellat L. Murænam Cato: maledictum est, si vere obijcitur, vehementis accusatoris. de F. 95 a, Histrionis actio, saltatori motus est certus datus. pro Deiot. 149 a, si saltatorem eum habuisses.

SALTATORIUS, a, um. in P. 84 b, Cùm illum suum saltatorium versaret orbem.

SALTATRIX, cis. I. P. 82 a, Cùm illa saltatrice tonsa.

SALTEM. *at certè at salitem tamen.* contra Rullum. 87 b, Qui prouocati a me venire noluerunt, reuocati saltem reuertantur. Attico. 129 a, Quare nunc saltem ad illos calculos reuertamur. pro Flac. 153 b, de Finibus. 119 a, Fratres saltem exhibe. pro Sex. Rosc. 27 b, Vere nihil potes dicere, finge aliquid saltem commode I. P. 84 b, At fuit incessus saltem Capua dignus. Episto. 130 a, Atque aliquo si non bono, at saltem certo statu ciuitatis. Attico. 137, Eripe mihi hunc dolorem, aut minue saltem.

SALTO, as. *moueo me numeris.* de Orator. 150 b, Negarem posse eum satisfacere in gestu nisi palæstram, nisi saltare didicisset. I. P. 84 a, Cum collegæ tui domus cantu & cymbalis personaret, cumque ipse nudus in conuiuio saltaret: in quo ne tum quidem; cum illum suum saltatorium uersaret orbem, fortunæ rotam pertimescebat. pro Mu. 127 a, Nemo enim fere saltat sobrius. I. C. 109 b, Qui in conuiuiis nudi saltare consueuerunt. pro Deio. 148 a, Deiotarum in conuiuio nudum saltauisse. Of. 70 b, & 67 a, Luce palã in foro saltare. Or. 210 a, Egesias alterum pene Demosthenem saltat, incidens particulas.

SALTUS, tus. *campus, ager.* pro Q. 4 b, Quintius de saltu agroque cõi vi detruderetur. & 14 b, Quam longe est hinc in saltũ vestrũ Gallicanũ. de Sen. 81 a, Nec enim excursiones, nec saltu vtetur, sed consilio & ratione. Ep. 114 b, Tous porro exercitus vix vnum saltum tueri potest. ad Att. 23 a, Terentiæ saltum perspeximus.

☞ Syntaxis. *De saltu, agroque communi vi detrudi.*

SALUBRIS, bre. *salutaris, incorruptus sanitatem afferens, utilis.*)(*pestilẽs.* de Orator. 135 b, Nec amœnum, nec salubrem locum censeo. Epist. 13 a, Gratulor Baiis nostris, si quidem, ut scribis salubres repente factæ sunt. de Di. 107 b, salubris ne an pestilens annus futurus sit. & 97 a, Sunt partes agrorum aliæ pestilentes, aliæ salubres. Par. 233 a, Loci salubres. de Diu. 93 b, Qui salubri & moderato cultu atque victu quieti se tradiderit. pro Dom. 216 a, Dixi sententiam reip saluberrimam & necessariam. Orat. 205 a, Quicquid est salsum aut salubre in oratione, id proprium est.

SALUBRITAS, tis. *affectio sanitatem afferens.*)(*pestilentia.* de Diuin. 114 b, & 107 b, Quorum ex habitu & colore, tum salubritatis, tum pestilentiæ signa percipi. de Le. 169 b, Ego verò cum liceat plures dies abesse, & amœnitatem & salubritatem hanc sequor. cont. Rull. 85 a, salubritas urbis, vel alicuius loci. de Cl. 169 b, Eloquentia omnem illã salubritatem Atticæ dictionis, quasi sanitatem perdidit, ac pene loq. dedidicit. pro Mu. 130 b, A iurisconsultis salubritas quædam, ab oratoribus salus ipsa petitur.

☞ Syntaxis. *Saluberrima sententia. Salubre in oratione id proprium est. A iurisconsultis salubritas, ab oratoribus est salus.*

SALUBRIUS, *aduerb.* de Senectute. 89 a, Vbi enim potes refrigerari salubrius?

SALVUS,

SALVEO, es Epistola. 260 a, Vale, salue. Attic. 65 a, Dionysium iube saluere. & 63 s, Dionysium velim saluere iubeas. & 106 a, Alexin humanissimum puerum velim saluere iubeas. Attico. 91 a, Valebis igitur, & valere Pyliam & Cæciliam nostram iubebis, & saluebis a meo Cicerone.

SALVM, li. *mare.* pro Cecin. 302 a, Hoc opinor optaret, non in salum, sed in ipsam vrbem, quam petebat, restitueretur. Tuscu. 205 a, Nec tam ærumnoso nauigassem salo.

SALVO, as. *salutem do, salutem fero atque affero, salutem reddo, saluum præsto, saluti sum.* I. P. 96 a, Me posse iterum rempu. salutare, si cessissem, infinitam cædem fore, si restitissem.

SALVS, tis. *incolumitas, sanitas.* Epist. 161 a, De meo studio erga salutem & incolumitatem tuam, credo te cognoscere ex literis tuorũ. de Na. 78 a, Ægrorum salus ab Hippocrate data.

¶ *Regimen, bonum.*)(*. exitium.* in Verr. 139 b, Is est nimirum Soter, qui salutem dedit. de Orato. 87 b, Dare salutem, liberare periculis. de Finibus. 89 b, Ferre opem & salutem indigentibus. pro Dom. sua. 240 b, Accipere salutem ab aliquo. de Orato. 127 a, Ego qui multis ciuibus saluti existimor fuisse. Epistola. 6 a, Et si minore in re violatur tua dignitas, quàm mea salus afflicta est & 8 a, Multum interest, vtrum laus minuatur, an salus deseratur. Epistol. 93 b, Retinere salutem. Attico. 576 a, Et fugæ portus erat in tuis castris, & subsidium salutis in tuo exercitu. & 253 a, Atticam cupio suauiari, ita mihi dulcis salus per te missa ab illa, referes igitur ei plurimam salutem. pro Dom. 258 a, Vt lucem salutemque redditam sibi ac restitutam accipere debuit. Postquam. 201 a, Non dubitaui, quin is me confectum consularibus vulneribus consulari medicina ad salutem reduceret. pro Syllam. 171 a, Municipium vnde iterum iam salus huic vrbi missa est. pro Muræn. 130 b, A iurisconsultis salubritas quædam, ab oratoribus salus ipsa petitur. pro Font. 578 b, Salus ipsa virorum fortium innocentium tueri non potest. de Cl. 165 a, Hic liber mihi saluti fuit. de Or. 111 b, Eadem facultate fraus hominum, in perniciem, & integritas ad salutem uocatur.

¶ *Vita.* de Atti. 551 b, Qui medicis suis non salutem, sed ad necem veitur. Qu. Fr. 95 a, & Attico. 179 a, Salus ab aliquo data. Attico. 34 a, Saluti, si me amas, consule.

¶ *Salutandi ratio.* Episto. 111 a, Ego verò multam salutem & foro dicam, & curiæ. Tusculan. 546 a, Anacharsis Hannoni salutem. Attico. 60 b, Is misit ad me statim, qui mihi salutem nunciaret. Epistola. 305 a, Salutem enim mihi verbis tuis nunciauis. Attic. 69 a, Dionysio plurimam salutem. At. 211 b, Illud accuso, non te, sed illam ne salutem quidem. item. At tu & illi, & Pyliæ plurimum. Att. 80 b, Filiola tua gratum mihi fecit, quòd tibi diligenter mandauit, vt mihi salutem adscriberes. At 74 b, Pyliæ & puellæ Cæciliæ bellissimæ salutem dices. Ep. 233 a, Tulliolę salutem dic.

☞ Syntaxis. *Salutis conseruatore. Multam salutem foro dicere. Ille misit qui mihi salutem nunciaret. Adscribe salutem tibi mandat Cas.*

SALVTARIS, re. *salubris.* de Senectute. 89 a. Cultura agrorum, hominum generi vniuerso est salutaris. de Diuinatio. 98 a, Stella salutaris ad corpus puerorum. de Finibus. 194 b, Iupiter salutaris. Epist. 37 a, Quo in capite sunt quædam noua salutaria ciuitatibus. Tusculan. 282 a, Salutare remedium. Epist. 83 a, Salutare consilium. de Cl. 166 a, Tractatio literarum mihi salutaris fuit. de Natura. 9 b, Res utiles & salutares, duorum ella vocabulis nuncupatas. & 73 b, Ratio pestifera multis admodum paucis salutaris. & 32 b, Accessus ad res salutares, a pestiferis recessus & 64 a, Mundo nihil pulchrius, nihil nobis salutarius. Attico. 274 a, Salutaris seueritas vincit inanem speciem clementiæ. de Natura. 51 b, Salutaris & vitalis calor. pro Milone. 105 a, Ciuis beneficus & salutaris. ad Attico. 139 a, Sic ergo habeto, salutares te mihi literas misisse.

☞ Syntaxis. *Agrorum cultura. Iupiter, stella, remedium, consilium, seueritas salutaris. Ciuis beneficus & salutaris. Salutares literas mittere. Salutariter omnia tupero.*

SALVTARITER. *vtiliter.* de Cla. 165 a, Quibus armis quemadmodum salutariter, vterentur, non reperiebant. Epist. 158 b, Nihil non salutariter cupio.

SALVTATIO, onis. *persalutatio, consalutatio.* de Clar. 166 a, Grata salutatio. ad Brut. 93 a, Itaque hæc scripsi ipsa in turba matutinę salutationis. Epistola. 108 b, Cum enim salutationi nos dedimus amicorum. I. P. 100 a, Quis te communi salutatione dignum putat? de Vn. 195 a, Ac primum quidem tempus salutationibus, reliquum percunctatione consumpsimus.

SALVTATOR, oris. Qu. de Pet. 211 b, In salutatoribus qui domum tuã veniunt, iis significato, &c. & ibidem a, Deductorum officium, quod maius est, quam salutatorum.

SALVTO, as. *salutem dico, sanitatem nuntio, consaluto, persaluto.* Attico. 51 a, Domus te tota nostra salutat. & 60 a, Dionysius te, omnesque vos salutat. Attic. 69 a, Illum salutaui, postea iussi valere. & 227 a, Octauius, quem quidem sui Cæsarem salutabant. in Anton. 171 b, Quem homines ex oppidis obuiam prodeuntes, non vero illo & inimico nomine, sed Volumniam. salutabant. in Catilin. 100 b, Quis te hac tanta frequentia salutauit? in Anton. 246 b, Salutare benigne, comiter appellare vnumquemque. & 168 b, Quem nunquam videras, ac ne unquam salutauerat. de Anton. 195 a, Cratippus Ephesum venit, mei salutandi & visendi causa. Attico. 89 b, & 206 a, Paulò post Curtius hic salutandi causa, sed mansit inuitatus. de Senectu. 90 a, Salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, consuli. pro Plan. 166 a, Cum ille eum salutasset, ut mos dixisset que, &c. de Cla. 165 b, Quem postquam salutaui, Quid nos, inquam, &c. pro Flacc. 155 a, Qui ita est ambitiosus, vt nos quotidie persalutet. pro S. Ros. 57 b, Quòd si luce quoque canes latrent, cum deos salutatum aliqui venerint opinor iis crura suffringantur. In Ant. 180 b, Anagnini obuiam ei descenderunt, vt illum tanquam si esset consul, salutarent. Att. 236 a, Etiam continuò Pyliam salutaturus.

SALVVS, a, um. *conseruatus, incolumis, integer.* In Verr. 66 a Vt hæc quæ dixi, retinere incolumia ac salua possimus. Att. 162 a, Cæsar te saluum amplissimumque cupiet. & 143 a, Pompeius veniret iratus, & iis maxime, qui eum maxime saluum volebant. pro Plan 259 a, Qui me saluum videre noluerunt. Episto. 17 a, Vt possimus saluum te venisse gaudere. de Diuinat. 98 a, Is pedibus suis saluus reuertitur. de Inuen. 83 a, Saluus & incolumis. Episto. 197 b, Nullam partem sanæ & saluæ reipu. gustare potuisti. & 94 a, Oro obtestorque, te vt nobis saluum conserues. pro Pomp. 14 b, Socios saluos præstare possumus. pro Cluen. 34 b. Vt id quod conceperat, seruaret, vt saluum parere posset. I. C. 116 b, Vt omnes salui conseruaremini. Postqu. 209 b, Rempubl. saluam velle. Attico. 80 b. Te in Epeirum saluum venisse vehementer gaudeo. Epistola. 3 b, Vt ne quid agi cum populo, aut saluis auspiciis, aut saluis legibus, possit. pro Pompe. 80 a, Atque hæc omnia saluis Populi Romani sociis, atque integris vectigalibus gesta sunt. pro Sex. Ros. decimonono s, Vt tu meis saluo officio facere potes. de Prou. 78 b, Proscriptionem illam saluis auspiciis rogatam esse dicebant.

☞ Syntaxis. *Te saluum amplissimumque cupio. Omnia sua salua & incolumia retinere. Rempub. sanam saluamque gustare. Saluum se conseruare.*

SAMADOAMNA, næ. *oppidum, in quo sunt homines duri atque horridi cui opponitur Tarentum molle.*

SAMARIVS, exul. I. A. 531 b, *prouerbium.*

SAMARII, *populi* I. V 86 a.

SAMIVS, a, um. pro Mur. 142 a, Atque ille strauit lectulos, &c & exposuit vasa Samia, ad Her. 40 a, Nos Samiis delectabimur. I. V. 86 a, de Nat. 178 a, Samia Iuno.

SAMNIS, nitis Off. 49 a, C. Pontius Samnis. Tusc. 183 b, Samnis spurcus homo.

SAMNIVM, nij. *oppidum.* Att. 259 a, Iter faciens in Samnium venit Cales, mansit Theani.

SAMOTHRACIA. ciæ *insula.* de Nat. 54 b, 78. in Pis. 98 b.

SAMPSICARAMVS. *Pompeius, a regulo quodam in Syria Sampsiceramo dictus, vt est apud Strabonem.* At. 30 a, 31, 35, 38.

SAMVS, mi, *insula, & oppidum.* In Ve. 516 a, Iuno Sami colebatur, & 86 a.

SANABILIS, le. *quod ad sanitatem reduci potest.* Tusc. 557 a, Animi sunt eiusmodi constituti, quasi mala valetudine, sanabiles tamen.

SANANDVS, a, um. pro Mar. 134 b, Quæ quidem tibi nunc omnia belli vulnera sananda sunt, quibus præter te mederi nemo potest.

SANATIO, onis. *sanitas, salus.* Tusc. 216 b, Eorum igitur malorum in vna virtute posita est sanatio. & 222 b, Hæc est propria, & certa sanatio, si doceas, &c. & 191 a, Ad corporum sanationem.

SANATVS, a, um. de D. 536 b, Qua ridicula inuenta Ptolemęos sanatus dicitur.

SANCIENDVS, a, um. I. A. 228 a, De quibus confirmandis & sanciendis legem comitiis centuriatis ex autoritate nostra latum est.

SANCIO, cis, iui, & xi, itum, & ctum. *fero, decerno, constituo, sesse, confirmo.* pro Plan. 268 a, Leges quas senatus de ambitu sanxerit. Att. 276 b, & Tusc. 109 b, Nec qui minus ac postea liceret, vlla lex sanxit. At. 154 b, Solon capite sanxit, si quis in seditione non alterutrius partis esset. pro Dom. 259 b, Qui de libertate ea iura sanxerunt. I. A 258 a, Tũ in eo qui violasset, sancire vos velle oporteret. I. A. 548 b, Vtrum igitur augurem populus libentius sanciet, Pompeium, an Antoniũ? de Finibus 86 a, Cum tam accurate, tamque diligenter caueat, & sanciat, vt Antinomachus, &c. Postquam 205 b, Vt vestram in posterum dignitatem autoritatemque sanciret. pro Plan. 268 a, Noli obseruãtiam sancire pœna. de Leg. 160 a, Sancire aliquid scriptis. Tuscu. 164 a, Nec cerimonias violatas tam expiabili religione sanxissent, nisi, &c. contra Rul. 88 b, At hoc Corneliæ leges non sanciunt. pro Flac. 160 a, Prętor sanxit edicto, ne ex Asia frumentum exportari liceret. cont. Rull. 89 b, Hæc, quæ dubia sunt, per vos sancire vult. I. C. 119 b, Cæsar digna scelere hominum perditorum sanxit. I. C. 120 b, Si quis de seruis supplicium quàm acerbissimum sanxerit. de Finibus 56 a, Vt dolore suo sanciret militaris Imperij disciplinam. pro Sex. Ros. 29 b, Solon de eo nihil sanxit, quod antea commissum non erat. Att. 236 a, Antonius circumibat ueteranos, vt acta Cæsaris sancirent. pro Cor. 61 b, Sacrosanctum nihil esse potest, nisi quod populus plebsve sanxit.

SANCIOR, ciris. *statuor.* cont. Rul. 88 a, Genus id agrorum certo capite legis confirmatur atque sancitur. L. A. 256 a, Nã quid erat aliud, quod inter eos fœdere ac fide sanciretur? de Ami. 113 a, Hęc igit prima lex in amicitia sanciatur, ut neq; rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Postq. 200 b, & pro Sest. 8 a, Cum pactiones prouinciarum, cum omnia cum omnibus fœdera sanguine meo sancirẽtur. pro Sest. 8 a, Id fœdus meo sanguine ictum sanciri posse dicebant.

¶ *Punior.* de Leg. 193 a, Vt in suo vitio quisque plectatur, vis capite, auaritia multa, honoris cupiditate ignominia sanciatur.

SANCITVM, *statutum.* ad Her. 9 a, Quod posteriori lege sancitũ sit. Off. 64 a, Etiã ci viã nõ mõstrare, qđ Athenis execrationib. publicis sancitũ est. Offi. 64 b, De iure prędiorũ sancitũ est apud nos iure ciuili, vt in his vendendis uitia ẽt dicerentur. I. V. 133 b, Leges, in quibus eadem illa sancta sunt, & hoc amplius. de Leg. 174 a, Incestum Pontifices supremo supplicio sancisto. & 183 a, Lege sancitũ est, ne qs, &c.

dederit ad aquam intercutem, & eo medicamento sanus factus fuerit. de Legibus. 188 b, Quod enim est tam desperatum collegium, in quo nemo e decem sana mente sit? de D. 128 a, Sanus homo, *id est, sanæ mentis*. Officio. 71 a, Acad. 222, Aliquis sanæ mentis. Attic. 139 b, Literæ sana mente scriptæ quomodo in tanta insania? Attic. 151 b, Male sanus. *id est, insaniens.*

☞ Syntaxis. *Sanum aliquem facere. Sana ac salua Resp. Attici oratores sunt, sicciique, integri, & sani. Sanus, bonus & beatus. Sincera, sicca, sanaque oratio. Homo sana mente, sanæ mentis. Sana mente scribere. Male sanus, id est, insanus.*

Sapiens, tis: tior, ssimus. *sophos bene sanus magni consilij diuina mente & consilio præditus*. Officio. 4 a, Qui maxime perspicit, quid in quaque re verissimum sit, quisque & acutissimè & celerrimè potest & uidere & explicare rationem, is prudentissimus & sapientissimus rite haberi solet. pro Cluent. 35 a, Sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit, ipsi ueniat in mentem: proxime accedere illum, qui alterius bene inuentis obtemperet. I. C. 118 b, Misera mors viro sapienti non potest accedere. de Amic. 96 b, Cato quasi cognomen iam habebat in senectute, sapientis. & ibidem. Vnum accepimus Appollinis oraculo sapientissimum iudicatum. de Amic. 96 a, L. Acilius apud patres nostros sapiens appellatus. Offic. 41 a, C. Cælius, is qui sapiens usurpatur. de Orato. 155 a, Septem fuisse dicuntur uno tempore, qui sapientes & haberentur & uocarentur. de Finibus. 65 b, Epicurus se sapientem profiteri est ausus. nam Metrodorum non putant ipsum professum: sed cùm appellaretur ab Epicuro, repudiare tantum beneficium noluisse. de Diuinat. 131 a, Sæpius malam peperisse arbitror, quàm sapientem fuisse. Offic. 102, Quoniam viuitur non cum perfectis hominibus, plenèque sapientibus, sed, &c. ibidem. Homo non perfectus, nec sapiens. de Orato. 99 b, M. Bucculeius homo meo iudicio stultus, & sibi ualde sapiens. & 101 a, Vlysses vir sapientissimus. I. P. 93 a, Themista sapientior, *prouerbium*. I. A. 228 b, Quis sapiẽtior ad coniectura rerum futurarum? Atti. 128 b, Sapiens excusatio. Off. 55 a, Sapientem Stoicorum more neminem reperire. Tusculan lib. 3, Nemo sapiens, nisi fortis. ibidem. lib. 5, Ille vero sapiens nostras ambitiones leuitatesque contemnet, honoresque populi etiam vltrò delatos repudiabit. Tusculan. lib. 4, Ergo is, qui quis est, qui moderatione & constantia quietus animo est, sibique ipse placatus, vt neque tabescat modestus, neque frangatur timore, nec sitienter quid appetens ardeat desiderio, nec alacritate futili gestiens deliquescat, is est sapiens quem quærimus, &c. Tusculan quæst. lib. 3, Sapiens nullo tempore beatus, iuxta Epicurum. ibidem. Sapiens consolatione non eget. ibidem. li. 5, Dolorem verò sapiens extimescet? is enim huic sententiæ maxime repugnat. ibidem lib. 3. Si sapiens in ægritudinem incidere posset, posset etiam in misericordiam, posset in inuidentiam. ibidem. lib. 4, Ex quo efficitur, vt sapiens diuina imitetur, humana omnia inferiora ducat virtute. Acade. quæst. ed. 1. li. 2, Qui a nobis sapiens inducitur. Tusculan. quæstio lib. 5, Sapiens ita acrem in omnes partes aciem intendit, ut semper videat sedem sibi ac locum sine molestia atque angore uiuendi: vt quemcunque casum fortuna inuexerit, hunc apte & quiete ferat. ibidem: Sapiens nunquam irascitur. ibidem: Sapiens uacat iracundia. Academ. quæst. edit. 1. lib 2. Sapiens nihil opinatur, ibidem. Sapiens distinguere poterit falsa a ueris, & quæ non possint percipi, ab iis quæ possint. ibidem: Sapiens cum ei res similes occurrunt, quas non habet denotatas, retinet assensum: nec unquam ulli assentitur, nisi quod tale fuerit, quale falsum esse non possit. Tusculan. quæstio. lib. & de Finib. lib. 2, Sapiens semper temperatus est, semper constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate ulla, sine libidine semper igitur beatus Academic. quæstio. edit. 1. lib. 4, & Parad. Sapiens solus rex solus diues, solus formosus, &cæt. Tusculan. quæstio. lib. 5, Sapiens ab omni concitatione animi semper vacat. ibidem. lib. 4, sapiens vtrum omni perturbatione animi possit vacare, necne. de Natura deorum lib. 2, sapiens igitur est mundus, & propterea Deus. 3. de Legib. sapiens temperatio iuris consulum superbiori & violentiori accessit creatione tribunorum. Tusculan. quæstio. lib. 5, Sapientis est enim proprium, nihil quod pœnitere possit facere nihil inuitum? splendide, constanter, grauiter, honeste omnia: nihil ita expectare, quasi certo futurum. nihil cum acciderit, admirari, vt inopinatum ac nouum accidisse uideatur: omnia ad suum arbitriũ referre: suis stare iudicijs. Academ. quæstio. edit. 1. lib. 2, Sapientis esse dixit Epicurus opinionem a perspicuitate seiungere. 9. Famil. Sapientis nihil esse præstare, nisi culpam. Academic. quæstio. edit 1. libro. 1, Sapientis vel maxime esse uidetur, statuere, quid sit sapiens ad Brut. Sapientis negabant Stoici, fugere. Tusculan. quæstio. lib. 4, Præsentis mali sapientis affectio nulla est. ibidem libro 3. Sapientis animus nunquam est perturbatus. ibidem, Sapientis animus ita semper est affectus, ut ratione optima utatur. ibidem, Sapientis animus semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet, Academico. quæstio. edit. 1. libro 2, Sapientis animum nunquam neque cupiditate moueri, neque lætitia efferri, placet stoicis. Tusculan. quæstio. lib. 5, In animo sapientis semper placidissima pax. de Natura deorum libro 1. Sapientis grauitatis atque inconstantiæ indignum est, aut falsum sentire, aut quod non satis explorate perceptum sit sine vlla dubitatione defendere. Academic. quæstio. edit. primo, lib. Sapientis nullum decretum, nisi comprehensum, perceptum, cognitum. de Vniu. Sapientis naturæ causas primas conquirere. Academic. quæsti. 1 libro 2, Sapienti satis non est, decretum non esse falsum, sed etiam stabile, fixum, ratum esse debet, quod mouere nulla ratione queat. 4. in Catilin. Misera mors uiro sapienti non potest accidere. Academ. quæstio. edit. 1. libro 2, Sapienti accidere posse dicunt Academici: vt cum omnia fecerit, diligentissimeque circumspexerit, existat aliquid, quod & verisimile videatur, & absit longissime a vero. Para. soli sapienti contingit, vt nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus. Tuscu. quæst. li. 4, Quis aut in studiis humanis, aut in tam exigua vitæ breuitate magnum sapientia uideri potest, qui semper animo sic excubat, vt ei nihil improuisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino nouum? Tuscu. quæst. lib. 5, Sapienti aut multum videri nullum potest quod vacet turpitudine: aut ita paruum malum, vt id obruatur sapientia, vixque appareat. Academ. quæst. edi. 1. li. 2 Sapientem in furore sustinere se ab omni assensu, quia nulla in visis distinctio appareat, aiunt Academici quæst. edit. 1. lib. 2, Sapientem, si assensurus sit, etiam opinaturum, falsum esse stoici dicunt. de Natu. deor. 1, Qui animantem sapientemque mundum esse dixerunt. Academ. quæstio. edit. e. lib. 2, Sapientem vel in omnibus tam corporis quam fortunæ bonis beatum esse, sententia stoicorum. Tuscu. quæstio. lib. 5. Sapientem non esse semper beatum, si corporis & fortunæ incommoda sint in malis numeranda: cum vel in bis nominibus vno tempore esse possit. Para. Nisi sapientem liberum esse neminem. Tusculan. quæst. libro 5, In malis autem sapientem esse posse, si essent vlla corporis aut fortunæ mala. Aca. quæst. edi. 1. lib. 2, Sapientem esse non posse, qui aut cognoscendi esse initium ignoret, aut extremum expetendi, vt aut unde proficiscatur, aut quò perueniendum sit, nesciat. Tuscu. quæst. lib. 3, In sapientem non cadit gaudere alieno malo. ibidé. In sapientem non cadit inuidere, ergo ne miseri quidem Aca. quæst. edi. 1. lib. 2, Sapientem nihil opinari, id est, nunquam assentiri rei vel falsæ vel incognitæ. Offic. lib. 3. & 7. Famil. Nequicquam sapere sapientem, qui ipse sibi prodesse non quiret. *Ex Ennio*. Acad. quæst. edit. 1 lib. Sapiẽtem nunquam timere, nunquam dolere censuerunt stoi Tusc. quæst. libro . itaque hac vsurum compensatione sapientem putat Epicurus, vt voluptatem fugiat, si ex maiorem dolorem effectura sit: & dolorem suscipiat maiorem efficientem voluptatem. Acad. quæst. edi. lib. 2. A sapiente nihil tam alienum quam rei falsæ assensio. de Nat. deor. 1, Sapientes incommoda quæ sunt in vita, commodorum compensatione leniunt. de Fin. lib. 2, Septem sapientes non o, sed populorum omnium suffragiis nominati sunt. Tuscu. quæst. lib. 5, Quod si gaudere talibus bonis animi, id est, virtutibus, beatum est, omnesque sapiẽtes iis gaudiis perfruuntur, omnes eos confiteri beatos esse necesse est 3. de Orato. Sapientes omnes Græciæ, præter Thalem Milesium, ciuitatibus suis præfuerunt. 1. de Nat. deor. Sapientes sapientibus etiam ignotis esse, amicos censent stoici de Fin. lib. 1, Sapientium nemo non beatus. Tusc. lib. 5, Sapientum nomen vsque ad Pythagoræ manauit ætatem. 5. Famil. Sapientes turpitudine & delicto suo, non casu & aliorum iniuria commoueri. Tuscul. quæst. lib. 5, Omnibus cum virtutibus instructos & ornatos, tum sapientes, tum viros bonos dicimus. 10. Philip. Quis aut sapientior ad coniecturam rerum futurarum aut, &c. Cat. Sapientissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo. Acad q. edi. 1. lib 2, Duos vero sapientissimos, & clarissimos fratres, &c. Epi. 99 a, Offi. 64 b, Ex quo Ennius, nequicquam sapere sapientem, qui sibi ipsi prodesse nequiret.

☞ Syntaxis. *Ille sapiens usurpatur. Ille se sapientem profitetur. Sapiens homo ad coniecturam. Alieno gaudere malo, in sapientem non cadere.*

Sapienter, *scitè*.)(. *temere*. Epistu. 7 a, si cecidisset vt volumus omnes te sapienter & fortiter, sin aliquid esset offensum, eosdem illos & cupide, & temere fecisse dicturos. Postquam 231 a, Pontifices religiones sapienter interpretando In Anto. 192 a, b, Sapienter & considerate tacere aliquid.

Sapientia, iæ. *prudentia, rerum cognitio, philosophia, lumen animi, ingenij, consilijque* (. *temeritas*. Tusculan. quæstio. 221 b, sapientia est rerum diuinarum & humanarum scientia cognitioque, quæ causa cuiusque rei sit. de Finibus 57 b, Sic sapientia, quæ ars viuendi putanda est. Academ 7 a, Offi. 31 a, Princepsque omnium virtutum est illa sapientia, quam σοφίαν Græci vocant. Officio. 33 b, Sapientia est, (vt a veteribus philosophis definitum est) rerum diuinarum, humanarum, causarumque quibus hæ res continentur, scientia. de Finibus 110 a, Sapientia hominis custos, & procuratrix. de Inuent. 43 a, Sapientia moderatrix omnium rerum. Tusculan quæst. 202 b, Sæpe est etiam sub pallio sordido, & sapientia. *prouerbium*. pro Muræ. 142 a, Peruersa sapientia Tuberonis, vel stoicorum. In Anton. 247 a, Næ ego istam eruditam sapientiam non audiam. de Cla. Ora. 183 b, Scipionis genus est ex ipsius sapientiæ stirpe generatum. Officio. 33 b, Quid enim per deos optabilius sapientia? quid præstantius? quid homini melius? quid homine dignius? de Orat. 156 a, Habere sapientiam iunctam eloquentiæ. Oratore 203 a, Sed est eloquentiæ, sicut cæterarum rerum, fundamentum sapientia. Par. 236 b, Prudentia, calliditas, quæque grauissimo nomine sapientiæ appellatur. de Oratore 148 a, Anceps dicendi faciendique sapientia. & 147 b, Hanc cogitandi prouocandique rationem, vimque veteres Græci sapientiam nominabant. & 153 a, sitne in humano genere sapientia. pro Muræ. 131 a, Sapientia domina rerum. de Orato. 228 b, Sapientia constituendæ ciuitatis. Offic. 34 b Hi versutos homines & callidos admirantes eorum malitiam, sapientiam iudicant. de Leg. 160 b, Ratio quum adoleuit atque perfecta est, nominatur rite sapientia, & 168 a, Sapientia est mater omnium bonarum artium, a cuius amore Græco verbo philosophia nomen inuenit, qua nihil a diis immortalibus vberius, nihil præstabilius hominum vitæ datum est. pro Mur. 131 a, & Epist. lib. 7.

mea. item, Is postulat, vt procurator Iudicandum solui satisdaret negas Alphenas æquum esse procuratorem satisdare, quod reus satisdare non deberet, si ipse adesset. & ibi. A pextore postulat, vt sibi Quintius iudicatum solui satisdet. & ibidem, Non recusabat. Quintius, quin ita satisdare iuberet pro Quin. 7 b, Si veretur, vt res iudicio facto parata sit, iudicatum solui satis accipiat. quibus à me verbis satis accipies, iisdem ipse quod peto satisdet. & 8 a, Imo abs te satis accipiam, ego autem tibi non satisdabo. pro Qu. R. 50 b, quid ita satis non dedit amplius à se neminem petiturum. & ibid. Qui pro socijs transigit, satisdat neminem eorum postea petiturum.

☞ Syntaxis. *De satisdando te rogo. Debeo tibi hoc satisdare. Ab illo satisdatur. Satisdare damni infecti. Satis accipiam, non satisdabo.*

SATISFACIO, cis. *impleo, placeo, morem gero, quod debeo soluo.* pro Co. 55 a, Amicis salutis meæ si minus ad referendam gratiam satisfacere potui, ad prædicandã & habendam certe satis sum facturus. Offic. 21 a, Cum grauibus seriisque rebus satisfecerimus. pro Cl. 23 a, Satisfacere naturæ & legibus. *id est, mori, exilio mulctari.* Ap. 143 b, Satisfacere vitæ. & 144 a, Satisfacere amicitiæ. & 53 b, Me satis nostræ coniunctioni amorique facturum. I. V. 177 b, Oportuit illum non ante sibi satisfacere, quàm tu omnium existimationi satisfecisses. Orat. 206 b, Histriones in dissimillimis personis satisfaciunt Att. 36 b, Varro satis mihi facit. I. V. 62 a, Satisfacere causæ & officio suo. Top. 259 b, Cumulate satisfacere alicui. As. 141 b, Cumulatissimè satisfacere alicui. de Ora. 09 a. Neque illum in hoc iure ciuili satis illi arti facere posse, nisi dicendi copiam assumpsisset. Att. 254 a, Is me in omni genere delectauit, in eoque maxime, in quo minime putabam, satisfaciebat. I. A. 593 a, Pansa aut morte, aut victoria se satisfacturum reipublicæ spopondit. de Leg. 157 a, Potes autem tum satisfacere in historia, cum sit opus vnum hoc oratorium maximè. I. A. 170. Numquam te mihi pro tuis in me iniuriis satis esse facturũ putabas. pro Fl. 156 a, Hermippus Fufiis satisfacit, & fidem suam liberat de Fin. 58 a, Quamobrem tandem non satis facit. Ep. 236 b, satis facere Deo pie & caste ad Her. 87 a, Pueri tui modo me pulsauerant, satisfacias oportet. I. V. 92 a, Satisfacere publice. At 78 a, Faciã tamen satis tibi, &c. & satisfaciam vtrique. & 69 b, De nostra contentia & diligentia faciemus satis.

¶ *Morem gero.* Attico. 25 a, & Orat. 210 a, Satisfacere alicui quippiam petenti

SATISFACTIO, onis. *purgatio.* ad Att. 58 b, Et aliquid satisfactio videtur habere leuitatis. Ep. 101 b, Hic tu me etiã dissimulas, ne satisfactionem meam accipias.

SATISFIT, bat. *satis habeo.* pro Plan. 279 a, pro R. P. 138 a, Vt omnium suspicioni satisfiat. Epist. 87 a, Nam ad bellum quidem qui cõuenit? præsertim contra eum cui spero me satisfecisse, ab eo cur tamen satisfieri nullo modo potest. & 82 b, Quãtum à te quidem cumulate satisfit mihi, & omnibus meis. & 336 a, Vide quomodo satisfiat ei, cui scis me satisfieri uelle. I. A. 169 b, Cæsar ad me scripsit, ut mihi satisfieri pateret a te. in Ver. 268 a, Satis officio meo factum esse arbitror, & 264 a, Satis est factum promisso nostro ac recepto. de Orat. 105 a, Mihi uerum, inquit Mutius, satis superque abs te videtur istorum studiis esse factum.

☞ Syntaxis. *Ad gratiam habendam, referendam satisfacere. Causæ & officio suo satisfacere. Hoc me delectat, & satisfacit. Petenti satisfacere. Accipio tuam satisfactionem. Suspicioni satisfacere. Satis officio meo factũ esse puto. Satis abs te videtur istorum, studijs esse factum.*

SATIVS. ad Her. 38 b, Est enim non est satius, si, &c. & ibi. Non igitur satius est &c. Videbatur uel mori satius fuisse, quam esse cum & de In. 74 b, Mori satius est quam turpiter uiuere. I. V. 186 b, Video cum altero uinci satius esse quam cum altero uincere. Att. 98 b, * Vestrum satius fueris amittere milites an ex In. 71. b.]

SATOR, oris. *seminator.* de N. 43 a, Omnium rerum sator & seminator mundus est. Tusc. 176 b, Tuque cælestum sator.

SATRICVM. ci *oppidum.* Att. 318 b,

SATVR, a, um. *saturus, plenus.* de Diu. 96 b, Esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil gereretur.

¶ *Magnum, atque graue, ad orationem relatum.* Orato. 208 a, Satura ieiune, grandia minute dicere.

SATVRATVS, a, um. *expletus.* de D. 93 b, Mens saturata bonarum cogitationum epulis. pro Pl. 243 a Homines saturati honoribus. I. V. 169 b, Vt aliquando expleti ac saturati discederent.

SATVRNALIA. orum *Saturno consecratus dies festus, qui XIIII. cal. Ianuarij celebratur* Att. 79 b, Hilaria sane Saturnalia. I. C. 118 b, Aliis eisdem Saturnalibus fieri placebat. Att. 221 b, Cæsar secundis Saturnalibus ad Philippum vesperi uenit.

SATVRNIVS, a, um. de Som. 128 b, Illa stella, quam in terris Saturniam nominant.

SATVRNVS, ni. *Cœli filius.* de N. 38 b, Saturnus appellatus est, quod saturetur annis &c. de Nat. lib. 2. Saturnum autem eum esse uoluerunt, qui cursum & cõuersionem spatiorum ac temporum contineret, qui deus Græce idipsum nomen habet. *κρόνος* enim dicitur, qui est idem *χρόνος* temporis spatium, & 38 a, Vetus opinio est, exectum Cœlum a filio Saturno & 36 a, Saturni stella, *φαίνων* Græce triginta fere annis cursum suum conficit. ibid. 49 b, Summa Saturni stella refrigerat, media Martis incendit, & 68 a, Æther & Dies parentes, Cœlum, Saturnus, Iupiter. de Vniue. 201 a, Saturnus, Phorcis & Ops fratres, Oceani & Salaciæ filij. Att. 220 b, Saturni *ἀπόδω* templum.

SATVRO, as. *satio, expleo.* I. A. 171 b, Antonius saturauit se sanguine ciuium. de Natu. 162 a, Saturnus quia se saturat annis in Vat. 30 a, Dum odium, quod in bonos habebatis, saturare cuperetis. pro Do. 222 a, Expleui animos inuidorum, placaui odia imperitorum, saturaui etiã perfidiam & scelus perditorum.

SATVRIO, ris de Natu. 22 a, Nuper nati mammam appetunt, earumque vbertate saturantur. de Nat. 38 b, Saturnus appellatus, quod saturetur annis.

SATVS, a, um de Vn. 205 b, Sati, & quasi sparsi animis &c Tusc. 161 a, Terra obsecro te, aut sata, aut concreta uidetur tanta uis memoriæ? 574 b, Non temere nec fortuito sati creatique sumus. de Senect. 89 b, Multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. de Leg. 156 a, Hæc quercus sata ingenio, & 160 b, Genus humanum sparsum in terras atque satum.

SATVS, sus. *satio.* Offi 24 a, Hoc Herculi Iouis satu edito potuit fortasse contingere Tusc 177 b, Philosophia præparat animos ad satus accipiendos. de Fin. 140 b, A primo satu de D. 155 b Herbam asperam credo non humano satu, sed auium congestu. de Sen. 88 a, Vitium satus, ortus, incrementa. de D. 99 b, Quædam etiam oriebantur ex hominum pecudum ve conceptu & satu. de Vn 301 b, Oceanum Salaciamque Cœli satu Terræque conceptu generatos editosque memorant. & 205 a, Vos qui deorum satu orti estis.

☞ Syntaxis. *Satus creatusque. Sati animis terra.*){ *Hic animaduertas & semen seri,*){ *& solum in quod iacitur semen.* (*Parentum optimorum sata editus. Animum parat philosophia ad satus accipiendos. A primo satu. Ex hominum pecudumque concepta ac satu. Ex Cœli sata. Terraque concepta generatus ac editus.*

SATYRVS, ri. *bestia de genere simiarum.* in Ver. 231 a, Satyrus, qui apud Tarentinos in æde Vestæ est. de Natura 78 a, Nymphæ, Panisci, & Satyri.

SATYRICVS, ci *satyrus.* de Diu. 88 b.

SAVCIATIO, nis. *uulneratio.* pro Cec. 203 a.

SAVCIO, as. *confauсio, uulnero.* Attic. 236 b, Ille quem Brutus noster sauciauit.

SAVCIOR, ris. I. V. 89 b, Ipse Rubrius in turba sauciatur, serui nonnulli vulnerantur. In Vat. 31 b Omnia tela sic in te coniicientur, vt nemo per tuum latus (quod soles dicere) sauciatur.

SAVCIVS. a, um. *vulneratus.* Tus 138 a, Videmus ex acie efferri sæpe saucios. I. C. 109 b, Gladiator ille confectus & saucius. pro Cæl. 41 a, Medea amore sæuo saucia. At. 278 b, Perterritos, inermes, saucios, non sunt nostri duces persecuti.

☞ Syntaxis. *Confectus ac saucius. Amore saucius.*

SAXA. rubra. *locus inter urbem & Veios.* I. A. 575 a.

SAXEA, moles. de Nat. 44. Accij.

SAXETVM, ti. *locus plenus saxis.* cont. Rul. 97 b, Quod est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaborent?

SAXVLVM, li. de Or. 101 a, Ithaca in asperrimis saxulis affixa.

SAXVM, xi *silex, lapis.* de Fat. 141 a, Ex spelunca saxum in crura eius incidit. pro Cec. 595 b, Glebis aut saxis aliquem de fundo præcipitem agere, & ibidem. Qui saxa iacerent. pro Dom. 115 b, Saxis facta lapidatio est. I. P. 88 b, Vt tu usquam saxis fixus asperis, &c. Academic. 85 b, E saxo sculptus, aut ebore dolatus. Attico. 530 b, De saxo in crucem.

☞ Syntaxis. *Saxis facta lapidatio. Saxis fixum asperis pendere. E saxo sculptus, ex ebore dolatus.*

SAXIFRAGÆ vndæ de Or. 158, Poetæ.

SCABELLVM, li. *scamnum.* pro Cæl. 51 b, Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.

SCABER, a, um. *asperum.*){ *leue.* Tus. 169 a Pectus illuuie scabrum.

SCABIES, ei. de Leg. 165 b, Nos uoluptatibus blanditus corrupti, quæ natura bona sunt, quia dulcedine hac & scabie carent, non cernimus satis.

SCALA, arum. I. A. 164 b, Negociumque transegisset nisi se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset. pro Mil. 109 b, Quum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset. L. GRADVS.

SCALMVS, mi. *lignum id est in naui, quo attinetur remi, dum aguntur.* de Or. 89 a, Qui duorum Scalmorum nauiculam in portum euerterit. Att. 356 a, Hæc ego conscendens e Pompeio tribus actuariolis decẽ scalmorum. *aliter, scamni, vel scalmi.* de Cla. 182 a, Qui in littore ambulans scalmum reperisset.

SCALPO, is. *incido, vulgo dicunt Sculpo.* de Na. 56 a, b, Itaque ad pingendum, ad fingendum, ad scalpendum, ad neruorum eliciendos sonos ac tibiarum, apta manus est admotione digitorum.

SCALPELLVM, li. *chirurgi ferrum, quo quid scindit & aperit.* pro Sest. 26 a, Cum sanæ parti scalpellum adhibetur. de Diuina. 128 a, Quorum linguæ sic inhærens, ut loqui non possunt, scalpello resectæ liberantur.

SCAMMONIA, niæ, *herba.* de Diuinario. 83 b, Quid scammoniæ radix ad purgandum possit, & 118 a, Scammoniam, aristolochiamque radicem.

SCAMNVM, ni. *sedes, scabellum.* de Diuin. 102 b, Auspicio regni stabilita scamna solumque. Ennij.

SCANDO, dis. *conscendo.* de Sen. 80 b, Cum alij malos scandant, alij per foros cursent, alij, &c.

SCANTIA, sylua. contra Rul. 61 b *bis.*

SCAPHA, phæ *linter, seu nauicula, quæ longis nauibus subseruit* ad Heren. 4 a, Omnes in scapham conscenderunt, & moderati nauim ea scapha. Attic. 102 a, *σκάφος τὸν ἀγρόν ὤν.* de Inu. 81 b, Vsque adeo vt dominus nauis in scapham confugerit, & ibidem. Gubernator nauis in scapham aufugit.

SCAPHIVM, phij. *scyphus, seu poculum in formam scaphæ nauiculæ factum.* I. V. 208 a, Scaphia cum emblematis Lilybæi empta.

SCATEO, es *scaturio*. Tusc. 163 a, Fontes scatere. Poetæ.

SCATVRIO, ri. *emano, effluo, erumpo*. Epist. 113 b, Turius, ut nunc est, hoc scaturit.

SCELERATE. *nefariè, per scelus*. Anteq. 195 a, & pro Syl. 179 b, Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis, aut in uos scelerate loquar factis? I. C. 102 b, Bellum sceleratè susceptum.

SCELERATVS, a, um. *consceleratus, scelestus, impurus, nefastus, nefarius, improbus, capitalis, imbutus scelere, astrictus, scelere contaminatus, parricidijs contaminatus, & omni scelere coopertus*. Attico. 151 a, Ego hunc impurum & sceleratum puto. I C. 198 b, Quæ mente scelerata & nefaria cupierunt. pro Muræ. 139 a, Sceleratus & nefarius fueris, si, &c. de Fin. 103 b, Illa vox inhumana & scelerata. pro Cl. 58 a, b, Conscelerata mulier. de Aruspicum 150 a, Brogigarus impurus homo, & sceleratus.

Syntaxis. *Homo impurus ac sceleratus. Scelerata & nefaria mens.*

SCELESTE. Attic. lib 6, Sceleste suspicaris.

SCELESTVS, a, um. *sceleratus* in Salu. 273. Scelestus ciuis. pro Sex. Rosc. 24 b, Scelestum ac nefarium facinus, & 28 b, Res scelesta, atrox, nefaria.

SCELVS, ris. *flagitium, facinus, fraus, atrocitas, sceleris*. de Orato. 103 b, Qui animorum motus in iudicium mentibus concitent, scelus eos nefarium facere. pro Dom. 229, Facere scelera. pro Sex. Rosc. 22 b, Multa scelera & flagitia fieri. pro Sest. 16 a, Edere scelus in aliquem. de Arusp. 257 b, Infinita sunt scelera, quæ ab illo in patriam sunt edita. pro Sest. 24 b, Astringi scelere. in Anton. 230 b, Suscipere scelus. pro Milon. 107 b, Facere aliquid sceleris. pro Cluent. 58 b, Hostiæ cæsæ ad scelus perficiendum. Epistol. 10 a, Quæ prætermitti sine nefario scelere non possunt. pro Cluent. 57 a, Infestum scelus & immane. ad Heren. 26 a, Scelus nefarium & truculentum. de Am. 101 b, Scelus detestabile. in Pis. 89 a, Conscientia scelerum & fraudum suarum.

Syntaxis. *Scelus nefarium facere. Scelera & flagitia fiunt. Scelus in aliquem edere. Astringi scelere. Hostiæ ad scelus perficiendum. Infestum scelus & immane, nefarium & truculentum. Scelerum & fraudum conscientia.*

SCENA, næ. *cauea, fabula*. pro Mur. 133 b, Ludorum elegantia, & scenæ magnificentia. de Ar. 249 b, Omne seruitium permissu magistratus liberatum, in alteram scenam immissum. & ibi. Illi cum ludo facerent, seruos de cauea exire iubebant, tu in alteram seruos immisisti. de Orato. 130 a, & 163 b, Miror eorum impudentiam qui agunt in scena gestum inspectante Roscio. de Natu. 73 b, Scena referta est his sceleribus. de O. 139 b, Maxima quasi oratori scena videtur concio. de Amic. 114 a, In scena, in concione, in qua rebus victis & adumbratis loci plurimum est. Att. 178 a, Populo & scenæ (vt dicitur) seruiendum est. de Cl. 162 a, Rufeium esse in scena. pro Plan. 265 a, Omitto illa, quæ si minus in scena sunt, at certe quum sint prolata, laudantur. de Sen. 90 b, Idque tum in vita, tum in scena intelligi potest ex iis fratribus, qui in Adelphis sunt.

SCENICVS, a, um. de Ora. 163 b, Gestus scenicus verba exprimens. pro Plan. 265 b, Scenicæ personæ, vt nunc histriones.

¶ *Histrio*. Offic. 23 a, Ne scenici plus, quam nos, videntur habere prudentiæ.

Syntaxis. *Populo & scenæ seruire.*

SCEPTRVM, tri. *virga regia*. pro Sest. 16 a, de Diuin. 84 b, Rex sedens cum purpura, & sceptro, & insignibus illis regijs.

SCHEDA, dæ. *tabella, pagella*. Attico. 211 b, Enitere, vt ne qua scheda depereat.

SCHEDVLA, læ. Episto. 253 a, Hęc tertia iam epistola ante te oppressit, quàm tu schedulam aut literam, *vetusti codices hic scidulam habent, & ad Atticum scidam, & recte. nam Charisius autor & doctus, & bonus, & antiquus, scidulam à scindendo, sine schedulam σχίζειν σχίζειν dici asserit.*

SCHEMA, tis. de Clar. 190 a, Verborum & sententiarum illa lumina, quæ locant Græci σχήματα, quibus tanquam insignis in ornatu distinguitur omnis oratio. de Clar. 177 b, Sententiarum orationisque formæ quæ appellantur σχήματα, & 177 a, Sententiarum ornamenta & conformationes. ib. Σχήματα enim quæ vocant Græci, ea maximè ornant oratorem, eaque non tam in verbis pinguendis habent pondus, quàm in illuminandis sententijs. Topico. 223 b, Ornamenta verborum sententiarumque quæ appellantur σχήματα. Ora. 204 b, Lumina quæ Græci quasi aliquos gestus orationis, σχήματα appellantur, L. Ornamentum.

SCHOENOBATICA. L. Embenedica.

SCHOLA, læ. *gymnasium*. Officio. 52 a, Sed hoc de genere commodius à quibusdam optimis viris ad medium. Iam sedentibus, quam ab vllis philosophis vlla in schola disputatur. Orat. 205 b, E philosophorum scholis tales ferè euadunt. de D. 124 b, Multa istiusmodi dicuntur in scholis. de Or. 89 b, Clamabunt credo omnia gymnasia, atque omnes philosophorum scholæ, sua hæc esse omnia propria. de Finib. 64 a, Primùm deprecor ne me tanquam philosophum puteris scholam vobis aliquam explicaturum. *id est, vniuersam alicuius sectæ & doctrinæ scholam*. in Pison. 92 a, Homo ad persuadendum concinnus, perfectus, politus è schola. de Natu. 8 b, Ex eadem Platonis schola Ponticus Heraclides. de Orato. 63 b, Qui cùm in schola assedissent, iuberent, &c. & ibidem, Qui non Græci alicuius loquacitatem sine vsu, neque ea scholis cantilenam requirunt. de Finib. 145 b, In Epicuri schola. Episto. 141 a, Habent scholam Stoicum. in Pi. 92 b, Verres te ad alteram scholam. Tusculano. quæst. 149 b, Itaque dierum quinque scholas, ut Græci appellantur, in totidem libros contulit, & ibidem, Vt iam etiam scholas Græcorum more habere auderemus *idest, disputationes*. Academ. 211 b, At ille nescio quis qui in illis scholis nominari solet, mille & octoginta stadia quod abesset, videbat.

• * Tusc. 207 a, Separatim autem certæ scholæ sunt, de exilio, de interitu patriæ, de seruitute, de debilitate, de cæcitate, & de omni casu, in quo nomen poni solet calamitatis. Hæc græci in singulas scholas, & in singulos libros dispertiunt.]

Syntaxis. *Gymnasia, & philosophorum schola. Homo politus à schola. Habere scholas, lucubrare, id est, disputationes.*

SCHOLION, *responsio, vel purgatio, vel defensio, vel interpretatio breuior*. Attic. 256 a, Velim σχόλιον aliquod elimes ad me. & ibid. ἐπιλογιζόμενον συντάξεις. & ibid. Quid iam opus est σχολίου. Att. li. 13. Σχόλια enim tibi uideo placere.

SCIENS, tis, tior, ssimus. *prudens, gnarus, peritus, intelligens*. de Inuen. 54 a, Nauis quæ scientissimo gubernatore vtitur. pro Pomp. 9 a, Quis eo scientior unquam fuit? ad Heren. 16 a, Tu scientior eris præceptorum artificio, nos alacriores ad reliquum persequendum. pro S. R. 27 a, Is aperte calumniarum sciens uidentur. pro Qu. 9 a, Qui nihil alteri sciens incommodat. pro Syll. 183 b, Nullum a me sciente facinus occultatur. pro Clu. 44 a, Habebit igitur te sciente & uidente curia malum senatorem. Epi. 125 a, Sciens, prudens feci. pro Pl. 267 b, Plancius ostendit sciens neminem. Attic. 163 b, Ne te sciens prudensque eo demittas, unde, &c. pro Cor. 57 a, Vtrum inscientem vultis contra fœdera fecisse, an scientem?

Syntaxis. *Vtitur hac nauis moderatore scientissimo. Præceptorum scientior: Illo sciente & uidente. Sciens, prudens feci.*

SCIENTER. *scite, intelligenter, sciens.*)(*inscienter*. de Ora. 96 a, Iis quæ habeas modice & scienter vti, & 109 a, Scienter ac perite dicere. Orato. 214 a, Scienter uersari in aliqua re de Diuin. 99 b, Scienter interpretari aliquid. Offic. 36 b, Iis quibuscum congregamur, uti moderate & scienter.

SCIENTIA, tiæ. *cognitio, intelligentia, doctrina, disciplina, prudentia, studium, rerum cognitio verum.*)(*inscientia, ignoratio*. de Natu. 1 a, Vt magno argumento esse debeatur causam, idest, principium philosophiæ esse scientiam. Offic. 4 b, Omnes ducimur & trahimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem, & 5 a, Omnis cogitatio, &c. aut in studiis scientię cognitionisque uersabitur. de Orat. 135 a, Aut cognitu rei scientiaque perquiritur. Offi. 13 a, Scientia, quę est remota a iustitia, calliditas potius, quàm sapientia est appellanda, vt inquit Plato. de Fin. 136 b, Innatus est in omnibus cognitionis amor & scientiæ. de Diuina. 99 a, Nec quisquam Rex Persarum potest esse, qui non ante magorum disciplinam, scientiamque perceperit. I. A. 222 a, Serui Sulpicij in legibus interpretandis scientia. Orat. 207 a, Dialecticorum scientia. de Or. 36 b, Omnium magnorum rerum atque artium scientiam consequi, & 89 a, Rerum maiorum scientia. de Fin. 130 a, Omnes artes in aliqua scientia uersantur. Ac. 36 b, Artem sine scientia esse non posse. ad Heren. 37 a, Certa scientia maleficij, non suspicio. de Ora. 91 b, Cum hæc omnia audirentur ab ijs, quibus non esset scientia tradenda, sed exigui temporis aut falsa, aut certe obscura opinio, & 94 a, Res ab opinionis arbitrio seiunctæ, scientiaq; comprehensæ. Epist. 94 a, Comprehendere aliquid scientia de Orat. 112 a, Oratoris omnis actio opinionibus, non scientia continetur, & ibi. Res quæ mendacio nixa sit, quæ ad scientiam non sæpe perueniat, & ibi. Pertractandorum animorum scientiam si quis uolet magnam artem dicere, non repugnabo, & 112 a, Ars quæ faciendorum uerborum scientiam profiteatur. de Or. 148 b, Scientiæ suauitas, qua nihil est hominibus iocundius. de Fin 129 b, Herillus sensit nihil esse bonum præter scientiam. Or. 212 a, Scientiam loquendi mihi reseruauit, usum populo concessi. pro Syl. 174 b, Cuius scientiam de omnibus constat fuisse, eius ignoratio de aliquo purgatio debet uideri. Of. 26 a, Modestia est scientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. de Nat. 24 a, Sanctitas est scientia colendorum deorum. de Di 80 a, Chaldæi diuturna obseruatione siderum scientiam putantur effecisse, vt prædici possent futura, & 98 a. Si dij futura significant, aliquas uias dant nobis ad significationis scientiam. de Nat. 19 b, Mirum in homine esse Romano tantam scientiam. Epi. 97 b, Habere scientiam magnarum artium, & 50 b, Qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt. I. A. 162 a, Quo me teste conuinces? an chirographo? in quo habes scientiam quæstuosam. Offi. 31 a, Prudentia est rerum expetendarum fugiendarumque scientia, & ibid. Prudentia est rerum diuinarum atque humanarum scientia. de Orat. 90 a, Promere aliquid ex aliqua obscuriore scientia, & ibid Regionum terrestrium aut maritimarum scientia. de Fin. 109 b, Viuere scientiam adhibentem earum rerum, quæ natura eueniunt. de Diu. 113 a, Certe igitur ignoratio futurorum malorum vtilior est quam scientia, & 123 a, In prouidendis rebus esse augurandi scientiam. de Di. 134 a, Musæ legendi, scribendi, cæterarumque artium scientiam somniantibus non dabunt? de Diu. 135 b, Si ea dij nobis obijciunt, quorum neque scientiam neque explanationem habeamus. pro Pomp. 9 a, Scientia rei militaris, & 87 a, Scientia auguratus. de Leg 159 b, Iuris ciuilis scientia. Ep. 48 a, Tua scientia excellens ac singularis. L. Literæ.

• * atque ars agricolarum. Epistola. 59 b, Scientia omnium. i. de re, quàm omnes sciunt communiter acceptam.]

Syntaxis. *Cognitio & scientia. Disciplina & scientia. Scientia comprehendere quippiam. Oratoris actio non scientia continetur, sed opinionibus. Quaestuosam habere scientiam in aliqua re.*

SCILICET. *videlicet nam enim, nimirum, nempe, quippe, certè, profectò*. Or. 107 b, Cognoscet etiam rerum gestarum ordinem, maxime scilicet

licet nostræ ciuitatis. Att. 99 a, Quis? tu ipse scilicet de Or. 129 a, Bona dicta nō possunt teneri, hæc scilicet bona dicta, quæ falsa sunt. & 150 b, similiter nunc de oratore loquor, summo scilicet. pro Cœl. 48 a, Cum scires, quantum ad facinus aurū hoc quæreretur, ad necem scilicet legati. de Di. 130 a, Negant enim id esse maiestatis deorum, scilicet causas omnium introspicere, vt videant, quid cuique conducat. de Fin. 138 a sunt clariora iudicia naturæ, maxime scilicet in homine. Epi. 167 b, Qua mente esset Antonius, demonstrauit, pessima scilicet & infidelissima. Epist. 170 a, Tu cogitas, vt domi tuæ sis, scilicet ne cum periculo stultus sis. de Fi. 114 b, Me species quædam commouit, inanis scilicet, commouit tamen. Epi. 258 a, Suspenso animo expecto te primom scilicet, deinde Marionem. de Ora. 154 b, Sed annulum quem haberet, se sua manu confecisse, scilicet nimis hic quidem progressus est, sed, &c. Topic. 224 b, Ab adiunctis posui exemplum, multa scilicet adiungi, quæ, &c. pro Qu. 112, Quid ad hæc Næuius? ridet scilicet nostram amentiam. Attico. 285 a, Arma quærenda putauimus, scilicet vt nouom dominum pateremur, an vt liberaremus Rempu. de Fin. 120 a, Istis alio tempore respondebo, tunc scilicet cum tibi. & Tuscu. 180 b, At verò nos, docti scilicet a Græcia legimus, &c. Epis. 5 b, Me in summo dolore, quem ex vis rebus capio, maxime scilicet consolatur spes. quòd, &c. Att. 186 a, Lecta epistola tua de Atticæ febricula, scilicet valde dolui. Tuscu. 250 b, Democritus luminibus amissis alba scilicet & atra discernere poterat, at bona & mala non poterat. At. 58 a, De lentulo scilicet sic fero, vt debeo. ibidem b, Quo dolore esse debeo? quo sum scilicet. de Or. 114 a, Hæc scilicet fundamenta nota sunt omnibus. Attic. 174 b, Quid tu in eo potes? nihil scilicet. Att. 204 b, A te literas expectabam nondum scilicet: nam, &c. Attic. 213 b, Hortos quoniam hodie cras inspecturus, qd visum tibi sit, cras scilicet. & 281 a, Est, s. vtriusque rei modus, sicut reliquarum. Q. F. 301 b, Te rogo ne quid perscribas contra Flauium, & Flauij causa & scilicet Pompeij facies omnia. & 312 a, Et quanquam teipsum scilicet maxime, tamen etiam literas tuas ante expecto. de Sen. 82 a, Senes semper agunt aliquid & moliuntur, tale scilicet, quale cuiusq; studium in superiori vita fuit. Epist. 113 b, Quid alios putas? clamoribus scilicet maximis iudices corripuerunt. Off. 33 b, Illæ scilicet literæ forenses & senatoriæ. Epi. 214 b, Peto a te tanto scilicet studio, quanto intelligis debere me petere. Epi. 251 b, Vnus scilicet ille fructus, qui in te videndo est, percipi literis non potest. pro Mur. 134 a, Tu interea Romæ scilicet amicis præsto fuisti. Qu. F. 305 b, si hoc perficies, scilicet mirabile quiddam esse quæris. Epi. 12 a b, & 138 a, Stomacho est scilicet Pompeius ita languenti, vt, &c. Epis. 106 a, Scilicet ista quidem summa, ne ego, &c. I. P. 83 a, Ego istius pecudis consilio scilicet aut præsidio niti volebam? de Di. 117 b, Scilicet si ista Iupiter significaret, tam multa frustra fulmina emitteret. pro Syl. 179 b, scilicet is sum, qui, &cę. pro Q. 15 a, Corrigeres hæc tu scilicet postea. I. A. 218 a, Scilicet hęc Pansa non vidit. Epi. 160 b, Scilicet id agitur, &c. Att. 216 a, Id populus curat scilicet. *prouerbium.*

☞ Syntaxis. *Maximè scilicet. Lectis tuis literis scilicet lætatus fui. Cum venis, omnia scilicet mox perturbauis. Scilicet, ironicè.*

Scindo, dis. *conscindo, distrahendo, findo, diffindo.* Attic. 45 a, Ne scindam ipse dolorem meum. Tusc. 204 a, Scindere comam. Epist 76 b, Hanc epistolam cur non scindi velim, nulla causa est. Attic. 216 a, Ego ita egi, vt non scinderem penulam.

☞ Syntaxis. *Scindere dolorem, comam, epistolam.*

Scintilla, læ. *igniculus.* Anteq. 194 b, Illa conspiratio conflata, ita est restincta, vt nulla scintilla compareat incendii. Epi. 153 a, Vt ne qua scintilla teterrimi belli relinquantur.

Scintillvla, læ. de Fin. 135 a, In pueris virtutum quasi scintillulas, uidemus.

Scio, scis. *habeo, teneo, cognosco, cognitum habeo, non ignoro, non sum nescius, scientiam meam non fugit, me nō præterit, scientia comprehendo, scientiam habeo, perspectum mihi est, me non fugit, mihi conscius sum, mihi certum est de aliqua re.* Attic. 76 b, Euersam in perpetuum prouinciam nos inuenisse scito. Att. 190 b, Sed scire certum velim. de Clar. 167 a, Non tam praclare est scire Latinė, quàm turpe nescire. de Fin. 76 b, Omnes qui Latinė sciunt. & 67 a, Cum Græce ut videor luculenter sciam. Attic. 37 b, Primum illud te scire uolo, Sampsiceramum, &c. Epist. 188 a, scire te uolo, &c. & 14 b, Volo te scire mi Pæte, &c. de Orat. 115 a, & 128 a, Magnum est quoddam opus, haud sciam an de humanis operibus longė maximam, dicere, &c. de Fin. 115 b, Quem haud scio an recte dixerim, &c. Att. 252 a, Sed non venerat quod sciam. pro Syll. 174 b, Nam de cæteris certe sciebat. & 179 b, De quo aliquid scire & existimare potuisset. pro Syl. 174 b, Cum is qui de omnibus scierit. de Sylla se scire negauit. de Or. 90 a, b, Socrates dicere solebat, omnes in eo quod scirent, satis esse eloquentes, & ibid. Neque si id optime sciat, ignarusque sit faciundæ orationis, differre id ipsum posse, de quo sciat, dicere. de Ora. 90 a, De legibus instituendis, &c. Lycurgum scisse melius, quàm Demosthenem. pro Mur. 129 a, Ille tenet & scit, ut hostium copiæ arceantur. de Orato. 89 a, De quo ipso, si quid scis, uelim scire. * de In. 48 b, Procedere longius, quam scitu opus sit.}

Scio a. de Or. 111 a, Ars est enim earum rerum quæ sciuntur: oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur. de Orato. 104 a, Nihil certum sciri, nihil plane cognosci ac percipi posse.

☞ Syntaxis. *Scire certum volo. Latinè luculenter scire. De hac re non scio. De iis nihil scire aut existimare queo. De legibus instituendis melius ille scit, quam. Tenere & scire, vt, &c. De quo ipso si quid scis, uelim scire.*

Sciscitor, aris. *scitor, quæro, percontor.* de Nat. 5 b, Epicuri ex Velleio sciscitabar sententiam, & 6 a, Ab utraque autem sciscitor, cur, &c. de Ora. 93 a, Cum sciscitantur sententiam. At. 151 b, De Dionysio (vt facis) sciscitare vbi sit. de Diu. 90 a, Sciscitari de aliqua re.

☞ Syntaxis. *Ab aliquo, & ex aliquo sciscitari, de sententia, & sententiam.*

Scisco, sciscis. *sancio, edico, scitum facio.* pro Planc. 266 b. Plancos primus legem sciuit de publicanis. pro Corn. 60 a, Vt si Gaditani sciuerint nominatim de aliquo ciue Romano, ut is sit ciuis Gaditanus. Off. 61 a, Durius etiam Athenienses sciuerunt, vt Æginetis, qui classe ualebant, pollices præciderentur. pro Flacc. 149 a, Quæ scisceret plebs, aut quæ populus iuberet, &c iuberi uetarique voluerunt. de Pro. 76 b, Sciscere legem. I. A. 257 b, Populus quæ iure sciuit, &c.

Scisco r, ris. de Leg. 186 a, Creatio magistratuum, iudicia populi iussa uetita, cum sciscentor suffragia, optimatibus nota, plebi libera sunto. & 171 b, Multa perniciose sciscuntur in populis.

Scissvs, a, um. de Or. 163 a, Vocis genus fractum, scissum.

Scite. *scienter, non inscitè.*)(*inscitè* de Fin. 126 a, I. P. 92 b, Rationes ad ærarium retuli, ita præscriptas scite & literate, ut scriba, &c. Attico. 235 b, Scitė dicere aliquid, & 250 b, Satis scite hoc quidem. in Ver. 126 a, Statuta scite facta & uenuste. Episto. 175 a, Et ille cui mandaui, satis scite & commode tempus ad te cepit adeundi. de Leg. 163 b, Hæ rationes, quæ satis scite uobis instructę & compositæ uidentur.

Scitor, aris. *sciscitor, quæro.* Orato. 201 a, Sentiebam non te id scitari, qualem, &c. sed quærere, &c.

Scitvm, ti. *iussum.* de Orato. 244 b, De hoc Ctesiphon scitum fecit, ut corona aurea donaretur. pro Cornel. 63 b, Cum Gaditanis scita ac iussa nostra comprobat. de Opt. 244 a, Lex erat Athenis, ne quis populi scitum faceret, ut quisquam corona donaretur, &c. pro Dom. 239 a, Si iuus scriptor uacuo animo tibi ista non scita, sed portenta conscriberet.

Scitv m. in Ver. 174 a, Id adeò sciri facillimė potest ex literis publicis. pro Sex. Rosc. 34 b, Nondum lucebat, cum hoc Ameriæ scitum est.

Scitvs, a, um. *statutus.* de Leg. 164 a, Non omnia iusta sunt, quæ scita sunt in populorum institutis atque legibus.

¶ *Lepidus, elegans.* de Natu. 19 b, Scito sermone & Attico loqui. pro Planc. 266 a, Ego autem id quod mihi scitum esse uideatur, nō asper nor. Or. 201 b, Scitum est enim, quod Carneades dicere solebat, Clitomachum, &c. de Nat. 119 a, Vetus autem illud Catonis admodum scitum est, qui dicebat, se, &c. de Orato. 164 b, Scitum est enim, causam conferre in tempus, cum, &c. *prouerbium.*

☞ Syntaxis. *Legem sciscere de. Sciscere de aliquo nominatim, vt sit, &c. Sciscere suffragia. Scitè & literatè descripta rationes. Scitè & commodè sumere tempus. Scita ac iussa. Sermo scitus & Atticus.*

Scopæ, arum. Orato. 220 b, Isti, ut in prouerbio, scopas (ut ita dicam) mihi uidentur dissoluere. Att. 111 a, Scopæ dissolutæ.

Scopvlosvs, a, um. in Ver. 60 b, Intelligo, quam scopuloso difficilique loco uersor. de Orato. 149 a, Mare inferum, Thuscum, scopulosum & infestum.

Scopvlvs, li. *saxum,* pro Rab. 95 b, Nec tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titij afflictam nauim uideres. pro Sext. Rosc. 31 b, Scopulum offendere. de Or. 157 b, Syrtim patrimonij, scopulum libentius dixerim. de Cl. 170 b, Cum neque musarum scopulos quisquam superaret, &c. Ennij.

Scopvs, *σκοπὸς, quo spectamus, propositum, finis propositus.* Attic. 150 a, b, Σκοπὸς hic est enim huic nostro, nihil præbere, & 125 a, Sed neutri σκοπὸς est ille, ut beati simus, uterque regnare vult.

☞ Syntaxis. *Suas rationes ad scopulum appellere. Ad scopulum afflicta nauis. Scopulum offendere. Scopulus patrimonij. Scopulos musarum superare.*

Scorpivs, pii. *nepa.* de Nat. 48 b,

Vt sese emergens ostendit scorpius altè,
Posteriore trahens flexum vi corporis arcum. in Arat.
Scorpius infestus praeportans flebile acumen.

Scortator, oris. *scortorum amator.* I. C. 169, Cum hanc Catilina sit habiturus scortatorum cohortem prætoriam.

Scortvm, ti. *meretrix, lupa.* pro Mil. 112 a, Clodius semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat. de Ar. 258 a, & 257 b, Quis unquam nepos tam libere est cum scortis, quàm hic cum sororibus uolutatus? in A. 168 a, Primò vulgare scortum, certa flagitij merces. I. C. 106 a, In uino & alea comessationes & scorta quærere. pro Sest. 11 a, Mihi res erat cum scurrarum locupletum scorto.

☞ Syntaxis. *Cum scorto liberè volutari.*

ΣΚΟΤΙΚΟΣ. I. Obscuritas.

Scriba, bæ. *librarius, scriptor.* Episto. 74 b, Ad ea quæ scripsi, commodius possem de singulis ad te rebus scribere, si M. Tullius scriba meus adesset, & 75 a, Accepi librum meum à meo seruo scriba. cont. Rul. 72 b, Deinde ornat apparitoribus, scribis librariis, præconibus, &c. pro Syll. 175 b, Tibi familiari meo priùs etiam edituri fuerunt iudicum scribæ mei, si voluisses, quàm in codicem referrent. de Cla. 19 a a, Gratiosi scribæ sint in dando & cedendo loco. I. P. 92 b, Scriba, qui rationes ad ærarium retulit, &c. I. V. 189 b. *Descriptus & ordinis eorum multa.* 59 b, L. Librarius & Alexis.

Scribendo. de Arusp. 246 b, Cum omnes iidem scribendo adessent. Postquam 205 b, Caput, &c. ne quis pedibus iret, ne scribendo adesset. Ep. 248 a, Quod scribendo affuisti.

Scribo, is. *conscribo, exaro, literas do, mitto, literas de aliqua re mitto, literis*

teris consigno, scriptis mando, prodo, literis prodo, literis conscribo, publicis monumentis consigno, memoriæ trado, monumenta prodo, memoriæ propago, monumentis mando, monumentis annalium mando, sempiternis monumentis prodo, persequor, scriptura persequor, efficio, librum conficio, compono, pono, posteritati propago, historiæ mando, carta promo, in codicillos refero, literis memoriaque mando, hominum memoriæ sempiternæ trado, memoriæ, posteritatique prodo, literis consecro, immortalitati trado vel mando vel commendo, trado, publicis literis consigno. Epi. 14 b, Quod rogas vt mea tibi scripta mittam, quæ post discessum tuum scripserim, sunt orationes quædam, &c. de Cla. 171 a, Scripsere alij rem versibus & luculente quidem scripserunt. Ep. 16 b, Scripsi etiam versibus tres libros de temporibus meis, & ibidem, Scripsi tres libros in disputatione & dialogo. de Senect. 88 a, Liber quem de rebus rusticis scripsi, inquit Cato. in Verr. 258 b, Furius defensionem suæ causæ scripsit. de Orat. 97 a, Caput autem, quàm plurimū scribere, stylus optimus dicendi magister. de Orato. 92 a, Instituere ciuitates, scribere leges. Attic. 151 b, Asperius de aliquo scribere vel loqui, & 95 a, Nulla res erat, de qua scriberem, & 128 b, Pridie scripseram literas, quas, &c Attic. 85 b, His de causis credo Scaptium iniquios de me aliquid ad Brutum scripsisse, & 215 b, Quod ad te de decem legatis scripsi, parum intellexi credo, quia διὰ σημείων scripseram pro Arch. 189 a, Cum literam scripsisset nullam. Tos. 250 a, Scribere lineam.* Epi. 255 a, Appellato me crebris literis. i. Scribito. Ep. 82 b, literis complecti gratulationem. i. gratulari per literas. I. V. 159 a, Tollit ex tabulis id, quod erat, & facit curam delatum esse. Epi. 85 a, Dare pœnas stili. i. Scribendi.

☞ Syntaxis. *Scribere de aliquo asperius. Nulla res est, de qua scribam.*

Scriror, ris. de Leg. 27 b, Neque cum literis quibus scita scribuntur, aut oritur, aut occidit. *id est lex natura.*

Scribitur, de Nat. 51 a, Eadem hæc cauis scribitur conchis se solere complere, &c. & 50 b, Legi scriptum esse auem quandam, &c. de Di. 105 b, Scriptum est item, Socratem, &c.

Scriptio, onis. *scriptura stylus.* de Clar. 182 b, Nulla res tantum ad dicendum proficit, quàm scriptio, & 169 b, Lippitudo, quæ impedit scriptionem meam. de Orato. 109 a, Illud autem est huius institutæ scriptionis ac temporis, neminem, &c. de Cla. 268 a, Genus hoc scriptionis nondum est satis Latinis literis illustratum. Tuscu. 251 b, A Bruto impulsi sumus ad philosophicas scriptiones. Epi. 132 a, Oratiunculam pro Deiotaro tibi misi, quam velim sic legas, ut causam tenuem & inopem, nec scriptione magnopere dignam. de Diuin. 45 b, Controuersia ex scriptionis genere nata, & 55 b, Ex scriptione, quæ in literis est.

Scriptito, as. *scribo.* de Ora. 117 a, Sed ne te quidem antoni multum scriptitasse arbitror. Att. 110, de Cl. 189.

Scriptor, oris. de Orato 97 b, Omnes bonarum artium scriptores & doctores legendi & peruolutandi Ora. 199 b, Vetustissimus ille scriptor & politissimus Lysias. pro Arch. 190 a, Multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuit. de Orat. 92 b, Neminem scriptorem artis ne mediocriter quidem doctum fuisse. de Cla. 167 b, Scriptor subtilis atque elegans. de Fi. 49 a, Licinius Attilium ferreum scriptorem appellabat. pro Dom. 222 b, At quid tulit legū scriptor, peritus & callidus? Velitis iubeatis, vt, &c. & ibi. Hoc tu scriptore, hoc consiliario, &c. & 239 a, Si tuus ille scriptor vacuo animo tibi ista non scita, sed portenta conscriberet. Epi. 16, Domesticarum rerum tuarum habes & scriptores & nuncios. Attic. 190 b, Profectò illam consecrabo omni genere monimentorum ab omnium ingeniis scriptorum & Græcorum, & Latinorum.

☞ Syntaxis. *Ad dicendum scriptio proficit. Philosophica scriptiones. Id est scriptione digna. Scriptores & doctores. Legendi & peruolutandi. Scriptorem suarum rerum & nuncios habere.*

Scriptum, pti *scriptura, monumentum, literarum monumentum, monumenta annalium, monumentorum memoria.* Epi. 67 a, Ardeo cupiditate incredibile, nomen vt nostrū scriptis illustretur & celebretur tuis. Officio. 33 a, Deinde istis scriptis actiones nostras mandaremus. de Diuin. 84 a, Artis alicuius scripta ac monumenta uolutare. Tuscul. 225 b, Maxime verò omnium flagrasse amore Rhegmum Ibycum apparet ex scriptis. Epist. 16 a, Quod rogas vt mea tibi scripta mittam, quæ post discessum tuum scripserim, &c. de Orat. 126 a, Id quòd à Platone in scriptis relictum esse dicunt. Epist. 48 b, Scriptorū subtilitas atque elegantia, & 68 a, In legendo scripto. de Clar. 193 a, & de Orato. 116 b, Quæ commentatus sit, ea sine scripto uerbis eisdem reddere. pro Pl. 275 a, Oratio quæ propter eius magnitudinem dicta de scripto est. Episto. 151 b, S.C. ita perscriptum, vt à me de scripto dicta sententia est. contra Rull. 75 b, De scripto legis recitare aliquid Attico. 56 b, & de Cla. 168 b, & I. Anto. 225 a, De scripto dicere.)(. *memoriter recitare.* de Clar. 177 b, Crassus multa contra scriptum pro bono & æquo dixit. de Cla. 171 a, Hoc in originibus scriptum reliquit Cato. de Ora. 99 a, Tabellæ quibus id scriptum sit, quò decipere. in V. 266 a, Scriptum est in eisdē literis, ἀνέθηκαν & 229 a, Multi Græci de ualuarum harum pulchritudine scriptum reliquerunt. de Ar. 245 b, Responsum Aruspicum, in quo cum aliis multis scriptum etiam illud est, loca sacra &c. De In. 52 b, Omnis cōtrouersia siue in ratione, siue in scripto uersatur.

☞ Syntaxis. *Nomen scriptis illustratum, & celebratum. Mandare scriptis. Artis scripta & monumenta volutare. In scriptum relinquere. Qua commentaris, verbo reddis sine scripto. De scripto dicere orationem. Pro bono & æquo contra scriptum dicere. Scriptum relinquere aliquid, & de aliqua re.*

Scriptura, ræ. *scriptum.* Episto. 85 a, Cum menduo scripturæ litura tollatur, & 148 a, Plura illi mandata verbo, quàm scriptura dedi.

¶ *Scriptio* de Orat. 97 a. Si subitam orationem commentatio uincit, hanc ipsam profectò assidua & diligens scriptura superabit. Epistola. 256 a, Cum ea quæ scriptura persecutus es, sine summo amore cogitare non potueris. Ep. 85 a, Genus hoc scripturæ non modo liberum sed incitatum atque latum esse debet. de Inu. 8 a, Sequi sententiam legis.)(. *sequi scripturam.* & ibi. Ex scriptura aliquid ad suam causam conuertere. Top. 229 a, Scriptura contraria.

¶ *Item ratio est mancipum, id est, eorum qui portoria, aut pascua publica aut decumas redimebant, vnde magistri scriptura & portus dicuntur, qui publicanorum nomine portoria & vectigalia describebant & colligebant.* Att. 76 a, Tu autem sæpe dare literas tabellariis publicanorum per magistratos scripturæ, & portus & nostrum diœcesium. in Verr. 143 a, In scriptura Siciliæ pro magistro est quidam L. Carpinatius. Attic. 176 b, P. Terentius meus necessarius, magnas operas in portu, & scriptura Asiæ pro magistro dedit. *Scriptura tamen pro eo vectigali etiam accipitur solo, quòd e publica pascua aut pecoribus percipitur.* in Ver. Act. 3, & pro Pomp. Nam cum hostium copiæ non longe absint, etiam si irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit. Ita neque ex partu, neque ex scriptura vectigal conseruari potest. *hic vides aliud esse portum aliud decumas, aliud etiam scripturam.*

Scrupulosus, a, um. *asper.* Tus. 216 a, E quibus cnquam è scrupulosis cotibus enauigauit oratio.

Scrupulus, li. *exiguus lapis est, qui in calceo latens interdum pedem lædit, unde ponitur pro re, quæ nobis solicitudinem ac dubitationem affert, est igitur scrupulus hic suspicio, solicitudo, dubitatio.* pro Sext. Ros. 19 b, Hunc mihi ex animo scrupulum euelle, qui me dies noctesque stimulat ac pungit. pro Clu. 33 b, Hic tum iniectus est hominibus scrupulus ac dubitatio. de Arus. 245 b, Sin scrupulus tenuissimus residere aliquis videbitur, non modo, &c. Attic. 16 b, Ac domesticarum quidem solicitudinum aculeos omnes & scrupulos occultabo, & 240, Num potius reddantur, quàm vllus sit scrupulus, & 66 b, Illud cognitum est, neque argenti scrupulum esse ullum in insula. *id est, ne minimum quidem.* & 75 a, Exime de illis domestico scrupulum, quem non ignoras.

Scrupuli, orum. *lapides quidem erant, quibus pro tessera in quodam ludo vtebantur.* de Or. 103 b, Pila bene & duodecim scrupis ludere.

☞ Syntaxis. *Scrupulum qui stimulat ac pungit, euellere. Scrupulum ac dubitationem iniicere. Residens scrupulus. Solicitudinum scrupuli & aculei. Scrupulus argenti.*

Scrutor, aris. *inquiro, excutio.* Part. 230 b, Imo uerò scrutabimur & quæremus. I. V. 145 b, Scrutatus sum, quæ potui, & quæsiui omnia. de Nat. 67 b, Qui interiores scrutantur & reconditas literas. Qu. F. 291 b, Scrutari omnes sordes, excutere vnum quenque comitum. pro S. R. 34 b, Non excutio te, non scrutor, si quid ferri habuisti. de Orat. 122 a, Scrutari locos, ex quibus argumenta eruuntur. pro Dom. 221 a, Venio ad augures: quorum libros si qui sunt reconditi, non scrutor. in Vat. 31 a, Cum omnium domos furacissime scrutare. de Diu. 114 a, Scrutari plagas cœli. Episto. 163 a, Qui locis omnibus dispositis scrutarentur, tabellarios. pro Sex. R. 32 a, Desinamus ea scrutari, quæ sunt inania quæramus, vbi maleficium est. I. P. 93, L. Crassus speculis prope scrutatus est alpes, vt, &c.

☞ Syntaxis. *Scrutor & quæro. Non excutio te, non scrutor.*

Sculptus, ta. *incisus.* Acad. 25 b, E saxo sculptus, aut ebore dolatus. *aliter, scalptus.*

Scurra, ræ. *sannio.* I. V. 180 b, Quià scurris semper potius gladiator, quam scurra appellatus sit pro Q. 2 b, Facetus scurra, & 10 a, Scurram multo facilius diuitem quàm patrem familias fieri posse. de Natu. 20 a, Epicurus Socratem scurram. Atticum fuisse dicebat. de Ora. 131 b, Raritas dictorum distinguet oratorem à scurra. ad Here. 27 a, Scurra exhausto pudore, qui se putaret nihil habere, quod de existimationis perderet.

Scurrilis, lis. *obscœnus, qualis scurrarum esse solet.* de Or. 131 a, Vitandum est oratori vtrunque aut scurrilis iocus sit, aut mimicus.

Scutatus, a, um. I. A. 180 a, Scutati milites. *id est, qui scuta gerunt, vt hastati, qui hastis vtuntur.*

Scutella, læ. Tus. 200 b, Demus scutellam dulciculæ potionis.

Scutulum, li. de Nat. 17 b, Sospita cum hasta & scutulo.

Scutum, ti. *clypeus.* Tus. 187 b, Ignauus miles abiecto scuto fugit quantum potest. de Ora. 139 a, Abiecto uel reiecto scuto fugere. pro Cec. 296 b, Qui scutis telisque parati ornatique sunt. Att. 56 a, Homines cum scutis & gladiis eductis. de Or. 132 b, Marianum scutum Cymbricum. I. A. 297 b, Ni familiares si scuta ipsi ferrent, laborarent. de Diuina. 110 b, Quasi uero quicquam intersit, mures scuta, an cribra corroserint.

Scylla, læ. *alterum Siculi freti nauigantibus periculum. Est autem saxum siue scopulus, qui fluctuum appulsu & pugna latrare videtur, hinc fabula de Scylla in canes marinos conuersa, quæ appulsos lacero nautas. de Charybdi vide suo loco.* in Ver. 256 a, Non Charybdim tam infestam, neque Scyllam nautis fuisse arbitror, & ibidem. Quod multo se pluribus, & maioribus canibus succinxerint. de Ar. 256 a, Quis unquam poeta fingendo exprimere potuit tam eminentibus canibus Scyllam, tamque ieiunis, quàm quibus istam videtis Gelius, Clodius rostra ipsa mandentem?

Scyllæum, fretum. pro Sest.

Scyphus, phi. *poculum.* in Ver. 106 b, Iubet me scyphos sigillatos ad prætorem afferre, & 212 b, Epistola. 105 a, Illuseras heri inter scyphos.

Scyros.

Scyros, *insula.* Att. 74.

Scytale, les. Att. 164 a, Habes σκυτάλην λακωνικήν. *prouerbium. De Scytale, 1. epistola Laconica, vide Gel. lib. 17.*

Scythes, thæ. Tusc. 246 a, Anacharsis scythes. & I.V. 276.

Scythia, thiæ. *regio barbara.* In Pis. 83 a, Quis hoc fecit vlla in Scythia tyrannus? & de Na. 43.

Scythicus, a, um. Tusc. 246 a, Scythicum tegmen.

Se, *pro sine, solutum.* L. In.

Sebusiani, pro Qu. 54 b, Roma trans alpeis in sebusianos biduo veniunt.

Secedo, dis. *recedo. semigro.* I.C. 103 b, Quare secedant improbi, secernant se à bonis.

Secernendus, a, um. Top. 223 a, secernenda distinguere.

Secerno, is. *separo, distinguo, disiungo.* I.C. 103 b, Quare secendant improbi, secernant se a bonis, & 121 a, Hos ego excipio, & secerno libéter. Epi. 68 a, Vt a continentibus scriptis secernas hanc quasi fabulam rerum nostrarum. pro Syl. 167 b, Abs te quæro, cur me a cæteris principibus ciuitatis in hoc officio atque in defensionis iure secernas. de Nat. 50 a, Belluæ sensu secernunt pestifera a salutaribus. Orat. 201, Secernere vnum ab alio. I.C. 192 a, secerne te a bonis. de Or. 140 a, Illud tertium genus a præceptis nostris secreueram. Tuscu. 164 a, secernere animum a corpore.

Secernor, ris. I.A. 297 a, Nec enim secerni à fratre poterit. de Amic. 113 b, secerni blandus amicus a vero & internosci pót, adhibita diligentia. Of 19 b, Hoc secerni ab illo non potest. I.C. 103 b, Muro denique secernantur a bonis.

☞ Syntaxis. *Secernere se à. Excipere ac secernere. Pestiferum à salutari sensu secernere. Animum à corpore secernere. Secernere & internoscere aliquid ab aliquo.*

Secessio, onis. *abscessio, discessus.* pro Mur. 135 b, Etenim seductiones testium, secessiones subscriptorum animaduerti. pro Lig. 140 a, secessionem tu illam existimauisti Cæsar, non bellum.

Secius. *minus.* ad Her. 4 b, Impedimento est, quo secius lex feratur.

Seclusus, us, *secretus.* I.V. 240 a, supplicium a libero spiritu & communi luce seclusum. de Or. 153 b, Illuc eum rapiam, vbi non seclusa aliqua aquula teneatur, sed vnde vniuersum flumen erumpat. Tus. 63 b, Iis denium quoddam iter est, seclusum a concilio deorum.

Seclum, cli. *seculum.* de Cla. 268 a, Vt Atheniensium secla numerátur, & 171 a, Multis seclis ante suam ætatem. de Leg. lib. 1, Seclis innumerabilibus.

Secandum. Of. 27 b, Vt ad vrendum & secandum medici veniunt.

Seco, as. *execo, reseco.* de Vn. 199 a, Atque ita permixtum illud, ex quo hæc secui, iam omne consumpserat. Q. de Pet. 209 a, Qui viuo stangi collum gladio secuerit. In Ar.

Quæ volat & serpens geminis secat aera pennis. de Or. 119 a, Atque illi quidem causas in plura genera secuerunt.

Secor, ris. de N. 65 a, b, Omne corpus secari ac diuidi potest. Tus. 242 b, Si vratur, torqueatur, secetur. I.A. 217 a, In corpore si quid eiusmodi est quod reliquo corpori noceat, vri & secari patimur. Tuscu. 286 b, C. Marius rusticanus vir cum secaretur, vetuit se alligari, neque quisquam ante Marium solutus dicitur esse sectus.

Secretio, onis. *disiunctio.* Tu. 263 a, Est enim interitus quasi discessus & secretio, & diremptus earum partium, quæ, &c.

Secreto, *clam. remotis arbitris.* Epi. 107 a, secreto hoc audi, tecum habeto, ne Apellæ quidem liberto tuo dixeris, & 115 a, Neq; hæc incerta tamen vulgo iactantur, sed inter paucos quos tu nosti, plane, secreto narrantur. I.V. 223 b, Ex his quæritur secreto, quid esset actū. At. 106 b, Ab hora octaua ad uesperum secreto collocuti sumus.

Secretus, a, um. *separatus, seunctus, seclusus.* de Na. 37 a, Habent suam sphæram stellæ errantes ab ætherea coniunctione secretam & liberam. de Na. 53 b, Succus secretus a reliquo cibo. de Na. 53 b, Ab eo cibo cum est secreta bilis, &c.

☞ Syntaxis. *Secreto, discessus, diremptus. Secreto colloqui. Secreta & libera actio.*

Secta, ctæ. *familia, schola, disciplina, certa quædam disciplinæ formula, pars vel partes. factio, hæresis, studium, ratio vitæ, ratio philosophandi.* in Ver. 273 a, Horum nos hominum sectam atque institutionem prosequimur. de Cla. 175 a, Brutus ex uetere Academia philosophorum sectam secutus est. Att. 274 b, Hostes omnes iudicati, qui M. Antonij sectam secuti sunt. pro Rab. 39 a, Quam tandem autoritatem, quam uocem cuius sectam sequi uelles. pro Pl. 166 a, Quotus enim quisque est, qui hanc in Rempu. sectam sequatur. pro Cæl. 46 a, Qui hāc sectam rationemque uitę secuti sumus. Epis. 103 b, Qui Cæsaris sectam atque imperium secutus. de Na. 37 a, Omnis natura artificiosa est, quod habet qua uiam quandam, & sectam, quam sequatur. de Ora. 88 b, Philosophorum sectæ, familiæ, disciplinæ. Epis. 253 a, Hæresis, secta, disciplina.

Sectator, oris. *consectator amator æmulus.* pro Mur. 140 b, Quid opus, inquit, sectatoribus? quæris, &c. & 141 a, Lex Fabia quæ est de numero sectatorum. pro R.P. 126 a, Nū Gabinij comes est, uel sectur?

☞ Syntaxis. *Sectam & institutionem persequi. M. Antonij secta. Philosophorum secta familia.*

Sectio, onis. *auctio.* I.A. 172 b, Nemo fuit qui ad illud scelus sectionis auderet accedere, præter Antonium. in An. 174 a, Appellatus es du pecunia, quam pro sectione debebas. de Inu. 58 a, si dici possit ex hostibus equus esse captus, cuius prædæ sectio non uenierit.

Sector, aris. *assector, comitor.* I.V. 143 a, Is prætoré circum omnia fora sectabantur. & 234 b, Qui illic eiusmodi est, ut eum pueri sectentur. pro S.R. 31 a, Quid? ij serui ubi sunt? Chrysogonum iudices sectatur. pro Mur. 140 b, At sectabuntur multi doce, mercede, & 141 a, Sectari aliquem totos dies. Qu. de Pet. 210 b, Qui si sectari non poterunt, necessarios suos in hoc munere constituant.

Sector, oris. *qui proscriptorum bona emit, vel quadruplator, qui quoque iure quaque intentione nomina de aliquo crimine defert, vt partem multæ vel bonorum auferat.* pro S. Ros. 31 b, Scimus per ista tempora eosdē fere sectores fuisse collorum & bonorum. pro S. Rosc. 35 b, & I.A. 168 a, Sector, hoc est, qui bonorum S. Roscij emptor atque possessor est. I.A. 172 b, & 258 b, & Epi. 254 b, Antonius sector Pompeij.

Seculum, li. *seclum, multorum annorum spacium. ætas* de Fat. 145 b, An hoc falsum potuisset esse, si esset excretis seculis ante dictum? de Orat. 116 b, Seculis multis ante gymnasia inuenta sunt, quam in his philosophi garrire cœperunt. I.V. 310 b, Aliquot seculis post Scipio Carthaginem cepit, & 228 b, Parietes, quorum ornatus tot secula manserat. Ac. 5 a, Nihilne tot seculis explicatum putamus? I.A. 190 b, Huius rei ne posteritas quidem omnium seculorum immemor erit, & 191 b, Nihil ex omnium seculorum memoria tale cognoui. de Vn. 195 a, Cum aliquot secula in Italia uiguisset. I.C. 106 b, Propagare multa secula reipublicæ. de Na. 56 b, Sempiternis seculorum ætatibus non mutari. de Diu. 88 a, Nec seculorum reliquorum iudicium pertimescere. Par. 125 b, Ego etiam ipse fortasse in huius seculi errore uersor. I.A. 223, Huius seculi insolentia.

¶ *Futurum genus.* de Senect. 81 b, Serere arbores, quæ alteri seculo prosint.

☞ Syntaxis. *Omnium seculorum posteritas. Ex omnium seculorum memoribus cognoscere. Secula Resp. propagare. Id alteri seculo proderit sempiterna seculorum ætates.*

Secum. Attico. 6, Quis est, tanta præsertim de re, quin uariè secum ipsu disputet? de Inuen. 78 a, Ipsum secum admirari aliquid. Att. 71 a, Qui etiam à me petierat, vt secum & apud se essem quotidie. de Os. lib. 1. Secum agere.)(*Cum altero contrahere.*

☞ Syntaxis. *Peto, vt mecum, & apud me sis.*

Secundarius, a, um. *secundus, proximus.* de In. 64 b, In hoc loco caput illud erit, si, &c. secundarium, si, &c. de Cl. 187 a, Qu. Arrius, qui fuit M. Crassi quasi secundarius.

Secundo, *aduerbium, iterum, deinde.* ° Semel hominem allocutus fueram: an secundò mihi redeundum esset ignorabam. pro Plan. 169 b.

Secundum *post.* I.V. 71 b, Ita secundum Cal. Ian magnas accusatoris minas ad nostrum arbitrium eludemus, & 72 b, Tua ratio est, vt secū dum binos ludos mihi respondere incipias, mea, vt ante primos ludos comperendinem. de Or. 108 b, Sed opinor secundom hunc dié: nam satis multa hodie dicta sunt. Qu. Fr. 321 a, Ille mihi secundum te & libertos nostros ita est, vt sit pene par. Attic. 44 a, Spem ostendis secundum comitia. Offi. 53 a, Proxime & secundum deos, homines hominibus maxime utiles esse possunt. in Ver. 31 a, Secundum ex quæro, seruaris ne, &c. Epist. 56 a, Duo vulnera accepit, unum in stomacho, alterum in capite secundum aurem. de Ora. 164 b, In actione secundum uocem vultus ualet. Ora. 202 a, Vultus secundum uocem plurimum potest. ad Brut. 90 b, Lepidus secundum fratrem affines habet quos odit proximos. Attic. 190 a, Secundum te nihil est mihi amicius solitudine. ad Herenn. 18 a, Si secundum principium confirmatione utamur. de Diui. 134 b, Quæ ei secundum quietem uisa sunt, cur secundum quietem uidere uideamur.

¶ *Pro iuxta, Ad, Ex.* in Verr. 269, Secundum arbitrium tuum testes dabo. Attic. 54 b, Quisque eorum multa secundum causam nostram iudicauit, & 254 b, Prætor secundum me decreuit, & 264 b, Atca quæ Coss. decreuerunt secundum Cæsaris decreta, comprobes. pro Fl. 157 a, Qui sententia secūdum Plotium se dicturum ostendit. pro Q.R. 45 b, Secundum tabulas alicuius litem dare, & secundum aliquem iudicare, & 47 a, Secundum nos iudicari uolumus. de Ar. 251 a, Qui domum secundum fratrem suum iudicatam esse dicebat. ad Her. 8 a, A testibus dicemus secundum autoritatem & uitam testiū. Attic. 68 a, Sunt aliquot satisdationes secundum mancipium. I.V. 122 a, Quod iudicium secundum Heraclium de compromissis factū erat, & 117 a. Iudicare de absente secundum præsentem. I.V. 99 b, Ita secundum eum possessio daretur. Top 224 b, Dare possessionem secundum tabulas. Att. 263 b, Coss de consilij sententia decreuerūt secundum Buthrotios. de Fin. 120 b, Secundum naturam uiuere, & ea natura, uel ex uirtute viuere? & 55 a. Necesse est quid aut secundum naturam aut contra sit, à natura ipsa iudicari. L. Æstimo. de L. 182 b, Habemus in duodecim tabulis sanè secundum naturam, quę norma legis est. de Sen. 91 b, Quid autem tam secundum naturam est, quam senibus emori. item, Omnia quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. Qu. Fr. 324 b, Testimonium secundum fidem & religionem grauissime dicere. Offic. 66 b, Contra naturam uiuere, secundum naturam viuere. L. Viuo. ° Epi. 113 a, Dedimus operam &c. vt secundum eius fidem & sedulitatem æstimatio tua conseruaretur.

¶ *Non procul, ad, propè, vel propter.* Att. 130 a, Si Cæsar secundum mare ad me ire cœpisset, & 257 b, Legiones Macedonicæ, quæ iter secū dum mare superum faciunt.

☞ Syntaxis. *Secundum Deum parentes amandi. Secundum aurem est morbus. Secundum tabulas dare possessionem. Secundum nos iudicato, id est, pro. Secundum flumen, mare progredi. Secundum naturam, &c.*

Secundus, a, um *alter.* Or. 101 b, Quoniam in secundum erat de tribus. Epist. 136 b, Quandu tu secundum Oenomaum Accij Mimum introduxisti. de Vn. 200 b, Ad secundum supra terram ambitum. Offic. 8 b, Secundo eum obligare militiæ sacramento, quoniam priore, amisso, iure pugnare cum hostibus non poterat. de Fin. 201 a, Quorū ordo

ordu proximè accedit, vt secundus sit ad regium principatum.

SECVNDVS, ssimus. *prosper, ad voluntatem nostram fluens.*)(*.aduersus.* pro Pomp 8 b, Noster exercitus prælijs vsus erat secundis. con. Rul. 86 b, Nemo vnquam tam secunda concione legem agrariam suasit. Tusc. 175 b, Vt vel si totam velit vituperare, secundo id populo facere possit. Atti. 18 a, Secunda concionis voluntate. de Na. 76 b, & pro Plan. 279 a, Nauis secundis ventis cursum tenens suum. Epis. 243 b, Habere ventos secundos. de Diuinatio. 86 a, Auspicia quæ alicui secunda euenerunt. Atti. 22 b, Cæsarenim nunc venti valde secundi. de Natu. 78 a, Hominum prosperitates secundæque res. Officio. 18 b, Homines secundis rebus effrenatos, sibique præuidentes tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet. pro Syll. 179 b, Et secundas fortunas amittere, & in diuersis sine vllo remedio permanere. pro Syll. 181 a, Per quos res eius secundæ quondam erant ornatæ, nunc aduersæ subleuantur. Quintum Frat. 321, Ego nullas *δυστυχίας ἀπορίας* in Cæsaris rebus habere possum. Att. 162 b, Omnia secundissima nobis, aduersissima illis accidisse videntur. Qu. Fr. 306 b, Clodium accusaui multis & secundis admurmurationibus cunctis senatus. Offi. 18 b, Nam et aduersas res, sic secundas immoderate ferre, leuitatis est.

☞ Syntaxis. *Vti secundo prælio. Secunda concione populo dicere. Secunda concionis voluntas. Secundas fortunas amittere. Omnia secunda tibi accidant. Admurmuratio secunda senatus.*

SECVRIS, ris. *instrumentum, quo arbores deiicimus, & ligna scindimus.* Quin. Fra. 313 a, Tenedia libertas, securi Tenedia præcisa est. *prouerbium.* in Verro. 240 a, Quamobrem fasces prætoribus præferantur, cur secures datæ. Quin. Fra. 291 a, Prætores cum fascibus & securib. lictores habuisse. in Verr. 91 b, Instat vt securi feriantur. I. P. 97 b, Cum miser ille securibus hospitis sui ceruices subijcere gestiret, & ibid. Tu Rabocentum securi percussisti.

¶ *Impedimentum, ruina.* pro Mur. 155 b, Quam te securim putas iniecisse petitioni tuæ! pro Plan. 274 a, Infligere securim Reipublicæ.

SECVRITAS, tatis. *requies curarum, ipsum esse sine curis* Tuscula. 136 b, Qui autem illam maximè optatam & expeditam securitatem (securitatem autem nunc appello vacuitatem ægritudinem, in qua vita beata posita est) habere quis potest? de Fin. 214 b, Democriti securitas, quæ est animi tanquam tranquillitas, quàm appellat *ἀθαμβίαν*. Offi 14 b, Vt tranquillitas animi adsit & securitas. de Na. 12 a, Nos beatam uitam in animi securitate ponimus. de Am. 104 b, Caput esse ad beate uiuendum securitatem, qua frui non possit animus, si tanquam parturiat vnus pro plurib. Epist. 247 b, Vale, & instituto itinere securitatem diligentiamque, sociis & reipublicæ præsta. Att. 65 a, Miram securitatem uidebis, cuius plurimæ mehercule partes sunt in tuo reditu.

SECVRVS, a, um. *sine cura.* pro Fl. 250 b. Epi. 159 b, Si Africanæ legiones venerint, securos vos ab hac parte reddam. pro Fl. 256 a, Securus Hermippus Temnum proficiscitur. Att. 205 b, De lingua Latina securi es animi dices, qui talia conscribis.

SECVS. *aduerb. aliter.* I. P. 94 a, Recte an secus, nihil ad nos. de Fin. 99 b, Nobis aliter videtur, recte secusne, postea. Ep. 80 b, Etsi idipsum nonnullis videatur secus. de Or. 153 b, Sed paulo secus à me atque ab illo partita sunt de Orat. 110 b, Itaque illud quod dixi, &c. non dixi secus ac sentiebam. de Clar. 191 a, Nemo dicet secus Part 231 a, Longe secus. Episto. 54 a, Quod non multo secus fuerit. pro Mur. 126 a, Tecum agam serui non secus ac si meus esses frater. pro Planc. 259 b, Cuius salutem non secus ac meam tueri debeo. de Nat. 67 b, Qui tractat non secus ac si esset imperator. Ep 33 b, Non secus ac si tu vidissem. pro Qu 5 b, Cum in altera re causa mihi esset, quin secus iudicaret ipse de se, quod iudicium est grauissimum Epi. 35 a, De tuo in me animo iniquis secus existimandi videris non nihil loci dedisse.

• SECVTORES, *pro gladiatoribus.* At. 111 b, * Att. 19 b, Qu. Frat. pungat se mihi per literas, & affirmat nihil à se cuiquam de te secus esse dictum.]

SED, *at, ac, quidem, certè, autem, verum, haud scio an, verò.* Att. 26 b, Non odio adductus alicuius, sed spe non corrigendæ, sed sanandæ ciuitatis. Ac. 14 a, Sed non de me, vt dixi, sed de sapiente quæritur. de Or. 156 b, Sed ego non de præstanti quadam & eximia, sed prope de vulgari & communi prudentia disputo. de Ar. 158 a, Sed tamen facile tacentibus cæteris reticuissem, sed hæc oratio omnis fuit non autoritatis meæ, sed publicæ religionis. Epi. 13 b, Sed uelle solum, &c. sed ne Romuli quidem, &c. sed Tarquinij, &c. de Orat. 94 a, Sed siue est ars, siue non, non est quidem ea negligenda, utrum intelligendū, &c. de Or. 64 b, Sed sunt quidam, &c. sunt autem quidam, &c. Epi. 58 b, Sed tametsi antea scripsit, tamen hoc tempore, &c. Epist. 229 b, Sed tametsi omnium causa quos commendo, uelle debeo: tamen cum omnibus non eadem mihi causa est.

SEDATE, *tranquille, leniter.* Or. 205 a, Sedate placideque loqui. Tus. 183 b, Placide & sedate ferre dolorem.

SEDATIO, onis. *tranquilitas, placatio.*)(*.perturbatio.* Offi. 19 a, Temperantia & modestia, omnisque sedatio perturbationum animi. Tusc. 227 a, Sedatio ægritudinis, & 204 b, Quotidianæ neces sedationem mœrendi afferunt.

SEDATVS, a, um. *tranquillus.* Att. 211 a, Hæc scripsi sedatiore animo, quàm proxime scripseram. de Inuen. 81 b, Sedatis fluctibus, & tempestate commutata. pro Cluent. 39 a, Falcula paulo sedatiore tempore est accusatus. Orato. 200 b, Alter sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit, & 214, Isocrates in transferendis faciendisque numeris sedatior. ad Heren. 10 a, Sedata & depressa uox.

☞ Syntaxis. *Sedatè, placideque loqui. Sedatus animus, tempus, fluctus, homo, vox.*

SEDECVLA, læ. *sedes.* At. 60 b, In sedecula sedere. *aliter sedicula.*

SED enim etenim. pro Ar. 186 b, Sed enim hoc non solum ingenij, sed etiam naturæ atque uirtutis, & pro Cæl. 50 b.

SEDEO, es. *assideo.* Att. 60 b, Maloque in illa tua sedecula sedere, quàm in istorum sella curuli, & 101 b, Cum virgo staret, & Cæcilia in sella sederet. I. A. 169 a, Sedisti in quatuordecim ordinibus. de Or. 155 a, In solio sedens domi. de Fin. 79 a, Sedere in solio ornatu regali. pro R. P. 124 a, Modo uos in A. Gabinium iudices sedistis. pro Cluen. 39 a, Sedistine iudex in C. Fabricium? & ibid. Cum post paucos dies ex subsortitione sedisset. Attico. 21, Qui mœsti in te sui dissimiles sedebant.

¶ *Maneo, moror.* Attico. 291 b, Quid enim sedere totos dies in uilla ista? pro Milo. 181 b, Cum Milo veheretur in rheda penulatus, una sederet uxor. Epist. 257 a, Si uenti essent, nos hic Corcyræ non sederemus.

SEDES, dis. *sella, solium, sessio, hemicyclium, subsellium.* de Orato. 87 a, Tum Crassum puluinos poposcisse, & omnes in iis sedibus, quæ sub platano erant, consedisse dicebat. I. C. 118 a, Hæc sedes honoris, sed lacuralis.

¶ *Locus, vis, gradus.* de Orat. 144 b, Neque uerba sedem habere possunt, si rem subtraxeris. de Or. 141 b, Omnibus rebus quæ sub aspectum ueniunt, sedes opus est. de Fin. 72 b, Vt sola ponatur in summi boni sede quam quærimus.

¶ *Domicilium, fundamentum, patria.* de Pro. 76 a, Nam si ille aditus Gallis patuisset, nunquam hæc urbs summo imperio domicilium ac sedem præbuisset. pro Mar. 135 a, Qui sedem stabilem & Domiciliū certum non habet Para. 118 a, Voluptas mentem ex sua sede & statu dimouet. cont Rul. 85 b, Coloni Capuæ in domicilio superbiæ, atque in sedibus luxuriæ collocati. pro Mur. 145 b, Omni in sede ac loco ferrum flammamque metuamus. pro Cl. 54 a, Sceleratorum sedes atque regio Ac 40 b, Sedes regionum & locorum pro Syll. 173 b, Vrbs hęc sedes omnium nostrum, domicilium imperij pro Ar. 187 a, Is sedem omnium rerum & fortunarum suarum Romę collocauit. Anteq 196 b, Dij qui sedem capitolij in saxo incolitis constitutam. Ep. 204 a Eorum domicilia, sedes, rem, fortunas, tuæ fidei commendo pro Clu. 27 b, Aliquam sibi domum sedemque deligere. contra Rul. 57 a, Sedes hospitalis I. V. 110 a, Sedes ac domicilium collocare. cont. Rul 64 a, Hæc sedes urbis atque imperij. de Nat. 21 b, Hæc enim membra sunt sedes ac domicilium uitæ. I. P. 90 b, Mihi ipsa Roma propè conuulsa sedibus suis obuiam procedere uisa est.

SEDITIO onis. *discordia, dissensio populi, vis, turba, impetus populi vel militum, motus populi.* Attico. 273 b, Seditio quæ facta est in legione quarta de Antonius, de Diuinatio. 91 a, Magna seditio in castris eius inter Pœnos & Siculos milites est facta. pro Mur. 144 a, Concitare seditionem & discordiam. Ep. 104 b, Singulæ cohortes quandam seditionem fecerant, & 166 b, Seditione facta. Attico. 75 b, Seditio militum sedata ab Appio. de Orato. 119 b, Seditiones ornatæ, & demonstrare multos sæpe impetus populi non iniustos esse, & 120 a, Moltas seditiones esse factas, & constatas, I. A. 154 b, Solon capite sanxit, si quis in seditione non alterutrius partis esset. de Ora. 116 b, Omnia

• seditionum genera collegi. Attic. 13 a, Seditione commota. * de rep. ex Non. 1137. 57. Eaque dissentio ciuium quod sensum eunt alij ad alios, seditio dicitur.

¶ *Seditiosorum manus.* pro Cla. 39 b, Incursio seditionis, uis multitudinis, impetus Tribunitius.

SEDITIOSE. pro Cl. 28 a, Conciones seditiosè concitata. pro Mil. 108 b, Seditiose interrogari.

SEDITIOSISSIME dicere. At. lib 2.

SEDITIOSVS, *turbulentus popularis.* de Orat. 115 a, b, Titius seditiosus ciuis & turbulentus, & 121 a, Quod seditiosis de turbulentis & malis ciuibus. I. A. 157 b, Adhortari adolescentes ut turbulenti, vt seditiosi, ut perniciosi ciues esse uelint. de In. 42 a, & in Vat. 20 b, Seditiosa & tumultuosa uita.

☞ Syntaxis. *Seditionis incursio. Commota seditio. Seditiosus ac turbulentus. Seditiosa & tumultuosa vita.*

SEDANDVS, a, um. de Or. 86 b, In eorum audiant mentibus aut sedandis, aut excitandis. Offi. 21 a Appetitus omnes contrahendi sedandique sunt.

SEDATVS, a, um. de Diuin. 93 b. Illa etiam parte animi, in qua irarum exsistit, ardor, sedata atque restincta. At. 75 b, Seditio militum ab Appio sedata.

SEDO, as. *seditionem affero, restinguo, mitigo, mollio, comprimo, contraho.*)(*.concito.* Anteq. 194 b, Vos quoque Tribunitiam sedate temeritatem. I. A. 153 a, Sedare discordias. de Or. 101 a, Quęcunque in animis hominum motum res & causa postulet, dicendo vel excitare uel sedare. in Au. 169 a, Cum tanta mala florentissimæ familiæ sedaui, uel potius sustuli. Attic. 306 b, Sermunculum omnem aut restinxeris, aut sedaris.

SEDOR, eris. I. C. 122 a, Tum interuentu Pontini pugna quæ erat commissa, sedatur. de C. 167 a, Hæc controuersia tota sedari potest, & 188 b, At aliquando incenditur, & quidem sæpe sedatur. in C. 100 b, Vt bellum intestinum sine vllo tumultu aut motu sedetur.

☞ Syntaxis. *Appetitus contrahendi, sedandique. Sedatum ac restinctum. Sedare, vel potius tollere.*

SED quid? *quid tum?* in Anto. 164 b, Sed quid? ego fauisse me tibi fateor?

SEDVCO, cis. *abduco.* Att. 53 a, Cum hæc disseruissem, seducit me Scapulus, ut se nihil contradicere. de Or. 105, Sępe audiui accessisse ad

Crassum

Crassum consulendi causa quendam rusticanum qui cùm Crassum seduxisset, ad eumq; retulisset, respósum ab eo verum magis, quàm ad suam rem accomodatum abstulit. in Ant. 251 a, Nisi quod te ibi. Martis à debita tibi peste seduxit. Epistola 25 b, Cùm inimicum meum modo seuere seducerent, modo familiariter amplexarentur.

SEDVCTIO, onis. pro Mar. 125 b, Etenim seductiones testium secessionem subscriptorum animaduertebant.

SEDVLITAS, tis. *officium diligentia.* Epi. 121 a, Cornelij operam & sedulitatè laudare possum, & 9, Idq; cùm sentiam, sedulitate mihimetipsi satisfacere possum, re quidem ipsa, &c. Epi. 11 b, Nimium argutas sedulitas. pro Cecin. 287 b, Non necessitudine aliqua, sed facto officio simulataque sedulitate coniunctus. pro Archia. 190 b, Qui sedulitatem mali poetæ duxit aliquo tamen premio dignã. contra Rul. 68 b, Finem feci offerendi mei, ne forte mea sedulitas, aut insidiosa aut impudens videretur.

SEDVLO. *diligenter.* Att. 44 a, Tu quidem sedulò argumentaris, quid sperandum. &c. pro Cluent. 29 a, Hoc quanquam sedulò, quæ te sciam velle. & 24 a, Sed tamen sedulò fit, & in primis à Pathisco.

SEDVLVS, a, um. *officiosus, diligens.* de Clar. 180 b, Eloquentes videbare, non sedulos velle conquirere.

☞ Syntaxis. *Sedulitas & opera. Arguta sedulitas. Fictum officium, simulataque sedulitas. Hic sedulo fit, imprimis à tyrone.*

SEGES, tis *arua, ager.* de Or. 201 b, Segetes fœcundæ herbas effundunt inimicissimas frugibus. Tus. 162 a, Segetes largiuntur fruges. de Se. 88 b, Segetibus & partis & vineis, & arbustis res rusticæ lætæ sunt. I.V 151 b, Neque in segetibus, neque in areis, neque in horreis. Tu. 177 b, Et si in segeté sunt deteriorem datæ fruges, illæ tamen suapte natura editent.

¶ *Ipsemet fruges.* Or. 204 b, Lætas esse segetes, lua urinsa frumẽta. de Fin. 146 a, Seges spicis vberibus & crebris.

¶ *Occasio, causa.* pro Mil. 108 a, b, Quid enim odisset Clodiũ Milo, segetem ac materiam suæ gloriæ?

SEGESTA æ. I. Ver. 216 b, Segesta oppidum peruetus in Sicilia, quod ab Ænea fugiente à Troia, atque in hæc loca veniente, conditũ esse demonstrant.

SEGESTANI. I.V. 140.

SEGESTENSES. I.V. 166.

SEGNIOR. Att. 126 a, Ego si cui adhuc videor segnior, dum ne tibi videar, non laboro. pro Font. 277 a, Ne segniores posthac ad imperandum cæteri sint. de Fin. 56 a, & pro Dom. 224 b, Nec me segniorem ad respondendum reddidisti.

SEGNITIA, æ. *inertia.* de Cl. 191 a, Vir sine arrogantia grauis, & sine segnitia verecundus. de Fin. 50 a, Inertissima segnitia.

SEGNITIES, ei. *segnitia.* de Or. 190 a, Castigemus etiam segnitiem hominum & inertiam.

☞ Syntaxis. *Inertissima segnitia. Segnities & inertia.*

SEGREGANDVS, a, um. Offi. 58 a, In figura hominis feritas & immanitas belluę, à cõmuni tanquam humanitate corporis segreganda. pro Ar. 186 a, Aliquem a numero ciuium segregandum esse, vel nõ esse.

SEGREGATVS, a, um. *seclusus.* Tus. 244 a, Beata vita sola relicta, & comitatu pulcherrimo segregata.

SEGREGO, as. *separo* de N. 65 a, Eloquentia nos à vita immani & fera segregauit. de Fin. 96 b, Qui virtutem à summo bono segregauerũt. de Aruspic. 249 b, Qui antea voce præconis à liberis semouebantur, ijs tuis ludis liberos à se segregauerunt. de Orato. 159 b, Iambum & trochæum frequentem segregat ab oratione Aristoteles. in Anto. 200 a, Exclusit illum à republ. distraxit, segregauit scelus illius.

SEIVGATVS, ta. *seiunctus.* de D. 95 a, Partem animi quæ sensum habeat non esse ab actione seiugatam.

SEIVNCTIO, onis. *transitio, ornamentum verborum.* de Ora. 162 a, Et ab eo quod dictum est seiunctio.

SEIVNCTVS, a, um. *seiugatus.* in Ver. 192 a, Defensio remota ab vtilitate reipub. seiuncta à voluntate legis. Or. 203, Orator seiunctus ab Philosophorum eloquẽtia. Ep. 10 a, & 146 a, Si hoc tempore omni, quo seiuncti sumus, & vna Romæ fuissemus.

SEIVNGENDVS, a, um. I.V. 34 a, Quod me ex fortissimorum ciuium numero seiungendum non putaris.

SEIVNGO, gis. *separo, segrego, se moueo.* de N. 71 b, Fortunã nemo ab inconstantia & temeritate seiunget.

SEIVGOR. ris. in Ca. 102 a, Dummodo tua calamitas à reipub. periculo seiungatur.

SELECTIO, onis. *electio, secretio.* de Fini. 73 b, Vt eum rerum selectione expoliarent. & 94 a. 92 b, Selectio.)(*reiectio.* de Leg. 188 b, Malorũ enumeratio, vitiorumq; selectio.

SELECTVS, a, um. *electus.* de N. 58 a, Selectę breuesq; sententię. pro Cl. 42 b, Prætores vrbani iurati debent optimum quemque in selectos iudices referre. I.V. 115 a, Selecti e conuentu iudices.

SELEVCIA, cæ. *vrbs in Antiochia.* Epist. 123 Cælij.

SELEVCIANA, prouincia. Att 67.

SELIGO, gis. *diligo, seiungo.*)(*reijcio.* Ora. 210 a, Nec verò vtetur imprudenter hac copia, sed omnia expendet ac seliget. & 206 a, Quæ exẽpla selegissem, nisi, &c. de Fin. 95 a, & 97 a, Illud autem vt feriat, quasi seligendum, non expetendum.

SELONIVM, nij. de Diuina. lib. 1. pag. 97 a, Roscius, qui cùm esset in cunabulis, educaretur que in Selonio, qui est campus agri Lanuinæ. & li 2. pa 122, De ipso Roscio potest illud quidem esse falsum, vt circumligatus fuerit angui, sed vt in cuius fuerit anguis, non tamen mirum est, in selonio præsertim, vbi apud focum angues nundinari solent.

SELLA, læ. *sedes.* I.C. 122 a, Nemo opifex inuentus est, qui non ipsum illum sellæ atque operis & quæstus quotidiani locum saluum esse vellit. de Di 105 a, Illo die, quo primum in sella aurea sedit. I.V. 127 b, 178 a, Prætor palam de sella ac tribunali pronunciat, si quis, &c. & 100 b, & 111 b, & 177 b, Prætor properans de sella exiluit. I.A. 176 a, Sedebat in rostris Cæsar in sella aurea coronatus.

SEMEAQVE Fam. 16.

SEMEL. pro Font. 279 b, Galli pecuniam semel atque iterum ac sæpius inuitissimi dare coacti sunt. pro Dom. 228 b, Patria bis à me seruata, semel cum, &c. iterum cum, &c. de Inuen 64 a, Semel & sæpius, &c. Att. 69 b, Nullas adhuc literas acceperam, præter quæ mihi binæ semel in tribunali redditæ sunt: *aliter, simul.* Att. 228 b, Antonius semel induxit animum, sibi licere quod vellet: *id est, omnino.* I. A. 198 a, Cum autem semel gladium scelere imbuisset, nulla res ei finem cedendi afferret.

SEMEN, nis. *materia serendi.* de Sen. 87 a, Terra cum gremio mollito & subacto semen sparsum excepit, &c. de Diu. 107 a, In seminibus inest vis earum quæ ex his progignuntur. de Sen. 88 a, Terra, quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cæterarum frugum aut stirpium minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreat. de N. lib. 2. pag. 42 a, Seminis enim vim esse tantam, vt id, quanquam sit perexiguum, tamen si inciderit in concipientem comprehẽdentemque naturam, nactumque sit materiam, qua aliquid augeri possit, ita fingat & efficiat in suo quicque genere partim, ut tantum modo per stirpes alantur suas, partim vt moueri etiam & sentire, & appetere possint, & ex sese similia sui gignere. de Diu. 128 a, Seminũ vis, quæ ad gignendum procreandumque, plurimum valet, & 122 b, Itane censes ante coronam extitisse, quàm herbarum conceptum esse semen? pro S. R. 26 a, Attilius ille sua manu spargens semen. in Ant. 171 a, Vt in seminibus causa est arborum & stirpium, sic huius luctuosissimi belli semen tu fuisti ad Her. 25 b, Triptolemus, cum omnibus semen largiretur, &c. in Arat. semina terræ mando. cont. Rull. 85 a, Aliquid in generari hominibus à stirpe generis ac seminis.

¶ *Principium, origo, primordia.* de Diu. 81 a, Quòd Zeno in suis commentariis quasi semina quædam sparsisset. in Cati. 103 b, Stirps ac semen malorum omnium. Officio. 38 b, Nec verò vnquam bellorum ciuilium semen & causa deerit, dum, &c. de Diuin. 115 a, Semina malorum, quæ in his medijs inclusa sunt, in contrarias partes se vertere.

¶ *Sanguis, natio.* cont. Rull. 85 a, Virtus, quæ propria est Romani generis atque seminis.

SEMENTIS. *satio.* de Or. 106 b, Nemo ignorat, quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium. I.V. 175 b, Sementa prohibita ac messe amissa. de Or. 133 a, Vt sementem feceris, ita metes. de Na. 75 a, Hanc igitur a dijs tantam arbitramur malorum sementem esse factam? Att. 140 b, Quod scribis, molestè fero, in agro sabino sementem fieri proscriptionis.

SEMESTRIS, stre. *sex mensium.* Att. 161 a, Iam intelliges id regnum vix semestre esse posse.

SEMIANIMIS, a, um. *exanimatus, semiuiuus.* de Diu. 102 a, Anguis semianimus. *Ennij poeta.*

SEMIASSVS, a, um. *semiustus.* Tusc. 171 b, Heu reliquias semiassi regis.

SEMICIRCVLVS, li. de Fin. 138 b, Circulos aliquos, aut semicirculos consecuti.

SEMIDOCTVS, a, um. de Orat. 124 a, Hæc apud doctos semidoctus ipse percurro.

SEMIFERVS, a, um de N. 48 a.

Corpore semifero magno Capricornus in orbe. & in Arato.

SEMIGRO, as. *secedo.* pro Cęl. 41 a, Cęlius permittente patre ab eo semigrauit, conduxit in Palatio domum, & pro Clu. 40.

SEMIHORA, ræ. pro Rab. 91 b.

SEMILIBER, a, um. At. 215 a, Obsecro abiiciamus ista, & semiliberi saltem simus.

SEMINARIVM, rii. *semen.* Offic. 11 b, I.C. 109 a, Qui ni pereunt, scitote hoc in Repu. seminarium Catilinarium futurum. I.P. 100 b, Ex illo fonte & seminario triumphorum arida folia laurea retulisti. Offi. 11 b, Id autem est principium vrbis, & quasi seminarium Reipub. I.A. Or. 13, Huc accedũt veterani, seminarium iudicium tertiæ decuriæ.

SEMINATOR, oris. *sator.* de Natu. 43 a, Omnium rerum seminator, & sator, & educator, & altor est mundus, & 73 a, Seminator omnium malorum.

SEMINOR, ris. *seror.* de L. 165 a, Nullus agricolæ cultu stirps tam diuturna, quàm poetæ versu seminari potest.

SEMIPLACENTINVS, a, um. I.P. 82 b, Cæsonius semiplacentinus Calnentius.

SEMIPLENVS, a, um. I.V. 248 b, Decem naues semiplenæ.

SEMISOMNIS, ne. & SEMISOMNVS, ni. I V 255 a, Cum is etiam semisomnis stuperet. Epist. 94 b, Cum illi spectarent communia mimos semisomni.

SEMISSIS. *assis dimidium, vel nummi pars.* pro Sest. 15 b, Vt remissis semissibus & trientibus quinta prope vectigalium tolleretur. Epist. 66 a, Simul vero semissis homo contra me arma tulit, & 63 a, Homini semissis magna copia est. *aliter, Omnino semissium, vel semissibus.* ad Her. 4 b, Lex frumentaria de semissibus & trientibus.

SEMITA, tæ. *trames, via.* I.V. 120 a, Qua via modo exiuit, eadem semita re-

ta reuertatur contra Rul. 85 b, Roma in montibus posita & conuallibus, non optimis viis, angustissimis semitis. de Pro. 75 b, Semitam tantum Galliæ tenebamus antea. Offic. 45 a, Vt Orestis nuper prandia in semitis decumæ nomine magno honori fuerunt.

SEMIVIVVS, a, um. Att. 101 a, Parthi repente Bibulum semiuiuum reliquerũt. I. P. 86 a, Abiecti hominis, & semiuiui vox. pro Sest. semiuiuis vocibus mercenariorum reclamatum. L. Excrucio.

SEMIVSTVLATVS, a, um. pro Mil. 108 a, Cadauer. P. Clodij infelicissimis lignis semiustulatum.

SEMIVSTVS, a, um in An. 177 b, Ipsæ faces, quibus semiustum latus istius est.

SEMOTVS, a, um. de Fin. 129 a, Cæterorum sententiis semotis.

SEMOVENDVS, a, um Acade 45 a, & de Fin. 73 a, Strato ab ea disciplina semouendus est. & 75 b, A philosophia semouendas putabo.

SEMOVEO, es. *secerno. remoueo.* de Orat. 144 b, Neque res lumen habere possunt, si verba semoueris.

SEMOVEOR, ris. de Aruspic. 249 b, Qui antea voce prætoris à liberis se mouebatur, tunc ludis non voce, sed manu liberos à se segregabant.

SEMPER. *omni tempore, totos dies omnes ac noctes, dies atque noctes, dies noctesque, noctes & dies, in omni vita, dum hominum genus erit, in perpetuum, nunquam non, ab æternitate, omne tempus ætatis, hoc vigebit memoria seculorum omnium.* Tusc. 159 a, Quod semper mouetur, id æternum est. Off. 7 a, Commutatur officium, vt non semper sit idem. de Ora. 93 a, Semper ego à genere hoc toto sermonis refugi. * pro S. R. 25 a, Qui illum secum omni tempore volebat esse. i. semper sic. Epi. 71 a, In omne tempus.]

SEMPITERNVS, a, um. *æternus.* de Natu. 6 a, Plato dixit mundum fore sempiternum, & 36 b, Nihil immutat sempiterni seculorum ætatibus. I. C. 122 b, Ignis Vestæ perpetuus & sempiternus. de Som. 128 b, Stellarum cursus sempiterni de Or. 124 a, Nostra consilia in sempiternum tempus spectare debent. de Am. 112 b, Veræ amicitiæ sempiternæ sunt. Postq. 198 a, Sempiternam pœnam sustinere. Episto. 68 b, Sempiterna gloria. At. 226 b, Illi non heroes, sed dij futuri quidē in gloria sempiterna sunt. pro Rab. 96 b, Optimi & sapientissimi cuiusque animus ita præsentit in posterum, vt nihil nisi sempiternum spectare videatur.

☞ Syntaxis. *Perpetuum ac sempiternum. Id spectat in sempiternum tempus. Et sempiterna gloria beatus.*

SEMVNCIA, æ. I. V. 213 a, Semuncia auri. L. As.

SEMVRIVS, rii. *locus.* L. Remurius.

SENARIOLVS. Tusc. 241 a, Tenebam enim quosdam senariolos, quos in eius monumento esse inscripto acceperam.

SENARIVS. *versus, præsertim iambicus, à sex pedibus dictus.* Or. 215 b, Senarios & hyponacteos effugere vix possumus, & ibidem a Comicorum senarij propter similitudinem sermonis sic sæpe sunt abiecti, vt nunquam vix in his numerus & versus intelligi possit.

SENATOR, ris. *pater conscriptus.* pro Pl. 260 b, de Or. 83 b, Senatores, qui consilio & prudentia regere Rempub. possint, & 103 a, Senator bonus, autor publici consilij, rector Reip. Postq. 210 a, Cum CCCCX. senatores effecis. pro Cluen. 50 b, Toga prætexta, & sella curulis senatorum. I. A. 252 b, Is apertam curiam vidit post Cæsaris mortem, mutauit calceos, pater conscriptus repente factus est. de Sen. 88 b, In agris erant tunc senatores, idest, senes. de L. 192 a, Senatori tria iusta sunt: vt adsit, nam grauitatem res habet, cum frequens ordo est: ut loco dicat, id est, rogatus, vt modo, ne sit infinitus.

SENATORIVS, a, um. pro Fl. 155 a, Lysanias adeptus est ordinem senatorium. Off. 33 b, Literæ forenses & senatoriæ. Tus. 148 a, Senatoriis muneribus liberatus.

SENATVS, tus. *ordo amplissimus, summus ordo, consilium senatus, consilium publicum, amplissimum consilium, summum consilium, amplissimus magistratus apud Lacedæmonios.* de Sen. 81 a, pro Dom. 227 b, Senatus est summum populi Rom. consilium. de Ar. 257 b, Senatus princeps salutis mentisque publicæ. pro Sest. 26 b, Senatus Reip custos præses, propugnator. I. C. 107 a, Senatum in ædem Iouis statoris vocaui, rē omnem ad P. C. retuli. pro Syl. 179 b, Cum in Capitolium nos senatum conuocassemus. Acad. 36 a, Cum Diogenes & Carneades ad senatum in Capitolio starent. contra Rul. 64 a, de Orat. 143 a, Senatus frequens vocatu Drusi in curiam venit. At. 85 b, Scaptius inclusum in curia senatum salamine obsederas, vt fame senatores quinque necarentur. Epi. 46 a, Scripsisset te frustra in senatum, siue potius in cōuentum senatorum esse venturum. Epist. 4 a, Senatus haberi ante ca lend. Feb. per legem Puppiam nō potest, & 3 b, Dimittere senatum. de Sen. 85 b, Eijcere aliquem e senatu. pro Fla. 155 a, in Senatum venire. & ibi In senatum peruenire. de Sen. 81 a, Consilium, ratio, sententia: quæ nisi essent in senibus, non summum consilium maiores vestri appellassent senatum. Quint. Frat 314 b, Tyriis est senatus datus frequens. I. A. 194 a, Antonius senatum, idest, orbis terræ consilium delere gestit. de L. 189 b, Senatus est dominus publici consilij, & 190 a, Potestas in populo, autoritas in senatu est.

SENATVS, ti. *teste Charisio lib. 1. Cicero quoque de Diuin. in Ver.* Quod in vnaquaque re beneficio senati.

SENATVSCONSVLTVM, ti. *decretum senatus, lex senatus, autoritas senatus scripta, principum decretum.* Quint. Frat. 312 a, S. C. factum est de ambitu in Afranij sententiam. de Attic. 245 a, Senatusconsultum, quod contra illum pro religione factum est. Ep. 6 b, Senatusconsultum nullum extat, quo reductio regis tibi adempta sit. Quin. Frat. 308 b, Ad Apollinis S. C. factum est, ea quæ facta essent ad VII. Iduum Febr. contra Remp. esse facta. Epist. 151 b, Ita enim S. C. est perscriptum, vt à me descripto dicta sententia est. At. 83 a, S. C. vt ne ve salaminiis ne ve quicis dedisset, fraudis esset. Attic. 151 a, Cæsar volet S. C. facere, volet augurum decreta. I P. 83 a, Consul edicit, vt senatus S. C. ne obtemperet. I. A. 188 a, Antonius effugere festinans, S. C. de supplicatione per discessionem fecit, cum factum esset antea nunquam. Attico. 124 a, Quæ verò S. C. video. I. A. 201 a, b, & 203 a, b, Formula senatusconsulti. de D. Bruto.

☞ Syntaxis. *Senatus princeps est salutis, ac mentis publicæ. Vocare conuocare senatum. Ad senatum stare. Frequens venit senatus habitus, dimissus. Dare alicui sedatum, frequentem. Senatuscon. factum, extat, perscribitur.*

SENECTA, tæ: & SENECTVS, tutis. *propè acta iam ætas decursaque, vltimum tempus ætatis, maturitas ætatis, ingrauescens ætas, exacta ætas, extrema ætas, exacta iam ætas, canities, vetustas.* Topico. 223 b, Senectus est occasus, vitæ. de Sen. 82 a, Ex Cæcil. Tum etiam in senecta hoc reputo miserrimū, sentire ea ætate esse odiosum se alteri, & 77 b, Senectutem vt adipiscantur, omnes optant, eandem accusant adeptam, & 88 b, Senectus est natura loquacior. de Fin. 132 a, Homo confectus senectute. de Orat. 106 b, Subsidium bellissimum esse existimo senectuti otium. de Cl. 180 b, M. Fabius vixit ad summam Senectutem. Episto. 14 a, Populus Atheniensis propè iam desipiens Senectute de Cla. 189 a, Triarij plena literatæ senectutis oratio. Or. 213 b, Habet autem vt in ætatibus authoritatem senectus, sic in exēplis antiquitas. de Cl. 165 b, Cum oratio canesceret haberetq; suam quandam maturitatem, & quasi Senectutem. de Sen. 81 a, Temeritas est, videlicet florentis ætatis, prudentia Senectutis. I. A. 218 b, Cum esset summa Senectute, & perdita valetudine. de Sen. 90 a, Apex Senectutis est authoritas.

☞ Syntaxis. *Senectute confectus. Ad summam viuere senectutem. Canescit iam oratio, & maturitatem quandam suam habet, ac senectutem. Homo senectute summa.*

SENONENSE prælium. *Senonibus Galliæ, à quibus Asdrubal cum exercitu cæsus est, sic enim legendum est, non Senense.* de Cl. 171 a.

SENESCENS, tis. de Diu. 115 a, Arbores simul cum luna senescentes tēpestiuè cædi. Epist. 107 b, Iam senescentis morbi remissio. de Or. 109 a, Laudem alicuius iam proprie senescētem ab obliuione hominum vendicare.

SENESCO, scis. *consenesco. senex fio.* Tuscula. 176 a, Atque oratorum quidem laus ita dicta ab humili uenit ad summum, ut iam, quod natura fert in omnibus fere rebus senescat, breuique tempore ad nihilum uentura uideatur. de Oratore 85 a, Sensim & sine sensu senescit ætas.

SENEX, nis. *ætate confectus exacta ætate, confectus senio. Vel senectute, admodum senex.* pro Cæl. 45 a, Tristis ac decrepitus, senex. pro Sex. 7 b, Imbecillus senex. item a, Et quia valet apud nos clarorum hominum senex. de rep. meritorum memoria etiam mortuorum. de Sen. 82 a, Senes, sic enim Lacedemonij consilium publicum appellant, & 84 a, Senex stultus, credulus, obliuiosus, I. A. 219 a, Qu Mutius senex & debilis veniebat in curiam. de Sen. 81 b, Nemo est iam senex, qui se annum nō speret posse viuere, & 83 b, Illud vetus laudatumque prouerbium, quod monet Mature, fieri senem, si diu uelis esse senex, & 94 a, Vt de me aliquid more senum glorier. I. C. 105 a, Exercitus collectus ex senibus desperatis.

SENI, senum. I. V. Act. 4. Pueri annorum senum septenumque denum.

SENILIS, le. pro Sex. 14 a, Senile corpus. de Diui. 119 a, Aliquis puerili specie, sed senili prudentia. de Senect. 84 b, Senilis stultitia, quæ deliratio appellari solet.

SENIOR oris. de L. 171 a, Quæ uis non modò senior est quam ætas populorum, sed æquales Dei. * Or. 214 a, Qui alium ætate precurrit.

SENIVM, nij *senectus.* de Vniu. 197 b, & 198 a, Vt vnum opus totum atque perfectum absolueretur, quod omni morbo senioue careret. pro Mil. 105 a, Tota ciuitas confecta senio est.

☞ Syntaxis. *Senex memoria. Maturè factus senex. Senes, id est senatores.*

SENSIM. *pedetentim leniter.*)(*repente.* Tus. 202 a, Sensim enim & pedetentim progrediens extenuatur dolor. Of. 38 a, Sensim hæc consuetudo & disciplina minui cœpit. pro Cæl. 4 b. Oratio sensim ac leniter accendit animos. I. A. 168 b, Ille sensim dicebat, quod causæ prodesset, tu cursim dicis aliena. Orato. 209 a, Post sensim incedens uidit, &c. exultauit audacius. de Orato. 117 b, & 159 b, Sensim obscurari & euanescere. I. V. 183 b, Non sensim atque moderatè ad istius amicitiam arrepserat. de Orat. 207 a, Græci qui uocem cubantes sensim excitent. de Fin. 134 b, Progredientibus ætatibus sensim tardeve potius, quasi nosmetipsos cognoscimus. Of. 24 b, Sin minus sensim erit pedetentimq; mutatio facienda, & 34 b, Consuetudo sensim eò deducta est, ut, &c.

☞ Syntaxis. *Sensim ac pedetentim. Sensim ac leniter. Sensim ac moderatè. Sensim tardeque.*

SENSVM, si, *sententia a sensus animi, consilium.* de Ora. 57, Hoc vno præstamus feris quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo sensa possumus, & 157 a, Sensa mentis & consilia uerbis explicare.

SENSVS, sus. *quinque illi sensus animi intelligentes, interna cogitatio.* de Nat. 54 b, Sensus interpretes ac nuntii rerum, in capite tanquam in arce mirifice ad usus necessarios & facti & collocati sunt. Tuscu. 258 a, Nos enim ne nunc quidam oculis cernimus ea quæ uidemus, neque enim est ullus sensus in corpore, sed uiæ quasi quædam sunt ad oculos, ad aures, ad nares, à sede animi perforatæ. de N. 25 a, Epicurus omnes sensus ueri nuncios dixit esse de L. 161 a, Natura homini sensus tanquam satellites attribuit ac nuncios, & rerum plurimarū obscuras & necessarias intelligentias enodauit, quasi fundamenta quædam

quædam scientiæ. contra Rull. 67 b, Il quibus naturá sensum dedit. de Finib. 108 a, Neq; sensum fidem sine ratione, neq; rationes sine sensibus exquiramus. Or. 197 b, Quod neq; oculis, neque auribus neque vllo sensu percipi potest. de Nat. 22 a, Speciem Dei percipi cogitatione, non sensu. & 155 a, Sensu cadit etiam dormientem exemm, à quo cùm sonus est acceptus, etiam è somno excitamur. & ibid. b, Ad sensus rapiendos & perfruendos multæ artes repertæ sunt. de Sen. 85 a, Sensim & sine sensu ætas senescit. Att. 45 a, Sensus præsentis memoriæ.)(*recordatio præteritæ felicitatis*. pro Mur. 142 a, Fouere hominum sensus, delinire animos, adhibere voluptates. Off. 56 a, Si vnumquodque membrum sensum hunc haberet, vt putaret, &c. pro Cæl. 50 a, Cum iam cæteris ex partibus oppressa mens esset, extremum sensum ad memoriam reipub. reseruauit. de D. 130 b, Is habet sensum oculorum acre cernentium. Aureq; 181 b, Vel cum spiritu sensum quoque adimaos iucunditatis. de Somn. 129 a, Sensus audiendi hebes. & ib. Sensu audiendi carens. de D. 95 a, Pars animi quæ sensum, quæ motum, quæ appetitum habet. de Vn. 195 b, Omnia corporata sensus mouent, sensusq; mouentia quæ sunt, eadem in opinatione consident. de D. 131, Qui humanos sensus amiserit, diuinos assecutus sit. & ib. 110 a, Quæ sensibus percipiuntur, quæ sensu accipiuntur, quæ sentiuntur. & 97 b, Vt eum ais quædam abstraxisse à sensu mentis videretur. de Ora. 141 b, Ea animos cffingunt nostris, quæ sunt à sensu tradita atq; impressa. & 161 a, Ea sunt in communibus infixa sensibus. pro Cl. 61 a, Quod in communibus hominum sensibus, & in ipsa natura positum atque infixum est. de Fi. 75 b, Oculorum sensus acerrimus. I. A. 182 b, Stupor sensus. Tuscu. 149 b, Etenimne si sensu carebit oculorum? si aurium? de Ora. 141 b, Sensus videndi acerrimus. de N.d. 34 a, Sidera animalia sensu acerrimo esse. I.V. 157 a, Sensum expone, quem oculis animoq; accepit. de N. 65 b, Omne animal sensus habet, sentit enim calida, & frigida, & dulcia & amara, nec potest ullo sensu iucunda accipere, & non accipere contraria. & 66 b, Si voluptatis sensum capit, doloris etiam capit. pro Sest. 13 b, Animos hominû sensusq; morte non restinguei. Oct. 531 a, Si non vnà cum corpore sanius omnis vno atq; eodem consumptus est igni. de Vniu. 196 b, Quod in cernendi sensum caderet.

¶ *Sensum, sententia, animus, mens, cogitatio.* Para. 116 b, Vereor, ne cui vestrum ex Stoicorum hominum disputationibus, non ex meo sensu deprompta hæc videatur oratio. de L. 169 b, Quare inest nescio quid, & latet in animo ac sensu meo, quod, &c. pro Mil. 109 b, Nihil tam flexibile, quàm voluntas erga nos, sensusq; ciuium. & 115 a, Non sum tam vestri sensus ignarus atq; expers, vt nesciam quid de morte P. Clodii sentiatis. Qu. de Pet. 211 b, Cuius & frons, & vultus, & sermo ad eorum quos conuertit, sensum & voluntatem commutãdus est. de Ora. 118 b, Tû definitio & in sensum & in mentem iudicis intrare non potest. Attic. 237 b, Ego perspexi omnem Hirtii sensum, & 241 b, Valde mihi placebat sensus eius de republ. I. A. 235 a, Quis est ista tuus sensus? quæ cogitatio? Brutos non probes, Antonios probes? pro S.R. 44 b, Assiduitate malorum, sensum omnem humanitatis ex animo amisimus. Ora. 215 a, Oratio ad animorum sensus exprimendos reperta. Ep. 16 a, In hunc sensum allitiot, &c. I.C. 120 b, Ego enim de meo sensu iudico. nam, &c. Att. 288 b, Potuissem tibi aliquid de meo sensu perscribere. pro S.R. 40 a, Hæc ego pro me ipso & animi mei sensu ac dolore pronuncio. pro Sest. 7 b, Deniq; etiam sermonis ansas dabat, quibus reconditos eius sensus tenere possemus. pro Marc. 133 b, Nostri. n. sensus, vt in pace semper, sic in bello etiam congruebant. I.P. 82 b, Odium inclusum nefariis sensibus impiorum. Ep. 12 b, Vous ferè sensus fuit bonorum omnium. & 12 a, De quo ostendam paulò, pòst qui sit sensus meus I. A. 256 b, Si mo rectis sensibus eundem dii adiuuerint. de Sen. 92 a, Integra mente, cæterisq; sensibus. de Orat. 104 b, Vultus quo significant ingenuè, quo sensu quodq; pronuncient. Part. 241 a, Penetrare ad sensum opinionemq; iudicis. Postq; 212 a, Carus mei sensus testis est hic idem, qui, &c. I.V. 86 b, ad speciem.)(*ad sensum & cogitationem.* de Or. 161 a, Tacito quodam sensu indicare aliquid. Epi. 9 a, Difficile est sensum in repub. præsertim tectum & confirmatum deponere. de Or. 122 a, de Ami. 108 a, Vultus sensum animi plerûq; indicat.)(*frons occultare sententiam.* *part. 242 e, Non esse tenendum a quoquam latoris sensum, quem a lege explicari.

Notitia, iudicium captus, existimatio, vis, pondus. de Or. 46 a, Quod longissimè sit ab imperitorum intelligentia sensusq; disiunctum. & ibid. In dicendo vitium à vulgari genere orationis atq; à consuetudine cõmunis sensus abhorrere. & 91 b, Sed hæc erat spinosa & exilis oratio, lõgeque à nostris sensibus abhorrebat. & 94 a, Oratio ad vulgarem popularemq; sensum accommodata. & 114 b, quę versantur in consuetudine atæ, in communi hominum sensu, pro Domo. 232 b, An ego poteram iustificari me esse hominem & communem naturæ sensum repudiare? pro Arc. 191 b, Siue hęc à meo sensu post mortem obscura sunt, siue ad aliquam animi mei partem pertinebunt. & 189 a, Si ipsi hæc neque attingere, neq; sensu nostro gustare possemus. Attic. 55 b, Qui sit hoc tempore aut totius meæ sensus, aut omnino vitæ status. de Ora. 164 a, Sententiæ sæpe acutæ nõ acutorum hominum sensus prætereuolant. de Cla. 281 b, Oratio popularis ad sensum vulgi mouere debet. de Finibus 92 b, Fieri autem non posset, ut appeterent aliquid, nisi sensum haberent sui. Tusc. 168 a, Habere sensû alicuius rei. I.A. 249 a, Qui sensû verę glorię ceperit.

¶ *Cura.* de Amic. 101 a, A natura mihi videtur orta amicitia applicatione animi cum quodam sensu amandi. & ibid. Bestiæ ex se natos ita amant, & ab iis amantur, vt facilè earum appareat sensus. & ibid. b, Deinde cùm similis sensus extitit amoris, si, &c. de Orato. 194 a, Dicendo sensus hominum mentesque pertractare. in Verio. 239 b, Ne cum sensu doloris aliquo spiritus auferatur. & 207 a, Sciebat istum in his rebus aliquem sensum habere, qui in cæteris nihil simile hominis haberet. Atti. 150 b, Tanta eius humanitas, is sensus &c. de Prou. 69 a, b, præcipuum illum & proprium sensum doloris mei à sententia dicenda amouebo. pro Fla. 166 b, Qui quoniam id ætatis est, sensum iam percipere potest ex mœrore patris.

¶ *Ipsius sensus mentis.* pro Rabir. 96 b, Mortui sensu & vita carent, & 80 b, Et si non ero, sensu omni carebo. At. 278 a, Ne idipsum carere omni sensu doloris, sit miserius quàm dolere.

¶ *Ingenium, studium, natura.* pro Cor. 63 a, Gaditani ab omni studio sensuq; Pœnorum mentes suas ad nostrum imperium nomenq; flexerunt. de Arusp. 248 a, Nec deniq; hoc ipso huius gentis ac terræ domestico natiuoq; sensu Italos ipsos ac Latinos superauimus. & 256 b, Ad quem iterum si deorum numinis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu coniecturaq; raperemur. item, Omnes illius sensus cognitos habeo, nihil est illi republicæ charius.

¶ *Affectus, grauitas.* de Orat. 125 a, Hoc maximam habet vim, si est suauiter & cum sensu tractatum, & ibid. Sensu quodam & ratione dicendi. & 125 b, In commouendis iudicibus iis ipsis sensibus ad quos illos adduci volo, permoueor.

¶ *Dolor.* de Ami. 97 b, Moriendi sensum celeritas abstulit. de Sen. 92 b, Iam sensu moriendi, si aliquis esse potest, is ad exiguum tempus durat. I.A. 225 a, Si quis est sensus in morte.

SENTENTIA, *tiæ. dictum, & oratio breuis, ac preclara.* de Opt. 241 a, sententiarum totidem genera sunt, quot diximus esse laudum, sunt enim dicendi acute, delectandi quasi argute, commouendi grauiter. de Opt. 243 b, Est vitiosum in sententia, si quis absurdum, aut alienum, aut non acutum, aut subinsulsum sit. ad Her. 29 b, Sententia est oratio sumpta de vita, quæ aut quid sit, aut quid esse oporteat in vita breuiter ostendit. de Or. 95 b, Sententię philosophorum & 211 b. Acutæ crebręq; sententiæ. de Cla. 190 a, Concinnæ acuteq; sentẽtiæ, & reconditæ exquisitæq; sententię. de Nat. d. lib. 1, 18 a, Itaque in illis selectis eius breuibusque sententiis, quas κυρίας δόξας appellatis, hæc sententia est. Tus. 161 b, Sententiæ vberes.

¶ *Consilium, mens, opinio, voluntas, suffragium tandẽ.* de Orat. 211 b, Huius est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicata sententia, & 91 b, Non quo aperiret sententiam suam, hic enim est mos Academiæ. sed tamen hoc significabat, &c.

¶ *Formula cum verbis Maneo, Discedo, Muto, Decedo, Deijcio, Desisto, Deduco, Deterreo, Perduco, Sum, &c.* de Finib. 55 b, Hanc ego cùm teneã sententiam, quid est, &c. pro Mor. 139 a, Mutare sententiam, & decedere de sententia. At. 135 a, Manere in sententia & 20 b, Permanere in pristina sententia. Epi. 15 b, Permanere in vna sentẽtia. & 13 a, Constare in sententia. pro Qu. Ro 45 b, Perstare in sentẽtia. Ep. 28 Decedere de sententia. de Fin. 128 a, Discedere de sententia. & 62 a, Desistere sententia & à sententia. Tus. 181 a, & 177 b, Deiici de sentẽtia. de D. 125 a, Deterreri de sententia. de Cl. 175 e, Deduci de sentẽtia. Tusc. 188 a, Deducere aliquem de sententia. Ep. 18 b, Deducere aliquem in suam sententiam. Att. 257 a, Octauios veteranos perduxit ad suam sententiam. ad Her. 23 b, Pluribus verbis ad eam te hoc tempore non est sententia. de Fin. 52 a, Quot homines, tot sententiæ. pro Mur. 124 a, Vt nostræ mentes & sententiæ cum populi Romani voluntate suffragiisque consentiant.

¶ *Cum verbis Dico, Fero, Pronuncio, Rogo, &c.* Qu. F. 306 b, Postea Racilius de priuatis me primum sententiam rogauit. item. Dixit enim seueram, & grauem, rep. dignam sententiam, &c. item, si quis eorum qui post rogati essent, grauiorem sententiam dixisset, in eam se iturum. Off. 65 a, M. cato sententiã dixit. de Am. 106 b, De quibus tres video ferri sententias, quarũ nullam probo, item, Harum trium sententiarum nulli prosus assentior. Offi. 60 b, Cum vero iurato dicenda sententia sit. de D. 109 b, In libris sententiam dicebamus, cõcionabamur. in A. 103 b, Sententiam loco prætorio dicere. Ep. 156 b, Dicere sententiam de aliqua re. Postq. 205 a, P. Lentulus nunquam dubitauit sententiam de salute mea & de rep. dignam dicere, cum a tribunis pleb. vetaretur, cùm præclarũ caput recitaret, ne quis ad vos referret, ne quis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne scribendo adesset. item, Ego eam sententiam dixi, cui sunt assensi ad vnum. de At. 246 b, Qui primi de hac domo sniam dixistis. de Fin. 72 a, Ep. 3 a, Iudices sententiã pronunciant. de Or. 105 a, Socrates damnatus est non solùm primis sentẽtiis, sed etiam illis, quas, &c. pro Fl. 157 a, Dicere sententiam secũdum aliquem. de Cl. 172 a, consules re audita amplius de consilii sententia pronunciant. pro Cor. 63 a, De quo fœdere populus Rom. sentẽtiam non tulit. I.P. 100 b, Tum tu ipse de tua sententiam tulisti, tu iudicium pronunciasti. in Varr. 207 b, Iudices tùm de te sniam ferrent. I.V. 214 b, sniam de aliquo p tabella ferre. p Cl. 32 b, Palã terra sniam ad He. 9 b, Lata snia.

¶ *Cum Eo, Diuido, Iter. Est porrò, Diuidere sententiam, de singulis referre separatim, si sententia duo plurà ve capita, de quibus singulis seorsum consultandum est, complectitur. Ire autem in sententiam, vel discedere, est alicuius assentiri sententiæ nam cùm senatus duobus modis fieret, aut singulorum exquisitis sententiis atque suffragiis, aut per discessionem, id est, senatoribus in duas partes diuisis, in hoc altero genere, propositis duabus sententiis, qui in vtramuis inclinabant, in alteram partem discedebant, ibàtque pedibus. Hinc pedarij senatores, q non verbis sententiam dicerẽt, sed in alienam pedibus irent. Hinc quoque Facere discessionẽ dictũ esse videtur.* Epist. 3 a, pro Mil. 104 a, Diuidere sententiam, ire in sniam alicuius, facere discessionem. item: Frequentes ierunt in alia omnia. Q.

Fi. 306 b, Ibatur in eam sententiam. Epi. 11 a, & At. 35 b, Factum est S.C. in meam sententiam. L. Petraeius.

¶ *Formula cum De, & Sine.* Epist. 6 b, De sententia alicuius scribere aliquid. Attico. 40 a, Capere consilium de sententia alicuius. & 253 b, Coss. de consilii sententia decreuerunt secundum Buthrotios. & 253 a, Cùm ei praescriptum esset, ne quid sine Sestii sententia ageret. pro Cael. 50 a, Facere aliquid de sententia atque authoritate alicuius. Attico. 104 b, Nihil faciam nisi de sententia tua. & 253 b, Nihil faciam sine sententia tua. pro Syll. 177 a, C. Memmius, cuius de sententia tota res gesta est.

¶ *Cum particula Ex: & aliquando etiam. Animi.* Epi. 21 b, Quoniam sane feliciter, & ex mea sententia rempub. gessimus. Attico. 49 a, Omnia sunt ex sententia succedunt. Epist. 7 a, Ex sententia gerere aliquam rem. & 153 b, Ex sententia conficere negocium. Officio. 73 b, Quod ex animi tui sententia iuraueris, &c. de Or. 95 a, Nonnunquam summis oratoribus non ex sententia dicendi euentum procedere. Attico. 80 b, Te ex sententia nauigasse gaudeo. de Ora. 133 b, Ex animi sui sententia vxorem habere.

¶ *Varia.* Officio. 29 a, Plura in eam sententiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. Attico. 146 a, Multa disputas huic sententiae conuenientia. & 158 b, Curionis seruum eandem fere sententiam habuit. Epistola. 19 a, Scribere plura in eandem sententiam. Attico. 37 a, In eam sententiam multa dicit. Quin. fra. 321 b, Sed etiam aliâ in sententiam de fabulis his scribis. Orator. 209 b, Continenter enim verbum in eadem sententia ponere. pro Deiota. 148 a, Deiotarus de Domitio dicit versum Graecum eadem sententia, quem etiam nos habemus Latinum, &c. in Verr. 030 a, Incipit inquit Diodorus: cuius oratio hanc habet sententiam, senatum, &c. ad Herenn. 18 b, Et quae similes sententias habebunt. Attic. 193 a, Omnia scripta, quae sunt in eam sententiam. Epistola. 145 a, Commemoratio tua paternae necessitudinis, caeterarumque rerum, quae ad eam sententiam pertinebant, magnam mihi laetitiam attulerunt. & 98 a, Multa dici possunt in hanc sententiam, sed non necesse est. I.C. 113, Recitatae sunt tabellae in eadem fere sententia. Tusculan. 199 b, Quae sequuntur, in eadem sententia sunt. Officio. 54 a, Quod à Stoicis dicitur conuenienter naturae viuere, id habet hanc, vt opinor sententiam, cum virtute congruere semper. de Diuinat. 110 b, Hoc idem significat Graecus ille in hanc sententiam versus. pro Corneli 58 b, Sed cum hoc iudices in ea sint positum semper ratione atque sententia, vt, & cat. de Orator. 89 b, Verborum sonitus inanis, nulla subiecta nec sententia nec scientia. Orator. 113 b, & 135 b, Vt nescias, vtrùm res oratione, an verba sententiis illustrentur. Orator. 213 b, Colligere sententiam verbis. de Inuentio. 77 a, Vti verbo vno pluribusue in ea sententia, in qua is qui dicit, accipiendum esse demonstrabit. ad Heren. 41 a, Cum verbum potest in duas pluresue sententias accipi. de Inuentio. 53 b, Scriptio legis amisso, scriptoris sententia consideranda est. pro Planc. 257 b, Sed factum tuum a sententia legis discrepat. & ibidem. Fugisti sententiam legis, aequitatem omnem reiecisti. Partit. 236 b, significatio scripti id est, sententia. de Fat. 146 a, Licet enim immutare, et fati nomen non adiungas & eandem tamen sententiam teneas. de Diuinat. 81 a, Qui totam de diuinatione duobus libris explicauit sententiam. & 139 b, Conferre causas, & quid in quanque sententiam dici possit, exprimere. & ibidem, Stoici acutissimè sententias suas prudentissimèque defendunt. de Orato. 120 a, Nihil aliud affirmare possum, nisi sententiam atque opinionem meam. de Natura. 26 a, Habere stabilem & firmam sententiam de aliqua re. de Finibus. 80 a, Certa sententia & stabilis. Epistolae. 49 b, In hac sum sententia, vt, & cet. de Orator. 117 b, Demetrius omnium istorum mea sententia politissimus. Attico. 131 b, Non reperio scribendi vllam sententiam. Attico. 17 b, & 131 b, Argumentum & sententia epistolae. de Orator. 87 b, Sapientissimis sententiis, grauibusque eius ornata oratio & perpolita. de Orator. 99 a, Quoniam sententiae atque opinionis meae voluistis esse participes, nihil occultabo. Epistola. 4 a, Frangere sententiam alicuius de aliqua re. Attico. 254 a, Sed aliquando sententiam terminemus. in Anton. 250 b, Has literas dum recito, dumque de singulis sententiis breuiter disputo, quaeso attendite. de Amic. 108 b, Apertè vel odisse, magis ingenuum est, quàm fronte occultare sententiam. Quint. Frat. 309 b, Solus omnibus sententiis absolutus est. & 318 b, S.C. factum est de ambitu in Afranii sententiam. Officio. 9 a, Pyrrhi quidem de captiuis reddendis praeclara sententia est. ibid. Regalis sanè & digna Aeacidarum genere sententia. Off. 75 b, Si honestatem tueri sententia est. de Amicit. 96 a, Cuius disputationis sententiam memoriae mandaui. de Legi. 164 b, sententiae iudicum. & 168 a, Cuius praeceptum tanta vis tanta sententia est, vt non homini cuipiam, sed Delphico deo tribuatur. & 171 b, In ipso nomine legis interpretando inesse vis ac sententia iusti & iuris colendi. & 191 a, Ego in illa sum sententia, quae te fuisse semper scio, &c. & 191 b, Quae lex hanc sententiam continet, et omnes leges tollat, quae postea latae sunt.

☞ Syntaxis. *Sententia arguta, grauis, absurda, aliena, subinsulsa, acuta, concinna, recondita, exquisita, selecta, vberes. Sententiam tenere bonam. Manere in sententia. Detrudere de sententia, deiicere, deducere. Ibatur in eam sententiam, vt. Id facere de tua sententia. Ex mea sententia. Ex animi sententia. Feliciter, & ex animi sententia. In eam sententiam disputatum est. Oratio enim est hac sententia, quae hanc habet sententiam. Hoc positum est in ea ratione atque sententia. Sententia & opinio mea. In hac ego sum sententia. Scribendi non habeo sententiam. Sententia & argumentum epistolae. Sapientissima sententia: id est, argumentum. Sententiam frangere, terminare. Id facere, sententia est. Fronte sententiam occultare. Legis huius magna vis atque sententia. Hoc sententiam istam continet, vt, &c.*

Sententiola, lae, I.A. 187 b.

Sententiose *grauiter facto.* Or. 210 b, sententiosè dicere. & 135 a, saepè etiam sententiosè ridicula dicuntur. de Iuu. 61 b, Oratio graviter sententiosè habita. ad Her. 40 b, sententiosè loqui.

Sententiosus, a, um *facetus.* de Cl. 195 b, Sententiosum & argutum genus dicendi.

Sentisnus, tis. de Diu. 115 b, Ad hostiam deligendam ducem esse vim quandam sentientem atque diuinam.

Sentina, nae. *fundum nauis, siue eius interior pars. nam vt carina est eius pars exterior, & quasi venter, sic sentina interior aluus, & quasi venter est: quae quia mali odoris esse solet, quòd in eam sordes omnes confluunt: id circo pro pestiferis hominibus capitur: vt exempla subiecta declarant.* de senectute. 8 b, Cùm alii per foros cursent, alii sentinam exhauriant. Epist. 134 b, in Catilin. 99 b, Sin exieris, exhaurietur ex vrbe comitum tuorum magna & perniciosa sentina reipub. in Sall. 274 b, Nisi forte in ea te, castra reiecisti, quo omnis sentina reipub. confluxerat. in Catilin. 105 b, O fortunatam rem, si quidem hanc sentinam huius vrbis eiecerit. Att. 18 a, Exhaurire sentinam vrbis. contra Rull. 80 a, Hoc enim verbo vsus est, quasi de aliqua sentina loqueretur, id est verbo exhauriendi.

☞ Syntaxis. *Reipu. sentina exhausta coniuratorum. Eiicere vrbis sentinam, exhaurire.*

Sentio, tis. *sensum accipio, sensibus percipio, sensum alicuius rei capio, sensum ex marore patrio, percipio, odore quodam suspicionis aliquid sentio, sensu gusto, sensum alicuius rei habeo, gustum alicuius habeo, intelligo at vide, audio, exaudio.*)(*sensu doloris careo.* in Antonium. 180 a, Quidam morbo aliquo & sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt. de Natura. 54 b, Gustatus, qui sentire eorum quibus vescimur genera debet, in ore est.

¶ *Iudico, censeo, consentio.* Attico. 105 a, Dices, quid tu igitur sensuras es? non idem quod dicturus. item: Sentiam enim omnia faciam de, ne armis decernatur. de Amicitia. 135 b, Ego illum ne minima quidem re offendi, quod quidem senserim. Attic. 203 b, Nescio cur non animo quoque sentiant. Attico. 274 a, Nam de caeteris rebus quid senserim, quidque censuerim, audisse te arbitror. Orator. 213 a, Meae aures & cura sentiunt, nec amant redundantia. de Natura. 37 a, Haec ipse qui non sentit eam Deorum habere, nihil omnino sensurus videtur. de Finibus. 61 b, sentire vera de diis immortalibus. pro Planc. 222 a, Hic quod cum caeteris animo sentiebat, id magis quàm caeteris vultu promptum habuit & lingua. pro De. 214 b, De quibus habeo ipse quidem quod sentiam, non habeo autem quod tibi assentiar. item, Nec cum iis sentio, qui, &c. pro Sext. Rosc. 4 a, Fateor insanisse, qui cum illis senserim, tametsi inermis sensi. de Inuentio. 43 a, Sentire cum aliquo.)(*dissentire ab eo.* pro Quint. Rosci. 25 a, Hoc cùm sentit saturius esse apertum, repugnare contra veritatem nò audet. pro Syllan. 183 a, Omnes de communi salute apertissimè senserunt. in Catilin. 121 a, Qui omnia de repu. praeclara atque egregie sentiunt. de Amicitia. 112 a, De amicitia omnes ad vnum idem sentiunt. in Catilin. 121 b, In hac causa omnes sentiunt vnum atque idem. Tusculan. 149 a. Fieri enim potest vt rectè quis sentiat, & id quod sentit, politè eloqui non possit. de Orator. 145 b, Minimè sibi quisque notus est difficillimè de se quisque sentit.

¶ *Intelligo, agnosco.* pro Sest. 13 b, Animos hominum post mortem sentire & vigere. Orator. 216 a, Aristoteles ait, paene vti omnes, sed ipsos non sentire. * Orator. 197 a, cuique me charissimum esse sentirem. }

Sentior, tis. *percipior.* Epistola. 71 a, Nulla videri miseria debet, quae non sentietur.

¶ *Sensu agnoscor.* de Diuinatio. 120 a, Quae sentiuntur, quae sensibus percipiuntur, quae sensu accipiuntur. Officio. tertio b, Quae aspectu sentiuntur.

Sentitur. de Orator. 158 a, Non vt dictum est, intelligitur, sed vt sensum est.

Seorsum, *separatim.* ad Her. 17 b, seorsum hoc ab illo tractandum est. Ep. 119 b, seorsum a ceteris lege puto mihi omnia paranda.

Separabilis, le, *quod separari potest.* Tusc. 150 b, Nec animum a corpore separabilem esse.

Separatim *seorsum, sigillatim, praeter caeteros* de Natura 59 a, Dii separatim ab vniuersis singulos diligunt. Epistola. 27 b, Nihil accidit ei separatim a reliquis ciuibus. & 218 a, pro Dom. 240 b, Separatim semel, iterum cum vniuersis. de Orator. 115 a, de clar. orat. 180 a, Etsi hoc nunquam separatim facere didicisset. in Ant. 158 a, Hoc seiungi potest, separatimque perscribi. pro cluent. 31 a, Tamen de illo separatim cognoscite. de Le. 163 a, separatim, articulatim, distinctè. Epist. 209 a. & de Inu. 47 b, communiter.)(*separatim* Atti. 102 a, ipsum Pompeium separatim ad concordiam hortabor. de Orat. 85 b, Qui non aliqua in re vna separatim elaborarint, sed omnia quaecunque, &c. comprehenderint.

Separatiue, *aduerb. distinctiue.* de Inuentio. 81 b, Separatiue aliquid adiungere.

Separatus, a, um. *remotus, disiunctus.* Tusculan. quaestio. 216 a, Virtus ipsa per se sua sponte, separata etiam vtilitate, laudabilis. ad Heren. 22 b, Nam vtraque altera separata minus erit firma. At. 232 a, Ista vero quae tu connecti vis, aliud quoddam separatum volumen expectant. de In. 55 a, Separatum ab aliquo & separatum extra aliquod.

Separo, as. *seiungo, distinguo, secerno, semoueo, distraho, diuello, discerno, discludo.*)(*coniungo.* Ep. 67 b, Qui omnes a perpetuis suis historiis ea quae dixi bella separauerunt.

Separor, ris. Offic. 19 b, Quod cogitatione magis a virtute poteſt, quàm re ſeparari. contra Rull. 83 b, Cùm ille duo maria pertenus diſcrimine ſeparentur.

Sepeliendi. de Or. 141 a, Simonides dicitur, &c. demonſtrator vniuſcuiuſque ſepeliendi fuiſſe.

Syntaxis. *Deus ſeparatim ab vniuerſis ſingulos diligit. Ab aliquo ſeparatum, & extra aliquid. Diſcrimine tenui ſeparata maria.*

Sepelio, lis. *humo, in ſepulchro condo, corpus terræ reddo, humo iniecta contego, ſepultura afficio, ad ſepulturam do, in ſepulchrum infero, tumulo mando, mortuum in aliquem locum infero.* de Leg. 181 b, Mortuum in vrbe ne ſepelito, ne ve vrito. Toſc. 171 a, Surge & ſepeli natum. Ep. 56 a, Vt in quo vellemus gymnaſio, eum ſepeliremus, nobis permiſerunt. pro Fla. 164 a, Qui vos in complexu coniugum veſtrarum trucidatos incendio patriæ ſepelire conatus eſt.

Sepelior, ris. de Legibus. 181 b, Non qui vritur, ſepelitur: ſed qui humatur.

Sepes, pis. *ſeptum.* de N. 24 b, Loca ſylueſtribus ſepibus denſa.

Sepia, piæ. *piſcis.* de N. 71 b, Atramenti effuſione ſepiæ ſe tutantur.

Sepimentum, ti. *vallum.* de Leg. 168 b, Atque hęc omnia quaſi ſepimento aliquo vallabit diſſerendi ſcientia.

Sepio, pis. *munio, vallo.* de Natura. 54 b, Natura oculos membranis tenuiſſimis veſtiuit ac ſepſit. pro Seſt. 22 b, Tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, mœnibus ſepſerunt. de Orator. 122 a, Vbi eum locum omnem cogitatione ſepſeris. & 96 b, Inuenta veſtire atque ornare oratione, poſt memoria ſepire. Attico. 50 b, Nulla lex eſt, quæ non ipſa ſe ſepiat. de Or. 88 a, Genus hominum prudentium conſilio impulſum, ſe oppidis mœnibuſque ſepſiſſe. I. A. 250 a, Antonius Mutinam operibus munitionibuſque ſepſit. Ep. 245 b, Oppidum ſex caſtellis caſtriſque maximis ſepſi.

Sepior, ris. I. A. 157 b, Forū ſepietur, omnes claudentur aditus. de N. 55 a, Oculi excelſis vndique partibus ſepiuntur.

Sepis, pis. I. V. 241 b, Ante ipſum ſepim.

Seplasia, ſiæ. *forum Capuæ, vbi vnguentarii negociabantur.* I. P. 84 a, At fuit inceſſus ſaltem Seplaſia dignus & Capua. contra Rul. 85 a, In Albana & ſeplaſia.

Sepono, nis. *ſegrego, reſeruo.* Att. 184 b, ſcio venire nunc nihil poſſe, ſed ſeponi & occultari poſſunt. Or. 210 a, Vt ſi qui docerent, nullum ſibi ad eam rem tempus ipſi ſeponerent. de Or. 155 a, Vt alius aliam ſibi partē, in qua elaboret, ſeponeret. & 98, Si ea, vt dicis, ſepoſita eſſent. & 86 b, Græci ſepoſuerunt a cęteris dictionibus eam partem dicendi, quæ, &c. *id eſt, ſepararunt.*

Sepositus, a, um. *ſecreta, remotus.* de Diuinatio. 131 b, Quamobrem Sibillam quidem ſepoſitam & conditam habeamus. in V. 204 b, Quod celari oportebat, habebant ſepoſitum ac reconditum. Quin. de Pet. 505 a, Eius facultatis adiumenta, quæ ſcio eſſe ſepoſita, vt parata & prompta ſint, cura.

Syntaxis. *Seponere & occultare. Habere ſepoſitum ac reconditum.*

Septem. de Somn. 129 a, Qui numerus omnium ferè rerum nodus eſt. de Am. 96 b, & 117 b, Nam qui ſeptem appellantur, eos qui iſta ſubtilius quærunt, in numero ſapientum nō habent. de Fi. 65 b, Bias, qui ſapiens habitus eſt, vnus è ſeptem. de L. 175 a, Thales qui ſapientiſſimus inter ſeptem fuit.

Septem aquæ, locus. Att. 62.

Septembea, bris. L. Dies & Mensis.

Septemdecim. contra Rull. 49 b.

Septemvir, vel Septemviri. Att. lib. 15, 249 b, Dic mihi, C. Antonius voluiſſe fieri Septemuir? fuit certe dignus. I. A. 208 a, Septemuirum acta ſuſtulimus. & 198 b, 200, ſeptemuiros, ſeptemuirir.

Septemviralis, le. Att. 243 b, & 232 a, Lento nis Ceſennii ſeptemuiralis autoritas.

Septemviratus, tus. I. A. 179 a.

Septenarius. *verſus genus, a ſeptem pedibus, vt ſenarius a ſex.* Tuſcula. 171 a, Cùm iam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam.

Septendecim. in Verro. 201 a, Nos in ſeptendecim Siciliæ populis non eramus.

Septentrio, nis. *ſtella ſeptem.* Attico. 143 a, De ſeptentrione planè ita eſt. Attico. 138 b, Ea ea die fuere ſeptentriones venti: naues quibus vſus non eſt incendiſſe dicitur: *id eſt, Etesiæ.* de Natura. 35 b, Sol curſum ſuum inflectit tum ad ſeptentriones, tum ad meridiem. Academ. 87 a, Sed a 3 Helicen & clariſſimos ſeptentriones. de Natura. 47 a,

— *Stellis* — *Quas noſtri ſeptem ſoliti vocitare triones.*

& 48 a, Minorem ſeptentrionem Cepheus ſubſequitur.

Syntaxis. *Venti ſeptentriones. Ad ſeptentriones vergens.*

Septenus, a, um. L. Binus. I. V. 133 a, Pueri annorum ſenum ſeptenūque denum. *id eſt, XVI. & XVII. annorum.* de Som. 127 b, Cùm ætas tua ſeptenos octies ſolis anfractus conuerterit.

Septies millies ſeſtertium. I. A. 198 b, & 196 a.

Septimum conſul. *id eſt, ſeptiès conſul.* de Natura. 76 a. Cur enim Maximus tam feliciter ſeptimum conſul domi ſuæ ſenex eſt mortuus?

Septimus, a, um. Tuſcula. 207 a, Æſchines in Demoſthenem inuchitus, quòd is ſeptimo die poſt filiæ mortem hoſtias immolaſſet.

Septimusdecimus. pro Cl. 33 a.

Septingenti. Orat. 207 b, Septingentorum annorum memoria. pro Qu. 14 a, Septingenta millia paſſuum.

Septingentesimus, a, vm. Att. li. 6, Poſt Leuctricam pugnam die ſeptingenteſimo ſexageſimoquinto.

Septuagesimus, a, um. de D. 90 a.

Septuaginta. in Ver. 174 b.

Septum, pti. *munitio, ſepimentum.* Attico. 66 b, In campo Martio ſepta marmorea ſumus facturi, eaque cingemus excelſa porticu. pro Seſt. 60 b, Hunc adoriuntur alii gladiis, alii fragmentis ſeptorum & fuſtibus. pro Mil. 107 a, Cum ille vi in ſepta irruiſſet. I. A. 196 a, Niſi ſeptis reuolſis introiri in forum non poteſt. ibidem 247 a, Quibus ſeptis tam immanes bellnas continebimus.

Septus, a, um. *ſtipatus munitus.* I. V. 243 b, Tutus, clauſus, ſeptus, munitus contra aliquem. de Aruſ. 247 a, Domus est ſenatuſconſultis munita atque ſepta. pro Seſt. 23 a, Qui ſtipatus ſemper ſicariis, ſeptus armatis, munitus municipibus fuit. I. C. 121 b, Quòd ſi, &c. firmiſſimo me muro ſeptum arbitrabor. de Ar. 249 b, Populus Rom. ſeptus & incluſus. item, Ara, quàm ſeptam videmus. I. V. 249 b, Locus ſeptus vndique. de Or. 109 a, Regio quæ nullis terminis ſepta teneatur. de Fin. 59 b, ſeptum vndique vepribus ſepulchrum. Off. 33 a, Gladiatores, quibus ille ſeptus omnia miſceret. Off. 41 a, Nullis præſidiis ſepti multis afficientur iniuriis. I. A. 244 a, Cum ſeptus ſit legibus, & iudiciorum metu, non ſunt omnia timenda. Att. 148 a, Populi Romani exercitus Cn. Pompeium circumſidet, foſſa & vallo ſeptum tenet. de D. 83 b.

Aetheris æternis ſepta atque incluſa cauernis.

Sepulchrum, chri. *tumulus, buſtum, monumentum.* I. A. 223 b, Maiores noſtri ſtatuas multis decreuerunt, ſepulchra paucis: ſed ſtatuæ intereunt vetuſtate, ſepulchrorum autem ſanctitas in ipſo ſolo eſt. & ibid. ſepulchra ſunt ſanctiora vetuſtate. I. A. 124 a, Vtique locum ſepulchro conſul pedes triginta quinque verſus deſignet, quo Seruius Sulpicius inferatur, quod ſepulchrum ipſius, liberorum poſterorumque eius ſit. pro Arc. 190 a, Ennius in ſepulchro Scipionum putatur eſſe conſtitutus è marmore. pro Sext. Roſ. 22 b, Cui de tanto patrimonio ne iter quidem ad ſepulchrum patrium relictum eſt. Tuſcul. 153 a, Ceremoniæ ſepulchrorum. & 154 b, Quid ſepulchrorum monumenta, quid elogia ſignificant? Tuſ. q. lib. 1, ſepulchrum pectus corporis: *ex Ennio.* 2. de Leg. ſepulchrum quo tempore incipiat, & religione teneatur. Tuſc. q. lib. 5, ſepulchrum Archimedis ab Syracuſanis ignoratum, à Quæſtore indagatum. 2. de Leg. ſepulchrum eorum qui conditi ſunt, ante non eſt, quàm iuſta facta, & corpus incenſum eſt. Tuſc. q. lib. 5, ſepulchrum ſeptum vndique, & veſtitum vepribus & dumetis. 2. de Legib. 182 a, ſepulchri veſtibulum, buſtum ve, quod lex vſucapi vetat, tottutinas ſepulchrum altius vetat extrui Plato, quam quod quinque diebus abſoluerint: nec è lapide excitari plus nec imponi, quàm quod capiat laudem mortui inciſam quatuor heroicis verſibus quos longos appellat Ennius. 16. ad Attic. Longè a ſepulchro hanc quatem abeſſe negant oportere. 3. de Leg. In ſepulchro C. Figuli, quos ad ſumptus progreſſa res iſta ſit, vides. 2. de Leg. 181 a, In ſepulchro, quod procul ad fontis aras, eodem ritu regem noſtrum Numam conditum accepimus. 2. de Legib. ſepulchro vetat Plato vllam partem ſuam ex agro cultio, eoque qui coli poſſit, ſed quæ neutra agri tantummodo efficere poſſit, vt mortuorum corpora ſine detrimento viuorum accipiat, ea potiſſimum vt compleatur. Quæ autem terra fruges ferre, & vt mater, cibos ſuppeditare poſſit, eam ne quis nobis minuat, neve viuus, neue mortuus. ibid. ſed cum multa in eo loco ſepulchra fuiſſent, ubi dedicata eſt ædes. Honoris extra portam Collinam, exarata ſunt. ſtatuit enim collegium, locum publicum non potuiſſe priuata religione obligari. ibid. Ob ſepulchrorum, quas in Ceramicho videmus amplitudines lege ſanctum eſt, nequis ſepulchrum faceret operoſius, quàm quod decem homines effecerint triduo: neque id opere tectorio exornari, nec Hermas, quos vocant licebant imponi. ibid. ſepulchrorum magnificentiā eſſe minuendam. ib. ſepulchrorū tanta eſt religio, extra ſacra & gentem inferri fas negent eſſe, idque apud maiores noſtros. Torquatus in gente Popilia iudicauit. Offic. 2, ſepulchra habere communia. de ſen. 81 a, Nec ſepulchra legens vereor (quod aiunt) ne perdam memoriam: his enim ipſis legendis redeo in memoriam mortuorum. *id eſt inſcriptiones ſepulchrorum, quas hodie paſſim Epitaphia vocant.* 2. de L. De ſepulchris duę leges: quarum altera priuatis ędificiis, altera ipſis ſepulchris cauet. ib. De ſepulchris habemus autoritatem Platonis, à quo funerū ſumptus prę finitur ex cēnſ. à minis quinqu vſq; ad minā ibid. 183 a, De ſepulchris nihil eſt apud Solonē amplius, quàm nequis ea deleat, neue alienum inferat: pœnaque eſt, ſi quis buſtum, aut monumentum, aut columnā violarit, deiecerit, fregerit. ibid. ſepulchris nouis modum fecit Demetrius: nam ſuper terræ tumulum noluit quid ſtatui, niſi columnellam tribus cubitis nō altiorem, aut mēſam, & labellum: & huic procurationi certum magiſtratum præfecerat.

Syntaxis. *Sepulchrorum monumenta, ceremoniæ Sepulchrum vepribus veſtitum, & dumetis. Sepulchri veſtibulum, buſtum, magnificentia, religio.*

Sepultura, ræ. *humatio, buſtum.* I. V. 263 a, Dico mercedem funeris ac ſepulturæ conſtitui nefas fuiſſe. item, Cum iidem buſtum in foro facerent, qui illam inſepultam ſepulturam effecerant. de Diu. 92 a, Ab eo quem ſepultura affecerat. Epiſtol. 56 a, Ab Athenienſib. locum ſepulturæ intra vrbem vt darent, impetrare non potui. de L. 181 a, Antiquiſſimum ſepulturæ genus, quo apud Xenophontem Cyrus vtitur: redditur enim terræ corpus, & ita locatum ac ſitum, quaſi operimento matris obducitur. I. A. 263 b, Ad ſepulturam corpus vitrici ſui negas à me datum. & 264 b, Iique nec inhumati ſunt, nec diſperſis buſtis humili ſepultura cremati. de ſene. 92 b, Cuius interitum ne crudeliſſimus quidem hoſtis honore ſepulturæ carere paſſus eſt.

Sepultus *humatus, situs, conditus, constitutus, quem humus iniecta contegit.* de L.e. 181 a, b, I.C. 120 b, Certo animo sepultam patriam, miseros atque insepultos aceruos ciuium. pro Arch. 190 a, Ennius in sepulchro Scipionum putatur esse constitutus ex marmore.
¶ *Abditus.* I.P. 81 b, Hæc sunt, o carnifex, in gremio sepulta consulatus tui.
¶ *Extinctus.* pro Pomp. 9 b, Bellum aduentu Pompeii sublatum atque sepultum est.
☞ Syntaxis. *Sepultura afficere aliquem. Ad sepulturam dare corpus. Humandi sepultura tremare. Humati sepultura carere. In gremio sua consulatus malum sepelire. Bellum esse sublatum & sepultum.*

Seppra, *oppidum, in Amano monte.* Ep. 245.

Sequani, *populi.* Att. 17.

Sequester, stris: stre. *apud quem pecunia corrumpendi iudicij, aut tribuum deponebatur, vt suffragia obtinerentur, Iurisconsulti sequestrem esse dicunt, apud quem plures rem de qua controuersia est, deponunt, sed Cicero in hac significatione non vsurpauit, quod sciam.* pro 32 b, Res parum certa videtur, sequester & confirmator pecuniæ desideratur. & 22 b, Quo sequestre in illo iudice corrumpendo est vsus. in Verr. 73 a, Qui aut sequestres aut interpretes corrumpendi iudicij solent esse. & 130 b, Sequester alius interpres, confector negociorum. pro Pl. 268 b, Doce id quid debes, per quem sequestrem, quo diuisore corrupta sit. pro Cælio 40 b, Sodales ac sequestres alicuius pro Planc. 267 a, Cuius tu tribus venditorem & corruptorem, & sequestrem Plancium fuisse clamitas pro Clu. 35 b, Sed quid opus est ad eam rē iudice sequestra?
☞ Syntaxis. *Sequester & interpres. Sequester interpres. Sequester ac diuisor. Iudex sequester. Comes sequester.*

Sequor, *eris. comitor, excipio, consequor, insequor, comes sum, exequor, prosequor.* Orator 201 b, Oratio ita flexibilis, vt sequatur quocunque torqueas. in Catilin. 120 a, Cæsar hanc reipub. viam, quæ popularis habetur, secutus est. de Ar. 252 b, Pœna quæ sequeretur illud scelus. de Inuentio. 44 b, Nam cum eadem omnia incommoda sequentur. de Diuination. 112 a, Quæ hæc prædicunt, quam rationem sequantur, vides. & ibidem. Qui hæreditatem venturam dicunt, quid sequuntur. de Orator. 117 b, Tradimus etiam, quæ nos sequi in dicendo, quæque maximè spectare solemus. Attico. 187 b, Neque ego quid tu sis secutus, non perspicio, ideirco minus existimo, te nihil nisi summa ratione fecisse. Epistola. 47 b, Qui autoritatem & consiliū tuum non sunt secuti, sua stultitia occiderunt. Para. 122 a, Sequi & colere leges. Officio. 22 a, sequimur igitur in has quæstiona potissimum Stoicos. Epistola. 14 a, Idem ille Plato, quem ego autorem vehementer sequor. pro Cecinn. 156 a, Parge porrò hoc idem interdictum sequi, homines, &c. Orator. 2 12 b, Qua tempestate Paris Helenam, & quæ sequuntur. de Legibus. 169 b, Ego verò cùm liceret plures dies abesse, & amœnitatem, & salubritatem hanc sequor. Officio. 45 b, Panætius, quem in his libris secutus sum, non interpretatus. de Offi. lib. 1, Nollem Corinthum excisam. sed credo illos secutos opportunitatem loci.

Sequitur. *videlicet, fit, conficitur, colligitur, quæ apta sunt ad concludendum verba.* Parad. 116 b, sequitur igitur, vt etiam vitia sint paria. de Natura. 41 a, Quo constituto sequitur, &c. Tuscula. 238 b, Assentior alterum alteri consequens esse, vt quemadmodum id quod honestum sit, id solum sit bonum, sequatur vitam beatam virtute effici, &c. de Finibus 69 b, Non enim sequitur, vt cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. de Diuinatio. 130 b, Significant ergo, ne id quidem sequitur. de Fat. 242 a, Vt enim & ingeniosi, & tardi ita nascantur antecedentibus causis, &c. non sequitur tamen, vt etiam sedere eos, & ambulare principalibus causis definitum sit. & 144 b, Sequitur enim vt si aliud ab alio nunquam depellatur, ne contingat quidem alia aliā. & 145 b, Nec si omne enunciatum verum aut falsum est, sequitur illicò esse causas immutabiles & æternas. & 146 a, Si hoc verum non est, sequitur, vt falsum sit. de Fat. 148 b, Qui non sint, &c. non sequitur, vt ne appetitus quidem, &c. at hoc sequeretur, si, &c. de Fini. 96 a, Ex quo efficitur vitam beatam &c. id est, sequitur hic. Ita fit, vt honesta vita beata sit.
☞ Syntaxis. *Flexibile sequitur quocunque torqueas. Sequi iudiciū, legem, amœnitatem, præceptorem. Sequitur igitur hoc, vt.*

Seraeus, *dux.* de D. 134 a.

Serenans, tis. de D. 64 a, Luce serenanti. *Poeta.*

Serenitas, tis. *serenum tempus, serena tempestas, cœlum serenum.*)(*perturbatio cœli.* de D. 128 a, Hæc igitur cùm sint, tum serenitas, tum perturbatio cœli est, nec, &c.

Serenus, a, um. *serenans.* de D. 125 b,

Cùm tonuit lævum bene tempestate serena. *ex Ennio.*

ad Heren. 39 b. Falsi amici in sereno vitæ tempore præsto sunt, Epistola. 259 b, Austro lenissimo, cœlo sereno. Tuscul. 197 a, Tranquilla & serena fronte.

Series, ei. *contextus, vel continuatio quædam rerum.* de Diuinat. 106 b, Fatum est ordo seriesque causarum. de Fat. 144 a, Qui introducunt causarum seriem sempiternam. item, Mirabilis quædam continuatio seriesque rerum. de Natura. 4 a, est enim admirabilis quædam continuatio seriesque rerum, vt alia ex alia, & omnia inter se aptæ colligatæque videantur. Academ. 6 b, Cætera series deinde sequitur maiora deficiens, vt hæc: Si homo est, animal est, &c. de Orator. 124 b, Sine vlla serie disputationum. de Leg. 116 b, Videtisne, quanta series rerū sententiarumque sit, atque vt ex alia alia nectantur? Partit. 242 b, Tanta series artis est, & sic inter se sunt pleraque connexa & apta, vt, &c.

Seriphos, *insula.* de N. 18.

Seriphius, a, um. de Sen. 78 b.

Serius, a, um. *grauis, verus.*)(*iocosus.* Officio. 27 a, Si de seriis rebus loquatur seueritatem adhibeat: si de iocosis, leporem. Officio. 21 a, & 27 a, Cum grauibus seriisque rebus satisfecerimus. Ludos iocosque. ad Herenn. 20 b, Sermo serius, & iocus liberalis. de Finibus. 82 b, Qui cum ioca, seria, vt dicitur, qui cum arcana, qui cum occulta omnia.

Sermo, onis. *locutio, mentio, oratio.* Officio. 22 b, sermone eo debemus vti, qui notus est nobis: ne, vt quidam, Græca verba inculcantes, iure optimo rideamus. ad Herenn. 20 b, sermo diuiditur in partes quatuor: dignitatem, demonstrationem, narrationem, iocationem. de Orator. 136 a, cùm mihi sermo cum hoc ipso Crasso multis audientibus esset de te institutus. & 141 b, Habetis sermonem bene longum. de Ar. 251 b, De Alexandrinis video esse sermonem. in Vatin. 89 a, Nullus mihi omnino cum illo sermo, nulla vnquam de re fuit. de Somn. 120 a, Quid autem interest ab iis qui post ea nascentur, sermonem fore de te: cùm ab iis nullus fuerit, qui antè nati sunt? pro Flacc. 149 a, sermo est tota Asia dissipatus, Pompeium, &c. de Orator. 93 a, crassus princeps eius sermonis ordiendi fuit. Attico. 116 a, Multus est sermo, te iudicium iam de causa publica fecisse. Epistola. 10 a, Hac me mente fuisse, tu in nostris sermonibus collocutionibusque ipse sæpe vidisti. Epistola. 194 a, cum mihi in sermone iniecisset, se velle Asiam visere. & 130 a, Feci sermonem habitum in Cumano inter nos. Attico. 100 b, Sermo quem habui de triumpho. de Sen. 83 a, cyrus id sermone, quem moriens habuit, &c. de Orato. 109 a, Habere sermonem inter se de aliquibus. de Senect. 72 b, Omnem autem sermonem tribuimus catoni seni. de Am. 96 a, Vt tanquam à præsentibus coràm haberi sermo videretur. & 95 b, Is exposuit nobis sermonem de amicitia, habitum ab illo secum & cum altero genero Scæuola. & ibid. Incidere in sermonem alicuius. & ibidem, Incidere in mentionem alicuius. de In. 80 a, In sermone quotidiano. de Or. 93 a, insperanti mihi cecidit, vt in istum sermoné delaberer. Att. 212 a, Da te in sermonem. Qu. fr. 298 a, Primum annus habuit de hac reprehensione plurimum sermonis. Offi. 26 b, Sermo in circulis, disputationibus, congressionib. familiarium versatur. & 37 b, Curandum est, vt eos quibuscum sermonem conferimus, & vereri & diligere videamur. & 40 b, Habere quibuscum familiares possis conferre sermones. I.V. 156 b, Habere malos sermones de aliquo. de In. 68 b, conferre sermonem cum aliquo, Attic. 103 b, Sed hæc coràm, nam ista multis sermone omnium cœpit esse. Atti. 13 a, In sermonibus. *id est, in communi sermone.* Epistlo. 2 a, Nam cùm in sermone quotidiano. tum, &c. Epi. 120 b, Sed nuncii varios sermones excitarunt. & 15 b, Parturire sermonem alicuius ad aliquem. & 42 b, Maleuolis sermonibus de aliquo credere. de Orat. 94 a, Fortuitò in aliquem sermonem incidere. Epi. 166 a, incidunt in sermone vario multa. & 187 a, Dabimus sermonem iis, qui, &c. I.V. 208 b, In sermonem hominum, atque in magnam vituperationem venirem. de Fin. 49 a, Tractare aliquid Græco sermone. de N. 19 b, Scito sermone & Attico loqui. & 50 a, Sermo & oratio. Attic. 103 a, Elegantia sermonis Terentiani.
☞ Syntaxis. *Sermonem habere, facere, instituere, esse, dissipari (tota Asia) ordiri. Sermo est, esse te. In sermonem delabi. Conferre sermonem cum. Ista sunt multi sermonis. Hoc in ore est, ac sermone omnium. Excitare sermones. Maleuoli sermones. In sermonem incidere, in sermone. Venire in sermonem & vituperationem.*

Sermocinatio, *figura.* ad Her. 37 a, & 40 a, Sermocinatio est, cùm alicui personæ sermo attribuitur, & is exponitur cum ratione dignitatis.

Sermocinor, aris. *sermonem habeo, loquor.* de In. 68 b, In consuetudine scribendi aut sermocinandi eo verbo vti solent homines. I. V. 104 a, Ait se cum isto diligenter sermocinaturum.

Sermunculus, li. I. S. a oo pro Deiot. 105 a, Nōnne intelligis Cæsar ex verbis maleuolorum sermunculis esse collecta?

Sero. *tardè.* Attic. 165 a, I.V. 269 b, Produxam Cossenos, qui te nunc serò doceant, iudices non serò. Att. 104 b, Serò resistimus ei, quem aluimus contra nos. de Cl. 168 a, Eloquentia serò prodiit in lucem. Epist. 21 a, Longè absum, audio serò. & 45 b, Serò enim veneram. & 105 b, Domum serò veneram. pro Qu. 7 b, De controuersiis vult diiudicari serò i verùm, &c. Qu. fr. 301 a, Hoc de genere nihil te nunc quidem moneo: serò est enim. de Am. 97 b, Factus est Cos. II. primū ante tempus, iterum sibi suo tempore, reipublicæ penè serò. Att. 115 a, Eo die alter consul venit serò. ad Heren. 12 b, Serò acto negocio venisti. Epist. 102 b, Serò sapiunt *Phryges prouerbium est, à Phrygum tarditate natum.*

Serius. *tardius.* de Or. 49 b, Ad mysteria biduo serius veneram. I. C. 98 a, Hoc serius à me factum est, &c.
☞ Syntaxis. *Nunc serò est. Biduo serius venisti.*

Seranoi, dum. de Nat. 52 a, b, Ager mollitus & oblimatus ad serendum. Attic. 135 a, Tertullæ nollem abortum: tam enim sunt Cassii iam quàm Bruti serendi. de Leg. 160 b, Materia serendi generis humani.

Serens, tis. de Fat. 245 b, Nisi ex æternitate causæ causam serens hoc erit effectura.

Sero, ris: seui, satum. *sementem facio, semen spargo, semino.* I. V. 173 a, Vt tantum decumæ sit, quantum seuerit. de Vn. 303 a, Alios in reliquas mundi partes spargens quasi serebat. Antequam. 59 b, Serere beneficium, vt metere possis fructum. Tus. 154 b, Serere arbores, quæ alteri seculo prosunt. de Orat. 134 a, Da mihi ex ista arbore, quos seram surculos. de Cla. 166 a, Seremus igitur aliquid tanquam in oc-

culio

culto & derelicto solo. de senec. 18 b, serere, percipere, & concedere fructus. & ibid. serere arbores.

SERO, tis. I.V. 173 a, In iugero agri Leontini medimnum ferè tritici seritur.

SERPENS, tis. de N. 50 b, Quædam serpentes ortæ extra aquam, simulatq; orti possunt, aquam persequuntur. de At. 256 b, Iam iste serpens, quæ tum hic delitescit, tum se emergit, illisa morietur. Tusc. 135 b, Serpentes quasdam, quasdam esse gradientes. *id est, bestias.* de D. 90 b, Bellua vasta, circumplicata serpentibus. in Vat. 28 b, Repente tanquam serpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis ceruicibus intulisti.

¶ *Subrepens.* in Arat. *Quæ volat, & geminis serpens secat astra pennis.* de Senect. 88 a, Vitis serpens multiplici lapsu & erratico. 3. C. 19 a, Latiùs opinione disseminatum est hoc malum, manauit per totam Italiam, obscurè serpens multas prouincias occupauit.

SERPERASTRA, strorum. *à serpendo, vt oleaster, surdaster, & id genus alia.* Att. 103 a, De serperastris cohortis meæ nihil est quod doleas, ipsi enim se collegerunt admiratione vitæ integritatis meæ. *Serperastros, dixit pro hominib. vilissimis & perniciosissimis, quasi serpentum proles sint. Sunt quibus placet Cerberastros, quasi famelicis hominibus, & ad pecuniam tam quam Cerberus ad offam latrantibus. Alioqui superastra curriculis, id est, parui currus sunt puerorum, teste Varrone.*

SERPO, pis. *arrepo, progredior.* de Nat. 50 a, Alia animalia gradiendo alia serpendo ad pastum accedunt. ad He. 39 b, Iste tanquam iubatus draco serpit. de Ora. 127 b, Ecce enim serpere occultè cœpisti, nihil dū suspicantibus aliis. I. V. 65 b, si hæc consuetudo serpere ac prodire cœperit. pro Mur. 134 b, Serpit hic rumor. Att. 7 b, Sed vereor, ne hoc quod infectum est, serpat longius. & 230 b, Sustulisse mihi videtur simulationem desiderii, quæ serpebat in dies. de Amicit. 104 a, Serpit enim deinde res, quæ procliuius ad perniciem cum semel cœpit labitur. & 112 a, Serpit enim nescio quomodo per omnium vitas amicitia. I. A. 153 b, Cùm serperet in vrbe infinitum malum, idq; manaret in dies latiùs. pro R. P. 125 a, Serpet hoc malum mihi credite longius, quàm putatis. Anteq. 195 a, Ne calamitas remotior longius serpat atque progrediatur, præcauete. de Orat. 151 b, & in Ver. 65 b, Serpit malum consuetudine peccandi. de Finib. 135 b, Serpere anguiculos.

☞ Syntaxis. *Serpens ac progrediens consuetudo. Pars infecta ne serpat longius. Per omnium vitas amicitia serpit. Serpit malum, & latius manat.*

SERRA, ræ. *instrumentum dentatum, quo ligna & tabulæ vel tenuissimæ secantur.* Tusc. 250 b, Ne stridorem quidem serræ audiunt, cùm cùm acuitur.

SERRULA, læ. pro Cl. 55 b, Serrulæ adunca ex omni parte dentium, & tortuose.

SERTORIUS, rii. de Clar. orat. 180.

SERTORIANUS. 3. A. 232 b, Sertorianum bellum est.

SERTUM, ti. *corona.* Tus. 199 b, Incendes odores & sertis redimiri iubebis & rosis. I. C. 106 b, Sertis redimiti, vnguentis obliti.

SERVANDUS, a, um. Offi. 7 b, Officia etiam aduersus inimicos seruanda.

SERVATOR, oris. *conseruator.*)(*perditor.* pro Dom. 133 a, Cicero seruator vrbis. pro Plan. 281 e. Seruator mei capitis. L. SOTAN.

SERVATUS, a, um. pro Clu. 37 b. Iudicium in quo non modus habitus non consuetudo seruata. pro Arch. 189 b, Vrbem ex omni impetu hostium ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque seruatam. pro Fla. 160 b, Iudæi victi, elocati & seruati.

SERVIENS, tis. Attico. 286 b, A seruientibus abero. I. A. 228 b, Vita nulla est seruienti. Att. 284, Preces seruientis aduersus regem.

SERVILIS, le. *famularis.* Antequam. 197 a, Respublica metu est debilitata seruili. pro Syl. 177 b, Munus seruile. I. P. 79 b, Color seruilis. & 99 b, Vestis seruilis. de Orat. 139 b, Seruilis percunctatio.

SERVILITER. *abiectè, timidè.* Tuscu. 187 a, Ne quid seruiliter muliebriterue, faciamus.

SERVILIUS, *lacus Romæ fuit.* pro S. R. 33 a.

SERVIO, iui. *deseruio. seruitutem seruio, seruitutem patior, præsto sum. consulo, operam alicui do, lenocinor.* de Or. 100 a, Si quis apud nos seruisset ex populo fœderato, seseque liberasset. I. An. 209 a, Populum Romanum seruire fas non est. Attic. 112 a, Cato ipse iam seruire quàm pugnare mauult. pro R. P. 126 a, Alteri parere & seruire. Topic. 225 a, Quorum nemo seruitutem seruiuit. de Amic. 11 a, Cupiditatibus quibus cæteri seruiunt, imperare. 3. C. 106 e, Qui aliorum amori flagitiosissimè seruiebat. de Pro. 69 a, Sed ego in hac sententia dicenda non parebo dolori meo, nec iracundiæ seruiam. pro Cæl. 54 b, Vt in alterius dolore vel priuati, vel indulgētia vestra seruiatis. pro se. 15, sed agam moderatè, & huic tempori potius seruiam quàm dolori meo. Tus. 155 b, Optimus quisque maximè posteritati seruit. pro Plan. 261 a, Honores si magni non putas, noli seruire populo. pro Mar. 135 b, Serui etiam iis iudicibus, qui, &c. Qu. fra. 294 b, Alicuius commodis vtilitatique seruire. & 295 e, Consulere populorum commodis, & eorum vtilitati salutique seruire. pro S. R. 25 e, Rei familiari maximè seruire, &c. de In. 79 a, Seruire reb. suis & commodis. pro Planc. 279 a, Reipublicæ seruiuit semper, nunquam nulli. de Cla. 187 a, Multorum obedire tempori, multorumque honori vel periculo seruire. pro Sest. 7 b, Seruire dignitati. Postquam 202 a, Virtuti & gloriæ seruire. Tuscul. 229 b, Seruire pecuniæ. de Orat. 138 b, Seruiendum est breuitati vel venustati. Orat. 214 a, Seruire numeris. & b, Compositio, quæ tota seruit grauitati vocum, & 219 b, Attici maximè numero seruientes. Attic. 278 a, Ac mihi tum Brute officio solum erat, & naturæ. tibi nunc populo & scenæ, vt dicitur, seruiendum est. Epist. 263 b, Sed indulge valetudini tuæ, cui quidem adhuc tu, dum mihi deseruis, seruisti non satis. 3. A. 62 a, Alienus tibi seruiat, tibi lenocinabitur. Att. 221 a, & 65 b, Ac magis mihi isti seruiunt, si obseruare seruire est. 3. C. 102 a, Spero meos omnes seruire laudi meæ. de Orat. 138 a, Aliquem venustati vel maximè seruisse. & 104 a, Seruiamus vectigalib. At. 120 b, 159 b, Seruire tempori cùm necesse sit. Epist. 258 b, Seruire corpori Quint. fr. 299 e, Te rogo, vt valetudini tuæ diligentissimè seruias. I. A. 219 b, Magnum est, personam in republ. tueri principis, quæ non animis solùm debet, sed oculis seruire ciuium. Offic. 73 b, Cùm tractaretur Atreus, personæ seruiendum fuit. Epi. 72 b, Et constantiæ seruiendum. de Fi. 130 b, Huius ætati & huic nunc hoc primùm fortasse eudiciotu seruire debemus. Epi. 18 b, commodare alicui. i. seruire.

¶ *Seruire cùm ad rustica prædia vel vrbana refertur, aliqua re grauari & obligari.* contra Rull. 89 e, Prædia omnia quæ seruiebant, non seruient. de Or. 99 b, & Offi. 65 a, Ædes Sergio seruiebant, sed hoc in mancipio Marius non dixerat.

SERVITIUM, tii. *seruus.* de At. 249 b, & 3. V. 237 b, & 3. C. 118 b, Omne seruitium in alteram scenam immissum. *id est, omnes serui.* pro Flac. 164 b, Seruitia sileant. pro Cæl. 54 a, Incitare ad cædem seruitia. de Leg. 189 a, Seruitia. de Leg. 286 b, Neque desistam abstrahere à seruitio ciuitatem nostram. *id est, à seruis, vel à seruitute.*

SERVITUS, tis. *seruitium, famulatus.*)(*libertas.* Anteq. 192 b, Omnibus graue seruitutis iugum esse debet in libertate educatis. & ibi. Qui à vestro corpore iugum acerbissimum repulit seruitutis. Parad. 12 e b, Seruitus est sicut obedientia fracti animi, &c. & 123 b, Durissima seruitus. Parad. 123 b, Omnis animi debilitata, & humilis, & fracta timiditas, seruitus est. pro Deio. 149 b, in dominatu seruitus sit, in seruitute dominatus. I. A. 220 a, Diutius seruitutem perpessi sumus, quàm captiui frugi, & diligentes solent. Off. 33 b, Populus Romanus pro turpi stupro datur in seruitutem. 3. P. 97 b, Qui socios nostros in seruitutem edduxerunt. de Prouerb. 71 a, Tradere aliquem in seruitutem alicui. & ibidem. Iudæi & syri nationes natæ seruituti. pro Dom. 239, Ciuitas seruitute oppressa. I. P. 82 b, Emori potius, quàm seruire præstat. pro Mar. 138 b, Seruire seruitutem. Attic. 281 b, Repellere seruitutem à suis ciuibus. pro Cl. 21 b, & 221 e, Esse apud aliquem in seruitute, vel in ergastulo. Qu. Fr. 318 b, Aquæ iure cōstituto, & seruitute illi fundo imposita. Att. 285 b, Ni fortè non de seruitute, sed de conditione seruiendi recusandum est à nobis. Offi. 16 b, Mors seruituti turpitudinique anteponenda est. I. A. 181 e, Seruitus est postremum malorum omnium. & 209 a, Aliæ nationes seruitutē pati possunt, populi Rom. est propria libertas.

☞ Syntaxis. *Seruire dignitati. Reip. tempori. A seruitio patriam abstrahere. in seruitutem dare aliquem, adducere, tradere. Seruitutem seruire. Esse apud aliquem in seruitute, atque in ergastulo. Fundo seruitus imposita.*

SERVO, as. *conseruo, asseruo, adseruo, obseruo, tueor, custodio, teneo, non discedo.* Epist. 141 a, Ego seruo & seruabo Platonis verecundiam. Att. 145 e, Volumen epistolarum tuarum sub signo habeo, seruoque diligentissimè. pro Clu. 24 b, At id quod conceperat, seruaret, vt saluum parere posset. de Am. 101 a, seruare amicitiā summa fide. Offi. 19 b, seruare decorum. pro Pl. 262 e, sed seruare me esse est gradum. pro Pls. 261 b, Ad ea tempora reuocari, ad quæ tu te ipse seruaris. Att. 77 a, Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem literas: itaq; eò me seruaui. de Diuinat. 201 b, seruo & obseruo, idem. Officio. 21 a, Tenere, seruare, & obseruare. idem in Anton. 213 a, seruare pacem cum aliquo. Off. 13 b, seruare æquitatem. Epist. 28 a, seruare leges. Epi. 195 b, & 13 a, si omnia mihi integra & ipse & fortuna seruauerit. Tusc. 163 b, seruare se integrum & castum. pro Clu. 36 a, seruare consuetudinem. de Or. 129 a, Parcebat enim aduersarii dignitati, in quo ipse seruabat suam.

SERVOR, ris. pro Rabir. 92 b, Ius libertatis defendendo seruari oportere. At. 263 a, Decreta Coss. quæ quę de Cęsaris actis interposita sunt non seruantur. I. 116 b, Ciues integros incolumesque seruari.

¶ Seruare de cœlo, *auguralis verbum est, & auspicia de cœlo obseruantis. significat enim augurem aliquid obseruasse vidisseque in cœlo. hoc est, in aere, quo seruato cum populo non licet agere: vt si fulserit, si tonuerit, si factum aliquid erit de cœlo, quæ Cicero de Diui. docet.* pro Dom. 221 a, Te interrogante, Augures responderunt, Cùm de cœlo seruatum sit, cùm populo agi non posse. & ibidem sæpe. item in Ant. 176 a, Attico. 31 b, & 56 b.

SERUS, a, um. *tardus.* Epist. 21 a, sera gratulatio reprehendi non solet. in A. 194 b, Vt magis exoptatæ cal. quàm seræ esse videantur. de Diuin. 122 e, Tarda & sera nimis.

SERVULUS, li. pro Qu. 4 b, pro Cec. 196 a, b. L. PURANDO.

SERVULA, læ. *famula.* Att. 7.

SERVUS, a, um. *seruitium, famulus, puer, mancipium, seruiens, qui non est sui iuris, qui libertatem perdidit, arbitrio suo carens.*)(*liber.* pro Cornel. quinquagesimo nono b, serui, quorum vis & fortuna conditio & infima est. & ibidem, seruos de republ. bene meritos persæpè libertatē, id est, ciuitate publicè donari vidimus. in Verr. 149 b, Hunc serui ancillæque amant. Attico. 122 e, Pollucem seruum à pedibus meum Romam misi. in Anton. 226 b, Neque tam serui illi dominorum, quàm tu libidinum. & 87 b, seruit cupiditatum. Epistol. 1 e b, seditionum seruus & minister. & 13 b, Coss. seditionum serui ac ministri. pro Cluent. 48 b, Legū idcirco omnes serui sumus, vt liberi esse possimus. Attico. 195 b, serui, mancipia, pueri. contra Rull. 68 b, Prædia libera meliore conditione sunt, quàm serua. Quintum Fratr. 293 a,

seruus egregiè fidelis. pro Sex. Rosc. 40 b, Ego seruum habeo nullum. Orat. 83 a. Vlysses contumelias seruorum ancillarumque pertulit. Parad. 188 b, Non enim ita dicunt eos esse seruos, sicut mancipia, quæ sunt dominorum facta nexu, aut, &c.

Syntaxis. *Prædia serua.*

Sesamensvs. a *Sesamo oppido.* Att. 82 a.

Seselis. de N. 51 e, Ceruæ paulò ante partum per purgant se quadā herbula, quæ seselis dicitur. *aliter, seselis.*

Sesqvi. ἡμιόλιος, *sesquiplex.* Or. 215 e, b, Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, vt necesse sit, partem pedis aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse maiorem. Ita sit æqualis dactylus, duplex iambus, sesquipæon.

Sesqvialtera, a, um. ἡμιόλιος, *sesquiplex.* de Vn. 199 a, Deinde detraxit tertiam, quæ secundæ sesqualtera. & ib. sesqualteris interuallis, & sesquitertiis & sesquioctauis sumptis, ex his, &c.

Sesqvimodivs, dii *modium cum dimidio.* I.V. 196 b.

Sesqvioctavvs, a, um ἐπόγδοος. de Vn. 199 a. L. Sesqvitertivs.

Sesqviplex. *sesqualiter.* Orator. 216 a, Modus aut sesquiplex, aut duplex, aut par.

Sesqvitertivs, a, um. ἐπίτριτος. de Vn. 199 e, Ex his colligationibus in primis interuallis sesquioctauo interuallo sesquitertia omnia explebat. *De hisce proportionibus vide Perionis de optimo genere interpretandi vtilissimos pariter & eruditissimos commentarios.*

Sessio, onis *situs genus unum.* de N. 20 a, Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio. de Fin. 128 b, Quamobrem etiam sessiones quædam contra naturam sunt. Off. 26 a, Status, incessus, sessio, accubatio.

Sessio, *pro sede, aut quouis loco, vbi quis sedere potest.* de Orat. 100 b, Porticus, palæstra, & tot locis sessiones. de Fin. 184, Cuius etiam illa sessio fuit, quam videmus.

Sessio, *pro consessu.* L. Pomeridianvs.

Sessito, as. *insideo.* de Clar. 169 b, Quam deam in Periclis labris sessitauisse ferunt.

Sessva. *sessio, vel ordo sedentium.* Ep. 164 a, Heremium Gallum in quattuordecimum sessum deduxit. *Pollionis.*

Sestertivm, tii: & Sestertivs, tii. *cuius hæc est nota.* H-S. I.V. 118 b, Numerantur illa H S. ducenta quinquaginta Syracusis. Att. 179 b, Minutios XII. sola curauit. id est, H-S. Epistola. a 17 a, Ea pars est ad XXX. sestertia. & 166 e, Nicenses ei grandem pecuniam debent ad sestertium octogies. I. A. 241 b, Antonius sestertium septies millies pecuniæ publicę auertit. I. P. 98 e, Sestertium centies & octogies ex ærario tibi attribuit, Romæ in quæstu reliquisti. pro Flacc. 152 a, Nos hic in mare superum & inferum sestertium ter & quadragesies rogabamus. Epist. 76 a, H S. centum millia. & ibidem b, H-S. centum bis. & ibidem. Omnem pecuniam apud publicanos deposui, id fuit. H-S. XXII. Epist. 76 b, Si mihi expensa ista H. S. centum tulisses. Off. 64 a, Dixit se pluris æstimare, addidit centum millia. I.V. 75 b, Sestertium millies. in Verr. 59 b, Pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegit. pro Clu. 55 b, Ipse ormarii fundum execuit, & sestertiorum & auri quinque pondo abstulit. pro R. P. 130 a, Bona alicuius nummo sestertio cuipiam addicit. Orator. a 15 b, Sestertium nummum, non nummorum. Off. 70 b, Cum testamento sestertium millies relinquatur. Parad. 125 b, Capit ille ex suis prædiis sexcenta sestertia, ego centena ex meis.

Sestertivs. *dictus est, quasi sesquitertius: valet enim duobus assibus cris & semisse. Idem autem erat quod nummus: etiamsi vtrunque nonnunquam coniungatur. Sestertium autem genere neutro, mille sestertios significat, hoc est, argentei asses duos (quas libras alii vocant) & semissem. Additur etiam sæpenumerò verbum Mille, aut aduerbium alicuius numeri, hac formula: Mille sestertium, vel millies sestertium: & tunc sestertium pluralis genitiuus est, pro sestertiorum. Vbi verò aduerbium adiunctum sestertio est, intelligendum est centeni: vt decies sestertia, id est, decies centena. Colligamus igitur ista, vt facilius cognosci & retineri possint.*

Mille { *sestertium* / *sestertium nummum* / *nummum* / *sestertij* } *idem sunt: id est, XXV. aurei nummi, siue coronati.*

Seta, æ de Or. 164 a, Natura equo & leoni setas, caudam & aures ad motus animorum declarandos dedit. Tus. 240 a, Gladium è lacunari seta equina appensum demitti iussit.

Setinvs. ager. contra Rull. 79 a,

Sev: *siue.* pro Qu. 14 b, O fortunatum hominem; qui huiuscemodi nuncios, seu potius pegasos & habet. & 5 b, & pro ce. 198 a, Seu rectè seu perperam facere cœperunt.

Severè. *austerè, strictè.* pro Qu. Rosc. 52 e. Seuerissimè exacta vitas. Officio. 27 e, & pro Muræo. 134 a, seuerè dicere. & 136 b, & I.V. 66 a, Lites seuerè æstimare.

Severitas, tis. *grauitas, tristitia, duritas.*)(*comitas humanitas.* Epistol. 199 b, Vt summa seueritas summe cum humanitate iungatur. pro Mur. 140 a, Si illius comitatem & facilitatem tuæ grauitati seueritatique asperseris. de Orat. 130 b, Risus tristitiam ac seueritatem mitigat & relaxat. & 125 a, Iudex tum ad seueritatem tum ad remissionem animi est contorquendus. pro Syll. 185 a, Sic vos seueritatem iudiciorum, quæ per hosce menses in homines audacissimos facta est, misericordia mitigare. Quin. fra. 194 a, Seueritatem acerbam multis humanitatis condimentis mitigare. de Ar. 690 a, Prisca illa seueritas sacrificii. I. P. 81 e, Seueritas censoriæ magistra pudoris & modestiæ. de cl. 195 a, Laxare iudicum animos, atque a seueritate paulisper ad hilaritatē risumq; traducere. Ora. 208 b, Duritas & seueritas, & quasi mœstitia orationis. & 214 a, Oratores cum seueritate audiri poetas autem cum voluptate. Quin. Fratr. 193 a, Summa in iure dicendo seueritas. in Caelio. 181 a, Seueritas animaduersionis. Acad 35 a, Ipsa seueritas & grauis & recte ratio mihi obseruatur. de Finibus. 53 b, Adhibere seueritatem in aliquo. de Cl. 173 a, b, Homo ipsa tristitia & seueritate popularis. Att. 11 a, Xenocrates & Metellus Numidicus, seueritate clari. Att. 12 a, seueritas consulatus mei. & ibid. Senatum ad pristinam seueritatem reuocaui. de Clar. 177 b, Crassus in summa comitate habebat etiam seueritatis satis Off. 18, Et tamē ita probanda est mansuetudo atque clementia, vt adhibeatur resp. causa seueritas. de Sen. 91 a, seueritatem in senectute probo, & eam, sicut alia, modicam: acerbitatem nullo modo.

Syntaxis. *Tristitia & seueritas. Acerbam seueritatem humanitatis condimentis mitigare. Duritas, mœstitia, seueritas. Orator cum seueritate auditur.)(cum voluptate poeta. Suam comitatem alicuius aspergere seueritati.*

Severvs, a, um. *grauis, tristis, austerus, acerbus, vehemens, asper, durus, ac pene agrestis.)(dissolutus, indulgens.* Offic. 75 a, Qui nuper indulgens in patrem idem acerbus & seuerus in filium. pro Cl. 89 a, Index seuerus in facinorosus. Tusculan. 218 a, Imperia seueriora nulla esse putant sine aliqua acerbitate iracundiæ. de Clar. 175 a, Tubero vita seuerus, & congruens cum Stoica disciplina. de Orator. 153 b, Seuerus & tristis vultus. & 189 b, Omnium grauissimum & seuerissimum esse. in Ve. 231 a, Postea iudicia seuera Romæ fieri desierunt. de Cl. 195 b, Sententiæ non iam graues & seueræ, quàm concinnæ, & venustæ. pro Pom. 11 b, Non potest esse seuerus in iudicando, qui alios in se seueros esse iudices non vult.

Syntaxis. *Acerbus ac seuerus. Vita Seuerus. Seuerus ac tristis vultus. Grauis ac seuerus.*

Sevoco, as. *separo, abduco, aufero.* de Natura. 63 a, Difficile est mentem a oculis seuocare. Tusculan. 163 b, Qui se a corporibus seuocassent. & 164 a, Seuocare animum ab omni negocio. de Diuination. 93 b, Cum est somno seuocatus animus a societate corporis. Orator. 203 a, & 202 b, Ab his hæc eloquentiæ seuocanda est. pro Quin. a b, Næuius de communi quicquid poterat, ad se in priuatam domum seuocabat.

Sexagena, millia. I.V. 246 b, Verumetiam quò plus darent quàm poterent, hæc sexagena millia modum addidisti.

Sexagesimvs. Att. 74 b. Sexagesimo & quoto post pugnam Bouillā. L. Septingentesimvs.

Sexagies. io Att. 169 a. sexagies sestertium. pro S. R. 29 a, Bona quæ sunt sexagies. L. Centies.

Sex & quinquaginta. pro Sext. Rosc. 21 b, sex & quinquaginta millia passuum.

Sexaginta. de Leg. 188 b, Att. 288 e, sexaginta duobus.

Sexennivm, nii. I. A. 195 b, de D. 101 a, Att. 85.

Sexceteni. I.V. 248 a, Sexcentenos nummos constituere. *aliter Sexcenos.* I.V. 248 a, Verres certo precio sexcentenos nummos nautarum missione constituit.

Sexcenti, æ, ta. in Verr. 138 b, Cn. Sextium mille modium, sexcentos præterea alios, &c. Attico. 94 a, Belli periculum, militum improbitas, sexcenta præterea alia. de Diuinat. 115 a, Sexcenta licet einsmodi proferre Attico. 33 b, Et sexcenta sunt. & 38 b, Ad annos sexcentos, Att. 100 e, Venio ad epistolas tuas, quas ego sexcentas vno tempore accepi. Para. 105 b, Capit ille ex suis prædiis sexcenta H S. ego centena ex meis.

Sexcenties. Att. lib. 4, Contempsimus sexcenties H S.

Sexceni. I.V. Act. 7, Sexcenos nummos constituere.

Sexprimi: vt *Quinque primi & Decemprimi* de N. 74 b, Id quoque L. Alenius fecit, cùm chirographum sexprimorum imitatus est.

Sextans, tis. *sexta pars est. duæ unciæ.* Ep. 217 a.

Sextarivs, rii. *mensuræ nomen, continetque minas duas, seu cyathos duodecim.* Officio 44 b, si emeret aquæ sextarium mina cogerentur.

Sexdecim. pro Cluent. 36 a.

Sextilis, lis. *Augustus mensis.* L. Qvintilis. Epistola. 160 a, si in Sextilem comitia.

Sextvla, læ. *sextans.* pro Cec. 288 a, L. Assem Aspergo.

Sextvm consul: vt *Septimum consul.* I.V. 83.

Sexvs, vs. de In. 30 e, Hominum genus in sexu consideratur, virile, an muliebre sit.

Si. *cum, vt, etiamsi.* pro cecin. 194 b, Neque verò quicquam opus sit verbis, cùm eares, cuius causa verba quæsita sunt, intelligatur. & ibidem, sermo hercule familiaris non cohærebit, si verba inter nos aucupabimur. Epistola. 6 a, si volo te esse, quem tu me esse voluisti. in Verr. 106 b, Hac conditione, si quis, &c. de Orator. 91 a, sed is, si quis esset, aut si etiam vnquam fuisset: aut verò si esse posset, tu esses vnus profectò, qui, &c. Attico. 188 a, Moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. pro Sylla. 18a b, concedatis, vt nobis libertatem retinere liceat: si minus, dignitatem. & ibidem, Grane, si appetimus aliquid, si cum cæteri de nobis sileant, nos ipsi non taceamus. pro Cluen. 18 b, Deinde si quam opinionem mentibus vestris comprehendistis, si eam ratio conuellet, ne repugnetis. & 20 b, Non timuisse si minus vim deorum, ac noctem illam, &c. & 21 a, Atq; ea si obliuione non posset, tamē taciturnitate sua tecta esse pateretur. pro Q. 14 a, Et mehercule si mihi deceret, tacito ipso officio me moueret. de Or. 111 b, Ergo id q tutu io genere fecerit, si nō planè artē, at quasi artē quādā effecerit. & 144 a, Aliculi si nunquā partem illius ingenio, at p nostro tamē studio meritā gratiā referre. Or. 106 a, Alicuius rei huiu p-

lectio,

fecisse, ut eos itur tamē, &c. de Or. 114 b, Si minus ut, &c. ac certè, &c. I.V. 207 a, Hic uenit in iudicium, si nihil aliud, saltem ut, &c. Attic. 110 a, Ut nihil aliud, hoc tamen perfecit, &c. & 4 a, Id te scire uolui, si quid fortè ea res ad te pertineret. Quint. Frat. 300 b, Nihil reprehē do nisi iracundiam tuam, & si fortè raró, literarum missarum in diligentiam. Attico. 209 a, Nitor orationis noster, si modò est aliquis in nobis. & 261 b, Is malè intelliget, si quisquam male intelliget. Orator. 295 b, Is magnus orator est, si non maximus. de Orato. 135 a, Vide, inquit, Scaure, mortuus capitur, si potes esse possessor. cont. Rull. 75 b, Et mihi quæso ignoscite, si appello talem uirum sæpius. de Diuinat. 183 b, Dicito, si pascuntur aues. & ibidem, Dicito, si silentium esse uidebitur. Antequam. 193 a, Non queunt, si maximè cupiant. pro Quint. 6 a, Si maximè velim. de Finibus. 49 a, Qui si hoc maximè placeat, iis volunt, &c. de N. 13 a, Roges me quid sentiam. nihil respondeam *id est, si roges*. I.A. 134 b, Assensero *id est, si assensero*. & ib. Negauero *id est, si negauero*. Ep. 106 a, Etenim si quid generis istiusmodi me delectat, pictura delectat. At. 10 b, Si unquam tibi usus sum fortis, certe me tunc admiratum esses. & 54 a, Si unquam fuimus, &c. aut si unquam, &c. tu profectò. & 9 a, si unquam mihi epicheremata suppeditarunt, illo tempore. Epist. 90 a, Si quis est, &c. is ego sum. & 146 a, si quisquam fuit unquam, &c. ego profectò is sum. pro Sest. 3 a, si quis antea mirabatur, quid esset, quod, &c. ex hoc tempore miretur potius, &c. de Clar. 265 b, Si fuit tempus ullum, cum, &c. tum profectò fuit. pro Milon. 103 a, si tempus est ullum iure hominis occidendi, quæ multa sunt: certè illud est non modò iustum, sed etiam necessarium, cùm vis illata defenditur. I. An. 221 a, Quod si cuiquam iustus honos habitus est in morte legato, in nullo iustior quàm in Ser. Sulpicio reperietur. Ep. 122 b, si ullam in amicitia spem habes, si, &c. si, hoc mihi da atque largire, ut, &c. & 194 a, Si abesses, &c. sin, &c. pro Syll. 179 b, & pro Sest. 29 b, *si pro quia, vel quoniam*. de Am. 110 b, Si aliquid, &c. & ibid. Si aliquem. Off. 38 a, Nostri Imperatores ex una hac re maximam laudem capere studebant, si prouincias, si socios æquitate & fide defendissent.

¶ *Si enim in argumentatione*. de Inuen. 55 a, b, & deinceps. de Orator. 123 b, & 124 a, Top. 221 b, 222 a, 225 a, ut, Si peperit, uirgo non est: Si oportet sapere, dare operam philosophiæ conuenit. * sibi. de Am. 97 a, Factus est Consul bis, primum ante tempus, deinde sibi suo tempore. } L. Coniunx vm.

Sibilo, as. Att. 34 a, Populares isti iam etiam modestos homines sibilare docuerunt. ad Her. 33 a, Vagire, mugire, murmurare, sibilare.

Sibilus, li. pro Quint. R. 50 a, Erotes comœdus e scena non modò sibilo, sed etiam conuicio explodebatur. Ep. 112 b, Hic tibi clamor tonitruum & rudentum sibilus. I. P. 93 b, Date populo, committe ludis, sibilum metuis? Att. 33 a, Fusum clamoribus & sibilis consectantur. de gloria teste Charisio lib. 1, In Tusculanum mihi nunciabantur gladiatorum sibili.

Syntaxis. *Rudentum sibilus.*

Sibylla, læ. de D. 67 a, Nam terræ vis Pythiam Delphis incitabat, naturæ Sibyllam. & 87 b, Vaticinans per furorem, ut Sibylla Erithræa. *de qua, & eius ratione tota, uide Sibyllina oracula a Sebastiano Castalione è Græco in Latinum eleganter conuersa.*

Sibyllinus, a, um. I. V. 225 b, Additum est ad libros Sibyllinos, a quibus inuentum, Cererem placari oportere. de D. 80 b, Furore diuinationes Sibyllinis maximè versibus contineri. I. C. 112 a, Ex fatis Sibyllinis, aruspicum responsis. de N. 27, Ex sibyllinis vaticinationibus. de Ar. 249 b, Sibyllinus sacerdos.

Sic. *eadem ratione, ita, item, quid, hoc modo, illo modo, perinde, similiter*. de Diuinat. 133 b, Siue sic est, siue illo modo. Epistol. 229 a, Apud eum sic fui, tanquam domi meæ. pro Planc. 293 a, Huius præfectura plena est uirorum fortissimorum, sic ut nulla tota Italia frequentior dici possit. Officio. 51 b, Ipsa inter se corporis comparantur sic, &c. de Arusp. 245 a, Atque hoc sic moderetur & cogitet, si, &c. sin, &c. Orat. 208 b, Omnis pars orationis debet esse laudabilis, sic ut nullum verbum nisi elegans excidat. & 218 a, Verborum ordinem immuta. fac sic, comprobauit stili temeritas. item: Et sic frangor sæpe misericordia. Epistol. 103 a, Sic ei te commendaui, ut grauissimè potui. & 114 b, sic, &c. quomodo. I. Att. 82 a, Visne igitur te inspiciam a puero? sic opinor. de Sen. 82 a, Literas Græcas sic auidè arripuit, quasi diuturnā sitim explere cupiens. Epist. 156 a, Sic fit, ut, &c. ita fit, ut, &c. de Leg. 265 b, Illa quæ aliis sic, aliis secus, nec iisdem semper uno modo videntur ficta esse dicimus.

Syntaxis. *Sic apud illum fui, tanquam. Locutus est Cæs. sic, ut nullus unquam. Et sic frangor, id est, atque adeo: uel, itaque. Visne dicam? Sic opinor. Sic dixit, quasi. Sic ergo fit, ut. Ea quæ aliis sic, aliis secus uidentur, &c.*

Sica, cæ. *gladius*. L. Percussor. I. 100 b, Iam tibi extorta est sica ista de manibus. & 109 a, Pueri qui sicas uibrare & uenena spargere didicerunt. de N. d. 74 b, Sicæ, uenena, peculatus.

Sicarius, rii *gladiator, grassator*. pro Sext. Rosc. 20 a, Homines sicarii atque gladiatores. in Verr. 77 b, Non sicarium, sed crudelissimum carnificem in iudicium adduximus. de Finibus. 75 b, Cùm prætor quæstionem inter sicarios exercuisset. pro Cl. 48 b, Quæstio M. Pletorii, & C. Flaminii inter sicarios, C. Orchinii peculatus, mea de pecuniis repetundis. pro Sext. Rosc. 33 b, Qui inter sicarios & de ueneficiis accusabant. in Anton. 166 a, si ostenderis, quomodo sis eos inter sicarios defensurus. de Orato. 118 a, De sicariis, de ueneficiis, de peculatu infitiari necesse est.

Sicca, cæ. *oppidum*. Att. 255.

Siccine *pro, sic ne, uel an sic*. de Fin. 36 a, Siccine eos censes? &c.

Sicce *presse subtiliter*. de Opt. 244 a, Atticè dicere: id est, quasi siccè, & integrè.

Siccitas, tis. *aquæ penuria, uel pluuiæ*. Quint. Fr. 318 a, Aqua sanè belle fluens, præsertim maxima siccitate.

¶ *Gracilitas*. contra Rull. 80 a. L. Siponrinus. de senectu. 83 a, summa in eo est corporis siccitas. Tusc. 247 b, Siccitas consequitur conuenientiam in uictu. de Natu. 66 a, siccitas orationis. ad Her. 25 b, siccitati carescere.

Sicco, as. *exhaurio*. I. A. 195 b, Ille paludes siccare uoluit.

Siccus, a, um *solidus, sobrius, pressus*.) (*uinolentus*. Acad. 228 a, Vinolentorum & furiosorum uisa imbecilliora esse dicebas, quàm siccorum & sanorum. de Opt. 243 b, Attici oratores sani & sicci. in Bruto, sicca oratio.

Sicilia, liæ *insula*. I. V. 109 b, Cato ille sapiens cellam penariam reip. siciliam nominauit.

Siciliensis, se. de Natu. 64 a, Fretum siciliense. Epist. 220 a, Quæstu tamen siciliensis. I. V. 70 b, Ei quoque negocio siciliensis imitabantur.

Siculi. I. V. 55, Siculi hominum genus nimis acutum & suspiciosum.

Sicubi. *si quo in loco*. I. V. 238 a, Atque hæc sicubi facta sunt, ut, &c. & Tusc. 170 b, & Att. 250 a, & pro Cor. 61 b.

Sicunde. *si aliunde*. Att. 114 b, sicunde potes, erues.

Sicut, Sicuti *ut, æquè ut, item ut, ita ut, similiter atque, tanquam, uelut*. Tuscu lan. 176 a, Attic. 276 b, Hæc ei rescripsi ad eum, ut suo iudicio uteretur, sicut in rebus omnibus. Epist. 65 a, si me, sicut soles, amas. & 22 a, si ab improbis ciuibus teneri remp. uiderem, sicut & meis temporibus scimus, & nonnullis aliis accidisse accepimus. item: Me sicut alterum parentem & obseruat & diligit. Epist. 84 b, Ille me amplectitur sicut neminem. de Or. 104 b, Quamuis scelerati fuissent, sicut fuerunt. Epi. 16 a, Quamobrem eius causam defendi in senatu, sicut mea fides postulabat. & 40 b, Quanquam perspexisses, sicuti perspicies. &c. Aca. 28 b, Amaui hominem sicut ille me. & 92 a, sicut adhuc feci. & 44 a, sicut tu optas. de Or. 113 b, sicut mihi videtur. Parad. 132 b, sicut sapiens poeta dixit. Epist. 70 b, fin, sicut hic dum erat, etiam doles, &c. Acad. 30 a, Defendere aliquem sicut caput & famam suam. de Orat. 147 b, species alia magis alia formosa est, sicut hæc vis, &c. & 105 b, Quibus quidem in causis omnibus sicut in illa M. Curii, quæ, &c. fuit inter eos magna dissensio. Orat. 207 b, sunt enim omnia sicut adolescentis non tam re quàm spe laudata. de Orat. 94 b, Nihil est quod cogat homines, sicut in foro non bonos oratores, item in theatro malos actores perpeti. de Inuē. 64 a, Hic locus est sicut aliquod fundamentum huius constitutionis.

Syntaxis. *Te sicut alterum parentem amo.*

Sicyon, *quando*. At. 7, Off. 50.

Sicyonius, a, um. de Or. 105 a, Calcei sicyonii.

Sida, *urbs*. Epist. 33, & 193, Lentuli.

Sidicinus. Att. 89, & I. A. 180.

Sidon, onis *urbs*. Att. 44 a.

Sidonius. Antipater. de Or. 161 a.

Sidus, ris. *stella, astrum*. Tuscu. 145 b, Cum sidera viderit innumerabilia cœlo inhærentia, cum ipsius mundi motu congruere, certis infixa sedibus, septem alia suos quæque tenere cursus, multum inter se aut altitudine, aut humilitate distantia, &c. de Natu. 8 a, sidera quæ infixa cœlo sunt. de Diu. 127 a, sidera quæ vocantur errantia. de somn. 328 a, illis sempiternis ignes, quæ uos sidera stellasque vocatis. de Natu. 9 a, signa sideraque cœlestia. Tusculan. 162 b, Forma cœli undique sideribus ornata. de Natu. 33 b, sidera, quæ ex nobilissima purissimaque ætheris parte gignuntur. & ibidem sidera esse calida & ignea. de Finibus 86 a, Cum omnium siderum eodem unde profecta sunt, fiat ad unum tempus reuersio. de Nat. 57 b, Circuitus solis & lunæ, reliquorumque siderum.

Syntaxis. *Sidera errantia. Sidera stellæque: eadem.*

Sigæum, gęi. *Græcè σιγεῖον, promontorium*. pro Ar. 190 a, Achillis tumulus in sigæo. Epist. 68.

Sigillatim. *singillatim, singulatim.*) (*generatim atque uniuersè*. I. V. 456 a, Anteq. 196 b, Quibus sigillatim sæpe supplex ad pedes iacui. Attic. 9 b, Ad pedes omnium sigillatim accidente Clodio. I. V. 275 b, sigillatim unicuique denunciabat. Tusco. 246 b, Hæque voluptates sigillatim extenuantur, quarum genera non contemnunt.

Sigillatus, a, um; *crustis & emblematis ornatus, signis ornatus*. I. V. 206 b, Iubet mihi scyphos sigillatos ad prætorem afferre. & 210 a, sigillata simulachra. L. Puteal.

Sigillum, li. *signum, emblema*. I. V. 211 a, Apposuit patellam, in qua sigilla erant egregia. & ibid. sigillis auulsis, reliquum argentum reddidit. & 234 a, Tabulæ in quibus sigilla perscripta erant. Academ. 21 b, si in eiusmodi cera centum sigilla hoc annulo impressero. Attico. 5 b, Potealia sigilla duo.

Signatus, a, um. *consignatus, cælatus*. I. V. 248 b, Argentum factum atque signatum. Tuscul. 161 a, Memoriam esse signatarum rerum in mente vestigia. Attico. 250 b, signata iam epistola Formiani venerunt. & 170 b, Accepi à te signatum libellum. Orato. 202 b, Quanquam omnis locuti oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est.

Signifer, ri *qui signum aut uexillum præfert*. de Diu. 96 b, Cum signifer primi hastati signum non posset mouere loco. & 122 b, pro Syl. 173 b, Cum Torquatus signifer esset iuuentutis. I. V. 124 b, signifer calamitosorum. pro Planc. 275 b, Qui causæ nostræ duces & quasi signiferi fuerunt. Att. 22 b, Te signifero ac principe.

Signifer orbis *id est ζωδιακὸς*. L. Zodiacus.

SIGNIFICANTIVS. *clarius.* Ep. 44 b, Tamen hac mihi affinitatem-aiata non maiora equidem studio, sed acrius, apertius, significatius dignitatem tuam defendissem.

SIGNIFICATIO, onis. *sententia, uis, notio, potestas, uirtus.* Par. 239 b. Cum autem plura significantur scripto propter verbi aut uerborum ambiguitatem, vt liceat ei qui contradicat, significationem scripti ad trahere, quó expediat aut uelit. & 242 a, Vterque enim hanc significationem qua utetur, ipse dignam scriptoris prudentia esse defendet. de Inuent. 51 a, Tempus est pars æternitatis cum alicuius annui, menstrui, diurni nocturni ouspacii certa significatione. Orat. 209 b, Significatio sæpe erit maior quam oratio. de Orato 161 b, Præcisio, & plus ad intelligendum quàm dixeris significatio. & 133 b, Arguta enim significatio est, cùm, &c.

¶ *Indicium, signum, argumentum.* Epistol. 93 b, Ad me autem literas quas misisti, quanquam exiguam significationem tuæ erga me volũtatis habebant, tamen mihi scito iucundas fuisse pro Clu. 24 a, Is cùm testamentum mutare cœperit, in ipsa significatione huius voluntatis est mortuus. Quint. Fratr 298 a, b, Theatrum Asiæ ita resonans, vsque Romam significationes [illegible] referantur. pro Pompu. 5 a, Qui vna die tota Asia, vno nuncio atque [illegible] literarum significatione ciues Rom. necandos trucidandosque [illegible]rant. de Orator. 122 b, Orator, qui quàm minimam artificii alicuius, deinde nullam Græcarum rerum significationem darat. & 125 a, Pudoris significatio. I. A. 256 a, Sed quoniam significatio vestra declarat quid sentiatis, ad literas ueniam. Offic. 26 b, Ex quibus magna significatio fit, nó adesse constantiam. ad Herenn. 41 a, Ita hæc consequenda, quæ conficiunt huiuscemodi significationem. & 28 b, Exclamatio conficit significationem doloris. de Cl. 163 b, Gestus sententiam, non demonstratione sed significatione declarans. ad Herenn. 40 b, Significatio est quę plus in suspiciona relinquit, quam positum est in oratione. Off. 329 b, Significatio sensus absentium. de Diuinat. 137 b, Valetudinis significationes. de Natura. 9 a, Rebus inanimatis per quandam significationem, deorum esse tributa nomina. de Diuinat. 134 a, & 119 a, Diuina via consulens nobis, somniorum significationes facit. item, Quæ est enim ista a diis profecta significatio, & quasi denunciatio calamitatum? de Diuinat. 84 b, Obseruata sunt hæc tempora immenso, & significationum euentus animaduersa ac notata. & ibidem. Obseruatis longo tempore significationibus futura prænunciare. de Orator. 138 a, Omne principium, rei totius quæ agitur, significationem habere debebit. Offi. 10 a, Aliquis, in quo aliqua significatio virtutis appareat. de Amic. 102 a, Facta significatione probitatis. & 105 b, Si qua significatio virtutis eluceat.

☞ Syntaxis. *Significatio, & quasi denunciatio mali futuri. Magna significatio fit non adesse constantiam. Nullam dat amoris, nullam peritiæ significationem. Morbi significationes.*

SIGNIFICO, as. *noto, declaro, indico, ostendo, demonstro, designo, describo, significationem facio uel conficio, signum do, signum ostendo, documentum do, signum mitto, aliquid argumenti habeo, signum sum, sententiam significo, uim uel sententiam habeo, sane.* Attico. 118 b, Literæ breues, sed beneuolentiam significanter. Epistola. 69 b, Itaque hoc sæpius dicendum, tibique non significandum solùm, sed etiam declarandum arbitror. pro Sext. Rosc. 27 b, Canes publicè aluntur in Capitolio, ut significent si fures venerint. de Offic. 27 b, Atque etiam illud ipsum, quod acerbitatis habet obiurgatio, significandum est, ipsius causa qui obiurgatur, esse susceptum. de Legibus. 174 b, Quòd autem Lex pietatem adhiberi iubet, significat probitatem gratam esse Deo. & 160 a, Ratio, potestas, mens numé, &c. siue quod aliud verbum, quo planiùs significem quod volo. Qu. de Pet. 211 a, Primum id quod facis, vt homines noris, significa, &c. Tusculan. 185 a, His ego pluribus nominibus unam rem declarari uolo: sed utor, ut quàm maximè significem, pluribus. & 177 a, Carere igitur hoc significat, egere eo quod habere uelis: inest enim uelle in carendo. & 159 a, Præceptum Apollinis hoc significat. Epistol. 30 a, Accepi literas tuas, &c. quæ quo tempora tua expectarem, mihi non significabant. Qu. de Pet. 208 a, Significaru patem voluntatem erga aliquem. de Inuen. 77 a, Cùm scriptum duas plures ve res significat. de Ar. 256 a, Is hunc vnum esse in hac ciuitate dignum huius imperii dicit, & significat se illi amicissimum. in Verr. 196 a, Hoc mihi significasse atque annuisse visus est. de Orat. 95 a, Hic omnes assensi significare inter sese & colloqui cœperunt. & 91 b, Non quo aperiret sententiam suam; sed tamen hoc significabat eos, &c. & 125 a, Facilitas significandi. Att. 53 b, Significare gratulationem alicui plausu maximo.

SIGNIFICOR, aris. pro Pl. 75 b, Huius in periculo non dolorem meum significatum? de Diuinat. 80 a, Omnes futura significari censent. ibidem. Chaldæi stellis notatis, quid cuique significaretur, memoriæ prodiderunt. de Ar. 249 b, Periculum ex aliquo monstro significatum cauere. in Anton. 173 b, Si dignitas significaretur in nomine, dixisset aliquando, credo, auus tuus, se & consulem & Antonium. pro Planc. 270 a, Nihil est de te detractum, sed aliquid etiã de virtute significatum tua. pro Flac. 155 b, Non enim credo significari isto loco illum, qui se ungit, Heraclitum. de Orator. 125 b, Tamen dolor oculis, uultu, gestu, digito denique isto tuo significari solet. de Fin. 75 b, Res verbis significantur. de Or. 147 a, Verba usitata & propriè demonstrantia ea quæ declarari ac significari uolumus. de Cl. 192 a, Cùm surgit is qui dicturus est, significatur a corona silentium. pro Cecin. 301 b, Videtis igitur hoc uno uerbo significari res duas.

☞ Syntaxis. *Quod lex iubet, &c. significat probitatem esse gratam Deo. Dignitas in nomine non significatur. Significatum est quidam de tua uirtute. Significatum a corona silentium.*

SIGNO, as. *designo, consigno, imprimo.* de Fat. 149 b, Visum obiectum imprimit, & quasi signat in animo suam speciem. I. A. Signaque signauit cœlestia, &c.

SIGNOR, aris. Acad. 18 b, Aliquid signari in animis nostris. de Leg. 185 a, Aes, argentum, aurum ea publicè signanto. Ep. 217 a, Cùm signaretur argentum Apolloniæ.

☞ Syntaxis. *Obiectum uisum imprimit ac signat in animo suam speciem. Signare argentum.*

SIGNVM, gni. *nota, indicium, documentum, uestigium, monumentum, significatio insigne.* de Inuent. 52 a, Signum est, quod sub sensum aliquem cadit. Academ. 10 a, Proprium in communi signo notari non potest. Epistola. 83 b, Habeo alia signa quæ obseruem. & ibidem. Notare signe ad diuinandum. Quint. Frat. 323 a, Occupationum mearum signum tibi sit librarii. Attico. 131 a, Lippitudinis meæ signum tibi sit librarii manus, & eadem causa breuitatis de Diuinat. 106 a, Potest accidere, ut aliquod signum dubie datum pro certo sit acceptum. & 120 a, Hoc igitur per gallinas Iupiter tantæ ciuitati signum dabat? & b, Callisthenes dixit deos gallis signum dedisse cantandi. I. A. 190 b, Signum date populo Romano vos non deesse reipubl. & 201 a, Is maximum signum illo die dedit voluntatis suæ, cùm, &c. Attico. 78 b, & Epistola. 177 a, Hoc magni amoris signum: de Finibus. 91 b, Puerum dare signa pudoris & ingenii. I. Ver. 90 b, Satis signi dedit, se tacere non posse. pro Clu. 40 a, Perinde quasi non satis signi esse debuerit, & cæt. de Orator. 125 b, Signa doloris uultu ostendere. & 124 a, Signa & notas ostenderem locorum. de Ar. 249 a, Hæc nobis & scelerum indicio ostendit, & periculorum signa patefecit. pro Sest. 14 a, Hoc summi in patriam amoris mei signum esse debet certissimum. pro Cecina. 205 a, Homo in utraque fortuna cognitus multis signis & virtutis & humanitatis. Attico. 223 a, Bona signa consentientis multitudinis. & b, Illa signa non bona, &c. signa bella. pro Cæl. 39, Habuit ille permulta maximarum non expressa signa, sed adumbrata uirtutum. pro Mar. 131 a, Ergo his ad bene de omni rep. sperandum quasi signum aliquod sustulisti. I. P. 87 a, Mei, capitis seruandi causa Romam vno tempore quasi signo dato Italia tota conuenit. de Ar. 248 b, Vis innumerabilis seruorum in scenam signo dato irrupit. I. Verr. 222 b, Signum quod erat notum uicinitati, buccina datur. I. Ant. 198 b, pro Flacc. 147 a, Ille furens infesta iam patriæ signa inferebat. pro Font. 283 b, Infestis signis inferri in hostem. de Amic. a Habera quasi signa quædam & notas, quibus eos qui ad amicitiam essent idonei iudicarent. Attico. 2 b, signa sunt ad Castatam exposita. de Cl. 184 a, Magna hæc immemoria ingenii signa. de Diuinat. 138 b, Medici signa quædam habent ex uenis, & ex spiritus ægroti, multisque ex aliis futura præsentiunt. I. A. 199 b, Legationis vltro missę nomen signum esse timoris videbatur. de Diuin. 102 b, & 105, a Mittere signum. pro Mur. 133 a, Tempestates sæpe certo aliquo cœli signo commouentur, sæpe improuiso, nulla ex certa ratione, obscura aliqua causa concitantur. I. V. 132 a, signum, nota, vestigium. & 231 b, signum, iudicium, trophæum.

¶ *Sigillum.* Att. 25 b, Neque vtar meo chirographo, neque signo. I. C. 213 a, Tum ostendit tabulas Lentulo, & quęsiui, cognosceret ne signũ annuit: est uerò, inquam, notum signum, imago aui tui. & 152 a, Literæ omnes integris signis prætoribus traduntur. ad Brut. 91 a, Nec signum tuum in epistola, nec dies appositus est. I. V. 100 a, Tabulæ testamenti obsignatæ non minus multis signis, quàm e lege oporteat. & 282 b, Obsignare literas publico signo. & 256 b, pro Flacc. 153 b signum publicum. I. Verr. 232 b, Literæ obsignatæ publico signo. & 213 a, signum in creta, quo epistola obsignata erat. Attico. 171 b, signum, & manum meam requirent. & 145 a, Librum tuum habeo sub signo, seruoque diligentissime. cont. Rull. 64 b, Horreum belli sub signo clausisque positum.

¶ *Vexillum.* in Cat. 107 a, signa militaria. Att. 257 b, Aliquam suis signis legiones ducere. Epistol. 97 a, signa tyrone & collectitio exercitu cum legionibus robustissimis contulit. I. P. 9 a, Conferre signa cũ hostibus. Attic. 96 a, Collatis signis decernere cum aliquo. de Orato. 102 b, Tum adiungeremus, de exercitu, de castris, de agminibus, de signorum collationibus.

¶ *Cœleste sidus.* de Di. 105 b, si luna defecisset in signo leonis. de Som. 130 b, signis omnibus ad idem principium stellisque reuocatis. de In. 54 a, signorum ortus & obitus definitum quendam ordinem seruãt.

¶ *Simulachrum.* I. V. 202 a, signum æneum, marmoreum, eburneum. de Or. 98 a, signa ac tabulas pro palam collocare. Epist. 106 a, Martis verò signum quo mihi pacis autori?

SILENTIVM, tii. *taciturnitas, reticentia.* de Or. 98 a, Hæc cum Crassus dixisset, silentium est consecutum. & 156 a, Ipsi conticent, & cæteris silentium sui. I. P. 86 a, Caræ taciturnitas annua. & ib. silentium perpetuum iudiciorum. de Orat. 114 a, Io eodem silentio multa alia oratorum officia tacuerunt. Qu. Fr. 306 a, Lupus egit eam causam, & auditus est magno silentio. de Diu. 93 a, Tu tamen silentium fieri iussisti. ad Heren. 39 a, Facere silentium. Tusc. 185 a, Cum eos videris excipientes grauissimas plagas & ferentes silentio. de Orat. 109 a, Laudem aliquã iam prope senescentem ab obliuione hominum atque à silentio uindicare. Par. 237 a, silentio præterire aliquid. pro Syll. 178 b, Ac ne hoc quidem mihi videtur silentio prætereundum. Att. 34 b, silentio transire aliquid. I. A. 248 b, silentio prætermittere aliquid. de Diu. 123 b, Id enim silentium dicimus in auspicio quod omni uitio caret. Att. 76 b, De Partho silentium est.

☞ Syntaxis. *Omnibus silentium fuit. Iudiciorum silentium. Magno silentio auditus. Fieri iussit silentium Cæs. Plagas ferre silentio. Laudem alicuius à silentio uindicare, atque obliuione. Silentio præterire, transire*

præter

prætermittere. De Parthis silentium est.

SILENVS, ui. de Sileno Tusc. 239 b.

SILEO, les. *taceo, reticeo, silentium facio, obmutesco, silentio, prætereo, silentio utor, tacitus prætereo, silentio prætermitto, tantum aliquid prætereo.* pro Syl. 182 b, Si cum cæteri de nobis silent, non etiã nos ipsi taceamus, graue. Postq. 204 a, Nũquam dum me siluistis. de Cl. 189 b, & de D. 122 a, silere de aliqua re. Ac. 39 a, silent enim diutius Musæ Varronis qui solebant. pro Flacc. 157 b, siluerunt principes. de Le. 192 a, Ambitus nunc silet.)(. *Nunc fremunt arma, tempus mutum à literis.* L. Metve. Part. 237 a, & I. A. 248 a, silere, silentio præterire, silentio prætermittere. Att. 33 b, Tu hæc silebis.

SILEOR, oris. pro Fla. 147 a, Ea res siletur, vox de quæstura nulla missa est, muta est huius temporis accusatio, præturæ iurisdictio non attingitur.

SILETVR. I. V. 160 e, & de Cl. 178 b, silebitur de maximis illius factis.

SILEX, cis *lapis durus, de quo excuti ignis solet, vulgus, vocat.* de Natura 162 a, Ergo illud in silice tanquam vestigium vngulæ Castoris credimus esse? Epistu. * 115 a, sane tanquam in quadam silice iam omnia adhæserunt.} Tusculan. 192 b, Non enim è silice nati sumus. de Diu. 126 a, Cum iuberetur certo in loco silicem cædere, perterritus eius id agere cœpit.

SILVS, *qui nasum bene extantem & repandum habet.*)(. *Simus*, de Natu. 17 a, Sili, Flacci, capitones, Frontones.

SIMIA, miæ. de Na. 20 b,

Simia quàm similis turpissima bestia nobis. ex Ennio. de Diui. 122 b, Quid minus mirum, quàm illam monstruosissimam bestiam vrnã euertisse? sortes dissipauisse?

SIMIOLVS, li. Epi. 96 a, Hic Simiolus, animi causa, me inquem inueheretur, delegerat.

SIMILIS, le. *consimilis, parilis, æqualis. par, geminus, eiusdem modi germanus, æmulor, cui similitudo est cum aliquo, qui similitudinem gerit speciem que alicuius, qui ad aliquid habet similitudinem, exprimens aliquem, qui habet similitudinem inter se.*)(. *Dissimilis, dispar, diuersus.* de Na. 56 a, Itaque placitã similem linguam dixere, chordarum dentes, nares cornibus iis, quæ ad neruos resonant in cantibus. At. 15 e e, Nihil malo quàm & me mei similem esse, & illos sui. Tuscu. 155 a, Phidias sui similem formam inclusit in clypeo. in Sa. 275 a, To par ac similis scelestorum ciuiam. de Nat. 57 a, Vitæ beata par ac similis deorum. pro Cecin. 305 a, nemo exsistat nisi tui Sexte similis, & stultitia, & impudentia, qui dicat. &c. de Clar. 169 a, Rhodii Atticorum similiores. de Fin. 101 a, Vt paupertatem, ignominiam similia horum. & ibidem. Vt gloriæ, diuitiarum, similiũ rerum. Att. 210 a, Carneades *προβολὴν* pugilis, & retentionem aurigæ similem facit. pro Qu. R. 34 a, Simillima & maxime & maximè gemina societas hæreditatis est. Epist. 187 b, Idque eo facilius credebatur, quia simile vero videbatur. I. V. 242 a, Filius similis patri. Tus. 165 b, Africani fratris nepos facie vel patris, vita omnium perditorum similis. de Diuin. 120 b, Decoloratio quædam similis sanguini. pro Lig. 138 a, Hæc sunt prodigiis similia. de Diuina. 102 a, Postremò quid simile habet passercannis. pro S. R. 242 a, Est ne hoc illi non simillimum? Or. 204 b, Aut simile est illi, vnde transferas. Att. 279 e, Id amisilli, cui simile in terris nihil fuit. Epist. 139 a, Quid enim simile habet Epistola, aut iudicio aut concioni? ad Her. 39 a, b, Ibant in prælium corpore tauri validissimi, impetu leonis acerrimi simil es. Offic. 11 b, Viri bonis moribus similes. pro Cl. 26 b, Homines cùm forma, tum moribus similes inter se. de Orato. 117 e, & 262 a, & 148 a, Multi naturis differunt, voluntate autem similes sunt inter sese, & magistri. Aca. 29 b, Democritus huic in hoc similis, vberior in cæteris. I. V. 192 a, Doceas oportet aliquid ab isto simile æstimationem atque a cæteris esse factum. Att. 24 a, Hoc simile atque ire in Salonium de Fini. 114 a, Ita similis erit sui bonus atque antea fuerat. Episto. 64, Simul. amen eque in re dissimili tui temporis & nostri quontam tuisse rationem. de Fin. 103 e, Ecce illud simile dissimile. de Fin. 100 e, Vtrumusque simili. & 102 b, Ab his hoc simile ponitur: vt enim, inquiunt, &c. de Diuin. 135 b, similes sunt dii, si ea nobis obiiciunt, quorum neque scientiam, neque explanationem habeamus, tanquam si Pœni in senatu nostro sine interpretes loquerentur. de Orat. 100 a, similique in genere, interiore ordine. Episto. 237 e, Et me aliquando cum similibus nostris temp. defensuerunt. Ep. 236 e, Vestri similes fœminæ sunt ne Romæ. Aca. 29 b, Particulæ similes inter se. Attico. 142 b, Festino enim simillimus decurro, atque cursu *διαύλου* meas commentatus non deino. Orat. 199 b, Nactus sum etiam qui Xenophontis similem esse se cuperet. pro S. R. 38 a, Par est auaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. Officio. 24 b, superioris Africani filius, non tam potuit patri similis esse, quam ille fuerat sui. de Senect. 80 b, similesq; sunt, vt si quid dicant, &c. de Am. 105 b, Nihil est appetentius similium sui, nihil rapacius, quàm natura, &c. de Legi. 161 e, Nihil est enim vnum uni tam simile, tam par, quàm omnes inter nosmetipsos sumus. * I. A. 553 b, Cum suis similibus seruis. I. V. 181 a, Cum suis similibus. Episto. 237 a, Cum similibus nostris aliter nostri.}

☞ Syntaxis. *Sui similiter formam includere in clypeo. Par ac similis. Vita beata par ac similis Deorum. Similis horum, similium rerum & alia eiusdem modi. Similis & geminus. Decoloratio similis sanguini. Quid simile habet homo serpenti? & serpenti. Est ne hoc illi non simillimum? illic est impetu similis decurro: in lucubrando. Nihil est unum unitam simile, &c.*

SIMILITER, similiter è *simili ratione, item, idem, æque pariter, simili modo, eodem modo, uno, & eodem modo, sic.* de Orato. 162 a, Ille quæ similiter desinunt, aut quæ cadunt similiter, Tuscu. 214 a, similiter cæteri morib. Acad. 4 b, similiter nos. pro Pomp. 8 e, Ita reputo, e nemine istorum L. Lucullum similiter ex hoc loco esse laudatum. de Orato. 115 a, similiter arbitror in hac arte, &c. & 150 b, & de Orator. 98 a, similiter nunc petet a Crasso, ut, &c de Fat. 145 b, similiter admotus animorum, &c. Offic. 17 b, Qui similiter faciunt, vt si, &c. Offic. 18 a, similiter facis, vt si, &c. Tuscul. 217 b, similiter facis vt si quis, &c. de Finibus. 69 a, Idque si ita dicit, &c. dicit absurde, similiter & si dicat, &c. in Anton. 154 b, Nec eum similiter atque ego eram, commotum esse eidi contra Rull. 63 a, Hic excipit Pompeium, similiimé vt mihi videtur, atque in ille lege qua peregrini Romæ eiciuntur, excipitur Glaucippus. Tuscu. 187 a, Vt enim corpus, &c. simillime animus, &c. Acad. 18 b, Similiter à vobis commemorari de antiquis philosophis atque seditiosi ciues, &c. de Natu. 61 b, Tu autem qui id quæris, similiter facis ac si me roges cur, &c. de Cl. 186 a, Omnia fere vt similiter & uno modo dicerentur.

SIMILE, *Similiter.* Acad. lib. 4.

SIMILITVDO, nis, *cum est ornatus, est oratio traducens ad rem quampiam aliquid e re dispari simile, collatio, simile imago, comparatio.* Her. 38 b,

¶ *Locus argumenti.* Or. 264 a, *Topica, quæ unde ubi multa præclara.*

¶ *Exemplar, forma, species.* de Inuent. 65 b, Omnibus in rebus similitudo est societatis mater. de D. 120 a, Nonnunquam etiam errorẽ creat similitudo. Or. 133 b, Similitudo quæ aut collationem habet, aut imaginem. & 128 a, Sed est quędam in his generibus difficilis, ad distinguendum similitudo. de Cl. 170 e, Et quodammodo est nõnulla in iis etiam inter ipsos similitudo. & 177 b, Est quædam vobis cum illis similitudo. de Fin. 141 b, Gloriæ habet formam honestatis similitudinem. I. A. 258 b, Omnes habent maximam similitudinem inter se. Tuscu. 165 b, Ea sunt autem quęcunque sunt, quę similitudinem faciũt. ad Her. 39 a, Non enim res tota toti rei necesse est similis sit, sed ad ipsum ad quod conferetur, similitudinem habeat oportet. Tusc. 172 b, Arripere similitudinem aliquam virorum clarorum. Offi. 55 a, Qui similitudinem quandam gerunt, speciemque sapientum. de Na. 58 b, Ep. 306 a, Vt exerceamur in venando ad similitudinem bellicę disciplinę. de Ne. 95 b, Vt ad hanc similitudinem huius histrionis, oratoriam laudem dirigamus. Or. 295 e, & de Or. 157 a, Verbum per similitudinem translatum. & 117 b, Quoniam multa ad oratoris similitudinem ab eo artifice sumimus, de Diu. 86 b, Quod ab eius lituũ, quo canitur similitudine nomen inuenit. Or. 197 b, Nec verò ille artifex cum faceret Iouis formam, contemplatur aliquem, è quo similitudinem duceret. Or. 202 b, Sophistarum dissęguẽda est similitudo. 109 b, Comparare similitudinis. Tusc. 214 a, & de Inn. 64 b, Conferre similitudinem, & similitudinem collatio. pro Cla. 26 b, Similitudo studiorum ac naturę multam vim habet ad coniungendas amicitias. in An. 210 b, Nos studiorum honestissimorum societas similitudoque coniunxit. de Or. 113 a, Hanc similitudinem scribendi multi secuti sunt, & 141 a, Artis imago quędam & similitudo. 126 b, Quanquam tu quidem non hostiarum calum cõfirmas fortium similitudine, sed infirmas fortes collatione hostiarum. de Fi. 128 b, Multa est dissimilitudo in finibus bonorum & malorum. & 95 a, Est etiam huic ęlię cũ illo dissimilitudo. de Ami. 105 b, Similitudo allicit atque attrahit ad amicitiam. de Legib. 161 e, Est igitur homini cum Deo similitudo. de Vn. 196 a, Nullius enim animantium Deus in fingendo mundo similitudinem secutus est. de Nat. 33 b, Bene igitur Chrysippus, qui similitudines adiungens docet omnia in perfectis esse meliora, ut in equo quã in equulo. &c. de N. 7 b, Parmenides commenticium quiddam, coronę similitudine efficit, Stephanon appellat. * Or. 197 b, Ad similitudinem alicuius manum dirigere.}

☞ Syntaxis. *Similiter desinere, cadere. Similiter facis ut si. Similiter atque ego sum. Similiter dico de Pompeio. Similiter & uno modo. Similitudo, vel comparatio, vel imago. Difficilis ad distinguendum similitudo. Formam & similitudinem habere alicuius rei. Similitudinem & speciem gerere. Ad similitudinem belli est venatio. Verba per similitudinem translata. A similitudine nomen inuenire. In Iouis forma similitudinem ducere ex homine. Similitudo compar. Studiorum societas ac similitudo. Imago & similitudo.*

SIMINVS. de Fat. 144 b, Quòd si minus verbis, re cogitur confiteri. L e. l u.

SIMIVS. Epist. 66 a, Simius, non semissis homo contra me arma tulit. & eum bello cepi.

SIMONIDES Chius poeta, quem primum ferunt artem memoriæ protulisse. de Or. 141 e.

SIMPLEX, cis. *uniusmodi, apertus, solitarius, purus, credulus, antiquus.*)(. *cũ aliquo coniunctus atque connexus, timidus, callidus, versutus.*)(. *varius, multiformis, cum adiunctione.* de Fat. 146 a, Quędam sunt in rebus simplicia, quędam copulata. de Nat. 31 b, Solis erum & simplex.)(. *cum alio coniunctum atque connexum.* de Inuent. 82 a, Simplex. Orato. 204 a, Verba simplicia. Academ. 44 b, Principes qualitates sunt uniusmodi & simplices: ex iis autem ortæ, variæ sunt, & quasi multiformes. pro Font. 178 b, Vnum est & simplex aurium iudicium. pro Syll. 168 b, Simplex est officium, atque vna bonorum omnium causa. Attico. 179 a, Actio hæreditatis simplex. de Inuent 83 b, Simplex & absoluta necessitudo. Academ. 40 a, Illud verum & simplex bonum. Offic. 26 b, Quæ sunt recta & simplicia, laudantur. Attico. 159 a, Nihil simplex, nihil sincerum. pro Cecinn. 285 b, In causa aperta ne simplici. de Orator. 104 b, Ornatiùs dicere, quam simplex ratio veritatis ferat. I. V. 181 b, Disertissimorum cognoui auum tuum, arte etiam operiorem in dicendo: ille nonnunquam concionatus est nudus, tuum hominis simplicis pectus vidimus pro Plan. 263 b, Fidelis & simplex. Off. 13 a, & Or. e 19 vir bonus, & simplicis veritatis amicus. Ac. 28 a,

O virum

¶ *Singulus.* Ac.44, Quintum genus esse dicunt, è quo astra sunt mentesque singulares. *id est, singula, vel singulorum.*

¶ *Proprius, praeclarus.* I.V.194 b, sunt quædam in me singularia quæ in nullum alium conuenire possent.

¶ *Vnus vnicus.* de Vn.197, singularẽ Deus hunc mundum atque vnigenam procreauit.

☞ Syntaxis. *Singularis & vnigena est mundus, singulare bonum, malum. Verba singularia, animus, odium, nequitia. Ingenio singulari: &c. Singularis ingenio. Singulari & eximius, &c.*

Singillatim, pro singulariter, *quasi vnicè teste Charisio lib.* e.

Singulariter, *vnice simpliciter, & singulari modo.*)(*dupliciter & bipartito.* ad Heren. 4 e, I.V. 132 a, Quem ego in quæstura mea singulariter dilexissem.

Singulatim. *singillatim.* I.V.66 e, Quæ singulatim & diu collecta sunt, vno tempore vniuersè perdere. & 63 b, singulatim vnicuique respondere. L. Div, & Singuli.

Singuli, orum. *quisque vnusquisque.* de Ora. 262 b, Referet etiam quã audiant frequentes, an pauci an singuli. Or.219 b, sæpe singulis vtendum est, plerunque binis, non fere ternis amplius. I.V. 263 a, Non modo plures, sed ne singuli quidem possint accedere. de Ora. 161 b, veteres cum circuitum verborum facere non possent terna aut bina, aut nonnulli singula etiam verba dicebant, & ib. Dixi de singulorum laude verborum, dixi de coniunctione eorum, &c. de In.67 b, Cum ex singulis, tum ex coniunctis argumenta nascuntur. con. Rul. 66 b, itaque me non singulæ voces præconum, sed vna voce vniuersus populus consulem declarauit, I.C.121 a, Qui singulas vestrum sedes domos, & hoc vniuersum reip. domicilium delere conati sunt. Ant.192 b, Beneficia quæ singulis priuatimque dantur.)(*vniuersis* & 193 a, Neque verius à singulis quàm ab omnibus repetere officii præmium & fructum de Fi. 73 b, singula potius, quàm omnia de Or.123 e, Pont. Max. res omnes singulorum annorum mandabat literis. Ora. 217 b, Duo extremi chorei sunt: id est, è singulis longis & breuibus. de Na.43 b, Quod efficitur in cælo singulis diebus & noctibus. & 45 e sol binas in singulis annis reuersiones facit. Attico. 71 a, Quotidie vel potius in dies singulos breuiores literas ad te mitto. & 64 b, singulis diebus vsque ad Cal. facere aliquid. *id est, quotidie.* pro Mur. 129 b, Qui singulis diebus ediscendos fastos populo proponeret. de Cl.196 b, Vix singulis ætatibus bini oratores laudabiles constiterunt. de Or.85 b, Vix autem singulis ætatibus singuli oratores tolerabiles inuenti sunt, pro Sex. R 33 a, Etenim in singulis rebus eiusmodi materies est, vt singulis dies possis consumere de Nat.16 2, Egregibus ephaborum, vix singuli reperiuntur pulchri. de Cla. 133 a, Vt causæ singulæ defendantur a pluribus. Postq. 210 b, Vobis singulis & egi, & agam gratias vniuersis. pro D.222 a, Hoc ferre ciuitas potest, vt singuli ciues, singulis versiculis è ciuitate tollantur. Postq. 202 b, si vlciscar facinora singula, quemadmodum à quibusque sum prouocatus. de Nat. 77 a, Dii nec agellos singulorum, nec viticulas persequuntur. de Or. 209 a, Cæteræ fere artes se ipsæ per se tuentur singulæ. Qu.Fr.313 b, Comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obnunciationibus. Epi.259 a, Ego singulos Euripidis versus, singula eius testimonia puto. de Fi 68 b, Illi singulis finibus vtuntur. Ep.6 a, Difficile est dictu de singulis. Attico.151 a, Cæsar legiones singulas posuit. Brundusii, Tarenti, Siponti. Att.111 b, sane commode Pompeius qui distribuit binos singulis patrib. familiarum. Qu.Fr.316 b, Candidati HS. CCCC. in singulos apud M. Catonem deposuerunt. in Ver.135 a, Describebat Censores binos in singulas ciuitates. & 134 e, Lex est quæ in annos singulos Iouis sacerdotem sortito capi iubebat. I.C.98 a, Crescit in dies singulos hostium numerus. *i. quotidie.* Ep. 112 a, sedat singulis ennoquoq; ordine sententiis. Offi. 4 a, Tamẽ ex singulis certa officiorũ genera nascentur. contra Rul.70 b, Ilii pastores ducentos in annos singulos constituunt. & a8 a, Et in eo agro dena descripsit in singulos iugera. de Leg. 169 b, Plures deorũ omnium, singulis singulorum sacerdotes sunt. Att. 37 e, In dies singulos studia hominum in nos augentur. de Nat. 59 a, Quæ si singula vos forte non mouent, vniuersa certe tamen inter se coniuncta atque connexa mouere debebunt. & ibid. Nec vero vniuerso generi hominum solum, sed etiam singulis à diis immortalibus consuli & prouideri solet. & ibidem. Dii separatim ab vniuersis, singulos diligent. Attic. 93 a, sceptius centesimus renouatam in singulos annos fœnore, contentus non fuit. Off.38 b, 39 a, Quæ si populo Rom. acciderunt, quid debent putare singuli? I.A.205 a, Quantam pecuniam militibus in singulos Cæsar pollicitus sit, tantam dari placere. de Vn, 202 b, Et singulos adiunxit ad singula.

☞ Syntaxis. *Singulis priuatimque data beneficia. Quotidie, vel potius in dies singulos. Binos milites in singulas domos, militibus in singulos pecuniam pollicers magnam.*

Singultus, tus, *gemitus: etiam si aliud est singultus, tamen propinqua sunt.* Postq.199 b, pro Pl.275 b, Non modo lachrymulam, sed multas lachrimas & fletum cum singultu videre potuisti.

Sinistra, e, vin. de Diu. 125 b, Quanquam haud ignoro quæ bona sint, sinistra nos dicere, etiam si dextra sint: sed certe nostri sinistrũ nominauerunt, exteri dextrum.

Sinistre, *æ. laua.* de D.98 a, Cur a dextra coruus, a sinistra cornix faciat ratum. I.A.207 b, Aspicite a sinistra, &c.

Sinistre, *aduerbium.* Academ. lib.4, Supra, infra, dextra, sinistre, ante, post.

Sino, nis: siui, situm. *permitto, patior, fero, locum do.* pro Plan.277 b, Qui senatum senatui parere non siuerunt. Ep. 78 e, Nec auertere a miseris cogitationem sinunt. de Fin.60 a, Improbitas nunquam sinit eũ respirare. pro Dom. 231 b, Tu sororem tuam virginem esse non siuisti, I.A.237 b, Non siuerunt. pro Cecio. 297 a, Non deiici, si non siui accedere. I.C. 99 b, Non feram, non patiar, non sinam. At 8 e, Nullos honores mihi nisi verborum, decerni sino.

Sinor, sineris. *permittor.* pro Sest.23 a, Accusare eum moderate, a quo nefarie accusatur, per senatus autoritatem non est situs.

Sinope, pes *vrbs Ponti.* I.V 96 a, pro Pomp.7 b.

Sinuessa, *sæ, vrbs.* At.152 a.

Sinuessanus. Ep.196 e, sinuessanum diuersoriolum.

Sinus, nus *curuatum littus.* pro Pomp.16 b, Maris omnis sinus atque portes. I.V.265 b, Illis qui sinus quosdam obsedisse maximos dicuntur, & 241 a, Vbi primum ex alto sinu ad vrbem inflectitur. At.259 a, Duo sinus fuerunt, quos transmitti oportet.

¶ *Gremium, complexus.* I. V.266 e, Cedo mihi ex ipsius sinu literas. de L. 182 a, Vt sinus & gremium quasi matris mortuo tribueretur. Qu Fr.314 a, Cæsar, mihi crede, in sinu est, neque discingor. At.38 a, In sinu ac familiaritate adolescentis. pro cæl. 50 a, E sinu gremioque patriæ abstrahi, Epist. 253 a, Iste vero sit in sinu semper & complexu meo. I.C.109 a, Postremum genus est de delectu catilinæ, imo verò de complexu eius ac sinu. I. V. 81 b, calumniatores de sinu suo apposuit: Tuscu.228, consurgere in sinum alicuius. Attic.257 b, Bibulum noli dimittere ex sinu tuo. item Ætulia procul à barbaris disiunctis generib. in sinu pacis posita, medio fere Græciæ gremio continetur.

¶ *Spira.* de Natu.47 a.

Et draco conficiens sinus è corpore flexos.

☞ Syntaxis. *In sinum & complexum suorum venire. E sinu proferre literas. In sinu & familiaritate. Sinus ac gremium patriæ. De suo sinu calumniatores apponere. In sinum Cæsaris confugere. In sinu pacis posita regio. Flexi sinus draconis. In sinu esse, id est, esse charissimum.*

Siparium, rii. *velum, quo scena obtendebatur, aulæum.* de pro. 72 a, Piso cum Græcis iam in orchestra helluatur, antea post siparium solebat.

Sipontinus, a, um. *à siponto oppido.* contra Rul, 80 a, Nisi mauoleis in sipontina siccitate collocari.

Si quando de Orat. 95 a, si quando in dicendo scriptum attulerit aliquid. de Inuen. 69 a, si quando hæc incidunt. de Cl.195 e, Eaque si quando opus fuerit, exciret, &c. de Ami.100 b, Itaque si quando ex tint.

Siquid. Atti. lib.13, si quid in te peccaui, ac potius quoniam peccaui. Attic. lib. 11. Et nebulonem illum, si quo pacto potes, ex istis locis amoue. Attic.a, si quæ alii, & li. a, si qui ea de causa venerant. Epist. li. 15, si quæ sunt onera.

Siquidem. *si tamen, quippe si.* de Cl.168 a, Videsne, quàm sero eloquentia prodierit in lucem? si quidem, &c. Tus.148 b, Antiquissimum è doctis est genus poëtarum, siquidem Homerus fuit ante Romam conditam. I.C. 105 b, O fortunatam temp. siquidem hanc sententiam ejecerit. pro Fla. 249 b, O morem præclarum, quem à maioribus accepimus, siquidem teneremus. & 154 a, O pastores. &c. Epist. 334 a, & 43 a, Gratulor Baiis nostris, siquidem, vt scribis, salubres repentè factæ sint. & 295 a, Robur & soboles militum interiit, siquidem quæ nunciantur, vera sunt.

¶ *Quoniam.* Orato. 204 b, siquidem sorum est gemmare vites. Attico.84 e, Quare non ἀγχεται tua industria, quod vetetit, sed præclare ponitur, siquidem id egisti, vt ego delectarer. Pale.130 b, Etiamne in minimis rebus? siquidem rerum modum fingere non possumus, animorum modum tenere possumus.

Si quo. At.18 b, Eas si quo ille misit, in publico, &c.

Sirenes, num. *marina (vt est in fabulis) monstra.* de Fin.237 a, Quæ de sirenum cantibus Homerus finxerit: neque enim vocum suauitate videntur, aut, &c.

Sil. L. Spues pro S.R 26 a, Age nunc refer animum, sis, &c.

Sisapo, *oppidum in Hispania.* I. A. 169 b, Tanquam Sisaponem. *prouerbium.*

Sisto, stis. *exhibeo.* Att.50 a, Fac, vt te ante cal. Ian. vbicunque erimus, sistas, & 169 b, Te vegetum nobis in Græcia siste. I.V.198 a, Remp. sistere non posse. Off. 61 a, Vas factus est alter eius sistendi, vt si ille non reuertisset ad diem, moriendum esset sibi ipsi. pro Quin.5 a, Venit Romam Quintius, vadimonium sistit.

Sistor, istis. pro Qu.5 e, Itetamen discedunt, vt idibus septembribus P. Quintium sisti sex. Alphenus promitteret. & 12 e, Alphenus promittit Naeuio sisti Quintium.

☞ Syntaxis. *Vas ille est illius sistendi. Vadimonium sistere. Tibi sistetur ille.*

Sisyphus, phi *persona poetarum quo homine Verg. Aen.6. lib.* Tus. 150 a, sisyphus, versat saxum.

Sitella, læ. *cista in qua colligebantur suffragia.* de Nat. 22 b, pro Cor. apud Ascon. Ped. & de N. 1. b. 1.

Sittibaae, arum. *membranulæ, quarum integumento libri à puluere temporisque iniuria diutius integro conseruantur.* Att. 58 e, Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructiona & sittybis.

Sitiens, tis, *cupiens.* Tel.232 b, Ego eo grauius ardentiusque sitiens voluptates. pro Planc. 261 b, Deinde sitienti in ea virtutis tuæ deseruisti. I.P.92 b, Ipse cum paucis ad portum sitiens peruenit.

Sitienter, *auide.* Tusc.217 a, Nec sitienter quid appetens.

Sitio, tis. Qu.Fr.320 a, Ipsi fontes iam sitiunt. Orat.204 b, Gemmare vites, sitire agros. I. A. 198 a, Etenim aderat L. frater, qui sanguinem nostrum sitiebat. Quin. Fra.235 b, Nec honores sitio, nec desidero gloriam.

☞ Syntaxis.

nis, atque in omni oratione simulatorem, quem εἴρωνα Græci nominauerunt, socratem accepimus. de Nat.d. 1, socrates apud Xenophontem formam Dei quæri non oportere, eundemque & solem & animum esse ait, & modò vnum, tum plures Deos. Tusc.lib.5, Socrates Archelaum Anaxagoræ discipulum audiuit. ibid. Socrates primus philosophiam deuocauit è cœlo, & in vrbibus collocauit, &c. Off. 2, Socrates hanc viam ad gloriam proximam & quasi compendiariam dicebat, si quis id ageret, &c. de Diu. lib. 1, socrates quum apud Delium male pugnatum esset Lachete prætore, fugeretque cum ipso Lachete, vt ventum est in triuium, eadem qua cæteri, fugere noluit. de Di.lib.1, socrates cum impiis sententiis damnatus esset, æquissimo animo se dixit mori. Acad.q.ed. 2. lib. 1, Socrates ab Apolline omnium sapientissimus dictus. de Senect. Demonstrabuntur mihi præterea, quæ socrates supremo vitæ die de immortalitate animorum disseruisset, is qui esset sapientissimus oraculo Apollinis iudicatus. ibidem, Socrates apud Platonem & Xenophontem ita disputat, vt nihil affirmet ipse, refellat alios. ibidem lib. 2, socrates primus philosophiæ moralis author fuit: Acad.q.ed.1.li.2, Socrates, quum ei visum esset nihil sciri posse, excepit vnum tantum scire se, nihil se scire, nihil amplius. 8. Attic. socrates pedem porta non extulit, quum triginta tyranni essent. de Leg. Nec enim vllum hoc frigidum flumen attigi, quum ad multa accesserim, vt vix pede tentare id possim, quod in Phædro Platonis facit socrates. de Diuinat. lib. 1, socrates Xenophonti consulenti, sequereturne Cyrum, Et nostrum, inquit, humanum est consilium: sed de rebus & obscuris & incertis ad Apollinem censeo esse referendum. Tusculan. lib.5, socrates quum interrogaretur, cuiatem se esse diceret? Mundanum, inquit: totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur. Tusculan lib.5. socrates in pompa, quum magna vis auri argentique ferretur, Quàm multa non desidero, inquit. Orator. Est enim quasi in extrema pagina Phædri his ipsis verbis loquens socrates, Adolescens etiam nunc ò Phædre Isocrates est: sed quid de illo augurer, lubet dicere. Quid tandem, inquit ille? Maiore mihi ingenio videtur esse, quàm vt cum orationibus Lysiæ comparetur: præterea ad virtutem maior indoles, vt minime mirum futurum sit, si cum ætate processerit, &c. Tus. quæst. lib. 1. socrates quum penè iam in manu mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, vt non ad mortem trudi, verùm in cœlum videretur ascendere. de Fin. lib. 2, socrates voluptatem nullo loco numerat. Tusc.quæst.li.3. Quum socrates Alcibiadi persuasisset, eum nihil hominis esse, nec quicquam inter Alcibiadem summo loco natum, & quemuis baiulum interesse, &c. 2. de Orat. socrates in ironia dissimulantiaque longè omnibus lepore atque humanitate præstitit. 3. de Orat. socrates rebus omnibus, omnium iudicio, quamcunque in partem dedisset, facile princeps. Tusc.li.1, socrates ad iudicium capitis, nec patronum quæsiuit, nec iudicibus supplex fuit, adhibuit quæ liberam contumaciam à magnitudine animi ductam, non à superbia. de Diu.li.1, socrates quum Critonis oculum alligatum vidisset, quæsiuit quid esset: quum autem ille respondisset, in agro ambulanti ramulum adductum, vt remissus esset, in oculum recidisse. ibid. Est apud Platonem socrates, quum esset in custodia publica, dicere Critoni suo familiari, sibi post tertium diem esse moriendum: vidisse se in somnis pulchritudine eximia fœminam, quæ se nomine appellans diceret Homericum quendam eius versum.

Tertia te Phthiæ tempestas læta locabit. Quod vt dictum est, sic scribitur contigisse. Brut. socrates, disputandi quadam subtilitate sophistarum instituta refellebat. 3. de Orat. socrates, cuius ingenium variosque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit, literam nullam reliquit. 1. de Ora. Erat Athenis reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi pœnæ æstimatio: & sententia, quum iudicibus daretur, interrogabatur, quam quasi æstimationem commeruisse se maxime confiteretur, quod cum interrogatus socrates esset, respondit, sese meruisse, vt amplissimis honoribus & præmiis decoraretur, & vt ei victus quotidianus in Prytaneo publice præberetur, qui honos apud græcos maximus haberetur. 3 de Or. socrates sapienter sentiendi, & ornate dicendi scientiam separauit. de Finib. lib. 2, socrates percontando atque interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat, vt ad ea, quæ ii respondissent, si quid videretur, diceret. 1. de L. Socrates execrari eum solebat, qui primus vtilitatem à natura seiunxisse. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2, socrates vti solitus est ea dissimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant, quando se nihil scire affirmauit. ibid. socrates de seipso detrahens in disputatione, plus tribuebat iis quos volebat refellere. 2. de In. Top. socrates inductione plurimum est vsus, propterea quod nihil ipse afferre ad persuadendum volebat, sed ex eo quod sibi ille dederat, qui cum disputabat, aliquid conficere malebat. Acad. quæst. 1. lib. 2, socrates & Plato tolleudi ex eorum numero, qui negarent quicquam sciri aut percipi posse. Tusc. lib. 1. socrates & Theramenes præstantes viri virtutis & sapientiæ gloria. Acad q. ed. 1. li. 1, socratis autem oratio tum in virtute laudanda, & in hominibus omnibus ad virtutis studium cohortandis consumebatur. Tusculan. q. lib. 4. socratis multiplex ratio disputandi, rerum varietas, & ingenii magnitudo, Platonis memoria & literis consecrata, plura genera effecit dissentientium philosophorum. de Nat. 20 a, socratem ipsum parentem philosophiæ Zeno, Latino verbo vtens, scurram Atticum fuisse dicebat. de Fat. 42 a, Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores, naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere, stupidum esse socratem dixit & bardum, quòd iugula concaua non haberet. Tuscul. q. lib. 5, socratem ferunt, cum vsque ad vesperum contentius ambularet, quæsitumque esset ex eo, quare id

faceret? respondisse, se, quo melius cœnaret, obsonare ambulando famem. 1. de Orat. Imitatus est homo Romanus & consularis veterem illum socratem: qui cum omnium sapientissimus esset, sanctissimeque vixisset, ita in iudicio capitis pro se ipse dixit, vt non supplex aut reus, sed vt magister aut dominus videretur esse iudicum: quin etiam quum ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam si ei videretur, edisceret, vt ea pro se in iudicio vteretur, non inuitus legit, & commode scriptam esse dixit: sed, inquit, vt si mihi calceos Sicyonios attulisses, non vterer, quamuis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent viriles: sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. 14. ad Att. O socrates, ò socratici viri, nunquam vobis gratiam referam. Tuscul. q. lib. 3, A socrate omnis quæ est de vita & de moribus philosophia, manauit. 3. de Ora. Plures fere orti à socrate: quòd ex illius variis, & diuersis, & in omnem partem diffusis disputationibus, alius aliud apprehenderat, proseminatæ sunt quasi familiæ, dissentientes inter se & multum diiunctæ & dispares, quum tamen omnes se philosophos socraticos & dici vellent, & esse arbitrarentur. 3. de Nat. Quid dicam de socrate? cuius morti illachrymari soleo Platonem legens. 1. de Ora. Vigerent præterea philosophorum greges, iam ab illo fonte & capite socrate, nihil te de bonis rebus in vita, nihil de malis, nihil de animi permotionibus, nihil de hominum moribus, nihil de ratione vitæ didicisse, nihil omnino quæsiuisse. Tusc. 227 a, Cum multa in conuentu vitia collegisset in socratem Zopyrus, qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est à cæteris, qui illa in socrate vitia non agnoscerent: ab ipso autem socrate subleuatus est cum illa sibi signa inesse, sed ratione à se deiecta diceret.

Socraticus, a, um. Tusc. 199 b, Et si quem tuorū affectum mœrore viderit, huic accipenserem potius quàm aliquem socraticum libellum dabis? Off. 21 a, & Parad. 116 b, Philosophi socratici. 9. Famil. Aristippus ille socraticus non erubuit, quum esset obiectum habere eum Laida. 1. de Diui. Xenophon socraticus, qui socratis somnia scribit, quorum exitus mirabiles extiterunt. 3. de Orat. Antisthenes patientiam & duritiam in socratico sermone maximè adamarat. 2. ad Att. socratici in vtranque quidem partem disputare, sed tamen ad extremum τὴν ἀρέσκουσαν sententiam pronunciare soliti. 3. de Ora. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, qui se omnes ferè socraticos esse dicebant, Eretricorum, Herylliorum, Megaricorum, Pyrrhoneorum, &c.

Socrus, crus. *vxoris aut mariti mater.* pro Clu. 24 a, Dinea, quæ tum ei mulieri socrus erat. I. V. 313 a, Nihil de socru tua audisti? Attic. 138 a, Literæ Capuam allatæ ab Clodia socru.

Sodalis, lis. *socius vt illi sodalis fieri iure lenitore est.* Epi. 191 a, Ego qui & sodalis, & familiarissimus Dolabellæ eram. Ac. 19 b, At hoc Anaximandro populari & sodali suo non persuasit. de Orat. 127 a, Ego pro meo sodali, qui mihi, &c. de sen. 86 a, Primum habui semper sodales, &c. & ibidem b, Epulabar igitur cum sodalibus omnino modice. pro Planc. 268 b, de Nat. 7 d a, & I. V. 65 a, Plancus in sedmone habuit multos cupidos sui, & gratiosos, quos si tu sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso.

Sodalitas, *tribus vel collegium.* pro Cœl 42 b, Fera quædam sodalitas, &c. Qu. Fr. 309 a, ad Her. 2 a. S. C factum est, vt sodalitates decuriatique discederent. I. V. 98 b, Officia sodalitatis ab aliquo flagitare. pro Plan. 266 b, Honesta sodalitas. de sen. 86 a, sodalitates me quæstore constitutæ sunt.

Sodalitium, tii, *sodalitas.* pro Plan. 226 b, Lex Licinia, quæ est de sodalitiis. an Sal 274 a, Nota ira est, sed vbi in sodalitium sacrilegus Nigidiani. ad Her. 40 a, Venit in ædes quasdam, in quibus sodalitium erat eodem die futurum.

Sodes. Orat. 211 a, Libenter etiam copulando verba iungebant, vt sodes, pro si audes: sis, pro si vis. At. 103 b, Tam etiam mihi aduenti vrbem iube sodes nummos curare.

Sol, lis. *Phœbi fax. rota fervida solis signum præpotens.* de Diuin. 90 a, de Nat. 39 b, sol dictus est, vel quia solus ex omnibus sideribus est tantus: vel quia cum exortus est, obscuratis cæteris sideribus solus apparet. de Vniuers. 100 b, Deus solem quasi lumen accendit ad secundum supra terram ambitum. de Orat. 159 b, Videmus sol vt circumferatur, vt accedat ad brumale signum, & inde sensim ascendat in diuersam partem. de Natur. 35 b, Sol V. diebus, & LX. & CCC. quarta fere diei parte addita, conuersionem conficit annuam. ibidem, Sol qui astrorum obtinet principatum. Tusculan. 162 a, sol moderator & dux temporum. de somn. 128 b, Deinde subter mediam ferè regionem sol obtinet, dux, & princeps, & moderator luminum reliquorum, mens mundi, & temperatio, tanta magnitudine, vt cuncta sua luce lustret & compleat. de Nat. 46 a, solis magnitudine multis partibus terra superatur. Acad. 20 b, & 38 b, solem mathematici amplius duodeviginti partibus confirmant maiorem esse quàm terram. de Di. 130 a, sol maiorne quàm terra sit, an vero tantus, quantus videatur. in Arat. sol consistens in capricorno, conuertit curriculum. & ibidem, *Rota feruida solis.* de Nat. 18 b, De sole & luna reliquorumque motu. & 30 a, solis accessus discessusque. & 33 b, & 44, & 46 a, solem esse calidum & igneum. de somn. 129 a, sicut solem intueri nequitis aduersum, eiusque radiis acies vestra sensusque vincitur. de Natur. 70 b, soles multi à Theologis proferuntur. de Diu. 100 a, Cum duo visi soles, & tres lunæ: & cum sol nocte visus est. de Nat. 48 b, sol geminatus, quo anno P. Africanus sol alter extinctus est. de som. 127 a, Cum ætas tua septenos octies solis anfractus reditusque conuerterit. de Orat. 162 b, His de rebus sol me ille

admonuit, vt breuior essem, qui ipse iam præcipitans me quoque hæc præcipitem penè euoluere coegit. Tusc. 168 b, Occidente sole. I. V. 240 b, Nullus vnquam dies tam magna turbulentaque tempestate fuit, quin aliquo tempore solem eius diei homines viderint, de Fin. 69 b, Qui solem (vt aiunt) nec occidentem vnquam viderit, nec orientem. *prouerbium*. Attic. 217 b, Simul cum sole experrectus sum. de Som. 126 b, Ago tibi gratias summe Sol vobisq; reliqui, cœlites de Fin. 65 b, Si ea quæ dixi, sole ipso illustriora & clariora sunt. Off. 38 b, Multa commemorarem nefaria in socios, si hoc vno sol quicquam vidisset indignius. I. VMBRACVLVM. 2. de Dat. 68, sol multis partibus maior atq; amplior, quam terra vniuersa. de Nat. 1, sol duabus vnius orbis vltimis partibus definiens motum cursus annos conficit. 3. de Nat. sol est Apollo, Luna autem Diana. 2. de Nat. sol igneus Oceani alitur humoribus. Acad. q. ed. 1. lib. 2, sol qui tanta incitatione fertur, vt celeritas eius quanta sit, ne cogitari quidem possit, nobis tamen stare videtur. 1. de Finib. sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in Geometriaque perfecto. de Vn. Vbi sol suum totum confecit & peragrauit orbem, bt annus. de Natu. sol geminatus P. Africani mortem pronunciauit. I. V. 134 b, Est consuetudo Siculorum cæterorumq; Græcorum, quód suos dies mensesq; congruere volunt cum solis lunæq; ratione, vt nonnunquam, si quid discrepet, eximant vnum aliquem diem, aut summum biduum ex mense, quos illi exhæresimos dies nominant. 3. de Natu. sol, quum Phaetontem filium in currum transtulit. ibid. sol cur se referat, nec longius progrediatur solstitiali orbe, itemque brumali. 9. Att. 145 a, sol excidisse mihi é mundo videtur. *genus dicendi, quo exprimitur summa admiratio hominis quasi obstupefacti*. Di. 1, sol nocte visus Romæ. de Nat. 2, 30 a, 33 b, 44 b, 46 a, solis accessus discessusque solstitiis brumisq; cognoscitur. de Nat. 2, solis candor illustrior est, quam vllius ignis. ibid. solis & lunæ circuitus reliquorumque siderum. de Vniu. solis circumuectio proxima lunæ. 2. de Natu. solis magnitudo, pulchritudoq; & efficientia. ibid. solis motus, cursus ac circuitus vniuersa consideratio. ibid. solis tactus non tepefacit solum, sed etiam sæpe comburit. Diuin. lib. 1, solis luce clarius. 3. de N. solis & Persei filia, Circe & Pasiphæ. 1. de Nat. Solis radiis incensa luna, &c. ibid. solis & lunæ, reliquisque præterea diuinitatem dedit Crotoniates Alcmæon. 2. de Leg. Apud solem in delubro depositæ pecuniam in Sicilia Alexander dicitur. de Vniu. solem quasi lumen accendit Deus ad secundum supra terram ambitum, vt quam maxime cœlum omnibus colluceret; &c. de Som. solem vt comites consequuntur Veneris & Mercurii cursus. 3. de Nat. solem, lunam, reliqua astra aliquis, alia dulcibus, alia marinis. Ac. q. ed. 1. lib. 2, solem dominari, & rerum potiri putauit Cleanthes. lib. 1. de Fin. & 2. de Diui. sol. Epicurus tantum esse censet quantus videtur. *id est, bipedalem fortasse, vel paulo aut maiorem, aut minorem*. Brut. In solem procedere. Lal. Solem é mundo tollere videntur, qui amicitiam é vita tollunt. 7. ad At. 108 b, In illo sole tuo Lucretino apricationem tecum vnam malim, quàm, &c. 2. de Nat. A sole agris tepefactis & ex aquis excitantur vapores. Acad. q. ed. 1. lib. 2. A sole collucere. pro Mil. 117 b, Nec vero quisquam aliter arbitrari potest, nisi qui nullam vim cœlestem eximat, nomen vediuinum, quem neq; sol ille, nec cœli & signorum motus, nec vicissitudines rerum atq; ordines mouent, neque id quod maximum est maiorem sapientia, qui sacra, qui ceremonias & ipsi sanctissimè coluerunt, & nobis suis posteris prodiderunt.

☞ Syntaxis. *Videmus sol vt circumferatur, moderator & dux temporum. dux, princeps, & moderator, mens mundi, & temperatio, calidus, igneus, nolle visus, geminatus, extinctus, iam præcipitans, occidens, oriens, obiens. In solem procedere. A sole collucent omnia.*

SOLARIVM, rii. de N. 43 b, Solarium vel descriptum, vel ex aqua, quo horæ declarantur. pro Qu. 10 b, Quintius non ad solarium, non in campo, non in conuiuiis versatus est. ad He. 27 a, vt ne ad solarium quidem idoneus sit.

SOLATIVM, tii. *consolatio fomentum*. Epist. 97 b, Vacare culpa magnum est solatium. I. A. 223 a, Cuius luctus nullo solatio leuari potest. de Pro. 72 a, sed fruatur sané hoc solatio. I. V. 231 a, vt illi haberent hæc oblectamenta & solatia seruitutis. de Cl. 165 b, Vnt & præsentem tua cura leuasti, & absentis magna solatia dedisti. At. 65 a, multa mihi dans solatia. Tuscul. 188 a, Hæc sunt solatia, hæc fomenta summorum dolorum. pro Arch. 138 b, Hæc studia rebus aduersis perfugiú, ac solatium præbent. I. V. 262 a, Reportare solatium ex aliqua re. cótra Rul. 82 a, Vectigal, &c. solatium annonæ. de Am. 97 a, Sed non egeo medicina, me ipse consolor, & maxime illo solatio, quod, &c. Ep. 179 a, In maximo meo dolore hoc solatio vtor, quód, &c. Att. 58 a, Nos malo solatio, sed non multo tamen consolamur, quod ipsius vicem minime dolemus.

☞ Syntaxis. *Leuatur solatio. luctus. Oblectamentum, solatiumq; Dare alicui solatium. Solatia fomentaque dolorum. id est, in dolores. Perfugium & solatium reportare. Vti solatio. Solatione magno consolari (paruendi modo.)*

SOLEA, arum. *crepidæ*. de Arusp respon. 254 a, soleæ muliebres.

¶ *Compedes*. de Inu. 85 a, & ad Heren. 5 a, Ligneæ soleæ in pedes inductæ sunt.

SOLEATVS, a, um. I. V. 253 b, Stetit soleatus prætor populi Romani cú pallio purpureo tunicaq; talari. & in Piso. 82 a.

SOLENNE, ne. *quod cum quadam ceremonia consecratum est, celebre, festum*. in Pison. 90 b, Qui dies quasi Deorum immortalium festi atque solennes sunt aduentu meo celebrari. Post q. 200 b, Lentulus de solenni religione resultat. de Ar. 147 b, Status solennesq; ceremonias pontificatu contineri. Tuscu. 173 b, solenne & statutum sacrificium. pro Dom. 242 a, Nec institutæ ceremonias persequi, nec vllum verbum solenne potuit effari. pro Do. 238 a, Si tribunus plebis verbis priscis & penè solemnibus bona ciuis cuiuspiam consecrarit. in Ver. 274 a, Omnesq; dii, qui solennes cœtus ludorum initis vehiculis thensarum, de Arusp. 148 b, Omnia solennia ac iusta ludorum summa cú ceremonia sunt seruata. Pro Mure. 124 a, Illa solennis comitiorum precatio. de Nat. 4 b, Sacrificia solennia. de Or. 161 a, Epulæ solennes. de Lega. 185 a, Ludi solennes. & 177 a, Solenne sacrificium & publicum. pro Qu. 4 a, Nullum est officium tam sanctum atque solenne, quod non, &c. At. 109 b, Tantúm igitur nostrum illud solenne seruemus, ut ne quem istuc euntem sine literis dimittamus, *id est, consuetum*. de Leg. 173 a, Nec illa vitiorum sacra solennia obeunto. pro Mil. 106 b, Iter solenne ante XIII. calend. Februarii Miloni erat Lanuuium ad flaminem prodendum. & 115 b, Expiare solennes religiones supplicio alicuius.

☞ Syntaxis. *Festum & solenne. Religio solennis. Stata, solennesque ceremonia. Prisca & solennia verba. Omnia solennia & iusta ludorum seruantur. Officium sanctum & solenne. Quaso solenne illud tuum serues, vt me.*

SOLENTINVS, *Solentæ oppidum Siciliæ*. I. V. 129 a.

SOLEO, es: solitus sum. *consueui, est meæ consuetudinis*. de Ora. 96 a, & 161 a, Ratio consuetudinis meæ, qua quandam solitus sum vti de In. 42 b, Antipater ille Sidonius solitus est versus fundere ex tempore. de Inu. 42 b, de Am. 107 a, si prius quid Scipio reprehendere solitus sit, edixero. I. P. 81 b, sed etiam hilarioribus oculis quam solitus eras, intuente. de Arusp. 255 a, In pompeium autorem (vt prædicare est solitus) consiliorum inuehi cœpit. de Or. 91 a, Irrisit ille quidem, vt solebat, philosophiam Offi. 28 a, Et maxime si aliquando alio omnino solita est frequentari. pro Qu. R. 52 b, Qui mentiri solet, peierare consueuit. *id est, assiduum*. Epi. 136 b, solebam enim antea delectari oleis.

SOLET, bat. de Or. 113 b, quod optimo cuique Athenis accidere solitum est. pro Cl. 53 a, Cum quondam, vt solebat, controuersia esset orat. de Or. 93 a, Vt in conditionibus scribi solet. Ep. 136 a, Quando tu secundum Oenomaum Accii, non vt olim solebas, Attellanum: sed vt nunc fit, Mimum introduxisti.

SOLERS, tis. *ingeniosus, perspicax sagax*. de Nat. 50 a, solers subtilisque descriptio partium corporis. & 52 a, Prouida solersque natura, de Clar. 186 a, M. Pisonis acumen in reprehendendis verbis uorsutum, & solers. de Nat. 47 b, Quid hoc homine solertius. de senectut. 88 b, Insitiones, quibus nil inuenit agricola solertius.

SOLERTER, tius ssimè. *sagaciter*. de L. 191 a, Ratio naturam imitata res ad vitam necessarias solerter consecuta est. de Nat. li. 2. simulata solertius res. litem, solertissime perspicere.

SOLERTIA, tiæ *sagacitas, perspicax prudentia, animorum incredibiles motus, celeritasque ingeniorum*. de Nat. 19 b, Nulla ars imitari solertiam naturæ potest. & 50 b, Quibusdam bestiis machinatio quædam atque solertia, vt in araneolis. & 18 a, Mundum vos negatis effici sine diuina posse solertia. de Diuin. 99 a, Chaldæi in Syria cognitione astrorum & solertia ingeniorum antecellunt. Offic. 32 a, ut homines natura congregati adhibent agendi cogitandique solertiam. de Opt. 144 a, Aliquem iudicium faciendi, cum aliqua solertia iudicandi, adhiberi ad probandum quippiam. de Nat. 54 b, Quis tantam solertiam persequi potuisset in sensibus?

☞ Syntaxis. *Solers, subtilisque descriptio. Prouidus ac solers. Versutum ac solers acumen, in laude. Machinatio & solertia aptum. Iudicandi solertia. Dei solertia.*

SOLICITO. as. *afficio, ango, solicitum habeo, misérum habeo*. Attico. 16 a, Multa sunt, quæ me solicitam anguntque. de Orato. 136 a, Hoc me solicitare summe solet. de Fi. 59 b, Quæ semper animum excruciant, semperque solicitant. de senectute. 77 a, Quanquam certo scio, non vt Flamininum solicitari te. Attico. Epistol. 24 a, sed tamen nihil me magis solicitat, quàm, &c. & 27 a, Ea cura me vehementissime solicitat.

SOLICITVDO, dinis. *angor, cura, metus, molestia, negotium*.)(*securitas*. de Legib. 164 a, solicitudo conscientiæ vexat impios. Tusculan. 213 a, Solicitudo est ægritudo cum cogitatione. & 169 a, Nulla cura, nulla solicitudo reliqua est. Attico. 129 a, Nunc scito te me esse in summa solicitudine. ad Brut. 19 b, sine solicitudine essem. item. Non minore nunc sum solicitudine, &c. de Domo. 137 a, Tibi autem de mea cura solicitudine cogitanti subito sum visus emersus ex flumine. pro Cluent. 53 b, & Epistol. 275 a, Quicquid hoc tempore habet solicitudinis & negotii. de Diuin. 146 a, Stoici omnia cum superstitiosa solicitudine & miseria credunt. contra Rull. 68 a, Solicitudo, in qua tibi his temporibus fuisti. Officio. 69 a, Angores, solicitudines, diurni & nocturni metus. pro Cluent. 27 a, Solicitudo animi & timor. Attico. 82 a, Sed dices meipsum mihi solicitudinem struere. de Clar. 199 b, Ex te duplex nos afficit solicitudo, quod & in repub. cares, & illa te. Attico. 95 a, Solicitudine prouinciæ tamen vel maximé vrgebamur. de Diuin. 139 a, Somnus est perfugium omnium laborum & solicitudinum. Att co. 281 a, Præ solicitudine ac stomacho multa scribere non possum.

SOLICITVS, a, um. *anxius, suspensus, perturbatus, laboriosus, anxietatus*.)(*securus, solutus, á cura liberatus*. contra Rul. 65, Ciuitas solicita suspicione, suspensa metu, perturbata seditionibus. pro Dom. 238 a, Tota ciuitas suspensa & solicita est. Attico. 33 a, Suspenso animo & solicito sum. Attico. 59 a, Epistola tua solicitum me de Qu. Fratre valde leuauit. & 273 a, Sum solicitus de te, &c. Epist. 23 b, Mirificè sum solicitus

citus, quidnam de prouinciis decernatur. At. 38 a, Amor solicitus atque anxius. de Fi. 76 a, Anxio & solicito animo esse. Ep. 254 b, Animus solicitus & 26 b, Quæ non animum meum magis solicitum haberent, quàm tuum. & 154 b, solicitiorem certe hominem in suis contractu neminem puto fuisse. & 96 b, solicitum autem te habebat cogitatio tum officii, tum, &c. & 24 a, solicitus eram de rebus vrbanis. At. 138 b, Antea solicitus eram & angebar, quo vti consilio possem. & 122 a, Quàm sum solicitus, quid futurum sit. Quint. Fra. 317 b, Magis sum solicitus expectatione ea, quam otem. de sen. 91 a, Quarta restat causa, quæ maxime angere, & solicitam habere senectutem debet. de Am. 106 a, In vita tyrannorum omnia semper suspecta atque solicita.

☞ Syntaxis. *Ille me solicitat & angit. Excruciari & solicitari. Conscientiæ solicitudo, Nulla tua. Nulla, solicitudo. In solicitudine esse. Magna esse solicitudine. Cum solicitudine esse. Solicitudo & negocium. Angor, solicitudo, metus diurnus, nocturnus. Animi solicitudo & timor. Laborum & solicitudinum perfugium, somnus. Pra solicitudine ac stomacho non scribo. Solicitus, suspensus, perturbatus. Suspensus & solicitus. Lentus de Cæsare solicitum. Mirifice solicitus sum, quidnam. Solicitus & anxius amor. Hoc solicitum habet animum meum. Nullus me hominum solicitat. In vita tyrãnorum omnia solicita sunt.*

SOLIDITAS, tis *firmitas, eminentia.* de Voru. 197 b, Cum soliditas mundo quæreretur. solida autem omnia Vno medio. &c. de Fin. 52 a, soliditas corporis indiuidui. de Nat. 11 b, Non soliditate quadam, sed imaginibus similitudine perceptis. & 22 a, Nec eiam habent soliditatem, nec eminentiam.

SOLIDVS, a, um *habens soliditatem, verus, eminens.* de Di. 90 b, Alexander cum columnam auream vellet auferre, dubitauit, vtrum solida esset, an, &c. de Vn. 197 a, Nihil tangi potest, quod careat solido: solidum autem nihil est, &c. de Nat. 35 a, Duæ formæ præstantes sunt, ex solidis globus, ex planis circulus aut orbis. de Nat. 16 a, Species deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil, &c. de Nat. 45 b, Terra solida & globosa. de Fin. 52 b, Illa indiuidua & solida corpora. Top. 222 a, Paries directus, solidus vel fornicatus. pro Planc. 236 b, A corporibus solidis fluere imagines.

¶ *Verus, certus, constans, stabilis.* Tusc. 190 b, Res solida & expressa, non adumbrata. de Fin. 61 b, Non tam solido quàm splendido nomine virtutis. Att. 85 a, Pompeius fortè cauet vsuræ, nec ea solida contentus est. de Or. 151 b, Vt orator suauitatem habeat austeram & solidam. Off. 65 b, sed nos veri iuris, germanæ, iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus. in Ant. 294 a, Vera, grauis, & solida gloria. in Vat. 30 b, solida laus, & vera dignitas. pro Sest. 22 b, solidam veramque laudem quærere. Att. 274 a, solida, veraque gloria. de Cl. 192 a, solidum genus orationis. pro Plan. 263 a, Non eam tribum Tarentinam, sed solidam, &c. in Ver. 58 a, At quam solidum id est, vt me siculi maximè velint: alterum illud, credo, obscurum est, &c. *id est, verum & firmum.* in Pison. 92 b, Quibus ex rebus nihil est, quod solidum tenere possis. de Fin. 63 b, solida vtilitas. pro R. P. 330 b, Ita bona veneant, vt solidum suum cuique soluatur. *id est, integrum.* pro Pl. 265 a, Hæc sunt iudicia solida & expressa.

☞ Syntaxis. *Solida corpora. figura, globus, paries, columna. Res solida & expressa, oratio, laus, vtilitas, iudicium. Solidum veramque. In hac re nihil est quod solidum tenere possis. Vera, grauis ac solida gloria.) (adumbrata.*

SOLIPVGA, pugæ, *teste Plin. lib. 29. cap. 4. Est, inquit, & formicarum genus venenatum, non ferè in Italia: Solipugas Cicero appellat; Salpugas Bætica.*

SOLISTIMVS, a, um *augurij genus.* de Di. 113 b, Cum igitur offa iam excidit ex ore pulli, tum auspicium tripudium solistimum nunciant. & 86 a, & Epist. 83 b.

SOLITARIVS, a, um. *solus, solivagus, remotus ab oculis populi, vitam instituens & degens ab omnibus.*)(*communis & sociatus cum altero.* de Am. 111 b, & de Nat. 91 b, Nec solitarium neque simplex, sed, &c. Off. 40 b, solitarius homo, atque in agris vitam agens. de In. 57 b, solitarium ac rarum iudicatum. de Am. 112 b, Natura solitarium nihil amat.

SOLITVDO, inis *regio deserta, locus desertus, recessus, secessus, viduitas; destitutio.*) (*frequentia.* I. V. 227 a, Audiistis, quæ solitudo esset in agris, quæ vastitas, &c. I. P. 91 a, Tibi solitudo erat pro frequentia. de In. 70 b, solitudo loci.) (*Celebritas loci.* Epist. 26 b, Vt discederem fortasse in aliquas solitudines. de Di. 113 a, si sciisset se in solitudine Ægyptiorum trucidatum iri, &c. *de Cn. Pompeo loquitur.* ad Heren. 2 a, Inopia, solitudo, calamitas. pro Quin. 1, Inopia & solitudo afficimur. At. 194 b, sed mihi solitudo & recessus prouincia est. de Cla. 185 a, Tum erat ab oratoribus quædam in foro solitudo. I. V. 271 a, Desertissima solitudo. de Iom. 129 b, Vasta solitudo, pro Cec. 287 a, Ebutius iste, qui iam diu Cæsenniæ viduitate & solitudine aliitur, de Am. 128 b, si quis nos deus ex hac hominum frequentia tolleret & in solitudine vspiam collocaret. & ibid. solitudo aufert fructum voluptatum, de Or. 101 b, Vt ista ab solitudine domum meam vindicarē & 121 b, Cum Crassus se de turba, & à subselliis in otium solitudinemque contulerit. Of. 28 a, Ampla domus dedecori domino sæpe fit, si ea solitudo. & 35 a, si solitudo tanta sit, &c. * Ep. 113 a, Sed Romæ, te profecto, solitudo videtur facta. }

☞ Syntaxis. *Solitarium ac simplex, Solitarium & rarum iudicium. Solitudo in agris, ac vastitas Inopia & solitudo. Solitudo & recessus. Deserta solitudo. Solitudo in foro a ciuibus. In otium & solitudinem se conferre à turba & subselliis. In ampla domo ne fit solitudo.*

SOLITVS, a, um, *vsitatus verus.* Ci. de Am. 122 b, Illud a, Tarentino Archita, vt opinor, dici solitum, & alibi. Solitum dicere ἀναγγέλλειν καὶ ταλῶς ποιεῖν. Nõ insolita adolescentibus gloria. de Cl. 191 a, Aliquã capilatior. quam ante. Ci. Huic non mirum est extempore dicenti solitam effluere mentem. de cla. 184 b, solitus dicere. Ci. Ep. 28 b. }

SOLIVAGVS, a, um *solitarius.* Of. 38 a, solivaga cognitio & ieiuna videatur. Tusc. 235 b, Earum ipsarum partim solivagas, partim congregatas. *id est, bestias.* de Vn. 198 b, Cœlum solivagum, & volubile, & in orbem incitatum.

SOLIVM, lii. *sedes.* de Fin. 79 a, sedere in solio ornatu regali. de L. 158 a, Vt more patrio sedens in solio consulentibus responderem. & 154. In solio sedens domi. de Or. 129 b, Dideret te cum ædes venderes, ne in rutis quidem & cæsis solium paternum recepisse.

¶ *Labrum, cupa.* I. P. 54 a, Græcis stipati in lectulis, ipse solus bibebatus, quæ eodem de solio ministrentur.

SOLICITATIO, onis. *instigatio.* pro Cl. 23 b, & 18 a, De solicitatione Diogenis. Epist. 158 b, Hinc illæ solicitationes seruorum muneris & promissis.

SOLICITATVS, a, um. pro Cl. 37 b, Legio est ab eo sollicitata in Illyrico.

SOLICITO, as. *instigo, vrgeo.* pro Cl. 27 a, Fabricium Diogenem ad venenum. Habitu dandum, spe & precio sollicitare cœpit. I. A. 229 a, T. Plancus, cæterique pares, solicitant homines imperitos. pro Cæl. 48 a, sollicitare seruos alicuius ad aliquem necandum I. C. 112 a, & b, Precio sollicitare animos gentium. Ep. 242 b, se sollicitatum esse, vt regnare vellet. & 169 a, sollicitare exercitum. I. A. 212 b, Non rursus decuriabat improbos, non agrarios sollicitabit. pro Deiot. 149 a, seruum sollicitare.

☞ Syntaxis. *Spe & precio, exercitum, legionem, seruos sollicitare ad.*

SOLOECA, orum. Att. 19 a, Lucullus de suis historiis dixerat, se quo facilius illas probaret Romani hominis esse, idcirco barbara quædam & σόλοικα dispersisse.

SOLOECISMVS, mi. ad Her. 27 b, soloecismus est, cum pluribus verbis consequens verbum superiori non accomodatur. σολοικισμός. Att. 88 b, & 224 b, Nihil tã σόλοικον, &c. χαῖρε βαλὲ ὑπεράνω σοι. *id est, mihi & tibi.*

SOLON, onis. Off. 88 a, Solon qui vt reip. prodesset, furere se simulauit. Att. 154 b, Solon popularis tuus, qui capite sanxit, &c. & 281 a, Solon qui & sapiens vnus fuit ex septem, &c.

SOLONIVM, nii. *villa.* At. 24 a, Ire in Solonium, aut Antiũ. & 28 a, Quæ illa βοῶπις, cum è Solonio redierit, ad te est relatura.

SOLOR, aris. *consolor.* in Vatin. 34 b, C. Antonius hac vna re miseriam suam solatur, quò, &c.

SOLSTITIALIS, le.) (*brumalis.* de N. 66 b, Cur sol referat, nec lõgius progrediatur solstitiali orbe, itemque brumali. de Vn. 200 b, Alia per cœlum penetrantia solstitiali se & brumali reuocatione conuertũt, Tusc. 240 b, solstitiali die.

SOLSTITIVM, tii. *cum sol vltrà non progreditur: estq; duplex, hybernum alterum VIII. cal. Ian. alterum æstiuum e III. Iuly.*) (*bruma* de Natura. 30 a, solis accessum discessumque brumis solstitiisque fieri. & 36 a. In lunæ cursu est brumæ quædam & solstitii similitudo. de Diuinatio. 127 b, In his locis post solstitium canicula oritur, apud Troglodytas ante solstitium.

SOLVENDO esse, & non esse. *id est habere vel non habere vnde soluas.* Off. 49 b, Is occultat gaudium suum, ne videatur non fuisse soluendo. in A. 161 a, Nec in soluendo erat. Att. 207 a, Magnus soluendo nõ erat. Ep. 37 a, Cum soluendo ciuitates non essent.

SOLVM, *tantùm, modò.* in Anton. 175 a, Nos nunciationem solum habemus, &c. Or. 212 a, Recto casu solum Græcè loqui. de Or. 126 b, Nõ solum oratione, sed multò magis vi & dolore. Tusc. 198 b, Quasi ea ira atra bili solum mens, ac non sæpe vel iracundia grauiore, vel timore mouetur. de Leg. 166 b, Hi dere ea solum dissident, de cæteris mirificè congruunt.

SOLVM, li. *terra.* contra Rull. 79 b, Quod solum tam exile & macrũ est, quod, &c. de Clarr. 166 a, ferremus igitur aliquid tanquam in inculto & derelicto solo. pro Cornelio. 57 a, Vos mutæ regiones imploro, & sola terrarum vltimarum. Topico. 228 b, solum ambitus ædium. in Anton. 196 b, Iupiter Optim. Maxim. cuius nutu sola terrarum gubernantur. de Leg. 169 b, Quin ipse quoque sum ipsi villæ amicior factus, atque huic omni solo, &c. I. Cat. 122 a, Patriæ solum omnibus charum est. pro Cornel. 69 a, Qui ciuitatis alicuius solum ciuitatis mutatione vertissent. pro Cec. 394 b, Qui volunt pœnam aliquã subterfugere, ea solum vertũt. *hoc est, sedem ac locum mutant.* Par. 121 b Mutare solum. pro Dom. 229 a, pro Quint. 11 b, Quò vertendi, hoc est, mutãdi soli causa venerant. & 16 b, Vertere solum exilii causa. I. A. 197 a, Exilii causa solum vertisse. I. V. 254 a, cleomenes nauē in solo fluctuante reliquerat. a de N. 14 a. Abuteris ad omnia atomorum regno, atque licentia, hinc quodcunque in solum venit, vt dicitur, effinges, atq; efficies. }

¶ *Spacium, area, vt pauimentum.* Parad. 125 b, Aurata tecta, & sola marmorea, in villis facere. de cl. 188 b, Solum & quasi fundamentum oratoris est, &c.

¶ *Planta.* Tusc. 246 a, Mihi calceamentum est solorum callum. Epi. 243 a, Ibi loquor, quod i solum, vt dicit. de N. 14 a, Abuteris ad omnia atomorum regno & licentia: hinc quodcunque in solum venit (vt dicitur) effinges atque efficies. *prouerbium est de eo qui neque quid dicat, neque quid agat attendit, sed omnia de omnibus & loquitur & efficit. Videtur autē à figulis sumptum, qui quicquid in solum fimum & in terram venit, fingunt. Vide Erasmi Chiliades.*

☞ Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Exile, macrumque solum. In inculto & derelicto solo serere. Terrarum ultimarum sola. Callum solorum.*

SOLVENDVS, a, um. Att. 107 a, soluendi suos nummi Cæsari. pro Qu. R. 53 a, Cum altera pensio soluenda esset.

SOLVO, uis *persolue dissoluo, pendo, dependo, appendo, numero adnumero, repræsento, pretium enumero, pretium do, pecuniam do, satisfacio, reddo, confero, ære alieno exeo, vel me libero.* 3. V. 186 a, Verres ciuitatibus pro frumento nihil soluit omnino. pro Fl. 156 a, Respondet se omnem pecuniam Fuscus persoluisse. pro Cl. 14 b, pro Fl. 157 b, Is pecuniam prælectorem non debitam molieri soluit. Att. 261 b, Na Terentiæ quidem adhuc quod soluam, expeditum est. & 262 a, Vt pecuniam reliquam Buthrotii ad diem soluerent. & 2 b, Mittimus qui pro vectura solueret. I. A. 185 b, soluere vota. Off. 70 a, soluere nummos adulterinos pro bonis alicui. pro Mar. 135 a, Cum patriæ quod debes, solueris. L. DANAE ivr. de Clar. 166 a, Ego vero expectabo ea quæ polliceris, neque te exigam: sed tamen erunt mihi grata, si solueris. & ibid. Ego tibi Brute non soluam, nisi prius, &c. Epist. 122 a, soluere beneficia alicui. da Ar. 250 a, si habueris unde tibi soluas, quod ei per syngrapham credidisti. pro Fl. 155 a, Cuius bona, quod is populo non soluebat, publice venierunt. pro Qu. R. 51 a, Quod à Flauio abstulero partem dimidiam, inde me soluturum spondeo.

¶ Soluere à se, *est, non aliunde pecuniam accipere, aut per alium soluere, sed de suo (vt aiunt) soluere.*

¶ Soluere, vel repræsentare, vel data ab aliquo, *est, curare vt alius suo nomine soluat.* L. A. & A. B.

¶ *Explico, enodo.* Att. 176 a, & 240 a, Dalatur est ad me fasciculus, folus solui. de Fin. 53 a, soluere captiosa argumenta. de Vn. 292 e, Omne colligatum solui potest.

¶ *Libero.* ad Her. 160, soluere aliquem legibus.

¶ *Nauticum.* Att. 7 a, soluere ancoras. pro Mur. 124 b, Portu solues. Att. 103 b, Quid ad hæc reperit? soluamus, inquis. de Diu. 86 a, Agamemnon soluere imperas auersa naui. Off. 62 a, si idem fecisset mercatores ab Alexandria soluisse. Epistol. 259 b, Nos eo di cœnati soluimus, &c.

SOLVOR, ris. pro Cec. 304 b, Vt religione ciuitas soluatur. pro Qu. 5 a, Vt procurator iudicatum solui satisdaret. Brut. 209 e, Pecunia enim solui potest.

SOLVS, a, um. *solitarius, vnicus, vnus, vnus solus, solus, per se, vnus ex omnibus.*)(*cum altero.* de Pro. 72 b, Tiberius Gracchus solus ex toto illo collegio, &c. de Or. 148 b, Stoici soli ex omnibus philosophis dixerũt, &c. & 154 b, Gorgias solus ex omnibus. &c. Episto 28 b, solus ex omnibus. Att. 179 b, Minutius. XII. sola curauit. de Ar. 246 b, Qui locus solus ex priuatis locis omnibus hoc præcipue ius habet, vt, &c. & ibid. Vno solo illo dissentiente. da Di. 93 a, Cum in locis solis nice illas errares. Off. 60 a, Cui visum est vtilius solum se quàm cum eo, (?) regnare. At. 77 a, Scæuola qui solos nouem menses Asiæ præfuit. de Or. 86 b, Actio sola per se magna est. Top. 225 b, sapientia sola per se. pro Mur. 134 a, Dicere aliquid alicui soli. *id est, nemine præsente vel audiente.*

SOLVTE. *expedite.* de Diu. 109 a, Animus somno relaxus solutè mouetur, & liberè. de Cla. 174 b, solute & suauiter dicere. & 190 b, Facile soluteque verbis voluere sententias.

¶ *Ieiune, frigide, remisse, abiecte.* de Clar. 190 b, Tam solute egit, tam leniter, tam oscitanter.

SOLVTIO, onis, *in re pecuniaria enumeratio, dissolutio.* Att. 203 b, sustinenda est solutio nominis. Valeriani, dum de Metone sciamus. pro Pomp. 7 a, Romæ solutione impedita fidem concidisse. pro Cec. 287 a, Temporibus illis difficillimis solutionis. Off. 51 a, solutio rerum creditarum. pro Clu. 14 b, si hæc solutio legatorum, & non merces abortionis appellanda est.

¶ *Dissolutio, explicatio.* de Orato. 94 b, Linguæ solutio, vocis sonus. Tusc. 203 b, λύσις, quasi λύσεις. *id est, solutio totius hominis.*

SOLVTVS, a, um. *liber, dissolutus, promptus.*)(*alligatus.* de Diuin. 80 b, Animi sine ratione & scientia, motu ipsi suo soluto & libero incitantur. de Som. 131 a, Ego statim somno solutus sum. de Fin. 138 e, Motus solutus ac vagus. & 55 b, Cum soluta nobis eligendi optio, nec impeditur. &c. Epi. 16 a, si essent omnia mihi solutissima, non alius essem atque nunc sum. pro R. P. 124 b, Qua lege totus ordo solutus ac liber est. contra Rull. 65 b, Consul solutus à cupiditatibus, liber à delictis. pro Dom. 224 a, Homines soluti & à cura liberati. Att. 136 b, Quæ soluto animo scribi solent, ea temporibus his excluduntur. da Or. 110 b, Aum passim ac libere solute opera volitare. I. V. 146 a, soluto liberoque animo esse. Or. 204 a, solutum sit quiddam, non vagum tamen, vt ingredi liberè non licenter errare videatur. de Cl. 180 a, solutus in explicandis sententiis. &, Gellius verbis solutus. & b, solutissimus in dicendo, & acutissimus. da Cl. or. 187 a, A natura ad dicendum satis solutus atque expeditus.

¶ *Languens.* de Clar. 190 a, Verba non soluta, nec diffluentia, sed astrictè numeris. de Or. 160 a, soluta oratio. Orat. 219 b, Maiorem habet apta vim, quàm soluta. de Cl. 185 a, solutus & mollis in gestu. ad Att. 33 a, Quum vides voluntatem ciuitatis solutam, virtutem alligatam. de Ora. 159. a, Nec verba alligata sint, quasi certa aliqua lege versus, nec ita soluta, vt alligantur.

¶ *Dissolutus, numeratus.* Att. 251 b, Ex qua pensione ipsa maior pars est ei soluta aliquanto ante diem. & 255 b, Hoc quod satisdato debeo, peto à te vt prouideas, planeque expedias, & solutum relinquas.

☞ Syntaxis. *Vnde soluam, non habeo. Ille creditori non soluit. Cœnati soluimus. Soluta ciuitas religione. Procurator iudicatum solui satisdet. Facile soluteque dicere. Solute & socitanter. Legatorum solutio, ac linguæ. Somno solutus. Motus liber & solutus, pecunia, pensio, debitum. Quod satisdato debes, prouide, plane expedi, & solutum relinque. Optio eligendi tibi est libera, nec impeditur. Vtinam omnia tibi sint solutissima. Solutus ac liber. Animo soluto scribere. Solutus verbis. A natura satis in dicendo solutus ac expeditus. Soluta ciuium voluntas, alligata verò virtus.*

SOMNICVLOSVS, a, um. *somni plenus.* da Sen. 84 a, Iners, ignaua, & somniculosa senectus.

SOMNIO, as. *secundum quietem video, in quiete video, in somnis videre videor, in quiete mihi videtur, somnium facio, in somnis cerno, in somnis video, secundum quietem aliquid mihi videtur, dormienti mihi videtur, in quiete perusum accipio.* de Di. 88 b, Mater somniauit, se peperisse satyriscum. Att. 149 b, Troianum somniasse eram. da D. 133 b, si ea dormientes agerent quæ somniarent, alligandi essent omnes qui cubitum irent. da Di. 136 a, Defert ad coniectorem quidam, somniasse se, ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis. & 137 b, Nec mihi magis vnquam videor, quàm cum in curia senatum video, somniare. & 137 a, Hanc credo causam somniandi de isto fuisse. Aca. 13 b, At cum somniauit, ita narrauit, &c. de Nat. 5 b, Miracula non disserentium philosophorum, sed somniantium.

SOMNIVM, nii. *visum, visum somni, insomnium.* pro Domici 241 b, Qui ase in litore deserto somnus stimulatus, aut religiona aliqua consecrarer. de Di. 92 a, Cumque sanatos somnium natta misset. pedibus suis salus reuertit. ibi. Eandem in somnis admonitionem fuisse. Aca. q. 13 b, Eadem ratio est somniorum. & 14 e, Eadem est in somniis species. da Nat. 9 b, Chrysippus stoicorum somniorum vaferrimus interpres. de Di. 134 a, Coniector somniorum. & 88 b, somnia Antiphontis interpretatione explicata. & 90 e, Dionysius Persicus, de Cyri somnio. de Nat. 10 a, Non philosophorum iudicia, sed delirantium somnia. da Di. 89 a, Quo facto somnio, patar, &c. in Sallust. 275 a, Et dic, vnde tu repente tanquam somnio beatus, hortos preciosissimos parauerit. de Di. 130 a, Somnium da simonide, &c. & 135 a, Animus cum languore corporis, nec membris nec sensibus vti potest, incidit in varia visa & incerta, ex reliquiis, vt ait Aristoteles, inhærentibus earum rerum quas vigilans gesserit aut cogitarit. quarum perturbatione mirabiles interdum existunt species somniorum.

☞ Syntaxis. *Somnio stimulatus. Somniorum species, interpres, coniector. Repente tanquam somnio beatus.*

SOMNVS, ni. *sopor, quies.* da Diuin. 139 a, Somnus est perfugium omnium laborum & solicitudinum. de Sen. 94 a, Nihil morti est tam simile quam somnus. Tusc. 168 a, somnum imago vel simulachrũ est mortis. Att. 218 a, de Inu. 67 b, Tusc. 218 a, Ego si somnum possem capere, tam longis te epistolis non obtunderem. Att. 144 a, Cum me egritudo somno priuaret. de Som. 126 b, Deinde vt cubitum discessimus me arctior quàm solebat somnus complexus est. & 127 b, da Nat. 55 a, Quæso, inquit, ne me e somno excitetis. pro Syll. 171 b, Ex somno excitare aliquem. Tusc. 218 a, E somno suscitari. de Cl. 190 b, somnum isto loco vix tenebamus. Tusc. 123 a, Epulati somno se dederunt. Att. 217 a, Deinde somno repetito simul cum sole experrectus sum. Off. 21 a, Ludo autem & ioco vti illis quidem licet, sed sicut somno & quietibus cæteris. da Fin. 138 a, Tusc. 168 a, Nisi iucundissimis nos somnis vsuros putamus, Endymionis somnum nobis nolimus dari. de Diuin. 114 e, Animus per somnum curis vacuus. de Natu. 17 b, In somnis videra aliquid. de Diu. 105 a, Is vera & certa cernit in somnis. da Diu. 90 b, Annibalem, cum cepisset Saguntum, visum esse in somnis à Ioue in concilium vocari. de Di. 89 e, Mater grauida parere se ardẽtẽ facem visa est in somnis Hecuba. de Diu. 138 a, Quædam matrona visa est in quieta obsignatam habere naturam. & ibidem. Cursor visus est in somnis curru quadrigarum vehi.

☞ Syntaxis. *Somnus imago, vel simulachrum est mortis. Somnum capere. Somnus me complectitur. E somno excitare, suscitare. Tenere somnum. Sedare somno. Vti somno. Repetitus somnus. Per somnum curis vacuus animus. Vera in somnis videre. Visa est in somnis Hecuba flammam parere.*

SONANS, tis. Or. 219 b, Ibidem sunt numeri non modò loquentium, sed etiam sonantium, omnium, quę metiri auribus possumus. & 218 a, Verba bene sonantia. Item ibid. Malè sonantia, iidem. de Orato. 156 b, Verba in quibus plenum quiddam, & sonans esse uidetur. pro Ar. 199 b, Cordubę nati poetæ, pingue quiddam sonantes, atque peregrinum. de Nat. 30 b, Fumos modulate canentes, & fidiculæ numerosè sonantes.

SONIPES, dis. *equus.* de Or. 160 a, Sonipedes.

SONITVS, tus. *sonus, cantus buccinæ.* de Som. 129 a, Hoc sonitu complete aures obstrudueriunt. Tusc. 169 a, Quo sonitu reddito, ridens inquit &c. de Or. 89 a, Verborum sonitus inanis. de Arul. 258 a, Cognate genus sonitus, eius quem Laurentes obuociarunt. Or 205 b, Eloquẽtia quæ cum magno sonituque feratur. ad At. 9 a, Nosti iam in hac materia sonitus nostros. ad Her. 48 b, Sonitus tubæ.

SONINIA, orum. *augurij genus.* Ep. li. 6, Nec ex tripudiis solistimis aut soniniis tibi auguror, sed habeo alia signa quæ obseruem.

SONO, as. *cano, sonum refero, sonum, sonitum efficio, reddo.* & 96 a, At Lacedæmonis in Herculis fano arma sonuerunt. de Som. 129 e, Natura fert vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera acute sonent. de N. 42 b, ipse est nobiscum uidet, nobiscum audit, nobiscũ sonat. Officio. 68 b, Et quidem sic hæc duo verba inter se discrepant, vt tamen vnum sonare uideantur. de Finib. 65 a, Epicurum, qui crebrò dicat oportere exprimi, quæ uis subiecta sit vocibus, non intelligere interdum,

dum, quid sonet hæc vox voluptatis. & 74 b. Si in honestate voluptatem dicant inesse, ait eos inani voce sonare. Orat. 146 b, In qua nihil sonare aut olere peregrinum possit, quo magis antiquitatem, si ita sonet, sermo eorum retinere videatur. de Cla. 187 b, Cotta sonabat contrarium Catulo, subagreste quiddam, planeque subrusticum.

☞ Syntaxis. *In verbis plenum sit quiddam, ac sonans. Pingue sonans, ac peregrinum poema. Fidicula numerosè sonantes. Eloquentia sonitus. Arma sonant. Quid vox voluptatis sonat? In hac oratione nihil sonat, nihil olet peregrinum. Orator sonat illi contrarium, subagreste quiddam, planeque subrusticum.*

Sons, tis. *nocens.* Off. 16 b, Idque est viri magnanimi, rebus agitatis punire sontes, multitudinem conseruare. In Ant. 164 a, Comprehensio sontium mea, animaduersio senatus fuit. de Leg. 185 a, Epist. 57 a, Vincula sontium seruanto. Tuscu. 183 a, Aut etiam sontibus opitulari poteram.

☞ Syntaxis. *Comprehensio sontium mea, id est, quando ego sontes comprehendi.*

Sonvs, ni. *strepitus, exaudibilis species, vox, vocis sonus, vocis cantus.* de N. 54 a, Aures cum sonum recipere debeant, qui natura in sublime fertur, rectè in alta corporum parte collocatæ sunt item, Aures duros & quasi corneolos habent introitos, multisque cum flexibus, quòd his naturis relatus amplificatur sonus: quocirca & in fidibus testudine resonatur, aut cornus, & ex tortuosis locis & inclusis referûtur ampliores. de Som. 128 b, Quis hic est, qui complet aureas meas, tantus & tam dulcis sonus? & ibi. Hic est, inquam, ille sonus, qui interuallis coniunctus imparibus, sed tamen pro ratione distinctis, impulsu & motu ipsorum orbium efficitur, qui acuta cum grauibus temperans æqualiter concentus efficit. de Nat. 55 b, Varietas sonorum, interualla, distinctio, & vocis genera permulta. de Or. 107 a, b, Græci vocem sedentes ab acutissimo sono vsq; ad grauissimum sonum recipiunt. & 126 a, Vox ad miserabilem sonum inflexa. Or. 253 b, Omnium longitudinum & breuitatum in sonis, sicut acutarum grauiumque vocum iudicium natura in auribus nostris collocauit. & 200 b, Vt extrema referant eundem in cadendo sonum. de Natu. 56 b, Manus apta ad neruorum eliciendos sonos. de Ora. 164 a, Cursus vocis per omnes sonos. de Di. 113 b, Qui sono quodam vocum & Phrygiis cantibus incitant. de Na. 56 b, Lingua sonos vocis distinctos & pressos efficit, cum, &c. Aca. 19 a, Ac mihi videtur dignissimum rebus his de quibus loquitur, sonum fundere. Tus. 242 b, Dicatque nos in vocibus occupatos, inaneis sonos fundere. & 251 a, Inanis vocis sonos. Orat. 20 a b, Verbum, vox, sonus. de Or. 100 b, sonus pronunciandi. Tus. 161 a, Qui sonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis literarum notis terminauit. Off. 29 b, Sic viuendum est in vita, ne forte quid discrepet, vel multo etiam magis, quo maior & melior actionũ quàm sonorum concentus est. de Leg. 177 b, Nihil tam facile in animos teneros atq; molles influere, quàm varios canendi sonos.

☞ Syntaxis. *Aures sonum recipiunt, sono complentur. Ad miserabilem sonum vocem inflectere. Sonum neruorum elicere. Vocis cursus per omnes sonos. In vocibus occupati fundunt inanes sonos. Varij canendi soni facile influunt in animos teneros, mollesque.*

Sophia, æ. L. Sapientia.

Sophisma, tis. Aca. 19 a, Contorta & aculeata quædam sophismata: sic enim appellantur fallaces conclusiunculæ.

Sophistes, tæ, Aca. 18 b, At quis est hic? num sophistes? sic enim appellantur hi, qui aut ostentationis, aut quæstus causa philosophantur. de Na. 14 a, & Or. 200 a, Abderites Protagoras, sophistes temporibus illis maximus. & 200 b, Isocrates, multique alij, qui sunt nominati sophistæ. de Fi. 64 a, Sed & Gorgiam & cæteros sophistas lusos videmus a Socrate. de Fin. 64 a, Eorum erat iste mos, qui tum sophistæ nominabantur.

Sophocles, clis. *poeta tragicus.* de Sen. 81 b, *bis.* & de Fin. lib. 5, de Diu. lib. 1, Att. lib. 2.

Sophoclævs, ea L. Pango.

Sophos, *sapiens.* de Fi. 69 b, Lælius sophos ille, &c. *bis.* Tusc. lib. 5, Qui à Græcis sophi, sapientes à nostris nominatur. de Nat. li. 1, Sophi motum manem vocant.

ΣΩΦΡΩΝ. L. Temperans.

ΣΩΦΡΟΣΥΝΗ. L. Temperantia.

Sopitvs, a, um. *quasi somno oppressus.* pro Cęl. 46 a, Blandiméta quibus sopita virtus coniuueret. de Diu. 93 a, & 104 a, Sopito corpore animus vigilat.

Sopor, oris *somnus.* de Diu. 89 b, Cum iam quieti corpus dedi, sopore placans artus languidos. In Sal. 274 b, Noli nobis languorem & soporem exprobrare.

Soranvs, na. pro Pl. 263 b.

Sorbeo, bes, sorbui. L. Absorbeo. Quin. F. 328 b, Ista odia non sorbeo solum, sed etiam concoquo. I. A. 232 b, Quid eum non sorbere animo? quid non haurire cogitatione? cuius sanguinem non bibere censetis.

Sordeo. des. Off. 329 b, M. Anto. cui sordebat Macedonia prouincia, *i. putet, & sordida videtur.*

Sordes, dium *lutum. fex.* de Na. 55 a, Prouisum est etiam, vt si qua minima bestiola conaretur irrumpere, in sordibus aurium tanquam in visco adhæresceret.

¶ *Immunditia.* pro Mur 142 b, Pop. Roma. non amat profusas epulas, sordes, & inhumanitatem multo minus.

¶ *Auaritia.* Att. 65 a, Iudicum sordes. Ep. 95 a, Sordes hominis.

¶ *Dedecus, macula, nota, culpa, flagitium.* pro Sex. 16 b, Virtus splendet ipsa per se semper, nec alienis vnquam sordibus obsolescit. in Sal. 272 b, Non enim procacitate linguæ vitæ sordes eluuntur. Att. 10 b, & 12 b, Satius erat illum in infamiæ relinqui sordibus q̃ infirmo iudicio committi. Att. 81 a, Has à nostro Q. Ticinin sordis accepimus. Epi. 123 b, Nam sordes eluere vult.

¶ *Contumeliosè vocatum, fex.* I. P. 93 a, de Cl. 185 a, O lutum, o sordes, &, Is ex summis & fortunæ & vitæ sordibus consul factus est.

¶ *Luctus, mœror, dolor.* pro Clu. 21 a, Mater squalore filij & sordibus lætatur. Postq. 199 a, Alicuius quotidianæ lachrymæ, sordesque lugubres. pro Cluê. 58 a, Spectaculum sordium atque luctus, & tanti squaloris alicuius. I. V. 261 b. Aspicite iudices squalorem sordesque sociorum. pro Do. 125 a, Filiæ meæ fletus assiduus, sordesque lugubres. Epi. 133 b, Iacere in lachrymis & sordibus.

Sordidatvs, a, um. *sordidus.* de Ora. 136 b, Mœstus ac sordidatus senex. I. V. 121 a, Heraclius & Epicrates sordidati maxima barba & capillo. & 209 a, Postq. 206 b, Innumerabilis multitudo supplex ad eũ sordidata venerat. I. P. 94 a, Serui sordidati ministrant. I. A. 2, Sordidata mancipia.

Sordide. *auare.* de Ora. 141 a, Sordide dicere. Atti. li. 15, Sordide concionari.

Sordidvs, a, um. *pauper.* Tusc. 202 b. Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia. At. 195 a, Villula sordida, & valde pusilla. pro Fl. 157 a, & de Leg. 191 a, & Attic. 151 b, Homo egens ac sordidus. I. P. 101 a, Nec minus lætabor, cum te semper sordidum, quam si paulisper sordidatum viderem.

¶ *Turpis.* I. A. 156 b, Vt enim quisque sordidissimus videbitur, ita libentissime seueritate iudicãdi sordes suas eluet. de Io. 76 b, De pecunia ratiocinari sordidum est. Att. 143 b, Iste omnium turpissimus & sordidissimus idem est, qui in rep. fuit. Q. F. 293 b, Tuscennius homo furiosus ac sordidus. Off. 37 a, Quæ sordidissima quidem est ratio, & inquinatissima, & 43 a, Id enim ipsi sordidum est ad famam, cõmittere, vt accusator nominetur.

¶ *Auarus, cupidus.* Off. 30 a, De artificiis & quęstibus, qui liberales habendi, qui sordidi.

¶ *Mœrens.* pro Mur. 144 b, Squalore sordidos.

☞ Syntaxis. *Iacere in lachrymis & sordibus. Vitæ sordes eluere. O lutum, o sordes, in hominem. Squalor, sordesque lugentium. Hæc dicere, sordidum est. Egens ac sordidus. Turpis & sordidus homo.*

Sorites, tæ. de Di. 110 b, Quemadmodum soriti resistas, quem si necesse sit, Latino uerbo liceat acerualem appellare, sed nihil opus est: vt enim ipsa philosophia, & multa verba Græcorum, sic sorites satis Latino sermone tritus est. Acad. 37 a, Posthac potius differemus de obscuritate naturæ, &c. q̃ de oculorum sensuumque reliquorum mendaciis, & de sorite, aut pseudomeno: quas plagas ipsi contra se stoici texuerunt. Aca. 13 a, & 23 a, Captiosissimum genus interrogationis, quod genus minime in philosophiam probari solet, cum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur, soritas hos vocant: quia cerum efficiunt, vno addito grano, vitiosum sane & captiosum genus. sic enim ascenditis, &c. de Fi. 117 b.

Soror, ris. de Di. 89 a, Soror germana. pro Dom. 231 b, Non sum tam ineruditus, qui Mineruam Iouis sororem, meam esse sororem dicã. & ibi. Tu sororem tuam virginem esse non siuisti. I. A. 179 a, Filiam eius sororem tuam eiecisti. pro Mil. 155 b, Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit.

Sororicida, dæ. pro Dom. 218 a, b, Parricida, fratricida, sororicida.

Sororivs, a, um. pro Sex. 6 a, Homo fraternis flagitiis, sororiis stupris insanus.

Sors, tis. *cum ad diuinationem fatumque pertinet.* de Diuin. 120 a, Quid enim est sors? idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod tesseras: in quibus temeritas & casus, non ratio & consilium ualet. & 123 a, Auspicia restant, & sortes quæ ducuntur: nõ illę quę uaticinatione funduntur, quæ oracula uerius dicimus. & 126 a, Sortes, quæ fortunæ monitu, pueri manu miscentur ac ducũtur. & ibi. Fortes quæ hodie fortunæ monitu tolluntur. & 95 a, Cum spartiatæ oraculum ab Ioue Dodonęo peterent, legatique illud in quo inerant sortes collocauissent, simia & sortes ipsas, & cætera quę erãt ad sortem parata, disturbauit. & 122 b, Simia urnam euertit, sortes dissipauit. & 87 b, Sortes eductæ in rẽ apte cadere possunt diuinitus & 116 b, Quæ cui sors ducatus. I. A. 188 b, Sors diuina. de Nat. 62 b, Qui cornicis cantum notauit? quis sortes? de Diui. 87 b, Oracula quæ æquatis sortibus ducuntur. de Inu. 60 b, Ex sortibus, ex oraculis, ex responsis. de Di. 89 a, Quò sese uertant tantæ sortes summorum? In Ver. 61 b, Sortis religio. de Diuinat. 132 b, Sors illa edita est Crœso,

Crœsus Halim penetrans, &c.——

de Diuina. 126 a, Numerius Suffecius sortium inuentor, & ibidem. *de sortium inuentione.* de Diuin. 87 b, Vt hæ sunt sortes, quas ex terra editas accepimus.

¶ *Fortuna, casus.* Qu. F. 291 b, Quæstorem habes non tuo iudicio delectum, sed eum quem sors dedit. pro Mur. 128 a, Quæstura utriusque propemodum pari momento sortis fuit, nullũ enim nobis sors campum dedit, in quo excurrere uirtus cognoscique. pro Sex. 42, b, Quæstor hic Antonii collegæ mei fuit sorte, sed societate consiliorum meus. I. V. 31 a, & Epi. 29 b, Cũ tibi aquaria prouincia sorte obtigisset. I. V. 233 a, Sors ducitur. quãobrem? nemo erat uoluntarius laudator prætorę tuę. cont. Rul. 69 b, Paucas tribus non certa conditione iuris, sed sortis beneficio ad usurpandam libertatem uocare. I. V. 134 a, Cũ suffragiis tres creati sunt, res reuocatur ad sortẽ, *& ibi. de sortibus multa.* I. V. 112 a, Verri sorte prouincia Sicilia obuenit. p Do. 219 a, Prouincias extra ordinem sine sorte nominatim de

disti reipub. pestibus. Attic. 17 b, Cùm de consularibus mea prima sors exisset. Epist. 118 a, Ita sorte in prouincias proficiscerentur. & ibidem b, Conicere aliquem in spem. Epi. 177 a, Æqualiter aut sorte assignare aliquid alicui. pro Pl 266 b, Si sors is, nullum crimen est in casu. I. V 222 b, Telum, quod cuique sors afferebat, arripuit. Att. 36 b, Quod sors ubiulerit, id acturus videtur Q. Fr. 295 a, Quòd si te sors Afris, aut Hispanis, aut Gallis præfecisset, tamen &c. Off. 9 a,

Vosne velit, an me regnare hera, quid ve. ferat sors.

pro Lig 140 b, Tuberonis sors coniecta est. S C. cum ipse nó adesset & ibid. Africa quò senatus eum sorsque miserat. * pro Flacc. 163 b, Publicanis vti in sorte fecerant in sequentis anni vectigal pro mutuo, de lucto dat, nihil detrahit viuo.]

☞ Syntaxis. *Sortes quæ ducuntur, tolluntur, miscentur, educuntur. Res vocatur ad sortem, sorte mihi id obtigit. Quod sors obtulerit.*

SORTIENS, tis. I. V. 73 b, Senatores, qui C. Verre prætore sortiente exirent in eum reum, quem incognita causa cundemnarent.

SORTILEGVS, gi. *diuinus, ariolus.* de Diuinatio. 108 a, & 131 a, Nunc illa testabor, non me sortilegos, nec eos, qui quæstus causa ariolentur, agnoscere.

SORTIOR, iris. *sortitò capio, in sortem conuicio, sortitionem facio, fortunæ iudicio committo.* contra Rull. 70 a, sortietur tribus idem Rullus, educet quas volet tribus. contra Rull 70 a, b, Qui tribus quas voluit, vocauit nullo custode sortitus pro Clu. 44 a, sortiri ad pœnam, & hominum delictum fortunæ iudicio committere, minime censorium est. & ibidem. Non animaduertes in omnes? sed carpes, vt velis? & paucos ex multis ad ignominiam sortiere? Epist. 17 a, Sortiri prouinciā cum collega. pro Mu. 128 a, Tu illam cui cum quæstores sortiuntur, etiam acclamari solet, Hostiensem prouinciam habuisti. in Ver. 117. a, Et uenit in mentē è lege Rupilia, sortiri dicas oportere, educit ex vrna tres. de Natura. 21 a, Hoc non est considerare, sed quasi sortiri quid loqoere. de Fat. 149 b, An atomi sortiuntur inter se, quæ declinent, quę non? Qu. F. 306 b, Acilius sententiam dixit, ut ipse iudices per prætorem vrbanum sortiretur. Att. 8 a, Prætores nondū sortiti sunt prouincias. I. V. 70 a, Cū prętores designati sortirentur, M Metello obtigit, vt is de pecuniis repetundis quæreret Att. 17 b, Senatus decreuit, vt consules Galliam sortirentur. I. A. 212 a, L. Antonius sua lege cum C. Cæsare magistratum sortitus est.

SORTITIO, onis. *distributio, quæ sortitò, ductis ve fit sortibus.* pro Planc. 270 a, Nonquam maiores nostri sortitionem constituissent ędilitiā, nisi uiderent accidere posse, vt competitores pares suffragiis essent. in Anton. 188 a, Diuina uerò opportunitas, vt in sortitione prouinciarum, quæ cuique apta esset, ea cuique obueniret. & 176 a, Sortitio prærogatiuæ. Quint. Fratr. 306 b, Iudicum sortitione facta comitia haberi. Atti. 14 a, & pro Cl. 44 a, Vt sortitione in quosdam animaduerteretur.

☞ Syntaxis. *Tune ad pœnam sortiris? Sortiri bona cum aliquo. Illi sunt inter se sortiti. Illi sortiuntur.*

SORTITO, *sortitione, ductu sortibus.* Epi. 128 a, Eos sortitò in prouincias mitti placere. I. V. 134 a, Lex Iouis sacerdotem sortito capi iubet.

SORTITVS, tus. *sortitio.* pro Domo. 223 b, Pluribus de rebus vno sortitu retulisti.

SOSPITA, tæ. *salutaris.* pro Muræ. 145 b, & de Nat. 27 b, & de Diui. 80 b, Iuno sospita.

SOTER, eris. *conseruator, seruator.* I. V. 139 b, Is enim soter, qui salutem dedit. & ibid. Soter Latino vno verbo exprimi non potest.

SPARGENS, tis. pro S. R. 29 a, Attilius ille, quem sua manu spargentē semen, qui missi erant, conuenerunt. Tus. 171 a, & I. P. 88 b, Eiiciebatur latere pendens, saxa spargens tabo.

SPARGO, gis. *fundo.* de Senectute 93 a, Credo deos immortales sparsisse animos in corpora humana. pro Arc. 192 b, Ego vero omnia quæ gerebam, iam tum in gerendo spargere me ad disseminare arbitrabar, in orbis terræ memoriam sempiternam. de Diu. 81 a, Quod Zeno in suis commentariis, quasi semina quædam sparsisset Par. 123 a, Qui tractant ista, qui tergunt, qui vngunt, qui verrunt, qui spargunt. in Catil. 100 a, Qui sicas vibrare, & venena spargere didicerunt. in Arat. Spargere amnem lachrymis. I. A. 186 b, Qui nummos populo de rostris spargere solebat.

SPARSVS, a, um. *fusus, disiectus.* Attico. septimo a, Literæ sparsæ sale humanitatis.

¶ *Dissipatus.* ad Her. 24 a, Res sparsas & vage disiectas eligere. in Ar.

—Stella sparsa fugerque videntur.

pro Deiot. 148 a, Graues de te rumores sparsi sunt.

☞ Syntaxis, *In corpora sparsi animi. spargere ac disseminare. In libro spargere rationes.*

SPARTA, tæ. *Lacedæmon.* Att. 20 a, Quæ tibi obtigit, σπάρταν nunquā desere. Offi 49 b, Apollo Pythius oraculo edidit, spartam nulla re alia, nisi auaritia perituram.

SPARTACVS. de Ar. 249 b, & I. A. 194 a, Athenio & spartacus duces belli seruilis.

SPARTIATES, tæ. de Diui. 96 a, Tuscula. 245 b, Pueri spartiatæ.

SPARVS, ri. *genus teli.* pro Milone. 113 b, Sparorum pilorumque multitudo.

SPACIOR, aris. *ambulo, deambulo.* pro S. R. 28 a, Residere, deinde spaciari de Or. 243 b, spaciari in aysto.

SPACIVM, cii. *interuallum, curriculum, cursus, regio.* de Nat. 35 b, Stellæ spaciis immutabilibus ab ortu ad occasum cōmeant. de Cla. 193 b, Vt possis videre. quemadmodum simul in spacio. Quin. Hortensium ipsius vestigio persecuti. de Leg. 158 b, Quin igitur ad illa spacia nostra, sedesque pergimus. de Finib. 114 b, Non sine causa nobilitata spacia. de Orato. 87 a, & pro Muræn. 141 a, * Tum scæuolam duobus spatiis, tribus ve factis dixisse.] de Legib. 159 a, In syluestribus spaciis.

¶ *Temporis interuallum.* in Anto. 245 b, De quo mihi, quoniam liberum est spatium, etiam atque etiam cōsiderandum puto. Or. 216 a Trochęus, qui eodem spacio est, quo choræus. Trochæus ‿. Choræus ‿ ‿ ‿. & ibid. Et Cretici æqualis Pęna, qui spacio par est, syllaba longior. vt -‿-. ‿ ‿ ‿. in Arat.

Hunc spacio ductum simili latus extat vtrunque.

pro Rab. 10 b, Qui ea constituto spacio defensionis in semihorę curriculum coegisti. pro Arc. 185 b, Quoad longissimè potest mea mēs respicere spacium præteriti temporis. Officio. 50 a, Propterea quod tam longo spacio multa hæreditatis detinebantur. Quint. Fratr. a 92 a, Qui tibi biennii spacio nunquam in suspicionem auaritiæ venerit. in Verr 128 a, Et erat spacium dierum fere triginta ante calend. Decemb. de Inuentio. 51 a, Diurnum nocturnum ve spacium. de Finib. 106 a, Aut spacium sumamus ad cogitandum. de Orat. 97 a, Attic. 75 b, Cùm erit spacium, vtrumque dabo. & 76 a, Surripere aliquid spacii. Officio. 24 a, Qui spacium deliberandi habuerunt, verum, &c. in Verr. 76 a, Etiam si spacium ad dicendum nostro commodo vacuosque dies habuissemus. de Ora. 117 a, Quantum in hac acie quotidiani muneris spacii nobis datur. pro Cecinn. 286 a, & Ep. 253 b, spacium alicui ad sese colligendum dare. Tuscula. 201 b, Considerandi spacium non dator. Epist. 128 a, Mihi si spacium fuerit in Tusculanum ante nonas veniendi, istic te videbo. de Orator. 141 a, Hoc interim spacio conclaue illud cecidit. & 143 a, Nostræ spes in medio sæpe spacio franguntur. pro Arch. 191 a, Vitæ spacium exiguis regionibus circumscriptum.

☞ Syntaxis. *In ambulatione duo spacia facere. Cùm erit spacium, dabo, Hoc interim spacio. In medio spacio fractę spes.*

SPECIATIM. *nominatim.* Postq. 208 b, M. Messenius legem speciatim de salute mea promulgauit.

SPECIES, ei. *forma, figura spectrum, notio, facies.* Acade. 45 a, Mens sola cernit id quod semper est simplex & vnius modi, & tale quale est. hanc Plato ideam appellauit, nos rectè speciem possumus dicere. & ibid. a, Materia sine vlla specie, & carens omni qualitate. Offic. 68 a, Species, forma, & notio boni viri, Ora. 198 a, Insidebit in eius mentem species eloquentiæ. & 201 a, Excellentis eloquentiæ speciē & formam adumbrabimus. Tuscula. 186 a, Obseruentur species honestæ animo. in Ver. 265 a, Nonquam tibi species ipsa huiusce modi multitudinis in oculis animoque uersata est? de Di 136 b, Nulla species cogitari potest, nisi pulsu imaginum. Acade. 14 a, Eadem est in somnis species eorum quæ vigilantes videmus. Orat. 197 a, Sed ipsius in animo insidebat species pulchritudinis eximia quædam. de Fat. 149 a, Visum obiectum imprimit, & quasi signat in animo suā speciem. de Leg. 175 a, Est enim quadam opinione species deorum in oculis, non solum in mentibus de Diu. 97 b, Obiiciuntur sæpe formæ, quæ reapse nullæ sunt, speciem autem offerunt. * de Or. 95 b, Hæc quæ sunt in specie posita.]

¶ *Exemplum, imago, similitudo* de Natura. 1 b, Pietas in specie fictæ simulationis inesse non potest. & 9 b, Cleanthes finxit formam quādam & speciem deorum. & 11 a, Speciem nullam aliam esse, nisi humanam deorum. Tusc. 216 a, quædam humanitatis quoque habent primam speciem, vt misericordia, &c. de Na. 60 b, Arcus species, qa speciem habeat admirabilem, Thaumante dicitur esse nata. & 27 b, Veritas auspiciorum spreta est, species tamen retenta. de Orato. 138 a, Multa ante congressum sunt, quæ nō ad vulnus, sed ad speciem valere uideantur Acade. 172, Ad rationes has leuiore specie, non ad tenue elimatas. de Fini. 114 b, Me species quædam commouit, inanis scilicet, commouit tamen Ep. 49 a, Vt speciē aliquā viderer videre quasi reuiuiscentes reip. & 14 a, Qui speciem huius vitæ intuentur. Att. 285 a, Qui potes ista vel probare, vel ita demisse ac facilè pati vt probantibus speciem habeas? Offi 53 b, Tertio, si id quod speciem haberet honesti, pugnaret cum eo quod vtile videretur. Off. 45 a, Quę virtuti repugnent specie quadam vtilitatis. Off. 53 a, Qui similitudinem quandam gerunt, speciemque sapientū. Off. 58 b, Cum igitur aliqua species vtilitatis obiecta est, nos commoueri necesse est. & ib. Si res speciem vtilitatis attulerit, tunc vtilitas nō requirenda est. & 60 a, Species vtilitatis animum pepulit eius qui, &c. & ibi. b, Muri causam opposuit speciem honestatis, nec probabilem, ne satis idoneam. & 40 b, Hic speciem præ se boni uiri fert. pro Cæl. 40 a, Catilina multos uiros bonos specie quadam assimulatæ virtutis tenebat. I. V. 230 a, Duo signa eadem specie ac forma. de Nat. 11 b, Figura, & forma, & species. de D. 84 b, species ex ære, & sancta Iouis species. & 97 a, Atq; hanc speciē Praxiteles cęlauit argento Q. de Pet. 207 b, Deinde instituendi sunt cuiusq; generis amici ad speciē hominis illustris honores ac nomine. de Or. 154 b, Forma, & quasi naturalis nota cuiusq;, vt auari species & gloriosi. de Or. 128 a, Probitatis cōmēdatione boni viri speciē tueri. Ep. 151 b, Hęc quæ habent speciē glorię. Ep. 216 b, Causæ quæ speciem habent magna coniunctionis. Tus. 184 a, Falsa visione & specie doloris moueri. cont Rul. 68 a, Aliud obscure moliri, aliud spe & specie simulationis ostendere. con. Ru. 72 a, Comitia vera.)(. *Comitia adumbrata ad speciem, & ad vsurpationē vetustatis.* I. C. 108 a, Horū hominū species est honestissima, sunt. n. locupletes: & voluntas & causa impudentissima. Off. 34 b, Quorū error ex pœdus est, omnisq; opinio ad eam speciē traducenda, vt honestis cōsiliis se intelligant, ea quæ uelint, consequi posse. I A. 182 b, Cæsar aduersarios clemētiæ specie deuinxerat. & 197 a, si vllā speciē reip. cogitasset. Off. 74 b, Voluptas speciem vtilitatis habere dicitur.

¶ *Forma*

¶ *Forma.* Att.65 a, Amisimus mi Pomponi omnem non modò succum ac sanguinem, sed etiam colorem ac speciem ciuitatis. de Leg. 161 a, Tum natura speciem ita formauit oris, vt in ea, &c.

¶ *Venustas, dignitas.* Offi. 25 b, Natura formā nostram, reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu. & 28 b, Tertium, vt caueamus, vt ea quæ pertinent ad liberalem, speciē & dignitatem, moderanda sint. Quint. de Pet. 213 a, Postremo tota petitio, cura vt habeat summam speciem & dignitatem.

¶ *Pompa.* I. V. 253 a, Præclara classis in specie, sed inops & infirma propter, &c.

¶ *Pulchritudo.* de Fi. 129 b, Quod propriam speciem habeat, cur appetendum sit. Offic. 39 b, Honestum per se nobis placet, animosq; omnium natura & specie sua commouet. de Orato. 136 a, Adhibere quandam in dicendo speciem atque pompam. Orat. 197 a, Optima species & figura dicendi. Quint Fr. 299 b, Species tam gratiosa liberi dignitatem non habet.

¶ *Aspectus.* de Sen. 89 a, Agro bene culto nihil est nec vsu vberius, nec specie ornatius. ibi. Quid de vinearum specie dicam? de Fin. 120 a, Nomina hæc, quæ, prima specie admiratione mouerent. *id est, primo aspectu.* de Or. 95 b, Hæc quæ sunt in specie posita, in te Sulpiti diuina sunt. *id est, motus corporis in conspectu positus.* Tusc. 250 a, Species formæ. de Fin. 74 a, Cuius similitudine perspecta in formarum specie, &c. de D. 119 a, Is autem Tages puerili specie dicitur visus. I. V. 87 b, Vidi forum ornatum ad speciem magnifico ornatu, ad sensum cogitationemq; acerbo & lugubri. de Natu. 43 a, Mundi partes nec ad vsum meliores, nec ad speciem pulchriores poterāt esse. I. P. 84 b, At fuit pompa, fuit species, incessus saltem Seplasia dignus. & ibid. Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna maiestas consulis. Of. 29 b, Vt in eo moderatio & temperantia appareat, cum specie quadam liberali. I. Anto. 231 a, Is occisus est ab eo, qui tum ciuis speciem habebat. de Clarita. 185 a, Magis tamen specie atq; ipso amictu capiebat homines, quàm dicendi copia. de Diui. 84 a,

Cùm claram speciem nocturno lumine Luna
Abdidit, &c. —

pro Domicia. 213 b, Hi tales viri, qui non solum consilijs suis, sed etiam specie ipsa dignitatem reip. sustinent. & 231 b, O speciem dignitatemque Populi Rom. ad Heren. 29 a, Forma, species, & statura apposita ad dignitatem. de Orat. 147 b, Sed tamen est species alia magis alia formosa. in Ant. 231 b, Misera illa & flebilis species. *id est, hominis trucidati.*

¶ *Dialectica forma pars inquam generis.* Top. 226 b, In comparatione spectantur hæc, numerus, species, vis, quædam etiam ad res aliquas affectio. de In. 51 a, Cum genere idem sit, fit aliud, quod quadam parte & specie differat. Att. 236 b, Hæc me species cogitatioque perturbat. Orato. 199 b, Virtutes specie dispares, prudentia coniunguntur.

SPECILLVM, li. *instrumentum, quo medici vulnerum, siue vlcerum, altitudinem tentant.* de Natu. 71 a, Æsculapiorum primus Apollinis (scilicet filius) quem Arcades colunt, qui specillum inuenisse, primusque vulnus obligauisse dicitur. *Male legunt quidam hoc loco, Speculum.*

SPECIMEN, nis. *iudicium significatio.* Tuscu. 154 b, Num dubitas quin specimen virtutis capi debeat ex optima quaque natura. Postquam 205 b, Lentulus hoc specimen virtutis, hoc indicium animi sui fore putauit, si me, &c. Tusc. 239 a, C. Cæsar, in quo mihi videtur fuisse specimen humanitatis, salis, leporis. de Or. 157 b, Ingenij specimen est quoddam, transire ante pedes posita, & alia longe repetita sumere. de Cl. 181 b, Denique hoc specimen est popularis iudicij.

¶ *Exemplum.* de Le. 186 a, Is ordo vitio vacato, cęteris specimē esto. & 190 a, Specimen, præiudicium, pęrogatiua, *ὄψεια.* I. P. 100 a, Quod specimen habuit hæc ciuitas innocentię. de N. 76 a, Temperātiæ, prudentiæq; specimen, Qu. Scęuola.

¶ *Laudabile factum.* I. V. 59 a, Tu verò qua in re specimen cæteris aliquod dedisti? aut tui periculum fecisti?

STATVO, is. *constituo, delibero, decerno, sancio.* I. V. 76 b, Iste certè statuerat & deliberauerat non adesse. Attic. 117 b, Diem ea die expectabam, ut statuerem quid esset faciendum. & 237 b, Ad summā arbitrum me statuebat non modo huius rei, sed totius consulatus sui, 263 a, Consulibus permissum erat, vt de Cæsaris actis cognoscerēt, statuerent, iudicarent. pro Pom. 9 a, Statuere modum diuturnitati Imperii. pro Mil. 106 a, P. Clodius statuit vexare rempublicam. ad Her. 17 a, Statuere ius æquabile in omnibus. pro Cęc. 291 a, Vel tenuissimarum rerū iura statuere. Ep. 64 b, Quantū mihi tribuendū putes, statues ipse, &, vt, spero, statues ex nr̄a dignitate. Ac. 3 a, Statuere quid sit sapiēs, maxime vt esse sapientis. Or. 199 b, statuere extra aliquē. Att. 263 b, Res, quas Cęsar statuisset decreuisset, egisset. pro Syll. 178 b, Te. n. existimo tibi statuisse, quid faciendū putares, & satis idoneū officii iudicē posuisse. Att. 258 a, Statuerā. n. recta Appia Romā. p D. 234 b, Ius igitur statutis esse, vniuscuiusq. vestrū deos penates subiectos esse potestati tribunitiæ? & 152 b, Ex illius sermone statuā, quid mihi agendum sit. de Or. 150 b, Non possum statuere, utrū, &c. an, &c. de Pro. 71 a, Statuit ius nō dicere. & in eo perseuerauit. pro Clu. 56 b, Mulier de amicorū sententia statuerat, satis esse quęsitum. pro Mar. 130 a, Tot homines tam ingeniosos per tot annos etiā nunc statuere non potuisse, rem an litem dici oporteret.

¶ *Censeo, puto, iudico.* Ep. 69 b, Quam quidem laudē sapientiæ statuo esse maximā. & 71 b, Statuis nostræ necessitudinis esse, &c. de Cl. 177 b, Crasso nihil statuo fieri potuisse perfectius. Atti. 3 b, Qui m te satis consilii statuebam esse. de Or. 85 a, Quod ego eruditissimorū hominum artibus eloquentiam contineri statuam. pro Pomp. 42, Quum statuerem nihil huc nisi elaboratum industria afferri oportere. In V. 178 a, Nisi hoc ita statuisset, in re tā manifesta quicquid

 dixisses,

dixisses, te deterius esse facturum. & 256 a, & 209 a, Causam sibi dicendam esse statueras. Or. 197 b, & 87 b, Sed ego sic statuo, nihil esse, &c. de Or. 119 b, & contra Rull. 74 a, Atque ego sic statuo & iudico, neminem, &c. pro Sest. 28 a, Quem ego, dum ac parentem statuo fortunę ac nominis mei. pro Mur. 131 b, Quem ille esset, vt ego mihi statuo, talis, qualem te esse video. de Leg. 185 a, Plato e Titanū genere statuit eos, qui, &c. de Or. 203 a, Tamen in ea licentiam statuo maiorem esse, &c pro Qu. 17 a, si causa cum causa contenderet, nos nostrā perfacile cuiuis probaturos statuebamus.

¶ *Pono, loco.* L. Statva. I. V. 160 b, Statuit Lollius in illo conuiuio. Att. 284 a, Statuere documentum, ne quis, &c pro Sex. 18 a, Quę regio tetrarum erat, in qua non regnum aliquod statueretur. de In. 72 a, Thebani in finibus æneum trophæum statuerunt. I. V. 118 b, Syracusani statuam postea statuerunt. I. C. 115 b, statuere & collocare aliquam statuam. de Leg. 183 b, Super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam, &c.

☞ Syntaxis. *Statuere, ac deliberare. Cognosce, statue, iudica. Statuere ex dignitate sua. id est, pro & ad. Ex tuo sermone statue. De tua sententia statuam id est, vti tu senseas. Vt ego mihi statuo. Statuere & collocare statuam.*

Statvra, ræ. *in humano corpore dicitur, quæ figura in Geometria appellatur, ideirco & ipsa statura, figura dicitur: eaque vel parua, vel magna, vel breuis, vel procera.* I. A. 168 b, Velim dicas, L. Tarsecius qua facie fuerit, qua statura ad Her. 34 b, Parua statura. de Fi. 132 a, & de Inu. 51 b, Corporis figura, forma & statura. Tusc. 159 a, Non enim præcipit vt membra nostra, aut staturam figuramue noscamus. ad Heré. 39 a, Forma, & species, & statura apposita ad dignitatem.

Statvs, a, um. *statutus, certus.* de Ar. 247 b, statas solennesque cerimonias pontificatu contineri. Off 8 b, Aut status dies sit cum hoste.

Statvs, tus. *conditio. fortunæ conditio. ordo, locus, casus.* Att. 54 a, Tibi declaraui, aduentus noster qualis fuisset, & quis esses status, atq; omnes res nostræ quemadmodum essent. & 178 b, Quo in statu sim, vides. Ep. 8 b, Ex eodem de toto statu rerum omnium cognosces. pro Clu. 59 a, De totius municipij statu, dignitate, commodisque omnib. sententia fertur. pro Syll. 179 a, Status reipublicæ maxime iudicatis rebus cōtinetur. & 173 a, Statum orbis terræ liberaui. pro Mur. 129 a, Omnia quæ sunt in Imperio & in statu ciuitatis, ab iis defendi putātur. pro Fl. 146 b, Totum statum ciuitatis in hoc vno iudicio positū esse & defixum. de Aru. 258 a, Hunc statum, qui nunc est, qualiscunque est, nulla alia re, nisi concordia retinere possumus. de Or. 159 b, Hic status est huius totius mundi atque naturæ, rotundum vt cęlū, terraq; media sit. Qu. Fr. 298 a, Si in medio statu sermonis prędicationis res essent tuæ abs te extimum postularetur. de Natura. 8 a, Nihil semper suo statu manet. Orato. 197 b, Cætera labi, fluere, nec diutius esse vno & eodem statu. Officio. 14 a, Res acerbas ita ferre, vt nihil a naturæ statu discedas. Para. 118 a, Voluptas mentem ex sua sede & statu dimouet. pro Cluen. 39 b, Declinare de statu suo. de Pro. 77 b, Quamuis excipere fortunam malui, quàm de meo statu declinare. Attico. 132 b, Secutæ sunt epistolæ duæ, quæ me conuellerunt de pristino statu. Epist. 78 a, Tamen illa quæ requiris, suum statū tenent. & 47 a, Retinere pristinum statum. I. V. 110 b, Me de vitæ meæ statu lachrymis suis deduxerunt. Orato. 208 b, Nos aduersarios de statu omni deiecimus. ad Her. 29 a, Fortuna collocauit eum in amplissimo statu. pro Cor. 58 a, Conditio omnium nostrum, locus quo quisque est natus, fortuna in qua quisque nascendi initio constitutus. Item. Hunc vitæ statum vsque ad senectutem obtinere. de Ara. 258 a, Deteriore statu ut simus, vnus est inferior gradus de Di. 127 a, Iis qui eodem statu cœli & stellarum nati sunt, eadem accidere. Attic. 284 a, Tua nobis authoritate opus est ad tollendum aliquem ciuitatis statum. pro Dom. 222 b, Mihi nihil oberat præter cōuersionem status & inclinationem communium temporum. I. V. 68 b, Restitui in antiquum statum. contra Rull. 91 b, Regum statum decemuiris donabantur. de Fin. 70 b, Iste non dolendi status. de Vniue. 203 a, Atque is quidem constanter in suo manebat statu. Att. 19 b, Nam neque de statu nostræ dignitatis nobis est recedendum. Attico. 95 a, Per fortunas conferte ad eam curam, ut de omni statu meo cogites. & 141 a, Horum artificiis effectum est, ut respub. in hunc statum perueniret. & 156 b, Quem aut æ statum amiserim, cogito. Qu. Fr. 325 a, Liber de optimo statu ciuitatis. pro Cecinn. 193 a, Vis quæ formidine animum perterritum loco sæpe, & certo de statu dimouet. Offic. 33 a, Atque utinam resp. stetisset, quo steterat statu. I. A. 210 a, Optimus ciuitatis status. Part. 138 b, Vt in eo statu essem, quē neque fortunæ temeritas, neque inimicorum labefactaret iniuria. ° contra Rull. 61 b, Regum status decem uiris donabantur.

¶ *Standi, actus.* Or. 203 a, Status erectus & celsus rarus incessus, nec ita longus. Att. 88 a, Quam statum esse eiusdē, status, amictus, annulus, imago ipsa declarat. Tusc. 202 a, Eo erans vultu oratione, omni reliquo motu & statu, vt eos Argiuos diceres.

¶ *Rhetoricus status.* vide Part. 233 a, & 235 a, 8 b, & de Or. 218 a, & b, & 119 a, item: Orator. 201 a, & 208 a, item Topicor. 229 a, Refutatio accusationis, in qua est depulsio criminis, Græce στάσις Latine status uocetur. & 259 a, Status, & quasi conflictio cum aduersario. pro Milo. 100 a, Quid porro quęrendum est. factumne sit? an constat: a quo? at patet: vide etiam in confessione facti, iuris tamen defensionem suscipi posse. pro Milone. 112 b, Quid opus est tortore? quid quæris? occideritne? occidit: iure, an iniuria? nihil ad tortorem: facti enim in eculeo quæstio est, iuris in iudicio. pro Cecinn. 191 a. Ad diuisionem statuum. Ponere statu: id est, aperire statum. Lege Constitvtio.

¶ *Gradus.* de Legibus. 160 b, Agnationibus familiarium status distinguuntur.

☞ Syntaxis. *Quis status sit, & quomodo res meæ se habeant. Statum alicuius liberare. Statum retinere. Suo statu manere. Status medius. Ex sua sede statuque mens dimouetur. De statu suo declinare, conuelli. Res suo statu tenent statum, retinent, deiiciuntur de statu, depellunt in. Cœli, stellarumque status. Ciuitatis collocare statum. Status conuersio, & inclinatio temporum. Regum status donantur. Quo statu sim, vtinam stet. Status erectus ac celsus* (hominis.)

Statvtvs, a, um. *statutus.* pro Mil. 110 a, Dictatoris Lanuui statuta sacrificia, nosse, negocij mihi erat. Tusc. 171 a, solenne & statutum sacrificiū. de Ar. 251 a, Qui sacrificia gentilitia illo ipso in sacello statuto loco anniuersaria factitarunt. Ep. 199 a, Neque enim statutū quid in tanta perturbatione habere potuisti. & 47 b. Item statutū habeo, quid mihi agendum sit. *id est, constitutum & deliberatum.* Anteq. 269 b, Statutum est atque decretum, omnia perpeti.

Stella, læ. *sidus, astrum, forma ignea flamina, lucet, fulgor, lumen.* de Som. 228 b, Orbis extimus, in quo infixi sunt illi, qui voluitur, stellarū cursus & sempiterni. & 128 a, Hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ uos sidera stellasque vocatis, quæ globosæ & rotundæ diuinis animatæ mentibus circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili. & ibidem. Stellarum globi terræ magnitudinem facile vincunt. de N. 49 b, sunt autem stellæ natura flammeę. de Natura. 46 b, Stellę inerrantes. & 49 b, Vapores, quibus alitę renouatæ stellæ & omnis æther, refundunt eosdem. de Fi. 141 b, Vt stellę in radio solis sic bona corporis in virtutum splendore ao cernuntur quidem, &c. Offic. 31 b, Dinumerare stellas. Tuscul. 161 a, Qui errantium stellarū cursus, progressiones, institutionesque notauit. de Sō. 128 a, Lunę stella. de Or. 36 b, Iouis stella. de Na. 8 b, Stellę vagę. de D. 83 b, stellarum motus, cursusque vagātes. & 121 a. Stellæ traiectio. de N. 35 b, stellæ immutabilibus spaciis ab ortu ad occasum cōmeās. de N. 9 a, Heraclides errantibus stellis diuinitatem tribuit. de Vn. 201 a, Ex quo genere sunt sidera, quæ infixa cœlo non mouentur loco, quę sunt animantia, eaque diuina, ob eamque causam suis sedibus inhærent, & perpetua manent.

Stellans, tis. *stellatus.* de Diuinatio. 84 a, Luna stellanti nocte perempta est. & ibidem.

Nam pater altitonans stellanti nixus Olympi. *Poeta.*

Stellatis, te. contra Rull. 83 a, & 64 b, Ager stellatis.

Stellatvs, a, um. Tusc. 229 b, stellatus Cepheus.

Stellifer, a, um. *stelliger.* de Som. 229 a, Summus ille cœli stelliferi cursus, qui, &c.

Stellifera, orbis. in Ar. 389.

☞ Syntaxis. *Infixi in orbe extimo stellarum cursus. (his aduertas, non cursus infigi, sed sidus, qualitas enim & affectus est ipsi cursui, infigi autem, est motus loci.) Sidera stellaque. Stellarum globi. Stella inerrans, errans Luna stella. Vaga stella. Stellę cursus, motusque vagantes.*

Stephane, nes, *Parmenidis philosophi deus, coronæ similitudine.* de Natura 7 b.

Stercoro, as. *oblino, stercus per agrum spargo & sterno* de Sen. 88 b, Homerus Laertem colentem agrum & stercorantem facit.

Stercvs, oris. de Nat. 92 b, se interfectum in plaustrum à caupone cōiectum esse, & supra stercus iniectum. de Or. 157 a, Nolo stercus curiæ dici Glauciam.

Στερέμνια. *firma, solida, dura.* L. Firmitas.

Στερητικά. *vide.* Contrarivs.

Sterilis, le. *nihil ferens* Qu Fr. 313 b, Videt enim hoc genere dicendi si vtar, in cæteris Februarium sterilem futurum.

Sterilitas, tis.)(. *fertilitas.* de D. 107 b, Quæ sit vel sterilitas agrorum vel fertilitas futura. cont. Rul. 80 a, Ager propter sterilitatem incultus propter pestilētiam vastatus atque desertus. de Arc. 251 a, sterilitas agrorum, inopia frugum. de Di. 88 a, Mula peperit, fœtura extitit in sterilitatem naturæ.

Sternendvs, a, um. Att. 203 b, Dolabella columnam sustulit, locum illum sternendum locauit.

Sterno, nis. *consterno* L. Stratvs. pro Cluent. 20 a, Lectum illum genialem, quem filiæ nubenti strauerat, in eadem domo sibi ornari & sterni iubet. de L. 182 b, sternere lectos. in Ar.

Ille grauis moriens constrauit corpore terram.

pro Mur. 142 a, Tubero rogatus est à maximo, vt triclinium sterneret: atque ille strauit pelliculis hœdinis lectulos punicanos. I. V. 169 a. Apronius triclinium in foro strauerat.

Sternor, ris. I. V. 170 b, Imperauit, ut in foro sibi medio lecti sterneretur. ad Her. 39 b, Vt domi lectuli sternantur.

☞ Syntaxis. *Sternere terram graui corpore.*

Sternvtamentvm, ti de D. 126 a, Quæ si suscipiamus, & pedis offensio nobis & sternutamenta erunt obseruanda.

Stertens, tis. de Diu. 135 a, Et cum stertentes viderint, obijcere his quidam visa tortuosa, &c.

Sterto, tis. *arcte & grauiter dormio.* Acad. 23 b, Per me vel stertas licet, inquit Carneades, non modo quiescas. Att. 56 b, Marcellus candidatus ita stertebat, vt ego vicinus audirem.

Stigmatias, tiæ *seruus compunctus notis Threiciis.* L. Compvnctvs. Off. 38 a, Barbarus stigmatias. *Græcè.* στιγματίας.

Στιβαρός. L. Mercvrivs.

Stilla, læ. *gutta.* de Fin. 99 b, Stilla maris.

Stillans. tis. I. A. 166 a, Ille qui stillantem præ se pugionem tulit, is a te honoris causa nominatur.

Stillo-

STILLICIDIVM, dij. de Or. 99 a, Parietum, luminum, & stillicidiorum iura. & Ora. 203 b, & Top. 222 b.

STIMVLATOR, oris. pro Dom. 225 a, seditionis stimulator & concitator tu fuisti. & 241 b, Qui arma in littore deserto, somnus stimulatus, aut religione aliqua, consecrasset.

STIMVLO, as. *stimulum adhibeo vel admoueo, pungo, excito, incito, curam affero.* pro S.R. 59 b, Hanc mihi ex animo scrupulum euelle, qui me dies noctesque stimulat ac pungit. Para. 109 a, Te conscientiæ stimulant maleficiorum tuorum. pro Dom. 215 a, Fames stimulaunt homines. Epi. 45 a. Nam ut vetus nostra simultas antea stimulabat me, &c. si cura mihi affert, &c. Att. 151 a, Me congressus Cæsaris stimulat, & primas eius actiones horreo.

STIMVLOR, ris. pro Planc. 273 b, Nec vides istorum ipsorum charitate, ad huius salutem defendendam maxime stimulari me, atque excitari.

STIMVLVS, li. *aculeus, incitamentum.* pro Arch. 191 a, Nunc insidet quædam in optimo quoque virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ stimulis concitat. Tusc. 189 b, stimulus doloris, fortunæ fulmen. pro Cæl. 39 b Erant apud illum illecebræ libidinum multæ, erant etiam industriæ quidam stimuli & laboris. Epist. 14 b, Defendendi Vatinij fuit etiam ille stimulus, de quo, &c. pro Sex. 5 a, Admouere stimulos alicui. Tusc. 198 a, stimulos admouent, ignes adhibent. In Ant. 176 Nam expectas, dum te stimulis fodiam? hæc te lacerat, hæc cruentat oratio.

☞ Syntaxis. *Stimulis concitare. Stimulum admouere, ignesque adhibere. Stimulis fodere.*

STINGVERE. *extinguere.* In Arat.

Quem neque tempestas perimet, nec longa vetustas.
Interimet stinguens præclara insignia cæli. Priscianus.

STINGVI, *pro extingui, in prognosticis, teste Prisciano.*

Vt cum Lunæ means, Hyperionis officit orbi.
Stinguuntur radij caca caligine tecti.

STIPATIO, onis. *comitatus.* pro Syll. 179 b.

STIPATOR. oris. *apparitor, satelles.* pro Dom. 215 b, sergius armiger Catilinæ, stipator tui corporis. In Ver. 161 b, Apronius stipatores Venereos secum habebat. cont. Rull. 72 b, Ianitores ex equestri loco ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit, ministros & satellites potestatis.

STIPATVS, *vallatus septus.* pro Sex. 23 a, Qui stipatus semper sicarijs, septus armatis, munitus iudicibus fuit. de Sen. 8 a b, senectus stipata studijs iuuentutis. I. A. 187 b, Aliquem multis telis stipatum esse. pro Mur. 136 a, Catilina stipatus choro iuuentutis, vallatus indicibus atque sicarijs. I. V. 220 b, Illum spoliatum stipatumque lictoribus videres. Att. 16 a, Cum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus. pro Mil. 101 b, Non vsitata frequentia stipati sumus.

¶ *Densus.* I. P. 94 a, Græci stipati, qui in lectulis sæpe plures.

STIPENDIARIVS, ria, rium. *vectigalis.* I. V. 56 a, socij stipendiarijque Populi Rom. & 150 b, Vectigal quod stipendiarium dicitur. de Pro. 71 a, Vectigales multos ac stipendiarios liberauit. pro Corn. 59 b, & de Legibus 192 b, his præmiis exclusos esse socios, quæ pateant stipendiarijs.

STIPENDIVM, dii. Epi. 179 a, Dare stipendium militibus. & 8 b, stipendium Cæsari decretum est. Attico. 75 b, stipendium militibus vsque ad idus Quint. persolutum. pro Cæl. 39 a, Mereri stipendia. de Ora. 252 b, Cum Acilius omnes prouincias stipendia merentem se peragrasse diceret. pro Mur. 126 b, Merere stipendia in bello. pro Corne. 67 b, senatus victorem exercitum stipendio affecit. pro Pompe. 9 a, Partem militum, qui iam stipendijs confecti erant, dimisit. Atti. 287 b, Decernere triumphum ac stipendium alicui, & eum omnibus decretis ornare. de Prou. 74 a, Relatum est ad nos de stipendio exercitus. pro Cor. 63 a, Hispani agris stipendioque mulctati. I. P. 98 b, Qui stipendium militibus per omnes annos a ciuitatibus numeratum? de Sen. 87 a, Animum tanquam emeritis stipendijs libidinis ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium secum esse, &c.

☞ Syntaxis. *Stipendium dare, decernere persoluere, mereri in bello. Stipendio afficere. Stipendijs esse confectis. Stipendio mulctatus.*

STIPES, itis. *truncus.* Postquam 207 a, Cum hoc homine, aut cum stipite Aethiope si in foro constitisse, nihil crederes interesse. de Arusp. 244 b, stipes ille, qui quorum hominum esset nesciremus, nisi se Ligurem ipse esse diceret. in P. 83 b, Qui quanquam truncus aut stipes, si stetisset, modo posset sustinere titulum consulatus. in Ara.

Hic medium ostendit radiato stipite malum.

☞ Syntaxis. *Hic non homo, sed stipes. Truncus, aut stipes.*

STIPO, *constipo, circumuallo.* In Anto. 189 b, Antonius senatum stipauit armis.

☞ Syntaxis. *Stipatus armis senatus.*

STIPS, pis. *pecunia, quæ vel in ærarium reponitur, vel dijs offertur, vel modicis erogatur.* de Le. 174 a, Præter Idææ matris famulos, eosque iustis diebus, ne quis stipem cogitet. & ibid. stipem sustulimus, nisi eam quam ad paucos dies proprium Idææ matris excepimus. implet. n. superstitione animos, & exhaurit domos.

STIPVLATIO, onis. *est verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum se, facturum se id quod interrogatur, respondet, sic enim Pom. iurisconsultus definiuit.* pro Q. R. 51 a. stipulatione aliquem alligare. ad Her 9 a, aut stipulationes, aut pacti & conuenti formula. Atti. 259 a, Et si nondum stipulationes legerim, tamen rem pridie Iduum velim conficias. de Le. 181 a, Vt ea pecunia ex stipulatione debeatur.

STIPVLATIVNCVLA, læ. de Or. 99 a, L. Mihi.

STIPVLATOR, oris. pro Qu. 20 b, Cum a stipulatore suo comparantur. *id est, testes.*

STIPVLATVS, a, um. *vi patiendi.* pro Q. R. 47 a, Hæc pecunia necesse est aut data, aut expensa lata, aut stipulata sit, & ibi iterum.

STIPVLO, & STIPVLOR, aris. *est postulare sibi aliquid promitti, solenni formula restipulandi.* pro Quint. Rusc. 47 a, Reliquum est, vt stipulatum se esse dicat, & ibid. Stipulatus es? vbi? quo præsente? quis spopondisse me dicit? de Leg. 181 a, Is cui legatum est, stipulatus est id ipsum quod legatum est.

STIRPITVS. *radicitus.* Tusculano. quæstio. 227 b, Stirpitus extrahere aliquid.

STIRPS, pis. *planta.* de Fin. 126 b, Persecutus est Aristoteles animantium omnium ortus, victus, figuras. Theophrastus autem stirpium naturas, omniumque fere rerum, quæ e terra gignerentur, causas atque rationes, & 134 a. Non enim iam stirpis bonum quæreret, sed animalis *id est, vitæ.* & 132 a, Cum arborum & stirpium eadem pene natura sit, quæ animalium. in Ant. 172 171 a, In seminibus causa est arborum & stirpium. de N. d. 42 b, Stirpes terræ inhærent, animantes à respiratione aeris sustinentur, & 51 b, Baccæ, quæ ex quaque stirpe funduntur, & 52 a, Mulæ & pecudes & stirpes sunt, quæ, &c. & 46 a, Terram stirpium asperitate vastari, & 42 b, Stirpes arte naturæ viuunt & vigent, & 49 b, Stirpes stabilitatem dant ijs quæ sustinent, & ex terra succum trahunt. de Legib. 156 a, Nullius agricolæ cultu, stirps tam diuturna, quam poetæ versu seminari potest. de N. 58 b, Quarundam stirpium & herbarum vtilitates longo vsu percepimus. in Arato.

Quarum stirpes tellus amplexa prehendit.

Truncus, caudex. de Nat. 42 a, Arbores tantummodo per stirpes aluntur suas. item. Quod ita esset ortum e terra, vt stirpibus suis niteretur. de Nat. 31 a, Quæ ipsa ex se generata stirpibus continentur. Or. 210 b, Omnium magnarum artium sicut arborum altitudo nos delectat, radices stirpesque non item, sed esse illa sine his non potest.

¶ *Origo, caput, initium.* pro Cæl. 54 b, Hic nunc primum florescent firmata iam stirpe virtutis. de Diuin. 130 a, Superstitionis stirpes omnes eijciendæ sunt. in Cat. 103 b, Stirps ac semen malorum omnium. de Fin. 107 a, Differo eam partem, quæ est quasi stirps huius quæstionis. & 110 a, Qua ex stirpe orirentur omnia. de Leg. 180 b, Repetam stirpem iuris à natura.

¶ *Genus, familia.* de Am. 139 b, Qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis & generis in famulatu fuerunt. de Leg. 169 b, Hic enim orti stirpe antiquissima sumus. pro Rab. P. 222 b, Qua in familia laus aliqua forte floruerit, hanc ferè qui sunt eius stirpis, cupidissime persequuntur. contra Rull. 85 a, Non ingenerantur hominibus mores, tam à stirpe generis ac seminis, quàm, &c. de Clar. 183 b, Scipionis genus est ex ipsius sapientiæ stirpe generatum. de Diuin. 84 b, O generosam stirpem. item: Cicali generosa stirpe profectus. de Natu. 37 a, Regiam contaminari stirpem. de Orato. 99 a, Marcelli ab liberti filio stirpe Claudij, eiusdem hominis hæreditatem gente ad se rediisse dicebant. item ibidem, in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis iure dicendum. Tuscu. 192 a, & 208 b, Stirps, origo, progressio, radix. de Cla. 176 a, Naturale quoddam stirpis bonum degenerauit uitio deprauatæ uoluntatis.

☞ Syntaxis. *Stirps ac semen malorum. Arbores ac stirpes. Stirpium naturæ. Stirpes terræ inhærent. Aliquando igitur significat. Stirps. plantam, aliquando genera plantarum, præter arborem. Arbores per stirpes aluntur. Stirps iuris. Stirps ac genus. Generis ac seminis stirps. Genus Cæs. ex sapientia stirpe generatum. Generosa profectus stirpe. Stirpis & gentilitatis ius.*

STANDVM, pro Cluen. 37 b, Qui his rebus iudicatis standum putat? pro Flacc. 160 a, Si statuimus vestro nobis iudicio standum esse de nobis.

STANS, tis. de Cla. 189 b, Qui ausi aliquando sunt stantes loqui. de Cl. 192 a, Ad stantem iudicem dicere. de Fin. 116 b, Zenonem non stantem cum ijs qui ne dicerent quidem, sua summa bona esse à natura profecta. Orato 220 a, Iisdem verbis stante sententia.

STATVR. Att. 87 b, Extra quam si ita negocium gestum est, ut eo stari non oporteat. pro Flac. 156 b, Prætor actionem se daturum negauit, re iudicata stari ostendit placere.

STIVA, næ. *manica, siue cauda aratri, qua arantes manu gubernatur.* Cicero pro M. Scauro, *autore Seruio in Georgicis,* Ab ipsa stiua mecum homines loquebantur.

STO, as. *consisto, sum.* ad Her. 25 a, Contra hoc nulla staret eorum ratio. de Cla. 176 a, Cum is contra populi studium stetisset. de Cla. 190 a, Nemo contra perditos ciues à senatu & à bonorum causa stetit constantius. de Inuen. 59 a, Stare à mendacio contra verum, & ibid. A se potius quàm ab aduersarijs stare. ad Heren. 24 b, Probare rationem aliquam, quòd ab ea steterint viri probatissimi. in Ant. 213 a, Equites Rom. qui frequentissimi in gradibus concordiæ steterunt, & 221 b, Quorum statuæ in rostris steterunt vsque ad nostram memoriam. de Inuent. 80 a, Si quid de æquitate ea, quæ cum aduersario staret, derogasset. in Sall. 273 a, At quanto meliore loco Respub. staret, si, & 274 a, Sallustius bis ad iudicia subsellia attractus extrema fortuna stetit. L. A, & Aa. in Pis. 82 a, Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. Epist. 4 a, Cum in senatu pulcherrime staremus. in Ant. 102 b, Qui hoc ipso tempore stant cum gladijs in conspectu senatus. in Cat. 100 a, Is in comitio stetit cum telo. de Diuinatio. 96 a, Lysandri statuæ, quæ Delphis stabat, in capite corona subito extitit. de Leg. 175 a, Ara vetus stat in palatio Febris. de Som. 129 b, Vides eorum partim obliquos, partim aduersos,

stan

stare nobis. Acad. 11 a, Antipodes aduersis vestigiis stant contra nostra vestigia. pro Syll. 127 b, Eos qui circum iudicium stabant, audire uolebat. pro Flacc. 149 a, Quid domi stare non poterant. pro Clu. 33 b, Homines, qui tum consulto prope in occulto stetissent. de Or. 164 b, Stare occulte post aliquem, & 141 a, Iuuenes stare ad ianuam duos quosdam, qui aliquem euocent. contra Rul. 68 b, Tamen si qui acutiores in concione steterant, suspicabantur, &c. Acad. 34 b, & 36 a, Cum ambo ad senatum in Capitolio starent in Verr. 233 a, In curia statua tua stabat, & nuda in ea filii, & 140 a, Hetus fornix in foro est, in quo filius nudus stat. in Verr. 88 a, Hæc duo signa, quæ ad impluuium tuum stant, & multos annos ad valuas Iunonis Samiæ steterunt. ad Heren. 24 b, Stare intra carcerem. pro Qui. 6, Testificantur illi P. Quintium non stetisse, & se stetisse. ad Her. 21 a, Stare in vestigio. Tus. 186 b, Qui stat *id est, qui in prælio non fugit.* Attic. 279 a, Qui si steterit, idem *id est, si non mutabitur.*

¶ *Permaneo, perduro.* in Ver. 136 b, Is videbat istius censum stare nullo modo posse. de Leg. 156 a, Multo diutius commemoratione manent quàm natura stare potuerunt. pro Rab. 96 b, C. Marius dedit fidem, sed in fide non stetit. de Fin. 116 b, & de Inuen. 80 a, Cum aduersario stare. Atti. 24 b, Si in eo quod ostenderat, non stat, mihi placet, ea quæ malè empta sunt, reddi. Attico. 139 b, Literæ tuæ mihi quiddam quo statem, instillarunt.

¶ *Restiti, maneo.* Atti. 249 b, Stetisse enim te frustra scribis. de Diuin. 101 b, Cum virgo staret, Cæcilia sederet.

¶ *Consentio, sum contentus.* Offic. 74 a, Non enim Regulus suo iudicio stetit, sed suscepit causam, vt esset iudicium senatus. pro Cluen. 45 a, Nec L. Gellij iudicio stetit Lentulus, neque Lentuli existimatione contentus fuit Gellius, & uterque censor censoris opinione standum non putauit. Att. 121 a, Alterius potius stare iudicio, quam suo. Att. 193 a, Meo iudicio multo stare malo, quàm omnium reliquorum. de Fin. 58 b, Stare oportet in eo quod sit iudicatum. Offic. 71 a, Stare conuentis. Attic. 112 a, Omnes cupiebant Cæsarem stare conditionibus iis quas tulisset. Tuscu. 144 a, & 188 b, Stare suis iudiciis, & stare iudicio sapientũ. de Fi. 58 a, Stare in eo quod sit iudicatũ.

¶ *Vigeo.* Att. 78 a, Stamus animis, & confisus, vt videmur, bonis vtimur, separamus etiam manu. in Ant. 165 a, Respub. staret, tu concidisses. Epist. 127 b, Per quos steterim. Att. 110 a, Animaduertis quã sine consilio res stet. Offic. 38 b, Itaque parietes vrbis modo stant & ipsique ipsi iam extrema scelera metuentes. Offic. 33 a, Vtinam respublica stetisset, quo cœperat statu.

¶ *Datur.* Epi. 127 a, Modo nobis stet illud, vna viuere in studiis. Att. 45 b, Neque adhuc stabat, quo potissimum, &c.

☞ Syntaxis. *Contra hoc nulla stat ratio. Stare à causa bonorum cum aduersaris. Bene stare loco. Extrema stare fortuna. In senatu hodie pulchre stamus. Stant hostes cum gladijs. Stant in templo aræ. Ad senatum stare. Hac re stante. Miles qui semper stat. Sto suo iudicio. In eo stare quod sit iudicatum. Modo illud stet nobis, vt simul venamus.*

Stoica. *seuere. Stoicorum more.* pro Mur. 141 b, Agit mecum austere & stoice Cato. de Di. 110 a, Tu quidem, inquam, stoice stoicorum sententiam defendisti. Par. 116 a, Stoice, nullis oratoriis ornamentis adhibitis dicere.

Stoicvs. Att. 28 a b, Brutus Stoicus. pro Mur. 138 b, Fuit quidam summo ingenio vir Zeno, cuius inuentorum æmuli stoici nominantur, & ibid. Doctrina non moderat, nec mitis, sed paulo asperior & durior, quàm aut veritas aut natura patiatur. *& ib. multa de Stoicis, & eorum doctrina.* Acad. 33 b, Zeno, qui inuentor & Princeps stoicorum fuit. de Or. 148 b, Ab Antisthene, qui patientiam & duritiam in socratico sermone maxime adamarat, Cynici primum, deinde stoici. de Cl. 175 a, Omnes fere stoici prudentissimi in disserendo, & ibid. stoicorum in dialecticis omnis cura consumitur. de Orato. 88 b, Stoici disputationum suarum atque interrogationum laqueis te irretitũ tenerent. Aca. 28 a, Stoicorum dumeta. Tus. 143 a, Vt iam à laqueis stoicorum recedamus, & 193 a, Stoicorum more agamus, qui breuiter astringere solent argumenta, & 195 a, Hæc dicuntur a stoicis, concluduntur que contortius. de Na. 9 b, Chrysippus interpres vaferrimus somniorum stoicorum, & 5 a, Qu. Lucilius Balbus, qui magnos progressus habebat in stoicis. Episto. Habes scholam stoicam, stoici acerbi. L. Acerbus. 1. de Fin. stoici, Chrysippus, Diogenes, Antipater, Mnesarchus, Panætius, Posidonius. de Fin. lib. 3, Stoici dialecticam & physicam virtutum nomine appellant, & quare 7. Famil. Balbus mihi confirmauit te diuitem futurum, id utrum Romano more locutus sit, bene nummatum te futurum, an quomodo stoici dicunt, omnes esse diuites, qui cœlo & terra frui possunt, postea, videro. 2. de Nat. stoici censent sapientes sapientibus etiam ignotis esse amicos. 9. Fam. Nihil dictu turpe uel obscœnum credebant. de Diu. lib. 1, Omnia fere diuinationis genera defenderunt. Tuscul. q. lib. 4, Sapientem amaturum esse dicunt, & amorem ipsum, conatum amicitiæ faciendæ ex pulchritudinis specie definiunt. 1. de Natu. d. Fatalem necessitatem *εἱμαρμένην* dicunt. de Fat. Omnia fieri fato dicunt. Tusc. q. lib. 5, Præcipua uel producta dicunt, quæ Peripatetici bona. Acade. q. edit. 2. lib. 2, Dicunt sensus ipsos assensus esse: quos quoniam appetitio consequatur, actionem sequi: tolli autem omnia, si ista tollantur. 3. de Orat. soli eloquentiam, uirtutem, ac sapientiam esse dixerunt, habere mentem, quæ & se & ipsum fabricata sit, & omnia moderetur, moueat, regat. ibid. A Peripateticis & Academicis uerbis magis, quam sententiis dissenserunt. 1. de Nat. d. Honesta à commodis non nomine, sed genere toto disiungunt. Top. In altera tantum disserendi parte elaborarunt. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2, Existimarunt fore aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. Offic. 1, Studiose exquirunt, unde uerba sint dicta. Tusc. quæst. lib. 1, Vsuram nobis largiuntur, tanquam cornicibus: diu mansuros aiunt animos, semper negant. Tuscul. quæst. lib. 5, Bonis corporis & fortunæ uitam beatam compleri negant. Acad. quæst. edit. 1. libr. 2, Negant fieri posse, vt quisquam nulli rei assentiatur. de Diu. lib. 2, Negant quicquam, nisi sapientem, diuinum esse posse. de Fin. lib. 2, 56, Negant quicquam esse bonum, nisi quod honestum sit. Acade. quæst. ed. 1. lib. 2, Negant sine Deo posse quicquam. de Fin. lib, Negant quicquam posse percipi, nisi tale uerum, quale falsum esse non possit. ad Brut. Negabant fugere, sapientis. de Ora. 3, Omnino irasci nesciunt, atque hanc ab iis habeo gratiam, quod soli ex omnibus eloquentiam, uirtutem ac sapientiam esse dixerunt. 3. de Finibus, Ex omnibus philosophis plurima nominauerunt. pro Mur. Fuit enim quidem summo ingenio uir Zeno: cuius inuentorum æmuli stoici nominantur. 1. de Diuin. stoici, principes disciplinæ diuinandi. Brut. In disserendo prudentissimi, in dicendo in opes. 3. Famil. Rectissime putant vrbanitatem esse virtutem. 3. de Fin. Quod æstimatione omnino aliqua dignum sit, complecti beatam uitam putant. Acad. ed. 1. lib. 2, Putarunt solem, Lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse: quòd quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet & transeat. 5. de Finib. cum à peripateticis & Academicis omnia transtulissent, nominibus aliis easdem res secuti sunt. 2. de Or. De inuentione nihil tradiderunt. 1. de Nat. deor. cum Peripateticis re consentire uidentur, uerbis discrepare, inquit Antiochus. Tuscu. lib. 2, cum tortulis quibusdam, ac minutis conclusiunculis, nec ad sensus permanantibus effici uolunt, non esse malum dolorem. 1. de Nat. stoicorum anus fatidica *πρόνοια*, 3. de Finib. stoicorum disserendi genus subtile, uel spinosum potius. Tuscu. lib. 5, Tanquam lenia quædam vina nihil ualent in aqua, sic stoicorum ista magis gustata, quàm potata delectant. Acad. edit. 1. lib. 2. Pleraque stoicorum mirabilia, quæ *παράδοξα* nominantur, sunt socratica. 3. de Nat. d. stoicorum de natura deorum oratio quàm sit leuis. Acad. edi. 1. li. 2, Stoicorum princeps Panætius. 2. de Diu. Stoicorum sententia de diuinatione nimis superstitiosa. pro Mur. Stoicorum sententiæ & præcepta sunt eiusmodi, sapientem gratia nunquam moueri, nunquam cuiusquam delicto ignoscere. Neminem misericordem esse, nisi stultum & leuem. Viri non esse neque exorari, neque placari, solos sapientes esse: si distortissimi sint, formosos: si mendicissimi, diuites: si seruitutẽ seruiãt reges, nos autem, qui sapientes non sumus, fugitiuos, exules, hostes, insanos denique esse dicunt. Omnia peccata esse paria: omne delictũ scelus esse nefarium, nec minus delinquere eum qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quàm eum, qui patrem suffocauerit, sapientem nihil opinari, nullius rei pœnitere. nulla in re falli, sententiam immutare nunquam. 1. de Diuin. Stoicis non placet, singulis iecorum fissis, aut auium cantibus interesse Deum. Off. 1, Stoicis placet, quæ in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari: homines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se aliis alii prodesse possint. 3. de Orat. Alia enim & bona mala uidentur stoicis, & cæteris ciuibus, uel potius gentibus, alia uis honoris, ignominiæ, præmii, supplicij. 3. de Fin. Ad stoicos se inclinare. 2. de Natu. d. Stoicos nihil de diis explicare. *id est, incertam relinquere de dijs quæstionem.* Tus. q. li. 1, Nunquid igitur est causæ, quin amicos nostros stoicos dimittamus? eos dico, qui aiunt animos manere, e corpore quũ excesserint, sed non semper. 15. Fam. Stoicos rusticos negeram, ut Catium Athenis natum esse dicas. *Cassi.* 9. Fam. Stoicos solos ex philosophis uim uirtutis tenuisse.

Stola, læ. *vestis muliebris.* in Ver. 217 a, Dianæ erat admodum amplum signum cum stola. in Ant. 169 a, Sumpsisti uirilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti, & ib. iterum.

Stolidvs, a, um. *stupidus.* de Diuina. 123 b, Quanquam semper fuit, ut apud Ennium est, stolidum genus Æacidarum. Top. 225 b, Quietum nihil agens, & quodammodo stolidorum.

Stomachans, tis. pro Plan. 273 a, Huic ego stomachans, fastidiose, inquam, &c. de Clar. 196 a, Sæpe uidi irascentem & stomachantem Philippum. de Orat. 98 b, Dum in campum properaret & ridens & stomachans Scæuola.

Stomachor, aris. *indignor, indigne patior, moleste fero, irascor.* de Natura 20 a, Sed stomachabatur senex, si quid asperius dixeram. Att. 264 b, Non dubito quin mirere atque etiam stomachere, quod tecum de eadem re agam sæpius, Episto. 253, Si enim stomachabere, & moleste feres, plura dicemus, & 160 a. Itaque iucundissimis tuis literis stomachatus sum in extremo. de Or. 133 b, Scipio cum stomacharetur cum C. Metello, dixisse dicitur, &c. Att. 236 a, Amariorem me senectus facit, stomachor omnia.

☞ Syntaxis. *Fastidiosè stomachari. Irascens & stomachans. Ridens & stomachans. Stomachari & molestè ferre. Cum aliquo stomachari. Amarior est stomachatur omnia.*

Stomachose. *iracundè.* ad At. 159 a, Rescripsi ei stomachosè *aliter, stomachosius. Charisius autem, stomachosè, autoritate confirmat.*

Stomachosvs, a, um. *iracundus.* de Orat. 134 b, Me quidem hercle ualde illa mouent stomachosa & submorosa ridicula. Epist. 44 a, Stomachosiores quas meas literas dicis esse, non intelligo. de Cl. 186 a, Acumen sæpe stomachosum, nonnunquam frigidum.

Stomachvs, chi. *gula, seu guttur, gulæ extremum, per quod, & in quod labitur cibus, & concoquitur.* 2. de Nat. 53 a, Lingua autem ad radices eius hærens excipit stomachus, quo primum illabuntur ea, quæ accepta sunt ore: is utraque ex parte tonsillas attingens palato extremo atque intimo terminatur. de Nat. 53 a, Plataleam conchis se implere solere, easque cum stomachi calore concoxerit, euomere. Ep. 122 b,

Esse

Esse stomacho languenti. & Seruios Cic. li. 4, 56 a, Accipere visus in stomacho. 9 Fam. 4. Stomacho callum obducere.

¶ *Bilis, ira*. Att. 65 a, Locus ille animi nostri, stomachus vbi habitabat olim, concalluit. ad Cælium, li. 2. 26 b, Nosti enim non modo stomachi mei, cuius tu similem quondam habebas, sed etiam oculorum in hominum insolentium in dignitate fastidium. Q. Fr. 326 b, Epistola plena stomachi & querelarum. Att. 252 b, Ne in me stomachum erumpant, cum sint tibi irati. & 68 b, Hæc mihi maiore stomacho quam ipsi Quinto fuerunt. I. V. 118 b, Homo exarsit iracundia & stomacho. Att. 245 b, Nec tam animum me quàm stomachum habere arbitrantur. pro Mur. 130 b, si mihi homini vehementer occupato stomachū moueritis. Ep. 12 a, Non illi quidem, ut mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdidi, sed vt facere se arbitrarētur. & 26 b, Nosti stomachi mei fastidium, in dignitate hominum insolentium. & 27 b, Ridere in stomacho. Att. 23 b, Ita mihi videtur non minus stomachi nostro Cæsari fecisse. & 93 b, In quo tamen nihil mihi risum magis, quàm stomachum mouere solet.

☞ Syntaxis. *Ridicula, stomachosa & submorosa. Stomachus languens. Stomacho callum obducere. Stomachi fastidium. Epistola stomachi & querelarum plena. In aliquem stomachum erumpere. Iracundia & stomacho ardere. Et animum & stomachum habere. Facere, mouere stomachum. Stomachi multum facere alicui. In stomacho ridere.*

Strabo, onis. *qui oculis est peruersis*. de N. 172, Ecquos si non tam Strabones, a petulos esse arbitramur?

Strages, gis. *clades*. Postq. 205 b, Qua strage nonnulli permoti magistratus paululum a mea causa recesserunt. I. A. 189 b, Ille autē quas fecit strages? vbi conque posuit vestigia? de Leg. 188 a, sed ille quas strages edidit! de D. 84 b, stragem horribilem cædemque vereri. At. 10 b, Quas ego pugnas & strages edidi!

☞ Syntaxis. *Stragem edere, facere. Strages & cædes.*

Stragvla vestis. *stragulum*. I. V. 213 a, Per triennium quæ isti plena domo telarum stragulam uestem confecit, nihil conchylio tinctum. & 81 b, & 112 b, pro S. R. 40 a.

Stragvlvm, li. *peristroma*. Tusculan. 240 a, Collocari iussit hominem in aureo lecto strato pulcherrime, textili stragulo, magnificis operibus picto.

Strangvlo, as. *faucibus premo, suffoco, ango*. Epi. 124 a, Cæsaris hospitem acceptis nummis comprehendit ac strangulauit. & 140 a, Ille patrem strangulauit.

Strangvria, riæ. I. Dysvria. Tusc. 185 a, Quamuis idem forticulū se in torminibus & in strangria sua præbeat.

Stratagema, tis. de N. 62 b, Cōsilium illud Imperatorum fuit, quod Græci στρατήγημα appellant. At. 69 a, Rufio noster stratagemate alto percussit Vettorium.

Stratonicevs, Metrodorus. Acad. 5 b.

Statonicensis, Menippus, *orator*.

Stratvm, ti. *peristroma*. Tus. 240 a, Collocari iussit hominē in aureo lecto strato pulcherrimam, textili stragulo, magnificis operibus picto. *aliter strato pulcherrimo.*

Stratvs, a, um. *vectus*. I. A. 163 a, Lectus stratus conchyliato peristromate. ad Her. 40 a, Triclinium stratum.

¶ *Iacens, prostratus*. Tusc. 206 b, Afflictus & stratus. Antequam. 196 b, Quem singuli stratum atque abiectum subleuastis. Att. 156 b, Stratus ad pedes alicuius. de Or. 144 b, Hoc est altius, quam ut id nos humi strati inspicere possimus. Att. 156 b, Is qui nos sibi quondam ad pedes stratos non subleuabat.

Stratvs, uel stratos. *oppidum in Macedonia*. Off. 13.

Strenve. *nauiter, fortiter*. Qu. F. 309 b, & Att. 259 a, Domus utriusq; nostrum ædificatur strenue. ad Her. 20 b, Is tamen egit sane strenue, & agit. Episto. 236 a, Sane strenue accepi tuas literas. pro Rabi. 96 a, Pro illis strenue arma caperem. Att. 255 a, Magis commode quàm strenue nauigaui. ad Heren. 40 a, Puer satis strenue & concinne omnia comparat.

Strenvvs, a, um. *nauus, industrius*.)(*ignauus*. Atti. 241 a, Noli motam strenuū putare, ut ante nonas recurram. I. A. 176 b, Vt cognosceret te, si minus fortem, attamen strenuum.

☞ Syntaxis. *Strenue ædificata domus. Strenuè literas accipere. Commodè, non strenue nauigare. Si minus fortis, attamen strenuus.*

Strepitvs, tus. *sonitus, stridor*. Top. 225 a, Pedum crepitos, & strepitus hominum de Cla. 194 b, Strepitus fori. cont. Rul. 87 b, & de Le. 160 a, Strepitus fulminum. de Ar. 248 a, In agro Lariniensi auditus est strepitus cum fremitu. Ep. 112 b, Hic tibi strepitus, fremitus, clamor, tonitruum. At. 220 b, Heri nescio quid in strepitu uideor exaudisse. de Na. 43 b, Ingenti strepitu. °I. V. 74 b, Factus est in eo strepitus, & grata concionis admurmuratio.]

☞ Syntaxis. *Strepitus hominum, fori, fulminis. Strepitus cum fremitu.*

Strepo, pis. *rixor, iurgo*. de Diuin. 86 a, Cum Achiui cœpissent inter se strepere, &c.

Stricte. *restrictè, arctè*. de Am. 107 a, strictè obseruare, ne plus reddas quàm acceperis.

Strictim. *compressus*. de Natu. 63 b, Quibus de quæstionibus tu strictim, nostri multa solent dicere. pro Clu. 23 b, Quæ copiosissime dici possunt, breuiter a me, strictimque dicuntur. pro Sex. Rosc. 34 a, Videamus nunc strictim, quæ, &c. Att. 21 a, Strictim attingere aliquem librum.

Strictvs, a, um. *districtus*. In An. 164 b, Cùm tu illum gladio stricto insecutus es.

☞ Syntaxis. *Nostri non strictim, sed multa de his. Non copiosè, sed breuiter ac strictim.*

Stridor, oris. *strepitus*. Tusc. q. 259 b, Ne stridorem quidem serræ audiunt, cum acuitur, & 162 b, Horrifer aquilonis stridor, &c. de Diu. 82 a, Aut densus stridor, &c. contra Rul. 80 a, Veri ac fortis Tribuni plebis stridorem vnum perferre non possit.

☞ Syntaxis. *Serræ stridor, aquilonis, plebis. Stridor densus.*

Strigilis, lis. *instrumentum, quo utebantur in balneis ad corpora stringenda, abstergenda, & polienda, quanquam & ad equos expoliendos hodie nonnunc instrumentum adhibeatur, sed dentatum & ferreum, cum illud eburneum esset ac sine dentibus*. de Fin. 213 a, Si ad illam ampullam strigilis accedat.

Strigosvs, a, um. *gracilis tenuis*. de Cla. 170 a, Verum est certe genere toto strigosior. *id est, habitu orationis minus opimo.*

Stringendvm, *comprimendum*. Offi. 74 b, Nullum uinculum ad stringendum fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt.

Strophivm, phii. *fascia breuis, quæ virginalem tumorem cohibet papillarum*. de Ar. 254 a, P. Clodius a strophio, à psalterio, &c. factus est repente popularis, & in Clodium: strophium accurate præcingere Nonius.

Strvctor, oris. *minister ad cibos struendos, mensamque instruendam comparatus*. Q. F. 310 a, In aream tuam veni: res agebatur multis structoribus. Att. 223 a, Ecce autem structores nostri ad frumentum profecti, manes redierunt.

Strvctvra, ræ. *constructio, compositio, coagmentatio*. de Opt. 243 a, Verborum est structura quædam. de Cl. 167 a, Verborum quasi structura. Ora. 210 b, Vt fiat quasi structura quædam.

Strvctvs, a, um. *constructus*. de Sen. 88 a, Frugem spicæ ordine structā. Ora. 209 b, Res collocatæ, & quasi structæ ac nexę. Tusc. q. 155 b, Speluncæ saxis structæ asperis. Ora. 230 a, Compositi oratoris bene structam collocationem dissoluere permutatione verborum.

☞ Syntaxis. *Collocata structa, & nexa.*

Strves, is. *cuiuscunque res constructus, seu moles, vt lignorum*. Attico. 54, Strues saliuarum.

Strvma, mæ. *est tumor (inquit Celsus) in quo subter concreta quædam ex pure & sanguine, quasi glandulæ oriuntur*. Atti. 28 b, Denique Vatinij strumam sacerdotij διβάφῳ vestiant. pro Sex. 26 a, Hi medentur rei publicæ, qui exsecant pestem aliquam, tanquam strumam ciuitatis. I. Demoror.

Strvo, is. *molior*. Octa. 330 a, Aduersus quos aciem struis? de Orat. 158 b, Collocationis est, componere & struere uerba. ad Her. 14 b, Struere controuersiam de nomine. Epist. 85 b, Struere periculum ruinæ. Att. 81 a, Sed dices, me ipsum mihi solicitudinem struere. de Or. 127 a, & de Clar. 190 b, Ex his locis & odium in alios struere discemus, & à nobis, & à nostris dimouere. pro Cluen. 55 a, Struere & moliri aliquid calamitatis cuipiam.

Strvor, ris. Quint. Frat. 327 a, Reliqua ad iacturam struentur. *aliter, reseruantur*. ad Attico. 145 b, In posterum bellum ἀσπουδὶ strui existimo.

☞ Syntaxis. *Collocationis est, componere, struereque verba. Struere periculum, controuersiam, insidias, solicitudinem. Struere calamitatem, & moliri.*

Stvdens, tis. pro Plan. 277 b, Hisce ego auxiliis studentibus atque incitatis vti poteram.

Stvdeo, des. *operam do, studium in aliqua re* de Ora. 85 b, Nemo se re studuisse ei scientiæ uehementius uidetur, quia quod noluerit, consecutus sit. in Verr. 61 a, & Epi. 8 b, Si optimis à pueritia disciplinis atque artibus studuisses. Or. 200 b, In hoc orationum genere, cui nunc studes. de Ora. 108 a, Demosthenes eius ipsius artis, cui studebat, primam literam non poterat dicere, & 107 a, & de Leg. 158 a, Si ab adolescentia iuri ciuili minus studuerimus. de Clar. 195 a, Studere literis, quibus fons eloquentiæ continetur. Postquam 207 a, Cum vero literas studere incipit, & helluo immanis cum Græculis philosophari, tum est Epicureus. de Fin. 125 b, Vt id ipsum, quod studet, facere possit ornatius. Epi. 109 b, Facilè cognoui ex tuis literis, quod semper studui, in, &c. in Ant. 208 b, Vnum sentitis omnes, vnum studetis, M. Antonii furorem extinguere. Orat. 205 b, At hic noster ad hoc vnum est natus, qui generi studet vni. de Fin. 221 a, Studere laudi & dignitati. de Diu. 94 a, Tumque uel maxime laudi student. de Orat. 129 b, Cui rei, cui gloriæ, cui uirtuti studes? patrimonione augendo? at, &c. de Cla. Ora. 183 a, Sed idem Ælius stoicus esse voluit: orator autem nec studuit vnquam, nec fuit. de Fin. 61 a, Cum sero sentiunt, frustra, se aut pecuniæ studuisse, aut imperiis, aut opibus, aut gloriæ. in Sall. 273 b, Quantum quisque reipublicæ studuit, tantum mihi fuit aut amicus, aut inimicus. pro Cæl. 42 b, Cęlius studuit præturæ in Cat. 97 b, Studere rebus nouis.

¶ *Faueo*. ad Her. 14 a, Si partes, quibus illi student, lædantur. pro Mu. 142 b, Cur quenquam, vt studeat tibi, vt te adiuuet, rogas. pro Cæl. 39 a, Multi boni adolescentes illi homini nequam atque improbo studuerunt, & b, Cælius studuit Catilinæ iterum petenti. At. 62 b, Pompeius scauro studet, vtrum fronte, an mente dubitatur.

¶ *Opto*. Att. 210 a, Scire igitur studeo, quid egeris. Par. 229 b, Studeo ex te audire, quæ, &c. pro Sex. Ros. 42 b, Studeo facere aliquid de O. 222 a, Ars demonstrat, vbi sit illud quod studeas inuenire, & 93 b, Ego uero, inquit, illis obsequi studeo. ad Att. 283 b, Nos Lepidum honore studuimus à furore reuocare. in Cat. 108 a, Quos ego non tā vlcisci studeo, quàm sanare. Epi. 179 b, Dissensionem nascentem extingui summe studui. de Cla. 186 a, Gradus tuos, & quasi processus dicendi, studeo cognoscere. Off. 38 a, Nostri Imperatores ex hac una re maximam laudem capere studebant. in Arat.

Hoc

Hoc caue te ponto studeas committere mensæ.

¶ *Curam habeo.* de Natu. 74 b, Parens difficilis, qui te nec amet, nec studeat tui.

☞ Syntaxis. *Medicinæ studere, nouis rebus, Reip. praturæ, viris bonis. Tibi obsequi studeo. Ego te nec amo, nec tui studeo.*

STVDIOSE, sius. *cupidè, studio.* de Cla. 73 a, Studiose audire aliquem. Att 562 b, Studiosè diligenterque curare aliquid. de Fin. 98 b, Quare studiosè attendite. in Ver. 60 b, Libenter studioseque audire. de Or. 132 a, Studiose ludere ad Her li. 1, Eo studiosius hoc negocium suscepimus, quòd, &c. Tusc. lib 4, Multo studiosius Philosophiæ fontes aperiemus.

STVDIOSVS, a, um. *cupidus, amans, obseruans, qui literis delectatur, vel aliqua re in studio, qui studio est alicuius, alicuius rei studio præditus.* in Ver. 132 a, Quem in prouincia existimationis meæ studiosissimum cupidissimumque cognoui. Attico. 120 a, Iste restituendi mei, quàm retinendi studiosior, & 50 a, Ego mei studiosos habeo Dyrachinos. de Cla. 170, & Epi 6 b, Habet enim certos sui studiosos, qui, &c. Aca. 31 a, Democritus studiosus nobilitatis. ad Att. 120, Studiosus ac fautor. item, Attici nostri te valde studiosum esse cognoui. * Epi. 225 a, Aliquis mire studiosus, & eruditus ut modestus.

¶ *Operam nauans.* de Or. 107 a. Vir dicendi studiosus. Epist. 48 a, Studiosus doctrinarum. Aca. 24 b, Homo & acutus ut Pœnus, & valde studiosus. de Opt. 144 a, Suscepi laborem utilem studiosis.

STVDIVM, dij. *opera labor.* de Inuent. 50 b, Studium, est assidua ac vehemens ad aliquam rem applicata, magna cum voluntate occupatio, ut philosophiæ, poetices, geometriæ, literarum. Tusc. 229 b, Qui in rerum contemplationem studia ponebant. Epist. 48 a. Dare studium suum alicui arti. de Orat. 102 a, Cohortatione alicuius concitari ad studium cognoscendæ virtutis. Qu. F. 295, Cui in doctrina, Cui in virtute atque humanitate percipienda, plurimum à pueritia studij fuisset, & temporis. de Cla 193 b, Ego autem iuris ciuilis studio multum operæ dabam Quin. Scæuolæ. Qu. F a 95 b. Qui omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent. de Cla. 178 a, Adhibere multum studij ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum disciplinas, de Fin. 49 a, Ponere multum studium in aliqua re de Ora. 90 a, Quin his artibus cognoscendis atque tractandis studium suum omne posuerunt. de Sen. 87 a, Studia doctrinæ pariter cum ætate crescunt, & ibid. si vero habet aliquid tanquam pabulum studij atque doctrinæ, nihil est ocioso Senectute iucundius. pro Cæl. 49 a, An ille vir, illa humanitate præditus, illis studiis, artibus, atque doctrina potuisset? &c. pro Cor. 55 a, Viri literati, ac studiis doctrinisque dediti. de Diu. 109 b, Tum pristinis orbati muneribus, hæc studia renouare cepimus. de Fat. 140 a, Hircius hic studijs, in quibus nos à pueritia viximus deditus de Ora. 87 b, Quare pergite adolescentes, & in studium, in quo estis, incumbite. de Orat. 99 b, Homo à iuris studio non abhorrens. Att. 124 b, In studiis ac literis nostris consumo omne tempus. Orat. 198 a, Hisce ego cohortationibus, Crasse, ad studiũ & ad laborem incitandos iuuenes, vehementer assentior: cætera quæ collegisti ex variis & diuersis studiis & artibus, ab oratoris proprio officio atque munere seiuncta esse arbitror, & 107 b, In omni recto studio atque humanitate uersari, & 93 a, Totius huius vel studij, vel artificij, vel facultatis disputatio. de Leg. 187 a, Demetrius & doctrinæ studiis, & regenda ciuitate princeps est. de Leg. 177 b, Ciuitates totas malis studiis, malisque doctrinis repente euerti. Q. Fr. 295 b, Nos ea, quæ consecuti sumus his studiis & artibus esse adeptos, quæ sunt à nobis à Græcia traditæ, & 294 a. Vir optimarum artium studiis eruditus. Ora. 200 a, In maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinæ. pro Arch. 186 a, Vir eruditissimis hominibus & liberalissimis studiis affluens. ibi. In studiis humanitatis ac literarum versari. de Or. 85 b, Qui in artium studiis liberalissimis suot doctrinisque versati. Att. 65 a, Retuli me ad literas & studia nostra. pro Cæl. 45 a, Studium doctrinæ atque humanitatis. ibi. Adolescens rectissimis studijs atque optimis artibus præditus. pro Arch. 186 a, Archias se ad scribendi studium contulit, & 185 b, Ratio aliqua ab optimarum artium studiis & disciplina profecta. pro Muræ. 139 b, Cato recentibus præceptorum studiis flagrans. & 130 b, Qui oratores euadere non possunt, ad iuris studium deuenire. de Aruſp. 247 b, S. cui forte videor plus quàm cæteri, qui, &c. versari in studio literarum. Epist. 130 a, Exercere studia literarum. de Fin. 125 b, Ve aliquid suorum studiorum philosophiæ quoque impertiat. de Diu. 108 b, Cohortari aliquem ad studium philosophiæ. de Clar. Orato. 169 a, Extra Græciam magna dicendi studia fuerunt. Off. 1 a, Quoniam in eo studio ætatem consumpsi. de Orato. 86 a, Cæterarum artium studia fere reconditis è fontibus hauriuntur, & 85 a, Studiis, quæ reconditis in artibus, & in quadam varietate literarum versantur. Epist. 9 a, Referre se ad studia literarum. de Or. 85 a, Referre animum ad studia, &c. ad Attic. 281 a, Euigilare in studio. de Orat. 146 b, Vacare studiis. Top. 521 a, Vterque nostrum ad suum studium libros euoluebat. de Or. 86 b, Græci ocio studioque abundantes. Epi. 83 a, Plurimo doctrinæ studio. Tusc. quæst. 182 b, Quibus palæstra, labor, militia in studio est. pro Cæl. 47 a, Studia delectationis, ut ludus, iocus, conuiuium.)(*Studia laudis.* Off. 25 a, Neque enim ad ludum & iocum facti esse uidemur, sed ad seueritatem potius, & ad quædam studia grauiora atque maiora. de Legib. 172 a, Plato studij & delectationis, non Reip. causa scripsit leges. pro Sex. R. 29 a, Studiũ colendi agri à patribusfamilias maximè laudatur, & ibid. studium, quod ad agrum colendum attinet. de Sen. 92 b, Sunt pueritiæ certa studia, & 93 a, Sunt extrema quædam studia Senectutis. de Fi. 125 a, Suo quisque studio maxime ducitur. Tuscu. 182 b, Lacænæ virgines, quibus magis palæstra, Eurotas, sol, puluis, labor, militia in studio est quàm fertilitas barbara pro S. R. 41 b, Me in eo studio esse confiteor. de Amic. 115 b, In studiis cognoscendi semper aliquid, atque discendi remoti ab oculis populi, omne ocium tempusque contriuimus.

¶ *Voluntas, animus, amor, ardor, cupiditas beneuolentia.* pro Corn. 63 a, Gaditani ab omni studio sensuque Pœnorum mentes suas ad nostrũ imperium nomenque flexerunt. de Amic. 104 b, Studium semper adsit, cunctatio absit. de Ora. 108 b, Patris studium in filiis erudiendis. de Inuen. 75 a, Pro meo studio quod in vos habui semper. Attic. 313 b, Tua erga me officia, plena tui suauissimi studij, & 284 b, Studium tuum, curaque de salute mea. in Ant. 169 b, In illo apparatissimo spectaculo studium populus Romanus tribuit absenti. Ep. 64 b, Tibi polliceor eximium & singulare meum studium. in Cati. 123 b, Pro meis in vos singularibus studiis. pro Mur 13 a b, Hæc amicorum studia debilitant, & ibid. Amici studia deponunt pro Rab 92 b, Cum tanto studio C. Rabirius totius Apuliæ, singulari uoluntate Campaniæ vicinitatis ornetur. Att. 186 b, Te hortor pro tuo singulari perpetuoque studio in Remp. ut, &c. & 277 b, Tibi omnes nauare operam & studium volunt. de Or. 240 a, Vellem Bruto tuum studium nauare potuisses, & 245 a, Ex omnibus mi Dolabella studiis in me & officiis, quæ summa sunt, hoc scito mihi, &c. Q. F. 353 b, Cicero noster summo studio est Pæonij sui rhetoris, &c Epi. 10 b, Omnia in te ipsum summa & singularia studia debeo. Q. F. 315 b, Te rogo, ut omnia tua studia in eum conferas. Att. Pompeius significat studium erga me non medicore. pro Quin. 2 a, Alicuius studio ac cupiditati morem gerere. At 140 b, Me ambitio quædam ad honorem studium duxit. de Ora. 108 b, Incensus studio dicendi. ad At 260 a, & Top. 1 a, Cum cernerem te ardere studio. de Diu. 109 b, Quorum studio legendi, meum scribendi studium uehementer in dies incitatur. Offic. 13 a, Declaratur autem studium bellicæ gloriæ, quòd, &c. Tusc. 245 b, Deinde ad inuestigandum ueritatem studio incitato pro Pomp. 7 b, Cum classis studio inflammato in Italiam raperetur de Cla. Ora. 165 b, Admirabili quodam ad philosophandum studio concitatus. At 6 b, Summum me eorum studium tenet. Acad 39 b, Teneri studio alicuius rei. de Or. 93 a, Ego quidem ineunte ætate incensus sum studio utriusque uestrum, &c. & ibi. Quod ego non superbè feci, neque quò tuo studio rectissimo atque optimo non obsequi uellem. Off. 42 a, Iuuenes magna spectare, & ad ea rectis studiis debent contendere. At. 260 a, Ardeo studio historiæ. de Ora 164 b. Studium flagrans. Acad. 17 a, Ardere, studio facere aliquid. de Fin. 77 b, Ardenti studio facere aliquid. de Or. 91 b, Nobis studium illud dicendi acerrimum defuit. Att. 5 a, Efferri studio in aliqua re de Natura deorũ. 13 a, Sed elatus studio, longior fui. pro Pom. 279 b, Aliqui ex ciuilibus studiis atque obtrectatione domestica inimici. & ibidem. Cum studiorum suorum obtrectationem sustulissent. pro Cluent. 32 b. In uitia quæ a natura habet, etiam studio atque artificio quodam malitiæ condiuit. I. C. 106 a, Diuersa Catilinæ studia in dissimilitudine. pro Plan 263 a, Hic habuit studia suorum ardentia. & 261 a, Comitiis ædilitijs studium est populi, non iudicium. de Natura deorum 3 a, Vt studia cupiditatesque honorum ambitionesque ex omnibus ciuitatibus tollerentur item, Vnde hoc philosophandi subito studium extitit. in Ver. 83 a, Cupiditas & studium defendendæ ueritatis. ad Attico. 194 b, Voluntas, studium, cupiditas. Postquam 198 b, Et cum in studiis uestris tanta amicorum declarata est uoluntas, ut, &c. de Inuent. 74 b, Voluntas & studium, fere idem. Offic 44 a, Studium & beneuolentia, idem. * Epi 94 a, Quanto semper studio, & officio in rebus fuisti.]

☞ Syntaxis. *Studium in literis ponere. Dare studium alicui arti. Studium medicinæ dare operam. In sapientia studium collocare, ponere, adhibere. Studio teneri, ardere, incendi, duci. Studio esse incitato, inflammato, ad. Cupiditas & studium legendi, & contrà. Exercere literarum studia. Studium omne alicui polliceri, in aliquem conferre, &c.*

STVLTE *dementer, insipienter, incautè* At. 108 a, Stultè & incautè omnia agi uideo de Orat. 133 a, L. Stultus. At. 205 a, Et si scripseram ad te nunc stulte. de Leg. Stultè arrogans.

STVLTITIA, tiæ. *fatuitas.* Tusculan. 392 b, Stultitiam enim censuerunt insaniam, id est, inconstantiam sanitate uacantem. ibidem, 193 a, Ita stirpes sunt altæ stultitiæ, & 206 b, Est proprium stultitiæ, aliorum uitia cernere, obliuisci suorum. de Natu. 6 b, Miserius stultitia nihil dici potest. de Or. 95 a, Oratoris peccatum, stultitiæ peccatum uidetur stultitia autem excusationem non habet. de Di. 127 a, O delirationẽ incredibilem, non enim omnis error stultitia est dicenda. de N 77 a, Stultitia est, à quibus bona precamur, ab iis dantibus nolle sumere. pro R. P. 126 a, Sed huius facti stultitiam maior iam superior stultitia defendit. L V. Stultitia singularis.

STVLTVS, ta, tum, *fatuus, delirus, mente captus, malè sanus, demens, amens, nullius consilij.* Epist. 140 b, Stultorum plena sunt omnia. in Att. 187 b, Vt hominem stultum etiam magis infatuet, mercede publica in P. 94 a, O stultos Camillos, ô amentem Paulum. Orato. 203 b, Stulto sapientis orationem affingere. de Or. 134 a, Non stultum quasi stultè cum sale dicere aliquid. pro Font. 274 b, Stultus auditor & credulus.)(*Sapiens iudex.* de Senect. 84 a, Senex, stultus, credulus, obliuiosus. de Ami. 114 a, Hæc est in fabulis stultissima persona credulorum atque improuidorum senum. de Or. 156 a, Malo indisertam prudentiam, quàm stultam loquacitatem.

☞ Syntaxis. *Stultè & incautè. Stultè arrogans. Alta stirpes stultitiæ. Stultum aliquem infatuare. Stultus & credulus. Stultissima credulorum persona. Stulta loquacitas.*

STVPEFACTVS, a, um. de Or. 147 b, In quo igitur homines exhorrescũt? quem

quem stupefacti dicentem intuentur.

STVPENS, tis. de Somn. 128 b, Quæ cùm intuerer stupens, quis, inquam, &c.

STVPEO, es. In Ver 255 a, Confirmant ipsi se, cum is etiam tum semisomnis stuperet. Att. 108 a, Sed stupent omnes. de Fi. 80 b, Hæc cùm loqueris, nos Varrones stupemus.

STVPESCO, scis, de Or. 152 a, Aspicere, admirari, stupescere.

STVPIDITAS, tis. *stupor, tarditas*. I. A. 175 b, In quo primùm incredibilem stupiditatem hominis cognoscite.

STVPIDVS, a, um. *stupens, bardus*. de Fat. 142 a, Zopyrus physiognomon stupidum esse Socratem dixit, & bardum. Par. 183 a, Actionis tabula te stupidum detinet. *aliter, Aetionis*. ad Her. 40 a, Omnes stupidi timore obmutuerunt.

STVPOR, oris. *stupiditas*. Tusc. 192 b, Immanitas in animo, stupor in corpore. I. A. 166 a, Sed stuporem hominis, vel dicam pecudis videte. & 182 b, Qui in morbo aliquo vel sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt. pro Dom. 232 b, Eamque animi duriciam sicut corporis, quod cum vritur, non sentit, stuporem potius quam virtutem putarem de Aru. 244 b, si autem id non sentit, periculum est, ne se stuporis excusatione defendat. I. A. 186 b, Qui propter hæsitantiam linguæ stuporemque cordis cognomen ex ignominia traxit. I. P. 79 b, stupor debilitasque linguæ, tarditas ingenij. I. A. 173 a, Quis te tantus stupor oppressit, vt non scias, &c. & 166 a, Esto, sit in verbis tuis hic stupor, quanto in rebus sententiisque maior?

Syntaxis. *Cordis stupor, linguæ, verborum. Stupore oppressus.*

STVPRANDO. pro Do. 238 a, Qui religiones omnes pollueris, aut emētiendo, aut stuprando.

STVPRATVS, a, um. de Fin. 78 b, Stuprata per vim Lucretia a regis filio, &cæt.

STVPRO, as. *constupro, stuprum infero, stuprum offero, vim affero, pudicitiam eripio, stuprum cum aliqua facio*. Epist. 66 a, Qui tot ingenuas matres familias stuprauit.

STVPROR, ris. de Fini. 140 a, Virginius interfecit filiam, ne stupraretur. de Ar. 131 a, Pulumar quod stupratas.

Syntaxis. *Per vim stuprata mulier, materfamilias, virgo pulvinar.*

STVPRVM, pri. *incestum. omnisque lege vetita libido*. Off. 59 b, Gyges reginæ stuprum intulit. Parad. 120 a, In aliquam domum stuprum inferre. In Pis. 100 a, Clodius stuprum Bonę deę puluinaribus intulit. de Arusp 249 b, & de Leg. 171 a, Sext. Tarquinius vim Lucretiæ attulit. & 140 a, Lucretia per vim oblatum stuprum voluntaria morte luit. de N. 73 a, Quis nō sciat habuit coniugem illexisse in stuprum. In Cat. 106 a, Quod nefarium stuprum non per illum. Antequ. 195 b, A me luxuries ac stupra Cassij pœnas repetunt. Postquam 306 b, Consul processit somni, vini, stupri plenus. Tuscu. 125 b, Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, incesta denique. pro Dom. 234 b, Iste qui non solum aspectu, sed etiā incesto flagitio & stupro polluit cerimonias. Octa. 331 b, Popu. Rom. pro turpi stupro datus in seruitutem. pro Mi. 115 a, Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit.

Syntaxis. *Stuprum alicui inferre, afferre, offerre. In stuprum illicere. Vir stupri plenus. Stupra, corruptelæ, adulteria, incesta. Incestum flagitium, ac stuprum. Stuprum facere cum—.*

STYLVS, li. *instrumentum, quo in tabulis scribebant veteres. hinc factum est, vt stylus pro scriptione, vel dictione caperetur*. de Cla. 172 b, Dein cum ociosus stylum prehenderat, flaccescebat oratio. in Ver. 129 a, Vertere stylum in tabulis suis. de Arusp. 246 a, Cum cętera scelera stylo illo impuro Sextus Clodius conscripsisset. Mucro styli Censorij. L. MVCRO.

¶ *Scriptio, dictio*. Episto. 85 a, Cum præsertim adhuc styli pœnas dem. de Cla. 173 b, Vnus enim sonus est totius orationis, & idem stylus. de Ora 97 a, stylus optimus dicendi effector & magister. & ibi. Omnia sub acumen styli subeant necesse est. & 197 b, stylus perfector dicendi, ac magister. de Cla. 273 a, Etiam artifex, vt ita dicam, stylus. Epi. 107 a, stylus dicendi opifex. de Or. 160 b, Hanc legem cum exercitatione, tum stylo, qui & alia & hoc maxime ornat & limat, formanda nobis oratio est. & 117 b, In summa vbertate inest luxuries quædam, quæ stylo depascenda est. Ora. 210 b, Sed tamen stylus exercitatus efficiet facile hanc viam componendi. de Cla. 179 b, Orationes Attico stylo scriptæ.

Syntaxis. *Stylum prehendere. Censorij styli mucro. Styli dare pœnas. Luxuriem stylo depascere.*

STYX, gis. *fluuius*. de Na. 68 a, Et illi qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Styx, Phlegeton.

SVADA, dæ. *Latinè, Græcè* πειθὼ. de Cla. 169 b, Suadæque medulla Πειθὼ quam Græci vocant, cuius, effector est orator, hanc suadam appellauit Ennius. eius autem Cethegum medullam esse vult: vt quam deam in periclis labris Eupolis sedisse scripsit, huius hic medullam nostrum oratorē fuisse dixerit. de Sen. 87 b, M. Cethegus, quem rectè suadæ medullam dixit. Ennius.

SVADENDO de Or. 139 a, In suadendo nihil est optabilius quàm dignitas. Att. 123 b, Quo in suadendo plus autoritatis haberem.

SVADENS, tis. de Cla. 172 b, M. Cato legem suadens, in Galbam multa dixit.

SVADEO, des. *sum autor, hortor, moneo, suasor & autor sum alicuius rei*. Ep. 204 a, Hęc eo spectant, vt te hortor suadeam, reliqua sunt, quę pertinent ad rogandum. de Prou. 78 a, Nam postea me vt sibi essem legatus, non solum suasit, sed etiam rogauit. pro Arc. 188 a, Nisi mihi ab adolescentia suasissem, nihil esse in vita, &c. Attico. 217 b, Tu quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum puto. Epist. 21 a, Nemo est qui sapientius tibi suadere possit te ipso, & 97 a, Primum cœpi suadere pacem. in Ant. 195 a, Duo tempora inciderunt, quibus aliquid contra cæsarem Pompeio suaserim. de Sen. 80 a, Cum legem voconiam magna voce & bonis lateribus suasissem. Att. 130 b, Quod suades, vt petam, &c. id iam pridem ago, & 180 a, De obuiam itione ita faciam, ut suades, & 129 a, Memini, quid mihi suaseris per Theophanem Culeonem, & 249 b, Gaudeo te mihi suadere, quod ego mea sponte pridie feceram. in Ant. 165 b, An ego C. Trebonio persuasi, cui ne suadere quidem ausus essem. pro Mil. 110 b, Suadere rogationem.

Syntaxis. *Te hortor & suadeo. Suadeo & rogo. Suadere pacem—.*

SVAPTE & SVOPTE. L. PTE.

SVASIO, onis. *hortatio.*)(*dissuasio*. Or. 200 a, Tales suasiones, qualem Isocrates fecit Panægyricum. de Ora. 139 a, Præcepta quæ de suasionibus tradenda sunt. pro Cluen. 47 a, Suasio legis seruiliæ.

SVASOR, oris. *consuasor, autor, hortator.*)(*dissuasor*. Off. 64 a, de Orat. 239 a, Atque huius deditionis ipse suasor & autor fuit. Att. 256 a, & 263 a, Quamuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certe fuisti in Ant. 154 b, Quanquam hæc epistola non suasoris est, sed rogatoris. in Ant. 166 b, Nihil interest inter suasorem facti, & probatorem.

Syntaxis. *Suasor & autor. Suasor & impulsor. Non suasor, sed rogator. Suasor & probator facti.*

SVAVILOQVENS, tis. de Cla. Ora. 169 b, Additur orator Cornelius, suauiloquenti ore Cethegus. Ennij, item de Repub. teste Gellio.

SVAVILOQVENTIA, tiæ. de Clar. 169 b, Tribuere suauiloquentiam alicui.

SVAVIOR, aris. *osculor, suauium do*. de Cla. 169 a, L. Brutus, qui de matre suauianda ex oraculo Apollinis tam acutè coniecit. Attic. 253 a, Atticam nostram cupio suauiari, ita mihi dulcis salua visa est per te missa ab illa.

SVAVIS, ue. *dulcis, conditus, iucundus*. pro Cor. 63 b, Comes, benigni, faciles, suaues, &c. I. V. 152 b, Odor suauis & iucundus.)(*seuer*. de Cla. 168 a, Hic suauis uideri maluit, quam grauis, & suauitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret.

SVAVITAS, tis. *suauitudo, dulcitudo, iucunditas*. de Sen. 89 b, Suauitates odorum, qui afflantur e floribus. Of. 75 b, Conquirere suauitates vndique. de Fin. 56 b, Voluptas quæ suauitate aliqua naturam ipsam mouet. de Or. 101 a, Mira quædam in cognoscendo suauitas & delectatio, & 105 a, Quem omnes amare pro eius eximia suauitate debemus. de Opt. 143 b, Quædam suauitas coloris. Quin. Fr. 318 b. Mirifica suauitate villam babeo. de Diu. 97 a, Responsum est, singulari illum suauitate orationis fora. pro Cęl. 41 b, Suauitas humanitatis. I. A. 182, Qoidam morbo aliquo & sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt. de Am. 108 b, Accedat huc suauitas quędam oportet sermonum atque morum, &c. de Or. 146 b, Suauitas sermonis Atticorum & Romanorum propria.

SVAVITER. *dulciter, iucunde*. de Orat. 146 b, Suauiter loqui. de Cla. 174 b, Solute & suauiter dicere. Epistola. 256 a, Epistola copiose & suauiter scripta. de Finibus 60 b, Et iucunda iucunde ac suauiter meminerimus. Acad. 25 a, Video quàm suauiter voluptas sensibus blandiatur.

SVAVITVDO, nis. *suauitas*. ad Her. 20 a, Suauitudo pronunciationis.

SVAVIVM, uii. *osculum*. Att. 259 a, Atticæ, quoniam hilarula est, meis verbis suauium des.

Syntaxis. *Voluptas naturam suauitate mouet. In cognoscendo suauitas & delectatio. Coloris suauitas. Villam mirifica suauitate habere. Cibi sentire suauitatem. Solute & suauiter loqui. Iucunde & suauiter. Pronunciationis suauitudo.*

SVB. *ratione loci, situs, subter, subtus*. Qu. Fr. 318 a, Vaporarium ex quo ignis erumpit, est sub tectum cubiculi, & ibid. sub grandi cubiculū. I. A. 64 a, Negociumque transegisses, nisi se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset. de Nat. 47 b,

Et natos geminos inuises sub caput arcti.

de Na. 45 a, Homines sub terra habitantes, qui nunquam exissent supra terram. de Ora. 133 b, Gallus captiuus sub nodis distortus, eiecta lingua, buccis fluentibus.

¶ *Naturæ*. Top. 225 b, Quod sub ea causa subiectum est.

¶ *Violentię*. pro Dom. 223 a, Vt Cyprius Rex sub præcone subijceretur.

¶ *Conditionis*. Ep. 114 a, Sed non statim sub mentionem & conuicium obtrectatorum. Aca. 19 a, Res subiectæ sub sensus.

¶ *Ante*. de Vniu. 201 b, Nullo posito sub oculis simulachro. ad Her. 39 a, Subiicere aliquam rem sub aspectu omnium. de Vniu. 179 b, Cęlum sub aspectum & tactum cadit, & 199 a, Sub intelligentiam cadens.

¶ *Circiter*. Q. F. 306 a, Senatus fuit frequentior, quàm putabamus esse posse mense Decembri, sub dies festos.

¶ *Post*. Ep. 153 a, Sub eas statim recitatæ sunt tuæ. Att. 141 b, Sub posteaquam literas ad te dedi.

¶ *In*. de Fi. 102 b, Prima illa, &c. sub iudicium sapientis & delectum cadunt. in Ant. 242 b, Sub nomine pacis bellum latet. de Am. 13 a b, Sed ille sub Gnathonis persona, &c. contra Rull. 89 a, Non paruum sub hoc uerbo furtum latet. de Fin. 81 a, Quod non sub dubia vtilitatis ratione effici solet. Postq. 204 b, Qui cum per se Rempub. lacerare non posse., sub alieno scelere deleuit.

SVA, manu. *in ejs, præsto, in promptu, ad manum, vt dicitur*. Epistol. 147 a,

Adiunxi

Adiunxit hæc, &c. Vocontij sub manu vt essent, per quorum loca fideliter mihi pateret iter. Planci.

¶ *Sub, tandem particula, participationem lenem sonat.* de Cl. 188 b, Cato sonabat subagreste quiddam, planeque subrusticum.

SVBABSVRDVS, da, dum. de Or. 134 a, Subabsurdum tempus. de Or. li. u, Sunt etiam illa subabsurda.

SVBABSVRDE. ibidem.

SVBACCVSO, as. pro Fl. 277 a, Nunc meum discessum quasi reprehendere & subaccusare voluisti. Att. 256, Addebat etiam me desiderari, subaccusari, & li. 13. Subaccusa quæso Vestorium.

SVBACTIO, onis. *cultura exercitatio.* de Orat. 120 b, Subactio autem est vsus, auditio, lectio, literæ.

SVBACTVS, a, um. *domitus, superatus.* pro S.R. 41 b, In isto bello non recreatus, neque restitutus, sed subactus oppressusque Populus Romanus est pro Font. 276 a, b, Galli à nostris Imperatoribus subacti, & bello domiti. & 181 a, Victi & subacti populi.

¶ *Cultus.* de Ora. 120 b, Subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed nouato & iterato. de Senect. 87 b, Terra gremio mollito & subacto semen sparsum excipit, & 89 b, Humus subacta atque pura.

☞ Syntaxis. *Subactio populi, ut domiti. Victus & subactus. Ingenium subactum. Terra gremium subactum & mollitum. Terra subacta & pura.*

SVBAGRESTIS, ste. de Cl. 188 b, Sonare subagreste quiddam, planeque subrusticum.

SVBARATVS, a, um. de Fat. 241 b, & de In. 47 b.

SVBARROGANTER. Acad. 28 b, Vereor ne subarroganter facias, si dixeris, &c.

SVBAVSCVLTO, as. L. AVSCVLTO.

SVBCISIVVS, a, um. *dicitur vel tempus, vel opera, quæ à quotidianis & assiduis quasi subciduntur, subtrahunturque, & rapsim quasi furtim ad alia accommodantur.* de Or. 148 a, Quæ ego serò, quæ cursim arripui, quæ subcisiuis operis, vt aiunt. de Leg. 157 b, Subcisiua quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior. in Ant. 164 a, b, Nec amicis, vnquam defui, & tamen perfeci operis subcisiui, vt meæ literæ nomini Rom. laudis aliquid afferrent.

☞ Syntaxis. *Subcisiuæ operæ, tempora.*

SVBCONTVMELIOSE, aliquem tractare. Att. 26 b.

SVBCRISPVS. in Ver. 130 b, Videtis illum subcrispo capillo, nigrum? L. Ruber.

SVBDEBILITATVS, ta, tum. Att. 172.

SVBDIFFICILIS, le. de Am. 119 a, Existit autem hoc loco quæstio subdifficilis.

SVBDIFFIDO, dis. *dubito, subdito.* Att. 247 a, Quod die audiui illum tyrannum in concione clarissimum virum appellari, subdiffidere cœpi.

SVBDITITIVS, a, um. *fictus, subornatus.* in Ver. 249 b, Subdititius archipirata.

SVBDITVS, a, um. de Na. 31 b, Aquæ efferuescunt subditis ignibus. I. V. 78 b, Subditus in locum alterius.

SVBDO, dis. *substituo.* Epist. 156 b, Te rogo in Hirtij locum subdas. pro Dom. 230 a, Quis in meum locum iudicem subdidit?

SVBDOCEO, ces. ad Att. 121 b, Ciceronesque nostros meo potius labore subdoceri, quàm me alium magistrum quærere.

SVBDOLE. *versute.* de Cla. 167.

SVBDVBITARE. Att 230, Epist. 24.

SVBDVCO, cis. *subtraho. remoueo.* Qu. F. 324 a, Cato diruptis tabellis de circulo se subduxit. pro Dom. 217 a, Cato, quem tu non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras. de Fin. 115 b, Neque intelligunt se rerum illarum fundamenta subducere. de Inuent. 80 a, Subducere id quo nititur aduersariorum causa. Tusc. 183 b, Subduc cibum athletæ, ferræ non poterit.

¶ *Ad ratiocinatores relata.* Attic. 83 a, Subducamus summam, & ibid. Assident, subducunt ad nummum: conuenit.

SVBDVCTVS, a, um. *ad calculos relatum.* de Nat. 74 a, Initia subductaque ratione nefaria scelera meditari. Att. 83 b, Hoc quod intersit, si tuos digitos noui, certe habes subductum. Ep. 12 a, Rationibusque subductis summam feci cogitationum mearum. de Fin. 77 a, Voluptatumne calculis subductis prælium inenit.

¶ *Retractus adductus.* Offi. 19 b, Classem Lacedæmoniorum quæ subducta esset ad Gytheum, clam incendi posse.

SVBDVCTIO, onis. *subtractio.* de Or. 120 b.

SVBDVRVM, est, &c. Qu. de Pet. 212 a.

SVBEVNDVS, a, um *adeundus, ferendus.* 2. Tusc. Quæ vt effugias, quis est non modo non recusandus, sed vltro appetendus, subeundus, excipiendus dolor? in Cat. siu remissiores esse voluerimus, summæ nobis crudelitatis in patriæ ciuiumque pernicie fama subeunda est. ad Teren. lib. 14, Quando subeunda fortuna est? pro Fl. Existimabam L. Flacco multitudinis potius imperitæ, nullo tamen cum periculo, quàm sapientissimorum & doctissimorum virorum iudicium esse subeundum.

¶ *Tenendus.* de Orato. subeundus vsus omnium, periclitandæ vires ingenij.

SVBEO, is. *patior, fero, adeo.* pro Dom. 227 b, Non peccato meo nomen exulis subeo, sed re iudicata. pro Mur. 224 b, Ingredi pericula, subire tempestates Reip. de Ar. 252 b, Subire iram deorum. pro Do. 233 b, Eandem pœnam ego subibo & sustinebo. de Pro. 75 b, Vnum pro vniuersis subire atque excipere tela, & 77 b, Quamuis excipere fortunam, subire uim, &c. L. P. 88 b, Subire sempiternas fœdissimæ turpitudinis notas, & 98 a, Ciuitates etiam nefarias libidinum contumelias turpitudinesque subierũt. 3. Ver. Si pupilli calamitas, propinquorum lachrymæ, D. Bruti, cuius prædia subierunt periculum, &c. de Nat. d. 60 a, Ne quid inuidiæ subeatur, aut criminis. pro Dom. 230 b, Subire uim & iracundiam populi incitati. Q. F. 324 b, Subire periculosas inimicitias. Att. lib 8, Eundem, vt quemcunque fors tulerit casum, subeam potius cum iis qui dicuntur esse boni, quàm videar à bonis dissentire, & libro 11, Quanquam quid mea intersit, vt eorum odium subeam, non intelligo. I. V. 62 a, Poterisne eius orationis subire inuidiæ? *& rectè, etiamsi quidam, inuidiam, legãt, nam & Asconium ita uidas legit.* Bru. eandem calamitatem subirent liberi bonis publicatis &c. pro Cluen. Ne autem nimium multi pœnam capitis subirent, id circo illa sortitio comparata est. At. 12, Minus sermonis subissem, minus accepissem doloris, ipsum hoc me non angeret. At. 3, Istos labores, quos nunc in suffragijs suscipis, non subisses. 15. Fam. Subieris inuidiam, pericula, omnes meas tempestates. 3. Offic. Qui retinendi officij causa cruciatum subiere voluntarium? Tus. 5, Subire quamuis carnificinam prius, quàm, &c. 1. ad Qu. F. 5 a, Subire dimicationem. Tus 2, Subire dolorem. 11. Philip. subire facinus alterius. 14. Fam. subire fortunam. 3. Off. Omnia incommoda subire, uel externa, vel corporis, uel etiam ipsius animi, quæ uacent iustitia. Qu. F. 3, Infamiam sempiternam subire. 1. Ver. Inuidiam orationis subire. Par. subire iudicium. 3. ad Attic. subire malum. pro Dom. Exulis nomen subire. 3. Offi. Nonne inutile est, virorum subire nomina? Cælius Ciceroni, li. 8, Curio omnia potius subire constituit, quam id pati. de Diu. Poterisne orationem eius subire? 3. Off. Dupli pœnam subire. 6. Fam. subire potentiam aut uictoriam. 11. ad Att. Subire sermonem. Brut. supplicia subire. 2. in Cat. Tempestatem inuidiæ subire. de Pro. Vim subire atque iniuriam malui, quam aut à vestris sanctissimis mentibus dissidere, aut de meo statu declinare. pro Cec. Qui si in ciuitate legis uim subire uellent, nunquam prius ciuitatem, &c. Amitterent. 14. ad Attico. Postremo se libenter uituperationem subire, quòd amaret etiam mortuum Cæsarem. pro Quint. 10 a, Subire vultum superbissimum inimici. ad Brut. 289 a, Subire famam temeritatis. & 234 b, Subire uituperationem. Attico. 129 a, Subire tristitiam temporum. pro S. R. 13 b, Licet omnia in me pericula impendeant, succurram atque subibo.

¶ *Venio.* de Orato. 97 a, Omnia sub acumen styli subeant & succedant necesse est.

SVBEOR, iris. *feror.* 7. Ver. Inimiciæ sunt? subeantur: labore? suscipiantur.

☞ Syntaxis. *Subire periculum, fortunam, vsum, exulis nomen, tela, iram Dei, tempestates animi, inuidiam, alterius facinus, pœnam, potentiam, vultum inimici. Hoc non subit sub acumen iudicij humani. Inimicitiæ malorum à probis subeuntur.*

SVBGRANDIS, de Q. F. 318 a, Subgrande cubiculum.

SVBHORRIDVS, a, um. *horridulus.* pro Sex. 72.

SVBIECTIO, onis. de Ora. 161 b, Rerumque quasi gerantur sub aspectum penè subiectio. ad Her. 29 b, Subiectio rationis, & 11 a, & 31 b, Subiectio, quæ est exornatio quædam uerborum.

SVBIECTOR, testamentorum, *qui falsa pro veris testamenta subijcit & supponit, vt in alienas hæreditates inuadat.* in Cat. 105 b.

SVBIECTVS, a, um. *subditus, loco ratione.* I. C. 12 a, Tectis omnibus subiectos propè iam ignes, circundatos usque restinximus. de Som. 128 b, Orbes eatimus, cui subiecti sunt septē, qui, &c. de N. 54 a, Ossa, quæ subiecta corpori sunt.

¶ *Contentus* de Or. 89 b, Verborum sonitus inanis, nulla subiecta sententia, nec scientia.

¶ *Inductus.* de Or. 162 a, Et ad propositum subiecta ratio.

¶ *Obnoxius.* de Fin. 133 a, In his rebus quæ subiectæ sunt sensibus, & 103 a, Estque illa subiecta quasi materia sapientiæ. pro Qu. 9 a, Subiectus sub præcone. Acad. 19 a, Res subiecta sob sensus. Tuscu. 212 b, Sed metum subiecta sunt, &c. & 213 a, Quæ subiecta sunt sub metu. de Fin. 67 a, Sed forte dicitis, inuidiosum nomen est, & infamiæ subiectum. de Somn. 129 b, Hic autem alter subiectus Aquiloni, &c. Offi. 19 b, Quæ autem pars subiecta generi est, eam sic definiunt, ut, &c. de Ora 101 b, Hæc tanquam aliqua materies oratoribus subiecta esse debent, & 96 b, His omnibus partibus subiecta sunt quædam argumenta propria. de Fin. 66 b, Subiectus infamiæ aut periculis, & 65 a, Quæ uis subiecta sit uocibus. Tusc. 221 b, Mare est subiectum uentis.

¶ *Obediens, qui in dominatu alicuius est, qui in alterius ditione & potestate est.* L. Dominatus. de Diu. 209 b, Qui in alterius potestate est. ad Her. 29 a, Subiectus.)(*in sua potestate.* de Nat. 41 a, Nulli naturæ est obediens aut subiectus Deus, & ibid. Omnes res subiectas esse naturæ sentienti Parad. 122 a, Omnes legibus subiecti esse debemus. ad Heren. 27 a, Et ingenuus sub hostilem libidinem subiectus. Tus. q. 228 b, Si uirtus est subiecta sub uarios casus.

☞ Syntaxis. *Subiecta carnibus ossa. In verbis sententia subiecta. Sub metu subiectum. Aquiloni locus. Infamiæ subiectum nomen. Subiecta quasi materia medicinæ. Subiectus sub hostium libidinem. Sub varios casus subiecta virtus. Subiectum corpus morbis.*

SVBIGENDVS, a, um. *colendus.* cont. Rul. 83 a, Coloni glebis subigendis exercitati.

SVBIGO, gis. *in potestatem vel ditionem meam redigo, subijcio, subiungo.* L. Subactus. pro Sex. Ros. 35 b, Africanus, qui suo cognomine declarat, tertiam partem orbis terrarum se subegisse. pro Cur. 59 b, Populi quos armis subegimus, atque in ditionem nostram redegimus. in Cat. 117 a, Mihi uiuendum est cum illis, quos uici ac subegi pro

Font. 276 b, M. Fonteius hostes subegit.

SVBIGO, is *molior, excolor.* de Nat. 38 a, Cum terræ subigerentur fossione glebarum.

☞ Syntaxis. *Vincere atque subigere. Subigere & in suam ditionem redigere. Subigere massam, ceram...*

SVBIICIENDVS, a, um. de Fin. 74 b, Neque vident sub hac voce honestatis, quæ sit subijcienda sententia.

SVBIICIENS, tis. pro Flac. 157 a, Hic mihi quasi ministrator aderat, subijciens quid in suos ciues dicerem.

SVBIICIO, cis. *addo, adiungo, induco, subiungo.* ad Her. 24 a, & 12 a, Subijcere exempla sub singulos artis locos de Inu. 71 a, Subijcere & supponere rationem. & Partit. 231 a, de Diuin. 130 a, Et quidem, cur sic opinetur, rationem subijcit. pro Syl. 178 b, Iam verò quod subijcit, illos, &c.

¶ *Subdo, repono, comprehensum indico.* de Inu. 43 b, Subiicere aliquam materiam arti. ad Her. 36 b, Subijcere rationes omnibus partibus. de Fin. 66 b, Omnes huic verbo duas res subijciunt.

¶ *Obnoxium reddo, obijcio.* de Orat. 102 a, Orator, qui scelus fraudemque nocentis possit dicendo subijcere odio ciuium. pro Plan. 271 a, subijcere fortunas innocentium facto sermoni. Off. 37 a, subijcere se imperio ac potestati alicuius. ad Heren. 15 b, 16 a, subijcere se sub potestatem alicuius.

¶ *Propono.* ad Heren. 39 a, subiicere aliquam rem sub aspectu omnium. Orat. 21 b, sæpe rem dicendo subijciet oculis. pro Cluen. 19 a, Ne ipsi quæ contraria sunt, taciti cogitationi vestræ subijciatis. • Epist. 50 b, Quæ alijs præcipere soles, ea tu te tibi subijce, & apud animum tuum propone.]

¶ *Subigo.* de Legib. 179 a, Subijcere terram ferro. *id est, subigere, colere.*

¶ *Adultero.* in Anto. 259 b, Subijcere testamenta. L. SVBIECTOR.

SVBIICIOR, ris. pro Mil. 120 b, Cum omnes à suis inimicis faces inuidiæ meæ subijciantur. pro R.P. 120 a, Tamen huic ordini ignem nouum subijci non siuisti.

¶ *Suggeror, commemoror.* in Ver. 24 b, Cupio mihi ab illo subijci, si quid prætereo.

¶ *Substituor.* Ora. 250 a, Mutata in quibus pro verbo proprio subijcitur aliud, quod idem significet. ad Her. 17 b, Quæ subijciuntur sub vocabulo recti.

¶ *Comprehendor in.* de Fin. 65 a. Id est, quæ res huic voci subijciatur. Top. 223 a, Formæ cuique generi subijciuntur.

¶ *Exponor.* pro Dom. 223 a, Vt Cyprius re cum bonis omnibus sub præcone subijceretur.

SVBIMPVDENS. Epist. 103 a.

SVBINANIS, ne *vanus.* Att. 32 b.

SVBINSVLSVS, a, um. de Opt. 243 b, Est enim vitiosum in sententia, si quid subinsulsum est.

SVBINVIDEBE. Epist. 100.

SVBINVISVS, a, um. pro R.P. 129 a, Tum subinuisum apud maleuolos Posthumi nomen.

SVBINVITARE. Epist. 95.

SVBIRASCOR, ris. Epist. 161 a, Interdum tibi subirascor. de Fi. 66 b, & si satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. Att. 9, In Epeirum quòd me non inuitas comitem non molestè subirascor.

SVBIRATVS. de Orat. 91, Ep. 39.

SVBITO. *repente, repentino, continuo, ecce tibi.*)(. *sumpto spacio.* At. 95, Ego dum in prouincia omnibus rebus Appium orno, subito factus sum accusatoris eius socer. pro Dom. 221 a, Tu auspiciorum patronus subito extitisti. pro Plan 269 a, Consul comitia habere cœpit, subito præter opinionem omnium Ep. 115 a, Properanti tabellario literas subito dedi. de Diu. 95 b, Alia autem subito ex tempore coniectura explicant. de Or. 107 a, Vox & gestus subito sumi, & aliunde arripi non potest. de Or. 97 a, Vtile est etiam subito sæpe dicere: tamẽ illud vtilius, sumpto spacio ad cogitãdum, paratius atque accuratius dicere de N. 3 a, Vnde hoc philosophandi mihi subito studium extitisset. & ibid. Nos autem nec subito cœpimus philosophari, nec, &c. Att. 108 a, Subito cepi consilium vt exirem. pro Cec. 200 b, Cum subito ecce idem, &c. pro Font. 282 b, Bella subito atque improuisa nasci. Oct. 330 a, Subito tam prostratam remp. extulisti. pro Syl. 182 a, Vita subito fingi non potest. At. 28 a, Subito cum mihi dixisset. Cæcilius quæstor, puerum se Romam mittere, hæc scripsi raptum.

☞ Syntaxis. *Subito, præter opinionem omnium. Subito, ex tempore. Cum subito ecce ille. Bellum subito, atque improuisum natum, absoluta synonimia.*

SVBITVS, a, um. *repentinus improuisus.* de Pro. 79 a, Subita atque improuisa formido. Q. Fr. 305 b, Subita defectio Pompeij. Tus. 201 b, Omnia subito videri maiora. At. 445 b, Subito discessus, & præceps profectio. ad Her. 3 a, Insperatum incommodum, subita lætitia. Ep. 203 a, Subitum est ei remigrare, &c. de Or. 97 a, Subitam & fortuitã orationem commendatio & cogitatio facile vincit. & ibid. Etiamsi vehementissime se in his subitis dictionibus exercuerit.

☞ Syntaxis. *Subitum atque improuisum. Subita & fortuita oratio. Exercere se in subitis dictionibus.*

SVBIVNCTVS, a, um. de At. 252 a, Video in aruspicum responsis hæc esse subiuncta, sacrificia vetusta, &c.

SVBIVNGO, gis. *subijcio subiugo.* de Ora. 103 b, Omnes artes oratori subiungere. & 205 a, Aristoteles translationi hæc ipsa subiungit, & abusionem. in Ver. 87 a, L. Mummius vrbes multas sub imperium populi Romani subiunxit. contra Rul. 86 a, Sub vestram iurisdictionẽ orbem terrarum subiungeretis.

SVBLATE *elate.* de Cl. 181 b, sublate ampleque dicere. pro Do. 232 a, Nihil vnquam de me dixi sublatius asciscendæ laudis causa.

SVBLATIO, onis. *elatio.* de Fi. 66 b, Voluptas est sublatio animi sine ratione, &c.

SVBLATVS, a, um. *abrogatus, ademptus remotus eiectus.* L. SVSTVLI. de Ora. 196 b, Veteres leges nouis legibus esse sublatas. pro Pom. 9 b, Bellum aduentu Pompeij sublatum atque sepultum est. de Diu 90 b, Amilcarem ab his viuum esse sublatum. de Na. 76 b, Deorum iudicio discrimen esse sublatũ. Att. 145 a, Dispersione enim cons. actio de pace sublata est. & 176 b, Lampridem hoc ex nostra consuetudine sublatum esse debet. Qu. Fr. 294 b, sublata Mysiæ latrocinia, cædes multis locis repressæ, oppidorum furta & latrocinia esse depulsa, remota illa calumnia. pro S. R. 19 a, Non modo ignoscendi ratio, verumetiam cognoscendi consuetudo de ciuitate sublata.

¶ *Elatus, suspensus.* I. V. 254 b, Ignis e specula sublatus. & 201 a, Sublatis manibus. cont. Rull. 85 b, Roma cœnaculis sublata ac suspensa. in V. 78 b, Sublatus in crucem.

☞ Syntaxis. *Sublata, suspicio, consuetudo, bellum, viuus homo, leges, actio de pace. Roma cœnaculis sublata & suspensa...*

SVBLEVANDVS, a, um. *minuendus.* pro Mur. 225 b, suum laborem hominum periculis subleuandis impartire.

¶ *Abijciendus.* de Amicitia. 112 b, Vna illa subleuanda offensio est.

SVBLEVO, as. *sustento.* ad Her. 39 a, subleuare mentum sinistra. *id est, sustinere.* in Ant. 213 b, Qui vicinos suos facultatibus suis subleuauit. & 55 b, Defendere & subleuare homines. in Verre. 196 b, subleuare miseros.)(. *euertere.*

¶ *Minuo, repello.* Tusculano. 218 b, Subleuare calamitates alicuius. Epist. 113 a, subleuare res aduersas alicuius.

¶ *Infirmo.* in Ver. 56 b, Subleuare causam inimici.

¶ *Solor, iuuo, adiuuo.* pro Cec. 289 a, Non minus nos stultitia illius subleuat, quàm lædit improbitas. Epi. 59 a, & 71 a, Quem familiæ nostræ dignitas debebat subleuare. pro Syl. 174 b, Cùm negat se scire Cassius, utrum subleuat Syllam, an satis probat se nescire? subleuat apud Gallos.

¶ *Erigo.* Antequam. 106 b, & 197 a, Quem singuli stratum & abiectum subleuastis. Att. 156 b, Aliter qui uns sibi ad pedes stratos non subleuabat quidem.

¶ *Compenso.* Qu. de Pet. 205 a, Nominis nouitatem dicendi gloria subleuabis.

SVBLEVOR, ris Attic. 33 a. Hic status vna omnium uoce gemitur, neq; verbo cuiusquam subleuatur. de Orato. 124 a, Foris assumuntur ea, quæ non sua vi, sed extranea subleuantur.

SVBLIGACVLVM, li. *tegumentum, quo utimur in balneo, præsertim ad obscœna tegenda.* Offi. 26 a, Scenicorum mos tanquam habuit à vetere disciplina verecundiam, vt in scena sine subligaculo prodeat nemo.

SVBLIME *altè.* de D. 152 b, Eaq; scuta, quæ fuerant sublime fixa, sunt humi inuenta. Tusc. 170 b, Theodori quidem nihil interest, humine, an sublime putrescat.

¶ *Sursus.* de Nat. lib. 2. Extenuatus aer sublimè fertur. Tuscu. lib. 1. Perspicuum esse debet, animos, quum e corpore excesserint, siue illi animales, id est spirabiles, siue ignei, sublime ferri.

SVBLIMIS, me. *altus.*)(. *humilis.* de Natu. 46 a, Aer extenuatus in sublime fertur. Tuscula. 156 a, & de Nat. 54 b, Sonus natura in sublime fertur.

☞ Syntaxis. *Sublimè esse, ferri, in loco, & ad locum. In sublime fertur sonus.*

SVBLVCEO, es. in Arat.

Hunc ratiocens artes sublucet corpore toto.

SVBMERGERE. de Nat. lib. 2.

SVBMERSVS, a, um. de Di. li. 1, Submersus equus. de N. li. 2, Quot genera submersarum belluarum?

SVBMINISTRO, as. *suggero.* de In. 43 b, Aristoteles, qui huic arti plurima adiumenta atque ornamenta subministrauit. Q. Fr. 314 b, Quoniam tabellarios subministras hodierni diei, res gestas Lupercalibus habebis. pro Deiot. 148 a, Deiotarus sese expoliare maluit, quàm tibi pecuniam non subministrare.

SVBMINISTROR, ris. pro Cæl. 41 b, Palàm in eum tela iaciuntur, clàm subministrantur.

SVBMISSVS. L. SVMMISSVS.

SVBMITTO, tis. *demitto.*)(. *extollo.* de Ami. 109 b, Vt hi qui superiores sunt, submittere se debent, sic quodammodo inferiores extollere. L. SVMMOTVS.

SVBMOLESTE, ferre. Att. lib. 5.

SVBMOTVS. L. SVMMOTVS.

SVBMOROSVS, sa, sum. de Orato. 134 b, Ridicula, stomachosa, & quasi submorosa.

SVBNEGO, gas. Episto. 104 b, Quod tibi propè subnegaram.

SVBNIXVS, a, um. *fultus, nixus.* de Som. 129 a, Duo quasi cinguli terræ, cœli verticibus ex vtraq; parte subnixi. de Ora. 109 b, Qui eius artis arrogantia subnixi ambulant. *id est, elati, sublimes.*

SVBOBSCOENVS, na, oum. Or. 205 a, Subobscœno ridiculo non vtendũ oratori.

SVBMOLESTVM, Att. lib. 16.

SVBOBSCVRVS, ra, rum, de Cl. 167 a, & Or. 197 b.

SVBODIOSVS, sa, sum. Att. 3 b.

SVBOFFENDO, dis. Qu. fr. 311 b.

SVBORNATVS, a, um. *instructus, ad malum.* pro Cluent. 52 b, in Ver. 29 Confessus es à te accusatores esse instructos & subornatos.

¶ *Ornatus,*

¶ *Ornatus, ad bonum.* de Leg. 168 a, Homo à natura subornatus in vitam venit, plura instrumenta habet ad obtinendam sapientiam L. EXORNARE.

SVBORNO, as *sollicito, instruo.* pro Q. Rosc. 53 b, Falsum subornauit testẽ Roscius Cluuium. in An. 253 b, Apuleiana pecunia Brutum subornastis. pro Deio. 47 a, Medicum indicem subornabit, finget videlicet aliquod crimen veneni. ad Here. 22 b, In altero loco Æsopum & cimbrum subornare oportet.

¶ *Orno verò.* Episto. 158 a, Tu Mi Cicero quod adhuc fecisti, idem præsta vt nos subornes.

SVBORNOR, ris. pro Cæc. 298 b, Fictus testis subornari solet.

SVBPVDET, bat. Epist. 116 b,

SVBRANCIDVS, a, um. *vetustate corruptus, putridus, vt caro subrancida.* in Pison. 94 a.

SVBRAVCA vox. de Clar. 177 a.

SVBREPERE sub tabulas. pro Sex.

SVBRIDEO, des. pro Q. Rosc. 48, Subridet saturius veterator.

SVBRIDICVLE. de Ora. 132 a.

SVBRINGOR, eris. *subirascor, canes enim ringuntur: id est, diducto ore, dentibus retectis, iram declarant.* ad Att. 58 a, Nec ij subringantur, qui villam me molestè ferunt habere.

SVBROGO. L. SVRROGO.

SVBROSTRANI. *qui sub rostris in concionibus sedebant infra senatores.* Epi. 112 a, Cęlij. *al.* SVBROSTRANI.

SVBRVSTICVS, a, um. Or. 212 a, Quod subrusticum videtur. & Ep. 67 a, & de Cl. 188 a, L. SVBAGRESTIS. Q. Fr. 313 b, Gabinium de ambitu reum fecit. P. Sylla, subscribente priuigno Memmiu.

SVBSCRIBO, bis. *adscribo, accusationem alicuius comprobo. subsigno.* At. 150 a, Cæsar mihi literas misit, quarum exemplum subscripsi. pro Clu. 42 a, Video errores, animaduertisse in iudices quosdam illius consilij Iuniani, cùm istam ipsam causam subscriberent. & 45 a. L. Gellius in P. Popilium subscripsit, quòd is pecuniam accepisset. & 38 b, Statuæ, quibus subscripsit, reges ab se in gratiam esse reductos.

SVBSCRIBOR, ris. *describor.* in Ver. 174 a, Numerus aratorum quotannis apud magistratus subscribitur.

SVBSCRIPTIO, onis. *prescriptio, adscriptio.* I. V. 172 a, Iugerum subscriptio ac professio & 72 b, pro Cl. 41 b, Subscriptiones censorum. I. V. 62 b, Qui subscriptionem sibi postularunt, cuicunque vos ad delationem dedissetis. Attico. 88 a, In Serapionis subscriptione Africani imago.

SVBSCRIPTOR, otis. *adscriptor, causidicus, qui dabatur accusatori custos, ne is liceret fortè corrupto prauaricari.* I. V. 62 a, At venit paratus subscriptoribus exercitatis. & b, *quid sit subscriptor & subscriptio.* Epi. 116 b, Itaque sine vllo subscriptore descendit, & Lucium reum fecit. pro Dom. 223 a, Ille nouitius Ligur venalis, ascriptor & subscriptor tuus.

SVBSCRIPTVS, a, um. de Inuen. 69 a, Quia parricidij causa subscripta esset.

☞ Syntaxis. *Subscribere in aliquem. Statuę subscribere. Subscribitur apud Prætorem populus. Subscriptio & professio iugerum.*

SVBSECIVVS. L. SVBCISIVVS.

SVBSELLIVM, lij. *sedes iudicum, & senatus.* de Cl. 229 a, Locus in subselliis occupetur, compleatur tribunal pro Fl. 150 b, Testes ex accusatorum subsellijs surgũt in Ve. 123 b, Periius a subsellijs abire cœpit. & ibid. iterum, pro Ra. P. 128 a, Dicere ad subsellia. de Clar. 59 a, Subsellire. de Cl. 192 a, Subsellia grandiorem & pleniorem vocẽ desiderant. in Cat. 100 b, Subsellia erant sedes in senatu. in Ant. 164 a, Cùm inter subsellia nostra versarentur armati & 198 a, Cum inter subsellia senatus versarentur latrones. in Sal. 274 a, Sallustius bis ad iudicis subsellia attractus, extrema fortuna litetit.

¶ *Iudicium, forensis, exercitatio.* de Or. 121 a, Cũ se à subsellijs in ociũ contulerit. Epi. 208 a, Versatus in vtrisque subsellijs optima & fide & fama. & 39 b, Longi subselli iudicatio & mora. ad Heren. 41 a, de Orat. 128 a, Is qui habitaret in subsellijs. in Ver. 62 a, Alienus a subsellijs.

SVBSEQVENS, tis. de N. d. 36 b, Stella tum anteuertens solem, tum subsequens, & 8 b, Speusippus Platonem auunculum subsequens. de Diui. 81 a, Quem subsequens vnum librum Babylonius Diogenes edidit.

SVBSEQVOR, ris. *insequor.* de Orato. 163 b, Omnes hos motus subsequi debet gestus. & ibidem. Manus minus arguta digitis, subsequẽs verba, non exprimens. de D. 108 b, Totidem subsecuti libri Tusculanarum quæstionum pro Deiot. 145 b, Talibus nuncijs patebat ab oriẽte via, nec vlli veri subsequebantur. de Natu. deor. 48 a, Minorem septentrionem Cepheus subsequitur. in An. 251 a, Vt senatum funditus deleas, reliqui boni & locupletes omnes suum ordinem subsequantur. Adesse, instare, subsequi. L. IVSTO. Epul. 30 b, Mirifice ipse suo sermone subsecutus est humanitatem tuarum literarum & 151 b, Ipse cum legionibus subsequor. Par. 232 a, Quę omnia plurimum valebunt, si cum orationis genere consentient, eiusq; vim ac varietatem subsequentur. de Orato. 159 a, Hanc sententiam subsequitur modus & forma verborum.

☞ Syntaxis. *Verbis ille tuam humanitatem subsequitur.*

SVBSIDEO, des *consisto.* At. 76 a, Itaq; subsedi in ipsa via, dum hęc summatim tibi pręscriberem. in Sallust. 275 a, Quicquid impudicorum cilonum, &c. fuit in vrbe, sicut in fretis subsederant. pro Mil. 12 a, Cur non ante occurrit, ne in villa resideret? nec in eo loco subsedit, quò ille venturus esset?

SVBSIDIVM, dij. *auxilium, profugium.* de Orat. 107, subsidium bellissimum esse existimo senectuti ocium. & 101 b, Hoc mihi subsidium iam inde ab adolescentia comparaui. pro Quin. 1 a, Nam quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparaui. In Anto. 203 b, C. Cæsar Galliæ prouinciæ cum exercitu subsidio profectus est. Atti. 254 b, Subsidio currere, & subsidio venire alicui. pro Font. 283 a, At. 129 a, Domitium liberare cupio, neque subsidio ire possum. pro Pomp. 10 b, Atque hæc tria frumentaria subsidia reipub. firmissimis præsidiis classibusque muniuit. In Cat. 106 a, Cum subsidia industriæ atque instrumenta virtutis in libidine audaciaque consumerentur. Att. 65 a, Bibulus ad me scripsit, vt subsidio venirem. Quin. Fra. 309 a, Sestius multis vulneribus acceptis, subsidio Bestiæ seruatus est.

☞ Syntaxis. *Subsidium bellissimum. Subsidio tibi pares diligentiam. Subsidio venire, currere. Sicilia frumentarium subsidium. Roma. Subsidiis aduenientis militis seruatus.*

SVBSIDIO, dis. *subsideo.* Epi. 86 b, A me consilium petis, qui sim tibi autor, in Siciliane subsidias, an proficiscare, &c.

SVBSIGNOR, ris. pro Fla. Illud quæro, sins ne ista prædia censui censendo habeant ius ciuile, sint, necne sint mancipi, subsignari apud ærarium, apud censorem possint?

SVBSISTENDVM, pro Milo. 111 a, Sic Miloni, cùm insidiator esset si illum noctu ad vrbem accessurum sciebat, subsidendum atque expectandum fuit.

SVBSORTIOR, ris. L. Sortior. In V. 71 b, Subsortiemur in M. Metelli locum ? in eundem, In suum consilium sine causa subsortiebatur. pro Clu. 36 b, Si ex lege subsortitus non erat, &c.

SVBSORTITIO, onis pro Clu. 26 b, Quòd C. Verres subsortitioné eius in eo codice non haberet In Ver. 108 a, Nam de subsortitione illa Iuniana iudicum nihil dico.

SVBSTERNO, nis. *consterno.* de Na. li. 52 a, Aues nidos construunt, eosq; quã possint mollissime substernunt.

¶ *Subijcio.* de Vni. 109 b, Deus omne quod erat concretum atque corporeum, substernebat animo.

SVBSTITVO, is. *sufficio, constituo.* I. V. 184 a, Nunc pro te Verrem substituisti alterum ciuitati. & 259 a, Tum iste in eorum locum alio substituere & supponere cœpit. Qu. de Pet. 210 b, Qui si sectari non poterunt, necessarios suos in hoc munere substituant.

SVBSTITVTVS, a, um. de Or. 109 b, Philosophiam bis pro reip. procuratione substitutam putamus.

SVBSTRVCTIO, onis. pro Mil. 111 b, Quo in fundo propter insanas illas substructiones facilè mille hominum versaretur, & 118 a, Aræ, quas ille cęsis lucis substructionum insanis millibus oppresserat.

SVBSTVLI, lis L. SVSTVLI.

SVBSVM, es. *lateo, insum, adsum.* Episto. 154 b, Si quid intra cutem subest vulneris pro Mar. 136, Quoniam subesse aliquid putas, quid cauendum sit. de Fi. 13 a, Nullam video grauem subesse causam. ad Her. 6 a. Nec firmamentum exquiritur, quoniã non subest ratio. & 8 a, Non temerè fama nasci solet, quin aliquid subsit. de Na. 74 a. Si his vitiis non ratio subesset. pro Cluẽ. 26 b, In qua re nulla subest suspicio. de Ora. 86 b, Oratio quæ nisi subest res ab oratore percepta & cognita, inanis est. Off. 8 b Causas omnino subesse tame oportet easdẽ, quas dixi paulo ante, iustas causas esse bellorum.

¶ *Insto, non absum.* pro Mil. 106 b, Præsertim cùm dies comitiorũ subesset. Epi. 156 a, Subesse propinquis locis.

¶ *Supersum.* ad Att. 52 a, Nulla spes salutis nostræ subest.

SVBTER. Tuscu. 158 b, Plato iram in pectore, cupiditatẽ subter pręcordia locauit & 228 b, Virtus omnia, quæ cadere in hominem possunt subter se habet. de Or. 144 b, Omnia quæ supra subterque sunt vnũ esse. de Na. 47 a,

Torua'draco serpit subter, supraque reuolvens sese —

de Som. 128 b, Deinde subter mediã fere regionẽ sol obtinet. In Ara.

Spiniferam subter caudam pistricis adhæsit.

SVBTERFVGIO, gis. *deuito.* Ep. 203 b, Syllani temporis acerbitatẽ deorum immortalium benignitate subterfugi. I. V. 67 b, Quoniã criminum vim subterfugere non poterat, procellam temporis deuitauit. & 68 b, Quod aut impudẽtiam eius subterfugit, aut satietati superfuit. Of. 71 b, Vlysses simulatione insaniç militiã subterfugere voluit.

SVBTERRANEVS, a, um. Att. 249 a, L. SPECVS.

SVBTERSECO, as. In Arat.

SVBTILIS, le. *acutus, tenuis.* de N. deo. 50 a, Solers subtilisq; descriptio partium. de Or. 94 a, Si minus illa subtili definitione, at hac vulgari opinione esse ars videtur. de Cl. 204 a, Subtilis oratio. de Or. 117 b, Acutissimum & subtilissimum dicendi genus. de Fin. 90 b, Subtile ac spinosum dicendi genus. pro P. 261 b, C. Serenus subtilissimus homo: fuit. n. animi satis magni, & consilij. de Orat. 94 a, Vir oratione maxime limatus & subtilis. de Cla. 170 a, In docendo edisserendoq; subtilis. & 267 b, Lysias subtilis scriptor & elegans.

SVBTILITAS, tis. *tenuitas, gracilitas.* Or. 204 a, Orationis subtilitas imitabilis quidem illa videtur esse existimãti, sed nihil est experienti minus. Ep. 48 b, Scriptorum tuorum subtilitati. Off. 40 a, Alia est illa, cum veritas limatur, in disputatione subtilitas. de Cla. 192 a. Est ẽe in tanta arte huic minutæ subtilitati locus. & 170 b, Ea subtilitas, q̃ Atticam appellant, & ibi a, Subtilitas, tenuitas, gracilitas.

SVBTILITER, *acutè, acriter, tenuiter.* pro Fl. 185 a, Subtiliter ac copiosè disputare de aliqua re. Or. 93 a, Versute ac subtiliter dicere.

SVBTIMEO, es. *subuereor.* L A. 167 a, Nunquid subtimes, ne, &c.

☞ Syntaxis. *Subtilis & spinosa disputatio. Acuta & subtilis dictio. Oratione limatus & subtilis. Minuta & subtilitas. Versutè ac subtiliter dicere.*

SVB-

SVBTRAHO, his. *subduco*. de Or. 144 a, Neque verba sedem habere possunt, si rem subtraxeris. pro Do. 215 a, Nonne id agēdum nobis fuit, ut materiam subtraheremus furori tuo? de Di. 137 a, Cum autem hæc subtracta sunt, tum, &c. Off. 58 b, Subtrahere de commodis alterius. Q. F. 311 b, Quo ego me libentius a curia, & ab omni parte reip. subtraho. pro Mur. 843 b, Nolite mihi subtrahere vicariū meæ diligentiæ.

☞ Syntaxis. *Materiam furori subtrahere, de commodis alicuius, a curia & foro.*

SVBTVRPIS, pe. de Or. 133 b,

SVBTVRPICVLVS, la, lum. At. 57 b, Subturpicula παλινῳδία.

SVBVENIENDVS. pro Fla. 31 b, Acrioribus salutis suæ remedijs subueniendum putauit.

SVBVENIO, is. *succurro, subsidio, venio*. de Diu. 92 b, Alter visus est illum alterum orare, ut subueniret, quod sibi à caupone interitus pararetur. Att. 260 b, Grauedini quæso omni ratione subueni. Epi 149 b, Subuenire patriæ. pro Cl. 18 b, Subuenire alicui qua re. In V. 808 a, b, Subuenisti homini iam collum in laqueum inferenti. de Cla. 188 Circumuenior, inquit, iudices, nisi subuenitis. Attic. 281 b, Subueni igitur per deos, &c. Epi. 211 b, A te peto, ut subuenias huic meæ sollicitudini. Off. 35 a, Tecta vero vnde aut initia generi humano dari potuissent? aut postea subuenire, si cecidissent? Att. 122 b, Vnum etiā restat amico nostro ad omne dedecus, ut Domitio nō subueniat. At. 128 b, Non dubitans, quin Pompeius Domitio subuenturus esset. Off. 31 b, Subuenire & opitulari patriæ.

SVBVENITVR, *recurritur*. Att. 15 b, Huic quoque rei subuentū est maxime a nobis. In Ant. 201 b, D. Bruti opera reip. difficillimo tempore subuentum est.

☞ Syntaxis. *Acriori remedio subuenire. Subueni quæso. Subueni febri, ut in re aliqua. Subuenire, & alicuius mæroris. Huic morbo subuentum est, & à nobis.*

SVBVEREOR, ris. *subtimeo*. Epi. 55 a, Venit mihi in mentem, subuereri interdum, ne, &c.

SVBVOLO, as, *sursum volo*. Tusc. 156 b, Sic hæ sursum rectis lineis in cœlestem locum subuolant.

SVBVRBANITAS, tis. I. V. 110 a, Popu. Rom. iucunda suburbanitas est huiusce prouinciæ, id est, Siciliæ quam suburbanitatem vocat: i quasi prædium, agrumve suburbanum Popu. Rom.

SVBVRBANVS, a, um. pro S. R. 40 b, Habet animi causa rus amœnum & suburbanū. Q. F. 339 b, Fundus suburbanus. de Or. 122 b, Ager suburbanus. de Or. 91, Suburbanum gymnasium.

SVBVRBANVM, ni. *prædium, vel fundus prope urbem, fundus suburbanus, suburbium, locus citam quam*. Att. 260 a, Malu enim esse in Tusculano, aut vspiam in suburbano. Qu. F. 321 b, Suburbanum si quod inuenisset, non dubitaturum esse emere. Att. 103 b, & 198 b, Cras igitur in Siciliæ suburbano. In Ver. 66 a, In suburbana amicorum deportasses. Q. F. 322 a, De suburbano cura ut sciam. pro R. P. 126 b, Deliciarum causa, & voluptatis, quosdam in hortis aut suburbanis suis cum mittella sæpe vidi.

SVBVRBIVM, bij. In Ant. 244 b, Qui Terminalibus nuper in suburbiū ire non sum ausus.

SVCCEDITVR, Epis. 38 a, & 37 a, Quin nisi ego successor essem, quam tu cuperes videre te antea quàm tibi successum esset, decessurum fuisse.

SVCCEDO, dis. *alterius locum occupo, in alterius locum repono, summittor*. In A. 238 a, Nihil semper floret, ætas succedit ætati. de Cla. ora 172 a, Succedere alicui. I. A. 172 a, Antonius. In C. Pompeij locū hæres successit. pro Fl. 153 a, Frater meus, qui L. Flacco successit, & 156 b, Succedere alicui in patris locum In Ver. 174 a, Quinquaginta aratores ita video deiectos, vt his ne vicarij quidem successerint, & 219 a, Succedam ego vicarius tuo muneri, suscipiā partes tuas. Ora. 206 a, Demosthenes successit magis & maximos oratores habuit æquales. & 100 b, Horum ætati successit Isocrates. pro Cor. 55 b, Etenim et succedo orationi, quæ &c.

¶ *Accido, procedo, cœo, euenio*. ad Att. 178 a, Omnia ex sententia succedunt. Epi. 245, Si perinde, ut mereor, mihi successerit Or. 205 b, Etiā si minus succedet, magnum tamen periculum non adiuis. Qu. F. 315 a, Si ex sententia successerit, bene erit opera posita.

¶ *Subeo, venio*. de Or. 97 a, Omnia sub acumen styli subeant & succedant necesse est. pro Do. 236 b, In tectum, quod imbris vitandi causa succedere, nullum habebat.

☞ Syntaxis. *Succedere alicui, ætatem, ætati, in patris locum alicui. Vicarius tibi succedam. Succedere ætati, orationi. Ex sententia succedunt omnia. Si perinde, ut vis, tibi succedat, gaudebo. Succedere stylum, & tectum, omnia tibi successa cupio.*

SVCCENSVS, *accensus*. In P. 88 b, Sapientem in Phalaridis tauro succensis ignibus torreri.

SVCCENSEO, *irascor*. de Ora. 149 b, Vbi ego diutius essem moratus, nisi Atheniensibus succensuissem. Epi. 130 a, Et te vehementer succensuisse audiui. Tul. q. 170 a, Nec vero ijs, a quibus accusatus sum, habeo quid succenseam. pro Q. R. 252 b, Dij hominibus irasci, & succensere solent. & Epi. 84 a, Marcellum cui maxime succensebat, restituit. pro Arch. 188 a, Quis mihi iure succenseat? si, &c. & 137 b, De Pompeio quid agam, cui (quid enim negem) succensui. pro Deiot. 150 b, Non enim iam metuo, ne tu illi succenseas, sed ne tibi illum succensere aliquid suspicere.

SVCCESSIO, onis. *hæreditas*. Att. 287 b, Merces Antonij oppressi, poscitur in Antonij locum successio. Bruti.

SVCCESSIVVS, L. SVCCISIVVS.

SVCCESSOR, oris. *vicarius, qui summittitur*. pro Flac. 153 a, Cum successor aliquid immutat de institutis priorum. & de Pro. 79 b, Epist. 34 a, Nisi ego successor, essem. quem tu cuperes videre.

SVCCESSVS, a, um. Ep. 864 b, Cum omnia velles mihi successa.

SVCCIDIA, diæ. *porcus sale conditus*. de Se. 89 a, Iam hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant.

SVCCINCTVS, a, um. *munitus*. cont. Rul. 83 b, Carthago ipsa natura ac loco succincta portubus, armata muris. in Ant. 254 a, Ser. Galbam eodem pugione succinctum videtis. & ad Her 40 a, Gladio succinctus.

SVCCINGO, gis. *munio, circundo*. in Ver. 265 b, Quod multo se pluribus & maioribus canibus succinxerit.

☞ Syntaxis. *Vrbs natura, loco, & portubus succincta. Pugione succinctus.*

SVCCISIVVS. L. SVCCISIVVS.

SVCCLAMATVR. Epist. 174 a, succlamatum est, & frequenter à militibus. Bruti.

SVCCRESCO, scis. *succedo*. de Ora. 164 b, Non enim ille mediocris orator vestræ quasi succrescit ætati.

SVCRONENSIS, se, *à Sucrone, flumine, & oppido Hispaniæ*. pro Corn. 55 b, Sucronense prælium.

SVCCVMBENS, tis. cont. Rul. 8 a, Huic succumbenti & iam oppressæ Syllanis oneribus, subuenire vult.

SVCCVMBO, bis *inferior sum, vincor, cado, cedo*. de Or. 154 b, Gorgia patrono philosopho succubuit orator. pro Fl. 276 b, Quæ cum ita sint, ita succumbam Laterensis orationi tuæ in eo ipso, in quo nihil potest esse nimium. Tusc q. 198 b, & Epist. 131 a, Cur succumbis cedisque fortunæ? Of. 13 b, Nulli neque homini, neque perturbationi animi, neque fortunæ succumbere. pro Syl. 280 b, Nō fortunæ ipsi succumbere. pro Dom. 216 b, Succubuissem enim potius ipse. Attic. 26 b, Sed certe non succumbam succumbentibus, nec vincar ab ijs, qui &c. de Sen. 84 b, Nec languescens succumbebat senectuti de Fi. 59 u, Succumbere doloribus Tusc. quæst. 187 a, Succumbere animo. de Fi. 84 b, Turpe est viro debilitari, dolore frangi, succumbere. pro Deiot. 150 b, Deiotarus nunquam succumbat inimicis, ne fortunæ quidem.

☞ Syntaxis. *Succumbere. Succumbere, cedereque fortunæ, inimicis. Languescens ille senectuti succumbit.*

SVCCVRRITVR. de Or. 127 b, Res huc postulat, ut eorum expectationi, qui audiunt, quàm celerrime succurratur. *aliter, occurratur.*

SVCCVRRO, ris. *subuenio subsidio venio subsidio curro opem fero succedo*. pro Rab. 91 a, Ferre opem patriæ, succurrere saluti, fortunisque cōmunibus de Or 98 b, Laborantibus succurrere, ægris mederi. pro Mil. 107, Serui domino succurrere prohibebantur. pro Pomp. 4 b, Lucullus ab eo bello discedit: huic qui succurrat, non satis est paratus.

¶ *Subeo* pro Sex Ros. 23 b, Licet omnia in me pericula impendeant, succurram atque subibo.

¶ *Occurro, in mentem venio*. Attic. 22 a b, Vt quicque succurrit, libet scribere.

SVCCVS, ci. *humor purus*. de Na. 50 a, Stirpes terra succum trahunt. L. MATVRITAS. & 53 b, Succus is quo alimur ex intestinis & aluo, secretus à reliquo cibo, permanat ad iecur per quasdā vias, &c. de D. 83 a.

Naribus humiferum ducere ex aere succum.

ad Att 65 a, Amisimus Pomponi omnem non modo succum ac sanguinem sed etiam colorem & speciem pristinam ciuitatis. de Sen. 88 a, Vua & succo terræ, & calore solis augescit.

¶ *Vis quædam, neruus, pondus*. de Or. 117 a, Omnes tum retinebant illū Periclis succū, sed erant paulo vberiore filio. Or. 204 a, Etsi non plurimi sanguinis est, habeat tamen succū aliquē oportet. de Cl. 167 b, Succus ille & sanguis incorruptus. de Orat. 151 b, Calore quodam & succo suo.

SVCCVS, sus. *agitatio*. Tusc. 185 b.

Pedetentim ite, ne succussu arripiat maior dolor. Poetæ.

SVCCVLA, læ. L. HYADES.

SVDANDVM. pro Sest. 26 b, Sudandū est his pro communibus cōmodis.

SVDO, as *sudore mano*. de Or. 129 a, Cum ille diceret se sine causa sudare, Minime mirum, inquit modo enim exijt de balneis. item, Vides me sudare iamdudum laborantem, quomodo ea tuear, quæ mihi tuenda sunt. de Di. 100 b, Quid cum Cumis Apollo sudauit? & 120 b, Deorum simulachra sudauisse.

SVDOR, oris. pro Fon. 276 b, Galli multo eius sudore ac labore sub populi Romani imperium ceciderunt. de Or. 143 a, Cum latus ei dicenti condoluisse, & multum sudorem consecutum esse audiebam. de Or. 107 b, Stylus ille tuus multi sudoris est. de D. 96 a, Herculis simulachrum multo sudore manauit, & 120 b, Nec enim sanguis, nec sudor, nisi in corpore est.

SVDVM, di. *serenum cœlum*. Ep. 163 b, Horologium mittam, & libros, si erit sudum.

Has Graci stella hyadas vocitare suerunt.

Epist. 249 a, A te id quod sueui, peto, me defendas, &c. & 86 b, Qui mihi cum suescent libenter polliceri, responderunt, &c.

SVESSA. se. *oppidum*. in Ant. 185, 192, 249.

SVESSANVS, ad Brut. 280 b, C. Nasennium municipem Suessanum tibi, ita commendo, ut neminem diligentius.

SVETVS, a, um. *assuetus*. Attico. 90 b, Omnes suis legibus iudicij suetæ καταυτονομίαν adeptæ reuixerunt.

SVEVI, orum. ad Att. 556 a, Sueui, Francones, &c. *aliter, Seena.*

SVFFRAGANEVS, nea, um. *à ferro factum nomen videtur, significat autem eum, qui far non magna quidem copia, sed insigne & viribus vectitarus committit: id quod innuit Sub, præpositio præposita, quæ minuit.* Cice.

apud. Plin. Nat hist lib. 7. cap 43. Ventidium mulionem castrensem suffarraneum vocat.

SVFFECTVS a, um *substitutus*. Epi. 66 a, Si Appij os haberem, in cuius locum suffectus sum, tamen, &c.

SVFFERO, fers. *fero, perpetior, haurio*. Ep. 50 a, Nisi hoc prius fit, hęc sufferre & perpeti. pro Fon 284 a, Victoriæ atque imperij pœnas sufferre. de Na deor. 76 b, Quàm multas Pisistratus pœnas sustulit. *alteror, substulus*. pro Cec. 304 a, Legis mulcta, quam ciues sufferre non poterant. in Cat. 210 b, Vt improbus pœnam sui sceleris sufferat. Anteq. 192 a, Malui inimicorum cupiditati, quàm reipublicæ & legitimæ autoritati pœnas sufferre.

SVFFICIENDVS, a, um *substituendus*. pro Muræ. 144 b, Vnus erit consul in sufficiendo collega occupatus.

SVFFICIO, cis. *satis sum, satis habeo*. io V. 261 b Paucorum cupiditati tum cum obsistere non poterant, tamen sufficere aliquo modo poterant: nunc verò iam adepta est non modò resistendi, sed etiam suppeditandi potestas. in Sal. 264 a. Posteaquam immensæ gulæ impudicissimi corporis quęstus sufficere non potuit. in Ant. 163 b, Quanquã nec scribæ sufficere, nec tabulæ nomina illorũ capere potuerũt.

SVFFICIOR, ris *substituor*. Sufficj in locum alterius. L. SVFFECTVS. pro Mur. 143 b, Nam ne sufficiatur consul, non timet.

¶ *Inficio*. in Hortensio, Sufficere lanam medicamentis quibusdam.

SVFFIMENTVM, ti. *odores incensi*. de Le. 163 a, Nam etiam sine illius suffimenti expiati sumus.

SVFFIXVS, a, um. *affixus*. in Piso. 88 a, Si te & Gabinium cruci suffixos viderem.

SVFFLATVS, ta, tum. *inflatus*. ad Her. 27 a, Nam graui figuræ quę laudanda est, propinqua est ea, quę fugienda est: quæ rectè videbitur appellari, si sufflata, nominabitur. *Loquitur de graui figura dicendi, quam paulo post inflatam vocat*.

SVFFOCO, as. *faucibus premo, animam intercludo, comprimo, vocem includo* pro Mur. 138 b, Qui gallum gallinaceum suffocauerit. Att. 140 a, Cõsilium primum est, suffocare vrbem & Italiam fame: deinde, &c.

☞ Syntaxis. *Suffocare vrbem famę*.

SVFFODIO, dis. de Ar. 251 a, A Sex. Serano sanctissima sacella suffossa, inædificata. &c. scimus.

SVFFRAGANS, tis. Q. de Pet. cons. 209 a, Nemo ab ignotis hominibus, nullis suffragantibus meritis, honore afficitur. Epi. 146 a, Fortuna suffragante videris res maximas consecutus.

SVFFRAGATIO onis. *est ipsa voluntatum & animorum declaratio. quæ fit suffragiis*. pro Dom. 222 a, Facilis suffragatio pro salute. pro Mil. 108 a, Hic suffragationem consulatus perdidit. pro Murę. 133 b, Vrbana suffragatio & ibid. a, Suffragatio militaris. pro Planc. 262 a, & 268 a, & Epist. 149 a, & 20 b.

SVFFRAGATOR oris. pro Mur. 127 a, Tua nobilitas populo & suffragatoribus est obscurior. & 134 b, & de Pet. 210. *sæpe*.

SVFFRAGATORIVS, a, um. *quod suffragijs declaratur, aut in suffragiũ versatur*. Qu. de Pet. 209 a, Breuis & suffragatoria amicitia.

SVFFRAGIVM, gij. *punctum, tabella, vox, sententia*. de Le. 199 b, suffragia in magistratu mandando aut de reo iudicando, &c. palam ferre melius esset. & 193 a, Nihil est in suffragijs uoce melius. Off 37 b, Quis est, qui cum contra me ferebatur, inisse se suffragium confiteatur? itẽ ibidem. Ferre suffragium de salute alicuius. item, Occulta de honore suffragia. contra Rul. 66 b, Itaque me non extrema tribus suffragiorum, sed primi illi vestri concursus: non singulæ voces præconum, sed una uoce vniuersus populus consulem declarauit. in Ver. 134 a, Cum suffragijs res ex tribus generibus creati sunt, res reuocatur ad sortem, Attic. 1. b, Videtur in suffragijs multum posse Galba. contra R. 69 b, Vt vnusquisque studio & suffragio suo viam sibi ad beneficium impetrandum munire possit & ibidem. Priuare populum suffragijs. ad Heren. 9 b, Quæ capiunt suffragia populi. pro Muræn. 135 b, Confusionem suffragiorum flagitasti. in Ant. 268 b, Tum vero adhibes magistrum suffragio tuo, & compotorum tuorum rhetorem. Postquam 208 a, Iisdem operis suffragium ferentibus. Epist. 181 b, Ego te suffragium tulisse audiui. pro Dom. 22 a b, Perditos homines de capite alicuius suffragium ferre. Ep. 150 a, Fieri consulem cunctis suffragijs. pro Plan. 162 a, Suffragia per tabulam fieri solita. item, Itaque refert, vt uniuersus populus in campo Martio suffragium de re Clodij.

☞ Syntaxis. *Suffragia palàm ferre. Inire suffragium. Facta per tabulam suffragia*.

SVFFRAGOR, aris. *suffragium fero, faueo*.)(*aduersor, refragor*. in Ver. 272 b, Cui legi uestra dignitas uehementer aduersatur, ei insignis istius impudentia maxime suffragatur. de Leg. 156 a, Mihi uideris fratrẽ laudando, suffragari tibi in Verr. 58 a Hortensius tibi suffragatur. *id est auxilio est*. Att. 279 a, Nec destiti accusare eius necessario q̃ eius cupiditati suffragari uidebantur. pro Muræ. 141 a, Quorum suffragium tenue est, si ut suffragantur, nihil valent gratia pro Planc. 259 a Ei meorum temporum memoriam suffragari uidebam. pro Planc. 260 b, sed vide, ne hęc ipsa quæ despicis, huic suffragata sint. Ep. 160 b, Suffragari laudibus cuiuspiam. & 147 b, Suffragari pro aliquo. L.

SVFFRAGATIO. Off. 28 a, Domus suffragata domino, nouo homini, ad consulatum putabatur.

☞ Syntaxis. *Suffragari alicui, & pro aliquo*.

SVFFRINGOR, ris. *frangor, perfringor*. pro S R. 27 b, Si canes luce latent, opinor iis crura suffringantur.

SVFFVSVS, a, um. *conspersus, perfusus*. de Natura deor. 37 a, Æquabili calore suffusus æther. Tus. 152 a, Sanguis suffusus cordi. Epist. 16 a, Noui animum tuum, tum mihi amicissimum, tum nulla in cæteros maleuolentia suffusum.

SVGGERO, ris. *subijcio. suppedito*. de Orat. 129 a, Singulis generibus caussarum argumentorum copiam suggerunt & 139 a, de Nato. deo. 74 b, Atque hoc sententiæ rationes suggerit. de Iou. 48 a, Cur tu his rebus sumptus suggeris?

¶ *Rememoro*. de Fin. 74 a, Si memoria defecerit tuum est vt suggeras.

SVGGEROR, ris. *commemoror*. I. Ant. 173 a, Suggerebantur etiam sæpe damna aleatoria.

SVGGESTVS, a, um. *adiunctus*. de Or. 118 b, Ambiguum explicatur, cùm ea verba quæ desunt, suggesta sunt.

SVGGESTVM, sti. *rostra, locus concionum, qui rectè concio etiam dicitur, alij authores plerique pulpitum vocant*. de Diui. 106 a, Neque illud suggestum, in quo causam dixerit, ascendenti signum vllum datum, &cę. Tuscu. q. 236 b, Idemque cum in communibus suggestus consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat.

SVGO, gis. *haurio, idque labris & ore, vt qui lac è mamma hauriunt*. de Na. deo. 50 a, animalia alia sugunt, alia vorant, alia mandunt. Tuscu. q. 390 b, Errorem cum lacte nutricis suximus.

SVI, sibi. Attic. 274 a, Nicias vehementer tua sui memoria delectatur. de Fi. 86 a, Item omnibus mensis dent ad eorum epulas, qui vnà secũ philosophati sint, vt & sui & Metrodori memoria colatur. In Catil. 119 a, Vterque pro sui dignitate & pro rerum magnitudine, in summa seueritate versatur. de Vniuer. 203 a, Imitantes genitorem; & effectorem sui. pro Syll. 181 a, Hosne tales viros, tam cupidos sui perire voluit? de Vniu. 198 a, Ita se ipse consumptione & senio alebat sui. Attico. 152 a, Nihil malo quàm & me mei similem esse & illos sui Orat. 208 a, Commendatio sui. de Natu. 16 b, Natura quasi sui lena. Tusc. q. 240 a, Dionysius alterum interfici iussit, quia viam demonstrauisset interimendi sui, *id est, sui Dionysii*. de Cl. 173 b, Prępsertim cùm ille Qu. Scęuolam sibi pręetulisset, *id est, Fannio*. Or. 206 a, Ne ipse quidem mihi persuasisset, vt se dimitterem. pro Qu. 4 b, Testificantur isti P. Quintium non stetisse, & sui stetisse. pro Mil. 115 b, Tamẽ quotiescunque vellet quis hoc in genere se rem iudicatã referre posse voluerunt. ad Att 321 a, & 310 b, Cum ad illum scribas nihil te recordari de se, de epistolis illis, quas, &c. At. 248 a, Cùm sibi negocium daret Antonius, vt cum dictatorem efficeret, *id est, se*. & 283 b, Quod ad te scripseram, vt cum Camillo communicares, de eo Camillus nihil scripsit, te cum eo locutum. & 240 b, L. Cęsar vt veniam ad se rogat in nemus, aut scribam quò se venire velim. pro Lig. 138 a, Atque hæc propterea de me dixi, vt mihi Tubero cùm de se eadem dicerem, ignosceret. pro Lig. 143 a, Non solùm sibi ipsos, sed etiam reip. condonaueris. Tusc. q. 239 b, Dionysius instituit, vt filiæ barbam sibi & capillũ adurerent. Anteq. 192 b, Qui charissimam vestram procreationem sibi esse duxit. Tus. q. 187 b, Sin sit ille gemitus flebilis ei qui se dederit, vix eum virum dixerint. de Fi. 130 a, Bonus pater intelligit omnes æque filios se attingere, ad seque pertinere At. 55 a, Sui, pro ei. de Ar. 249 b, Id monstrum sibi ipsum est.

☞ Syntaxis. *Ille sua sui memoria delectatur. Facit pro sui dignitate, sentio se sui alere. Nihil ille de se recordatur, id est, de illo*.

SVLCVS, ci, de Diu. 119 a, Cum terra araretur, & sulcus altius esset impressus.

SVLMON, onis, *Ouidij patria*. Att. 129 a.

SVM, es *consto, valeo, ad precium relata*. Para. 125 a, b, Vt quisque quod plurimi est, possidet, ita ditissimus habẽdus est. Att. 121 a, Scio quanti reipublicę sit. Off. 50 b, Vt cõmodius putaret numerari sibi quod tanti esset, quã suum recuperare. I. V. 190 a, In nullo loco frumẽtum tanti ista æstimauit & 191 b, Quanti Ephesi sit frumentum, tantum dare in Phrygia, & 291 a, Cùm in Sicilia H-S. II. Tritici modius esset. & ibi. Quanti frumentum esset. & 187 a, Quanti frumentum esset, & 187 a, Quanti erat in Sicilia triticum. pro S. R. 19 a, Bona huius quæ sunt sexagies duobus millibus nummum sese emisse dicit Chrysogonus. pro Q. R. 50 b, Ager nunc multo pluris est, quàm tũc fuit. pro Ros. 49 b, Is ex qua parte erat Fanni, non erat. H-S. LIII. ex qua parte erat Roscij amplius erat, H-S. CCC. LIII. & ibid. Alter CCCLIII. quod sit in societatem affert. Offi. 70 b, Emere denario, quod sit mille denarium. Epis 102 a, Audio Treuiros capitales esse, Mallem auro, argento, ære essent.

¶ *Dego, viuo, moror, habito, versor*. Atti. 124 b, Esse cum aliquo. item, Dixit etiam alia quædam de seruulis suis, quare nobiscum esse non posset, morem gessi. dimisi à me. de Cl. 19 a, Eram cum Stoico Diodoro, qui cum habitauisset apud me, cumque vixisset, nuper est mortuus domi meæ. Epi. 57 b, Amplector eius familiarissimos, quemadmodum diligunt, multumque mecum sunt. & 77 a, Tamen erat nemo, qui cum essem libentius, quàm tecum. & pauci, quibus cum essem æque libenter. Epist. 53 a, Nonne mauis sine periculo domi tuæ esse, quàm cum periculo alienæ? & 22 a, Cum Athenis decem ipsos fuisse dies, & 86 b, Vt esses in Sicilia, quoad Velles. Q. F. 302 a, Plato quidam Sardianus, Epicureus, qui Athenis solet esse multũ. de Ar. 249 b, Si essetis, versareminique nobiscum. de Or. 111 a, Vos oro, ut hic sitis hodie. Io Ver. 254 b, In publico esse non audet. & 129 a, Non licet mihi esse Romæ. * de Cla. 194 b, Cum venissem Athenas sex menses cum Antiocho fui. In Ver. 121 b, Illi Romæ biennium prope fuerunt.]

¶ *Euenio, intercedo* pro Qu. 4 b, Alicui cum aliquo familiaritatem vel societatem esse. I. A. 175 a, Mihi cum illa posthac nihil erit. de Diu. 103 a, Cum ita solutus est animus, vt ei plane sit cum corpore. I. V. 113 a, Quæsiuit a Gallis, quid sibi esset cum his. pro Clu. 54 a, Quid huic cum Habito mil. I A. 226 b, Cum Vatinij legionibus quid erat Antonio? Att. 190 b, Mihi ante ędilitatem nihil erat cũ Cornificio.

¶Su[?]ro-

¶ *Significatione. Attinet, Spectat, Oportet, cum genitiuo, & recto.* Tuscu. 221 a, Libidinem laudare, cuius est libidinis? & ibid. Ægritudinem laudare, &c. quorum est tandē philosophorum? pro Clu. 18 b, Non est nostri ingenij, vestri auxilij est iudices, huic subuenire. Atti. 247 a, Meus discessus desperationis est, non legationis. Qu. Fr. 192 b, Est eius qui alijs præsit, eorū quibus præsit, cōmodis vtilitatique seruire. pro Pomp. 7 a, Erit igitur humanitatis ac sapientiæ vestræ, prohibere, &c. videre, &c. de Cl. 188 b, Cuius penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis aut scientiæ, sed quasi bonæ consuetudinis ad Att. 275 a, Nihil mihi minus hominis videtur esse, quàm, &c. de Or. 116 b, Clamare contra quàm deceat, hominis est impudentis. & ib. Quorum alterum diuinitatis mihi cuiusdam videtur, alterum humanitatis. in Ver. 207 a, Est boni iudicis, facere coniecturam, &c. de Fi. 102 a, Est hominis ingenui, velle, &c. de Or. 103 b, Musicam philosophi non esse. Ac. 193 a, Fortis ægroti est, accipere medicinam. pro Rab. Posthu. 124 b, Hic iam iudices vestri consilij res est: nostræ sapientiæ, quod deceat, &c. Or. 203 a, Magni igitur iudicij, & summæ facultatis esse debebit moderator ille huius tripartitæ varietatis. Epi. 7 a, Est & tuæ & nostri imperij dignitatis, &c. Ora. 197 a, Suscipere tantam rem vix arbitrabar esse eius, qui, &c. de Fini. 86 a, Hæc non eius erat &c. Epist. 71 b, Statui nostræ necessitudinis esse, &c. & 72 b, Non etiam grauitatis ac sapientiæ tuæ. & 52 a, Magnæ est deliberationis, quæ ratio sit ineunda nobis quiescendi. pro Mure. 143 b, Tuum est Cato videre, &c. Attic. 195 b, Fuit meum quondam, rempublicam regere. & 151 b, Sed tu id quanti æstimes, tuum iudicium est. & 265 b, Tota potestas eius rei tua est. & ibid. a, Consules quorū & lege & S. C. cognitio & iudiciū fuit. de Fin. 93 a, Erat eum si cuiquam, certe tuū. Tuum consiliū est, vel tui consilij. L. Contra SVM.

¶ *Cum datiuo, ratione varia.* de Cl. 273 a, Hæc res, P. Africano vituperationi fuit. L. V. 239 a, Hæc res erit tibi criminis, vel inuidiæ. Att. 86 b, Postrema tua pagina mihi magnæ molestiæ fuit. L. V. 177 b, Hæ pecuniæ tibi fraudi & damnationi esse debent. & 166 b, Sicilia tibi prædæ & quæstui fuit. Offic. 28 a, Alter ampla domus dedecori domino sæpe fit. Atticu. 236 b, Clementiam Cæsari malo fuisse ad Heren. 7 a, Alijs quoque bono fuit. pro S. R. 20 b, Quibus occidi Rosciū bono fuit. de Inuen. 54 a, Quæ signa sunt omnia, ratione mundum administrari. de Cl. 168 a, Iam tum erat honos eloquentiæ. in A. 202 a, Filio pietas erga patrem fraudi esse non debet.

¶ *Fio, æstimor, ducor, consto, viuo: cum septimo.* de Di. 88 b, Oraculum illud nunc minore gloria est. & ibid. Sic cū in tanta gloria non fuisset. de Or. 115 b, Annibalis nomen magna erat apud omnes gloria. Qu. Fr. 302 b, Cum spe sum maxima, tum etiam maiore animo. pro Quin. Rosc. 48 a, Hic capite & supercilijs semper est rasis. Epist. 85 a, Qua in re singulari sum fato. At. 26 b, Mira sum alacritate ad litigandum. Ep. 262 a, Incredibili sum solicitudine & 81 b, Sum magno dolore. de Or. 124 a, Qua nos indulgētia in liberos nostros esse debemus? Epist. 234 a, Esse mirifico studio in aliquem. & 34 a, Esse bono animo inter se. & 254 b, Spero homines intellecturos, quanto sit omnibus odio crudelitas, & quanto amori probitas & clementia. & 93 b, Tu qui coniunctissima fuisti mecum & sententia & voluntate. Or. 216 a, Trochæus eodem spacio est, quo Choræus. & 215 b, Iambum nimis e vulgari esse sermone.

¶ *Cum ablatiuo, & in, viuo, habeor, dicor, versor, maneo, perduro* de Am. 215 b, Diutius in hoc desiderio esse non possum. in Ant. 167 b, Magna in molestia sum. At. 178 a, In eadem sum voluntate. in Ver. 231 b, Cum diutius in eo negocio curaque fueram, ad Carpinatium reuertebar. pro Syl. 174 a, Si hic esset in eodem scelere in Verr. 202 a, Non modo ipsum in ære alieno nullo, sed in suis nummis multos esse, semperque fuisse. & 200 a, b, Esse in maiore atque delitijs alicui. At. 37 a, Esse in summa infamia sceleris. At. 127 a, In eadem opinione fui, qua cæteri omnes, te, &c. de Di. 87 a, Cum vicini omnes ad vnū de rebus suis referrent, erat in magno nomine & gloria de Fin. 97 a, Timere, merere, in libidine esse, peccatum est etiam bene affecto. de Fin. 91 b, Esse in principibus. Ep. 91 b, Esse in decurionibus. & 88 b, Qd̄ est in vno te, quæ sunt in fortuna. Esse in vitio aut virtute. L. In, *& suo loco.* * Ep. 94 a, Quando semper te & studio in rebus meis fruiti. Qu. Fr. 313 b, Lucretij poemata vt scribis non ita sunt multis luminibus ingenij, multæ tamen artis.]

¶ *Varia potestate, consto, existo, cado, consisto, numeror, &c.* de Or. 121 a, Omne quod eloquimur, sic, vt id aut esse dicamus, aut nō esse. Top. 222 b, Definitionum autem duo sunt genera prima: vnum earum rerum quæ sunt, alterum earum quæ intelligūtur Esse ea dico, quæ cerni tangique possunt, &c. non esse rursus ea dico, quæ tangi demonstrarive non possunt, cerni tamen animo, atque intelligi possunt, &c. de Or. 109 a, Talem vero existere eloquentiam, qualis fuerit in Crasso, non potuisse confirmo. Postquam. 201, b, Cn Pompeius, vir omnium qui sunt, fuerunt, erunt, uirtute princeps. de Orat. 132 b, Sæpe etiam uersus interponitur, uel ut est, uel paululum immutatus. in Anto. 153 a, Quæ credo eis fuisse futura communia. Q. Fr. 317 a, Plus unus fuerit Cato, quàm omnes leges. Epist. 25 a, Iam me Pōpeij totum esse scis. pro Qu. Ro. 53 b, Quod uniuersę societatis esset. item, Quod suæ partis esset. Epist. 232 a, Esse magni apud aliquem. & 252 b, Magni mihi erunt literæ tuæ. L. V. 244 b, Fuit ista reprehensio quondam. Attic. 82 a, Si erit ut uolumus. Tuscul. q. 233 a, Est, ubi id isto modo ualet. ad Heren. 32 b, Est, cum non est latius. Ep. 234 a, Tuto esse: &, Esse cum telo. At. 38 b, de Or. 134 a Quid tibi est ista mulier sua ot. At. 96 b, Sed nūciant melius esse ei. & 128 b, Ecquæ pacifica persona desideratur, an in bellatore sint omnia. & 286 a, Ne uiuam mi Attice, si mihi non modo Tusculanum, ubi certè sum libenter, sed *μακάρων νῆσοι* tāti sunt, vt sine te sim totos dies. Q. F. 291 a, Esse quocunque veneris & publice & priuatè maximam lætitiam. Offi. 16 a, Quanquā hæc quidem res non solum ex domestica est ratione, attingit enim & bellicam, &c. * esse pro. I. V. 109 b, & 110 a, Siciliam nobis non pro penaria cella, sed pro ærario illo maiorum vetere, ac referto fuisse.]

SVBAUDUS, a, um. de Leg. 2, Quoniam & satis iam ambulatum est, & tibi aliud initium sumendum est. 4. de Fin. Nam omnia, quæ sumenda, quæque legenda aut optanda sunt, &c.

Syntaxis. *Quanti frumentum est? Ille non est capitalis, sed pro auro, argento. Esse apud aliquem, cum ad. Multum cum illo fui, id est, diu. Esse & versari cum. Esse in publico. Iam mihi cum illo nihil erat. Tui ingenij est, auxilij que. Discessus ille est desperationis, non legationis. Non scientiæ sed consuetudinis. Magnæ deliberationis est. Tuum est, tuum iudicium, quanti, &c. Est, si cuiusquam, certè tuum. Hoc est tibi vsui & bono, non prædę, non quæstui, non fraudi. Nunc honor est pietati. Ille magna gloria est, in magna gloria, spe, animo. Cum spe sum maxima, tum etiam maiore animo. Hac in re singulari sum fato. Hoc mihi est amori, odio. Eodem spacio sunt hispodes, Iambus est nimis è vulgari sermone. Sum in negocio curaque, desiderio, in voluntate, in scelere, alieno ære, in amore ac delicijs, in magno nomine ac gloria, in libidine, in principibus, in vitio, in virtute. Ea erant futura communia. Plus vnus est Cato, quam omnes leges, Magni is, id est apud Quid tibi est isto? frater? Mihi melius esset. Hæc res non solum est ex domestica ratione, sed etiam attingit bellicam.*

SVMMA, mæ. *caput, genus, ratio præcipua rei pecuniariæ.* pro Quin. Rosc. 45 b, Non refert parua nomina in codicem, imò omnes summas. Epistola. 12 b, Offic. 12 b, Addendo deducendoque videri, quæ reliqui summa fiat. Attico. 83 a, Subducamus summam. pro Rabir. P. 127 b, Nescio verum accessionem decumæ centesima, an decessionem de summa fecerit. pro Cluen. 36 a, Cùm ipsa pecunia quæ Staleno data est, numero ac summa sua, non modo quanta fuerit, sed etiam ad quam rem data fuerit, ostendat. de Somn. 127 a, Cum hi duo numeri naturali circuitu summam tibi fatalem confecerint. contra Rul 79 a, Cum summa tantæ pecuniæ nullo teste sibi ipse ex sua voluntate cōfecisset. In Ver. 165 b, & 166 a, Remittere alicui de summa, vel de capite. Attic. 111 a, Reliqua parebant, & cum Terentiæ summa congruebant. & 110 a, Sed etiam ad summam profectum aliquid puto.

¶ *Naturę, ratione.* In P. 98 a, Quid auaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata est, summam nunc explicem? generatim ea, quæ magis nota sunt, dicam. Ora. 121 a, Communes rerum & generū summę.

¶ *Consilij & rationis.* In Ant. 166 b, Sed tamen hęc est summa conclusionis meæ. Qu F. 328 a, Et in omni summa me ad ocium conuerto. de Fi. 113 b, Circunspectis rebus omnibus rationibusque subductis summam feci cogitationum mearum omniū. pro Lig. 141 b, Quicquid dixi, ad vnam summam referri volo, vel humanitatis, vel clementiæ, vel misericordiæ tuæ. de Leg. 173 a, Leges autē a me edentur non perfectæ: nam hoc esset infinitum: sed ipsæ summæ rerum ac sententiæ. Att. 186 b, At ille perpauca locutus, hanc summam habuit orationis, vt sibi ignoscerem, te, &c. pro Qu. 5 b, In hoc summa iudicij, causaque tota consistit. de Or. 123 a, Verane summa sit vniuscuiusque rationis.

¶ *Hoc loco sunt & ista, ad summam, in summa, id est, breuiter, vno verbo, ne vno verbo dicam, ne plura, ne te vel vos pluribus teneam, ne diutius teneam, ne multa ne multis, quid multa? ne longus sim, ne longum sit, ne longum faciam. Quid quæris?* Att. 222 a, Ad summam dic M. Tul. &c. Off. 30 a, Ad summam, ne agam de singulis, &c. de Fi. 119 b, Epist. 238 a, Ad summam, forti, animo sitis. Q. F. 317 a, In summa quatuor sententijs senatores & equites damnarunt. Att. 151 a, Summa autem, Afranium cum magnis copijs aduentare. Att. 158 a, Iurabat ad summam, amicissimū mihi Cæsarem esse debere. Att. 221 b, Ad summā, non possunt istæc sic abire. Att 237 b, Deinde ad summam, arbitrum me statuebat, non modo huius rei, sed totius consulatus.

¶ *Forensium causarum ratione, ac tractationum.* ad Her. 2 a, Si summam causæ breuiter opponemus. de Inu. 48 b, Summam alicuius rei dicere, non partes eius persequi.

¶ *Potentia, dignitatis, vtilitatis, salutis.* pro S. R. 33 b, Qui summam rerum administrat, *id est, imperator.* Epi. 155 b, Illud certe caui, ne reipub. summa fallatur. I. C 121 b, Equites qui vobis summam ordinis consilijque concedunt ad Bru. 91 a, Voluntas mea de summa reipu. semper eadem fuit, quæ tua.

Syntaxis. *Omnes summas in codicem referre. Quæ reliqui summa sit? Summam subducere. Decessionem de summa facere. Conficere summam fatalem. Ex sua voluntate sibi summam conficere pecuniæ. Remittere alicui de summa. Ad summam aliquid profectum est. Conuenit hoc cum summa mea. Communes rerum ac generum summæ. In omni summa me ocium conuerto. Cogitationum suarum facere summam. Ad vnam summam omnia referre. Hic summas rerum habes, atque sententias. Quam habebis orationis summam? In hoc iudicij summa consistit. Ad summam, in summa, summa, id est breuiter, paucis. Ad summam, ne agam de singulis.*

SVMMANUS, ni. *Cælius. Pluto.* de Di. 83 b, lib. 1.

SVMMARIUS, a, um. Att. 155 a, Nisi forte iste summarius ei potest persuadere, vt, &c. *aliter, summarius, id est, Cæsar. Ego verò, Nummarius, lego, vt is intelligatur, quem eadem epistola paulo ante: Empeum pacificatorem appellauit.*

SVMMATIM, *strictim, breuiter.* de Fi. 133 a, summatim hęc erāt de corpore animoq; dicenda. ad Her. 3 a, Si summatim, non particulatim narrabimus. Att. 79 b, Itaq; subsedi in via, dū fięt quę longiorē orationem desiderant, summatim tibi perscriberem. de Orat. 131 b, & pro

Clu.131 b, Nunc exponemus genera ipsa summatim. de Or. 107, & 122 b, Ius ciuile summatim percipi sine doctrina potest. Epis. 161 a, A me pauca cognosces, & ea summatim.

☞ Syntaxis. *Summatim, non particulatim narrare. Summatim percipere ius ciuile.*

SVMMA. *maximè, summopere.* de Or. 136 a, Hoc me solicitare summè solet. pro Quin. 12 b, Sicut vt semper summe concupisti. Episto. 5 a b, & pro Quin. 14 a, Ab aliquo petere summe, & contendere, vt faciat aliquid.

SVMMERGO, gis. *demergo, deprimo.* de Di. 65 b, Summersus equus voraginibus non extitit.

SVMMISSE, *remisse, demissè.* de Ora. 128 b, Breuiter & summisè dicere & 126 b, Alias contentius, alias summissius dicere. pro Plan. 261 a, Summisse supplicare alicui. Offic. 18 b, Tanto summissius nos geramus.

SVMMISSIO, onis *remissio,)(elatio.* Topico. 227 a, Parium comparatio nec elationem habet, nec summissionem. Orato. 204 b, Summissio orationis.

SVMMISSVS, a, um *remissus, suppressus, humilis, abiectus.)(se efferens.* Offi. 25 a, Oportet æquo & pari iure cum ciuibus viuere, neque summissum & abiectum, neque se efferentem. Or. 263 b, Summissus & humilis, consuetudinem imitans. de Ora. 125 a, Oratio placida, summissa, lenis.)(*fortis, acris, vehemens.* & 128 a, Intenta. Or. 199 a, Summissus a primo dicere, deinde pressius, post audacius exultare. *Or. 205 a, Summissus orator.]

☞ Syntaxis. *Summisse dicere, alicui supplicare, loqui. Summissus & & abiectus, non sese efferens. Placidus, summissus, lenis sermo. A primo summisse dicere, deinde pressius, post audacius exultare.*

SVMMITTO, tis *clam mitto.* I. V. 97 b, Iste apud pupillæ matrem summittebat. & 162 b, Summittebat iste Timarchidem, qui moneret, &cę. Epi. 156 a, Summittere exercitus aliquò.

¶ *Inclino.* pro Pl. 264 a, Appellaui populum, tribubus summisi me, & supplicaui.

¶ *Demitto.* de Cl. 166 b, Tibi ætas nostra cedit, facesque summittit.

¶ *Detraho.* I. V. 62 a, Aliquantum remittere ex eo quod facere possis, & multum summittere.

¶ *Subiicio.* Epi. 169 a, Summittere animū periculo. de Pro. 70 b, Huic vos non summittetis.

SVMMOPERE. *summè maximopere.* de Inuen. 48 b, Quæ summopere vitare oportebit. de Inu. 62 b, Cum puerorum formas summe hic opere miraretur.

SVMMOTVS, a, um. pro Fl. Summota concione.

SVMMOVEO, es. pro Q. 5 b, Et interea nostros aduocatos iubet acerrimè summoueri. pro Sest. 30 a, Magnitudine pœnæ maleficiis improbos summoueri. de Leg. 163 b, Academiam placare cupio, summouere non audeo.

SVMMVS, a, um *amplissimus, perfectus, singularis, incredibilis, vnicus, in quo omnia summa sunt.)(infimus.* de Orat. 108 b, Si homines non eruditi, summam essent prudentiam atque incredibilem eloquentiā consecuti. Tusculan. 184 a, Summum est, quo nihil sit superius. de Cla. 192 b, Summus & singularis vir. pro Pomp. 11 a, Summus atq; perfectus Imperator. Att. 127 b, Nihil nisi summa ratione facere. pro Qu. 10 a, Summa sanctimonia. de Orato. 85 b, Summi homines ac summis ingeniis præditi. Epist 13 b, Qui & summa voluntate cesserit, & egregia animi alacritate abiuerit. pro Pl 273 a, Vt etiam summa resp. mihi donata fuerit gerenda. de Or. 104 a, Summum bonum in animone sit, an in corpore, virtute an voluntate, definiamus. de Leg. 166 a, Summum bonum est, ex natura viuere, *id est, vita modica & apta virtute perfrui, aut naturam sequi & eius quasi lege viuere.* 1. &c. Off. 59 a, Quod honestū sit. id esse aut solum aut summum bonum. Offic. 76 b, Epicurus ponit summum bonum in voluptate. Academic. 32 b, Herillus in cognitione & scientia summum bonum ponit. de Amic. 111 b, Summum naturæ bonum. Tuscula. 245 a, Opiniones de summo bono. In Anto. 160 a, Cum a summis, mediis, infimis, cùm deniq; ab vniuersis hoc idem fit. de Cla. 188 a, Omnia infima summis paria fecit.* Ep. 178 a, Homo summo loco natus, summo ingenio, summa virtute, officiosissimus præterea, & gratissimus.]

¶ *Altus sublimior.* pro Pl. 262 b, Is qui est in summa sacra via. de Di. 90 b, Alexander eam buculam in summo columnæ collocauit. 87 a, Bacillum incuruum, & leuiter a summo inflexum. de Fi. 199 a, Summum aquæ.)(*Profundum aquæ.*

¶ *Valentior.* Epi. 226 a, Summa hyeme.

¶ *Ad.* Summum vel summum. *saepis dicunt ad plus.* ad Att. 210 a, Expectabam hodie aut summum cras, ab eo tabellarios. Ep. 18 a, & 234 Bis terve ad summum. pro Q. 14 b, Biduo, aut ad summum triduo, &c. Epist. 77 a, Excepto vno, aut ad summum altero. pro Mil. 103 b, Quatuor, ad summum quinque. & 106 a, Triduo, ad summum quatriduo. Att. 201 b, Scies igitur cras, ad summum perendie. I. V. 134 b, Eximunt vnum diem, aut summum biduum ex mense. & 191 a, H-S. II. summum H-S. ternis.

☞ Syntaxis. *Summum est, quo nihil superius. Summus & singularis. Summus & perfectus. Summa ratione cuncta facere. Summi homines, & summis ingeniis præditi. Summa voluntate cedere, id est, libentissimè. Summam resp. administrare. In summa sacra via esse. In summo columna statuam collocare. A summo inflexus bacillus. Aquæ summum. Summa hyeme. Cras, tria, summum, ad summum, perendie, quatuor.*

SVMMVTO, as. *commuto.* Ora. 205 a, Summutantur verba pro verbis. & 212 a, L. HYPALLAGE.

SVMO, mis. *assumo, arrogo, attribuo, tribuo.* pro Cęl. His autem de rebus quas coniectura cōsequi possumus, non mihi sumo, vt plus ipse prospiciam, quam, &c. 2. de Or. Duo denique illa, quæ facillima videntur, &c. mihi pro meo iure sumo. ad At. li. 8, Mihi non sumo, vt meū consilium valere debuerit. 4. Aca. q. Quomodo autem sumis, vt &c. ad Pl. lib. 13 a, Tantum tibi sumito pro Capitone apud Cæsarem, quantum ipsum meminisse senties. 5. Ver. Cur enim sibi hoc scribæ soli sumant? Cęs. lib. 7, Vide quid mihi sumpserim. 10. Phi. Quas. n. partes ipse mihi sumpseram, eas præoccupauit oratio mea. Ep. 98 a, Vide quid mihi sumpserim. & 222 b, Sumpsi hoc mihi, vt scriberē, &c. pro Plan. 259 a, Mihi non sumo tantum iudices, neque arrogo, vt, &c. pro Syll. 183 b, Quid ergo? hoc tibi sumis, dicit fortasse quispiā, &c. ego vero nihil mihi, assumo. ad Br. 90 b, Cum mihi tantum sumpserim, vt gubernacula reipublicæ prehenderē. de Or. 88 b, Qđ vero in extrema oratione quasi tuo iure sumpsisti, oratorem, &c. 13 Fam. Sumpsi hoc mihi pro tua in me obseruātia. ad Att. 262 b, Hoc pro beneuolentia nostra mihi sumpsi, vt id a te peterem, quod, &c.

¶ *Pro certo, pro comperto, accepto, duco habeo.* Ac. 11 b, Quæ autē sumūt, vt concludant id quod volūt. de Di. 130 a, Sed cùm bis sumpsit quod voluit, id tamen assumit, quod concedi nullo modo potest. & 130 a, Hoc vos dialectici non facitis, nec solùm ea non sumitis ad concludendum, quæ ab omnibus concedantur, sed ea sumitis, quibus concessis, nihilo magis efficiatis, quod velitis. de Na. 63 a, Videre oportet, Balbe, quid tibi concedatur, non te ipsum sumere quod velis. & 19 a, Beatos esse deos, sumpsisti, cōcedimus. pro S. R. 34 b, Vnum hoc sumo, quod mihi res manifesta dat. de Fi. 117 b, Sumere res non concessas, & ex illis conficere quod velis. de Fin. li. 4, Cùm res sumpseris non concessas, ex illis efficere quod velis placet? 2. de Di. Tantum sat est intelligi, id sumere istos pro certo, quod dubium controuersumque sit. Aca q. edi. 1. lib. 2, Sumere vehementer repugnantia pro congruentibus. 4. de Fin. Res non concessas sumere, & ex illis efficere quod velis. 10. Phil. Sumere sibi sententias.

¶ *Eligo, assumo, capio.* Tuscu. quęst. Epicurum autem & Metrodorum non fere præter suos quisquam in manus sumit. Offi. 52 b, Ille enim requiescens a republicæ pulcherrimis muneribus, otium sibi sumebat aliquando. de Leg. Agr. 2, Itaque hoc animo legem sumpsi in manus, ut, &c. Aca. q. edi. 2. lib. 1, Sumere sibi aliquod studium. 4. Verr. Meminero me non sumpsisse, quem accusarem, sed recepisse, quos defenderem. de Leg. 157 a, Sume ad hanc rem tempus, quæ, &cę de Inu. 55 b, Ducere, sumere, trahere suspicionem ex aliqua re. In Va. 34 b, Sumere inimicitias. ad Att. 277 a, Sumere aliquem iudicem. 5. Verr. Sumere recuperatores. 16. Fam. Sumere regionem aliquam tuendam. 4. de Fin. Spacium sumamus ad cogitandum. ad Q. F. li. 2, de interpellatione tātum sumnā a nobis tēporis ad scribendū, quantum dabitis. 1. de Leg Sume ad hanc rem tempus. de Cla. Ora. 171 a, Tu qui à Næuio uel sumpsisti multa, si fateris, vel si negas, surripuisti. 1. Tusc. 2, & 4. Non enim cum socero bellum gessisset, nisi imparatus arma sumpsisset. pro Lig. Sumere arma contra aliquem. pro Cęl. Sumere aurum ab aliquo. 7, Fam. & 2, Phil. Sumere diem pro Sest. Sumere doctrinam, 7. Fa. Sumere domum, 4. ad At Sumere domum. pro Cęc. Nam in eas ipsas res, quas improbissime fecit, testimonia sumpsit, & eius in causa testimonij vtitur. ad Sulp. lib. 13, Literas ad te a M. Lepido Consule, non quæ te aliquid iuberēt, &c. sed quodammodo quasi commendatitias sumpsimus.

¶ *Emo, comparo.* 7, Fa. Sumpsisti tanti, *pro tanti emisti.* 12. ad At. Sumpsimus a tuo villico, & aliunde mutuati sumus.

¶ *Haurio.* de Natu lib. 2, Sumpsimus ab igne calorem, qui est fusus in corpore.

¶ *Exigo.* pro Ros. Amer. Viderisne, quos nobis poetæ tradiderunt, patris vlciscendi causa, supplicium de matre sumpsisse? 7. Verr. Dixit se, &cę. pecuniam accepisse, neque de vero archipirata sumpsisse supplicium, ideo securi non percussisse. ibid. Quamobrem supplicium non sumpsisti?

¶ *Facio.* In Sal. Vnde initium sumam.

¶ *Suscipio.* In V. Sumere inimicitias. pro Fl. Sumere legationes.

¶ *Conduco, adduco, conuoco, cogo.* Par. Sumere publicas operas.

¶ *Ordior, aggredior.* 1. ad Her. Sumere orationem.

SVMOR, ris pro Cęc. Colloquuntur: dies ex vtriusque commodo sumitur, 4. de Fi. Qua ex omni copia, plurima & certissima argumenta sumuntur ad cuiusque rei naturam explicandam. pro Leg. Man. Quantum huius auctoritas valeat in bello, ab eodem Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum exempla sumantur.

SVMPTIO, onis *assumptio.* de Diu 131 a, Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea quæ λήμματα appellant Dialectici.

SVMPTVARIVS, a, um. *de sumptibus.* ad Att. 306 a, Lex sumptuaria. Att. li. 13, Tu velim e Polluce cognoscas rationes nostras sumptuarias.

SVMPTVOSIVS, *aduerbium.* In Cat. 108 b, sumptuosius insolentiusq; se iactant.

SVMPTVOSVS, a, um. *splendidus, magnificus, lautus.)(frugalis.* Para 125 b, Venio iam ad sumptuosos, relinquo illum quæstuosum. Epis. 141 a, cœna sumptuosa. de Or. 121 a, Quod sumptuosus de luxuria, &c. pro Cl. 32 a, Vir egens, sumptuosus, &c. Q. F. 327 b, Ludi magnificentissimi, munus sumptuosum & magnificum. I. P. 94 a, & de Leg 182 a, Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum, ne magnopere quidem quicquam, præter libidines, sumptuosum.

SVMPTVS, a, um. *electus.* pro R. P. 129 b, Vide hos quasi sumptos dies ad labefactandam illius dignitatem.

¶ *Pro comperto habitum.* de Fi. 95 b, Quod enim efficiebatur his duobus, quæ erant sumpta in eo, vides esse conclusum.

☞ Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Iactare se sumptuosè atque insolenter. Sumptuosus, absolutè. Cœna sumptuosa. Munus sumptuosum atque magnificum.*

SVMPTVS, ptus. *impensa, impendium.* in Verrem. 204 b, Mamertini magnum sumptum in Timarchidis prandium fecerunt. Attico. 76 b, Nullus fit sumptus in nos, neque in legatos nostros. in Ver. 281 b, At habes sumptum, vnde facias. Epistol. 201 a, Facere sumptum in rem militarem. Attic. 178 b, Consideres velim, vt sit vnde nobis suppeditent sumptus necessarij. Off. 41 b, Pecuniæ collocandæ ratio est, quæ perpetuos sumptus suppeditet: nec solum necessarios, sed etiam liberales. Tus. 247 a, Magnificentia & sumptus epularum. Of. 35 b, Nostro quidem anno sane exiguus sumptus ædilitatis fuit. & 28 b, Cauendum est etiam, si ædifices, ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas. Qu. Fr. 191 a, Prouinciam sumptu exhauriri. pro S. R. 20 b, Sumptus effusi cum probro atque dedecore. Ep. 39 b, Sumptus legitimus, sumptus infinitus. Att. 122 a, Tyronem Curio commendas, &, vt petij, si quid opus erit, in sumptum rogas. & ibid. b, Sed cum uideo in sumptum ab alijs mutuatum. & 245 b, Quare velim cures, vt permutetur Athenis, quod sit in annum sumptum ei satis. Epist. 36 b, Vt sumptus egentissimarum ciuitatum minuerem. & 37 b, Minuere & remittere sumptum. de Inu. 73 a, Legatis quæstores sumptum non dederunt. pro Qu. Rosc. 49 b, Sumptus nusquam melius potest poni. in Verr. 199 a, Impendere laborem & sumptum ad incertum casum. de In. 76 b, Insumere magnum sumptum aut laborem in aliquam rem. Epist. 138 b, At illam tuam lautitiam, veterem dico, cum mecum sumptus habebas. At. 75 b, Aduentus noster ne minimo quidem sumptui fuit. & 76 a, Ita viuam, vt maximos sumptus facio. & 81 b, Nullum teruncium, me obtinente prouinciam, sumptum factum esse. & ibid. Hic facit, vt mihi exceptè dus sit, cum teruncium nego sumptum factum. Brut. 289 b, Impendent infiniti sumptus in hos exercitus, quibus hæc defendimus. Of. 45 a, In his immanibus iacturis, infinitisque sumptibus nihil nos magnopere mirari. Para. 125 b, Ille sumptus non modo ad fructum, sed etiam ad fœnus est exiguus.

☞ Syntaxis. *Facere sumptum in prandium, in filios, in rem militarē. Suppeditare sumptus. Epularum magnificentia & sumptus. Extra modum sumptu prodire. Prouinciam sumptu exhaurire. Effusi sumptus cum probro & dedecore. Si quid est opus in sumptum, rogas. Minuere & remittere sumptum. Sumptum illi dare, quæstor. Sumptum bene ponere, impendere ad incertum casum, insumere. Habere cum aliquo sumptus. Neque teruncium factum esse sumptum assero. Sumptus ad fructum, ad fœnus exiguus.*

SVNII, *populi.* de Leg. 170.

SVO, is: sui, sutum. de N. 57 b, Tegumenta corporum vel texta, vel suta.

SVPPELLEX, ctilis. *instrumentum, ornamentum domus.* in Ver. 125 b, Supellex ære elegantior, Deliaca & Corinthia. & 208 a, Tu P. Cacurij supellectilē omnem abstulisti & 123 a, In instrumento ac supellectili C. Verris. contra Rul. 72 b, Deinde ornat mulis, tabernaculis, centurijs, supellectili. contra Rul. 73 b, Multa in mancipijs, in pecore, auro, argento, ebore, veste, supellectili, cæteris rebus. Par. 117 b, Cogitatio supellectilis ad delicias. de Or. 98 b, In oratoris verò instrumēto tam lautam supellectilem nō viderem. Or. 204 a, Oratoria quasi supellex, supellex est enim quodammodo nostra, quæ est in ornamētis, alia rerum, alia verborum. in An. 173 a, Multa, & lauta supellex, & magnifica multis locis, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. de Amic. 106 b, Amicos parare, optimam pulcherrimam vitę, vt ita dicam, suppellectilem.

☞ Syntaxis. *Instrumentum atque suppellex. Ebur, vestis, supellex. In instrumento oratoris lauta supellex. Vita suppellex.*

SVPER. *supra.* Atti. 161 a, Sed super hac re nimis. & 237 a, Simul cogitet, quid agendum nobis sit super legatione votiua. & 255 a, Hac super re scribam ad te Rhegio. ad Herenn 4 b, Paterfamilias vti super familia sua legauerit, ita ius esto. de Legib. 183 b, Demetrius super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam, &c. Quint. Fra. 320 b, Tectum quod super conclauia non placuerat tibi esse multorum fastigiorum. de Fi. 77 a, Et nolle impudentem semper eam assidere. *id est, assidem* de Leg. 180 b, Super dicebam quicquid cepisset, astringi. rursus sacris liberantur. de Nat. 26 a, Contra Epicurum satis superque dictum est. pro Quint. Rosc. 46 a, Satis superque habebo, quod mihi dederis. de Arui. 247 b, Satis superque prudentes sunt, qui, &c. de Orat. 102 a, Mihi vero, inquit Mutius, satis, superque abs te videtur istorum studiis, si modo sunt studiosi, esse factum.

SVPERA *supra.* in Ar. —*Supera terras semper tenet ille.*

☞ Syntaxis. *Hac super re scribam, Super sua familia legare. Statuere super terrę tumulum. Assidere super aspidē. Tectum super conclaue. Satis superque habere.*

SVPERATVS, a, um. de Vniu. 199 a, Altera pari numero præstans extremis, parique numero superata.

SVPERBE, ius. *contumaciter, arroganter.* pro Po. 5 b, Appellare aliquem superbius. At. 86 b, Contumaciter, arroganter. ἀκοινονήτως.

SVPERBIA, biæ. *arrogantia, contumacia, intollerantia, insolentia, fastidium animi, spiritus,* Part. 237 a, Magnitudinē animi superbia imitatur in animis extollendis. Epist. 102 b, Offic. 18 b, Superbiam, fastidium, arrogantiam fugiamus. in Ver. 221 a, Illa tua singularis insolentia, superbia, contumacia. de Inuent. 61 a, In superbiam & arrogantiam odium concitatur. contra Rul. 64 b, Superbia nata Capuæ ex Campanorum fastidio videtur. & 85 b, Coloni Capuę in domicilio superbiæ, & in sedibus luxuriæ collocati. de Or. 93 a, Quod ego nō superbia, neque inhumanitate faciebam, sed mehercule istius disputationis insolentia, & earum rerum inscitia.

SVPERBILOQVENTIA, tiæ. Tusc. 216 b, *Poeta.*

SVPERBIO. Aca. 13 b, Si habes quod liqueat, neque respondes, superbis, si non habes, ne tu quidem perspicis.

SVPERBVS, a, um, ior, *arrogans, insolens, imperiosus, elatus, inflatus, non ferendus, se efferens spe atque animo inflatus, asper, difficilis, grauis, qui fastidio, & contumacia effertur.* Episto. 101 b, Verum superbiorem te pecunia facit, an quod te Imperator consulit? Att. 93 b, Grauius autem, non contemnere se, & reges odisse superbos. Atti. 181 a, Is superbum se præbuit in fortuna quam putauit nostram fore. Verbum incedendi ad superbiam accommodatum, L. Iucado. ° de Ami. 106 b, Itaque illi efferuntur fastidio fere, & contumacia, nec quicquam insipiente fortunato intollerabilius fieri potest.]

☞ Syntaxis. *Superbia, fastidium, arrogantia. Insolentia, superbia, contumacia. Concitatum odium in superbiam & arrogantiam. Superbia nata ex fastidio. Id facis non superbia. Opes te faciunt superbiorem.*

SVPERCILIVM, lij, *pars, frontis imo, oculos a fronte, pilis quasi limite distinguens. In superciliorum motu, existunt animi motus, præsertim arrogantia, grauitatis ac seueritatis, frontis nubecula.* In Pis 82 a, & 83 b, Altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio. pro Q. R. 48 a, Ipsum caput & supercilia illa penitus abrasa, olere malitiam videntur. Off. 29 b, Superciliorum remissio aut contractio, mœstitia, hilaritas, risus. Postq. 207 b, Hic vos tugis supercilioque decepit. pro Sest. 6 b, Tanta erat grauitas in oculo, tanta frontis contractio, vt illo supercilio tanquam Rhadamanthus ille niti videretur. de Pro. 70 b, Libidines, quas fronte & supercilio contegis.

☞ Syntaxis *Libidines fronte & supercilio tecta. Ruga supercilium illius, omnes decipiunt.*

SVPERFICIES, ei. *extrema & aperta corporis pars.* Att. 56 a, Superficiem areæ Coss. ex S. C. Æstimabunt. & 55 a, Superficiem ædium Coss. æstimarunt.

SVPERFLVO, is *redundo, affluo, effluo, abundo.* de Diui. 93 b. de Cla. 194 b, Is redundantes nos & superfluentes iuuenili quadam licentia repressit.

SVPERI, orum. *cælites.* Top. 228 b, Superi dei.) (*.manes.*

SVPERIOR, us, *prior tempore.* Epist. 72 b, Superioribus temporibus nullas ad te literas misi. de Inuen. 77 a, Ex superiore & inferiore scriptura. Atti. 264 b, & 159 a, & 152 a, Quæ superioribus literis a te petij. de Fat. 145 b, Præterea ea vera dicimus, quorum superiore tempore vera fuerunt instantia In Cat. 97 b, Quid proxima, quid superiore nocte egeris. pro Dom. 233 a, Vtriusque temporis fructum tuli maximum: superioris, quod, &c. posterioris, quod, &c de Ar. 247 a, Negocium magistratibus est datum anno superiore, vt curarēt, &c. Toscul. 231 a, & 236 b, Sententia quæ erat superioribus diebus agitata in Senatu. pro Planc. 269 a, Comitijs superioribus est Plancus designatus Ædilis. pro Cor. 60 a, Multi etiā superiori memoria, &c. In Cat. 100, Cum morte superioris vxoris, nouis nuptiis domum vacuam fecisses. pro Fla. 151 a, Senatus nihil a superioribus continuorum annorum decretis decessit. Ora. 218 a, Proximus superior pes. de Diui 136 b, Cyrus superior. de Finibus 141 b, Superior Africanus posterior. de Cla. 185 a, Superior ætas,) (*.inferior ætas.* de Natu. 74 b, Superiora de pecunia.) (*.posteriora de incestu* In Ver. 259 a, Superius facinus nouo scelere uincere. de Senectu. 82 a, Senes semper agunt aliquid, tale scilicet, quale cuiusq; studium in superiore vita fuit. Att. 189 a, Hoc mihi iam in te placuisse, potest ex superioribus literis recordari.

¶ *Loco.* de N. 54 a, Omnis odor ad superiora fert. de D. 119 a, Quid? idē nō poterat Deus hominibus disciplinam superiore ex loco.) (*.in loco inferiore.* Tus. 174 a, Atq; ita velut è superiori loco concionādū.

¶ *Ordine.* de Fin. 95 b, Duorum autem è quibus effecta conclusio est, contra superius dici solet.

¶ *Dignitate.* Off. 18 b, Philippum regem, rebus gestis & gloria superatum esse a filio: facultate uero & humanitate video superiorem fuisse. & ibi. Quanto superiores sumus, tanto nos summissius geramus. I. V. Cum magistratum aut aliquem superiorem inuitassent. de Ami. 113 b, Superior loco, fortuna, fama. Epist. 29 b, Habes enim neminem honoris gradu superiorē, & 204 b, Superior ordine, inferior fortuna. de Or. 105 b, Cum hic iurisc⁹sultus fuerit superior discessurus, si, &c. de Or. 128, Inuident homines & paribus, & inferioribus & superioribus. pro Cor. 62 a, b, Ille populus in superioris conditione causaque ponitur, qui, &c.

¶ *Vi, potentia.* Postq. 203 b, Superiorem esse contra improbos.

☞ Syntaxis. *Contra hostem superior.*

SVPERLATIO, onis. *exsuperatio, ὑπερβολή.* de Ora. 162 a, Tum augendi minuēdive causa ueritatis suplatio atq; traiectio. ad Her. 34 b, Suplatio est oratio superans veritatē, alicuius augēdi minuēdive causa.

SVPERLATVS, a, um. Par. 234 a, Verba superlata, *id est, superlatio.*

SVPERO, as. *vinco, excello, præsto, præpondero, superior sum superfluo.* I. Ver. 259 a, Nā si cum aliis certet, longe omnes multisq. superabit. Epi. 64 a. & 113 b, In quo ēt si multi mecum contendent, tā omnes facile superabo. de Or. 90 b, Teq. in iis ipsis rebus quas abs te didicerit, dicendi arte superabit. pro Plan. 260 a, Quęrit enim, qua se laude qua virtute Plancus superarit. de Or. 67 a, Si subitā orationē cōmētatio facile vincit, hāc ipsam pfecto diligens scriptura superabit. & 101 a, Bibliothecas omniū philosophorū vnus mihi vr duodecim tabularū libellus, & autoritatis pōdere, & vtilitatis ubertate superare. Epis. 13 b, Superare aliquem grauitate & constantia. Tus. 148 b, Superare aliquē doctrina. Q. F. 279 b, Epistolas ipsa fama, sua celeritate superat. In Cat. 123 b, Si vis improborū spē meā fefellerit atque superauerit.

¶ *Ascendo, conscendo*, Tusculan 157 a, Quam regionem cum superarit animus, &c.

¶ *Supersum*. In Ver. 192 b, Cùm emisses, quanti esset, quod superaret pecuniæ, retulisses. de Ora. 136 a, In diuisione generum & deesse aliquam partem, & superare, mendosum est. Atti. 149 b, Quæ arma superabunt, ea si Brundusium iumentis deportaueritis, vehemēter reipublicæ profueritis. de Fin. 134 a, & 135 a, De eo quod ipsis superat, aliis gratificari volunt. 220 a, Quinctū delegabo, si quid ari meo alieno superabit. Parad. 135 b, Vter igitur est ditior, cui deest, an cui superat?

☞ Syntaxis. *Longè multumque superare. Improbitas illius meam spem fefellit & superauit. Superare montem. Præmia mihi superat.*

SVPERSEDENDVM. *abstinendum*. de Inuen. 48 b, Verborum multitudine supersedendum est. & 49 a, Quod cùm acciderit, omnino narratione supersedendum est. ad Her. 11 a, Complexione supersedēdum est, si res breuis est.

SVPERSEDENDVS, a, um. *reticendus*. ad Heré. 11 a, Hæc causa, quód, &c. ideo non visa est supersedenda.

SVPERSEDEO, es. *abstineo, tempero*. Episto. 47 a, Ita censeo facias, vt supersedeas hoc labore itineris. ad Her. 19 a, Cómode poterimus principio supersedere.

SVPERSEDETVR, *abstinetur*. Epistola. 118 b, Nam si mihi non dedisset eas, & potuit superſederi. de Inuen. 16 a, Sunt qui putent posse cōplexiones superſederi.

☞ Syntaxis. *Dignitatis superstes, ac vitæ. Reipu. superstitem esse. Alicui superstitem viuere.*

SVPERSTES, tis. *qui mortuo superest, saluus, incolumis*. Q. F. 303 a, Vtinam te non solum vitæ, sed etiam dignitatis meæ superstité reliquissem. Epi. 80 a, Cùm superstitem te esse reip. ne si liceat quidē, velis. & 137 a, Superstitem alicui viuere. pro Mur. 130 a, Vtrisque superstitibus præsentibus istam viam dico inite.

☞ Syntaxis. *Verbis supersedendum. Hæc res non est supersedenda, id est, reticenda.*

SVPERSTITIO, onis. *nimia religio, vana vel inanis religio.*) (*impia fraus.* de Diuin. 134 b, Omnis superstitio imbecilli animi atque anilis est. de Na. 24 b, Superstitio, in qua inest timor inanis deorum. de In. 85 a, Superstitio quæ religioni propinqua est. Par. 237 a, Religionem superstitio imitatur. de D. 139 a, Superstitio fusa est per genus, oppressit omnium ferè animos, atq; hominum imbecillitatem occupauit. & ibidem: Nec superstitione tollenda religio tollitur. pro Clu. 58 a, Pietate & religione & iustis precibus deorum mentes, non contaminata superstitione, nec cæsis hostijs placare. In Ver. 227 a, Tanta superstitio ex istius facto mentes omnium occupauit, vt, &c pro Fl. 160 a, Huic autē barbaræ superstitioni resistere, seueritatis summæ fuit. de Fi. 61 a, Superstitio, qua qui est imbutus, quietus esse nunquā potest. pro Do. 134 b, Anilis superstitio. de Di. 135 a, Sagarum superstitio. de N. 40 a, Superstitiones penè aniles. de Di. 81 b, Anili superstitione obligari. de Leg. 162 b, Qui canem & felem vt deos colunt, eadem superstitione qua cæteræ gentes conflictantur.

☞ Syntaxis. *Contaminata superstitio, anilis, sagarum. Obligari, conflictari superstitione.*

SVPERSTITIOSE. de Na. deo. 78 b, Neq; id dicitis superstitiosè atque animaliter, sed physica constantique ratione & de Di. 106 b.

SVPERSTITIOSVS, a, um. *superstitione imbutus*. de Na. 40 a, Ita factum est in superstitioso & religioso, alterum vitij nomen, alterum laudis. de Di. 126 b, Stoici omnia cum superstitiosa solicitudine & miseria credunt. pro Dom. 234 a, Nimirum esse superstitiosum non oportet. de Di. 64 b, Superstitiosæ ariolationes & 112 a, Anile & plenum superstitionis fati nomen ipsum. & 125 b, Imbecilli animi facile superstitiosa ista concipiunt.

☞ Syntaxis. *Superstitiosa solicitudo & miseria. Anile & superstitionis plenum.*

SVPERSVM, es. *resto*. I. C. 116 b, Tantum ciuium superfuturum putabát, quantum infinitæ cædi restitisset. de Or. 151 a, Duæ partes mihi supersunt illustrandæ orationis & 141 a, Sciunt cui respōderint, quod supersit. Epi. 166 a, Omnes qui supersunt de Hircij exercitu. p Mar. 134 a, Nulli de inimicis supersunt. Att. 154 a, Quod superest, scribe, quæso, quàm accuratissime, 33 b, Tantum erat Philosophiæ loci, quātum superfuerat amicorum & reip. temporis.

¶ *Redundo*. de Or. 118 b, In definitione neque absit quicquam, neq; supersit. Ep. 166 a, Nam neque deesse, neque superesse reipu. Volo. & 226 b, Sed vereor, ne iam mihi superesse verba putes, quæ dixerā defutura. Ora 202 a, Orator motu sic vtetur, vt nihil supersit in gestu. In V. 68 b, Quod aut imprudentiam eius subterfugit, aut satietati superfuit.

¶ *Excello*, Cic. in lib. de iure ciuili in artem redigendo, teste Gell. Nec verò scientia iuris maioribus suis: Quin. Helius Tubero defuit, doctrina etiam superfuit.

¶ *Intersum*. de Repu. Gellio teste, Non grauarer, Leli, nisi, &c. præsertim tùm heri dixeris te nobis etiam superfuturum, verum, siquidé fieri potest, ne desis, omnes te rogamus.

☞ Syntaxis. *De exercitu superesse. Quod superest, iam velim, &c. Ille superest omni doctrina. Vobis, vt spero, supererο.*

SVPERVACANEVS, a, um. *superuacuus, vsum non habens*. Epi. 38 b, Et renera confirmata amicitia, commemoratio officiorum superuacanea est. Att. 252 a, Cum enim tua causa fecerint omnia, vereor ne meas literas superuacaneas arbitrentur. de Natu. 21 a, Quod superuacaneum sit, aut vsum non habeat. & 50 a, Vt nihil eorum superuacaneum sit. de Senect. 89 a, Tum conditiora facit hæc superuacanei operis aucupium atque venatio.

SVPERVACVVS, a, um. *inanis, redundans* de Natu. deorum 19 b, Descriptio omnium corporis partium, in qua nihil inane, nihil sine causa, nihil superuacuum est.

☞ Syntaxis. *Superuacaneum, & vsum non habens. Inane, sine causa, superuacaneum.*

SVPERVS, a, um,)(*inferus*. Acad. 51 a, Nicetas cęlum, solem, lunā, stellas, supera denique omnia stare censet. & 32 a, Cogitare supera atque cœlestia. Tus. 163 a, Vt omnia, supera infera, media videremus. In Ara. —— *Supero conuertier orbe,*

de N. 54 a, Homo spectator superarum rerum atque cęlestiū, in Ar.

Cùm supera sese fatiauit luce, recedit. ibid.

Hic caput & superas potis est demergere partes.

Infera lumborum nunquam conuestiet umbra.

☞ Syntaxis. *Supera & cœlestia. Supera lux.*

SVPINVS, a, um,)(*pronus*. de Diu. 105 a, Motus corporis pronus, obliquus, supinus de Vniu. 203 b, Supina etiam ora cernuntur depulsione luminum.

SVPPAR, ris. *ferè par vel æqualis*. de Cl. 167 a, Huic ætati suppares, Alcibiades, critius, Theramenes,

SVPPEDITANDVS, a, um. *subministrandus*. In Ver. 261 b, Paucorum cupiditati tum sufficere poterant, nunc vero iam adempta est suppeditandi facultas. & 110 a, Frumento suppeditato, & mercibus suppeditandis.

SVPPEDITATIO, onis. *affluentia, subministratio*. de Nat. 23 a, Suppeditatio bonorum, nullo malorum interuentu.

SVPPEDITATVS, a, um. In Ver. 263 a, Dicito rem frumentariā esse suppeditatam.

SVPPEDITO, as. *subministro, sufficio*. Top. 226 b, Hic locus suppeditat oratoribus mirabilem copiam dicendi. de Orato. 128 b, Omnium rerum in contrarias partes facultatem ex eisdem suppeditare locis. pro Arc. 187 b, Archias suppeditat nobis, vbi animus ex hoc forensi strepitu reficiatur. de Ami. 112 b, Suppeditare alicui omnium rerū, quas natura desiderat, abundantiam & copiam. Episto. 68 a, Multam etiā casus nostri tibi varietatem in scribendo suppeditabunt. ad Her. 1 a, Vix satis ocium studiu suppeditare possumus. & 22 b. Hoc modo naturę suppeditabit doctrina. At. 235 a, Quod Ciceroni suppeditas, gratum. Qu. F. 307 b, Creditores regis aperte pecunias suppeditant. contra Lentulum. & 320 b, Domus suppeditat hortorum amœnitatem, terra fruges fert, & vt mater cibos suppeditat. de Fin. 78 b, Nec non suppeditabit nobis Atticus de thesauris, suis, quos, &c.

¶ *Mutuo*. con. Rul. 72 b, Sumptū haurit ex ærario, suppeditat a socijs.

& *Non desum, sum satis, præsto sum, supersum*. de Cl. 180 b, Cui de repu. satis suppeditabat oratio. Tusc. 249 a, Quocunque loco bona suppeditant, ibi beate possumus uiuere. Atti. 9 a, Si unquam mihi ἐπιχειρήματα suppeditarunt illo tempore. Off. 3 a, Parare ea quæ suppeditent ad cultum & ad victum, & sibi & liberis. de Cl. 175 a, Miror illum cum & uita suppeditauisset, & splendor ei non defuisset, consulem non fuisse. & 187 a, Cui si uita suppeditauisset, consul factus esset. & 174 a, Carbo quod uita suppeditauit, in multis iudicijs est cognitus. In An. 186 a, Cuius pater, si uita suppeditauisset, consul factus esset. de Or. 154 a, In hoc campo oratori facile suppeditat omnis apparatus ornatusque dicendi.

SVPPEDITOR, aris. *suppedito*. Att. 234 a, De Petulciano domine, quod mihi suppeditatus es, gratissimum est.

¶ *Subministror*. ad Att. 236 b, Tibi est curæ, ut ei suppeditet ad usum & cultum copiosè. pro Rab. 97 a, Precidere fistulas, quibus aqua suppeditatur alicui loco. ad Att. 118 a, Si rem frumentariam tibi ex prouinciis suppeditari uis.

¶ *Inuer*. cont. Rul. 83 b, Res quibus non suppeditamur, eget ille.

¶ *Sum*. Epis. 104 a, An hoc significas, frigere te? ne chartam quidem tibi suppeditari?

☞ Syntaxis. *Hic locus in contrarias partes argumenta suppeditat. Suppeditat porta, vbi animus reficiatur. Abundantiam & copiam suppeditare. Suppedito tibi do. Suppeditatur tibi ad vsum, & cultum copiosè. Suppeditare sumptum à socijs. Pecuniis non suppeditamur. Nec charta quidem mihi suppeditatur. Hoc ad cultum suppeditat. Adhuc vita suppeditat. Hæc omnia suppeditant ad beatam vitam.*

SVPPEDARE, Epi. 140 b, Suppedit, flagitium est: iam erit nudus in balneo, non reprehendes.

SVPPETO, tis. *sum, supersum, adsum, præsto sum*. Par. 234 b, Ex quibus ad augendum permulta suppetunt. In Ver. 82 a, Vereor ne mihi uerba non suppetant. de Or. 156 a, Inscitia illius, cuius res non suppetit, uerba non desunt. Offi. 39 b, Beneficia uoluntate beneuolentia, etiā si res forte non suppetit. Offi. 36 a, Sed tamen si cui hæc suppetunt, adiuuant aliquantulum ad cętera. Epi. 250 b, Mihi ad remunerandum nihil suppetit, præter uoluntatem. de Fin. 88 a, Cibi suppetunt nobis multo labore quærentibus. Tus. 246 a, Vt ambitioni & quotidianis sumptibus copiæ suppetant. & 200 a, Namque regnum suppetebat mihi, ut scias, &c. Q. de Pet. 205 a, Et si tibi omnia suppetunt, quæ consequi ingenio aut usu homines aut diligentia possunt. Tos. 183 b, Non potest hæc fari tantum dictis, quantum factis suppetit laboris. pro Ar. 187 b, An tu existimas suppetere nobis posse, qd quotidie dicamus in tanta uarietate rerum? de Fin. 51 a, Si uita suppetet. Off. 7 b, Illis ad largiendum suppetunt copiæ. * Episto. 185 a, Et quam hoc Cęsari suppetat, non te fallit aliter superest.]

☞ Syntaxis. *Vna tantum voluntas ad officium suppetit. Cibi suppetunt multo labore quærentibus. Copiæ suppetunt ad largiendum. Si vita suppetat.*

SVP-

SVPPLANTO, as. *pede obiecto vel supposito aliquem ad casum impello.* Offic. 60 b, Supplantare eum qui cum certet, aut manu depellere non debet.

SVPPLEMENTVM, ti. *quo aliquid suppletur, vt Legionem diminutam, ad ditis, qui desunt militibus, supplemus, ergo qui adijciuntur, supplementum appellantur.* Ep. 31 b, Censebant enim omnes fere, vt in Italia supplementum meis & Bibuli legionibus scriberetur. ad Br. 91 b, De supplemento autem non video quid fieri possit.

SVPPLENDVS, a, um. Qu. Fr. 324 b, De bibliotheca Græca supplenda, libris commutandis, &c. valde velim ista confici.

SVPPLETVS, a, um. In A. 219 a, Cum sex legionibus, inquit, hisque suppletis ex D. Bruti exercitu, non modo ex delectu suo.

SVPPLEO, es. *præsto, expleo.* in Ver. 202 a, Non te instruere domum tuã voluerunt in prouincia, sed illum vsum prouinciæ supplere.

¶ *Adiungo* in Ant. 248 a, Ponite ante oculos M. Antonium consularem, sperantem consulatum, Lucium adiungite: supplete cæteros imperia meditantes. pro Flac. 154 b, Non sinunt. supplet enim ille nescio quis, & priuatim dicit se dedisse.

SVPPLEOR, ris. de Orato. 118 b, Vt referentis præteritis verbis id scriptum quodcunque defendimus, suppleatur.

☞ Syntaxis. *Bibliotheca mihi supplenda. Suppleta legiones. Vsum prouinciæ supplere, id est, ferre. Supplere cætera, id est, addere.*

SVPPLEX, cis. *abiectus, iacens, prostratus ad pedes.* pro Dom. 236 a, Qui pro me patres conscriptos deprecari, & populo supplices esse vetuit. in Pis. 96 b, Cum se Pompeius supplicem pro me profiteretur. Ante quam. 196 b, Quibus sigillatim sæpe supplex ad pedes iacui. & ibid. Aliquem supplicem à se abiterrere & excludere. Att. 263 b, Nunquam putauit fore, vt supplex ad te venirem. in Cat. 122 b, Vobis supplex manus tendit patria communis. pro Mur. 144 b, Is vester est supplex, vestram fidem obtestatur, vestram misericordiam implorat, vestram potestatem ac vestras opes intuetur. pro Cluen. 60 a, Louate hunc supplicem vestrum. pro Font. 280 b, Qui animo demisso atque humili ad opem iudicum supplices inferioresque confugiunt. & 284 a, Tẽdere manus supplices alicui, vel ad aliquẽ pro aliquo. Attic. 297 a, Orat multis supplicibus verbis, vt liceat. Ora. 218 a, Viuat hercule Cicero, qui potest, supplex & obnoxius. Tuscu. 163 b, Nec iudicibus supplex fuit. pro Plan. 263 a, Multitudo supplex iudicibus. pro Cæl. 54 a, Supplex misericordiæ alicuius. in Ant. 176 b, At etiam misericordiam captabas, supplex te ad pedes abijciebas, quid petens? vt seruires. pro Lig. 139 a, Tu nos iacentes ad pedes, supplicum voce prohibebis.

☞ Syntaxis. *Tibi supplex. Pro te me supplicem profiteor. Supplicem à se absterrere & excludere. Laua hunc supplicem tuum. Supplex illi tendit manus. Supplices tendere manus. Supplicibus orare verbis. Captare misericordiam supplicem se abijcere ad pedes. Esse alicui supplicem.*

SVPPLICATIO, nis. *gratulatio dijs immortalibus, honor dijs immortalibus habitus pro victoria.* I. V. 262 a, I. C. 114 a, Supplicatio dijs immortalibus, pro singulari eorum merito, meo nomine decreta est, his verbis, quòd vrbem incendijs, cæde ciues, Italiam bello liberassem. & ibid. Cæteræ supplicationes bene gestæ, hæc vna conseruata republica constituta est. de Prou. 74 a, Supplicatio quindecim dierum Cæsari decreta. & ibid. Gratulatio dijs immortalibus. de Pro. 74 a, Primum decem dierum est supplicatio decreta Cn. Pompeio, confecto Mithridatico bello. in Cat. 116 a, Supplicatio ad omnia puluinaria decreta est. pro Syll 183 b, Cui vni togato senatus supplicationẽ decreuit. in Pis. 80 b, Mihi senatus singulari genere supplicationis, deorum immortalium templa patefecit. Episto. 147 b, Si triumphi prærogatiuam, puta supplicationem. Attico. 99 a, Supplicatio quasi triũphi prærogatiua. & 161 b, An censetis me decreturum fuisse, vt parentalia cum supplicationibus miscerentur? in Ant. 96 b, Quorũ volũtatẽ in supplicatione sum expertus. & 99 b, Cæsar gratulans mi di de supplicatione, triumphat de Catone. in An. 159, supplicationem decernitis de improbis & audacibus.

SVPPLICITER, *demisse.* de Or. 91 a, b, Homo ita natus, vt & blandiri, & suppliciter se insinuare possit. ad Att. 284. & pro Fl. 150 b, Agere gratias cuipiam suppliciter & demisse.

☞ Syntaxis. *Blanditur, & suppliciter se insinuat. Suppliciter ac demisse gratias agere.*

SVPPLICIVM, cij. *cruciatus, pœna.* de Na. 76 a, summo cruciatu supplicioque Varius homo importunissimus perijt. pro Sex Rosc. 39 b, Solon nullum supplicium constituit in eum qui parentem necasset. & 30 a, Constituere supplicium alicui maleficio in Ant. 150 b, soluere supplicium alicui. pro Pom. 5 b, Aliquem vinculis & verberibus atque omni supplicio excruciatum necasti. Anteq. 195 b, serui qui ad supplicium verberibus cæsi trahuntur. At. 128 a, supplicia miserrima & crudelissima perferre. Ep. 66 a, Meam animaduersionem & supplicium quo vsurus eram in eum, remitto tibi, & condono. de Ora. 150 b, Rapi ad supplicium, ad facinus. de In. 72 b, & 74 a, sumere supplicium de aliquo.)(. *dare supplicium.* & I. V. 157 a, & ad Heren. 27 a, in Verr 249 b, supplicio afficere aliquem. de Or. 102 b, scelus ac fraudem nocentis supplicio constringere. in Pis. 88 b, supplicium est pœna peccati. & ibid. Nullum est supplicium, quo non affici casu aliquo etiam boni viri fortesque possint.

☞ Syntaxis. *Summo cruciatu & supplicio perire. Supplicium constituere, soluere. Omni supplicio excruciatum necare aliquem. Ad supplicium trahi. Meum supplicium (agendi significatione) tibi remitto, & condono. Sumere.)(dare supplicium de aliquo. Scelus constringere supplicio. Supplicium peccati pœna.*

SVPPLICO, as. *deprecor, me ad alicuius pedes supplicem abijcio, manus alicui vel ad aliquem tendo.* Postq. 199 a, Multi pro Qu. Metelli reditu vobis supplicauerunt. Epist. 91 a, Amicis eius omnibus pro te libentissime supplicabo. & 90 a, Quibus ego supplicare non destiti. de Ora. 140 b, Nemo remp. implorauit, nemo supplicauit. pro Font. 281 a, Cum amici & propinqui supplicent vobis, dubitabitis, &c. pro Pl. 260 a, b, Prosternere se, & fracto animo atque humili supplicare alicui. pro Pl. 261 a, summissime suplicare alicui. Postq 200 b, de Nat. 72 b, Vt ego illis supplicarem. Att. 185 a, supplicato vindici illi quidem alienæ dominationi, non vicario. pro Font. 282 b, Præsertim cũ tot res sint, quæ vestros animos pro huius innocentis salute supplicent.

☞ Syntaxis. *Supplicare alicui pro aliquo, pro alicuius salute. Prosternere se, & fracto animo humilique supplicare. Summisse supplicare alicui.*

SVPPLODO, dis. *pede terram percutio, plaudo.* de Or. 204 b, Qui multa? pedem nemo in illo iudicio supplosit.

SVPPLOSIO, onis. de Or. 147 a, Vereor ne nihil sim tui, nisi supplosionem pedes imitatus. & 163, & ad Her. 21 a, Pedis dextri rara supplosiones. de Cla. 177 a, supplosio pedis.

SVPPOENITET, bat. At. 111 a, Et hunc nostrum coppiarum suppœnitet.

SVPPONO, nis. *subijcio, subiungo.* I. V. 250 a, Tum iste in eorum locum alios substituere & supponere cœpit. * de In. 81 b, Atque vniuscuiusq; constitutionis exempli supponere non grauaremur, nisi &c.]

¶ *Subdo.* de Nat. 50 b, Anatum oua gallinis sæpe supponimus de Inuent. 44 b, Huic generi Hermagoras partes quatuor supposuit, deliberatiuam, &c. & 43 b, Nam & tres partes supponimus. Attic. 122 a, Deinde supposuit exemplum epistolæ Domitij. de Inuent. 71 a, subijcere & supponere rationem. Parad. 324 b, Si testamenta amicorum expectas quidem, atque ipse supponis. de Leg. 164 b, supponere falsa testamenta. pro Sest. 20 a, Gladiatores tu supponas.

¶ *Obstringo.* pro Deiot. 151 b, Hieras causam omnem suscipit, & criminibus illis pro rege se supponit reum.

SVPPONOR, ris. pro S. R. 37 a, In mandatis operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur. de Inu. 70 a, Supponatur ab hæredibus hæc ratio, &c.

SVPPORTO, as. *clam importo* Ep. 199 a, Nisi quid nauibus Laodicenorũ supportarit, citò fame pereat necesse est.

SVPPOSITVS, a, um. *subornatus.* I. V 350 a, Vt ille suppositus facilè & libenter se illum, qui non erat, esse simularet. pro Cl. 43 a, Qui supposita persona falsum testamentũ obsignauit. I. V. 251 a, Alium in suppositi locum supponere.

☞ Syntaxis. *Substituere ac supponere. Oua supponere gallinæ. Se reum supponere pro aliquo. Fides supposita, testes, persona.*

SVPPRESSIO, onis. pro Cl. 33 b, Statuit sibi ad easdem prædas suppressionesque iudiciales reuerendum.

SVPPRESSVS, a, um. *humilis, demissus* pro Syl. 172 b, Suppressa voce dicere de aliquo. Or. 204 b, Voce & oratione suppressior.

¶ *Occultatus.* pro Cluen 33 a, Candidati, quorum nummos suppressos esse putarit.

SVPPRIMENDVS, a, um ad Br. 91 b, Audita res erat, & peruulgata: quare supprimenda non fuit.

SVPPRIMO, mis. *sedo.* Tusculan 207 a, Hæc igitur sunt officia consolantium tollere, ægritudinem funditùs, aut sedare, aut detrahere q̃ plurimum, aut supprimere, nec pati manare longius.

¶ *Retineo* pro Clu. 32 a, Capit hoc consilium, vt pecuniam iudicibus polliceatur, deinde eam supprimat.

¶ *Occulto.* pro Cluent. 38 a, Pecuniam acceptam nummi iudicij Fabriani retinuit, atque suppressit. & 31 b, Quæ cùm accepisset a pupillo, suppressit.

SVPPVDET, bat. Ep. 235 a, Puto te iam suppudere cùm, &c. & 126 a, sed quod eorum me suppudebat.

SVPRA, *superà, vltra, loci ratione.* de Natura. 45 a, Homines sub terra habitantes, qui nunquam exissent supra terram. & 49 a, Mare quod supra terram est. de Or. 144 b, Omnia, quæ suprà & subter sunt, vnum esse. Ep. 142 b, supra me Atticus, infra Verius. de Vni. 20 b, Secũdus supra terram ambitus de Som Scip 128 b, supra lunam sunt omnia æterna. I. V. 164 b, de qua muliere versus plurimi supra tribunal scribebantur. de Di. 92 b, Se interfectum in plaustrũ a caupone esse cõiectum, & suprà stercus iniectum. de Diu. 87 a, Cotem illam defossam in comitio, supraque impositum puteal accepimus. Q. Fr. 300 b, Ecce supra caput homo leuis, &c. de N. d. 74 a,

--- *Draco subter supraque reuoluens.* *Sese.* ---

Tuscul 238 a, A sole exoriente supra Mæoti paludes. de Nat. 35 a, Paulo supra quàm ad linguam stomachus annectitur. Or. 209 b, sæpe supra feret quam fieri possit.

¶ *Vltra.* ad Att. 288 a, Potentia quæ supra leges esse velit. de Na. 35 b, Ratio recta constansque, quæ supra hominem putãda est, Deoque tribuenda de Leg. 178 a, Hæc commemoratio vereor ne supra hominis fortunam esse videatur.

¶ *Antea.* in V. 164 b, supra adiecit Æschrio. de Orat. 162 a, Illa quæ suprà dixi.

¶ *Virtute, pondere.* Top. 334 a, Hoc est suprà quam illud. de Na. 54 Hoc est infra quàm illud. Ep. 135 a, b, Pelonis amor in omnes tantus est, vt nihil supra possit esse. At. 209 a, Dialogos absolui, nescio quã bene, sed ita accurate, vt nihil possit supra, *id est, vltra.* Oct. 330 a, supra ætatem, supra consuetudinem, supra etiam mortalitatem tuam tibi sunt omnia tributa.

SVPRASCRIBO, is. pro Cluen. 49 a, Qui eorum? quorum? videlicet, qui suprascripti sunt. Ep. 87, At illa polliceor, quæ suprascripsi.

Svpremvs, a, um. *vltimus, extremus.* pro Mur. 142 a, I. A. 159 b, Quin. Maximus P. Africanum supremu eius die laudauit. Tusc. 163 b, Supremus vitæ dies. de Sen. 93 a, Supremu vitæ die. de Legi. 174 a, Supremu supplicio afficere aliquem.

Svra, ræ. *& curis posterior pars, & crus ipsum.* in Arat.

Iam dextrum genu & decoratam lumine suram.

Tusc. 219 a, Sura ac pulmonibus sisto. Lucilij

Svrcvlvs, li. *planta.* de Oratu. 134 b, Da mihi ex ista arbore, quos seram surculos. & 153 a.

Svrdaster, stri, *qui aures hebetiores habet, qui malè audit.* Tuscu. 150 b, Erat surdaster M. Crassus.

Svrditas, tis. Tusc. 250 b, In surditate quidnam est mali? & ibidem, *de surditate multa.*

Svrdvs, a, um. *qui sensu aurium, vel audiendi caret, auribus captus.* Tusculan. 251 a, de Diuinatio. 110 a, Surdus varietates vocum aut modos noscere non potest. Tusculan. 250 b, In his linguis, quas non intelligimus, surdi sumus pro Font. 279 b, satis est id quod dixi, non surdum iudicem huic muneri præesse.

Svrgo, gis. *de lecto exeo.* Offi. 74 b, Pomponius surrexit è lectulo. de In. 64 a, Ille multo ante lucem surrexit. Att. 259 b, V. iduum, cum ante lucem de Sinuessano surrexissem, veni. &c.

¶ *Quocunque de loco.* in Ver. 235 a, Prætor de sella surrexit, atq; abijt pro S. R. 18 a, Ego potissimum surrexi, qui non sum cum iis qui sedeant, comparandus, I. A. 244 a, semel cecidi sciens, vti honestissimè surgere possem. pro Cl. 27 b, Ego ad respondendum surrexi. de Or. 138 a, Surgere ad dicendum.

Svrreptvs, a, um. I A. 260 a, Parma surrepta.

Svrripio, pis. *clepo, furo, compilo.* de Clar. 171 a, Tu quia a Nævio vel sumpsisti multa, si fateris, vel si negas, surripuisti. pro Do. 226 a, Qui ex eius custodia per insidias filium regis captiuum surripuerat. Epistola. 231 b, Dionysius a bibliotheca multos libros surripuit. de In. 68 b, Surripere vasa sacra ex priuato. Officio. 60 b, In vita sibi quenquam petere quod pertineat ad vsum, non iniquum est: alteri surripere eius non est.

¶ *Capio, eligo, sumo.* Attico. 76 a, Surripere aliquid spacij ad scribendum.

Svrriptor, ris. *abripior, abstraho, clàm auferor.* Par. 126 a, Virtus nec eripi, nec surripi potest.

Svrrogo, as *substituo.* Attico. 166 b, Statim enim Pansa collegam sibi surrogasset.

Svrsvm)(*deorsum.* de Vniu. 203 b, & de Natura. 42 b, Elementis sursum deorsum, vltro citroque commeantibus. de Natura 54 b, Aures eo quòd omnis odor ad superiora fertur, rectè sursum sunt. Ora. 209 b, Cum gradatim sursum versus reditur. Part. 232 a, Et idè sursum versus, retroque dicatur.

☞ Syntaxis. *Sursum ferri, esse. Sursum versus reditur: Sursum versus, retroque dicere.*

Svs, suis. *porcus.* de N. 58 a, sus verò quid habet præter escam? cui ne putresceret, animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus: qua pecude nihil genuit natura fœcundius. de Fin. 133 b, Non inscitè illud dictum videtur in sue, animum illi pecudi datum pro sale, ne putresceret *Nonnum legit, putisceret.* de Diuin. 85 a, sus rostro humi A literam impressit. in Sal. 272 a, Itaque nihil aliud studet, nisi vt luculentus sus quo vis volutari. de Ora. 230 a, Docebo sus (vt aiunt) oratorem illum. &c. Ep. 138 a, Etsi sus Mineruam. de D. 87 a, Sus & virilis & muliebris sexus est.

☞ Syntaxis. *Sus ille lutulentus quo vis volutatur. Sus & virilis & muliebris sexus.*

Svsceptio, nis. de Fin. 97 a, Sic quæ proficiscuntur a virtute, susceptione prima, non perfectione sunt iudicanda. de Fin. 97 a, & Acad. 43 a, Laborum dolorumque susceptio, &c.

Svsceptvs, a, um. *non recusatus, initus.* pro Murę. 126 a, Aliquid aut in Asia susceptum, aut ex Asia deportatum flagitium. Attic. 67 a, Nũc susceptam obiurgationem reprimam. I. P. 92 a, Pontinius religionibus susceptis impeditor. de Diui. 125 b, Hæc hominum errore suscepta sunt. post Redit. ad Quir. 198 a, Vt si meas rationes vnquam vestræ saluti anteposuissem, sempiternam pœnam sustinerẽ mea voluntate susceptam. pro Pomp. 4 a, Meę vitæ rationes ab ineunte ętate susceptę. pro Syl. 172 b, Bellum cum aliquo susceptum pro Q. 15 b, Transigere susceptum negocium. I. V. 218 a, Quo quidem scelere suscepto inanis erat basis. de Or. 118 a, Offensio vel negligencię susceptis rebus, vel perfidiæ receptis.

¶ *Natus ab orte, exceptus.* Att. 281 b, si remp. cui susceptus es, respicis. Att. 196 b, Atque vtinam susceptus non essem. I. V. 260 a, Qui a parentibus suscepti educatique sunt.

¶ *Exceptus, receptus.* pro Mil. 104 a, Vim inter ciues susceptam.

Svscipiendvs, a, um. *ineundus.* Attico. lib 4, Iter Asiaticum puto tibi suscipiendum fuisse. 2. de Legibus sequitur enim de iure belli, in quo & suscipiendo & gerendo & deponendo ius vt plurimum valet. I. Verr. In contentione suscipiendarum inimicitiarum, ridiculum est putare. Off. 28 b, In omni actione suscipienda tria sunt tenẽda: primum, &c.

¶ *Admittendus.* de D. 131 b, Libri sibyllæ valeant ad deponendas potius, quàm ad suscipiendas religiones.

Svscipio, pis. *sumo, capio, recipio.* I. C. 111 b, Illi sine mora negocium susceperunt. At. 235 b, suscipe cogitationem, quidnam mihi agẽdum putes & 133 a, Obsecro te, Cicero, suscipe curam & cogitationẽ dignissimam tuæ virtutis, ut, &c. 141 a, De his rebus rogo uos vt cogitationẽ suscipiatis. de Ar. 245 a, Ille inimicitias suscepit propter salutem meam. de Orato. 93 b, Gorgias, qui magnum quiddam suscipere ac profiteri videbatur. & 94, suscipere ac profiteri magnum aliquod onus atque munus. 16. Fami. Ego A. Varroni diligentissime te commendaui, vt susciperet te totum, ac tueretur. 12. Philip. Admirabantur boni viri accusabant amici, quòd spe pacis legationem suscepissem. ad Quir. post red. sin & ea quæ ante gesseram, &c. & illam miserum profectionem vestrę salutis gratia suscepissem &c. pro Cl. Aliquid culpæ suscipere. 3. Famil. Suscipere beneuolentiam. post Red. in sen. suscipere calamitatem 2. de Fin. & 3. ad Atti. Casum propter fidem constantiamque suscipere. ad Attic. lib. 3, Causam alicuius suscipere. Officio. 1, suscipere nimias celeritates. 6. Fa. suscipere consilium. pro Mur. & pro Pl & 7. Ver. suscipere culpam, vel crimen culpæ. Tusculan. q. lib. 3, & lib. 5. & pro Sest. & pro Dom. sua, suscipere dolorem. 2. de Diuin. Errorem & superstitionem suscipere. in Vati. suscipere gemitum. 2. Philip. suscipere impuritates. Brutus Attico. Qui valentissimum Antonium suscipere pro rep. non dubitaui inimicum. pro Planc. & in Catil. suscipere inimicos. 5. Famil. suscipere inimicitias alicuius. de Ar. Inimicitias propter alicuius salutem suscipere. 1. Offi. Nam aut inimicitias, aut laborem, aut sumptus suscipere nolunt. 6. Phil. suscipere insignia belli. 4. in. Ver. suscipere inuidiã vel offensionem. Cat. suscipere labores diurnos nocturnosq; Offi. 3, Suscipere maximos labores molestiasque. de Finibus lib. 1, Suscipere multos labores magnosque inflammatum spe potiundi voluptatum. de Natura 38 a, suscepit autem vita hominum, consuetudoque communis, vt beneficijs excellentes viros in cęlum tollerent. 5. Ver. Multum negocij suscipere. pro Cecin. Negotia atque controuersias alicuius suscipere. pro Clu. Cæteri non videntur in singulis hominibus multa parricidia suscipere posse, &c. pro Milon. Suscipere partẽ alicuius. pro Sest. suscipere partes defensionis, querelæ, &c. Tuscul. quæstio. lib. 4, suscipere partem vitiorum. Atti. 7, De triumpho hortari, suscipere partes suas. & li. 3, Intelligoque multas partes meę salutis & suscipere, & posse sustinere. 3. de Orat. Patrocinium voluptatis suscipere. 1. ad Attico. suscipere aliquam personam. 9. ad At. Suscipere πολιτεύματα de pace. 7. ad Atti. suscipere πρόβλημα. 5. Fa. suscipere propugnationem pro re aliqua. pro Mil. & 3. Philip. suscipere rem. in Vatin. suscipere sacra. pro Sest. suscipere salutem Reipu. contra aliquem. pro Do. sua, suscipere simultatem & contentionẽ. pro Quin. 14 a, Quod turpissime susceperas, perseuerare & transigere non potuisti. de Vniu. 202 a, Vt igitur mortali generentur conditione, vos suscipite, vt illa gignatis, &c. pro Cæl. & pro Sylla. Redeo nunc ad te Cœli vicissim: ac mihi autoritatem patriam seueritatemque suscipio. 3. ad Quin. F. Suscipiu, vt me putem præstare debere. pro Syl. pro Rab. perduell. Neque enim facinorum tantorum tam atrocium crimen, Iudices, P. Syllæ persona suscipit. 1. de Fin. Quis nostrum exercitationem vllam corporis suscipit laboriosam, nisi vt aliquid ex ea commodi consequatur? ibidem. Sed vt omittam pericula, labores, dolorem etiam, quem optime quisque pro patria & pro suis suscipit, &c. de Ar. 258 a, Atque ego hanc orationem tam tristem non suscepissem, nisi, &c. pro S. R. 37 a, suscipere onus officij, quod te putes posse sustinere, & recipere mandatum. pro Pla. 270 a, Eum tenere cursum, quem a prima ætate susceperis. in Verr. 148 a, suscipere multum negocij. Offi. 17 a, Qui periculosas rerum actiones suscipiunt. Attic. 226 b, suscipiam omnem istam actionem. Epis. 40 a, Suscipere officia & partes pro aliquo. pro Cæci. 288 a, suscipere molestiam pro aliquo. de Ami. 111 a, Omnia alter pro altero suscipiet. Epi. 37 b, Ego autem cum hoc suscepissem, &c. Att. 89 a, In quo magnum odium Pompeij suscepistis. pro Dom. 234 b, suscipere religionem. 7 Verr. Tantúmne igitur laborem, tantas inimicitias tot hominum suscepturus es? ad Brut. lib. 11, Illud tibi persuadeas velim, me omnia, quæ ad tuam dignitatem augendam pertinebunt, &c. summo semper studio suscepturum. pro Clu. Neque mihi quicquam oneris suscepi, quum ista dixi, &c. 3 Of. Suscepisti onus præterea graue, & Athenarum & Cratippi. 15, Fami. Suscepisti partes Consulũ. 2. ad Qo. Fr. 1. in Verr. Suscepit iudiciorum causam, antiquissimamque se habiturum dixit. pro Flacc. Res sibi suscepit gloriæ causa. 7. Ver. Verres ille vetus proditor Consulis, translator Quęsturæ, auersor pecuniæ publicæ, tantum sibi autoritatis in Repu. suscepit, &c. 1. de Nat. deor. & Di. lib. 2, Nec vero desertarum relictarumque rerum patrocinium suscepimus. 3. in Catil. Illi sine mora negocium susceperunt. 5. Ver Susceperas enim liberos non solum tibi, sed etiã patriæ. 2. Ver ad Attic. lib. 3, suscipe causam senatus, vt, &c. 2. Philipp. 106 a, Attende enim paulisper, & cogitationem subij ad punctum temporis suscipe. 5. Famil. Vatinij, Suscipe me. *id est, meo defensionem, vel me defendendum.* 1. ad Atti. suscipe meam deliberationẽ. ad Atti. lib. 12, Quod ad Tironem de Terentia scribis, obsecro te mi Attice, suscipe totum negocium. & lib. 14, Quæris, vt suscipiam cogitationem, quidnam illis agendum putem. pro Mur. 142 b, Istuc me rogari oportet, abs te, an te potius à me, si pro mea salute laborem, periculumq; suscipias? 11. Fa M. Bruti & Cassij, Tu etiam atque etiam vide, quid suscipias, quid sustinere possis.

¶ *Cogito, admitto, committo, patro, concipio.* I. V. 237 b, suscipere scelus. pro Cluent. 53 b, suscipere magnum facinus in se. de Am. 115 b, Animo aut spe maiora suscipere. I. C. 115 b, Dijs immortalibus ducibus hanc mentem voluntatemque suscepi. in Par. Hæreditatis spes quid iniquitatis in seruiendo non suscipit? 11. Philip. Miserior igitur qui suscipit in se scelus, quàm is qui alterius facinus subire cogit.

¶ *Patior, subeo.* pro Sest. suscipere luctum, squalorem, sordes. pro Leg. Manil. & postquam. Non modò adhuc pœnam nullam suo dignam scelere suscepit, sed, &c. 3. Philip. & pro Syl. Maximam turpitudinem

pitudinem suscipere uitæ cupiditate. 5. de Fin. Qui etiam nunc agendi aliquid discendique causa prope contra naturam vigilias suscipere soleamus. pro Mil. suscipere vim. 26 ad Att. Suscipere vit uperationem. pro Cl. 50 a, Suscipere aliquid culpæ recusando. 1. de Inu. Quibus rebus tantum odij atque inuidiæ suscepit eloquentia tua,

¶ *Habeo*. Epi. 72 b, Cum beatissimi sint, qui liberos non susceperunt. pro Cluen. Inuito despondit ei filiam suam illam quam ex genero susceperat. in Ant. 186 b, Ipse ex libertini filia suscepit liberos.

¶ *Amplector*. Offi. 2. Si cuius virtutem suscipiunt.

¶ *Admitto*. de Diu. 256 a, Quæ si suscipimus, & sternutamenta nobis erunt obseruanda pro Cl. Quo tandem Habitus metu adductus, tantum in se facinus suscipere conatus est? *idest admittere*. in Pis. Suscipere fraudem.

¶ *Consto*. I. P. 88 b, & de Offi. lib. 3. Suscipere æs alienum amicorum causa. item, Suscepta fraus.

SVSCIPIOR, ris. Anteq. Exilium quod uirtute suscipitur. de Arusp. Eodem enim tempore & suscipimur in lucem, & hoc cœlesti spiritu augemur. I. A. Quæ docti, ut dixi, à Græcis petere mallent, indocti ne nobis quidem accipiunt, ut frustra omnis suscipiatur labor. pro Fon. 11 a. Magna mehercule causa, Iudices absolutionis cum cæteris causis hæc est, ne qua insignis huic imperio macula atque ignominia suscipiatur. lib. 1. de Fin. Dolores suscipiantur maiorum dolorum effugiendorum gratia. 3 Tus. Si uero non futurum quidem sit, frustra suscipi miseriam voluntariam. Off. 28 b, Nec maior cura & opera suscipiatur, quàm causa postulet. pro Mur. 116 a, Si nullæ inertiæ, nulla inhumanitati culpa suscipitur, ego verò libenter desino. Att. 139 a, Bellum crudele ab aliquo suscipi. de Arus. 259 b, In lucem suscipi. *id est, nasci*. Anteq. 196 a, Exilium quod uirtute suscipitur.

☞ Syntaxis. *Suscepta sua voluntate pœna. Vita ab ineunte ætate suscepta. Susceptum in Asia flagitium. Susceptus & educatus Deo. Suscepta ius inter ciues. Suscipere religionem, curam, negocium, cogitationem, quiddam magnum, ac profecti, onus, & munus, amicum, aliquem totum ac tueri: profectionem, beneuolentiam, calamitatem, casum, causam consilium celeritatem culpam, crimen vituperationem dolorem, errorem superstitionum. Pacem in se suscipere. Inuidiam & offensionem suscipere. Ita consuetudo suscepit, i. e. Parricidia suscipere partus patrocinium, personam alicuius, salutem alicuius. Perseuerare susceptum, & transigere. Suscipere sibi autoritatem patriam, vita cursum honestum. Omnia pro te suscipiam. Suscipere fœdus. Magno animo & spe, in unam voluntatem optimam, luctum sordes, pœnam se indignam, liberos ex aliquam. Exilium uirtutem, magna.*

SVSCITO, as. *summoueo, excito, incedo, exsuscitas*. pro Qu. Ros. 31 a, Te ab tuis subsellijs contra te testem suscitabo. Anteq. 195 a, Qui nouam rationem suscitant, veteres maiorum obterunt laudes. Epist. 169 a, Suscitare bellum ciuile.

SVSCITOR, ris. de Or. 133 a, Iubebis igitur, inquit, te suscitari?

SVSPECTVS, a, um. *suspicionem præbens, in quo subest suspicio alicuius rei, solicitum, habens suspicionem alicuius rei*. pro Pl. 270 a, de Amic. 106 a, In vita tyrannorum omnia semper suspecta atque solicita. I. C. 100 b, Si me meis ciuib. tam grauiter suspectum atque infensum viderē. Tus. 190 a, Medicina animi multis suspecta atque inuisa. Epist. 18 a, Quanquam me nomine negligentiæ suspectum tibi esse doleo. pro Qu. 2 b, Cum sæpe suspectus Quintio Næuius fuisset. Off. 71 a, Cū filius patri suspectus esset de nouerca.

SVSPENDIVM, dij. I. V. 177 a, Vt homines iniuriæ remedium morte ac suspendio quærerent.

SVSPENDO, dis. *ceruices frango*. I. V. 159 b, Hominem corripi ac suspendi iussit in oleastro quadam, & 176 b, Dioclem hominem locupletem suspendisse se constat. de Or. 134 b, Suspendere se de ficu. pro Rab. 92 b, Caput obnubito, arbori infelici suspendito.

SVSPENDOR, ris. Topic. 222 a, Opus quod ita ædificatum est, vt suspendi non possit, *idest, fornix*.

SVSPENSVS, a, um. *anceps dubium, incertus, solicitus*. pro Dom. 232 a, Tota ciuitas suspensa atque solicita est. Atti. 33 a, Suspenso animo solicitoque sum. contra Rul. 65 a, Ciuitas solicita suspicione, suspensa metu, perturbata seditionibus. contra Rul. 79 b, Suspensus & incertus obscura spe & cæca expectatione pendeo. pro Cluen. 28 b, Suspensus incertusque vultus, & 19 a, Ne diutius suspensa oratione mea expectatio uestra teneatur, aggrediar ad crimen, &c. de Clar. 182 b, Iudices oratione suspensos teneri. Attic. 154 b, Tu tuum consilium etsi non in longinquum tempus differs, tamen suspensum me detines. I. V. 238 a, Cum seruitiorum animos in Sicilia suspensos propter bellum fugitiuorum videret. de Orat. 105 b, Suspenso & occupato animo Crassum tibi respondisse uideo. Epist. 40 b, Suspensus expectatione rerum, & 258 a, Suspenso animo expecto, &c. & 171 b, Omnia sunt suspensa propter expectationem legatorum, & 147 b, Tenere aliquem suspensum de aliqua re, & 69 b, Viuendi suspensas habere rationes. Attico. 42 a, Maneo Thessalonicæ suspensus, &c. & 254 a, Existimabam μετεωρότερον esse, & hercule erit, & maxime de Iudis. I. A. 209 b, Animus aberrat à sententia, suspensus curis maioribus.

¶ *Pendens, euersus*. Tus. 189 b, Equi Pelopis, qui per undas currus suspensus rapuisse dicuntur.

¶ *Sublatus*. contra Rullum 85 b, Roma cœnaculis sublata atque suspensa.

☞ Syntaxis. *Suspensus & solicitus. Animo suspenso & solicito. Metu suspensum. Suspensus & incertus obscura spe. Suspensus, incertusque vultus. Iudicium expectationem tenere oratione suspensa. Detinere aliquem suspensum. Omnia suspensa propter expectationem legatorum. Viuendi suspensas habere ratione. Curis suspensus animus.*

SVSPICIENDVS, a, um. *venerandus*. de Diu. 139 a, Æternam naturam esse suspiciendam, admirandamque hominum generi.

¶ *Aspiciendus*. de Natu. 47 a, Eius cum totius est præclara species, in primis suspicienda est capitis figura.

SVSPICIENS, tis. Tus. 242 a, Hæc ille intuens atque suspiciens, uel potius omnes partes horasque circumspiciens, considerat, &c.

SVSPICIO, cis. *aspicio*, de Nat. 26 b. Cum cælum suspeximus, cœlestiaq; contemplati sumus, & 35 b, Epicurus cœlum non suspexit. de D. 123 b, Ille autem nec suspicit, nec circumspicit Acad. 20 b, Pisces, qui neque uidentur a nobis, & nunc quidem sub oculis sunt, neque ipsi nos suspicere possunt. in Arat. de At. 248 a, & de Som. 226 a, Suspicere in cælum.

¶ *Veneror, miror*. Offi. 34 a, Suspicere uirtutem alicuius. Orat. 205 b, Eloquentia, quam suspicerent omnes, quam admirarentur, quam assequi se posse diffiderent. Epist. 149 a, Sic honores muneraque uestra suspicio, ut, &c.

☞ Syntaxis. *Suspicere cælum, & in cælum. Virtutem suspicere & admirari.*

SVSPICIO, onis. *coniectura, scrupulus, metus incerta, opinio*. ad Here. 37 a, Attico. 126 b, Cùm ad te literas misissem, suspicionem nullam habebam, te Reipublicæ causa mare transiturum, & 253 b, Hæc nauigatio habet quasdam suspiciones periculi. de Orato. 134 b, Salla sunt etiam, quæ habent suspicionem ridiculi absconditam, & ibid. Quæ suspicionem & crimen efficiunt. Epist. 214 a, Deponere suspicionem, quam de aliquo habeas, & 45 a, Ne cui suspicionem fictæ reconciliatæ gratiæ darem de Ar. 252 a, Multi sunt, in quos huius maleficij suspicio cadat. Att. 207 a, In quem ne si insidijs quidem ille interfectus esset, caderet ulla suspicio. de Or. 139 a, Vitanda est ingenij ostentationisque suspicio. Attico. 106 b, Suspicionem mihi tua taciturnitas attulerat. ad Here. 32 b, Occulte facere suspicionem. pro Cæl. 39 a, Quoad M. Cælij, dare potuit suspicioni locum. in Ver. 206 a, & in Anton. 155 a, Quos doleo in suspicionem populo Romano uenire. in Vat. 29 a, Etiamsi falso uenisses in suspicionem. pro P. Sest. 42 a, Qui non modò à facto, sed etiam à conscientia suspicione abest. pro Cæl. 48 b, Possum omnia latebras suspicionum peragrare dicendo. contra Rul. 65 a, Ciuitas solicita suspicione, suspensa metu. Att. 277 a, Audiuimus eum uenisse in suspicionem Torquato de morte Pansæ. pro Flac. Decianus qui tibi in suspicionem nullo suo delicto uenit. & ibid. Nunc facis suspicionem. pro Cluen. 55 b, Omnis suspicio in eos seruos commouebatur. Epi. 27 a, Mouere suspicionem alicui. I. V. 237 a, Leonidæ cuiusdam familia in suspicionem est uocata coniurationis. pro Cluen. 44 a, Non omnes in culpa sunt à suspicione ponendi, & 56 a, Noui quidam homines in suspicionem uocati sunt, & 39 b, Cum tam atrocis rei suspicio esset mixta. cont. Rul. 82 a, Tenuissima suspicione hostium iniecta. pro Clu. 54 b, Ea res satis firmā veneni suspicionem non habet, etsi esset suspiciosum, tamen ad me non pertineret. pro Mil. in Anto. 182 a, & 15 a, Incidere in suspicionem regni appetendi. Q. F. 292 a, Qui tibi nunquam in suspicionem auaritiæ uenerit. I. V. 248 b, Iudex bonus esse nemo potest, qui suspicione certa non mouetur. Antequam 196 a, Expurgare, suspicionem dimouere. pro Cl. 32 b, Cannitius, qui quodam odore suspicionis stalenum corruptum esse sensisset. pro Q. 12 a, & pro S. R. 23 a, In qua re nulla subest suspicio. pro Plan. 260 a, Sed etiam largitionis recipienda suspicio. de Or. 123 a, Opinionem istorum studiorum & suspicionem artificij apud iudices oratori aduersariā esse arbitror. pro Plan. 270 a, Quanquam ne id quidem suspicionem factionis habuerit. de Or. 119 b, Dicam enim non reuerens assentandi suspicionem. Att. 128 b, Fugere suspicionem perfidiæ. cont. Rul. 64 a, Hæc à me suspicionibus & coniectura coarguuntur. de Cl. 168 a, Suspicio est, illū ueneno sibi consciuisse mortem. Q. F. 395 b, In quibus non potest, residere inertiæ ulla suspicio. in Ant. 159 a, Atque utinam ut culpam, sic suspicionem uitare potuisset, & 255 a, At suspicioni crimen, aut inuidiæ materiam dedisse uidebamur, & 161 b, In eandem suspicionem cadere collega tuus non potest.

¶ *Opinio, cogitatio*. de Nat. 14 a, Esse gentes immanitate sic efferatas, ut apud eas nulla suspicio deorum sit. de N. 72 b, Hoc non modo comprehendere animo, sed ne suspicione quidem possunt attingere. Att. 127 b, Suspicione assequi aliquid non posse.

☞ Syntaxis. *Suspicionem habere magnam. Hæc res, ut nauigatio suspicionem habet. Falsa habent ridiculi suspicionem. Id efficit suspicionem. Suspicionem efficere, dare, facere, deponere. In Cas. non cadit suspicio crudelitatis. Dare locum suspicioni. Ille venit bonis in suspicionem. A conscientia suspicione abesse. Magna in te unum suspicio commouetur. Poni in suspicione, vocari. Suspicionē iniicere. In suspicionē regni incidere, cadere. Suspicione certa moueri. Suspicionem dimouere, expurgare. Odorem suspicionis sentire. Opinio & suspicio artificij apud sapientes iudices aduersaria est oratori. Suspicionibus et coniectura coarguere. Neque ulla apud impium est. Dei suspicio. Suspicione assequi, attingere.*

SVSPICIOSE, sius. *credibiliter, criminosè*. pro S. R. 27 a, Criminosè & suspitiose dicere & arguere. pro Deiot. 146 b, Suspiciosius dicere * ibidem. At quam non modo non credibiliter, sed ne suspiciose quidem, de Clar. 176 a.

SVSPICIOSVS, a, um *suspicionem præbens & suspiciens*. I. V. 250 b, Te conscientia timidum suspiciosumque faciebat. Qu. Fr. 292 a, Esse nimis durum & suspiciosum in suos. Ep. 4 b, Etiam ipso suspiciosissimo tēpore Caniniano. pro S. R. 21 b, Quod adhuc est suspiciosum, res ipsa perspicuum faciet. *idest, dubium & obscurum*. Part. 240 a, Suspiciosum crimen. ad Her. 8 a, Rem perspicuam, non suspiciosam uideri

uportere,

oportere. pro Fl. 160 a, Suspiciosa & maledica ciuitas, & 147 b, Suspiciosissima ciuitas. pro Clu. 54 a, Ea res satis firmam veneni suspicionem non habet, etsi esset suspiciosum, tamen ad alios potius quàm ad habitum pertineret. de Cl. 176 a, Qui suspiciosius aut criminosius diceret, audiui neminē. de Am. 108 b, Esse suspiciosum, & semper aliquid existimantem ab amico esse violatum.

☞ Syntaxis. *Conscientia facit timidum & suspiciosum. Durus & suspiciosus in suos. Tempora suspiciosa. Id suspiciosum est. Hoc suspicionem habet.*

Svspicandvm de Cl. 169 b, Tantummodo coniectura ducor ad suspicandum.

Svspicans, tis de Cl. 192 b, Is tu comparas hominem Tusculanum, nondum suspicantem quale esset copiosè & ornatè dicere.

Svspicor, aris. *suspicione assequor, suspicione attingo, suspicionem habeo.* Att. 109 a, Scribe non modo si quid scies, aut audieris, sed etiam si quid suspicabere, & 101 a, Suspicabar, vel potius intelligebam nihil esse, &c. de Cla. 169 b, Ex monumentis suspicari de aliquo. pro Syll. 576 a, Defendit eum de quo nihil est suspicatus. de Ora. 91 b, Nos in amicorum negotijs res ipsa ante confecit, quam possemus aliquid de tantis rebus suspicari. pro Cl. 23 a, Suspicari aliquid mali. At. 121 b, Autoritate tua permotus, ut suspicor quid enim aliud putem? & 283, Suspicor illud tibi non probari, quod, &c. & 280 b, Quod velim temerè de illo suspicari sint homines, & 248 a, Nihil eram suspicatus de tabulis. pro Sex. Ros. 37 b, Qui de eius scelere suspicari nihil potuerunt. pro Mil. 13 a, Ciues de Repub. optime meriti, in quibus homines non modò res præclarissimas obliuiscuntur, sed etiam nefarias suspicantur.

¶ *Cogito, re: ... .* de N. 7 b, Deus, in quo neque figuram diuinam, neque sensum quisquam suspicari potest. 8 a, Nec Protagoras quicquam videtur de natura deorum suspicari. Epist. 11 a, & 60 a, & de Fin. 93 a, Certi homines, quos iam suspicari debes. Orat. 209 a, Verum hæc vis, quam quærimus, quanta sit, suspicemur, quoniam exēpla non habemus. de Or. 144 a, Vt maius quiddam de L. Crasso, quā quantum à nobis exprimetur, suspicetur.

¶ *Spero.* Epist. 5 b, Valde suspicor fore, ut infringatur hominum improbitas.

Svspirivm, rii, *gemitus, etiamsi sit aliquid discriminis. vtrumque tamen Ciceronis est iudicium.* Att. 16 b, Quem nemo aspicere sine suspirio posset, & Tus. 225 a, Siue cura, siue suspirio.

Svspiro, as. Attico. 16 a, Neminem habeo quocum aut iocari liberè, aut suspirare familiariter possim. de Diuina. 89 a, Suspirantibus curis.

Svsqve deque: *id est, non laboro, non sum sollicitus dilatio.* Att. 224 a, Nam de Octauio susque deque.

Svstentandvs, a, um. I. C. 110 a, Id malum opprimi sustentando, & prolatando nullo pacto potest, quacunque ratione placet, celeriter vobis iudicandum est.

Svstentatio, onis *dilatio.* de In. 80 b, Deinde vtrum statim fieri necesse sit, vtrum habeat aliquam moram & sustentationem.

Svstentatvs, a, um. pro Cor. 124 b, Is cui resp. à suis magna traditur sustinenda, magnis meis laboribus sustentata. de Ora. 105 b, Cum is iurisconsultus fuerit superior discessurus, qui esset non iuris ciuilis scientia, sed eloquentia sustentatus.

Svstento, tas *sustineo, alor.* de Pro. 71 b, Qui se etiam nunc subsidijs patrimonij aut amicorum liberalitate sustentant. Postq. 106 a, Qui egestate domestico latrocinio sustentauit. pro Cæl. 45 b, Egestatem alicuius suis impensis sustentare. Epi. 56 b, Quorum opibus casus meos sustentabam. pro R. P. 153 a, Fide sustentare amicos. Epi. 81 a, Tu velim te tua virtute sustentes. & 95 b, Sustentare ac tueri imbecillitatem valetudinis. pro Flac. 146 a, Spes, quæ hominum mentes cogitationesque sustentat. At. 144 a, Me adhuc tuæ literæ sustentarunt. pro Mil. 121 a, Nunc me vna consolatio sustentat, &c. Att. 41 a, Me vix misere sustento, &c. pro Fl. 148 b, Noster autem testis vt sui ipse sustentatur, vt omnia verba moderatur. Ep. 70 b, Sustentare se conscientia optimorum consiliorum. I P. 98 a, Cum sustentare vix posses mœrorem tuum doloremque decessionis.

Svstentor, ris *confirmor.* Quint. Fra. 319 a, Ædificationem arcam ad tuum aduentum sustentari placebat. Tuscu. 200 a, Per animum ipsi tam natura hominis vitam sustentari, quàm vitis, quam arboris, & 157 b, In quo animus nulla re egens, aletur & sustentabitur ijsdem rebus, quibus astra sustentantur & aluntur. de D. 137 a, Animi vigilantium sustentantur membris, & corpore, & sensibus, quæ cum subtracta sunt, &c. pro Mil. 121 a, Ea consolatione sustentor, quam &c. At. 156 b, Præclara conscientia sustentor. Qu. Fr. 308 b, Cato, à Crasso sustentatur, & 326 a, Augor mi frater, nostrum hoc tempus ætatis aut forensi labore iactari, aut domesticis literis sustentari. Offi. 51 b, Valetudo sustentatur notitia sui corporis. At. 60 b, Literis sustentor & recreor.

☞ Syntaxis. *Suos casus opibus alienis sustentare. Sustentare ac tueri valetudinis imbecillitatem. Spes mentem cogitationemque sustentat. Conscientia præclara sustentari. Sustentari, & recreari.*

Svstinendvs, a, um. Q. F. 209 a, Animus in maximis rebus gerendis, & sustinendis exercitatus. Antequam 193 a, Vt leuis sit labor defensoris sustinendus.

Svstineo, nes, *fulcio, tueor, corruere non sino, fulcio, labentem excipio, contineo.* Postq. 106 a, Quorum mentes angustæ & humiles, magnitudinem tanti imperij sustinere non possunt. pro Dom. 213 b, Hi tales viri, qui non solum consilijs suis, sed species ipsa dignitatem Reipu. sustinent, & 242 a, Remp. in hac causa vestris ceruicibus sustinetis, pro Cel. 47 a, Fieri non potest, vt quisquam tantum onus non modo agendo, verumetiam cogitando possit sustinere. de Am. 110 a, Tantum cuique tribuendum est, quātum quisque potest sustinere. item ibi Deferre aliquid ad alterum, quod ille non possit sustinere. Epist. 145 b, Interim maximam hic solicitudinem curamque sustineo. & 84 a, Quia non putat se sustinere causas posse multorum. I. V. 161 a, Cuius mortis caussam fugitiui sustinent. Att. 101 b, Sustinere culpā alicuius rei, & 138 b, Corpore vix sustineo grauitatem [illegible] huius. Att. 130 b, Neque solùm cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris. pro Quin. 12 b, Alicuius quotidianum conuicium sustinere. de Ora. 188 a, Tres personas vnus sustineo summa animi æquitate, meam, aduersarij, iudicis. de Cl. 274 b, Rutilius magnum munus de iure respondendi sustinebat. pro S. R. 37 a, Suscipere aliquod onus, quod sustinere nō possis. I. V. 293 [illegible] Fungi ac sustinere aliquid muneris in rep. Ep. 24 a, Sustinere onera in rep. Att. 177 a, Nihil est mali, quod non & sustineam & expectem. de Cla. 156 b, Sustine aliquem dolorem præter cæteros. pro Flac. 153 a, Est enim credo is vir iste, vt ciuitatis nomen sua autoritate sustineat. Tusc. 131 a, Ferre & sustinere seruitutem. pro Dom. 233 b, Eandem pœnam ego subibo & sustinebo. Postquam 198 a, Sempiternam pœnam sustinerem, &c. I. C. 102 a, Vix molem istius iniuriæ sustineo. Ep. 61 b, Quæ, &c. omnibus meis viribus sustinebo. Att. 43 a, Sustinebimus vos, & spe qua iubes vitemur.

¶ *Duro, perfero, resisto, tolero.* Ep. 185 a, Brutus enim Mutinæ vix iam sustinebat.

Svstineor, ris. Att. 210 a, Sed arbitrabar sustineri remos, cum inhibere essent remiges iussi. I. V. 150 a. Hac prouincia alimur & sustinemur. Ora. 208 a, Quod cùm rapide fertur, sustineri nullo modo potest. de N. 77 a. Pateræ coronæque quę simulachrorum porrectis manibus sustinebantur. I. C. 122 a, Omnis opera equestris, artificum frequentia sustinetur, alitur, ocio.

¶ *Occultor, contegor.* Ep. 14 a, Fronte ac vultu, quibus simulatio facillime sustinetur. in Verr. 78 a, Iudices sustinebunt tantæ populi Romani voluntati restitisse? sustinebunt. Ep. 18 a, Sustinere expectationem sui concitatum, & 20 a, Sustinere beneficia in se collata, & 21 a, Sustinere officium. Acad. 13 a, Sustinere se ab omni assensu. Tusculan. 217 b, Sustinere se. Ep. 129 b, Meque sustinebam, ne, &c. Ac. 23 b, Sustinere equos. ad At. 210 b, Sustinere currum. Aca. 26 a. Cum sit à respondendo, vt aut approbet quid, aut improbet, sustineat. Acs. Sustineri assertionem. ad Att. 203 a, Sustinenda est solutio nominis [illegible]liani, dum de Faberio sciamus. *id est, differenda.* I. A. 212 a, O dij, quis huius potentiam poterit sustinere? de Sen. 77 b, Onus Ætna grauius sustineo, & 83 b, Cum humeris bouem sustineret viuum. ad Att. 15 a, Laborem propter ambitionem [illegible] 155 b, Proximus sustinui me in arcano fratris, & 134 a, Puto fore, vt me præsentem non sustineat. Offi. 53 b, Sustines enim magnam expectationem imitandæ industrię nostræ magnum honorum, nōnullam fortasse nominis. de Sen. 84 a, Sustinere munera. de Am. 108 a, Est igitur prudentis, sustinere vt cursum, sic impetum beneuolentiæ. pro Deio. 150 b, Ille. n. furoris mulctam sustinuerat, hic erroris. Ep. 174 b, & pro Mil. 106 a, Totum hoc negocium ipse guberno & meis humeris sustineo. pro R. P. 129 b, Labentem excepit, corruere non siuit, fulsit, sustinuit, re, fortuna, fide: hodieque sustinet.

☞ Syntaxis. *Sustinere curam solicitudinem, culpam, cœli grauitatem, personas plures, onus & munus, dolorem. Sustine te et ipse [illegible] Ali & sustinere agros. Sustineo beneficia quamuis præclara, remos, flumina. Lab[illegible] excipere, ruere [illegible] finere, fulcire, sustinere. Sustinere currus, equos. Sustinere se ab assensu. Sustinere fronte simulationem.*

Svstvli, sti: sublatum. *extuli.* ad Att. 91 a, Salaminij nos in cęlum decretis suis sustulerunt. de Natura 75 b, Sol in currum Phaetontem filium sustulit. I. V. 77 b, Verres ciues Romanos in crucem sustulit. pro Deiot. 149 a, Cùm eum plures in equum sustulissent, vix hærere in eo senex poterat. Ep. 98 b, Sustulimus manus ego & Balbus, & 268 a, Oculos paululum sustulerunt. ad Att. 39 a, & Hortensius laudes nostras sustulit.

¶ *Emitto.* Q. F. 306 b, Clamorem satis magnum sustulerunt. de D. 97 a, Quo aspectu exterrita nutrix clamorem sustulit.

¶ *Rapio, amoueo, detraho, aufero, tollo, perdo* ad Att. 19 a, Cępionem de oratione sua sustulit, quem antea nominarat. Ep. 13 b, Exemplū præclarissimum vindicandæ seditionis de rep. sustulerunt. Aca. 16 a, Sublata assensione, omnem motum animorum sustulerunt. de D. 81 a, Xenophanes diuinationem funditus sustulit. in Ant. 153 b, Dictaturam funditus de rep. sustulit. de D. 82 a, Pro S. R. 30 a, Nonne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse? de Natura 76 a, b, Varius Drusum ferro, Metellum veneno sustulerat. Offi. 8 a, Maiores nostri Carthaginem & Numantiam funditus sustulerunt. ad At. 243 b, Eam rem Seruilia sublaturam ex S. C. se esse dicebat. de Leg. 156 a, Orithyiam Aquilo sustulit. de Or. 159 a, Cum verba iacentia sustulimus è medio.

¶ *Excipio.* Q. F. 312 b, Sustulit. *i. hospitio accepit.*

¶ *Suscipio.* pro S. R. 20 a, Plus oneris sustuli, quam ferre possum.

¶ *Gigno, suscipio* in Ant. 251 a. Qui ex eadem sustulit liberos.

Svsvrratio, onis. *susurrus.* Ep. 113 a, De Cæsare crebri & non belli rumores, sed susurrationes veniunt.

Svsvrrvs, ri. Tus. 248 a, Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat, aquam ferentis mulierculę, vt mos in Gręcia est, insusurrantisque alterisque alteri.

Svtor, oris. *qui calceos suit, vel facit.* pro Fla. 149 b, Sutores & zonarij.

Svtorivs, a, um. Epist. 139 b, Sutorium atramentum. Att. lib. 6. Vestra enim

enim credo grauius habent, Turpionem Sutorium & Vectium mancipem.

SVVS, a, om. in Ant. 237 a. Animus Hortensij dignus & ipso, & maioribus suis pro Mil. 104 b, Quasi Appius ille cæcus uiam munierit, ubi impune sui postea latrocinarentur. pro Sex. 27 b, Hunc sui ciues e ciuitate eiecerunt. de Diu. 124 b, Antiquo rem Deiotaro fuisse laudē, quàm possessionem suam. de Leg. 174 b, Suos deos aut nouos coli, confusionem habet religionum. pro Qu. 5 a, Alphenus utebatur populo sane suo. contra Rul. 76 b, Petere consulatum anno suo. de Ora. 158 a, Placeatne à Carthaginensibus captiuos nostros, redditis suis, recuperari. de Cla. 165 a, Hortensius à uita cessit, suo magis quàm ciuium suorum tempore. pro Sylla. 180 b, Tamen illum ulciscentur mores sui. de Fin. 108 b, Is poterit semper esse in disputando suus. de O. 104 b, Sua cuique uirtuti laus propria debetur. ad At. 236 a, Suos quisque debet tueri. de Orat. 253 a, Poematis tragici, comici, & reliquorum, suum quoduis est diuersum à reliquis. de Orat. 114 b, Qui profitetur esse suum, facere aliquid. Epist. 47 b, Aliquid, atque adeo multa addunt atque afferunt de suo, & ibidem: Abesse à suis. ad Ac. 204 b, Ariarates pedem vbi ponat in suo non habet. de Orat. 143 b, Crassus suapte interfectus manu. de Na. 73 b, Minerua patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem. de Ora. 112 b, Quasi nihil possit dici sine præceptis suis, *id est eius*. de Inuen. 68 a, Hunc pater suus deduxit, &c. *id est, pater eius*. ad Att. 249 a, Vt spectē ludos suos. *id est illius*. pro Quin. 36 b, Defensus à necessario suo. *id est illius*. Epist. 128 a, b, Cùm ille scripsisset, &c. Scripserunt ad eum sui, ne id faceret. de Amic. 97 b, Factus est Cos. 13. primum ante tempus, iterum sibi suo tempore, Resp. pene serò. Epi. 58 a, Qui me optime consulentem, saluti suæ malebant, &c.

☞ Syntaxis. *Ego meum esse profiteor. Semper tuus eris in disputando, Addere de suo, afferre, soluere.*

SYBOTA, orum. *insula*. Att. 72.

SYDVS. L. SIDVS.

SYLLA, læ *Sulla*. Att. 106 a, pro Qu. 14 u, Emisti bona Sex Alpheni L. Sylla dictatore uendente. pro S. R. 22 a, Sylla felix.

SYLLANVS. Att. 161 a.

SYLLATVRIT. *proscripturit*. Att. 145 b, Syllaturit animus eius, & proscripturit.

SYLLABA, bæ. Parad. 129 b, Si uersus pronunciatus fuerit una syllaba longior aut breuior. de Or. 160 a, Clausulam longa syllaba terminari, & 105 b, Leguleius anceps syllabarum.

SYLLABATIM. Acad. 30 b, Cum syllabatim Stoicus ista dixerit, ad Att. 213 a. Dictare alicui syllabatim.

ΣΥΛΛΑΒΟΣ, v. L. INDEX.

SYLLANVS, a, um. *Sullanus*. contra Rul. 58 b, Qui nos Syllanos in inuidiā rapit.

SYLVA, uæ. Attico, 190 a, Lumē me in syluam abstrudo densam atque asperam. de Ora. 88 a, Genus humanum in montibus ac syluis dissipatum. de Diu. 104 a, Multos nemora & syluæ commouent. contra Rull. 61 b, Sylua Scantia. de Orato. 144 b, Locus in media sylua maximè opacus & frigidus. Quin. Fra. 318 a, Palæstra & sylua uiridicata.

¶ *Vbertas, materia, copia*. de Orato. 152 b, Sylua rerum ac sententiarum comparanda est. de Vn. 50 a, de Or. 109 b, Hoc in genere (nam quasi syluam uides.) omnis eluceat oportet eloquentiæ magnitudo, Ora. 198 a, Omnis ubertas, & quasi sylua dicendi, ducta ab Academicis. de Ora. 153 a, Cui loco est omnis uirtutum & uitiorum sylua subiecta.

☞ Syntaxis. *Sylua densa, aspera. Sylua viridicata. Opacus & frigidus in sylua locus. Vbertas ac sylua.*

SYLVANVS deus. de N 44, Accij.

SYLVESCO, scis. *quasi in syluam cresco*. de Sen. 88 a, Vitis putanda est, ne syluescat sarmentis, & in omnes partes nimia fundatur.

SYLVESTER, vel SYLVESTRIS, re. de N. 24 b, Loca syluestribus sepibus densa, & 52 b, Montes uestiti ac syluestres, & 46, Vita syluestrium. de L. 159 a, In spacijs syluestribus. de In. 43 a, In syluestribus tectis. de Am. 107 a, Locis delectamur montuosis & syluestribus. Tus. 244 a, Non montiuagos & syluestres cursus patiuntur. pro Cæl. 42 b, Luperci, quorum coitio illa syluestris &c. de Cla. 188 a, Cotta alia quadam inculta & syluestri uia ad eandem laudem peruenerat.

☞ Syntaxis. *Loca syluestria, montes, sepes, spacia, tecta, cursus, coitio, inculta & Syluestris via.*

ΣΥΜΒΟΛΟΝ. L. NOTA.

SYMPATHIA, thiæ. *conuenientia & coniunctio naturæ*. de Diu. 134 a, & 137 b, & de N. 65 a, Video sympathian, & ibid. Continuatio coniunctioque naturæ, quam, ut dixi, συμπάθειαν uocant, eiusmodi, ut thesaurus ex ouo intelligi debeat. de Di. 115 b, Cognatio naturæ, & quasi concentus atque consensus, quàm συμπάθειαν Græci uocant.

☞ Syntaxis. *Sympathia, continuatio, coniunctio, cognatio, concentus, consensus, synonyma.*

SYMPHONIA, iæ. *concentus. cithara*. in Ver. 170 b, Cùm in eis conuiuijs symphonia caneret, maximisque poculis ministraretur, & 242 a, In Ver. 256 b, Reduci e conuiuio cum cantu & symphonia. pro Cæl. 44 b, Accusatores crotus & symphonias iactant. Epi. 159 b, Symphoniā Lisonis uellem uitasses, ne in quartam hebdomadam incideres.

SYMPHONIACVS, a, um. *citharœdus, vel fidicen, seu tibicen*. in V. 63 b, Symphoniacus seruus, & 248 a, Symphoniaci homines Sex. pro Mil. 133 a, Milo tum casu pueros Symphoniacos uxoris ducebat.

SYMPHERATIONES, *curiales, tribules*. de Leg. 170 a.

SYMPOSIA. L. CONVIVIVM.

ΣΥΓΚΑΤΑΘΕΣΙΣ. L. ASSENSIO, & APPROBATIO.

ΣΥΝΑΓΩΓΗ. L. COLLECTIO.

SYNCERE. *candide, vero, ingenue*. At. 46 a, Crassi libertum mihi puto syncere locutum, & 146 b.

SYNCERVS, a, um. *purus, verus, integer*. pro Fl. 165 a, & εἰλικρινής. Qu. Fr. 310 b, Ep. 222 b, Hoc mihi da, vt M. Curium syncerum integrumq; conserues. de Cl. 391 b, Thucydides pronunciator syncerus & grandis etiam fuit. Or. 199 a, Prudens syncerumque iudicium. Off 36 a, Perspicere quid in quaque re uerum syncerumq; sit. de Cl. 183 b. Nihil erat in eius oratione nisi syncerum, nihil nisi siccum atque sanū. pro Q. 5 b, Nihil est iam sanctum atque syncerum in ciuitate. de Di. 113 a, Quo licet existimare, in alijs quoque oraculis Delphicis aliquid non synceri fuisse. de Am. 113 b, Syncerus, uerus.) (. *Simulatus, fucatus*. At. 159 a, Nihil simplex, nihil syncerum.

☞ Syntaxis. *Amicum syncerum integrumque conseruo. Syncerus pronunciator. Prudens syncerumque iudicium. Quod in quaque re uerum syncerumque sit. Syncera, sicca, sana prorsus, sancta synceraque ciuitas.*

SYNECDOCHE. L. INTELLECTIO.

SYNEPHEBI, *Cæcilij comœdia*. de Sen 81 a, de Op. 244 b, & de Fi. li. 1.

SYNGRAPHA, phæ. *chirographum, cautio*. de Ar. 150 b, Alterum putabo regem, si habuerit, unde tibi soluat, quod ei per syngrapham credidisti. Ep. 103 a, Tanquam enim syngrapham ad Imperatorem attulisses, non epistolam, sic pecunia ablata domum redire properabas. pro Mur. 132 b, Pergitisne uos tanquam ex syngrapha agere cum populo? vt quem locum semel honoris cuipiam dedit, eūdem reliquis honoribus debeat? I. A. 178 a, Syngrapha sestertij centies per legatos facta est in gynæceo. I. V. 206 b, Ille Cybiram cum inanibus syngraphis venerat. pro Do. 239 a, & de Arusp. 251 b, Facere syngraphas cū aliquibus. At. * Lex Gabinia de syngrapha, & de versura.

☞ Syntaxis. *Credere alicui per syngrapham. Ex syngrapha agere, cum. & tanquam ex syngrapha. Cum inanibus syngraphis redere.*

SYNNADA, dæ, vel SYNNADA, arum. *oppidum in Asia*. At. 76 b, & 97 a.

SYNNADENSIS, se. Att.

SYNODIA *conuentus, comitatus, colloquium*. At. li. 10, Si uir esse uolet, præclara synodia: sin autem, erimus nos qui solemus.

ΣΥΝΤΑΓΜΑ. L. LIBER.

ΣΥΝΤΑΞΙΣ. L. COMPOSITIO.

SYRA, arca. Quin Fr. lib. 2.

SYRACVSANVS, na, num. I. V. 111.

SYRACVSIVS, *Phylistus historicus*. de Or. 113 b, & de Diu. 88 b.

SYRACVSÆ, arum. *vrbs Siciliæ*. in Verr. 227 b, Descriptio Syracusarum.

SYRIA, riæ. pro Do. 317 b, Illa opima fertilisque Syria. in An. 238 a, Tāti eius nominis in Syria atque phœnicia est.

SYRIACVS, a, um. Q. F. 300 b, Syriacus, & Syllicicensis prætor, & 314 b, Syriaci publicani.

SYRIVS, a, um. de N. d. 67 a, Piscem Syrii venerantur. *al. Syri.*

SYRTIS, tis. *salebra in mari, locaque periculosa, vbi fluctu trahente modò harena debiscunt, modò in aggeram cumulātur*. de Or. 157 b, Syrtim patrimonij scopulum libentius dixerim.

SYRVS, a, um. de Prou. 71 a, Iudæi & Syri, nationes natæ seruituti Syri uenales. L. Venalis. I. V. 164 b, Solere aiunt barbaros reges Persarū ac Syrorum, plures vxores habere.

SYTTIRÆ, arum. L. SITTTRÆ.

ΣΥΖΥΓΙΑ Topic. 224 a, Locus ex coniugatione, quàm Græci συζυγίαν vocant.

T

T *Litera Latinis consonans ac muta.*

¶ *Appellatur à Cic. litera insuauissima*. Or. 212 b.

TABELLA, læ. *litera, codicilli*. de Cl. 174 a, Tabella data quàm legem L. Cassius tulit. de Amic. 104 a, Videtis in tabella, quanta jam antea facta sit labes, primo Gabinia lege biennio autem post Cassia. pro Fl. 165 a, Cum tabella uobis dabitur judices, non de Flacco dabitur solum, dabitur de bonis omnibus. pro Plan. 282 a, Populo grata est tabella, quæ frontes aperit, hominum mentes tegit, datque eam libertatem, ut quod uelint, faciant. I. P. 100 a, An ego expectem, dum de te quinque & septuaginta tabellæ diripiantur? I. V. 58 b, Tabella cerata cera legitima, non ita infami ac nefaria. de Leg. 191 a, Non fuit latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus, quid quisque sentiret, tabella uitiosum occultaret suffragium. I. P. 80 a, Me uniuersa, ciuitas non prius tabella, quàm uoce prior consulem declarauit. contra Rull. 66 b, Meis comitijs non tabellam indicem tacitæ libertatis, sed uocem unam præ uobis indicem uestrarum ergo me uoluntatum ac studiorum tulistis. I. C. 133 a, Introductus Statilius, cognouit manum & signum suum, recitatæ sunt tabellæ Tusc. 234 b, Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum, & testificaris, quid dixerim aliquando, aut scripserim.

¶ *Sumitur pro voti tabula, in qua pictum erat, ex quo quis periculo euasisset*. de Nat. 78 a, Nonne animaduertis ex tot tebellis pictis, quàm multis uotis uim tempestatis effugerint, in portum salutisque peruenerint.

☞ Syntaxis. *Obsignare citare tabellas.*

TABELLARIVS, a, um. *tabellaria lex, de suffragijs liberè ferendis, non voce & apertè, sed tabella*. de Cl. 174 a, Lex tabellaria à Gabinio primum, deinde à L. Cassio lata, & de Am. 104 a, L. Leges Mariæ.

TABELLARIVS, rij, *nuncius qui literas fert.* Epi. 188 a, Scripsi ad te, tabellarios complures Romam misi. de Pro. 78 a, Alterum, si tabellarij nō cessErint, necesse est, &c. I. A. 175 a, Ianitor, quis tu? a Marco tabellarius. Att. 7 a, Non inuenio fidelem tabellarium. & 131 b, Sed si dedita opera, cùm causa nulla esset, tabellarios ad te cum inanibus, epistolis mitterem, facerem inepte ad Per. lib. 9, Duabus tuis epistolis respondebo vni, quam triduo antè acceperam à Zeto: alteri, quàm attulerat Phileros tabellarius 15, Fami. Tabellarius flagitat *sub, literas,* 15. ad Attic. Tabellarius diligenter mihi fasciculum reddidit. ad Quinct. Fra. Tabellarius locuples, 1. ad Tabellarium fidelem non inuenio enim ad Attic. Tabellarium tardius ad te remisi, 15. Famil. Tabellarij præpostert. ad Att. Tabellarij quotidie respondebant temporis, duodecim Famil Cassij, Non dubito, quin Dolabella, &c. tabellarios meos deprehenderit, literasq; interceperit. ad Terentiam lib. 14, Nos quotidie tabellarios nostros expectamus. ad Brut. Statim extrusi tabellarios, literasque ad Ciceronem, &c. 14, Fam. Tabellarios instituere, 10. Fa. Asinij Pollionis. Tabellarios scrutari, & excutere. *pro eodem.*

☞ Syntaxis. *Tabellarius fidelis, locuples, respondens tempori. Tabellarios instituere, scrutari, excutere.*

TABERNA, næ. *caupona.* pro Cl. 58 b, L. CAVPO. de Inu. 63 b, Cùm ambo in quandam tabernam diuertissent, simul cœnare voluerunt. At. 255 b, Tabernæ mihi duę corruerunt, reliquæ rimas agunt. pro Do. 224 a, Cum edictis tuis tabernas claudi iubebas. Aca. 16 a, Occludi tabernas iubes. pro Clu. 55 b, Tabernam illi instructam & ornatam Latini medicinæ exercendæ causa dedit, I. C. 122 a, Leno quidam Lentuli cōcursat circum tabernas, precio sperans solicitare posse animos egentium. & ibi Occlusis tabernis quæstus minui solet, I. A. 16 b, Taberna libraria, Quin. Fr. 326 b, Crassipedis ambulatio ablata, horti, tabernæ.

☞ Syntaxis. *Rimas agens taberna, instructa, ornata.*

TABERNACVLVM, li. *castrense tectum, quod figi & reuelli, aliòque transferri potest.* I. V. 241 b, In ipso ore portus tabernacula carbaseis intecta velis collocabat. & 253 b, Ponere tabernaculum in litore. Att. 76 b, & Epi. 56 a, Multis locis ne tectum quidem accipio, & in tabernaculo maneo plerunque. de Cla. 167 b, Processit enim non vt a militari tabernaculo, sed vt e Theophrasti vmbraculis. cont. Rul. 72 b, Deinde ornat multis tabernaculis, centurijs, supplectili. de Or. 150 a, Qui in vna philosophia quasi tabernaculum vitæ suæ collocarunt. de Di. 87 a, Cum tabernaculum vitio cepisset imprudens. & 124 a, Tabernaculum recte captum, I. P. 92 a, Si domus vacua non fuisset, in campo Martio mihi tabernaculum collocassem.

TABERNARIVS, rij, *caupo.* pro Fl. 149 b, Opificer & tabernarios, atque illam omnem facem ciuitatum, quid est negocij concitare? pro Do. 215 b, Clodius incitator tabernariorum. Epist. 115 b, Nisi ego cum tabernarijs & aquarijs pugnarem, veteranus ciuitatem occupasset.

TABES, bis *macies.* Tusc. 196 b, Sed ægritudo maiora quædam, tabem, cruciatum, afflictionem, &c.

TABESCENDVM, Att. 52 a, Nobis in hac calamitate tabescendum est.

TABESCO, scis *liquesco.* de N. 31 a, Frigoribus durescit humor, & idem vicissim mollitur tepefactus, & tabescit calore.

¶ *Contabesco, langueo, extabesco.* Tusc. 217 a, Qui neque tabescat molestijs, neque frangatur timore. Att. 36 a, Pompeius tabescit dolore. I. A. 105 b, Ne patiantur desiderio sui Catilinā miserum tabescere, Att. 30 b, Ocium quo nunc tabescimus.

TABIFICVS, a, um. *quod tabem mouet.* Tusc. 216 b, Vt hæ tabificæ mentis perturbationes sunt, sic, &c.

TABO, *ablatiui tantùm casus: sanies* Tuscu. 171 b, Saxa spargens tabo, I. P. 88 b, Ennij.

TABVLA, læ. *asser.* Off. 70 a, Si tabulam de naufragio vultus arripuerit. Att. 67 a, Hæc vna me ex hoc naufragio tabula delectat.

¶ *Pictura.* de Clar. 188 b, Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. de Orato. 98 a, Tabulas ac signa propalàm collocare. de Finibus 125 a, Imago Epicuri in tabulis, & poculis, & annulis. Par. 183 a, Actęonis tabula te stupidum tenet, aut aliquod signum Polycleti.

¶ *Aera.* I. A. 153 a, Ne qua tabula illius decreti Cęsaris figeretur. Episto. 219 b, Tabulam in qua nomina eorum incisa erant, reuelli iussit, I. A. 234 b, Quod si comitia placet in senatu habere, petamus, ambiamus, tabula modò noua detur nobis, sicut populo data est. de Or. 90 a, Decemuiri, qui xij. Tabulas perscripserunt. & 101 a, Bibliothecas omnium philosophorum vnus mihi videtur xij. Tabularum libellus, & autoritatis pondere, & vtilitatis vbertate superare. pro S. Rosc. 22 b, Ille affirmabat, sese nomen S. R. de tabulis exempturum. Offic. 50 b, Tabulæ nouæ quid habent argumenti? nisi vt emas mea pecunia fundum, & cum tu habeas, ego non habeam pecuniam. In Ant. 207 b, Trebellius sine tabulis nouis saluus esse non potest. I. A. 233 b, Vindices tabularum nouarum, nouam tabulam vidimus. At. 83 b, Periculum est, ne res ad tabulas nouas perueniat, & 108 b, Χρεῶν ἀποκοπάς. pro Quin. 4 b, Tum Nęuius amicos corrogat, vt ad tabulam Sestiam sibi adsint hora secunda postridie. Qu. de Pet. 206 a, Amico Sabidio & Panthera, quod ad tabulam quos poneret, non habebat. Att. 236 b, Maxime autem expecto, ecquid Dolabella tinniat, an in meo nomine tabulas nouas fecerit. Qu. Fr. 311 b, Racilius tabulam proscripsit. I. A. 177 b, Inspectantibus nobis toto Capitolio tabulæ figebantur.

¶ *Codex, expensi datique liber.* Top. 222 a, In nominibus esse, & in tabulis deberi. pro Fon. 276 a, Vnæ tabulæ proferantur. I. V. 88 a, Tabulæ accepti. pro Flacc. 150 a, In tabulas quodcunque commodum est, referre, & ibi. Inferre rationes falsas. pro Syl. 175 a. Ait me aliter ac dictum in tabulas retulisse. I. V. 87 b, Tabulę publicæ, & literæ publicæ.

¶ *Geographica descriptio.* At. 60 a, Tabulæ Dicæarchi. *i. geographia.*

TABVLARIVM, rij. *locus in quo tabulę publica ciuitatis asseruantur.* de Na. 74 b, Qui tabularium incenderit, at se Q. Sosius eques Rom. fecisse confessus est, qui transcripserit tabulas publicas, id quoque L. Alenus fecit. pro Rabir. 91 b, De peculatu facto, de tabulario incenso. pro Cæl. 54 a, Sext. Clodius, qui ædes sacras, qui censum populi Ro. qui memoriam publicam suis manibus incendit. pro Arc. 187 b, Tabulæ Heracliensium, quas Italico bello incenso tabulario interisse scimus omnes.

TACENDO, dum. de Or. 94 a, Enunciabo apud uos quod semper tacui, & tacendum putaui. pro Sex. 11 b, Illi hominibus omnia timentibus tacendo loqui, non inficiando confiteri videbantur.

TACENS, tis. Antequam 195 a, Quorum improbitas me tacente coarguitur improbitate uitæ. Att. 64 b, Hic Abdera non tacente me. *prouerbium.* L. Abderiticus.

TACEO es. *sileo, reticeo, tacitum relinquo, silentio prætereo, conticeo, supprimo.* I. V. 71 a, An me taciturum tantis de rebus existimasti? Attic. 18 b, Qui de rebus nostris diu tacuerat.

TACETVR. cont. Rul. 88 a, Vt doceam Rullum posthac, in his saltem tacere rebus, in quibus de se taceri velit.

TACITVRNITAS, tis. *silentium.* de Inuenc. 53 b, Taciturnitas imitatur confessionem. Att. 106 b, Suspicionem mihi maiorem tua taciturnitas attulerat. de Cl. Or. 185 b, & Ep. 5 b, Te arbitror malle ipsum tacere, quam taciturnitatem nostram experiri. pro Q. R. 47 a, Pecuniā stipulatam non esse, taciturnitas testium concedit. I. C. 100 b, Vocis contumeliam expectas, cum sis grauissimo iudicio taciturnitatis oppressus? I. P. 89 a, Curiæ taciturnitas annua.

TACITVRNVS. pro Sex.

TACITE. *silentio.* pro Quin. 9 a, Huic ne perire quidem tacitè obscureque conceditur. pro Pomp. 6 a, Hi vos quoniam libere loqui non licet, tacite rogant.

TACITO. in Ver. Act 4, Quum quoque id constabit, vos iam me tacitō intelligetis.

TACITVS, a, um. *silens, agendi significatione, obscurus, latens, abditus, interior, prætermissus, compressus, sub silentio, non expressus* in C. 101 b, Quid expectas autoritatem loquentium? quorum voluntatem tacitorum perspicis? pro Cæl. 38 a, de Dignitate Cæliana notis tacitus facilè ipse respondet. in Catil. 116 b, Nihil me mutum delectat, nihil tacitum. Att. 2 b, Quasi verò clarorum virorum tacitos congressus esse oporteat. pro Mar. 131 b, Hoc tacitus nullo modo præterire possum. pro Cl. 30 b, Tamen uocat me aliò iam dudum tacita uestra expectatio. de Pro. 77 b, Quo minus sæpe aut interpeller à nonnullis, aut tacita existimatione reprehendar. Epist. 36 b, Sed hęc tacita mihi quodam modo relinquenda sunt. pro Q. 14 a, Tacito ipso studio, quod habebat erga propinquum suum, quemuis commouere de Orato. 161 a, Omnes tacito quodam sensu, sine ulla arte, aut ratione, quæ sunt recta ac praua, diiudicant. Orato. 217 a, Sed aures tacito eum sensu sine arte definiunt. pro Qo R. 48 a, Tacita corporis figura coniecturam affert hominibus. de Inu. 79 b, & 80 a, Quędam tacitis exceptionibus caueantur. pro Dom. 225 b, Omnis improborum uis diu collecta & inueterata compresso odio atque tacito erumpebat in actum. At. 24 a, Cętera si reprehenderis, non feres tacitum. pro Milo. 103 b, Tacitis & occultis occasionibus.

¶ *Pati, nde vis.* de Ora 148 b, Illud etiamsi est verissimum, tacitum tamen nunquam mysteria non teneant. pro Cec. 195 a, Si voluntas tacitis uerbis intelligi posset, uerbis non uteremur.

☞ Syntaxis. *Nihil mutum, nihil tacitum. Congressus taciti. Tacitum præterire aliquid. Tacita hæc relinquenda. Tacito sensu iudicare. Compressum, tacitumque odium. Si id agas, non feres tacitum. Tenere tacita mysteria. Tacitis verbis latet voluntas.*

TACTIO, onis. *tactus.* Tus. 215 a, Voluptates oculorum, tactionum, odorationum & saporum.

TACTVS, ctus. de Natura 54 b, Tactus toto corpore æquabiliter fusus est, ut omnes ictus, omnesque nimios & frigoris & caloris appulsus sentire possimus. Academ. 6 b, Quid de tactu? & eo quidem, quem philosophi interiorem uocant, aut doloris, aut voluptatis, & 19 b, Tactus intimus. de Or. 152 a, In tactu modus & mollitudinis & leuitatis. pro Cæl. 46 a, Qui non odore ullo non tactu, non sapore capiatur. de O. 163 a, Voces ut chordæ, sunt intentæ, quę ad quemque tactum respondeant. de Vn. 197 a, Qua ex coniunctione cęlum ita aptū est, ut sub aspectum & tactum cadat. de N. 33 b, Et is solis tactus est, ut non tepefaciat solum, sed etiam comburat. de Di. 128 b, Plus terrarum situs, quam lunæ tactus ad nascendum ualere. *aliter tractus.*

TACTVS, a, um. *exploratus, tractatus, indicatus.* Postq. 205 b, Tribuni sanctissimum corpus non solum tractum ac uiolatum manu, sed etiam vulneratum ferro, confectumque uidistis. de Or. 112 b, Genus illud tertium, quod a Crasso tactum est. pro Cec. 292 a, Verum ita est ut dicis, te deiectum debeo intelligere, etiamsi tactus non sis.

TAEDA, dæ. *fax.* I. V. 225 a, Ceres dicitur sustulisse tædes ex ignibus Æthnæ. I. P. 89 b, Furiarum tædis ardentib. Aca. 22 b, Circumstant cum ardentibus tædis. pro S. R. 29 a, Agitari & perterreri furiarum tædis ardentib. ad He. 38 b, Qui tędes candentes accipit. L. Palæstra.

TAEDET, bat, *piget.* in Verr. 72 b, Sunt homines, quos infamiæ suæ neque pudeat, neque tædeat. Episto. 95 b, Nam me cùm antea tædebat tum uero, &c. Attico. 76 a, Quid quæris? Tædet omnino nos uitæ. pro Flac. 166 a, Quod si talium ciuium vos iudices, tædet ostendere,

ſtendire. Att. 37 b, Tædet ipſum, vehementerque pœnitet. Q. F. 300 a, Pertæſum eſt enim leuitatis Græcorum.

☞ Syntaxis. *Extingui inflammata tæda. Agitari & perterreri tædis furiarum. Tæda ardens, candens. Omnium me vita tædet.*

TAGES, gis. *autor aruſpicinæ.* de Di. 118 b, Tages quidam dicitur in agro Tarquinienſi cùm terra araretur, & ſulcus altius eſſet impreſſus, extitiſſe repente, & eum affatus eſſe qui arabat, & *ibidem reliqua.*

TALARIA, orum. *calceamenta alligeri, ſeu pennati, quales Mercurio tribuunt poetæ.* de N. 71 b, Mineruam, cui pinnarum talaria affingunt. At. 236 a, Quare talia induamus. in Arat.

Diuerſoſque pedes vinctos talaribus aptis.

TALARIS, re. *ad talos vſque demiſſus.* in Verro 242 a, Tunica talaris, & I. C. 109 a.

TALARIVS, a, um. Offi. 30 b, Adde his ſaltatores, totumque ludum talarium. Att. 11 a, Non enim turpior vnquam in ludo talario conſeſſus fuit. L. Talus.

TALENTVM, ti. *multa genera fuerunt. ſed hic Atticum intelligimus, quod aureos nummos ſeu coronatos ſexcentos valebat* I. P. 98 a, CC. Talenta tibi Apolloniatæ dederunt, ne pecunias creditas ſoluerent. pro Fl. 169 a, Quinquaginta talenta Flacco dediſſe. pro R. P. 225 b, Decem millia talenta Gabinio eſſe promiſſa. Tuſ. 246 a, Legati ab Alexandro quinquaginta Xenocrati talenta attulerunt, quæ erat pecunia, temporibus illis, Athenis præſertim, maxima. At. 82 a, Cyprij talenta Attica CC. dabant.

TALIS, le. *huiuſmodi, eiuſmodi, eiuſdem modi, eius generis, id genus, huius exempli, perinde vt, ita ſic.* Offi. 42 a, Vt quales ſimus, tales eſſe videamur. de Or. 92 a, Vt ipſi talis, qualem ſe ipſe optaret videretur. pro Mur. 231 b, Cum eſſet talis, qualem te eſſe video. de Inuen. 84 a, Vt non tales, quales ante habitæ ſint, habeantur. At. 19 b, Et talis. qualem eſſe eum ſcripſeras. pro Cl. 48 b, Vir tali dignitate præditus. de Or. 137 a, Non audeo dicere de talibus viris, ſed tamen, &c. 2 a, Ac vereor ne talium perſonarum imminuam gloriam, & 1 b, Tali ingenio præditus Lucullus Ep. 146 b, Talem te eſſe oportet, qui primum te ſeiungas, &c. deinde, &c. pro Q. 7 b, & I. P. 80 b, Tot taleſq; uiri, &c. Ep. 246 b, Tale ac tantum iuſiurandum. in Vat. 30 b, Honor talis populi Romani voluntate paucis eſt delatus, ac mihi. de Leg. 171 b, Omnem legem eſſe laudabilem, talibus quibuſdam argumentis docent. de Vu. 198 b, Idque moliтus eſt tali quodam modo. I. A. 174 a, Quibus rebus tantis talibus geſtis, cur, &c. Att 257 b, Non equidem hoc diuina vi, ſed aliquid tale putaui fore, & 273 b, Ciuilis talis, qualis, & prudentiſſimus & fortuna optima eſſe debet. Offic. 18 b, Tales
● enim nos eſſe putamus, vt iure laudemur. * Ep. 424 b, Eadem ratio futura eſt mihi in hoc, & in illo. i. talis ratio.]

☞ Syntaxis. *Talis, qualis. Quid putas de tali viro. Talis ſit, quis præſtet, vt. Tales, tantæ res geſtæ. Aliquid tale puto.*

TALPA, æ. Ac. 20 b, Quid talpa? num deſiderare lumen putas? Vergil. Georg. 1.

Atque oculis capti fodere cubilia talpæ.

TALVS, li. *os eſt prope calcaneum, quod extat quaſi rotundum in extremo pede, hinc os quater laterum, quo ludunt, talus appellatur, hinc quoque indeos talarem.* pro Cla. 40 b, Illa vſque ad talos demiſſa purpura. de D. 85 a, & 118 a, Quatuor tali iactu caſu venereum efficiunt. de Fi. 101 b, Ita iacere talum, vt recte aſſiſtat. item, Qui talus ita erit iactus, vt cadat rectus de Se 89 a, Ex multis luſionib. nobis relinquant talos teſſeras. de Or. 148 a, Pila, teſſeræ, tali. de Or. 251 a, Bruſſa talis præclarè ludens. Titius pila.

TAM. *æquè, adeò, tam valde, tam maximè.* At. 160 a, Quid opus eſt de Dionyſio tam valde affirmare? de Orat. 105 a, Tam vehementer. de 125 a, Nihil eſt tam valde vulgare quam nihil ſapere. Or. a 05 b, Nemo tam multa, ne in Græco quidem otio ſcripſit, quam multa ſunt noſtra. Att. 121 b, Nunquam reo cuiquam tam humili, tam ſordido tam nocenti, tam alieno, tam præciſe negaui, quam hic mihi. de N. 37 b, Melius erat non dari omnino, quam tam mnoſtice at tam large dari. pro Cæl. 52 a, Hic tam imbecillus, quam videtis. de Cl. 175 b, Vtinam Gracchus non tam fratri pietatem, quam patriæ præſtitiſſet. de D. 82 a, Quorum neutrum tam facile, quam tu arbitraris, conceditur. Q. F. Ego hæc tam eſſe, quam audio, nõ puto. de N 15 b, Quod tibi tam facile credam, ſicut alteri nemini. de Am. 112 a, Vituperan-
● da eſt res tam maximè neceſſariæ tanta iniuria. * pro Mur. 125, & tã vehemens filij, quam cogebat, non quam volebam]

☞ Syntaxis. *Iſta tam ſunt, quam audis. Tam tibi credo, ſicut alteri nemini.*

TAMEN. *attamen, veruntamen, nihilominus certè.* pro S R. 27 a, Innocens eſt quiſpiam, veruntamen quantum abeſt à culpa, ſuſpicione tamen non caret, tametſi miſerum eſt, tamen ei qui hunc accuſet, poſſum aliquo modo ignoſcere. Or. 204 a, Itaque eum qui audiunt, quamuis ipſi infantes ſint, tamen illo modo confidunt ſe poſſe dicere. Par. 238 a, Nemo enim eſt, quem non, ſi ipſa minus honeſtas, contumelia tamen & dedecus moueat. pro S R 44 a, Illa priorem præſcriptionem, quæ facta eſt in eos qui arma capere potuerunt, tamen ſenatus ſuſcipere noluit, ne, &c. Ep. 3 b, Cur cum Cato intercеſſiſſet, tamen eſt perſcripta. pro Do. 223 a, Quid ſi pluribus de rebus vno ſortitu retuliſti, tamen ne arbitraris, id te poſſe obtinere? de At 247 b, Quã quam ſi me tantis laboribus perfunctum, efferret aliquando ad gloriam, in refutandis maledictis, improborum hominum animi quidẽ dolor, quis, non ignoſceret? de Ar 254 b, Ego pro patria ſolus exarſi, ſit, tamen, vt, &c. & ibid. Vt modo vendat illis, nec tamen ita, ut &c. Epiſto. 210 a, Et tamen nihilominus *αὐτὸ ἀμφοτέρων.* pro Clu. 33 b, nihilominus putabam, &c. Epiſto. 58 b, Tamen & ſi &c. de Orat. 107 a,

Neque minus hæc tamen tua lenitas &c. Qu. fra. 313 b. Lucretij poemata lita ſunt multis luminibus ingenij, multæ tamen artis. Ep. 138 a, Tamen à malitia non diſcedis. pro Mar. 133 a, Et ſi, &c. certe &c. pro Cæc. 286 b, Tamen, *pro certè, vel profectò, vel ſaltem.* pro Sex. 15 b, de Sen. 82 b, Quod equidem non amiſi, adhuc, & tamen videtis an-
● nos meos. Epiſt. 189 b, Delectum remigum magna contumacia ciuitatum, tamen ſatis celeriter habuimus.]

☞ Syntaxis. *Tamen nihilominus. Neque minus hoc tamen.*

TAMETSI. *etſi, quanquam, cùm tamen.* pro Sex. Roſ. 36 b, Tametſi viciſſe debeo, tamen de meo iure decedam. In Ver. 213 a, Quid ego niſi his ſex. Pompeij Chlori teſtimoniũ recitem? qui cauſam egit Dionis: qui omnibus rebus interfuit, hominis honeſtiſſimi, tametſi ciuis Ro. virtutis cauſa iamdiu eſt, tamen omnium ſiculorum primi ac nobiliſſimi. Quid, &c. Ep. 4 b, Tametſi mihi nihil fuit optatius, quàm &c. tamen afficior ſummo dolore, eiuſmodi tempora poſt tuã profectionem conſecuta eſſe, vt, &c. *hic, Tametſi principium eſt epiſtolæ: quod eſt notandum.* Epiſt 32 a, Meum ſtudium erga te, & officium, tametſi multis iam rebus ſpero tibi eſſe cognitum: tamen in hijs maximè declarabo, quibus, &c. I. V act. 5, Non mehercule quæ loquor, crederem iudices tametſi vulgo audirem. pro Q. Verum hic de rebus non neceſſe habeo dicere ea quæ me P. Quintius cupit commemorare, tametſi cauſa poſtulat. In Ver act. 6, Verùm fac te impetraſſe, &c. tãetſi, quæ eſt iſta laudatio? &c. Epi. 35 b, Quid? cum dabas his literas, &c. non eos ad me venturos arbitrare? Tametſi id quidem fecerunt ridicule. Quas enim literas afferebãt, vt opus æſtate facere poſſunt, eas mihi poſt brumã reddiderunt L. Sed tametſi.

TANAGRA, arum. *oppidum: &* Tanagræus, a, um. pro D. 235 b.

TANDEM: *demum, aliquando, ad extremum.* cont Rul. 87 a, Perficiam, vt iam tandem illi fateantur, &c. pro R. P. 128 b, Quod genus tandem eſt illud oſtentationis? I. C. 104 b, Quanto tandem illum mœrore afflictum eſſe putatis? pro Cæc. 294 a, Cæcinna vtrum voluit tandẽ, aut non potuit accedere? de Na. 22 a, Hoc per ipſos deos, quale tandem eſt? de Fin. 77 b, Quo modo eum tandem laturum fuiſſe exiſtimas. pro Fl. 251 a, Vtrum hic tandem cognitionem veritatis fore putas? an, &c. de Leg. 156 b, & Para. 230 b, Quorſum tandem, aut cur iſta quæris? Tuſ. 192 b, Quorum tandem modo? Epi. 181 a, Tandem aliquando Romæ eſſe cœpimus pro Qu. 17 b, & I. C. 101 a, & 104 b, Tandem aliquando poſſe conſiſtere, &c. Epi. 239 b, Literæ iam tandem mihi redditæ ſunt a Cæſare. de Orat. 106 b, Quarum tandem, inquit Catulus?

TANDIV, *vſque eo.* Epi 18 a, Ego te abfuiſſe tandiu à nobis doleo. Att. 2 a, Abs te tandiu nihil literæ. Epi. 132 a, Tibi aſſentantur tandiu, dum ades. Tuſ. 247 a, Corpus gaudet tandiu, dum ſentit voluptatem. At. 138 a, Tandiu dum lego. pro Fl. 244 b, Qui valuit tandiu, dum huc prodiret. Off. 41 a, Is tandiu laudabitur, dum memoria rerum Rom. manebit. de Cl. 165 a, Vixitque tandiu, quam licuit bene viuere. & 186 b, Feram tandiu, quàm ferre potero. de Of. 89 a, Verbi enim cõtrouerſia tandiu torquet Græculos homines, &c. Ar. 136 b, Ego tandiu requieſco, quandiu ad te ſcribo.

☞ Syntaxis. *Tandiu quàm: &, tandiu quandiu.*

TANGO, gis *contingo, attingo.* Tuſ. 187 a, Genu terram tangere. Epiſ. 28 b, De præda mea teruncium nec attigit, nec tacturus eſt quiſquam. con. Rul. 79 b, Idcirco agros nominare non poſſum, quia tangam nullum ab inuito. In Ver. 81 b, & At. 85, Veteres ſimul ac tetigit prouinciam, Statius, &c. pro Mil. 111 a, Villa quæ viam tangit.

¶ *Indico, leuiter, tracto.* pro S. Roſc. 32 a, Non omnia dicam, & leuiter vnumquodque tangam. Aca 24 b, Vbi Ariſtoteles iſta tetigit?

¶ *Commoneo, moueo, perturbo.* Att. 33 a, Minæ quæ mihi proponũtur, modice me tangunt.

¶ *Violo.* pro Do. 223 a, Lex cuius quam quiſque partem tetigit, voce, ſuffragio, &c repudiatus eſt.

TANGOU, ris. I. A. 219 a, Et ne tangantur rationes ad Opis.

☞ Syntaxis. *Viam tangit villa. Hoc tangam leuiter. Hoc me vix tangit, Simul ac tangam Italiam, ad te ſcribam.*

TANQVAM, *quaſi, quodammodo, ac, iuxta ac, vt, loco, quemadmodum.* de Cla. 188 b, Ætatis illius ita fuit laus, tanquam innocentiæ ſic Latine loquendi Or. 201 a, Hæc magna ſunt, & tanquam animi inſtar in corpore. de Or. 89 a, & 122 a, Oratorem in iudicia & conciunculas, tanquam in aliquod piſtrinum detrudi videbam I. A. 180 b, Vt illũ tanquam ſi eſſet conſul, ſalutarent. Att. 85 a, Quod video tibi etiam nouum accidiſſe, tanquam mihi. & 132 a, Ego tecum tanquam mecum loquor. Tuſculan. 172 a, Gloria virtutem tanquam vmbram ſequitur. Epiſto. 18 a, Nam illo ſi veneris, tanquam Vlyſſes cognoſces tuorum neminem. In Vat. 29 b, Repente enim te tanquam ſerpens e latibulis intuliſti. de Orat 122 b, Tanquam ad ſcopulum aliquem libidinis mentem appellere. de Cla. 170 a, Nam Odyſſea Latina eſt, ſic tanquam opus aliquod Dædali. pro Cæcin. 296 b, Neminem reperies, qui tanquam arma militis inſpicienda ſint, ita probet armatum. pro S. R. 33 b, Qui tanquam ſi offuſa reipu. ſempiterna nox eſſet, ita ruebant, &c. Epi 27 a, Tanquam ſi res tua agatur. de Di. 135 b, Similes ſunt dij, ſi ubijciunt, &c. tanquam ſi Pœni, &c. de Orat 93 b, Quid mihi nunc vos, inquit Craſſus, tanquam alicui Græculo quæſtiunculam ponitis? Epiſt. 229 a, Apud eum ſic fui, tanquam domi meæ.

TANQVAMSI, *vt ſi.* Leg. TANQVAM. Epiſtol. 27 b, Tanquam ſi res tua agatur.

☞ Syntaxis. *Tanquam ſi eſſet conſul. Id mihi placet, tanquam tibi. Hoc eſt ſic tanquam miraculum.*

TANTALIDAE, darum. de Na. 78 a.

TANTALVS,li. Tusc. 150 a, Mento summam aquam attingens, siti enectus Tantalus. & 216 b, Poetæ impendere apud inferos saxum Tãtalo faciunt, ob scelera animique impotentiam, &c.

TANTI. I. V. 205 b, Fuit tanti, mihi crede. & 169 b Est tanti. Att. 80 a, Fuit tanti. in Sal. 179 b, Tanti me fugacem hi æstimauerunt. I. C. 107 b, Est mihi tanti o Quirites, huius inuidiæ falsæ atque iniquæ tempestatem subire, dummodo, &c. Off 68 a, Est ergo vlla res tanti, aut commodum vllum tam expetendum, vt viri boni & splendorem & nomen amittas. Att. 30 a, Iuratus tibi possum dicere, nihil esse tanti pro Mil. 112 b, Id quidem nõ tanti est, quàm q, &c. pro Cæl 45 a, Is non putat tua dona esse tanti. pro Q. R. 48 b, Tibi certe tanti non fuisset, vt socium fraudares. & ibi. Roscio cur tanti fuerit, quæro. I. C. 102 a. Sed non est mihi tanti.

TANTIDEM, in Sal. 275 a, Tu C. Sallusti tantidem putas esse, his senatorem fieri quanti bis consularem. pro S. R. 37 b, Is voluntatem municipium tantidem, quanti fidem suam fecit. I. V. 166 a, Coegit Segestanenses a Docimo tantidem publice accipere. *al est, conducere tantidem.* & 192 a, Tantidem frumentum emere, quanti, &c.

☞ Syntaxis. *Tanti sum, æstimor. Tantidem est, quanti, &c.*

TANTILLVS, a, um de Sen. Omittam ipsam vim omnium quæ generantur e terræ, quę ex fici tantilo grano, &c. tantos truncos ramosq; procreat. *al tantulo.*

TANTISPER. *interim* pro Ceci. 209 b, Sed tantisper de aliquo reo cogitasse Episto. 127 a, Tantisper dum efferuescat hæc gratulatio. de Inuen. 81 a, Sed video quid efficiat, tantisper hoc ipsum magni æstimabo.

¶ *Possideo, occupo, guberno.* 1. Offi. Pompilius Imperator tenebat prouinciam, in cuius exercitu Catonis filius tyro militabat. ad Cassium. li. 12, Præter Bononiam, Regium Lepidi Parmam, totam Galliam tenebamus studiosissimam Reipu. pro Dom. 239 a, Tenere ciuitatem oppressam seruitute. Marc. li. 4, Sed mihi crede, etiam is qui omnia tenet, fauet ingeniis. Qu. F. lib. 1, Nunc verò ea pars tibi Reip commissa est, in qua aut nullam, aut per exiguam partem fortuna tenet. In Vat. Tenere templum armatis hominibus. de Ar. respon. Tenere terram. ad Att. 10, Existimat qui mare teneat, eum necesse rerū potiri. 12. Phil. Tenere castra, regna. res bellicas. pro Cęc tenere cām. *pro obtinere.* Tuscu. 1, Tenere causas & rationes rerum pro Do. sua, & Tus. 5, Ciuitatem oppressam seruitute tenere. C. tenere clauum. 11, Phil. tenere rem familiarem. pro Mur. pro Sex. 2 Phil. & 1 de Or. tenere Remp. Epi. 7 a, Qui Ciliciam Cyprumq; teneas Lentulo. lib. 1, Ab improbis & perditis ciuibus Rempubl. teneri. 1. Offi Quum autem dominatu vnius omnia tenerentur, &c. 1. ad Atti. Tenere viam præsidio, vel comitatu.

¶ *Agnosco, assequor, intelligo.* Or. 205 b, Tenere aliquid animo, vel manu cōprehendere. in Ora. Redeoq; ad illam Platonis, de qua dixerā, rei formā & speciē, quam etsi nō cernimus, tamen animo tenere possumus. Q F. li. 2, Quid multa? tenent omnia: idq; ita omnes intelligere volunt. At. 2 25 b. Iam tenetur ven isse cum maximis copiis Pacorum Parthum. pro Syl. 173 a, Cām Reip. non tenes. 1 *non intelligis.* de Inu. 56 b, Probe tenen. Epis. 86 a, Quibus rebus capiatur Cæsar, non tenes. de Fi. 99 b, Quod idem Peripatetici non tenent. Tus. 241 a, Tenebam enim quosdam senatiolos. de Na. 47 b, Anguitenēs. Att. Tenere voluntatem alicuius, 1. ad Att. Tenere voluntatem alicuius.

¶ *Habeo.* 4. de Fin Hunc igitur finem illi tenuerunt, &c. 10, ad At. Teneo facile meum. Terentiæ, li. 14, Tulliam adhuc mecū teneo, 11. Fa. Tenes equitum centurias. I. A. 187 a, Quem vēs sertatim amamus, omnibus horis, oculis, auribus, complexu tenemus. Off. li 1, Tenere animum attentum ad decori conseruationem, 1. de Di. Vno, q pręuideat animus ipse per sese, quippe qui deorum cognatione teneatur. lib 1. de Fi. Hanc ego quum teneam sententiam, quid est, &c. 1, Tusc. Quum pene in manu iam mortiferum illud teneret poculum, &cęt. ad Q F. lib. 1, Tenere in sua potestate motum animi & dolorem, 5. Phi. Tenere exercitum. pro Fla. Tenere fiduciam.

¶ *Prehendo.* de Leg. & 3. Phi. Teneo quam optabam occasionem, neq; omittam, 12. Phil. Quorum epistolas spem victoriæ declarantes, in manu teneo. de Cla. Quum indicia mortis se comperisse manifesto, & manu tenere diceret, &c. 1 ad At. Tenere manibus, 5. Ver. Teneo in medius vectigalibus Populi Rom. in ipsis fructibus prouinciæ Siciliæ furem.

¶ *Contineo me, abstineo parco, moderationem.* 2. de Leg. Quo tempore incipiat sepulchrum esse, & religione teneatur. pro Fl. & pro Deiot. & 5, Phil. tenuit se, neque attulit in iudicium quicquam ad lædendū, 4. Acad Nec se tenuit, quin contra suum doctorem librum etiā ederet qui Sosus inscribitur. Att. 258 a, Ab ea hasta ægere metus, 1. *abstineo, contineo* & 24 a, Teneri non potui, quin tibi apertius illud idem his literis declararem. Q F. li. 5, Ego tamen teneo ab accusando vix me hercule, &c.

¶ *Contineo me, loco, custodia.* Att. lib. 7, Pompeius se oppido teneri, nos

 ad

TENTATIO, onis. *commo iuncula.* At. 169 b, Valetudinem tuam iam confirmatam esse, & a vetere morbo & a nouis tentationibus gaudeo.

TENTATVS, a, um. *susceptus, de quo factum est periculum.* Or. 299 a, Nullus modus est, &c qui a me non tentatus sit. At. 190 b, Habeo nihil tentatis rebus omnibus, in quo acquiescā. pro Cl. 34 b, & 19 b, Iudicium pecunia esset tentatum non a Cluentio, sed cōtra Cluentium. pro Rab. 91 a, In his rebus euertendis viris hominis senectus, infirmitas, solitudoque tentata est. I. V. 97 b, Verum admonitus, an tentatus fecerit, nescio. pro Clu. 54 a, Cū essent animi seruorum, & spe & metu tentati.

¶ *Vexatus.* de Ar. 257 a, Mementote, P. C. verbo illo nefario tentatas aures vestras, & perniciosam viam audendi consuetudine esse munitam. pro Cęl. 49 a, Domus illa, quæ tentata scelere isto nefario dicitur, plena est integritatis.

TENTO, as. *attento, experior, periclitor, conor.* Ep. 253 a, Tento te quo animo accipias contra Rul. 69 a, Tentare aliquem leuiter, quo animo ferat aliquid. I V. 162 b, Homines in prælijs belli fortunam tentare ac periclitari solent. I. V. 102 b, Vt exul potius tentare, quàm cōsul vexare Remp posses. de Di. 87 a, Coius cū tentaret scientiā auguratus, dixit ei, &c. At. 286 b, Experiar & tentabo omnia. con. Rul. 69 b, Rullus, qui tentauit (vt opinor) patientiam vestram. Tusc. 169 b, Tentare prudentiam alicuius. de Ora. 93 a, Cum & per me ipsum egissem, & per Drusum sæpe tentassem. de Leg. 169 a, Homo cum se ipse ꝑspexerit, totumque tentarit, intelliget, &c.

¶ *Attingo, tango* de Leg. 170 b, Hoc flumen ita frigidum est, vt vix pede tentare id possim.

TENTOR, ris. Off. 37 a, Male enim se res habet, cum quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. pro Clu. 51 a, Video quanta quæstio tenietur ab accusatoribus. pro S R 20 b, Nihil aliud hoc iudico tentatur, nisi, vt, &c. I. V. 236 a, Hæc eadem nunc ab illis defensionis via ratioque tentatur.

¶ *Afficior, affligor.* Tuscu. 215 b, Animo volentes morbo tentari non possunt, corpora possunt.

¶ *Periculum fit.* I. V. 113 b, Verum asseueratur in hoc, an tentatur? mihi enim res noua est.

¶ *In discrimen sum.* pro Sex. 43 a, Summa Resp. in huius periculo tentatur.

¶ *Tenuor, tangor.* ad Her. 39 b, Vt res prope manu tentari possit.

TENVICVLVS, a, um Epi. 138 a, Tenuiculus apparatus.

TENVIS, e. *exilis, parum locuples ad amplificandum. Tenuia enim propriè dicuntur, quorum partes distracta dissimilia que sunt: vel quorum partes non cohærent, his sunt contraria crassa.* de Arus. 253 b, Corpus nostrum tenuissima sæpe de causa conficitur. cont. Rull. 75 a, Autoritas tenuis, persona leuis. de Ora. 98 b, Aliquē in minimis tenuissimisque rebus labi. pro Cecin. 291 a, Persequi tenuissima quæque. ad Heren. 36 a, Huic pater non pater non tenuissimum patrimonium reliquit. pro Q. R. 52 a, Inani & tenui spe te consolaris. de Or. 95 b, In artificio, & opera quàm tenui & leui adhibere multam diligentiam. pro Dom. a 32 a, Vidi, si vicissem, tenues Reipub. reliquias: si victus essem, nullas futuras. I. V. 101 a, Verres tenuissimum quenque contempsit. pro Mur. 135 a, Commoti animi tenuium, exilium in ordinem nostrum. pro Mur. 141 a, Tenuiorum amicorum est ista assiduitas. Par. 240 b, Obscurus & tenuis. de Finib 78 b, Tenuis, L. Virginius, vnusque de multis. Att. 48 b, Spes mea semper fuit tenuior, quam litterę tuæ. de Ora. 89 b, Tenui quodam & exiguo sermone disputare 9 Fa. Tenuis causa & inops. pro Cec Suspicio tenuis. 1. de Or. Disputare sermone tenui, & exiguo. in Hortensio, Eundem nō modo mediocri pecunia, sed etiam tenui percipere possumus. pro Rosc. Comędo, Inani & tenui spe te consolaris 9. Fam. Tenues causæ priuatæ. pro Q. P. Quintius, cui tenues opes, nullæ facultates, exiguę amicorum copię fuere. 3. de Leg. Qui tenuioris ordinis essent. 1. de Ora. In minimis tenuissimisque rebus labi.

¶ *Minimus momenti, fidei.* In Par. testis obscurus & tenuis.

¶ *Subtilis, purus*)(*crassus, concretus.* de Na. 2, Aethereus locus tenuissimus est, & semper agitatur & viget. de Fato, Athenis tenue cęlum: ex quo etiam acutiores putantur. Act. 4. Ver. Bidis oppidum est, tenue sanè, non longe à Syracusis. de Natu. 54 b, Tenuissima membrana. & 34 a, Aer purus, tenuis.)(*crassus ac concretus.* Acad. 17 a, Ratio ad tenue elimata.

¶ *Leuis, frugalis.* 3. Tuscu. tenuem victum anteferre copioso. 4 Ver. tenuissima dubitatio. de Natu. 2. Tenuissimum & plenissimum lumen Lunæ. pro Fla. tenuissimo cultu viuere. 2. de Fi. Negat enim tenuissimo victu, id est contemptissimis escis & potionibus minorem voluptatem percipi, quam rebus exquisitissimis ad epulandum.

¶ *Acer.* Aca. 11 b, Tenuis & acuta distinctio.

¶ *Pauper, humilis.* 3. de Leg. Inuentum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari se putarint. 4. Ver. Nam locupletissimi cuiusq; census extenuarant, tenuissimi auxerant. Off. 45 a, Qui prohiberent iniuria tenuiores æquitate constituenda.

TENVITAS, *gracilitas* de Cla. 170 a, Quoidam valetudo modo bona sit, tenuitas ipsa delectat.

¶ *Subtilitas, elegantia.* Tu. 159 a, Tāta est animi tenuitas, ut fugiat aciē. de Fi. 98 a, Limitata quędam & rerum & verborum tenuitas.

¶ *Paupertas.* Epi. 164 b, Ex meis angustijs illius sustento tenuitatem. de Or. 133 b, Tenuitas pro paupertate.

TENVITER, *anguste, presse.* de Ora. 201 a, Philosophorum mos tenuiter disserendi.

¶ *Accurate.* de Inu. 68 a, Sed ille tenuius, subtilius & acutius tractantur ad Her. 19 a, Sępe ita tenuiter incidunt, vt, &c.

¶ *Inepte.* ad Herennium 35 b, Non contra tenuiter & nugatoriè responsum.

TENVS. *vsque.* Epist. 111 b, Illi rumores de comitijs Cumarum tenus caluerunt. in Arat.

—Tum Cepheus conditor anté Lumborum tenus, &c.—

item, *Et loca conuestit cauda tenus infera pistis.* &,

Cratera que tenus lucet mortalibus hydra.

pro Deiot. 150 b, Antiochus a Scipione deuictus, Tauro tenus regnare iussus est.

¶ *Tantum.* de L. 186 b, Nam veteres verbo tenus tractarunt. acutè illi quidem, &c. sed, &c.

TEPEFACIO, cis. *calfacio.* de N. lib. 2, Is solis tactus est, vt non tepefaciat solum, sed etiam sæpe comburat.

TEPEFACTVS, cta. de Sen. 87 b, Terra semen tepefactum vapore & cōplexu suo diffundit, &c. de Natura. 31 a, Glacies tepefacta mollitur, tepescitque calore. Tusculan. 235 b, Alia verno tempore tepefacta frondescunt.

TEPESCO, scis. de Na. 31 a. Maria agitata ventis tepescunt.

TEPOR, oris. *moderatus calor.* de Natura. deor. 31 a, Tepor ex intimis maris partibus agitatione excitatus. de Senectute. 88 a, Vna vestita pampinis, nec modico tempore calet, & nimios solis defendit ardores.

Τέρας, L. MONSTRVM. Attic. 124 a, Sed hoc τέρας. horribili vigilantia, celeritate. diligentia est: *id est, Cæsar.*

TER. pro Sex. Rosc. Ami. Vix ter in anno audire nuncium possunt. de Diuin. lib. 1. Cædunt de Cælo ter quatuor corpora sancta. Attic. li. 6, Ter milia.

TERCENTI, orum. in Ant. 185 a, Tercenti viri.

TER decies. H-S I. V. 189 b.

TERENTINVS, na. L. TARAVS.

TERENTIVS. Att. 103 a, Terentius, cuius fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur à Lælio scribi.

TERES, tis. *acer.* de Opt. 244 a, Qui teretes aures habent, intelligensque iudicium. Or. 199 a, Atticorum aures teretes & religiosæ.

¶ *Aequalis.* de Or. 161 a, Plena & teres oratio.

TEREVS, *Accy tragœdia.* At. 252, & 254.

TERGAMINVS, par. I. A. Or. 11.

TERGIVERSATIO, onis. *recusatio.* pro Mil. 11 b, Quid ergo erat moræ & tergiuersationis? At. 159 a, Tergiuersationem istam probo.

TERGIVERSOR, aris. *refugio.* Qu. Fr. 51 a, Fannium inuitum, & huc atque illuc tergiuersantem, testimonium contra se dicere cogo. Tusc. 244 a, Itaque eum tergiuersari non sinent, secumque rapient ad tormēta pro Pla. 269 a, Quid taces? quid dissimulas? quid tergiuersaris? Off. 76 a, Atque in his tribus generibus quoquo modo possunt, non callide tergiuersantur. Att. 98 b, Non est locus ad tergiuersandum contra Cæsarem. pro Fl. 156 a, Hunc æstuantem & tergiuersantem iudicio ille persequitur. Tuscu. 199 a, Quid tergiuersamur Epicurei? nec fatemur, &c. At. 109 b, An cuncter & tergiuerser, & ijs me dem, qui tenent, qui potiuntur & 254 a, Brutus non valde moratur, non tergiuersans, sed expectans.

☞ Syntaxis. *Locus ad tergiuersandum contra aliquem. Æstuans, & tergiuersans, scilicet aduersarius.*

TERGO, gis *abstergo.* Para. 133 a, Qui tractant ista, qui tergunt, qui vngunt, qui verrunt, &c.

TERGVM gi. *tota posterior corporis pars.* de Nat. 51 a, Grues in tergo præuolantium capita reponunt. de Nat. 58 a, Bonum terga non sunt ad onus accipiendum figurata. & 21 a, Redundans aluo, tergo, poplitibus. & 43 a.

Namque ipsum ad tergum cynosurę vertitur arcti.

Epis. 164 b, Manibus ad tergum reiectus. I. V. 255 b, A latere, à tergo magnam partem vrbis relinquere. L. A. 189 b, Antonius à tergo, à fronte, à lateribus tenetur. de Di. 90 b, Tum Deum illi præcipit, vt gereret protinus: quid retrò atque à tergo fieret, ne laboraret. pro Milon. 107 a, & 115 a, A tergo adoriri aliquem. Ep. 162 a, Clodius à tergo hostem interclusum reliqui. Tusc. 168 b, Senectus nos in cursu à tergo insequens nec opinantes assequitur.

☞ Syntaxis. *Tergo redundans bos. Ad tergum reuincta manus. A fronte tenens, a lateribus, à tergo. A tergo adoriri.*

TERINAEVS, æa. *à Terina Brutiorum vrbe.* Tus. 173 b.

TERMINALIA, orum. *Termino deo consecrati dies.* L. A. 244 a.

TERMINATIO, onis *finis, mensura, modus.* Orat. 216 b, Quorum descriptus ordo alios alia terminatione concluditur. Orat. 214 b, Versus inuentus est terminatione aurium. de Fi. 130 b, Terminatio rerum expetendarum.

TERMINATVS, a, um. *circumscriptus, conclusus finitus.* Ora. 198 b, Oratio non conclusa.)(*oratio terminata* de Fin. 38 b, Ipsa natura diuitias, quibus contenta est, parabiles & terminatas habet. Orat. 216 b, In oratione uniuersa comprehensio clausa & terminata est. Epis. 44 b, Annuo imperio terminato.

TERMINO, as, *finio, determino, concludo, claudo, definio, regionibus aliquibus definio, regionibus circumscribo.* pro Arc. 190 a, Officio. 7 b, Itaque illarum fines, sicut ipsi dixerant, terminani. in Cat. 117 a, quorum alter finem vestri imperij, non terræ, sed cœli regionibus terminaret. pro Arch. 191 a, Si quibus regionibus vitæ spacium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas, &c. de Senectute. 94 a, Si ijsdem finibus gloriam meam, quibus vitam, essem terminaturus. pro Milon. 115 b, Qui Ianiculo, & alpibus, spem possessionum terminabat suarum. pro Cecin. 289 a, Ingrediens intra finem eius loci. quem oleæ termina-

bent Tusculan. 161 a, Terminare rem infinitam. & 184 b, Terminare modum magnitudinis. de Nat. 27 b, An Actij Nauij lituus ille, quo ad inuestigandum suem regiones vineæ terminauit, contemnendus est? Off. 76 a, de Fin. 59 b, Epicurus, qui bona voluptate terminauit, mala, dolore. At. 154 a, Sed aliquando sententiam terminemus.

TERMINOR, ris. de Natu. 53 a, Stomachus ex vtraque parte tonsillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. Orn. 200 b, Vt pariter extrema terminentur, eundemque referant in cadendo sonum. de Orat. 160 a, Clausulam longa syllaba terminari Or. 216 b, Cadere numerose, terminarique sententiam pro Corn. 57 a, Pompeij gloriæ domicilium communis imperij finibus terminauit. Par. 125 b, Non æstimatione census, sed cultu atq; victu terminantur diuitiarum modus. pro Mar. 136 a, Sed vnde est orsa in eodem terminetur oratio.

TERMINUS, ni. *finis, regio.* de Orat. 103 a, Crassus mihi visus est oratoris facultatem nō illius artis terminis, sed ingenij sui finibus immēsis describere. & 91 a, Nullis terminis circumscribere aut finire ius suum. Ac. 33 a, Est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione contentio. pro Mil. 115 b, Cui nulli possessionum termini erant I. C. 173 a, Pompeij res gestæ ijsdem, quibus solis cursus regionibus ac terminis continentur. pro Sex. 18 a, Qui imperium populi Rom. orbis terrarum terminis definiunt. de Sen. 92 a, Omnium ætatum certus est terminus, senectutis autem nullus est certus terminus pro Rabi. 96 b, Longius quam vitæ termini postulant, cogitare. de Vn. 201 b, Quæ de deorum natura præfati sumus, hunc habent terminum. de L. 167 b, Termini, quos Socrates pepigit. in An. 277 a, in Cod. Ger. Euellere terminos. pro Rab. 41 a, Regiones aliquanto latius excitare, quam ipsius vicinitatis nomen ac termini postulabant. & pro Qu. 6 a, & Ara. 33 b, Certos mihi fines terminosque constituam, &c.

☞ Syntaxis. *Terminis circumscribere & finire. Regiones ac termini. Ætatum terminus. Constituere sibi certos fines ac terminos.*

TERNUS a, um. de Or. 161 b, Terna, aut bina, aut singula etiam verba dicere. Orat. 216 b, Ternæ autem sunt vtriusque partes verborum, &c. L. BINUS. p. Cor. 64 b, Vt in singulas colonias ternos ciues Ro. facere posset Ora. 218 a, Hæc item membra ternis pedibus I. V. 172 b, Terna medimna, aut quaterna, aut quina, in singula iugera exigere.

TERO, is. *mollio, consumo.* Ara. 6 a, Iam enim hoc verbum satis externo sermone triuimus. de Fi. 93 a, Rerum nomina nouarum, quæ nunc consuetudo diuturna triuit. I. A. 200 a, Teretur interea tempus belli apparatus refrigescent. de Ora. 154 a, Terere omnem ætatem in nugis discendis.

TERRA, æ *globus terra, humus, tellus, gleba. solum medius mundi locus.* de Nat. 45 b, Terra locata in media mundi sede, solida & globosa, & vndique in sese nutibus suis conglobata, vestita floribus. de Or. 159 b, Terram mediam esse, ac sua vi nutuque teneri. Tusc. 162 b, Vti globum terræ eminentem a mari fixum in medio mundi vniuersi loco & 242 a, Vnde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cauernis mari sustineatur. Acad. 31 a, Videamus terrane penitus defixa sit, & quasi radicibus suis hæreat, an media pendeat. de Na. deor. 70 a, terra ipsa dea est, & habetur: quæ est enim alia Tellus? pro Cl. 58 b, terra, quæ mater est omnium. de Somn. 128 a, Illa globus, quē in hoc tēplo medium uides, quæ dicitur terra. 2 de Nat. terra cum cœlo hilarata videtur. ibid. terra est infima, 7 Fam. terra nata. de Som. 18, Terra noua immobilis manens, una sede semper hæret ibid. Omnis terra, parua quædam insula est de Leg. terra humatis in ea mortuis obducta frugibus obserebatur. 2. de Natu. terra sita in media parte mundi, circumfusa est aere ibid. Terra uestita floribus, herbis, arboribus, frugibus ibid. terræ cauernis magna vis caloris continetur de Leg. Terræ cultum segniorem suspicor fore, si ad eam tuendam, ferroque subueniendam, superstitionis aliquid accesserit de Vniu. terræ expers solidū nihil esse potest. 2. de N. Terræ expirationibus aer alitur, & æther, & omnia sidera. ibid. Terræ fretibus patefactus. de Nat. 35, b, Vmbra terræ soli officiens, noctem efficit. 2. de Le. terræ in sepultura corpus redditur, & ita locatum ac situm, quasi operimento matris obducitur. Tusc. lib. 3. Reddenda est terræ terra de Vniuers. Terram altricem nostram, quæ traiecto axe sustinetur voluit Deus esse diei noctisque effectricem, eandemque custodem antiquissimā deorum omnium, qui intra cœlum generantur. de Nat. deo. 2, Terram crassissimus circumfundit aer. de Na. Terram Deum esse, dicit Plato in Timæo. & in Leg. de Nat. terram eam esse quæ Ceres diceretur, disputat Chrysippus. Ac. quæst. edit. 1. lib. 2, Terram ab igni formari censet Parmenides. Tus. quæst. lib. 3 In terram cadere dicuntur corpora. de Vn. terram primum, ignemque iungebat Deus, terrenum efficere moliens. Ac. q. ed. 1 lib. 2. Præter terram rem ullam in mundo moueri negauit Strato. de Nat. 1 Terram & cœlum refert in deos Heraclides Ponticus ibid. 2, Terram calentem fumare uidemus ex recenti fossione. pro Mur. Quod si e portu soluentibus, &c. quo tandem animo me esse oportet, prope iam ex magna iactatione terram videntem, in hunc, cui video maximas Reipublicæ tempestates esse subeundas? Tusc. q. lib. 1. A terra longissime se efferre. 5. de Fin. Vna pars est natura disserendi, altera uiuendi: tertia natura sic ab his inuestigata est, ut nulla pars cœlo mari, terra, vt poetice loquar, prætermissa sit. 10. ad Attic. Terra & mari bellum comparat. Vatinius Ciceroni. lib. 5. Conquirere aliquem terra marique. Acad. quæst. edi. 1. lib. 2, Cur mortifera tam multa perniciosa terra marique disperserit? Verr. Quam multæ mihi a Verre insidiæ terra marique factæ sint. pro Leg. Manil. Vt aliquando vere videretur omnibus gentibus ac nationibus terra marique imperare. ad Att. li. 9, Cedamus igitur & vt boni ciues simus, bellum Italiæ terra marique inferamus, & lib. 7, Qua aut terra aut mari persequar eum, qui vbi sit nescio? 2. de Nat. Ex terra succum trahunt stirpes. ibidem. Ex terra aqua oritur, & cōtra de Ami. Eorum qui in hac terra fuerant, magnamque Græciam, &c. institutis & præceptis suis erudierunt. de Vniu. In terra deos spargens. Diui. lib. 1, Terræ quidem mortiferæ, vt Ampsancti in Hirpinis, & in Asia Plutonia. ibidem 1, Terrarum varia genera. de Natura 10 a, Quæ natura fluerent atque manarent, ut aqua & terra, &c. Epistol. 65 b, Terra marique conquirere aliquem. Att. 8 a, Et huic terræ filio nescio cui, &c. 2. de Leg. Terra (inquit Plato) vt focus, domicilium sacrum omnium deorum est, quocirca ne quis idem consecrato de Na. Terra enim profecto, quoniam pars mundi est pars est etiam Dei. Tuscu. quæst. lib. 1. Terra ad vniuersi cœli complexum, quasi puncti instar obtinet. 3. de Natura. Terra in aquam se vertit. Tus. q. lib. 1, Terra & aqua in medium mundi locum grauitate feruntur & pōdere. de Som. Scip. Terra quibusdam quasi cingulis redimita & circundata. 2. de Natu. Terra feta frugibus. ibidem. Terra grauidata seminibus, omnia parit & fundit ex sese. de Vniuer. 201 b, Iam verò terram altricem nostram, quæ traiecto axe sustinetur, diei noctisque effectricem, eandem custodem antiquissimam deorum esse voluit, eorum qui intra cœlum gignerentur. I. V. 225 a, Subito non longe à Syracusis penetrauit sub terras. de Legibus 183 b, Terra fruges fert, & vt mater cibos suppeditat.

¶ *Orbis, vel inter homines.* cont. Rull. 79 b. Pecunia tanta, quanta sit in terris. Att. 278 a, Id amisisti, cui simile in terris nihil fuit. pro Dom. 227 b, Quid est enim in terris commune tantum, tantulum ve consilium? quod, &c. 4 ad At. In terris nemo est.

¶ *Regio* de Inu. 61 b, In terra hostili turpiter iacuit insepultus. de At. 149 b, & Epistol. 24 b, Aliquid ex vltimis terris accersitum. I. C. 101 a, Si hic morari non potes, abi, in aliquas terras. de Natura 3 a, Qui terras incolunt, in quibus aer crassus est. I. A. 265 a, Vbicunque terrarum & gentium. Att. 73 a, Nesciebam abi terrarum esses. de Ami. 98 a, Philosophi qui in hac terra fuerunt, Di. li. 2, Terrarū situs plus quam lunæ tractus, ad nascendum valere. 8. ad Attic. Omnes terras, omnia maria mouere. de Att. resp. Accersere aliquem ex vltimis terris. Quin. Fra. 296 b, Non ignoro, quid sociis accidat in vltimis terris. pro Pomp. 8 b, Mithridates non fuit eo contentus, quod ei præter spem acciderat, vt illam posteaquàm pulsus erat, terram vnquam attingeret. contra Rull. 74 a, Mitylenæ, & cæt. quæ terræ nostræ factæ sunt. I. V. 157 a, Vt hæ terræ solent, in quibus bellum acerbum est. de Arusp. 248 a, Huius generis ac terræ domesticus natiuusque sensus.

¶ *Terræ pars, solum.* pro Cecin. 296 b, Qui saxa iacerent, quæ de terra ipsi tollerent. de Amic. 207 a, Ne quid excidat aut defluat in terram.

¶ *Itineris.*)(*nauigio.* pro Plan. 80 a, Iter a Vibone Brundusium terra petere contendi.

TERRAEMOTUS, tus. de Diuina. 96 b, Magnos terræmotus in Liguribus totaque Italia factos esse, vt multa oppida corruerint, multis locis labes facta sit, terræque desederint, fluminaque in contrarias partes fluxerint, atque omnes mare influxerint. & 100 b, Apulia maximis terræmotibus conquassata est de Diuin. 87 b, Cum terræ sæpe mugitus, sæpe motus prædixerint. de Na. deo. 28 b, & I. C. 115 a, Animos terrere uastitate, pestilentia, terræmotibus. de Ar. 258 b, Terræmotus horribilis eodem tempore in agro Piceno factus. & ibi. Cum ipse mundus, cum agri terræmotu quodam nouo contremiscunt. Offic. 35 a, Si tecta aut vi tempestatis, aut terræmotu, aut uetustate cecidissent. L. PUTEUS.

TERRENUS, a, um. *terrestris.* de N. deo. 21 a, Bestiarum terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles & 34 a, Humor marinus uel terrenus, longo interuallo extenuatus. Tusc. 157 a, Corpora nostra terreno principiorum genere confecta. & 118 a, Tamen terrenis concretisque corporibus sunt intersepta. & 156 b, Terrena & humida sua sponte natu in terram feruntur. de Diu. 120 a, Decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena potest sanguini similis esse.

☞ Syntaxis. *Terrena bestia. Terrenum principiorum genus. Terrena & humida.*

TERREO, res. *terrorem affero, terrorem infero terrorem vel timorem iniicio, metum affero metum mortis infero timorem facio.* de Leg. 264 a, Non pœna neque metus, sed turpitudo terrere debet ab iniuriosa vita. de At. 245 a, Qui omnia cæde incendiisque terret. de Or. 91 b, Aduersarios minaciter terrere possumus. pro Sex. Rosc. 29 b, Suæ quenque conscientiæ animi terrent. pro Pl. 277 b, Terrere aliquem denunciatione periculi. de Ar. 245 a, Qui omnia cæde incendiisque terreret. Epi. 27 a, & Tusc. 201 b, Nec me ista terrent, quæ mihi ad timorem proponuntur. In Pis. 89 b, Homines impulsum deorum terreri furiarum tædis ardentibus. Par. 118 b, Hunc tu hominē terreto, si quem eris nactus istiusmodi, minis.

TERRESTRIS, tre. *Terrenus.* I. V. 149 b, Apronius terrestris archipirata. & 235 b, Terrestre præsidium. de Nat. deorum 41 a. Res cœlestes atque terrestres. de Vni. Terrestre animal. I. V. Act. 6, Domicilium terrestre.

TERRIBILIS, le. *horribilis.* Parad. 119 a, Mors terribilis est iis, quorum cum uita omnia extinguuntur. I. A. 172 b, Pompeius, cuius uirtute terribilior erat Popu. Rom. exteris gentibus. pro Sex. 6 b, Alter, o dij boni, quam teter incedebat, quam truculentus, quàm terribilis aspectu. Ora. 105 a.

Africa.

Africa terribili tremit horrida terra tumultu. ex Ennio.

☞ Syntaxis. *Teter, truculentum, terribilis.*

TERRIGENA, næ. de Di 136 a, *Poeta.* L. COCHLEA.

TERRIPAVIVM, L. TRIPVDIVM.

TERRIPVDIVM, L. TRIPVDIVM.

TERRITO, as. *terreo.* ad Her. 30 b.

TERRITORIVM, *terra, ager.* I. A. 176 b, Vt florentis coloniæ territorium minueretur.

TERROR, oris. *mina.* de Fi. 133 a, Qui sibi iniecto terrore mortis horrescunt. I. V. 92 b, Causam huius tanti terroris occultas. Tuscu. 213 a, Terror est metus concutiens, ex quo fit, vt terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequatur. de Pro. 78 a, Terror iniectus Cæsari de eius actis. de Cla. 168 b, Athenæ vim & terrorem Periclis timuerunt pro Font. 281 a, Alicuius minis ac terrore commoueri. Offi. 74 b, Iurauit hoc terrore coactus Pompeius. pro Cec. 291 a, Armis, viris, terrore periculoq; mortis repulit, fugauit, auertit, &c. pro Fon. 208 b, Aliquem vagari erectum passim toto foro, cum quibusdam minis & immani terrore verborum. Attic 96 b, Batonius miros terrores ad me attulit, Cæsarianos.

☞ Syntaxis. *Terrorem Cæsaris timent Pompeiani. Mina ac terror, agendi potestate ac vi.*

TERTIANVS, a, um. de Nu. deo. 64 b, Tertianæ & quartanæ febres, quarum reuersio & motus constans est.

TERTIO. pro Deiot. 146 a, Ille iterum, ille tertio auctionibus factis pecuniam dedit.

TERTIVM, *aduerb.* de Di. 133 b, Iterum ac tertium iacere.

TERTIVM, *nomen, pro tertio.* Epist. 1 a, Sed si res coget, est quiddam tertium. & 140 a, Nihil esse tertium. Philipp. 2, Non igitur homicidæ, sequitur vt liberatores suo iudicio sint, quando quidem tertium nihil potest esse.

TERTIVS, a, um. Att. 79 b, Mancipia venibant Saturnalibus tertijs.

TERVNCIVS, cij. *nummulus, quem Plinius trunciem vocat, & quadrantem: quod tres uncias contineat, & libellæ pars quarta est.* de Fi. 99 b, In diuitijs Crœsi teruncij accessio. Epi. 28 b, De præda mea teruncium nec attigit quisquam. Att. 77 a, Sic in prouincia nos gerimus, vt nullus teruncius insumatur in quenquam.

TERVNCIVS, ij. Att. 100 b, Fecit palam te ex libella, me ex teruncia: id est, te omnium bonorum hæredem, me ex quarta parte.

TESSERA, ræ. *talus.* de Sen. 89 a, Nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquunt & tesseras. de Ora 148 a, Pila tesseræ, tali. item, Quid enim est sors? idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod tesseras, quibus in rebus temeritas & casus, non ratio & consilium valet. de Di. 11 a, Quadringentis talis iactus centum venereos non posse consistere.

TESSERVLA, læ. de Or. 128 b, L. EMBLEMA.

TESTA, tæ. *concha. & vas fictile.* de N. 46 a, Belluæ ad saxa natiuis testis adhærentes. ad Her. 25 b, & 41 a, Ipse a vicinis cum testa carbunculos corrogaret.

TESTÆ, arum. *nauigij genus.* Att. 173, At testis vtemur. *aliter, tectis, vt intelligas nauibus. Sunt autem naues tectæ, naues constratæ.*

TESTAMENTARIVS, rij. *subiector testamentorum.* pro Sex. Cum scurrarum locupletum scorto, cum sororis adultero, cum venefico, cum testamentario, cum sicario, cum latrone. Offic. 66 a, Neque enim de sicarijs, veneficis, testamentarijs, furibus, peculatoribus hoc loco disserendum est.

TESTAMENTARIVS, ia, um. *de testamentis.* In Ver. 98 a, Lex testamentaria.

TESTAMENTVM, ti. *suprema voluntas. Vlp. autem, Testamentum (inquit) est voluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod post mortem fieri voluerimus.* I. V. 98 b, Multi testamenta eodem modo fecerunt. de Or. 99 b, & 104 b, Facere testamentum in procinctu, sine libra atque tabulis. de Nu deo. 27 b, Ex quo in procinctu testamenta perierunt. de Aru spi. 253 b, Clodius mortuorum testamenta conscripsit. de Orat. 106 a, Cóstat agnoscendo rumpi testamentum. & 99 a, Testamentorum ruptorum aut ratorum iura. pro Cec. 298 b, Cui filius agnatus sit, eius testamentum esse ruptum pro Clu. 24, Mutare testamentum. Top. 224 a, Tabulæ quas is instituit, cui testamenti factio nulla esset. Epi. 105 a, Qui factionem testamenti non habuerit. de Legibus 180 b, Cui plus legatum est, quam sine religione capere liceat, is per æs & libram hæredem testamenti soluat. Part. 124 b, Si testamenta amicorum expectas quidem atque ipse suppones. de Le. 164 b, Falsa testamenta supponere. In An. 259 b, Subijcere testamenta. Para. 115 a, & in Cat. 105 b, Testamentorum subiector. de Leg. & 180 a, Si in testamento deducta scripta non sint. Attico. 100 b, Eius testamentum de Tortorio, Ciceronum signis obsignatum. Attico. 106 b, Dolabellam video Liuiæ testamento, cum duobus cohæredibus esse in triente. Attico. 245 a, Ego testamentum composui quod cum voles, obsignabis. In An. 281 a, Antonius testamentum irritum fecit. & ibid. In publicis actis nihil est lege grauius, in priuatis firmissimum est testamentum. Offi. 70 b, Cum testamento sestertium millies relinquatur. pro Milo. 110 b, Vna ius, testamentum simul obsignaui cum Clodio. & ibidem, Testamentum palam fecerat, & illum & me hæredem scripserat. I. V. 98 a, Testamentum impium, iniuriosum, inhumanum.

☞ Syntaxis. *Testamentum facere, in procinctu, sine tabulis, conscribere, rumpere, mutare. Testamenti factionem habere. Testamenta supponere, subijcere, componere, irrita facere.*

TESTANS, tis *fidem faciens.* In Sal. 272 a, Est quædam calumnia, quam vnusquisque vestrum, testante animo suo fert de eo, qui talium crimen bonis obiectat.

TESTATVS, a, um, tior. *notus, indubitatus, exploratus.* pro Fl. 151 b, Nihil religione testatum, nihil veritate fundatum reperietur. Epist. 181 a, Hæc quæ testata sunt, & illustria. I. V. 74 b, Huiusmodi res, ita notas, ita testatas, ita manifestas proferam, vt, &c pro Mur. 194 b, Aut testatam rem obiiciunt aut, &c. Atti. 10 b, Nihil dixi pro testimonio, nisi quod erat notum atque testatum Epist. 15 b, Vt quasi testata esset Popu. Rom. nostra gratia. pro Cæl. 51 a, Vt res esset multorum oculis testatior. Epi. 18 b, & 75 b, Vt testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim.

¶ *Apertus.* Att. 103 b, Testatum esse volo de pace quod senserim.

¶ *Per testes firmatum.* Pur. 232 b, Si testata dici videbuntur. *id est testimoniis firmata.* I. A. 225 b, Laus Bruti nondum autoritate publica testata est: *id est, nondum de eius laude S. C. factum est.*

¶ *Inuocatum, obtestatum.* de Fin. 78 b, Stuprata per vim Lucretia a regis filio, testata ciues, seipsam interemit.

☞ Syntaxis. *Religione testatum. Illustre atque testatum. Res nota, testata, manifesta. Testata res omnium oculis, apud animum alicuius relinquere testatum.*

TESTES, *testiculi.* Epi. lib. 9.

TESTES, *verbum honestum in iudiciis, alias turpe.* Epi. 490 b, Testes, verbum honestissimum in iudicio, alias turpe.

TESTICVLI, *testes.* ad Here. 22 b, Medicus testiculos arietinos tenens.

TESTIFICATIO, onis. *testimonium, formula testimonij.* I. V. 221 b, Si eius rei testificatio tolleretur, tantumque esset, eos testimonium nō esse dicturos. & 216 b, Vt si quando opus esset, hac videlicet testificatione vteretur. de Cla. 190 b, Chirographa, testificationes, indicia, quæstiones rem manifestam deferre. In Ant. 225 b, His honoribus habitis, Ser. Sulpitio repudiatæ legationis sub Antonio manebit testificatio sempiterna.

¶ *Affirmatio priuata.* Epist. 11 a, Cum summa testificatione tuorum in se meritorum.

TESTIFICOR, aris *testor, attestor, notum facio, testibus firmo testimonium dico.* de Ora. 129 a, Brute, testificatur pater se tibi Priuernatem fundum reliquisse. In Ver. 239 a, Hæc cum maxime summa hominum frequentia testificaretur in vincula coniectus est. Atti. 117 a, Sed vt in vrbe retinenda tunc, sic nunc in Italia non retinenda testificabar sententiam meam. Ora. 200 a, Testificor me recusantem hoc fecisse. de Finib. 65 a, Quippe qui testificetur, se, &c. Attic. 15 a, Abs te aliquando testificata tua voluntas fuit. & 123 b, Nam quod testificor me expertem belli fuisse, scripsi, &c. de Ora 160 b, Quod eo sæpius testificer, vt, &c. Epist. 19 b, Et hoc quicquid attigi non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei. Tusc. 21 a, Vt sæpe testificor. de Fi. 75 b, Quasi testificare, laudari honestatem, &c. In Ver. 35 b, In faciendo quod fas non fuit, testificatus est te supplicationes illas non probare. cont. Rul. 71 a, Ad testificandam uictoriam uostri S. pro Qu. Testificantur isti P. Quintium non stetisse. & se stetisse pro Cæc. 293 b, Vt statim testificari discederent. In Att. 206 b, testificor, denuncio, ante prædico, nihil eum facturū, &c. ad Her. 24 b, Non confirmandi, neque testificandi causa, sed demonstrandi. Tuscu. 134 b, Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum, & testificaris, quid dixerim aliquando, aut scripserim.

¶ *Obtestor.* Epi. 124 b, Nam deos, homines, amicitiamque nostram testificor, me, &c.

TESTIMONIVM, nij. *indicium, iureiurando deuincta autoritas.* pro Dom. 240 a, Senatus mihi testimonium huius urbis conseruatæ dedit. de Leg. 184 a, Quandoquidem tam præclarum mihi dedisti iudicij tui testimoniū. pro Q. Rosc. 47 b, Dubit enim nobis iam tacite uita ucta, in alterutram partem firmum & graue testimonium Epist. 64 b, 69 a, Vt mihi non solum præconium tributum, sed etiam graue testimonium impartitum esse uidearur. & 73 a, De tuo filio vereor, ne si nihil ad te scripserim, debitum eius uirtuti videar testimonium nō cepisse pro Quin. Rosc. 46 a, A C. Fannio ipso testimonium sumo, hanc pecuniam ei non deberi. de Inuen. 52 a, Testimonium, & grauior quædam confirmatio. pro Fon. 180 a, Iupiter ille cuius nomine maiores nostri sanctam testimoniorum fidem esse uoluerunt. pro Flacc. 148 b, Testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit. & ibidem. Vnde illud est? da mihi testimonium mutuum, totum illud Græcorum est. Quin Fra. 324 b, Testimonium secundum fidem, & religionem grauissime dicere. pro Syllan. 183 a, Ego qui testimonium de coniuratione dixi in alios. pro Sex Roscio 35 b More maiorum comparatum est, ut in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent. pro Quinct. 24 a, & in Vat. 141 b, Tuum testimonium quod in aliena re leue esset, id in tua, quoniam contra te est, grauissimum debet esse. pro Cæcina. 303 a, Sunt in eam rem testimonia. pro Cecinna. 289 a, In eas Ipsas res quas improbissime fecit, testimonia sumpsit. pro Cecinna 295 a, Exemplum, quod testimonio sit, non ex uerbis aptū pendere ius. Attico. 150 b, Cui rei testimonio sunt literæ, quas Brutus ad me misit. pro Quin. Rosc. 46 b, Eius rei ipsa verba formulæ testimonio sunt & 51 a, Alia certiora testimonia in causa habeo. Antequam 193 a, Tot præclaris testimoniis, monumentis virtutis comparatis. ad Herem. 11 b, Cuius rei mors indigna Palamedis testimonium dat. In Ver. 286 a, Dare testimonium, *id est, dare testes.* pro Planc. 270 a, Dicere testimonium de ambitu. In Ver. 95 b, Dicere testimonium in aliquem. de Natura deorum 76 b, Dicere testimonium contra aliquem. pro Cæl. 49 a, Religiose dicere testimonium. de Natura deor. 17 a, Petere testimonium veritatis ab aliquo. Acad. 20 b, Dicere falsum testimonium. pro S. Rosc. 55 a, I. V. 74 b,

Dicere aliquid pro testimonio. Attico. 10 b, Neque dixi quicquam pro testimonio, nisi quod erat notum atque testatum. pro Cluen. 45 a, Lentulus Pop. luum in ambitus iudicio pro testimonio diligentissime laudauit. ad Herenn. 24 a, Ridiculus sit, si quis in iudicio domestico pugnet, & sui ipsius testimonio abutatur: vt enim testimoniũ, sic exemplum rei confirmandæ causa sumitur. & ibidem, Hoc igitur interest inter exemplum & testimonium: exemplo demonstratur id quod dicimus, cuiusmodi sit testimonio, esse illud ita, vt nos dicimus confirmatur. Ep. 153 b, Esse testimonio alicui. & 148 b, Habere testimonium alicuius rei & 59 a, Habere testimonium vocis alicuius. de Cl. 192 b, Si assenseremus, vide ne religio nobis tam adhibẽda sit, quã si testimonium diceremus. I. A. 204 b, Tribuere testimonium virtutis alicui. & 260 b, Is demum est, mea quidem sententia, iustus triũphus ac verus, cum optime de repub. meritis testimonium a consensu ciuitatis datur. pro Mil. 110 b, Legite testimonia testium vestrorum: dixit. C. Cassinius, &c.

☞ Syntaxis. *Testimonium alicui sapientia dare, impartire. Ab aliquo sumere testimonium. In aliquem dicere testimonium. In eam rẽ sunt testimonia. Testimonia sumere, accipere. Pro testimonio dicere. Testimonium habere vocis alicuius. Testium testimonia.*

Testis, stis. *testimonium, autor, laudator, obsignator, conscius.* I. V. 178 a, Locupletissimus quisque certissimus testis est. de Cl. 197 a, Ab inferis locupletissimos testes excitare. de Finib. 78 b, Excitare testes ex monumentis annalium. Epist. 6 b, Præterea quidem de cõsularibus nemini possum aut studij, erga te, aut officij, aut amici animi esse testis. & 18 b, Graui teste priuatus sum amoris summi erga te mei. de Finibus 63 b, Testis incorruptus atque integer. pro Qu. 13 b, Testis grauis.)(*Testis, leuis*, de Orato. 109 b, Testis viuus & præsens. pro Cecin. 299 a, & in Var. 29 a, Testis religiosus. de Ora. 94 a, Te mearum ineptiarum testem & spectatorem fortuna constituit. Antequam. 195, Apud vos loquor, quos habui innocẽtiæ & virtutis meæ testes. Orat. 116 b, Stultitiæ suæ quàm plurimos testes domestico præconio colligere. pro Flac. 154 b, Vt qui locuples testis sanguinis sui non fuerit, idem sit grauis autor iniuriæ publicæ. Postquam. 201 b, qui rerum mearum gestarum autores, testes, laudatoresque fuerũt. de Pro. 78 a, Cn. Pompeius idem mihi testis de voluntate, Cæsaris, & sponsor est illi de mea. Officio. 60 b, Cum vero iurato dicenda sententia sit, meminerit Deum se habere testem. de Diuinat. 114 a, Hoc philosophi ego non arbitror, testibus vti, qui aut casu veri, aut malitia falsi fictique esse possunt. in Anton. 163 a, Qui si negem, &c. quo me teste conuinces? an chirographo Qu. 16 b, Id testibus planũ faciam, qui &c. scire debent, & causam cur mentiãtur, non habent. pro Qu. Rosc. 45 b, Suum codicem testis loco recitare. pro Cec. 290 a, Duo præterea testes, P. Cæsennius autor fundi, non tã autoritate graui quàm corpore. in Verr. 2 10 a, Cum testes ex Sicilia dabo, quẽ volet eligat. & 214 a, De qua credo satis idoneum, satis grauẽ testẽ, Qu. Minutium dicere audistis. & 57 a, Deinde sunt testes viri clarissimi, &c. pro Font. 277 b, Testis cupidus iratus, coniuratus, ab religione alienatus. & ibidem a, & ad Herenn. 52 b, Testis & conscius alicuius rei. pro Fla. 147 a, De quibus vos testes alijs esse debetis, de iis ipsi alios testes audietis? & de testibus refutandis. in Verr. 274 a, Castor & Pollux arbitri & testes omnium rerum forensium. de Orato. 128 b, Tu mihi testis esse potes, nullã esse artem salis. I. V. 78 b Producere testes ad iudices. & 76 a, Dare testes in singulas res pro Qu. 13 b, In hanc spõsionem testes dare oportebat. At. 77 a, Dare testes augures qui dicant, &c. de Fi. 77 b, Dare testes. & ibidem. Sic a me satis testium est dictũ. Ep. 62 b, Pro ijs rebus nullam mihi abs te relatam esse gratiã. tu es optima testis. Ep. 140 b, testes, verbum honestissimum in iudicio: alio loco non nimis. Offic. 15 b, Cite. itque Salamis clarissimæ testis victoriæ pro Fl. 158 b, Cuius rei cuncta testis est Asia. I. A. 245 b, Quorum cõmoda vt vos optimi testes estis, semper oratione firmaui: nẽ. Quorũ testẽ non mediocrem, sed haud scio an grauissimum, Regulum, nolite quæso contemnere. pro R. P. 130 a, Possum excitare multos reductos testes liberalitatis tuæ.

☞ Syntaxis. *Testis locuples. Excitare testes ab inferis. Ego sum ille testis erga te studij. Testis ac spectator viuus ac præsens. Autor, testis, laudator. Testis & sponsor. Recitare codicem testis loco. Testis & conscius. Sum tibi testis, hoc factum. Testes producere. Testis est Italia.*

Testor, aris. *doceo, significo, ostendo, demonstro, imploro.* de N. d. 54 a, Venæ & arteriæ crebræ, multæque toto corpore intextæ, vim quandam incredibilem artificiosi operis diuinique testantur.

¶ *Inuoco, obtestor, testem voco.* pro Corn. 63 a, Testantur & mortuos nostros Imperatores, te hoc ius esse velle, ut sibi, &c. in Anto. 166 a, Is me potissimum testatus est, se æmulum mearũ laudum extitisse. Ep. 11 b, Ipsum meum fratrem testatus est se egisse, &c. pro Quint. 12 a, Alphenus testatur omnibus audientibus, tu, &c. pro Clu. 2 a a, de Diuin. 108 a, Nunc illud testabor, non me psychomantiam agnoscere. pro Rabir. 90 b, Quapropter equidem testor, me putare, &c. Orator. 219 b, Sæpe enim hoc testandum est. pro Syll. 173 b, Atque hoc vos iudices testor, mihi, &c. & 179 a, Implorarem sensus vestros vniuscuiusque indulgẽtiam testarer in meos pro Cl. 58 b, Preces illius & vota cognoscimus, quibus illa deos de suo scelere testatur. pro Syll. 183 b, Deos testor, integro me animo ac libero P. Syllæ causã defendere. Antequam. 197 a. Testor deos deasque omnes immortales vel utrasque maxime mentes, me, &c. pro Cecinna. 301 a, Ego omnes homines deosque testor pro Mu. 143 a, Ego quod facio, me omnium vestrum causa facere clamo atque testor.

¶ *Manifesto.* pro Syl. 134 b, Recenti memoria senatus, autoritatem huius iudicij monumentis publicis testatus sum.

A

¶ *Testamento decerno.* de Inuentin. 20 a, Possitne quisquam de filiis pupillis testari.

Testudo, nis. *animal crusta tectum, tardum.* de N. d. 50 b, Bestiæ aquatiles, velut crocodili, fluuiatiles testudines. de D. 136 a, Nã Pacuuianus Amphion de testudine &c. Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera, capite breui, ceruice anguina, aspectu truci, euiscerata, inanima cum animali sono.

¶ *Concameratus & fornicatus locus.* de Cl. 17 a, Vsque illum in quadã testudine cum seruis literatis commentatum fuisse. Quint. Fra. 318 a, Nunc vel honestatem testudinis, vel valde bonum æstiuum locũ obtinebit.

Teter, a, um: trior, rimus. *fœdus, flagitiosus.* Officio. 52 a, in Verr. 220 a, At videte, quanto hic tetrior tyrannus. Quint. Fra. 214 a, Homo teter & fœdus. pro Sest. 6 b, Teter, truculentus terribilis aspectu. pro Cæl. 40 a, Quis tetrior, hostis huic ciuitati? de Pro. 72 a, Immanis & tetra bellua. Tusculan. 218 b, Tetra & immanis bellua. de Finibus. 84 b, Tetri cruciatus in Catil 99 b, Hanc tam tetram, tam horribilem, tam infestam pestem effugimus. de Natu. deorum. 54 b, & Att. 259 a, Quæ tetri aliquid essent habitura. Offic. 59 a, Tempestates, quibus nihil tetrius Tusculan. 172 a, Quo nihil tetrius, nec fœdius excogitari potest. in Vatin. 30 b, Quanquam sic omni diritate atq; immanitate teterrimus. Epist. 56 a, Vir clarissimus ab homine teterrimo occisus est. Tusc. 169 a, Teterrimus in aliquem. Attico. 282 b, Tetrum enim spectaculum, oppressa ab impiis ciuitas, opitulandi potestate præcisa. Qu. Fr. 311 b, Et tres sententiæ teterrimæ in cõsilio defuerunt. Off. 49 b, Nullum vitium est tetrius quàm auaritia.

☞ Syntaxis. *Tyrannus, cruciatus, hostis, bellua, pestis, spectaculum tetra. Tetrum & immane. Tetrum ac fœdum. Omni diritate atque immanitate teter.*

Tetradrachma, orum. *nummus quatuor drachmis æstimatus.* Episto. 189 b, Cassij. L. Drachma.

Tetrarcha, chæ. *qui quartam regni partem tenet.* pro Dom. 225 a, & in Vatin, 35 a, pro Cornel. 57 a, Attico. 28 a, Qui prædia tetrarchis dederunt.

Tetrarchia, chiæ. *quarta regni pars.* de D. 93 a, Deiotarus a Cæsare tetrarchiæ regno mulctatus est.

Tetre *fœdissime.* de Diu. 93 b, Facere multa impurè atque tetrè. Att. 262 a, Teterrime gerere se in prouincia. pro Dom. Aliquid impurissimè teterrimeque violare.

Teucris, *tragœdia nomen.* Att. 6 a.

Texo, xis, *detexo, prætexo, contexo.* de N. d. 50 b, Vt in araneolis aliæ quasi rete texerunt, aliæ ex inopinato obseruant.

¶ *Ædifico.* Attico. 66 b, Paulus basilicam texuit iisdem antiquis columnis.

¶ *Lucubror, compono.* Ep. 139 a, Texere epistolas quotidianis verbis.

¶ *Necto.* Aca. 37 a, Quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt.

Texor, Ep. 27 b, Togam prætextam texi Appio, puto te audisse. Q. fr. 325 a. Sane texebatur opus luculenter. de Or. 164 a, Quanquã ea tela texitur, & ea mentatur in ciuitate ratio viuendi, vt, &c.

Textilis, le. *textum.* de L. 179 a, In delubris communibus textile, nec operosius quàm mulieris opus menstruum. Tusc. 240 a, Textile stragulum. 179 a, Ipse illigatus peste interimor textili. I. V. 200 a, Pictura textilis, aut in tabulis. de L. 179 a, Color albus præcipue decorus deo est, tum in cæteris, tum maxime in textili.

Textor, oris. pro Planc. 272 a, Si mancipium pro fabro aut pro textore emimus.

Textrina, næ. *textoris officina* I. V. 213 a, Nulla domus in Sicilia locuples fuit, vbi iste textrinam non instituerit.

Textrinum, ni. *textrina.* I. V. 224 a, Quod tamen oppidum isti textrinum per triennium ad muliebrem vestem faciendam fuit.

Textus, a, um. de Natura deorũ. 56 b, Tegumenta corporum vel texta, vel suta.

Thaumantis, *Iridis pater.* L. A 20 v a.

Theanum, *oppidum* pro Cl. 23 a, 59, & contra Rull. 85.

Theatralis, le. pro Sest. Theatrales consessus.

Theatrum, tri. *cauea* de Orato. 161 a, Si in his paulum modò offensum est, theatra tota reclamant. de Diuinat. 93 a, Idque frequentissimo theatro, incredibili clamore & plausu comprobatum est. Att. 34 a, In theatro ac spectaculis. & 209 a, Theatrum quidem sane bellum habuisti. pro Clu. 37 a, Gradus illi Aurelij tum noui, quasi pro theatro illi iudicio ædificati videbantur, quos accusator concitatis hominibus cõpleuerat. pro R. P. 129 a, Multas equidem C. Cæsaris virtutes cognoui, sed sunt cæteræ hæ maioribus quasi theatris proposita, &c. de Cla. 165 b, Forum quod fuisset, quasi theatrum illius ingenij. I. V. 243 a, Quæsturam meã, quasi in aliquo orbis terrarum theatro versari existimabam. Ep. 200 a, Familiaritas, quæ mihi cum Lamia est, magno theatro spectata est tum cũm, &c.

☞ Syntaxis. *Theatrum reclamans. In theatro ac spectaculis. Magno theatro spectata familiaritas.*

Thebæ, arum. de D. 96. L. Crassus, & Pinguis.

Thebans. de Fat. 141, de Inu. 7 c.

Theca, cæ. *arcula, in qua aliquid reponitur.* I. V. 211 b, Efferri sine thecis vasa. Att. 59 a, Theca nummaria.

Thecula, læ. Att. 140 a.

Themista. Ad. P. 20 a, Themista sapientior. *prouerbium.*

Themistocles, clis. Tusc. 9 lib. 4. Noctu ambulat in publico Themistocles, quòd somnum capere non posset: quærentibusque respondebat, Miltiadis trophæis se e somno suscitari. pro Arch. Themistocles laudum suarum vocem libentissime audiuit. Læl. Themistocles

mistocles, quòd adiutorem contra patriam inueniret neminẽ, mortem sibi consciuit, 3. Off. Themistocles post victoriã eius belli, quod cum Persis fuit, dixit in concione, se habere consilium Reip. salutare, sed id sciri opus non esse: postulauit vt aliquem populus daret, qui cum communicaret, datus est Aristides: ibidem, Aristides dixit, perutile esse consilium, quod Themistocles afferret, sed minime honestum. ad Attic. lib. 7, Quale tibi consilium Pompeij videtur? Hoc quæro, quod vrbem reliquerit. Fecit idem Themistocles. fluctum enim totius Barbariæ ferre vrbs vna non poterat. Bru. Themistocles fuit, regnante iam Græcia, nostra autem ciuitate non ita pridem dominatu regio liberata. ibid. Post hanc ætatem aliquot annis, vt ex Atticis monumentis potest perspici, Themistocles fuit, quem constat, quum prudentia, tum etiam eloquentia præstitisse. 2. de Ora. & de Finib. lib. 2, Apud Græcos fertur incredibili quadam magnitudine consilij atque ingenij Atheniensis ille fuisse Themistocle, ad quẽ quidam doctus homo atque in primis eruditus accessisse dicitur, eique artem memoriæ, quę tum primum proferebatur, pollicitum esse se traditurum, quum ille quęsisset, quidnam illa ars efficere posset? dixisse illum doctorem, Vt omnia meminisset. & ei Themistoclem respondisse gratius sibi illum esse facturum, si se obliuisci, quæ vellet, quam si meminisse docuisset. 10 ad Atti. Themistocles in odio apud Lacedęmonios & apud suos ciues. Offi. 1, Quamuis enim Themistocles iure laudetur, & sit eius nomen quam Solonis, illustrius, citeturque Salamis clarissimæ testis victoriæ, quæ anteponatur consilio Solonis, ei quo primum constituit Areopagitas: nõ minus pręclarum hoc, quam illud iudicandum est. Læl. Themistocles Imperator bello Persico seruitute Gręciam liberauit. 9 ad Att. Themistocles mori maluit, quàm contra patriam armari. Læl. Themistocles propter inuidiam in exilium missus. Cato, Themistocles omnium ciuium nomina perceperat. Brut. Themistocles populi ingrati pulsus iniuria, se ad hostes contulit, conatumque iracundiæ suæ morte sedauit. Offi 2. Themistocles quum consuleretur, vtrum bono viro pauperi, an minus probato diuiti filiam collocaret: Ego vero, inquit, malo virum qui pecunia egeat, quàm pecuniam quæ viro. Tuscu. quæst. lib. 1, Themistocles quum in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior. Cat. Themistocles Seriphio cuidam in iurgio dicenti, non eum sua, sed patriæ gloria splendorem assecutum, respondit, Nec hercle, si ego Seriphius essem, nobilis, nec tu, si Atheniensis esses, clarus vnquam fuisses. 10. ad Attico. Themistocles non uidit, quid Artaxerxes polliceretur. 5. Fami. Cuius studium in legendo non erectum Themistoclis fuga, redituque retinetur? ad Brut. In qua videtur illud esse crudele, quòd ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna peruenit. sed id & antiquum est, & omnium ciuitatum, siquidem etiam Themistocles liberi eguerunt. ad Atti. 10, Themistoclis prudentia ex uerbis Thucydidis. pro Sex. Themistoclem à defendenda Republi. non deterruit nec Miltiadis calamitas, nec Aristidis fuga. Aca. quęs. edi. 1. libro 2. Sed quo plus in negocijs gerendis res, quàm verba prosunt: hoc erat memoria illa præstantior, quam fuisse in Themistocle, quem facile Græciæ principem ponimus, singularem ferunt. Br. Omnia fuisse in Themistocle patria & Coriolano, ut Coriolanus sit plane alter Themistocles.

Themistocleus, a, um. Att. 160 a, Themistocleum exilium. & libro 10, Themistocleum consilium.

Thempsa, sæ. *oppidum*. I. V. 244 a.

Thempsanus, na. I. V. 243 b, 244 a.

Thensa, sæ. *sacrum deorum vehiculum ex argento*. I. V 274 a, Omnes dij, qui vehiculis thensarum solennes cœtus ludorum initis. de Arusp. 249 a, Si puer ille terram non tenuit, si thensam aut locum omisit. I. V. 149 a, Qui ex thensarũ orbitis præclarus est. & 107 b, Via thensarum & pompæ.

Theodectes, ctæ. Orato. 113 b, Theodectes politus scriptor atque artifex.

Theogonia, niæ. de Natu. 9 a, Hesiodi Theogonia, *id est, origo deorum*.

Theologus, gi. *rerum diuinarum peritus*. de Natu. 70 a, Iones tres numerant hi, qui Theologi numerantur. & ibid b, Soles multi a Theologis proferuntur.

Theopompino, genere, aut etiam asperiore aliquid pangi. Att. 26 a.

Theopompus, pi. *historicus, Isocratis discipulus*. de Orato. 113 b, Leg. Calcar.

Theopompeus, ea, eum. Or. 17 a, Theopompeo more dicere.

Theophanes, *scriptor rerum Pompeij*. pro Ar. 190 b.

Theophrastus, sti. Or. 202 b, Theophrastus diuinitate loquendi nomen inuenit. de Cla. 175 b, Theophrastus in dicendo dulcis. & 180 a, Theophrastus hospes. Aca 45 a, & Tuscu. 133 a, De Theophrasto, 2. de Leg Theophrastus author haud deterior Timęo. meliorẽ mul ti nominant. Bru. Theophrastus, homo doctissimus. 3. de Leg. Theophrastus institutus ab Aristotele, abundauit in eo genere rerum. 1. de Fin. Quid Theophrastus? mediocriterne delectat, quum tractat locos ab Aristotele ante tractatos? 1. de Orat. Si enim Aristoteles, si Theophrastus, si Carneades in rebus iis, de quibus disputauerunt, eloquentes, & in dicendo suaues atque ornati fuerunt. 1. Aca. Theophrastus autem uir, & oratione suauis, & ita moratus, ut præ se probitatem quandam & ingenuitatem ferat, vehementius etiam fregit quodammodo ueteris disciplinæ authoritatem. Spoliauit enim virtutem suo decore, imbecillamq; reddidit, quod negauit in ea sola positum esse beate uiuere. 5. de Fin Persecutus est Aristoteles animantium omnium ortus, victus, figuras. Theophrastus autem stirpium naturas, omnium fere rerum, quæ e terra gignerentur, causas atque rationes. 5. Tusc. Hoc illud est, quod Theophrastus sustinere non potuit. Nam quum statuisset verbera, tormẽta, cruciatus, patriæ euersiones, exilia, orbitates, magnam uim habere ad male misereque uiuendum, non est ausus elate & ample loqui, quum humiliter demisseque sentiret, quàm bene, non quæreretur constanter quidẽ certè. Hic autem elegantissimus omnium philosophorum & eruditiss. non reprehenditur, quum tria genera dicit bonorum, vexatur autem ab omnibus, Primum in eo libro, quem scripsit de uita beata, in quo multa disputat quamobrem is, qui torqueatur, qui crucietur beatus esse non possit ibid. Vexatur idem Theophrastus & libris & scholis omnium philosophorum, quòd in Callisthene suo laudarit illam sententiam. Vitam regit fortuna, non sapientia. 3. Tusc Theophrastus moriens accusasse naturam dicitur, Quod ceruis & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset, hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguam uitam dedisset: quorum si ætas potuisset esse longinquiorum, futurum fuisse, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum uita erudiretur. 1. Off Theophrasti inconstantia ferenda est. Modo enim menti diuinum tribuit principatum, modo cælo, tum autem signis, syderibusq; cęlestibus. 5. de Fi. Quod maxime efficit Theophrasti de uita beata liber in quo multum admodum fortunæ datur, quod ita si se habeat, non posse beatam præstare uitam sapientia. ibid Primum Theophrastus Stratonem physicum se uoluit, in quo etsi est magnus, tamen noua pleraque & perpauca de moribus. 2. ad Attic. Θεοφράστου περὶ φιλοτιμίας affer mihi de libris. Qu. F. alias περὶ φιλοτιμίας. 16. Fa. Quomodo Theophrasto placet verecunda tralatio. Brut. Vt ego iam non mirer illud Theophrasto accidisse, quod dicitur quum percontaretur ex anicula quadam, quanti aliquid venderet? & respondisset illa, atque addidisset, Hospes non pote minoris, tulisse eum moleste, se non effugere hospitis speciem, quum ætatem ageret Athenis, optimeque loqueretur. 5. Finib. Theophrastum tamen adhibeamus ad pleraque, dummodo plus in uirtute teneamus, quàm ille tenuit firmitatis & roboris. 1. de Natu. Meretricula etiam Leuntium contra Theophrastum scribere ausa. Brut. 62 a, Quis Aristotele neruosior? Theophrasto dulcior? 5. de Fin. A Theophrasto leges etiam cognouimus. ibid. Sæpe ab Aristotele, à Theophrasto mirabiliter est laudata per se ipsa rerum scientia. 3. de Legib. sed huius loci de magistratibus, sunt propria quædam, à Theophrasto primum, deinde à Dione Stoico quæsita subtilius. Att. 2, Quoniam tanta controuersia est Dicæarcho familiari tuo, cùm Theophrasto amico meo, vt ille tuus τὸν πρακτικὸν βίον longe omnibus anteponat, hic autem τὸν θεωρητικόν.

Theorema, tis. de Fato 142 a, b, Percepta appello, quæ dicuntur Græce θεωρήματα. item, Sint igitur astrologorum præcepta huiusmodi, siquis, uerbi causam oriente canicula natus est, is in mari non morietur. *hæc vera & emendata lectio. L. vectorij castigationes.*

Therma, *oppidum Siciliæ, vbi sunt aquæ calidæ*. in Ver. 135 b.

Thermitanus, na. in Ver. 125 b.

Thermopylæ, arum *locus in Græcia*. Off. 13 a.

Thesaurus, ri. (*est vt Iurisconsultus definit*) *vetus quædam depositio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam dominum non habeat. Sic enim fit eius qui inuenit, quod non alterius sit. Capitur autem præterea pro rerum omnium preciosarum copia reposita, aut pro loco, in quo res ipsa custodiuntur*. de Dom. 122 a, Qui thesaurum inuenturum, aut hæreditatem uenturam dicunt, quod sequuntur? & 136 a, Respondit coniector, thesaurum defossum esse sub lecto. Attico 249 b, Tibi de gloria excudam aliquid quod lateat in thesauris tuis. in Anton. 248 a, Seruus domini patrimonium, circumplexus, quasi thesaurum draco. de Senectut. 81 a, Obruere thesaurum alicubi. de Orato. 86 b, Thesaurus rerum omnium, memoria. Part. 139 b, Qui illos locos tanquam thesauros aliquos argumentorum notatos habet. Episto. 172 b, Non si Varronis thesauros haberem, sustinere sumptum possem de Fi. 78 b, Suppeditare aliunt aliquid de thesauris suis. in Anto. 178 a, Vbi est septies millies sestertium, quod in tabulis, quæ sunt ad Opis, patebat?

Theseus, sei. de Nat. 75 b, de Offi. 7 a, & 72 a.

Thesis, sis. *propositum*. Top. 227 b, Quod Græci θέσιν appellant, nos propositum possumus nominare. De Orato. 153 a, Omnem eiusdem orationem in alterutro genere uersari, aut definita controuersia certis temporibus ac reis, hoc modo, Placeatne a Carthaginensibus captiuos nostros redditis suis recuperari? aut infinite de vniuerso genere quærentis, quid omnino de captiuo statuendum, ac sentiendum sit: atque horum superius illud genus causam aut controuersiam appellant, eamque tribus, lite, aut deliberatione, aut laudatione definiunt: hæc autem altera quæstio infinita, & quasi proposita consultatio nominatur. Attico. 142 b, Θέσεις meas commentari non desino, & 136 b, Sed tamen ne me totum ægritudinis dedam, sumpsi mihi quasdam tanquam θέσεις, quæ & politicæ sunt, & horum temporum. Orat. 201 a, Orator a propriis personis & temporibus semper, si potest, auocat cõtrouersiam. Latius enim de genere, quam de parte disceptare licet: ut quod in vniuerso sit probatum, id in parte sit probari necesse. hęc igitur quæstio à propriis personis ad uniuersi generis rationem traducta, appellatur Thesis. Par. 116 b, Cum hæc quæ uocantur in scholis θέσεις, ad nostram hoc orationem transfero dicendi genus. de Orato. 133 b, Θέσεις philosophorum esse, cum antea essent oratorum & 152 a, Θέσεις oratorum esse.

Thesmutes, *Apollo*. I. V. 228 a.

Thespiæ, arum. *oppidum Siciliæ*. I. V. 200 b, Cupido ille, qui est Thespiis, & Episk. 213 a.

Thespienses, ium. I. V. 213 a.

THESPROTIA, iæ. *Græciæ ora*. At. 92 b.

THESSALIA, iæ. *regio* pro Flac. 159 b.

THESSALI. *populi*. pro Cluen.

THESSALONICA, cæ, *urbs*. At. 14 b, & de At. 252 b.

THESSALONICENSES, *populi*. de Prou. 69 b.

THEUTONI, *populi* pro Pomp. 15 b.

THAYS, *siue, vt alij*, THAYT, *fiue, vt Suidas vult*, THOYT. de Nat. 70 b, Quintum Mercurium Ægyptij Thoyt appellant. eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur. is est September: *lector ne id ignores.*

THRASIMANUS, *lacus*. pro S.R. 33 de Cla. 169 b.

THRACIUS, a, um de Pro. 79 b, Castra Thracia.

THRAX, cis. I. A. 207 b, Myrmillo Thrax. item: Vt rex Ariobarzanes consulem uestrum ad cædem faciendam tanquam aliquem Thracem conduceret.

THREICIUS, a, um. Offi. 37 b, Barbarus compunctus notis Threicijs.

THUCYDIDES, dis. de Or. 123 b, Post Herodotum Thucidides omnes dicendi artificio mea sententia facile uicit. de Clar. 191 b, Thucidides rerum gestarum pronunciator sincerus & grandis fuit, hoc forense concertatorum iudiciale tractauit genus orationes, quas interposuit, eas ego laudare soleo, imitari neque possim si velim, nec velim fortasse si possim. Orat. 199 b, Thucidides autem res gestas & bella narrat, & prælia, grauiter sane & probe, sed nihil ab eo transferri potest ad forensem vsum & publicum, ipsæ illæ conciones ita multas habent obscuras abditasque sententias, vix vt intelligantur: quod est in oratione ciuili vitium vel maximum. de Opt. 344 a, Thucididis quidam eloquentiam admirantur, id quidem recte, sed nihil ad eum oratorem, quem quærimus. *& ibid. de Thucydide multa.* Qu. Fr. 314 b, Secutus ille capitalis, creber, acutus, breuis, pene pusillus Thucidides. Or. 220 a, In Thucidide orbem modo orationis desidero, ornamenta comparent. Att. 99 a, Sed hæc, vt ait Thucidides, fuerit ἐν παρέργῳ, non inutilis, *id est, egressio orationis.*

THUCIDIDIUS, a, um. Orat. 199 a, & de Opt. 344 a, Ecce autem aliqui se Thucididios esse profitentur.

THURIBULUM, li. *acerra*. I. V. 218 a, Num etiam de L. Papyrio thuribulum emisti? & eod. Quem volet eligat, quem ego interrogem de patellis, pateris, thuribulis.

THURII, orum. *oppidum*. Att. 154 a.

THUS, thuris. Offi. 68 a, Omnibus vicis statuæ factæ sunt, ad eas thus & cerei. I. V. 218 a, Thura & odores incendere.

TUSCULANUM, ni. *villa Ciceronis, & aliorum sæpissime ac Atticum, & alibi occurret.*

THUSCULANUS, na de Di. 180 b, Thusculanæ disputationes, *& alibi sæpe alibi*, Tusculanus.

THUSCULANENSIS. se. Epist. 129 a, Equidem hos tuos Thusculanenses dies instar esse uitæ puto.

THUSCULUM, li. *municipium Romæ finitimum* pro Fon. & de Diu. 128 a, & in Rull.

THUSCUS, a, um *Hetruscus*. de Nat. 18 a, An vos Thusci & Barbari auspiciorum populi Ro. ius tenetis? de Di. 150 b, Cur enim Thuscis potius quam Latinis darent? de Or. 149 a, Mare inferum Thuscum.

THIAMIS, *fluuius*. Att. 100.

THIESTES, *viri & tragœdiæ nomen*. de Nat. lib. 3, & in Bruto.

THIESTAUS, a, um. I. P. 88 a, Thiestea ista execratio est.

Θύμωσις L. Exe ANOASCANTIA.

THIONA, es. *Bacchi mater* de Nat. 72.

THIRAEUM, ei. *oppidum*. Epi. 226 b.

TIARANI, urum. *populi*. Epi. 245.

TIBI. Acad. 30 b, Ecce tibi e transuerso, &c. Epi. 112 b, Hic tibi strepitus, & 124 a, Nunc tibi milites, &c. & 126 b, At tibi repente, &c. Att. 214 b, Ecce tibi, III non. Feb. mane accepi, &c pro S.R 40 b, Alter tibi descendit de palatio & ædibus suis, &c. Epi. 119 a, & 118 b, Eos tibi & rem de qua misi, uelim curæ habeas. I. V. 93 a, & 107 b, & 129 b, Mihi eodem modo positum, quo tibi. At 9 b, Hic tibi rostra Cato aduolat, & 27 b, Ecce tibi nuncius, pueros uenisse Rom. Off. 68 b, Ecce, qui tibi rex populi Rom. esse concupierit.

TIBIA, biæ. *fistula*. de Or. 139 b, Tibicen sine tibijs cenare non potest, & 161 a, Vt epularum solennium fides & tibiæ indicant. de Nat. 30 b, Tibiæ modulate canentes, & fidiculæ numerose sonantes de Cl. 182 b, Si tibiæ inflatæ non referant sonum, tibicen eas abijciat. pro S.R. 41 a, Cantus uocum, neruorum, & tibiarum. Tus. 171 b, Cum tam bono septenario fundat ad tibiam. ad Her 34, Tibiæ nuptiales.

TIBICEN, nis. *qui tibijs canit*. de Or. 130 b, Tibicen sine tibiis canere nõ potest. de Cl. 181 a. Tibicem Antigenidas dixit discipulo sane frigenti ad populum, Mihi cane & Musis. Acad. 6 b, Qui primo inflatu tibicinis Antiopam esse aiunt, & 21 b, Simul inflauit tibicen. de Le. 132 b, Ad cantus & ad tibicinem prosequi laudes clarorum uirorum. de At. 249 a, & de Nat. 30 b, Tibicen repente conticuit, & 64 a, Tibicinis scientia. pro Dom. 238 b, Tibicen adhibebatur in consecratione. Or. 216 b, Non sunt in oratione tanquam tibicini percussionum modi, sed uniuersa comprehensio, &c. pro Mur. 129 b, Transit idem Iurisconsultus tibicinis Latini modo. I. V. 165 a, Rhodius tibicen, & Epi. 167 a, Bellus tibicen.

TIBUR, ris. *à Tiburo opp. vt Tiburs ager*. de Orato. 129 a, In Tiburti. & 133 a, Villam in Tiburte habes. At. 132 a, In Tiburti Lepidi. *sic legendum est, non, Aut Lepidi.*

TIBURTINUM, *villa Scipionis*. Philip. 5.

TIGNARIUS, a, um. de Cl. 178 a, Faber tignarius: *id est, qui domus ipso fabricatur, nam tigni nomine intelligitur materia, è qua ædificia constant, continetur, & si tignum trabem significat, idcirco Plau. materiarum appellauit.*

TIGNIUM, ii. *oppidum*. Att. 112.

TIGVRINUS, ager. pro Tullio, apud Quintilianum.

TIMÆUS, *historicus longè eruditissimus*. de Or. 113 b.

TIMENDUS, a, um. Epistola. 5 a, Sed tamen in eiusmodi rerum perturbatione quanquam omnia sunt timenda, nihil magis quam perfidiam timemus.

TIMEO, es. *Metuo, horreo, extimesco, pertimesco, reformido, vereor, hoc me commouet, in metu sum, timore afficior, metus animo obijcitur, mente vix consto*. Epi. 88 a, Quotidie aliquid sit leuius & liberalius, quàm timebamus pro Syll. 178 a, A quo quidem genere iudices ego nunquam timui. Att. 275 b, Itaque timeo de consulatu, me, &c. & 195 a, & 122 b, De rep. valde timeo. & timere de honore suo. L. Pertimesco. Q. F. 305 a, Familiarissimus quisque sibi pertimuit Att. 194 a, Quid possem, timebam. Ep. 172 b, Timeo quemadmodum hæc explicari possint. Att. 42 a, Nunc illic quid agatur, magnopere timeo. * Ep. 100 a, Valde me hercule de te timueram.]

☞ Syntaxis. *Id leuius fit quàm timeus. De meo honore timeo. Timeo quemadmodum res cadat. Quid fiat, ego timeo.*

TIMIDE *ignauè, timido animo, dubitanter, diffidenter.*)(. *Fidenter*. pro Q. 9 a, & Epist. 85 a, Timide ac pedetentim ad aliquid agendum descendere. in Anto. 244 a, Timide hoc dicam, &c. Tus. 187 a Ne quid abiecte, ne quid timide, ne quid ignaue faciamus, &c. pro Cec. 299 b, Nã ipso præsente de eius uirtute timidius dicerem. de Fi. 125 b, Tum ille timide, uel potius uerecunde. pro Syll. 182 a, Quanquam à me de ea timide modiceque diceret. pro Planc. 264 a, Timide dico, sed tamen dicendum est. de Diu. 32 a b, Timide fortasse signifer euellebat, quod fidenter infixerat.

☞ Syntaxis. *Timidè ac pedetentim descendere ad aliquam rem. Abiectè, timidè, ignauè. Timidè, imò potius verecundè. Timidè, modiceque.*

TIMIDITAS, tis. *angustus & paruus animus*. Part. 237 a, Verecundiam timiditas imitatur. de Fin. 118 a, & Tusculan. 237 b, Ex rebus enim timiditas, non ex uocabulis oritur. Tusculan. 173 a, & de Fin. 118 a, Quæ qui recipit, recipiat idem necesse est timiditatem & ignauiam. de Or. 136 a, Cautio mea & timiditas in causis. pro Clu. 44 a, Supplicium in bello timiditati militis propositũ esse. I. A. 173 b, Tu ei bello propter timiditatem defuisti. pro Cæl. 45 a, Qui propter nescio quam credo timiditatem, & nocturnos quosdam inanes metus tecũ semper cubitauit. de Ora. 109 b, Tu pudore à dicendo, & timiditate ingenua quadam refugisti.

☞ Syntaxis. *Timiditas & ignauia. Cautio in causis, & timiditas. Pudor, & ingenua timiditas, pudoris fimetio.*

TIMIDUS, a, um. *ignauus, parum animi habens, nullius animi, circumspectans omnia, quicquid increpuerit pertimescens, diffidens, imbellis, vecors, omnia circumspiciens pericula*. pro Milon. 120 a, Pro Mar. 134 a, Si in alterutro sit peccandum, malim uideri nimis timidus, quam parum prudens. pro Sex. 111 b, Me timidum, nullius animi, nullius consilij fuisse confiteor Ep. 103 a, Timidus in labore militari, & 176 a, & ad Her. 35 b, Timidum atque ignauum iudicari. I. An. 244 b, Nemo me minus timidus, nemo cautior. I. P. 95 b, Timidus ac tremẽs pro Cec. 288 a, Homo timidus atque imperitus Offi. 16 b, Ne imbelles timidique uideamur. pro Dom. 224 b, Fac me timidum esse natura, quid &c. Att. 115 b, Timidissimæ in oppidis conciones. Offi. 75 b, Quæ timido animo, humili, demisso, fractoque fiant, ea non esse utilia.

☞ Syntaxis. *Timidus, nullius animi, nullius consilij. Timidus & ignauus. Timidus & cautus. Imbellis ac timidus. Animus timidus, humilis, demissus, fractus.*

TIMOLUS, vel TIMOLUS, *mons, quem Mela, Timolum, si integra lectio est vocat*. pro Flac. 155 b.

TIMON, nis. de Am. 112 a, Si quis ea asperitate est, & immanitate naturæ, ut congressus societatemque hominum fugiat atque oderit: qualem fuisse Athenis Timonẽ nescio quem accepimus. Tusc 214 a, Vt odium in hominum uniuersum genus, quod accepimus de Timone, qui μισάνθρωπος appellatur, & 214 b, Similiter definitur mulierum odium, ut Hippoliti & timonis, generis humani.

TIMOR, oris. *metus, formido*. Tusculan. 213 a, Timor est metus mali appropinquantis. Ep. 4 a, Et animos à minore cura ad summum timorem traduceret. Attic. 79 b, Nostris animus accessit, hostibus timor iniectus est, & 247 a, Ciuitas perculsa magno timore. de Som. 227 a, Ades, inquit. animo, timorem omitte. in Ant. 77 a, Quanquam te bonum timor faciebat, non diuturni magister officij. Attico. 275 b, Vt nam inspectare posses timorem de illo meum. contra Rull. 65 a, Spè improbis ostendisti, timorem bonis iniecisti. de Diuinat. 92 b, Tum ego contremui, timore perterritus. Ep. 23 b, Ætas quæ sequitur, magno est timore, & 154 a, Res quæ mihi facit timorem, & 168 b, Amici nostri magno timore de nobis afficiuntur. Q. Fr. 324 b, Sine timore sum. Attic. 75 b, Magno timore sum, sed bene speramus Offic. 37 b, Dionisius quo cruciatu timoris angi solitus, qui, &c. * Epi. 190 a, Cujus rei tanto in timore sit.]

☞ Syntaxis. *Ad timorem traducere animum. Injicere alicui timorem. Timore perculsi. Timorem animo omittere. Ætas, annus hic est magno in timore. Id mihi non facit timorem. Magno timore esse.*

TIMOTHEUS, thei. *musicus*. de Legibus 177 b, Seuera illa Lacedæmon neruos iussit, quod plures quam septem haberet in Timothei fidibus, inde demi.

TINCTUS, a, um. *imbutus*. de Cla. 183 a, Ergo illam patris elegantia tinctam uidemus. de Ora. 126 b, Sit enim mihi tinctus literis, & 129 b, Alterum, quod totum arte tinctum uidetur.

TINCTA,

TINCTA, orum. de Le. 179 a, Color autẽ albus præcipuè decorus Deo est, cum in cæteris, tum maximè in textili. Tincta verò absint, nisi à bellicis insignibus.

TINGO, gis. *colore imbuo.* de Natura deo. 74 a, Tunica sanguine centauri tincta.

TINNIO, is. Att 236 b, Maximè autem expecto, ecquid Dolabella tinniat, *id est, an afferat nummos.*

TIBARTVS, *pons.* Att 259.

TISSENSES, *populi.* I.V. 166.

TITYVA *saltationis genus.* de Cl. 185 a.

TITANES, num. *Gigantes.* de Leg 185 a, Plato è Titanum genere statuit eos, qui vt illi cœlestibus, sic hi aduersentur magistratibus. Leg. GIGANTES.

TITAN, nis. *sol.* in Ara.

Quem cum perpetuo vestiuit lumine Titan.

TITILLANS, tis de Fin. 60 a, Aut pluris esse cõtendat dulcedinem corporis, & titillantem ex ea re natam lætitiam, quàm, &c. Offic. 46 a, Assentatores populi multitudinis leuitatem voluptate quasi titillantes.

TITILLATIO, onis *suauitas motus.* de Natu. 122 b, Voluptates, quibus quasi titillatio sensibus adhibetur. de Sen. 86 b, Non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus.

TITILLO, as. *moueo. sed cum quadam suauitate.* de Fi. 57 a, Voluptas quæ quasi titillaret sensus, vt ita dicam, & ad eos cum suauitate afflueret & illaberetur.

TITILLOR, ris Tus. 200 b, Nisi seorsus, quasi titillarentur voluptate.

TITVBANTER. *dubitanter.* pro Cœl 40 b, Posuistis enim atque id titubanter & strictim, hunc, &c. ad Heren. Titubanter & inconstanter loqui.

TITVBATIO, onis. *hæsitatio.* de Inuen. li. 2, Metus, lætitia, titubatio. ad Heren. 8 b, Vt ne paruula quidem titubatione aut offensione impediremur.

TITVBO as. *hæsito, nec vox, neque lingua consistit.* pro Flac. 150 b, & pro Cœl. 51 b, Testes, si verbo titubarint, quò reuertantur, non habebunt. Attico. 28 b, Qui nihil titubarunt. de Orato. 160 b, Versus debilitatur, in quacunque est ea sit parte titubatum. pro Dom. 241 b, Furtim mẽte ac lingua titubanter facere aliquid. Epi. 187 b, Si quid fortè titubatum est, vt fit in bello. ad Her. 7 b, Erubuisse, expalluisse, titubasse.

☞ Syntaxis. *Titubanter ac strictim. Titubanter ac inconstanter. Ne quid titubetur in legendo. Erubuit, expalluit, titubauit.*

TITVLVS, li. *index.* I.P. 83 b, Qui tanquam truncus atque stipes, si stetisset modo posset sustinere tamen titulum consulatus. Tusc. 234 a, Iidem dicant semper beatum esse sapientem, quos si titulus hic delectat insignis & pulcher, Pythagora, Socrate, Platone dignissimus, inducant animum, &c.

TOGA, gæ. I.P. 65 a, Toga pacis est insigne & ocij. pro Sex. 28 a, Cui superior annus idem & virilem patris, & prætextam populi iudicio togam dedit. pro Clu. 50 b, Toga prætexta & sella curulis. I.C. 109 a, Socij Catilinæ velis amictu, non togis. I. Vat. 34 a, In epulo cum toga pulla accumbere. I.A. 169 a, Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti. de Am. 102 b, Pueri togam sumentes, prætextam deponebant. Att. 107 a, & 80 b. Concio in qua erat accusatio Pompeij, vsque a toga pura alicui. I.V. 99 a, Eripies igitur pupillæ togam prætextam. Attic. 80 b, Quinto sororis tuæ filio togam puram iubeo dari. L. PRÆTEXTA.

TOGATAM, agere, *id est, comœdiam.* I.V. 30.

TOGATVS, a, um. de Or. 94 a, Quasi vnus è togatorũ numero. pro Syll. 183 b, Cui vni togato senatus supplicationem decreuit. I.A. 197 a, Græcus iudex modò palliatus, modò togatus. pro S. R. 41 a, Magna caterua togatorum. Att. 141 b, Sibique satis esse dixit, si togatus officia vrbana sibi præstitisset.

TOGVLA, læ. I.P. 91 a, Att. 17, Togulæ lictoribus ad portam prestò fuerunt. Att. libro primo, 17, Pompeius togulam illam pictam silentio tuetur suam.

TOLERABILIS, le. *vendibilis, probabilis, non contemnendus, patibilis.* de Senec. 78 b, Moderati senes tolerabilem agunt senectutem. Att. 78, Ergo Græci soluunt tolerabili fœnore de Fin. 76 b, Quem quidem vos cum improbis pœna proponitis, impatibilem facitis, cum sapientem semper boni plus habere vultis, tolerabilem. Attic. 283 b, Ignoscere etsi in cæteris rebus tolerabile est, in hoc bello perniciosum puto. I.C. 122 a, Seruus est, qui modò tolerabili conditione sit seruitutis, qui non, &c. de Ora. 103 b, Ac si iam placet, &c. tolerabilius est sic dicere, vt boni oratoris sit, &c & ibi. Philosophi qui tolerabiliores motus esse volunt, &c. de Ora. 85 b. Vix singulis ætatibus singuli tolerabiles oratores inuẽti sunt. de Cla. 180 b, Orator sane tolerabilis. Atti. 160 a. Regnum nemini tolerabile.

TOLERABILITER, *toleranter.* Epi. 25, Quo tolerabilius igniculum desiderij tui feramus. de Fin. 99 a, Etiam si dolores tolerabilius patiãtur.

TOLERANDVS, a, um. Atti. 14 b, Nobis inter nos nostra sunt vitia toleranda. Off. 42 a, Omnia militari labore tolerando. Tusc. 173 b, Res ad patiendum tolerandumque difficilis.

TOLERANTER. Epi. 51 b, Ferre aliquid toleranter. Tuscu. 184 a, Toleranter dolorem pati. L. HVMANE.

TOLERANTIA, tiæ. Parad. 120 b, Tolerantia rerum humanarum, contemptio fortunæ, &c.

TOLERATIO, onis. de Fi 84 b, Quænam alia toleratio est verior?

TOLERATV. de Fi. 218 a, Dicunt illi, dolorem esse difficilem toleratu.

TOLERO, as *fero, patior, perfero, exanclo, sustineo, sustento, haurio.* I.C. 109 b, Nisi idcirco se faciliùs hyemem toleraturos putant. de D. 121 b;

Ferte viri, & duros animo tolerate labores.

Ep 103 b, Forti animo istam tolera militiam. Bru. ad Att. 285 b, At qui potuimus tolerare nostram fortunam.

TOLEROR, ris. Q.F. 294 b, Sumptus & tributa ciuitatum ab omnibus tolerari æqualiter.

☞ Syntaxis. *Orator tolerabilis. Ferre tolerabiliter, & pati. Res ad patiendum ac tolerandum difficilis. Ferre, & tolerare.*

TOLLENDVS, a, um *remouendus, amouendus, interimendus.* de Orat. 124 a, Auaritiam si tollere vultis, mater eius est tollenda luxuries. pro Cluen. 22 a, Deinde ipsum Aurium tollendum interficiendumque curauit. de Finibus 70 b, Cupiditas tollenda est, atque extrahenda radicitus.

¶ *Laudandus, ornandus.* Epistola 176 b, Quod diceret se dixisse laudandum adolescentem, ornandum, tollendum, se non esse commissurum, vt tolli possit. *hic, tollere, ambiguum est. Ita enim dixerat, quasi esset extollendus & ornandus Octauius, sed reuera remouendum & extinguendum intelligebat, vt etiam ipse Octauius intellexit.* Qu. Fr. 296 a, In portoriis Italiæ tollendis.

TOLLO, lis: sustuli, sublatum. *aufero, detraho, deleo, extinguo, remouero, de medio remoueo, eximo.* Attico. 84 b, Alterius inique constituta & acta tollere. Academ. 6 a, Hoc infirmat tollitque Philo Qu. F. 301 a, Tolle omnes, si potes, iniquas, tolle inusitatas, tolle contrarias. pro Qu. 12 b, Tollere funditus, ac delere memoriam alicuius rei. Epistlo 38 a, Tollere discordias ex amicitia, & 2 b, Vt exercitum religio tollat, te autorem Senatus retineat. Attico. 188 a, Vt mihi omnem dubitationem tolleret. I. V. 201 b, Idcirco nemo superiorum attigit, vt iste tolleret? & 155 b, Tollere frumentum de area. Attico. 204 a, Cuius festinationem mihi tollis, quoniam de æstate polliceris, vel potius recipis. pro Sext. Rosc. 19 b, Vt deleatis ex animo suo suspicionem omnem, metumque tollatis. de Leg. 175 a, Augures possunt à summis imperiis comitia tollere. pro Do. 122 a, Tollere aliquem e ciuitate. pro Sext. Rosc. 21 b, Tollere aliquem de medio. Orat. 217 b, Delere tollere, auferre, detrahere. pro Dom. 122 a, Si qua res illum diem sustulit, tota causa sublata est.

¶ *Laudo, attollo, extollo.* pro Cecin. 296 b, Qui saxa iaceret, quæ de terra ipsi tollerent in Verr. 148 a, Tollere aliquid oneris: *id est, suscipere.* Quint. Frat. 312 b, Sed mea factum est inuisa verecundia, vt te proficiscens non tollerem. de Orato. 152 b, Augere aliquid, & tollere altiua dicendo. de Ar. 251 b. Tollam altius tectum, non vt despiciam, sed, &c. Tusculan. 235 b, Tollere se a terra altius. Acad. 16 b, Tollere manus ob admirationem. * In Hort. Nihil tamen esse, in quo se animus excellens tollat.

TOLLOR, ris. *auferor.* Attico. 219 a, Da negocium alicui, ut id nomen ex omnibus libris tollatur. pro Sex. 15 b, Vt censoria notatio de repub. tolleretur de Finib. 56 b, & pro Sex. 23 b, Vt tollatur error omnium imperitorum. pro Sex. 10 a, Gradus eius templi tollebantur. Attico. 212 a, Menda librariorum tolluntur. de Fat. 142 a, Vitia naturalia extirpari, ac funditus tolli non possunt. Epist. 85 a, Cum mendum scripturæ litura tollatur. pro Mur. 131 a,

Tollitur è medio sapientia vi geritur res.

¶ *Abducor.* pro Q. 2 b, Tollitur ab atriis liciniis, atque à præconum consessu in Galliam Næuius, & trans alpes vsque transfertur.

¶ *Extollor.* Of. 71 a, Phaethon optauit, ut in currum patris tolleretur sublatus est insanus. I.V. 222 a, Clamor à fani custodibus tollitur.

☞ Syntaxis. *Tollere de medio, de ciuitate. Tollere, & interficere. Tollere, ter repetitum. Augere, & tollere dicendo. Extirpare, ac funditus tollere. In currum tollere.*

TOLOSA, *vrbs.* I.V. 272.

TOLOSANVM, aurum, *prouerbium.* de N. 74 b.

TONDEO, des. Tuscu. 239 b, Regiæ virgines, vt tonstriculæ, tondebant barbam & capillum patris, & ibid. Dionysius ne tonsori collum cõmittere, tondere filias docuit.

TONITRVS, trus: & TONITRVVM, trui. *aeris sonatus, cœlestis clamor.* de Diu. 117 a, Placet Stoicis, eos anhelitus terræ, qui frigidi sint, cum fluere cœperint, ventos esse, cum autem se in nubem induerint, eiusque tenuissimam quamque partem cœperint diuidere atque dirrumpere, idque crebrius facere, & vehementius, tum & fulgura & tonitrua existere. *al. fulgores.* Epist. 112 b, Hic tibi strepitus, fremitus, clamor, tonitruum. de Diui. 116 b, Quod homines tonitrua iactusque fulminum extimuissent. I.A 196 a, Quæ porro illa tonitrua? quæ tempestas? & ibi. Tonante Ioue, & prope cœlesti clamore prohibente. de Or. 157 a, Cœlum tonitru contremit.

TONO, as. de Diu. 139 a, Si fulserit, si tonuerit, si tactum aliquid erit de cœlo. de Natura. 39 a, Iupiter in cœlo fulgens & tonans. *aliter, Iouem fulgere & tonare.* de Diuinat. 117 a, Ioue tonante & fulgurante comitia populi habere, nefas. in Anton. 195 b, Ioue tonante, cum populo agi fas non est. de Diu. 125 b,

Cum tonuit laeuum. ----- ex Enn. Or 190 a, Pericles ab Aristophane poeta fulgurare, tonare, permiscere Græciam dictus est.

TONSILLÆ, arum. *glandes ad radicem linguæ, quæ salinam conficiunt, quam quam tonsilla in homine, in sue glandula, teste Plin. appellantur.* de Na. 53 a, Stomachus ex vtraque parte tonsillas attingens, palato extremo & intimo terminatur.

TONSOR, oris. Tusc 229 b, Dionysius ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit.

TONSORIVS, a, um Off lib. 2, Dionysius cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum.

TONSTRICVLA, læ. Tusc. 239 b, L. Tondeo.

TONSVS,

TONSVS,a,um. I.P.83 a Cum illa saltatrice tonsa,&c.

TOPIARIA,riæ. Q.F. 319 a, Topiariam facere.

TOPIARIVM, rii. *opus ex arbore aut frutice, varie inflexis ramis, & vinctis ad speciem, decorem que hortorum.* Q.F. 319 a, Topiarium laudaui, ita omnia conuestiuit edera.

TOPICA,orum. Epi. 104 a, Institui Topica Aristotelica conscribere, & Top. 321 a, Aristotelis Topica quædam.

TOPICE,tes Top. 221 b, Inueniendi ars, quæ Topice dicitur.

TOREVMA, tis. *opus torno factum.* I. P. 94 a, Toreuma nullum, maximi calices. I. V. 134 b. Toreumata sanè nota ac preciosa auferuntur, & 208 b, De hoc verri dicitur, habere eum per bona toreumata, in his pocula duo quædam, quæ Heraclea nominantur, Mentoris manu summo artificio facta.

TORI, orum. *lacerti rysi, seu lacertorum capita, in quibus est robur.* Tuscul. 179 b, O pectora, ò terga, ò lacertorum tori. Or. 193 b, Aut addit aliquos, vt in corona toros, idest flexus ornamentorum grauiorum.

TORMENTVM,ti. *cruciatus, supplicium, eculeus.* Parti 234 a, Alij metu mortis uim tormentorum pertulerunt. de Fin. 99 b, Vt in omnibus tormentis conseruetur uita beata. pro Clu. 55 a, Serui Authoritate aduocatorum, & ui tormentorum adducti, in ueritate manserunt. & ibid. Nulla uis tormentorum acerrimorum prætermittitur. pro Milo. 112 a, Aliquem tormentis cogi quippiam confiteri, & ibidem. Quod tormentis inuenire uis, fatemur. I.A. 231 b, Tum uerberibus ac tormentis quæstionem habuit publicæ pecuniç, & 232 a, Nec grauiora sunt carnificum tormenta, quàm interdum cruciamenta morborum pro Syl. 182 a, Quæstiones nobis seruorum & tormenta accusator minitatur, & ibi. Tormenta gubernat dolor, & moderatur natura cuiusque. Epist. 85 b, Calumnia timoris, & cæcæ suspicionis tormentorum. de N. 76 b, Accepimus Zenonem in tormentis necatum. Offic. 60 a, Sed tanquam tormenta quædam adhibemus, vt si, &c. I.A. 231 a, Mortem naturæ pœnam putat esse, iracundiæ tormentorum atque cruciatum. I.A. 250 b, Antonius omnibus bonis cruces ac tormenta minatur.

¶*Machina, vel instrumentum, quo iaculamur, impellimus, vt balistę, telorum, & lapidum.* Tus. 178 a, L. Balista, & I.A. 218 a, Antonius ante oculos legatorum, tormentis Mutinam verberauit.

TORMINA,oum. *dysenteria, idest, intestinorum grauis dolor & morbus.* Tus. 185 a, Quamuis Epicurus forticulum se in torminibus & stranguria sua præbeat.

TORMINOSVS,a,um. Tus. 214 b, Dicimus graucdinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia iam sint, sed quia sæpe sint.

TORNO,as. *Polio, quasi torno facio.* de Vni. 198 a, Deus mundum ita tornauit, ut nihil fieri possit rotundius, & in Ar.

TORPEDO,nis. *genus piscis.* de Na. 51 a, Atramentis effusione sepiæ, torpore torpedines se tutantur.

TORPEO,pes. L. Obtorpeo. de Nat. 21 b, Epicurei Deum feriatum volunt cessatione torpore. de D. 122 a,

Quidnam torpentes subito obstupuistis Achiui?

TORPOR,oris. *stupor.* de Na. 51 b, L. Torpedo.

TORQVATVS,si. Offic 25 a, His T. Manlius is est, qui ad Anienem Galli, quem ab eo prouocatus occiderat, torque detracto, Torquati cognomen inuenit.

TORQVEO,ques. *flecto, intorqueo.* Acad. 31 a, Cùm terra circum axem se summa celeritate conuertat, & torqueat. Orato. 201 b, Oratio ita flexibilis, vt sequatur quocunque torqueas. de L. 161 b, Opinionum vanitas torquet ac flectit imbecillitatem animorum, quocunque ex pia. pro Cæl. 40 a, Vertare suam naturam, & regere ad tempus, atque huc & illuc torquere & flectere. ad Her. 20 b, Torquere uocem a sermone serio ad liberalem iocum. de Leg 177 a, & Off. 26 b, Ceruices oculosque pariter cum modorum flexionibus torqueant. de Inu. 67 b, Quod vterque torquere ad suę causæ commodum debet. Aca, 20, a, Torquere oculorum, & duas ex lucerna flammulas uidere.

¶*Vexo, ango.* Para 119 a, Tuæ te libidines torquent. Epi. 121 a, Acriter nos tuæ supplicationes torserunt. I. P. 99 a, Mitto aurum coronarium, quod te diutissime torsit, cum modo uelles, modo nolles. de Orato. 99 a, Verbi controuersia tam diu torquet Græculus homines, &c.

¶*Iaculo.* de Orato. 196 a, Torquere hastas amentatas.

TORQVOR,ris. *conuertor.* de Vn. 198 a, Mundus maxima vna conuersione atque eadem ipse circum se torquetur & uertitur.

¶*Inflector.* Aca. 20 a, Vultus mutantur, ora torquentur.

¶*Distrahor, corrumpor.* pro Cecin. 199 b, Verbo ac littera ius omne torqueri.

¶*Angor, excrucior.* de Fin. 60 b, Stulti malorum memoria torquentur. 67 a, Qui in dolore est, torquetur. Attic. 50 a, Apud Rhodios liberi tuisque torquentor. pro Syl. 182 a, Vita P. Syllæ torqueatur, ex ea quæratur, &c. de Fin. 99 a, Torqueri in uleo. Atti. 108 a, Equidem noctes diesque torqueor.

TORQVES, quis. *colli ornamentum intortum, monile.* I.V. 190 a, Qu. Rubrium phaleris & torque donasti. Offi. 75 a, & de Fin. 53 b, T. Manlius, qui Galli torque detracto cognomen inuenit.

TORRENS, tis. *fluuius imbri crescens, qui è montibus lapsus rapide fertur.* Acad. 64 b, Cum fertur quasi torrens oratio, multa cuiusque modi rapit, & ibid. Nusquam orationem rapidam coerceas.

TORREO,res. *exuro.* de Som. 129 b, Medium autem illum cingulum solis ardore torreri. I. P. 88 b, Sapientem in Phalaridis tauro inclusum succensis ignibus torreri.

TORRIDVS, a,um. *perustus, aridus* contra Rull. 85 a, Homo macie torridus, contemptus, abiectus.

TORTOR,oris. *carnifex.* pro Clu. 55, Cùm iam tortor, atque essent ipsa tormenta defessa, quidam, &c. I. A. 132 a, Ponite ante oculos vincula, verbera, eculeum, carnificem, tortoremque Samarium. de Fin. 113 a, Si sapiens ad tortoris eculeum ire cogatur. pro Milo. 112 a, Quid opus est tortore?

TORTVOSVS,a, um. *flexuosus, aduncus.* de Natu. 53 b, Est autem aluus multiplex & tortuosa & 55 a, Soni ex tortuosis locis & inclusis referuntur ampliores. pro Clu. 55 a, Serrula adunca ex omni parte dentium, & tortuosa.

¶ *Difficilis.* de Di. 135 a, Et tùm vertentes viderint obiicere his quædam visa tortuosa & obscura.

¶ *Insanus.* de Ami. 108 b, Multiplex & tortuosum ingenium.

¶ *Arduus, spinosus.* Acad. 24 b, Tortuosum genus disputandi.

TORTVS,tus. de Di. 121 b,

Vidimus immani specie tortuque draconem.

Terribilem, &c.— Tus. 179 b,

Hac interemit tortu multiplicabili draconem. *Poeta.*

TORVVS,a,um. *horribilis.* de Nat. 47 a,

Toruu' draco serpit, &c.—

TOSTVS,a,um *exustus.* Tusc. 201 a. Tosti alij stant parietes.

TOT.)(*quot.* de Or. 121 a, Quot homines, tot causæ. At. 59 b, Qui tot annos, quot habes Des. Cos. fuit. de Aru. 247 a, De nullo opere publico tot senatus extant consulta quot de mea domo. pro Pom. 13 a, tot & tantas res, &c. I.V. 111 b, Tot & tantæ, & tam graues ciuitates. pro Qu. 1 a. tot tantæq; difficultates. Tus. 234 a, In his tot & tantis quæ accidere possunt. p Mur. 138 b, Accessit his tot doctrina paulo asperior. Parad. 119 b, Animus Reguli tot virtutum præsidio munitus, tantoque comitatu virtutis septus pro Cęl. 51 b, An timebāt, ne tot vnum superare possent? L. TANTVS.

TOTIDEM. *par numerus* de In. 85 a, de D. 127 a. Patroclos & Euristhenes gemini fratres fuerunt, at hi nec totidem annos vixerunt, annu enim vita Patrocli breuior fuit. At. 90 b, Istū ego locum totidem verbis à Dicæarcho transtuli. pro R.P. 124 a, Hoc totidem verbis translatum caput est. de Fini. 85 b, Epistola quam modo totidem verbis interpretatus sum. de Cla 196 a, Totidem quot dixit, ut aiunt, scripta verbis oratio. Aca. 11 a, Totidem verbis, quot Stoici. Or. 201 a, Quot, &c totidem, &c L. QVOT.

TOTIES.)(*quoties vel* TOTIENS)(*quotiens.* I. V. 138 a, & 143 b, de Ora. 107 a, Toties quoties præscribitur. At. 109 b, Velim mihi ignoscas, quòd ad te scribo tam multa toties. pro Mar. 134 a, Quotiens, &c. totiens, &c.

TOTVS,a,ū. *omnis, cunctus, vniuersus, omnis ex parte, plenus, integer, solidus.* pro Milon. 113 a, tota resp. omnis Italiæ pubes, cuncta populi Rom. arma. de Vniu. 196 a, Vt tota oratio sibi constet, & ex omni parte secum ipsa consentiat. de Finibus. 88 a, Omne cœlum, totamque cum vniuerso mari terram mente complecti. Offi. 17 b, Alterum, vt totū corpus reipub. curent: ne dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. de Orato. 118 a, Vbi plus mali quàm boni reperio. id totum ab iudicio atque reijcio de Diuin. 109 a, Erit abunde satis factum toti huic quæstioni. de Orato. 121 a, Hoc totum quicquid est, siue artificium, siue, &c. & 129 a. Leue est enim totum hoc risum mouere. de Ar. 245 b, Gaudeo mihi de toto hoc ostento, quòd, &c. datā esse causam dicendi. I.V. 145 a, Tantum agam de hoc tuo nomine societatis. Att. 226 b, Octauius venit mihi totus deditus. de Cl. 193 b, Totum ei me tradidit Episto. 256 b, Et totum trade. Qu. Fr. 307 a, Plautius totus noster est. Episto. 249 a, Vt sim totus vester, & esse debeam. in Anto. 240 a, Qui se totos & animis & corporibus in salutem reipu. contulerunt. pro Clu. 32 b, Homo qui esset totus ex fraude & mendacio factus. Officio. 55 a, Vulgus quid absit a perfecto, nō fere ex toto intelligit, quatenus autem intelligit, nihil putat prætermissum. Att. 289 b, 205 b, Totos dies scribo. pro Mu. 143 a, Totos dies atq; noctes de rep cogito. Top. 229 b, totę actiones, & perpetuæ actiones.)(*Partes orationis* Epist 86 a, Totum & omne. de Finibus: 106 b, Totum & vniuersum. de Or. 203 b, Quo in studio hominum ingeniosissimorū totas artes videmus esse contritas. Attico. 154 a, Quintus præceptis meis commutatus est totus. de Vni. 197 b, Vt vnum opus totū atque perfectū, ex omnibus totis atque perfectis absolueretur. de Fi. 42 b, Corporis bona alia ponebat esse in toto, alia in partibus: valetudinē vires, pulchritudinem, in toto, in partibus autem, sensus integros, & præstantiam aliquam partium singularium.

☞ Syntaxis. *Ego sum totus tuus, & animo, & corpore. Tradidi me tibi totum. Venit ille mihi totus deditus. Totus ex fraude & mendacio factus homo. Ex toto id non intelligo. Totum & omne. Opus totum atque perfectum. (hic totum, est pro absoluto.)*

TRABALIS,le. *robustissimus.* I.V. 246 b, Beneficium, vt dicitur, trabali clauo figere.

TRABEA, eæ. *vestis.* Famil. 9, Quare nihil tibi opus est illud a trabea, sed potius ἀπορθεγμα meum.

TRABS,bis. ad Her. 12 b, Abiegnæ trabes. de N.d. lib. 3.

TRACHINIAE,arum, *Sophoclis Tragœdia.* Tus. 179 a.

TRACTABILIS. le. *lenis, mollis, facilis, flexibilis.* de Amicit. 105 b, Virtus in amicitia tenera est atque tractabilis. Attic. 165 a, Nihil est eo tractabilius.

TRACTABILIS. *quod sub tactum cadit.* de Vniuersi. 197 a, Corporeum & aspectabile, itemque tractabile omne necesse est esse, quod natum est.

TRACTANDVS,a,um. Orato. 203 a, Nec omnis auditor eorundem aut verborum genere tractandus est, aut sententiarum. de Lega. 159 b, Explicanda est natura iuris, consideranda leges, quibus, &c. tractan

da

da iussa & iura populorum. de Orato. 90 a, Qui in his artibus cognoscendis atque tractandis studium suum omne posuerunt. I. V. 145 b, Mihi videor eorum consuetudinem vsu tractandoque cognouisse.

TRACTANS, tis. *in manibus habens.* Parad. 123 b, Aliquis Matellionem Corinthium cupidissime tractans.

Versans mente. Tuscu. 242 a, Hæc tractandi animo, & noctes & dies cogitanti, exsistit illa cognitio, &c.

TRACTATIO, onis. *vsurpatio, vsus, tractatus, explicatio.* de Di. 110 a, quis tibijs vti volunt. earum tractationem accipiunt à musicis. de Orato. 161 b, Vt hi qui in armorum tractatione uersantur. Acad. 2 b, Tractatio philosophiæ optimo quoque dignissima est. de Clari. 166 a, tractatio literarum mihi salutaris fuit. Orato. 202 a, Tractatio atq; vsus vocis in nobis est de Ora. 89 b, Orator tractationem orationis sibi assumet. & 94 a, Quæ obseruata sunt in vsu & tractatione dicendi. de Ora. 124 b, Tractatio autem uaria esse debet. Orato. 216 b, Est enim in vtroque & materia & tractatio, materia in verbis, tractatio in collocatione verborum.

¶ *Stratum.* Offi. 36 a, Quæ in vsu & tractatione belluarum fiunt.

TRACTATVS, us, *tractatio.* de Ora. 130 b, Qui ipsarum artium tractatu delectati, nihil in uita aliud agunt.

TRACTATVS, a, um. *versatus.* pro Arch. 196 a, Persona in judicijs minime tractata.

¶ *Acceptus, exceptus.* Ep. 40 a, Qui à te tractatus est præstanti fide. pro Cæl. 38 a, Quod pater parum pie tractatus à filio diceretur. pro Pom. 5 b, Mercatores iniuriosius tractari.

¶ *Agitatus in disciplina.* Orato. 207 b, Orator habeat omnes philosophiæ notos & tractatos locos. Offi 53 b, Qui locus à Posidonio breuiter tractatus est in quibusdam commentarijs. de Ora. 147 b, Quæ omnia oratori tractata atq; agitata esse debent.

¶ *Actus transactus.* ad Her. 31 b, An ad suam reuertetur antiquam vitam, alicubi honeste tractatam?

TRACTO, as. *exerceo, dissero, doceo, disputo.* de Fin. 134 a, Tractare & tueri vites. de Fat. 140 b, Nec ea quæ nunc tracto, minuunt, sed augent potius illam facultatem. de Le. 156 b, Tractare historiam. Aca. 7 a, Tractare artem. *id est, exercere.* Ora. 203 b, Grammatici hunt locum tractant in poetis, eloquentes in omni genere & parte causarum. de Orato. 155 b, Euclides Geometriam tractauit. Offi. 4 a, Quocirca huic quasi materia, quam tractet, & in qua versetur, subiecta est veritas. de Orato. 119 a, tractare argumenta. & ibid. Inuenire, excogitare. de Orato. 124 b, Nequaquam satis est inuenire quid dicas, nisi id inuentum tractare possis. Offic. 31 a, Tractare & contemplari res cognitione dignissimas. de Se. 84 b, Ius Pontificium & ciuile tracto. de Orato. 99 a, Tractare atque agere causas amicorum. pro Corne. 55 a, Aliquem, omnia quæ facere velit, facillime tractare. de Clar. 165 b, Arma quę tractare cœperam, & quibus me assuefeceram. pro Sextio. septimo a, Clauum imperij tenere, & gubernacula reipublicæ tractare. Epistola. 231 b, Qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit. I. V. 248 a, & Epistola. 28 a, Vt is eam pecuniam tractaret, quem ipse præfecisset. Attico. 191 b, Hoc tu tractabis, ut tibi videbitur. de Am. 108 b, quę omnia pertinent ad eam, quam iamdudum tracto, constantiam. Para. 116 a, Cato cùm sententiam in senatu diceret, locos graues ex philosophia tractabat.

¶ *Accipio, excipio, cum aliquo ago.* Episto. 118 b, Me tractat liberaliter Curio, tu si te ita tractatu docuisses, &c. *adest, male acceptum.* Att. 67 b, Cæsar Quintum meum, dij boni, quemadmodum tractat honore dignitate, gratia, non, secus ac si ego essem imperator. I. V. 70 b, Commemorat, quam liberaliter eos tractasset, etiam antea. Qu. Fra. 304 b, Hortensius me sceleratissime, insidiosissimeque tractauit. I. A. 160 b, Non tractabo illum vt consulem, ne ille quidem me vt consularē. Offi. 73 b Cum te tractaret Atreus, personæ seruiendum fuit. Epi. 4 a, Omnibusq; rebus eum ita tractes, vt intelligat, &c. & 28 b, Quanquam quemadmodum tractare audiebam. & 119 a, Sic tu, inquit, Hirrum tractabit. de Orat. 111 b, Pretractare animos hominum, & captare eorum voluntates. Quin. Fra. 311 b, Tractare aliquem nimis aspere.

¶ *Sustineo.* pro Q. R. 48 a, Tractare personam alicuius in scena. *Afficio, verso.* Orato. 215 b, Eloquentiæ est, tractare animos, & omni modo permouere.

¶ *Tango.* Tus. 249 b, Vt ea quæ gustemus Olfaciamus, tractemus, audiamus.

¶ *Megero* I. C. 117 a, Deinde ita me in republica tractabo, vt, &c. Epi. 209 a, Qui in monere ita se tractauit, &c.

TRINVS, a, um. I.P. 100 a, Nulla trinis æstiuis gratulatio. Att. 58 b, Cassii enim trinas acceperam. & 181 a, Tullia mea venit ad me mihi- qua literas reddidit trinas.

TRIONES, num. *boues*. de Na. 47.

Quas nostri septem soliti vocitare triones.

TRIPARTITO, *aduerbium*. ad Her. 30, Top. 85, & Tusc. 5.

TRIPARTITVS, vel TRIPERTITVS. ad Her. 11 b. pro Sest. 83, Argumentatio breuissima est tripartita de Inuent 47 b, Oratoris ars tripartita de Offi. 54, Diuisio tripartita. post Re. Oratio tripartita. I. V. act 5. Tripartita causa. Acad. lib. 1, Tripartita bonorum ratio. & pro Sest. 23.

TRIPLEX, cis, Tuscu. 132 b, Plato triplicem finxit animam. Aca. li. 1, Ratio triplex philosophandi. Att. lib. 13, Remittere triplices literas. *id est, tribus respondentes.*

TRIPLICITER, aliquid commutare. ad He. 37 a.

TRIPLVS, a, um. de Vn. 199 a, Deinde instituit dupla & tripla interualla explere.

TRIPTOLEMVS, mi. ad Har 25 b.

TRIPVDIANS, tis. pro Sestio. Sed illum tot iam in funeribus Reipu. Exultantem, ac tripudiantem, legum, si posset, laqueis constringeret.

TRIPVDIVM, dii de D 123 b, Sed qua cùm pulli pascuntur, necesse est aliquid eo ore cadere, & terram pauire, terripauiũ primò, post terripudium dictum est, hoc quidem iam tripudium dicitur. cùm igitur offa iam cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nunciant. & centesimoduodecimo b, Etiamsi tripudium solistimum pulli fecissent. & 86 a, Hoc quoque quod dixi, coactum tripudium solistimum dicitis & ibidem. Tripudium fieri, si ex offa quid in solum caderet. de Nat 27 b, Cum C. Flaminius tripudio auspicaretur, pullarius diem prælii committendi differebat, quod pulli non pascerentur.

TRIPVS, dis *instrumentum tribus pedibus constans. quo mensa sustinetur* L. TRAPEZOPHOROS. de Nat. D. 67 b, Hercules, quem concertasse cum Apolline de tripode accepimus.

TRIREMIS, mis. *nauis tres remorum ordines habens.* in Ver. 244 b, Nauem maximam triremis instar ædificauit.

TRIS, *pro* TRES, *in accusatiuo*. Acad. lib. 4.

TRISTICVLVS, a, um, de D. 101 a, Paulus filiolam suam animaduertit tristiculam.

TRISTIFICVS, a, um. de Cl. 83 b,

Tristificas certans Neptunia reddere voces. & 84 b,

Voces tristificas chartis promebat Hetruscis. *Poeta.*

TRISTIS, ste. *mœstus, mœrens, durus*)(*remissus. hilaris, bono animo.* I. V. 206 b, Is tristis & conturbatus domum rediit. de Diu 93 a, Qui cùm te tristem vidisset, bono animo esse iussit. pro Cæ 40 a, cum tristibus seuerè, cum remissis iucundè pro Mu. 134 b, Videsne illum tristẽ, demissum? iacet, diffidit, &c. de Or. 235 b, Seuerus ac tristis vultus. de Cla. 174 b. Triste ac seuerum genus dicendi Att. 116 b, Cũ dedissem ad te literas tristes, & metuo ne veras. de Diui. 125 b, Cũ tristissima exta sine capite fuerint, quibus nihil dirius videtur esse. & 100 b, Quod auspicibus tristissimum visum est. I.P. 86 a, Omnibus tristissimis aliquem exeuntem persequi. de Fi. 89 b, Maiores nostri ærumnas tristissimo verbo nominauerunt. ad Bru. 90 b, tristes de Bruto nuncii afferebantur. de Pro. 78 a, Medium illud tristissimũ tẽpus &c. pro Mur. 134 a, Quid sua sors? tristis, atrox, &c. p Q. 10 b, Quintius natura tristi ac recõdita fuit. Ep. 23 a, Tristia tempora.)(*fecunda tempora*, & 57 b, tuorumq; tristissimo meo tẽpora meritorum erga me memoriam conseruabo.

☞Syntaxis. *Tristis & conturbatus. Tristis.*)(*remissus. Tristis, demissus. Omnino triste persequi aliquem.*

TRISTIVS. Epis. 57 a, Quo facilius quibus est iratior, respondere tristius posset. de Sen. 91 a, Adolescentes grauius ægrotant, tristius curantur. *id est, difficilius.*

TRISTITIA, tiæ. *seueritas.*) (*lætitia, hilaritas.* Att. 200 a, Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisit. 128 a, Tristitiam illorum temporũ non subissem. Epi. 28 b, propter quandam tristitiam temporum. de Amic. 108 b, Tristitia absit, & in omni re seueritas absit. de Cl. 171 a, Homo ipsa tristitia & seueritate popularis. de Ora. 115 a, Iudex tum ad tristitiam, tũ ad lætitiam est contorquendus. de Na. 46 b, Recessus solis, tristitiam quandam cõtrahit terram de Ora. 87 a, Vt cùm lauti accubuissent, tolleret omnis illa superioris tristitia sermonis. Epi. 70 b, Lachrymis & tristitia te tradidisti de Ora. 139 b, Tristitiam & seueritatem mitigare & relaxare. & 104 a, Acutè & hilare dicto aliquẽ à tristitia atque ab acerbitate deducere. Off. 8 b, Lenitate verbis tristitiam rei mitigante. Postquam. 207 a, Simulata tristitia.

☞Syntaxis. *Temporum tristitiam subire. Tristitia & seueritate popularis. Iudicem ad tristitiam contorquere. Tristitia & acerbitas.*

TRITIA, vel TRITA, *oppidum*. Att. 99 a.

TRITICVM, ci. *frumentum*. Offi. 62 a, de Di. 96 b, & 188 b, Midæ dormienti formicæ tritici grana in os cõgesserunt. I. V. 186 a, Sexaginta milia modium tritici.

TRITON, onis. *monstrum ex homine & pisce constatum*. de Nat. deor. 16 b, Qualis ille maritimus Triton pingitur, natantibus inuehens belluis adiunctis humano corpori. Att. 18 a, Tritones piscinarum. *de hominibus quibusdam hoc dicitur.*

TRITONIA, armipotens, &c. id est, Pallas. Arateq. 196 b.

TRITVS, a, um. *decantatus, contritus, peruagatus, contemptus*. de Cl. 191 a, Via laudis, quam maiores eius ei tritam reliquerunt &c. Tritas vias relinquere. L. INDAGO I.A. 154 a, Iter illud quod tritum in Græcia est. Academico. quadragesimoquarto, Verbum vsitatius ac tritum. Officio. septimo b, & 67 b, Tritum sermone vel vetustate prouerbium. de Diu. 110 b, Sic Suetes satis Latino sermone tritum est. pro Flac. 160 a, Quid porrò in Græco sermone tam tritum ac celebratum est? quam si quis, &c. item: Res trita. communis, & peruagata. Episto. 135 b, Habere aures tritas, notandis generibus poetarum. de Cla. 175 b, Tritæ nostrorum hominum aures, & erudita ciuitas.

☞Syntaxis. *Vias tritas relinquere. Iter in Italiam tritum. Verba vsitata ac trita. Tritum vetustate ac sermone prouerbium. Tritum, commune, & peruagatum. Tritas habere aures.*

TRITVS, tus. de Na. 31 a, Lepidum conflictu atque tritu ignis elicit.

TRIVIVM, uii. *area in vrbe. siue spacium, quod se findit in tres vias, aut vbi tres viæ concurrunt.* contra Rull. 62 a, In triuiis aut in compitis auctionari. pro Muræ. 126 b, & de Diuer. 106 a, Arripere maledictum ex triuio.

TRIVMPHALIS, le, I.P. 89 b, Prouincia, quæ fuerit ex omnibus vna maximè triumphalis. in Sall. 275 a, Bis triumphalem fieri. I.P. 91 a, Porta triumphalis. & 92 b, vehicula triumphalia.

TRIVMPHO as. *triumphum ago. Apud Romanos decernebatur. Capitolium curru inuehor, in Capitolium cum insigni illa laurea inuehor* pro Mur. 126 b, Sedere in equis triumphantium prætextati potissimum filii solent. & ibidem, Vt rebus communiter gestis pene simul cum patre triumpharet. & 127 b, Pater amplissimè atque honestissimè ex prætura triumphauit. pro Pl. 178 a, Iis commissi sunt magistratus, in quibus re bene gesta triumpharunt. pro Pomp. 15 b, Quid tam inauditum, quàm equitem Romanũ triumphare? at Pompeius triumphauit. Epi. 24 b, Spes triumphi, in qua iam gloriosè triumpharẽ. pro Cluen. 20 b, Palam exultare lætitia, & triumphare gaudio. At. 162 a, Meum factũ ab te laudari triumpho & gaudeo. Lætari, exultare, triumphare. L. LAETOR. I.V. 360 a, Lætaris in omnium gemitu, triumphas. At. 11 a, Plus accusari dabatur, quam postulabat, triumphabat. I. Cl. 104 b, Hoc ipsum in quo exultat & triumphat oratio mea. in Anto. 234 a, Africanus de Numantinis triũphauit. & 217 b, Ex transalpinis gentibus triumpharunt. Att. 99 b, Cæsar triumphat de sententia Catonis. pro Flac. 158 b, Acinas pugil Olympionices, hoc est apud Græcos propè maius & gloriosius, quàm Romæ triumphasse.

TRIVMPHATVR. Offic. 38 a, Vidimus ex ea vrbe triumphari, sine qua nunquam imperatores nostri ex transalpinis bellis triumpharunt.

☞Syntaxis. *Ex pretura triumphare, Triumphare in magistratu. In spe triumphi triumphare. Gaudio triumphare. Exultare lætitia, & triumphare gaudio. Hoc te laudare triumpho, & gaudeo. Grauiter in hac re exultat & triumphat. Triumphare de, & ex hostibus. Triumphatur ex oppido.*

TRIVMPHVS, phi. *corona laurea, laurus, victoris ducis aut imperatoris pompa.* 16 b, Qui tot habuit triumphos, quot oræ sunt terrarũ. de Som. 187 a, Cùm triumphum egeris. in Verr. 156 a, Agere triumphũ de aliqua re. Epis. 40 a, Ages victor ex inimicorum dolore triumphũ. Off. 16 a, Pompeius dixit, frustra se tertium triumphũ deportaturũ fuisse, nisi, &c. pro Mur. 131 b, Triumphus M. Curii de Rege Pyrrho. Epist. 66 a, Quasi verò nõ iustissimi triumphi in Dalmatia res gesserim. I. V. 849 b, Viuum tu illum seruabas, quem per triumphũ credo, quem ante currũ tuum duceres, & 851 b, Ducere captiuos per triumphum. in Vatin. 36 b, Omnes ita tenderunt, vt repulsam tuã triumphum suum duxerint. ad Her. 40 b, Vrbs trophæis ornata, triumphis ditata. Epist 147 b, Si triumphi prærogatiuam putas supplicationem. I.P. 92 a, Quid est, quòd confecto formidolosissimo bello, coronam illam lauream tibi tantopere decerni volueris a senatu. in Anto. 260 b, Is demum est, mea sententia, iustus triumphus ac verus, quum bene de repub. meritis testimonium, a consensu ciuitatis datur. I.P. 92 b, Differes de triumpho: quid tandem habet iste currus? quid vincti ante currum duces? quid simulachra oppidum? quid argentum? quid aurum? quid legati in equis, & tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? quid vehi per vrbem, &c.

☞Syntaxis. *Triumphum habere, agere, deportare, de, ex. Per triumphum aliquem ducere.*

TRIVMVIRATVS, tus. *trium virorum munus*. de Cla. * Qui quidem in triumuiratu iudicauerit contra P. Africanum auunculi sui testimonium.

TRIVMVIR, ri. Or. 211. Triumuiri capitales. L. TRINVS.

TROCHÆVS, chæi, *choreus vel chorius, cordax*. de Orat. 159 b, Cùm sint numeri plures, iambum & trochæum frequentem segregat ab oratione Aristoteles. Orat. 216 a, Trochæus, qui est eodem spacio quo choreus, cordax ab Aristotele appellatur. Or. 215 b, Spondæus & trochæus, quorum alter ex lõgis cõstat. alter breuibus fit. & 216 a, Trochæus temporibus & interuallis est par iamboru-m.

TROEZEN, nis. *oppidum*. Off. 61 b.

TROGLODYTAE, tarum. *populus Æthiopiæ*. de Di. 127 b.

TROGMI, *populi*. de D. 125, Trogmorum tetrarchia.

TROIA, iæ. I. V. 216 b, Æneas fugiens è Troia. de Am. 110 a, Neoptolemus Troiam capere potuit. ad Her.

TROIANVS, a, um. pro Mur. 141 a, Intus est equus Troianus. de Ora. 117 a, Tanquam ex equo Troiano. Epist. 102 b, In equo Troiano, scis esse in extremo, Serò sapiunt. *prouerbio, sunt hæc tria, de quibus erasimus.*

TROIANI

TROIANI, orum. de Diu. 125 b, & alibi sæpe.

TROICVS, a, um. de Cla. 108 e, Troicis temporibus. & 77 a, Troicum bellum.

TROPHÆVM phæi. *victoriæ monumentũ*. I.P. 99 a, Hic in Macedonia trophæa posuit, quę bellicæ laudis victoriæq; insignia & monumenta sunt. de Pro. 79 b, Macedonia quę erat antea munita pluri mozũ Imperatorum non turribus, sed tropheis, quæ multis victoriis erat triumphisq; pacata. pro Do. 233 a, Non est habitandum in ea vrbe, in qua trophæa de me videam constituta. de Inu. 71 a, Thebani Æneũ in finibus statuerunt trophæum. pro Ar. 180 a, Nr̃a sunt trophęa, nostra monumenta. Ad Her 40 b, Vrbs tropheis ornata, triumphis ditata, de Fi. 8d b, I.V. 131 b, Signũ cupiditatis, trophæũ necessitudinis indicium amoris. de Inu. 55 b, & de Fio. 7d b, Clarũ & exornatum trophæum Tus. 172 b, Salaminium trophæum.

☞ Syntaxis. *Trophæa ponere in templis, & constituere de hoste. Trophæa, monumenta. insignia.*

TROPHONIANE Chæronis narratio. Att. 90 a.

TROPHONIVS, nii. de Nat 69 a, An Amphiaraus deus erit, & Trophonius? & 70 b, Mercurius is, qui sub terris habetur, idem Trophonius. de Diui. 96 a, Cùm apud Lebadiam trophonio res diuina fieret.

TROPVS, pi. *modus*. de Cla. 170 b, Verborum immutationes, quos appellant τρόπους. de Ora. 157.

TRVCIDATIO onis. *cædes, clades*. I.V. 193 b, Trucidatio ciuium. Qu. F. 306 b, De Clau diani insidiis, trucidationibus, lapidationibus.

TRVCIDO, as. *pluribus vulneribus concido*. I.C. 101 a, Qui nos, coniuges liberos nostros trucidare voluerunt. I.C. 99 e, & de Aru. 243 b, Quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulneras. pro S. A. 20 b, Ante oculos Iudicum trucidari. Epi 60 b, Qui senatum trucidere voluerunt. pro Pomp. 5 e, Qui vna die ciues Romanos necandos trucidandosque denotauit.

TRVCVLENTER, *atrociter*. cont. Rul. 68 b, Rullus truculentius se gerebat quàm cæteri.

TRVCVLENTVS, a, um. *terribilis aspectu, trux, atrox*. pro Sest. 6 b, Alter truculentus & terribilis aspectu. de Ne 47 b.

Aduersum caput huic, Helice truculenta tuetur.

☞ Syntaxis. *Truculentus ac terribilis aspectu. Scelus nefarium ac truculentum.*

TRVDO, dis. *impello*. Att. 13 a, de At. 258 a, Quo ne trudemur, dii immortales nos admonent. Tus 173 b, trudi ad mortem. Att. 56 e, Cũ ad supplicium præsens trudi videret.

TRVLLA, læ. in Verr. 214 e, Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pergrandi trulla excauata cum manubrio aureo. & ibidem trulla gemmea.

TRVNCVS, ci *stipes*. de Orat. 159 b, In arboribus truncus, rami folia. de Natu. 50 e, trunci obducuntur libro aut cortice. de Senect. 88 a, Terra ex minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreat, in Arat.

Denudat foliis ramos & cortice truncos.

Tus. 208 b, Stirpes ægritudinis trunco euerso omnes elidẽdę sunt. ¶ *Translatum*. Ora. 201 e, Non ad numerum articulus cadens, trũco magis toto se ipse moderans, &c. pro Q.R. 49 a, Nemo illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat. ¶ *Stolidus*. de Na. deo. 18 e, Qui potest esse in eiusmodi trunco sapientia? I.P. 183 b, Qui tanquam truncus atque stipes, si stetisset modo, posset sustinere tamen titulum consulatus.

TRVTINA, næ *statera*. de Or. 133 e, Ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur.

TRVX, cis *truculentus, atrox*. con. Rul. 79 b, Horridus & trux tribunus ple. de Di. 13d a, Ceruice anguina, aspectu truci. de Ne. 47 a.

Et rutibusque oculis duo feruida lumina flagrant.

TV. *persona* tua pro Ra 92 b, Tu mihi etiam legis Porciæ, tu Gracchi. tu horum, &c. mentionem facis. L. TVVS.

TVBA, bæ *buccina*. I.C. 107 e, Cùm tubas & signa militaria sciré esse præmissa. pro Sylla. 170 e, Ille arma misit, cornua, tubas, falces. pro Mur. 232 e, Tubarum sonus. ad Her. 28 b, In bello sonitum tubæ ferre non potes.

TVBVS, bi *fistula*. de Leg. 109 b, Ductus aquarum, quos isti tubos & euripos vocent.

TVENDVS, a, um. Epis. 14 a, quibus tuendus fuerat, derelictus est & 3 b, Ad tuam dignitatem tuendam. I.V. 23 a b, Vt quisque eis rebus tuendis conseruandisque præfuerit. Epi. 44 b, Quomodo ea tuear, quæ mihi tuenda sunt. & 7e b, Tuenda tibi est dignitas. cont. Rull. 67 e, Cogitatio tuendi consulatus. de Sen. 89 b, Xenophontis liber de tuenda re familiari Lentulo li. 1. Totus est nunc ab iis, a quibus tuendus fueras, derelictus. de Ne. li. 1. Vt mihi velim, nolim, sit certa q̃dã tuẽda sui a. 3. Ve. Ædẽ Castoris, Iudices, P. Iunius habuit tuẽdũ, &c. Lent. ll. 1, Mihi videret animũ hominis ab omni alia cogitatione, ad tuã dignitatem tuendam traducere. 3. de Fi. Atq; etiam ad iustitiam colendam, ad tuendã amicitias, & reliquas charitates, quid natura valeat, hæc vna cognitio potest tradere.

TVENS, tis. *defendens*. de Leg. 171 a, Ille cœlum atque terras tuens, & regens Deus.

TVEOR, eris. *tutor, conseruo, seruo, custodio, foueo, præsideo*. I.C. 123 b, Quę quidem non minore labore tueor, quàm comparo. Postq. 205 e, Non legum præsidio, sed parietum, vitam suam tuebantur. pro Se. 21 a, Hęc ea cõditione gesseram, vt meum factum semper omnes præstare tueriq; deberent. de Ore 99 a, Armis prudentiæ causas tueri atq; defendere. pro Rab. P. 129 a, Hũc Cæsar solus tueť & sustinet. Att. 15 b, Sic tueor, vt possum, illam a me conglutinatã concordiam. de Nat. deo. 69 a, Nerio dea, q̃ partus matronarum tueatur. Att. 179 b, Huius pecuniæ permutatione facile fidem nostram tuebere. & 172 a, Lactũ, vt possum tueor apud bos. pro Deiot. 147 b, Tueri fines suos ab excursionibus hostium. Att. 35 a, Cæciliũ quibus rebus possum, tueor diligenter. Epi. lib. 5, Quod reliquum est, tuum munus tueri. de Cle. Orat. 171 b, & 8, Phil. Atque etiã L. Paulus, Africani pater, personam principis ciuis facilè dicẽdo tuebatur. 2. Off. de Diu. lib. e, & Tus. q. li. 5, Ab hoc igitur genere largitionis, vt aliis detur, aliis auferatur, aberunt hi qui Rempu tuebuntur 3. de Le. Tuentor Censores vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia. Brutus ad Cice. lib. 11. Si de tua in me voluntate dubitarem, multis a te verbis peterem, vt dignitatem meã tuerere. 1. in Catil. 117 a, Illud perficiam profectò Quirites, vt ea, quæ gessi in consulatu priuatus tuear atque ornem. ad Cælium, li. e. Te etiam oramus quibuscũque erimus in terris, vt nos, liberosq; nostros ita tueare, vt amicitia nostra, & tua fides postulabit. Att. 380 e, & e. 10 Ver. Quo magis amplectetur ac tueatur iudicium suum. Cat 70. Vt essent qui terras tuerentur. pro Leg. Man 6 e, Vobis turpissimum sit, illud quod accepistis, tueri & conseruare non posse. de Fin. li. 2, tueri amicum. 2. Phil. & pro Cæl. tueri beneficium. Offi. 1, tueri cõmoda hominum 3. Tul. tueri vitæ communem cultum atque victum. e. Tusc. Dignitatem tueri. pro Deiot. Fines suos ab excursionibus hostium. tueri. Diu. lib. 2, tueri instituta maiorum sacris, cæremoniisque retinendis. Tus. quæst. lib. 1, tueri mores & instituta vitæ. & lib. 5, tueri munus Geometriæ. Cat. tueri munus officii 8, ad Att. tueri negocia 3 Fam. Tueri omnia Officia. 13 Fam. tueri ordinem Senatorium. 5. Fam. Vetinii, tueri patrocinium. 13. ad Atti. tueri pollicitum. de Ami. Non est enim inhumana virtus, neque immanis, neque superba, quæ ẽt populos vniuersos tueri, eisq; optime consulere soleat. 7. in Ver. tueri prouinciam. *pro, maneo obere.* Tusc. q. lib. 1, Tueri rem domesticam ad familiarem. 13, Fam. Tueri rem, gratiam & authoritatem suam. 3. de Finib. Tueri & muniri se se beneuolentia multorum ibi. Tueri se sua senectute. 15 Fami. tueretur se vigilanter. Offi. 1. Tueri se, vitam, corpusq; ibidem tueri societatem hominum. de Fin. 5, Tueri munifice & ęquè societatem coniunctionis humanæ.

TVGVRIVM, rii. *casa*. pro Sest. 24.

TVITIO, onis. *custodia*. Top. 228 b, tuitio sui.

TVM. *tunc, partim, modò*. Att. 105 a, Nisi forte hæc illi tum arma dedimus, vt nunc cum bene parato pugnaremus. de Inuent. 49 e, Tum etiam. *id est, tunc cùm* pro Clu. 55 b, & pro Mur. 209 b, Quid tum inde? I.V. 88 b, Tum præterea, & 76 a, Deinde tum, &c. de Inu. 68 a, & Postq. 203 a, Tum etiam. *id est, præterea*. Tũ deniq;, &c. Epist. e33 b, & de Ora. 137 b, de Ora. 11d e, Primum, &c. deinde, &c. tũ ad extremũ, &c. pro Fle. 1d4 e, Cùm alia multa certi homines, tum hoc vel maximè moliuntur, vt, &c. de Ora. 1e5 a, Animus iudicũ concilietur ad beneuolentiam, cùm erga oratorem, tum erga reũ. Q.F. 302 b, Cùm spe sum maxima, tum maiore etiam animo. pro Mar. 131 e, Cùm summo consensu senatus tum pręterea iudicio suo grauissimo. Episto. 55 e, Cùm in omni re, tum in hoc maxime negocio. de Inu. 55 a, Ex his illud perspicuum est approbationem tum adiungi, tum non adiungi. Att. 137 a, Scripsisti epistolam ad me plenam consilii, summæq ue tum beneuolentiæ, tum & prudentiæ. & ibid. Disserio in vtramque partem tum Græcè, tum Latinè. I.V. 130 a, Tum semper, tum in his rebus. de Inuen. 45 b, Eius autem genera, &c. quinque sunt. Nam tum verba ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere: tum inter se duæ leges aut plures discrepare, tum id quod scriptum est duas aut plures res significare videtur, tum ex eo quod scriptum est, aliud quoque quod nõ scriptum est, inueniri, tum vis verbi exquiri. de Na 8 b, Modo vnum, tum autem plures. de Ami. 98 a, & Topi. 233 a, Qui tum hoc, tum illud dicit. L. CVM. * de Inu. 60 a, Hermagoras digressionẽ, deinde tum postremam conclusionem ponit.

☞ Syntaxis. *Quid tum inde? Tum præterea. Deinde tum. Tum etiam. Tum ad extremum. Cùm alia vides, tum hoc maximè. Modò vnum tum plures video.*

TVMEO, es. *turgeo, in tumore sum*. Tus. 194 a, Sapientis animus nunquam turgescit, nunquam tumet. Att. 2e3 b, tumet negocia.

TVMESCO, scis. *turgesco*. de Di. 82 b.

Inflatum mare cùm subitò penitusq; tumescit.

TVMIDVS, a, um. *turgidus, tumore præditus, inflatus*. in Vat. e9 b, Serpẽs inflexo collo, tumidis ceruicibus. Tus. 194 a, Membrum tumidum ac turgidum vitiosè se habet.

TVMOR, oris. *inflatio*. Att. e24 a, Ne deserere viderer huc rerum tumorem. Tusc. 194 a, Num manus rectè affecta est, cum in tumore est? ad Her. 27 a, Corporis bonam habitudinem tumor imitetur, & 7 b, Tumor liuor. & 14 b, Morsus, deformatus, tumore præditus. Tus. ee7 a, Repentinus oculorum tumor. Tus. 3. Cùm tumor animi resedisset. & 4, vetat Chrysippus, ad recentes quasi tumores animi remedium adhibere. & 3. Erat enim in tumore animus. At. li. 14, Ne deserere viderer hunc rerum tumorem.

☞ Syntaxis. *Animus turgidus, tumens. Negocium tument. Vitiosè se habet membrum tumidum ac turgidum. Membrum esse in tumore. Tumore præditus homo. Resedit iam animi tumor. In tumore animum esse. Rerum omnium tumor, id est, motus, perturbatio.*

TVMVLTVOR, aris. *turbas facio, inquietus sum*. pro Cęlio 45 b, Quid tumultuaris soror? quid insanis? cont. Rull. 86 b, Qui sæpe, & sine causa tumultuet. Off. 16 b, Tumultuantem de gradu deiici, vt

ditur. ad Heren. 28 b, In ocio tumultuaris, in tumultu solus es otiosus.

TVMVLTVARIVS. Atti. lib. e.

TVMVLTVOSISSIME. *pertumultuose, maxima tumultu.* I. V. 116 a, Quam tumultuosissimè aliquem adoriri.

TVMVLTVOSVS, a, um. *turbulentus* Epist. 24 a, Ita tumultuosæ contiones, ita molestæ Quinquatrus afferebantur. de Iou 42 b, Seditiosa & tumultuosa vita.

TVMVLTVS, tus. *motus, trepidatio.* I. A. 200 b, Tumultum decerni, iustitium indici, saga sumi dico oportere. pro Deiot. 147 b, Numq; trepidatio? num qui tumultus? I. C. 100 a, Vrbs sine vestro motu ac tumultu, satis ale prælidijs prouisum est. Att. 81 a, Quo autem die literæ Cassii victrices in senatu recitatæ sunt, eodem mea tumultum nunciantes. I. A. 214 b, Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur, vnde etiam nomen ductũ est tumultus. & ibidem, Potest esse bellum sine tumultu: tumultus sine bello esse non potest.

TVMVLVS, li. *locus ex terra leniter eminens.* Antequam 197 b, Dii deęque immortales, qui excelsum tumulo ciuitatis sedem Capitolii in saxo incolitis constitutam. I. V. 254 b, Ignis è specula aut tumulo sublatus, prædonum aduentum significabat. I. C. 109 b, Tumuli syluestres. de Di. 84 a.

— *Cum tumulos Albano in monte nivales.*

de Le. 183 b, Demetrius super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam. Att. 227 b, Quæris, vtrum magis tumulis prospectuq; an ambulatione delecter?

¶ *Sepulchrum.* Tusc. 204 b.

Quo magis est æquum tumulis mandare peremptos.

pro Ar. 150 a, Cùm Alexander in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset, inquit, &c. de Leg. 181 a, Iniecta gleba tumulis & humatus est, & gleba dicitur pro Milo. 118 a, Albani tumuli atque luci.

TVNC, *tum, illo tempore, per id temporis.* ad Her. 4 b, & Att. 6 a, & in V. 17 a, Temporibus illis. Offi. 67 b, I. A. 211 b, Sed erat tunc excusatio oppressis, nunc nulla est. & 68 a, de Anti. 97 b, Etiam tunc.

TVNDO, dis. *cado pulso, verbero.* I. V. 26 b, Cùm illi iacentis latera tunderet. & ibi. Bacillo oculos alicui tundere. de Orat. 123 b, Eandem incudem diam noctemque tundere.

TVNICA, cæ. *vestis breuior sine manicis, veterum & Romanorum propria quæ autem manicas haberet, non sine probro gestabatur* I. A. 212 b, vertes cum tunica pulla & pallio. & 241 a, Iste cum pallio purpureo tunicaq; talari. I. C. 109 a, Manicatæ & talares tunicæ. de Ora. 126 b, Vt diſcinderem tunicam, & cicatrices ostenderem. Tusc 230 b, Cum pila ludere vellet, tunicamque poneret, adolescentulo gladium tradidit.

TVNICATVS, a, um. con. Ral. 85 a, Iam verò qui metus erat tunicatorum illorum? & pro Cæl. 39.

TVNICVLA. purpurea. de Leg. lib. e.

TVRBA, bæ. *multitudo, concursus hominum, vulgus, seditio, vis.* I. V. 67 b, Videt ad fornicem Fabianum in turba Verrem. & 140 a, Domus erat non meretricio conuentu, sed prætoria turba referta. de Na. 9 b, Chrysippus magnam turbam congregat ignotorum deorum. de Or. 137 b, Mediocria in mediam turbam atq; in gregem coniciantur. de Clar. 176 b, Turba patronorum & vulgus patronorum. de Sen. 94 b, Cùm ex hac turba & colluuie discedam. Tusc. 237 b, Turba stultorum.

¶ *Copia.* de Cla. 175 b, In hac turba nouorum voluminum.

¶ *Tumultus, vis, seditio.* pro S. R. 33 b, Multæ sæpe imprudentibus imperatoribus vis belli ac turba molitur. I. V. 234 b, Ecce autem noua turba atque rixa. & 242 a, Facere maximas turbas in castris.

¶ *Discrimen, dubium.* Att. 87 a, Magna turba est, Epi. 84 b, Exponerem etiam, quemadmodum hic, & quanta in turba, quantaque in confusione rerum omnium viueremus.

☞ Syntaxis. *Turbam deorum congregare. In mediam turbam & in gregem conycere aliquid. Voluminum turba. Turba & colluuies. Vis ac turba belli. Turba & rixa. Turba & confusio rerum.*

TVRBATVS, a, um. I. C. 108 a, Turbata resp.)(*quieta.* pro Plan. 261 a, Placare mentes turbatas.

TVRBIDE. *turbulentè.* Tusc. 214 a, Iactantibus se opinionibus inconstanter & turbida.

TVRBIDVS, a, um. *impurus, sordidus.* Tusc. 247 a, Cùm aquam turbidam, & cadaueribus inquinatam bibisset.

¶ *Confusus.* Tusc. 165 a, Mens, quæ nunc turbido motu semper vacet, & 216 a, Turbidi animorum concitatique motus.

¶ *Miser, calamitosus, aduersus.* Epi 91 a, Si turbidissima sapientèr ferebas, tranquillissima læte feras. I. A. 168 a, Homines cùm in turbidis rebus sunt, tamen interdum animis relaxantur. de Di. 101 a, In turbidis rebus, &c. de Inué. 42 b, Turbida tempestas. pro Sylla. 175 a, In quo ego tã subito & exiguo & turbido tpe multa diuinit⁹ dixi.

☞ Syntaxis. *Aqua turbida. Motus mentis non turbidus, nec concitatus. Turbida tempora, res.*

TVRBO, as. *perturbo, obturbo, misceo* de Nat. deor. 8 b, Aristoteles multa turbat, à magistro Platone dissentiens. Q. F. 322 a, Et simul ne quid ille turbet, vide. de Leg. 188 a, Omnia infima summis paria fecit, turbauit, miscuit. I. V. 131 b, Non modò illa permiscuit, sed etiam in his turbauit. de Ar. 254 a, Miscere & turbare omnia. Epist. 116 a, M. Seruilius omnibus, in rebus turbarat, nec quicquam quod venderet, reliquerat.

TVRBA, ræ, is. Quin. 328 a, Ad te ne hæc quidem scribo, quæ palam in rep. turbantur. pro Cl. 56 a, Mare quod sua natura tranquillum est, ventorum vi agitatur atque turbatur.

¶ *Rapior* de Fini. 56 a, At id ne feræ quidem faciunt, vt ita ruant atque turbentur: vt earum motus atque impetus, quò pertineat non intelligamus.

TVRBATVR. *turba excitantur.* pro Syllan. 178 a, Si in Hispania turbatum esset.

TVRBO, inis. *coni figura inuersa.* L. CONVS, & CYLINDRVS.

TVRBO, nis. *ventus omnia turbans & inuoluens.* de Natu. Deor. 69 b, Imbres, nimbi, procella, turbines, cæteraque tempestates. de Orato. 157 a, Vndique omnes venti erumpunt, sæui existunt turbines. pro Cælio. 54 b, Aliquem tanquam turbine aliquo aut subita tempestate peruerti. pro Dom. 241 a, Tu procella patriæ, turbo & tempestas pacis & ocii. pro Sest. octauo a, Cum illi essent duo respubl. turbines Epi. 198 a, Vt Minatua quam turbo deiecerat, restitueretur. 3. P. 83 b, Qui maximis turbinibus ac fluctibus respubl. nauem gubernassem.

☞ Syntaxis. *Turbo, nimbus, procella. Turbo aut subita tempestas. Procella, turbo, et tempestas pacis. Maximis turbinibus ac fluctibus Respub. nauem gubernare.*

TVRBVLENTE. *turbulenter.* pro. To. 241 b, Raptim & turbulentè facere aliquid. Tus. 222 b, Qui non turbulantà humana patiantur.

TVRBVLENTER. *turbide.* Epist. 27 b, Nos nihil turbulenter, nihil temerè faciemus.

TVRBVLENTVS, a, um. *turbidus.* I. V. 140 b, Magna & turbulenta tempestas. Epi 29 b, Tempora mihi quidem turbulenta videntur fore. I. P. 86 b, Meum turbulentissimum tempus tuo tranquillissimo præstat. Orator. 202 b, Res placatæ & minimè turbulentæ. de Fin. 51 a, Turbulenta concursio atomorum. de Natura Deorum. 40 a, Errores turbulenti. pro Cæcin. 291 a, Ea sunt & turbulenta, & temeraria, & periculosa. de Ora. 113 a, Seditiosus ciuis, & a Ciuis vita. lit oratione turbulentus. Par. 236 b, Graue, insedatũ, turbulẽtum. Att. Regem mecũ habui turbulentis in rebus 4, Tus. Animus turbulentus. 1. de Fi. Libido, temeritas, ignauia, mens turbulẽta. 1e. Fa. Turbulenta resp. ad At. li. 7. Negotium turbulentum. & li. 4. Cõciones turbulentæ Metelli, temerariæ Appii, furiosissimæ Publii. 15. ad At. 9 b, Turbulenta consilia. de Vn. Quæ turbulenta ex igne, aera, aqua, atq; terra, & rationis expertia homini insederint cum ratione depulerit, & ad primam atque optimam affectionem animi peruenerit. de Cla. Ora. 53 a, Tribunatus turbulentissimus. pro Syll. In illa turbulentissima tempestate Reip. mea sponte despexerim. 9 Fam. Turbulentissimæ res.

☞ Syntaxis. *Placatum, ac minimè turbulentum. Turbulenti errores. Seditiosus ciuis ac turbulentus, mens, Resp. negotium, concio, errores, tempestas, res turbulenta.*

TVRGEO, ges. *tumeo, inflatus sum.* ad Heren. 27 b, Oratio quæ turget & inflata est.

TVRGESCO, scit. *tumesco.* Tusc. 194 a, Animus sapientis nunquam turgescit, nunquam tumet.

TVRGIDVS, a, um. *tumidus, inflatus.* Tusc. 194 a, Membrum tumidũ ac turgidum vitiosè se habet.

TVRMA, mæ. *equitum ordo.* Att. 82 b, Appius noster turmas aliquot equitum dederat Scaptio, per quas Salaminios coerceret. Do. 244 b, Equitum turmæ. Att. 88 a, Turma auratarum equestrium. pro Mar. 112 a, Nihil tibi ex ista laude cohors, nihil turma decerpit.

TVRMALIS, le. *equestris.* de Ora. 131 a, Turmales statuæ.

TVRPE. *turpiter.* Att. 113 b, Turpe pace nobis viendum est.

TVRPICVLVS, la. *subturpiculus.* de Ora. 131 b, Locus in turpiculo rebus & quasi deformibus ponitur.

TVRPIFICATVS, ta. *deformatus.* Offi. 73 b, Deprauatio & fęditas turpificati animi.

TVRPIS, pe. *inhonestus, deformis, distortus, fœdus, inquinatus, infamis, flagitiosus, habens turpitudinem, nequam.* Offi 25 a, Luxuria tùm omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. ibidem b, Quod facere non turpe est, modò occultè, id dicere obscœnum est. 3. A. 176 b, Quid hoc turpius? quid fœdius? Tusc. 198 b, Quid est autem nequius, aut turpius effeminato viro? Off. 25 b, Partes corporis, quæ aspectum essent deformem habituræ, atq; turpem. pro Fon. 281 a, turpis & infamis vita. pro S. Ro. 26 b, Turpissimus & inhonestissimus homo. At. 88 a, Nunc video Metelli *ἀντίσπασμα* turpè. & 123 a, O rem turpè, & eare miseram, & 138 b, Hoc turpe & indignum putarent. & 143 b, Iste omnium turpissimus, & sordidissimus, idé est in tap. qui feu. per luit. de Am. 103 b, Neq; rogemus res turpes, nec faciamus rogati. pro Qu. 18 a, Multis vexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis, nõ turpis ad te, sed miser confugit. 9. ad Att. Turpis causa dicitur, cũ ipsa res animum a se auditoris alienat. 2. de Fin. Trecentos quos eduxerat Sparta, quum esset proposita aut fuga turpis, aut gloriosa mors, opposuit hostibus. 1. Off. Habere enim quæstui Remp. non modò turpè est, sed sceleratum etiam & nefarium. ita quod Apollo Pythius oraculum edidit, Spartam nulla re alia, nisi auaritia, esse periuram, &c. 8. ad Att. Quod turpe sit, id solum miserum esse. 1. de Inuen. Turpe genus argumentationis. 1. ad Her. 1 b, Turpe genus causæ. 1. Phil. Turpes decuriæ iudicum. de Fi. li. 4. Turpi nihil turpius. Tusc. q. li. 2. Turpissimum est, quando cum vita pugnat oratio.

☞ Syntaxis. *Turpius fœdius, Nequius, turpius. Deformem ac turpem aspectum hac habens. Turpis & infamis vita. Turpe & indignum. Id non modò turpe, sed sceleratum est, ac nefarium.*

TVRPITER, *turpè, obscœnè, nequiter.* Att. 139 b, Timeo ne quid turpiter faciam. Tuscul. 198 b, Quæ te turpiter & nequiter facere nihil

patiatur

pariante. Ar.93 b, Hortensius filius fuit Laodiceæ cum gladiatoribus flagitiosè ac turpiter. & 101 a, Cato in me turpiter fuit maleuolus. pro Mil. 103 a, Turpiter perpeti. L. CALAMITOSE.

TVRPITVDO, nis. *deformitas, obscœnitas, infamia, macula, flagitium, dedecus, labes, deformatio, deprauatio, fœditas.* de Ora. 130 b, Locus & quasi regio ridiculi turpitudine & deformitate continetur. & 131 a, Verborum turpitudinē & rerum obscœnitatem vitare. de Fin. 98 a, Nisi eos per se fœditate sua turpitudo deterreat. de Ar. 215 a, Sext. Seranus sanctissima sacella omni turpitudine fœdauit. pro Dom. 23 a, In illo pœna legitima turpitudinem non habuit, propter vim tēporum. ad Her. a b, Si causa turpitudinem habebit. pro Fon. 281 b, Turpitudo, quæ a libidine, aut a petulātia, aut ab audacia nata sit. I. A. 211 b, Quanta illa erit reip. turpitudo, quantum dedecus, quāta labes? dicere in hoc ordine sententiam M. Antonium, consulari loco. Offi. 73 b, Nullum est maius malum turpitudine, quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet videri.

☞ Syntaxis. *Flagitiosè ac turpiter. Turpiter & nequiter. Turpitudo ac deformitas. Turpitudinis fœditas. Fama turpitudine foedare. Turpitudinem habere, dedecus, labem.*

TVRPO, as. *fœdo.* Tuscu. 166 b, & 200 a, Iouis aram sanguine turpari. Poetæ.

TVRRIS, ris. *celsa moles, angustior, ex lapide vel materia.* Tuscu. 239 b, Dionysius concionari ex turri alta solebat. de Pro. 69 b, Macedonia, quæ erat antea multorum Imperatorum, non turribus, sed trophæis munita.

TVRTVR, ris. *auis nota.* de Fin. 87 b, Turtures cursu & peregrinatione lætantur.

TVSCVLANVM, & alia, L. TVSCVLANVS, &c.

TVTE. *tu ipse.* Epi. 9 a, Vt tute mihi præcepisti. Att. 119 b, Et vt esset, a me est (tute scis) multo antè prouisum. de Orato. 93 a, Non me tibi negasse, tute paulò antè dixisti. Attico. 235 b, Quemadmodum tute scribebas.

TVTE. *tutò.* pro R. 85 b, Qua in causa tutè esse potuisses. ad Her. 37 b, Att. 117 b, Non quæro vbi tutissimè sit. & 125 b, Nam te hic tutissimè puto fore. ad Her. 18 a, Eum tutè viuere, qui honestè viuat & ibi. b, Tutè cauteq; agere aliquid.

TVTELA, læ. *fides, commissio, defensio, patrocinium, clientela. Est autem tutela, (vt Seruius Sulp. definiuit) vis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui per ætatem suam se defendere nequit, iure ciuili data ac permissa. quę definitio, quoniam pupillares modò tutelas comprehendit: si generalem facere vis, vt etiam mulierum, & furiosorum tutelas contineat, à definitione tibi sunt illa verba remouenda, Per ætatem suam.* Att. 4 a, De tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil vsucapi pōt. pro Q. R. 47 b, Fraudare pupillum qui in tutelam peruenit. de Ora. 99 b, Nisi posthumus, antequam in suam tutelā venisset, mortuus esset. & 126 a, Filius eius paruus, qui tibi in tutelam est traditus. Offi. 17 b, Vt enim tutela, sic procuratio reip. ad vtilitatē eorum qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa, gerenda est. pro Fla. 162 a, Nihil potest de tutela legitima, sine omnium tutorū autoritate diminui. de Pro. 76 a, Quæ sit in eius tutela Gallia, cuius virtuti, fidei, felicitati commēdata est. de Fi. 114 b, Vt omnia illa prima huius tutelis subiiciantur, itaq; non discedit ab eorum curatione, quibus præposita vitam omnem debet gubernare. pro Sex. 17 b, In eius magistratus tutela reges atq; exteræ nationes semper fuerunt. Offic. 64 a, Tutela XII. tabulis erat vindicata. de Nat. deo. 70 b, Apollinem, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt. pro Mut. 129 a, Omnia hæc nostra latent in tutela ac præsidio bellicæ virtutis. de Fin. 144 b, Nullam partem neq; animi, neque corporis, vacuam tutela reliquerunt. & 104 a, Salutē hominum in Iouis esse tutela. de Ora. 95 b, Ac ne is pro quo ipse diceret, turpi tutelæ iudicio, atque omni molestia aduersarii liberaretur. de Ora. 104 b, Sulpitius Gallus quos filios paruos tutelæ populi commendauit.

TVTISSIME, *aduerbium.* ad Att. li. 6, Vbi tutissimè essem.

TVTO. *tutè, impunè.* Att. 116 a, Igitur istic me fac posse tutò, an etiam honestè? pro Sex. 20 a, & epi. 234 b, Vt a fuit monitus tutò in foro esset. epi. 148 a, Nec mihi tutò in Senatum venire licet.

TVTOR, aris. *tueor.* de Nato. 55 a, Genæ tutantes oculos, ab inferiore parte subiectæ, leuiterq; eminētes. Auteq. 196 a, Nihil acerbi mihi, erit, quod rempublicam tutabitur. de Som. 127 b, Ad rem publicā tutandam. pro Pom. 6 b, Vectigalia ad ipsas prouincias tutandas. pro Syl. 178 b, Hunc tamen per vos tutari conseruareq; cupiunt. I. A. 191 b, Qui rempublicam patrimonio suo & tutatus est, & tutatur. pro Se. 33 a, Hic est se tutatus.

TVTOR, oris. *defensor.* de Ora. 104 b, Quin. Seruius Galba Popul. Romanum tutorem instituere se dixit filiorum suorū orbitati. Epist. 226 a, Instituere aliquem tutorem & secundum hæredem filio suo. pro Fla. 162 b, Quæcūque sine tutore autore est dicta dos, nulla est. pro Cę. 298 a, Quod mulier sine tutore autore promiserit, nō deberi. de Fi. 140 a, Nō tutorer inf: mus legibus. pro Mur. 130 a, Mulieres propter infirmitatem cōsilii, maiores in tutorē potestate esse voluerunt. pro Fla. 191 a, Tutor his rebus Græcorū legibus ascribendus fuit. Postq. 200 a, Resp. orba consulis fidem tanquam legitimi tutoris implorauit. & 205, Cùm Resp. non solùm parentibus perpetuis, verumetiam tutoribus annuis esset orbata. de Aruspic. 246 a, Castus tutor religionis. de Ora. 143 a, Parens bonus & tutor fidelis. I. A. 207 b, Patronus & tutor. Attic. 195 b, Amo illum mortuum, tutor sum liberis, totam domum diligo. de Cla. 196 a, Orbæ eloquentiæ quasi tutores relicti sumus.

☞ Syntaxis. *Tutorem alicui instituere. Sine tutore autore id actum est. In tutorum esse potestate. Patronus & tutor.*

TVTVS, a, um. *metu, vel periculo vacuus, tectus, cautus, septus, munitus, sanctus, sacrosanctus, sartus tectus, incolumis, nihil insidiarum habens, in tuto locatus.* pro Do. 235 a, Quæ maiores nostri religionibus tuta nobis & sancta esse voluerunt. pro Pomp. 10 a, quis locus tā firmum habuit præsidium, vt tutus esset? pro Cec. 293 a, Fugæ tutā viam quærere. Antequā. 194 a, Quo enim se satis tutum arbitrabatur præsidio? virtutis & gloriæ? Atticum, &c. & ibidem b, Qui hoc imperii domicilium numini deorū consecratum, sartū tectum ab omni periculo conseruaui, & vos vt totam tranquillamq; pacē traheretis, mea perfeci vigilantia. Epi. 163 a, Tutus ab inimicis. de Nat. deor. 50 a, Tutus a calore & a frigore. I. V. 243 b, Tutus, clausus, septus, munitus contra aliquem. de Arus. 256 a, Quare cùm dii immortales moneant de optimatium discordiis, in tuto collocant Clodium. Epist. 184 a, Esse in tuto. pro Flac. 152 a, Multi clarissimi viri, qui cùm prædonem nullum cepissent, mare tamen tutum præstiterunt.

☞ Syntaxis. *Hoc illi religionibus suis est tutum ac sanctum. Tutam tranquillamque pacem trahere. Tutus à, Tutus, clausus, septus contra. In tuto collocare.*

TVVS, a, um. *multitudinis numero,* TVI, *nempe amici, cognati, propinqui.* Att. 62 a, Tam longè a tot tuis, &c. de Or. 38 b, Panætius ille tuus. *& alibi millies.*

TYBA, bæ, *vrbs,* Epis. 240.

TYBERINVS, a, um. pro Dom. 10 b, Ante ostium Tyberinum Phil. 3, Canusius Tiberinus.

TYBERIS, ris, TYBRIS. *fluuius, quo Roma alluitur. Potest etiam cum tota scribi autoribus bonis.* At. 191 b, Cogito trans Tyberim hortos aliquot parare. I. C. 111 a, Vt Tyberis inter eos & pons interesset. Att. lib. 15, Cùm esses trans Tyberim in hortis.

TYBVRS, tis, L. TIBVRS.

TYCHAS, er. *vrbs Siciliæ.* I. V. 228 a, Tertia est vrbs, quæ quod in ea parte Fortunæ fanum antiquum fuit, Tyche nominata est.

TYMBOS *bustum.* de L. 183 a, Si quis bustum (nam id puto appellari tymbon) aut monumentum, inquit, aut columnam violarit.

TYNDARVM, ri. *vrbs Siciliæ.* I. V. 262 a.

TYNDARITANI, orum. I. V. 140 b.

TYNDAREVS, rei. de Fat. 147 a.

TYNDARIDAE, fratres, *Castor, & Pollux.* Tuscu. 154 a, de Nat. 72 a, de Ora. 141 a.

TYPVS, pi. *signum, forma.* Atti. 5 b, Præterea typos tibi mando. Atti. 5 b, *ἐν παρωδῶν κατάστασιν τύπωσιν · id est, Præsentem statum forma aliqua designato.*

TYRANNICE. *superbè, crudeliter.* I. V. 272 b, Regiè, seu potiùs tyrannicè statuit. Att. li. 10, vide quàm ad hæc τυραννικῶς.

TYRANNICVS, a, um. de Leg. 164 b, Leges tyrannicæ. pro Do. 236 b, Priuilegiis tyrannicis irrogatis. de Inuent. lib. 1, 15 b, Tyrannicum factum.

TYRANNIO, onis *viri nomen.* Q Fr. 306 b, & Att. 57 b.

TYRANNIS, dis. *dominatio regnum, crudelissimus dominatus.* At. 104 b, Ex victoria cùm multa mala, tum certè tyrannis extitet. Tus. 186 a, Potius, quàm conscios delendæ tyrannidis indicaret. Att. 225 b, Odii boni, viuit tyrannis? & 120 b, Idem facere quod in Cinnæ dominatione, & Marii tyrannide Phil. Off. 70 a, Occuparet tyrannidē. Att. 231 b, Sublato enim tyranno, tyrannidē manere video.

TYRANNOCTONVS, ni. *tyranni interfector.* Att. 231 a, Sustulit simulationem desiderii, ne periculosa nostra tyrannoctonis esset. item 261 a, & Fam. lib. 12.

TYRANNVS, ni. *ereptor libertatis, ciuitatis oppressor.* I. Ver. 22 a, Imagines Siciliæ regum ac tyrannorum, & ibidem: At videtis, quāto hic tetrior tyrannus. in Vat. 33 b, Intolerandus tyrannus. Tuscu. 239 a, Dionysius Syracusanorum tyrannus fuit: is cum V. & XX. natus annos dominatum occupasset, diu seruitute oppressam tenuit ciuitatem. pro Mil. 108 b, Quo tandem animo hoc tyrannum tulisse creditis? in Ant. 249 b, Qui erant in eum tyranni. pro Deiotaro. 146 b, A quo Rex appellatus esset, in eum Tyrannum inueniri. & in Anton. 215 a, Cupido coniungendi cum tyranno. *id est, Cæsare.* & ibidem: Phalaris & Pisistratus. de Natura Deorum. 76 b, Dionysius & Apollodorus tyranni. de Diuinatio. 91 b, Vrbs ab Alexandro tyranno crudeli dominatu premebatur. Offic. 58 a, Nulla est nobis societas cum tyrannis, sed potius summa distractio.

☞ Syntaxis. *Ille tyrannus est in omnes.*

TYRESIAS, siæ. *augur & vates Thebanus.* de Di. 98 b, De Tyresia etiā apud inferos Homerus ait, solum sapere, cæteros vmbrarum vagari modo. de eod. de Nat. deor. lib. 1, & Tusc. li. 5.

TYRIA, purpura. I. V. 265, & pro Fl. a.

TYRVS. *vrbs Phœnicis.* ibid.

TYRO, onis. *nouus miles, rudis in aliqua re, qui aliquam artē discit.*)(*veteranus miles.* Epist. 258 b, Quoniam autem in acie tyronis sit committendum, scimus. Tus. 183 a, Ætas tyronum. I. A. 238 b, Tirones milites. & 224 b, Cùm essem tyro in Pompeii exercitu. pro S. Ro. 21 a, Qui nuper se ad eum lanistam contulit, qui cùm ante hanc pugnam tyro esset, facilè ipsum magistrum scelere atque audacia superauit. In Ver. 62 a, L. Apuleius vsu atque exercitatione tyro. & 12 a, Tametsi non prouinciæ rudis erat & tyro. de Oratore centesimo tertio b, Fateor enim oratorem nulla in re tyronem

ac rudem, nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere. Off 8 a, In Pompilii exercitu Catonis filius tyro militabat. * Ep. 97 a, Signa tyrone, et collectitio exercitu cum legionibus robustissimis contulit.

☞ Syntaxis. *Tyro miles. Usu tyro. Urbis rudis ac tyro. In hoc re sum rudis ac tyro, peregrinus, hospes. Tullium tyro militauit.*

Tyrocinium, nii. *rudimentum.* in Sel. 274 a, At lapsus ætatis tyrocinio, postea se correxit, &c.

Tyrotarichus, chi. *cibi genus, cuius confectionem docet Apicius li. 4.* Att. 233 a, Eo die in Pæti nostri tyrotarichum imminebam. & 59 a. Multa me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis quam patina tyrotarichi. Epi. 136 b, Quem denarium narres? quam tyrotarichi patinam? eo. Tu vero ad tyrotarichum antiquum redi.

Tyrrhenus, a, um. *Thuscus: ut, Thyrrhenum mare.* de Di. 84 a, Tyrrhenæ gentis eruspex.

Tysias, æ. *princeps & inuentor artis rhetoricæ.* de Inuent. 62 b, & de Orato. 93 b.

V

Ex Latinis literis vocalibus ultima est.

¶ *Est etiam nota V, quinque significans.*

¶ *Interdum pro Y usurpatur: ut Sulla, pro Sylla, Sullanus, pro Syllanus.*

Vacatio, onis. *feriæ, cessatio, immunitas.* pro Syl. 172 a, Mi neq; rerum gestarum vacatio, neque ætatis excusatio vendicat a labore. pro Cęl. 43 b, Erat enim meum deprecari vacationem adolescentiæ, veniamque petere. de Leg. 158 a, Ego verò ætatis potius vacationi confidebam. de Na. deo. 10 a, Nos vitam beatam in omnium rerum vacatione ponimus. de Cla. 175 a, vacationem augures, quo minus iudiciis operam dent, non habere. pro Font. 277 b, Falsum est ob vacationē pretium datū, cūm immunis nemo fuerit. in A. 204 b, His liberisq; eorum militiæ vacationem esse placet. & 200 a, Delectum haberi sublatis vacationibus. in Vatt. 204 b, Pro his a rebus vacatio data est laboris, & sumptus, & militiæ, & tarū omnium. Epi. 129 a, Quæ studia vacationem habent publici muneris. Aca. 30 b, & Att. 17 b, Ne vacationes valerent. de Leg. 138 a, Nullam tibi a causis vacationem dari video.

☞ Syntaxis. *Vacatio militiæ senibus est. Philosophia vacationē habet rerum publicarum. Nulla a causis vacatio data Ciceroni.*

Vacca, cæ, de Na. Deo. 16 b, Cur non gestiret taurus equæ contrectatione? equus vaccæ? & ad Her. 27 b.

Vaccus, ci. pro D. 233 b, In vacci pratis domus fuit M. Vacci.

Vaccæi. pro Planc. 277 a, Putabam in Vacceis dicturum. *error, pro Næuis.*

Vacillo, as. *nuto, labo fluctuo, titubo.* de N. d. 22 b, Nec verò exitum reperitis, resq; tota vacillat ac claudicat. Of. 76 a, Iustitia vacillat, vel iacet potius. de Fi. 62 b, Quo loco videbitur stabilitas amicitiæ vacillare. de Cl. 184 a, Curio in vtrāq; partē toto corpore vacillāt. Att. 186 a, vacillare memoria. I. C. 109 a, Partim & sumptibus in vetere ære alieno vacillant. I. A. 189 a, Antonius cum vna legione, & ea vacillante L. fratrem expectat. Epi. 262 a, Accepi tuam epistolam, vacillantibus literulis.

☞ Syntaxis. *Vacillans & claudicans res, memoria. Corpore vacillare. Vacillantibus literulis epistola.*

Vacandum. de Finibus 97 b, Vacandum est omni animi perturbatione.

Vacans, tis. *ociosus, minimè occupatus.* Epist. 113 a, Hoc mihi iucundissimum vacanti negocium erat, te cum id ocii tēpus cōsumere.

¶ *Expers.* de Na. 7 a, Si ipsa mens constare potest vacans corpore.

Vaco. *nihil ago, cesso, ocium habeo, ocium est, ociosus sum.* Ep. 201 a, Quā vis enim occupatus sis, ocii tamen plus habes, aut sin tu quidem vaces, noli mihi molestiam exhibere. de Di. 82 a, Ita tamē, si vacas animo, &c. Atti. 199 a, Scribes aliquid, si vacabis. pro Deio. 148 b, Deiotarus quicquid e bellis Populi Romani vacabat, cum hominibus nostris consuetudines amicitiasq; iungebat.

¶ *Careo, abstineo.* de Na. 37 a, Cęlestem ordinem, qui vacare mente putat, is ipse mentis expers habendus est. Nat. deor. 1 b, At dii ab omni curatione & administratione rerum vacant.

VERECVNDIA, diæ. *pudor, rubor, modestia, ingenuitas, reuerentia*. Par. 239 b, Verecundia custos est omniū virtutum, dedecus fugiens, laudemque maximé consequens. 257 a, Verecundiam timiditas imitatur. Officio. 19 a, Verecundia, & quasi quidam ornatus vitæ. & 20 a, Iustitiæ partes sunt, non violare homines: verecundiæ, non offendere. & 30 a, Hoc solum animal natum est pudoris & verecūdiæ particeps. de Fin. 110 a, Cynicorum ratio est inimica verecundię: sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestū. Off. 26 a, Scenicorum quidem mos tantam habet à vetere disciplina verecūdiā, ut in scenā sine subligaculo prodeat nemo. pro Qui. 7 a, Homo timidus virginali verecundia. Epi. 54 b, In extremis locis minor est ad tacitus verecundia. Or. 220 b, verecūdia negandi, scribendi impudentiā suscepimus. Tus. 243 a, verecundia turpitudinis. At. 122 b, Malo Tyronis verecundiam in culpa esse, quam illiberalitatem Curii. Att. 224 a, Meam stultam verecūdiam, qui voluerim, &c. & 279 a, Nihil existimatio ciuiū valet, nihil posteritatis verecundia. Quint. Fra. 312 b, Mea factum est inuita verecundia, ut te proficiscens non tollerem. & 319 b, Cæsar meam in rogando verecundiā obiurgauit. Off. 26 a, Pleraque in eam sententiā ab eisdem contra verecundiam disputātur. de Ami. 181 a, Maximum ornamētū amicitiæ tollit, qui ex ea tollit verecūdiam. ° de Of. ° Adhibenda est etiam quædam reuerentia aduersus homines. }

☞ Syntaxis. *Verecunde, dubitanterque. Pudor ac verecundia. Virginalis verecundia timiditas. Cunctans & verecundam loquentes puer.*

VERECVNDVS, a, um. *pudens*.)(*petulans*. de Orato. 141 b, Habetis sermonem hominis, ut ioaio non impudentis: illud quidem certe, nō nimis verecundi. Ep. 111 a, verecundus in loquendo. de Leg. 166 a, verecundus est, qui ut bene audiat, erubescit, & pudet impudica loqui. I. A. 169 a, Tu ante ea in te admisisti, quæ à verecūdo inimico audire non posses. Epist. lib 9, Verecundi admonitores.

¶ *Moderatus*. de Or. 158 a, Verecūda debet esse translatio. Or. 204 a, In transferendis verecundus & parcus.

¶ *Pudicus, minimeque obscenus*. Orato. 202 a, Oratio casta, verecunda,

virgo

virgo incorrupta.

VERENDVM. 3. A. 203 b, Ne verendum quidem est, vt tenere se possit, vt moderari, ne honoribus nostris elatus, intemperantius suis opibus vtatur.

VERENS, tis. de Sen. 94 a, Vos tamen deos verentes, memoriam nostri pie seruabitis. Att. 248 e, Tum me collegi, verens quid, &c. contra Rul. 65 a, verendum crede nobis esse, ne, &c. Epi. 78 b, Cuius tanti mali vereor, ne consolatio vlla possit vera reperiri.

VEREOR, eris. extimesco non nihil commoueor. I. A. 245 b, Quid veteranos non veremur? nam timeri se, ne ipsi quidem volunt. de Fini. 73 a, Quos non est veritum ponere, &c. ad Her. 11 b, A quo supplicium verebatur. Att. 109 a, Quod veritus sum, factum est. & 203 b, Ac vereor Gallica et bella, ipse Sestius quo euadat. de Leg. 163 a, Quocirca vereor committere, vt non bene prouisa principia ponantur. pro Mur. 132 b, vereor vt hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio. Epi. 68 b, Ac non vereor, ne assentatiuncula quadam aucupari gratiam tuam videar. de Orat. 135 b, Non vereor, ne quis iam in illo genere me leuiorem putet. & 94 a, Perge vero Crasse, inquit Mutius: istam enim culpam quam vereris, ego praestabo. Att. 158 b, vereor quid agas. de N. 69 a, Qui, si dii non sint, vereor quid agat. Inu. id est, dubito, quaero, nescio. Epi. 120 b, vereor quomodo hoc homines acciperent. de Cla. 166 b, Vereor eo quod iam curriculum aliquando sit habitura, &c. Att. 105 b, Quod scribis vuto in vrbem introisse, vereor quid sit, nam, &c. Ad Her. 18 b, vereri supplicium ab aliquo. Ora. 197 a, Is qui vereretur reprehensionem doctorum atque prudentium.

¶ Vereor ne: id est vereor vt. de Ami. 107 a, Neque enim verendum est, ne quid excidat pro Syll. 179 b, In ipsa rogatione, ne per vim quid ageretur, quis tamen vestrum Syllam verebatur. de Ora. 105 b, veritus est, nisi istam artem oratione exaggerasset, ne operam perdidisset. Aca. 35 a, Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem, &c. Epist. 87 b, Non vereor ne eum miserum esse nefas sit dicere. id est, non dubito, quin. Epist. 180 b, Non vereor ne meae vitae modestiae parum valitura sit in posterum contra falsos rumores. & 23 a, Non vereor, ne quid stulte facias. & 30 a, verebar, ne id ita caderet, quod etiam nunc vereor, ne antequam tu, &c. & 18 a, Non enim vereor, ne non scribendo te expleam. & 36 a, Quibus literis intellexi te vereri, ne superiores mihi redditae non essent.

¶ Vereor vt; id est vereor ne. Att. 183 a, videris vereri vt epistolas tuas acceperim. Epi. 238 a, vereor vt Dolabella ipse satis nobis prodesse possit. Tusc. 185 a, Et tamen veremur, vt hoc natura non patiatur: contra Rull. 77 b, & I. C. 231 b, Quod vos foedus non iusseritis, vereor vt satis firmum sit. de Or. 88 b, Sed illa duo Crasse, vereor vt tibi possim concedere. Att. 85 b, Quod vereor tibi ipsi vt probem. Att. 213 e, Etsi vereor, vt his ipsis contentus sit. de Ami. 98 b, vereor vt idem interitus sit animorum & corporum.

¶ Obseruo. Q. F. 303 b, Quem meus Cicero & amabat vt fratrem, & iam vt maiorem fratrem verebatur. Off. 37 b, Maximeque curandum est, vt eos quibus cum sermonem conferimus, & vereri & diligere videamur. de Sen. 48 b, Metuebant eum serui, verebantur liberi. de Ami. 112 a, Neque solum colent se inter se, ac diligent, sed etiam verebuntur: nam maximum ornamentum amicitiae tollit, qui ex ea tollit verecundiam. ad Her. 35 a, Quos aut vereri, aut metuere debemus. pro Pl. 665. Is patrem veretur vt Deum.

¶ Spero, puto. Atti. 203 a, Tyronem habeo citius quam verebar, id est, putabam.

VERGILIAE, arum. Stellae septem in dorso Tauri; sic dictae, quod vere oriuntur. de Nat. 48 a, Propter Perlui lauum genu.

--- Vergilias tenui cum luce videbis. & in Aras.

VERGO, gis. inclinatus sum. de Nat. 49 a, Omnes partes terrae in medium vergentes. Q. F. 320 b, Id tectum nunc honeste vergit in tectum inferioris porticus. Att. 236 a, Ni Bruti auxilium ad Italiam vergere, quam ad Asiam maluissemus.

VERIDICVS, a, um. verax, apertus. de Diu. 103 a, veridicae voces ex occulto missae. pro Fl. Veridicas adiungis causas inimicitiarum, &c.

VERILOQVIVM. I. ETYMOLOGIA.

VERISIMILIS. le. similis veri credibilis probabilis consentaneus, quod maxime specie veritatis mouet. de Ora. 116 b, Narrationem iubent verisimilem esse, & apertam & breuem. pro S. R. 25 a, & 36 e, Non enim ita disputabo, verisimile est Roscius hoc fecisse. & 37 b, Non est verisimile, vt Chrysogonus horum literas adamarit. de Cla. 179 b, Non verisimile est, quam sit in vtroque genere distinctus Cato. pro Qu. R. 48 b, vtrumque ex vtriusque persona verisimile videtur. Ac. 9 b, volunt probabile aliquid esse, & quasi verisimile. de Inu. 48 b, verisimile & probabile. Tuscu. 200 a, Quid esset simillimum veri quaerere. Episto. 185 b, Id autem eo facilius credebatur, quia simile vero videbatur.

VERISIMILITVDO similitudo veri, probabilitas. Aca. 37 a, Cum possit sine assensione ipsam verisimilitudinem sequi. de Vniu. 196 a, & Part. 233 b, Bene agi putat, si similitudinem veri consequatur.

☞ Syntaxis. Probabile, & quasi verisimile. Verisimile & probabile. Vere, & verisimile.

VERITAS, tis. verum, vera ratio, &c. de Inu. 82 a, veritas est, per quam immutata ea quae sunt, aut fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. de Di. 85 a, Nunquam perfecte veritatem casus imitatus. Ora. 220 a, veritas in occulto latet. pro Cel. 51 e, O magna vis veritatis, quae contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, facile se per se ipsa defendat. de Leg. 136 a, Qui in isto opusculo non vt a poeta, sed vt a teste, veritatem exigunt. de Or. 104 b, Nec ornatus causam suam dici voluit, quam simplex ratio veritatis ferebat. Off. 40 e, Subtilitas illa, cum veritas limatur in disputatione. Of. 3 b, Sunt alii simplices aperti, veritatis cultores, fraudis inimici. de Or. 97 b, Et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. & 91 e, vide ne plus ei tribuas, quam res & veritas ipsa concedat. Tusc. 230 b, 23 e a, Cum animum ab ista pictura imaginibusque virtutum, ad rem veritatemque traduxeris. de Ora 89 a, Graeci contentionis cupidiores, quam veritatis. & 116 a, Homines expertes veritatis. Ora. 219. Qui a forma veritatis, & ab Atticorum regula absunt. Epist. 225 a, Pro causae veritate. Att. 5 e a, Haec veritas etiamsi iucunda non est, tamen mihi grata est. de Ora. 131 b, Qui actor in imitanda, quam orator in suscipienda veritate iucundior? Off. 13 a, vir bonus & simplex veritatis amicus. pro Qu. Veritas in profundo demersa. Ac. q. edi. 2. lib. 1, Democriti dictum, ἐν βυθῷ ἡ ἀλήθεια. Aca. q. edi. 1. lib. e. Veritas in sensibus maxima. de Nat deo. 1. veritas sempiterna futurarum rerum, in lege pro Qu. veritas alicuius. id est, aequitas & iustitia. Tusc. q. lib. 5, veritas iudicandi. 11, ad Att. veritas interesse tuarum non me offendit. Off. 1, veritas prudentiae, quasi materiae, quam tractat, & in qua versetur, subiecta est. Lael. veritas molesta est, siquidem ex ea nascitur odium. 3. de Ora. 18, veritas in omni re vincit imitationem. de Nat. deo. 1, veritatis consilium petere ab animis consuetudine imbutis. 1. Off. Sunt his alii multum dispares, simplices & aperti, &c. veritatis cultores, fraudis inimici. e. de Ora. Expertes veritatis homines. de Na. Deo. 1, veritatis ignoratione, vulgi opiniones in maxima inconstantia versantur. Ace. q. edi. 2. lib. 1, veritatis iudicium quamquam oritur a sensibus, tamen non esse in sensibus, secundum Academicos. Aca. q. edi. 1. li. 1, veritatis luce menti hominis nihil dulcius. ib. veritatis nota de Or. 104 b, Aca. q. ed. 2. li. 1. Simplex ratio veritatis. de Ami. Ad veritatem loqui. de Ne. deor. 2, Non opinione solum, sed etiam ad veritatem plane velim mihi persuaderi. 3. de Off. Nihil contra inutilius ei, qui id iniuste consecutus sit, inuenio, quum ad veritatem coepi reuocare rationem. de Nat. deo. 1, Simonidem arbitror desperasse omnem veritatem. pro Deiot. veritatem obtinere pro Qu. veritatem retinere. pro Ros. Cum ex veritate pauca vulgus aestimat. de Na. deo. 1, Ex aeterna veritate causarumque continuatione confluat, quicquid accidit. Epi. 226 b, Pro causae veritate. Lae. Sine veritate nomen amicitiae valere non potest. ad Atticum lib. 13, Neque id ambitione adductus fecio, sed tum familiaritate & necessitudine, tum etiam veritate. pro Qu. veritate colitur amicitia. 1. ad Q. F. Non veritate solum, sed etiam fama niteretur. * Or. 209 a, si ita iudicarem, nec in veritate crimen nec arrogantiae extimescerem. }

☞ Syntaxis. Ad veritatem reuocare rationem. Commentationem in lucem veritatis proferre. Limatur veritas in disputatione. Animum ad rem ac veritatem traducere. Ad veritatem loqui, persuadere. Desperare veritatem, obtinere, retinere. Ex veritate iudicare. Veritate colitur amicitia.

VERMICVLATVS, a, um. ornamentis, quasi vermiculis aut tessellis variatum & distinctum. de Orato. 158 b, Emblema vermiculatum. de Cl. 190 a, ex Lucil. Orat. e 11 b.

Quam lepide lexeis compostae, vt tesserulae omnes.
Arte pauimento, atque emblemate vermiculato,

VERNA, nae. seruus domi nostrae ex ancilla, aut seruo natus. Epi. 124 a, b, Bellicous verna Demetrii. Fam. li. 11, vernarum caussa. Brut.

VERNACVLVS, a, um domesticus. de Cl. 180 a. L. Sapus. Ep. 134 b, Antiqua & vernacula festiuitas. I. V. 179 b, Domesticum atque vernaculum crimen. de Or. 151 b, Quotidianae & vernaculae res.

VERNVS, a, um. acris. de Sen 91 a, verni temporis suauitas. Tusc. 235 b, Alia verno tempore tepefacta frondescunt. in Ar. vernum lumen. (autumnale,

VERO. autem. de Ora. 90 b, 91 a, Poeta numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus socius, ac pene par. in hoc quidem certe prope idem, nullis vt numeris, &c. pro Cec. 286 a, Hoc reprehendendum fortasse minus, quaerendum vero magis etiam videtur, ideo quod, &c.

¶ Certe quidem de Senec. 82 b, Non vero tam isti mortui sunt, quam eo ougator. de Leg. 171 e, Sed vero intelligi sic oportet, &c. & 170 b, Est vero ita, sed, &c. I. C. 213 a, Est vero inquam notum signum imago aui tui, &c. Tusc. 180 b, At vero nos, &c. Off. 58 b, Minime vero, non n. &c. de Diu 8 a, Dicitur istuc quidem a Cotta, & vero saepius: sed, &c. de Diuin. 112 b, Quod n. is qui diuinat, praedicit, id vero futurum est. Att. 263 a, Quod saepe praesens & illi ostendisti, & vero etiam mihi. pro Mur. 135 a, Exturbare eum, qui & per se & per suos, & vero etiam per alienos defendatur. de Cla. 174 a, Et vero maximus ille Scipio vehemens fuit. & 179, Et vero fuit in hoc, &c. pro Cl. 231 a, Sed ea vero sic agit, vt, &c. Att. 101 a, Illud tamen de Chrysippo, nam de illo altero. &c. Chrysippum vero, &c. Tusc. 188 b, Fuisti saepe credo in scholis philosophorum. A. vero, ac libenter quidem.

VERREA. festa verridicata. I. V. 119 a, Verrea agere. & ibi. b, O Verrea praeclara. I. V. act. 6, Verrea flagitiosa. ead. vestes turpia, & ridicula, & alibi saepe.

VERRINVS, a, um. I. V. D. 3 a, Negabant mirandum esse ius tam nequam esse verrinum. iocus ex ambiguo.

VERRO, ris scopis quisquilias, puluerem, & alias fordes aufero, eiicio. Per. 263 a, Qui tractant ista, qui tergunt, qui ungunt, qui verrunt, &c.

VERRVCOSVS, a, um. qui verrucis plenus est. Est autem verruca eminens in corpore caruncula sine pruritu. de Cla. 169 b, Q. Maximus verrucosus orator habitus est temporibus illis.

VER-

Verrunco, as. *verto*. de Diu. 90 a, Per propinqua hæc bene verruncent populo. Acci.

Versicolor, ris. *dubio, vario ve colore*. de Fin. 94 a, Plumæ versicoloris columbis.

Versatus, a, um. *tractatus, exercitatus, subactus*. pro Q. 1 a, Homo & in aliis causis exercitatus, & in hac multum & sæpe versatus.

¶ *Actus*. I.V. 157 b, Terræ, in quibus bellum acerbum versatū est. pro Ar. 189 b, Bellum magnum atque difficile, & in magna varietate terra marique versatum.

Versiculus, li. Attic. 68 a, Nunc venio ad transuersum illum epistolæ tuæ versiculum. Orat. 203 a, Versiculi comicorum. pro Dom. 22 a, Hoc pati potuistis, vt singuli ciues singulis versiculis è ciuitate tollantur? pro Mil. 115 a, Ne quid resp. detrimēti caperet. quo vno versiculo satis armati semper consules fuerunt. de Leg. 172 a, Leges vno versiculo senatus pūcto temporis sublatæ. Attic. 121 b, Scripto iam superiora versiculo Heros mihi dixit, sibi Murenam liberalissimè respondisse. Atti. 281 a, Tribus ne versiculis his temporibus Brutus ad me?

Versans, tis. *voluens*. de Na. 79 a, Deus versans cœlum.

Verso, as. *conuerso, voluo, tracto*, Tus. 150 a, Tum illud quod Sisiphus versat saxū, &c. de Fin. 85 b, & 144 b, Versarē sebuc & illuc. I.V. 124 a, Itaq; æstuabat dubitatione, versabat se in vtranq; partem.

¶ *Tracto*, Or. 199 b, Nō vt in iudiciis versaret causas, sed vt, &c. Or. 109 b, versare sæpe multis modis eandem rem.

¶ *Conuerto, flecto*. pro Cel. 40 a, Versare suam naturam, & regere ad tempus. pro Cl. 32 a, Ad omnem malitiam & fraudē versare mentem suam, hæc secum cogitare cœpit.

¶ *Rapio, ango, vexo*. de Sen. 77 a, ——*Cura*.

Quæ nunc te coquit & versat sub pectore fixa.

Versor, aris. *conuertor*. de Som. 128 b, Orbes, qui versantur retro contrario motu atque cœlum. de Fat. 149 a, Cylindrum volui, & turbinem versari putes. de Natu. 12 a, Versari circum axem cœli admirabili celeritate.

¶ *Do operam, incumbo, insudo, laboro, consuesco, sum*. I.V. 265 b, Versabatur in Sicilia longo interuallo alter Phalaris. de Ar. 258 a, Vt Deus aliquis cœtus hominum adeat, versetur in terris. pro Font. 280 b, Sic existimatis eos hic sagatos versari aio demisso, &c. in Ant. 280 a Pueri ingenui cum meritoriis, scorta inter matresfamiliâs versabātur. I.A. 164 a, Cū inter subsellia nostra versentur armati. Postq. 206 a, Hostis intra mœnia versatus est. pro Mil. 107 b, An vero tu solus ignoras? tu hospes in hac vrbe versaris? cuius peregrinātur aures, nec in hoc peruulgato ciuitatis sermone versantur? Atti. 160 a, Nec versari inter eos sine dedecore potero. I.C. 99 b, Nobiscū versari iā diutius non potes. de Di. 104 a, versari cū aliquo. de Ar. 249 b, Si essetis, versaremini que nobiscum. Q.F. 302 a, Plato Epicureus, qui Athenis solet esse multum. I.C. 104 b, Non enim iā inter nos sic ille versabitur. pro Fl. 160 b, Annos iā triginta in foro versatur. pro Cel. 38 a, Cœlius tamdiu minus in foro nobiscū versatur. I.V. 275 b, Cū in ea prouincia magna fugitiuorū copiæ versatæ sint. pro Cecin. 201 a, In meis castris præsidiisq; versatus. Q.F. 296 a, In aliquā prouincia cū summo imperio & potestate versatus. de Orat. 302 a, Orator incolumis inter hostiū tela versari potest. pro S.R. 32 a, Eo tēpore Roscius erat Romæ frequens, atq; in foro & in ore omniū quotidie versabatur. Or. 200 a, Cùm in Italiæ luce cognosceris versaris in optimorum ciuium vel flore, vel robore. de Inu. 42 b, Versari in rep. Epi. * Versari in sermonibus de rep. pro R.P. 126 a, Plato in maximis periculis insidiisq; versatus est: Off. 64 b, Per paucæ res sunt, in quibus dolus malus nō versetur. de L. 175 a, Tū maxime & religionē, & pietatē versari in animis, cū rebus diuinis operā damus. & 190 b, Dicā Attice, & versabor in re difficili. Att. 38 a, In cōmemoratione earum rerū, quas gessimus, desiderioque versamur. de Ora. 123 b, Omni mente & cogitatione curaque versor, vt odoret, &c. de Ora. 124 a, In omni tēpore decet leporem humanitatemq; versari. & 86 a, Dicendi rō in medio posita, communi quodam in vsu, atq; in hominū more & sermone versatur. de Or. 96 b, Causæ, quæ in iudiciis versantur, aut deliberationibus. & 99 b, Nam desiderat vterq; nostrū in testamentorū formulis, hoc est in medio iure ciuili versari? I.V. 226 a, Acerbissimū totius vrbis luctum versari. pro Mur. 144 b, Versabitur in castris furor, in curia timor, in foro coniuratio. contra Rul. 62 a, Agri, in quibus ille bellū gerit atq; versatur. de Na. 77 a, Iucunda in hoc loco versatus oratio. pro Qu. 5 b, Ingenia, quæ antea versabantur in salute atq; auxilio ferendo. I.V. 171 b, In quæstu ac compendio versari. I.C. 119 b, Vterq; in summa seueritate versatur. pro Fl. 164 a, Videtis, in quo motu tēporum, quanta in conuersione rerū ac perturbatione versemur. pro Plā. 267 b, In tenebris quàm in luce causam versari maluit. I.C. 121 a, Largitionis voluntas tum in rep. versata est, & partiū quędā contentio. pro Mur. 126 a, Quarum partium vna in reprehensione vitæ, altera in contentione dignitatis, tertia in criminibus ambitus versata est. Anteqvā 194 b, Nos quorū & officia in rep. recentissima, & incommoda ob remp. frequentissima in familia versantur. Postquam 207 a, In omni parte corporis aliquā delectationē gaudiumq; versari. I.P. 97 b, Iuuentus languet, nec perinde atque debet, in laudis & gloriæ cupiditate versatur. pro Plan. 264 a, Minturnenses coloni, quod C. Mariū tecto receperunt, æterna in laude versantur. pro Mil. 116 b, ut in cōmuni odio pene æquiliter versetur odium meum. pro Plan. 276 b. Cui non locus ille, ubi quisque altus est cum grata recordatione in mente versatur? Off. 41 a, Qui tanquam in clarissima luce versantur, & qui in hominum ignoratione versantur. pro Clu. 51 b, Quæ res in quæstione versetur. Atti. 180 a, Maximo in discrimine resp. versatur. Episto. 3 a, versamur in rebus exulceratis & exagitatis, &c. Orat. 301 a, Quod in controuersia aut in contentione versatur. pro S.R. 51 a, Qui in egestate & insidiis versatur. pro S.R. 3 a, Qui in omni tempore in præda & sanguine versabantur. Att 25 a, versari in timore rerum. I.V. 201 b, Istius iniquitas in ore vulgi & in communibus prouerbiis versabatur. con. Rull 66 b, versantur in animo eius multæ & graues cogitationes. de Fin. 60 a, versari in animo alicuius. Acad. 45 a, Bona, quæ in animo, atque in ipsa virtute versantur. & 20 a, versari in errore. de Na. 1 b, versari in summo errore, atq; in omnium rerum ignoratione. cont. Rul. 67 a, b, versatur enim magnus error. Acad. 34 a, versari in vicinitate. *id est esse vicinum*. Epi. 232 b, versari in gemitu. de Fin. 70 b, versari in magnis angustiis. Ep. 56 b, versorq; in rerum naufragiis, & bonorum direptionibus. & 96 b, versari in miseriis Ep. 67 b, Si non in argumento mens tua tota versabitur. de Arus. 24, versari in studiis literarum, Epi. 48 a, versari in artibus ingenuis. Epi. 88 a, versari in studiis & literis. & 92 a, versatus in rebus & usu. Acad. 227 b, De rebus, in quibus versatus, exercitatusq; est. pro Dom. 220 a, versor in medio iure publico. pro Pon. 281 b, Homo in hac vitæ ratione versatus. pro Ar. 185 a, Exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter esse versatum. de Diu. 130 b, Res, quæ in philosophia versantur. Offi. 4 a, Hinc quasi materia quā tractet, & in qua versetur, subiecta est veritas. pro Qu. 10 a, Non ad solarium, non in cāpo, non in conuiuiis versatus est. Or. 208 a, Nam ipsæ quidem res in perfacili cognitione versantur. ad Her. 27 a, Cui etiam nunc pædagogi lites ad auriculas versantur. Epist. 113 b, Librum versari inter manus. I.A. 215 a, Ergo illi nunc in pace versantur. Atti. 92 b, Nondum enim in negocio versaris. & 91 b, Tu, cuius, or ante oculos mihi solet versari. de Or. 85 b, Mathematici magna in obscuritate rerum, & recondita in arte, & multiplici subtilique versantur. & 87 a, Quæ quondā accepi nostrum hominum in disputatione esse versata. & 107 b, In omni recta studia atque humanitate versari. Att 239 a, In magnis versamus angustiis. Offi. 14 a, Ferre ea quæ videntur acerba, quæ multa & varia in hominū vita fortunaq; versantur. & 30 b, Opifices omnes in sordida arte versantur. * Epi. 113 b, Et *διὰ τὰς χεῖρας* quandam, ut versetur inter manus, habeat. Sen. 187 b, Circa curam sermonis versatur grammaticus. de Cl. 180 a, In eodem genere sermonis multum erat versatus T. Iuuentius.

¶ *Obiicior, obuiam fio, occurro*. pro S.R. 35 a, Non versatus ante oculos vobis in cæde Glauciæ? Atti 43 a, Versabatur mihi ante oculos illud tempus, &c. I.C. 120 b, Videor mihi videre, &c. ceterum oculi, &c. versantur ante oculos, &c. pro Sest. 13 b, Mihi mors ob oculos versabatur. I.V. 265 a, Nō quæ tibi hæc species in oculis animoque versata est? Ep. 235 b, & de Fi. 79 b, & I.V. 254 b, Mihi ante oculos dies noctesq; versaris. I.V. 241 b, Pudor, qui in magistratuum conuiuiis versari solet.

☞ Syntaxis. *Versari in vrbe, cum improbis, inter malos. Oratio versatur in hominum more ac sermone, in contentione, in ignoratione, errore, in præda, in sanguine, in ore vulgi, in communi prouerbio. Inter manus versatur liber. Ad aures versantur pædagogi, ante oculos, in oculis, in animo. In Italia versatum bellum.*

Versura, æ. *est creditorum mutatio: vt cum quis alteri se obligat, vt veteri debitori dissoluatur. hinc sunt, Versuram facere, & Versuram soluere: est q; aliud nihil quod etiā dicunt Latini, Ab alio soluere, siue Ab alio repræsentare. sic enim fit versura, creditorisq; commutatio, & mutatio*. Att. 161 b, Non mō magno, sed iniquissimo fœnore versurā facere Aoselius coactus est. pro Fn. 276 a, A quibus versuras tantarū pecuniarū factas esse dixeŭ. pro Fl. 156 a, Tus. 150 a, Is negauit omnino versurā ullā fecisse. Rom. I.V. 146 a, Tabulæ societatis, q̃ significabant eos hoies versuram à Carpinatio fecisse, qui pecuniam ne ei dedissent. At. 68 a, Quæ quidē ego versura facta soluī nolo. & 251 b, Nō modo versura, sed etiā venditione, si mō res coget, vindicabis. & 76 a, vereor, ne illud, quod tecum permutaui, versura mihi soluendū sit. & 247 b, versuram scribis esse faciendam mensium quinque. & lib. 5, Lex Gabinia de versura.

Versurus, a, um. *voluturus*. de Fi. 146 b, Qui se facturos virtutis causa, nisi ea voluptatem faceret, ne manum quidem versuros esse.

Versus. *propositio*. At. 258 b, vereri igitur me à Minturnis Arpinū versus, &c. de Diu. 96 b, Cum Aretium versus castra mouisset. Epis. 20 a, Cum te iam ex Asia Romam versus profectum esse constaret. Ora. 209 b, Cum gradatim sursum versus reditus. Per. 232 a, Et idē quasi sursum versus retroq; ducatus. Epi. 279 b, Cum Brundusium versus iret ad Cæsarem.

Versus, a, um. *mutatus*. pro S.R. 35 b, videtis nunc q̃ versa & mutata in peiorem partem sint omnia. pro S. R. 28 a, video versa esse oīa.

Versus, sus. *carmen, modus*. I.V. 164 b, De qua muliere versus plurimi supra tribunal prætoris scribebantur. & 252 a, versus qui in istius cupiditatē facti sunt. pro Ar. 190 b, Is epigramma in eum feci, tantummodo alternis versibus longiusculis. pro Deiot. 148 a, b, Deiotarus de Domitio dixit versum Græcum eadē sententia, qua nos ēt habemus Latinum, Pereant amici, dum una inimici intercidāt. de Or. 132 b, Sæpe ēt versus interponuntur. & 90 b, Ornatissimis atque optimis versibus scribere de re aliqua. & 161 a, versus variis modis atq; numeris fundere. & 147 b, In ipsa oratione quasi quendam numerum versumq; conficere. Ora. 203 a, versus orationis est vitium. *& ibid. de versibus comicorum*. Epist. 26 b, Scripsi etiam versibus tres libros de tēporibus meis. Acad. 7 a, Aut is qui fidibus vtitur,

tur, explere numeros, & conficere versus posset? Ora. 235 b, Senarii, Hyponactei, Anapaestici, Aristophanei, Anapaesti versus. Attico. 32 a, Primus versus Epistolae. pro R. P. 125 a, Vt cum lex aliqua recitaretur primum versum attenderet, si, &c. de Orat. 108 a, Demosthenes multos versus vno spiritu pronunciabat. de Ora. 161 a, Antipater ille Sidonius solitus est versus hexametros, aliosq; varijs modis, atque numeris fundere ex tempore. Q. F. 325 b, Quod me de faciendis versibus rogas, incredibile est. Par. 120 b, Cum versus pronunciatus est vna syllaba longior, aut breuior. * Carmen & rebus, & verbis & modis lugubre.]

Syntaxis. *Versus scribere, facere. Versibus facere scribere aliquid. Epistola versus.*

VERSVTE, *callide, vafrè, malitiosè.* Or. 198 b, Versute & subtiliter dicere. de Cl. 167 b, Subdole & versutè.

VERSVTILOQVVS, a, um. de Or. 157 a, Versutiloquas malitias. & Ora. 212 b, *Poeta.*

VERSVTVS, a, um, *tius. callidus, malitiosus. multiplex.* de Le. 160 a, de N. 74 a, Chrysippus homo sine dubio versutus & callidus. Versutos appello, quorum celeriter mens uersatur. pro Qu. Rosc. 52 a, Homo callidus & versutus. de Ora. 186 b, Acutus animus atque versutus. de Finib. 75 b, Acutus, versutus, veterator. de Cl. 186 b, M. Pisonis acumen in reprehendendis verbis uersutum & solers. de Nat. 75 a, Malitia est versuta & fallax nocendi ratio. pro Caeci. 301 a, Hoc si vobis uersutius, quàm ea consuetudo defendendi fert, videbitur, sic existimetis, &c.

Syntaxis. *Versutus, & callidus, & contra. Acutus & versutus animus. Acutus, versutus, ueterator. Versutum & solers acumen. Hoc est paulo uersutius, quàm, &c.*

VERTENS, tis, *circumactus completus.* de Som. 130 a, Tum ille vere vertens annus appellatur. pro Q. 71, Anno vertente sine controuersia. de Natu. 36 b, Mercurij stella anno fere vertente signiferum lustrat orbem. In Anto. 150 b, Apparuisse numen deorum intra finem anni vertentis. In Ara.

Annua conficiens vertentia tempora cursu.

VERTEX, cis. *Polus.* de Som. 129 b, Duo quasi cinguli terrae maximè inter se diuersi, & coeli verticibus ipsis ex vtraque parte subnixi. de Natura 49 b,

Extremusq; adeo duplici de cardine vertex

Dicitur esse polus.

¶ *Summa pars.* de Som. 129 b, Terra angusta verticibus, lateribus latior. de D. 80 b, Celso e vertice montis. I. V. 225 a, Ignes, qui ex Aetnae vertice erumpunt. pro Q. R. 48 a, Ab imis vnguibus vsque ad verticem summum.

VERTO, is. *conuerto, vario.* de Diu. 215 a, Semina malorum in contrarias partes se vertere. I. V. 129 a, Vertere stylum in tabulis suis. de Na. 65 b, Terra in aquam se uertit.

¶ *Muto.* pro Q. R. 50 b, Vertit hic rationem, & id quod probare non potest, fingere conatur.

¶ *Perdo, extinguo.* Offi. 17 a, Callicratides, qui cùm multa fecisset egregie, vertit ad extremum omnia.

¶ *Conuerto, dirigo iter.* Att. 258 a, Verti igitur me a Minturnis Arpinum versus.

¶ *Commuto.* pro Do. 229 a, Quo uertendi, hoc est, mutandi soli causa venerant. pro Q. 12 a, Vertere solum exilij causa.

¶ *Traho, rapio.* I. V. 63 b, Ex illa pecunia maximam partem ad se vertit.

¶ *Profundo.* I. A. 196 a, Antonius septies millies falsis perscriptionibus donationibusque uertit.

¶ *Tribuo, -o.* Epist. 99 a, Ne sibi illae vitio verterent, quòd esset a patria.

¶ *Transfero.* de Fi. 50 a, Si sic uerterem Platonem, vt verterunt nostri poetae fabulas, &, Conuertere orationes Graecorum.

¶ *Confugio, me recipio.* I. P. 93 b, Vertes ad alteram scholam. I. A. 170 b, Haerebat nebulo, quo se verteret, nõ habebat. de D. 139 a, Superstitio instat & urget, & quocunque te uerteris, persequitur. pro Mu. 145 a, Quò me miser vertam? domumne? &c. in Sall. 272 a, Quo me vertam, Patres conscripti? &c. de Diu. 86 a, Quo sese uertant tantae sortes somnium.

VERTOR, tis. *agor flector.* de Ora. 159 a, Id ad omnem rationem, & aurium voluptatem, & animorum motum, mutatur & vertitur.

¶ *Versor.* de Nat. 45 b, Impetum coeli, admirabili cum celeritate moueri uertique videmus. de Vn. 198 a, Mundus maxima vi a conuersione atque eadem ipse circum se torquetur & vertitur.

¶ *Contineor.* Epist. 120 b, Sed quaecunque acciderint, intra fines hos vertentur.

¶ *Mutor.* de Leg. 164 b, Verti rerum naturam.

¶ *Reflector, redeo, remeo.* Off. 31 b, Cogitatio in se ipsa vertitur.

¶ *Contineor, sto.* In V. 262 a, Non in supplicio crimen meum vertitur. Att. 132 a, Brundusij autem omne certamen uertitur huius primi temporis. de Cl. 177 b, In iure, in quo illa causa uertebatur. I. V. 70 a, Omnia in unius potestate ac moderatione uertentur.

VERTVMNVS, ni: vel Vertumnus, *deus vertendarum rerum, id est, mercaturae. vt Mercurius.* I. V. 107 b, Qui a signo vertumni in circum maximum venit.

VERVEX, cis. *mas inter oues castratus.* de Leg. 181, Quod sacrificij genus Lare uerueccibus fiat.

VERVM *sed.* de Orat. 94 a, Sed siue est ars, siue non, non est quidem ea negligenda: verum intelligendum est, alia quaedam esse maiora, & Att. a... lim (vt dixi) nihil ad me. & 133 a, & 141 b, pro Do. 223 b, Electio nusquam est, verum fit. I. A. 206 b, Sed expectabatur Calan. fortasse non recte uerum praeterita omittamus. de Or. 147 b, verum enim oratori, &c.

VERVM, enim. *at enim.* de Or. 147 b, uerum enim oratori, &c.

VERVMENIMVERO. in Ver. 192 a, verumenimuerò duodenos sestertios exegisti.

VERVMTAMEN, *sed tamen.* Ep. 135 a, I. V. 252 a, Hanc Cleon amabat, verumtamen non audebat, &c. & 105 a, & 62 a, Epist. 201 a, Non dubitabam equidem, verumtamen, &c. & vu, Difficile est &c. uerumtamen ipse me confirmo. Tus. 180 b, Etsi, &c. verumtamen, &c. de Or. 329 a, & 141 b, Hoc leue est, uerumtamẽ non inutile. I. V. 57 b, & Attic. 20 a, & 138 b, uerumtamen si qua reliqua spes est, &c. Ep. 104 b, uide, quanti apud me sis, etsi, &c. uerumtamen quòd, &c. Att. 5 a, & I. V. 148 b, uerumtamen, *pro inquam.* de Fin. 49 b, 50 a, uerum optimos scriptorem tamen Attic. 5 a, uerumtamen cum ibi essem. * Att. 251, Quanquam te nihil fefellisset uerumtamen, sed expecto.]

VERVS, a, um. *sincerus, solidus, expressus germanus, certus, emendatus, iustus, non fucatus, in esse nota veritate.* pro Plan. 265 a.)(*adumbratus, simulatus, fucatus.* Acad. 9 b, Interesse oportet ut inter rectum & prauum sic inter uerum & falsum. de Orat. 123 a, Ars differendi, & uera ac falsa iudicandi. & 111 b, Cum plus uno uerum esse non possit. I. V. 234 a, Inter hunc & illum uerum & germanum Metellum multum interest Orat. 210 b, Neque quicquam adhuc inueni firmius quod tenerem, quàm illud, quod mihi simillimum ueri uideretur, cum illud ipsum uerum in occulto lateret. Offic. 39 a, Perspicere quid in quaque re uerum sincerumque sit. de Amic. 100 a, De uera & perfecta amicitia loquor. pro Fl. 159 a, Aspiciant hos laudatores Flacci ea uera atque integra Graecia. cont. Rul. 71 a, Comitia uera.)(*Comitia adumbrata ad speciem atque ad vsurpationem uetustatis.* de Amic. 113 b, uerus, sincerus.)(*simulatus, fucatus.* item: uera maledicendi facultas. Att. 274 a, Iusta gloria, qui est fructus uerae uirtutis honestissimus. item, Solida ueraque gloria. Orat. 198 b, uel utrius, si uerum quaerimus, potius experti. de Cla. 188 a, verum quidem si audire uolumus, orator, &c. Att. 283 a, Si uera fateri uolumus & 100 b, Si uerum scire uis. Qu. F. 317 b, Dic mihi uerum, num res, aut ... non delectat? Oct. 330 b, uerum enim dicam, utinam, &c. Attic. 42 b, Dicam enim quod uerum est. & 26 b, Hercule uerum ut loquamur, subcontumeliose, &c. Ep. 141 b, Licet enim uerum dicere. Of. 3 b, Quod uerum sincerumque est, id est naturae hominis aptissimũ. & 61 b, Tantum dabit amicitiae, ut ueram amici causam esse malit. I. A. 204 b, Vera, grauis & solida gloria Off. 65 b, Sed nos ueri iuris, germanaeque iustitiae solidam expressam effigiem nullam tenemus umbra & imaginibus utimur. Par. 239 a, Tertius aequi, & ueri, & recti. pro Mur. 241 b, Cato negat uerum esse, allici beneuolentiam cibo. * Att. 145 a, Vt uerum loquar.]

¶ *Aequum, fas.* Anteq. 193 a, Neque uerius est à singulis repetere officij fructum, quam ab omnibus: *id est, aequius, vel facilius.* de Leg. 171 b, Assentior, frater, ut quod est rectum, uerum quoque sit, nec vnquam aut oriatur, aut occidat. & 191 a, Cum aliquid uerum & rectum esse dicitur. In Sal. 274 b, Sallustius in eo honore nihil non aequum & uerum duxit, quod ipsi facere collibuisset. * P. Q. 8 b, Cõtinuo ne verum fuit postulare, &c.]

VERVM, *pro eo quod factum est.* de Or. 108 a, Res, aut de uero, aut de recto, aut de nomine.

Syntaxis. *Quid in hac re verum, sincerumque est? Vt vera fateri. Si verum scire vis. Dic mihi uerum, num quid, &c. Vera, grauis, & solida gloria. Aequum, verum, & rectum. Id non uerum est facere, id est rectum, aequum, &c.*

VESANVS, a, um. *vecors, insanus.* pro Do. 215 b, Homo vesanus & furiosus. & 224, Haec furiosa uis uesani Trib. pl. de Di. 138 a, Vesanus remex.

VESCOR, eris. *vtor, pascor.* de N. 73 b, Dij nec escis, nec potionibus uescuntur. Tus. 246 a, Lacte, caseo, carne uescor. de Nat. 58 b, Sus est ad uescendum hominibus apta. de Fi. 66 a, Vesci ijs rebus quae dulcem motum efferunt sensui & 84 a, Vesci nasturtio. de Na. 39 b, Est enim omne quo uescuntur homines, penus. de Or. 199 b, Quae est in hominibus tanta peruersitas, ut inuentis frugibus glande uescantur? de Fi. 138 b, Vesci voluptatibus paratissimis.

VESERIS, *fluuius.* Off. 75, de Fin. 53.

VESICA, ae. *folliculus, in quo vrina colligitur.* de Fin. 84 a, Tanti aderant morbi vesicae & uiscerum, ut, &c.

VESICVLA, lae. de D. 115 a, Inflata rumpi vesiculas.

VESPA, pae. de Fi. 134 b, Vespas aculeis uti uidemus. *alibi, Nepas legitur, in veteri codice & emendato.*

VESPER, *Hesperos stella.* In Ara.

Hunc tegit obscurus subter praecordia vesper.

L. HESPEROS, & PHOSPHOROS.

VESPERA, rae. I. C. 130 b, Si accelerare uolent, ad vesperam consequentur. de Fi 91 b, Ad vesperam ueni.

VESPERI vel VESPERE. *occidente sole, tarde.* Att. 26 a, Quinto Idus Febru. vesperi e Philotimo literas accepi. de Orat. 109 b, & Att. 210 a, Heri vesperi. Aca. 39 a, Pridie vesperi. pro Mil. 111 a, Egreditur ille subito, cur vesperi? quid necesse est tarde? Atti. 177 a, Cephalio mihi a te literas reddidit ad VIII. Idi. Martij, vespere.

VESPERTINVS, na, num. de Na. 36 a, Stella vespertinis temporibus delitescens, tum matutinis rursum se aperiens. & I. A. 188 a, Att. 121 b, Antemeridianae literae, & vespertinae literae.

VESPER, vel VESPERVS, ri. *extremum tempus diei.* Attico. 199 a, Cumque mane in syluam me abstrusi, non inde ex eo ante vesperum.

de Amic. 97 b, Cum senatu dimisso domum reductus ad uesperum est. in Att. 175 a, Atque ibi perpotauit usque ad uesperum. Tuscul. 247 a. Ab hora octaua ad uesperum secreto collocuti sumus. item: Vsque ad uesperum contentius ambulare. Att. 27 b, Epistolam cum à te auide expectarem ad uesperum, ecce tibi. &c. de D. 104 b, ut ea ipsa die domum ad uesperum redijt.

VESTA, stæ. de N. 32 b, uestæ nomen a Græcis, ea est enim, quæ ab illis *ἑστία* dicitur, uisque eius ad aras & focos pertinet. de Leg. 175 b, Cũque vesta quasi focus urbis (ut Græco nomine est appellata, qđ nos prope idem Græcum nomen interpretatum tenemus) conspecta sit ei colẽdæ virgines præsunt ut aduigiletur facilius ad custodiã ignis. pro Pont. 284 a, uesta mater, & ignes illi sempiterni nocturnis uigilijs seruati. I. C. 128 b, Ignis Vestæ perpetuus & sempiternus.

VESTALIS, le. de Le. 173 b, uirgines uestales in urbe custodiunto ignẽ foci publici sempiternum.

VESTIBULUM, li. *προπύλαιον*. Att. 89 b, I. V. 141 b, In primo aditu uestibuloque templi de Or. 138 a, Ædem Telluris priuato uestibulo cõtineri. pro Cecinn. 291 b, Non modò limine tectoque ædium suarũ, sed primo aditu uestibuloque prohibere quempiam. pro Cæl. 60 b, Nam si essent in uestibulo balnearum, ubi laterent. pro Mil. 105 a, Insidiator erat in foro collocatus, atq; in uestibulo ipso senatus. Orat. 201 b, uestibula nimirum & aditus ad causam faciet illustres. I. V. 271 a, vestibulum Siciliæ. de Le. 182 b, uestibulum sepulchri.

VESTIGO, at. *indago, vestigo, odoror*. Postquam. 307 a, Hi uoluptates omnes vestigant atque odorant. de Orator. 183 b, Et causas rerum vestigabimus. & 151 a, Aliquid quod cum desidiosa delectatione vestiges.

VESTIGIUM, gij. *reliquia, signum, nota, monumentum*. pro Cec. 298 b, Cũ pedem intulero, atque in possessionem uestigium fecero, tum exclu dar. in Anton. 153 a, Tu extra munitiones tuas vestigium ubi imprimas, non habes. pro Cec. 299 b, Imprimere uestigium in aliquo loco. Orat. 198 a, Curricula, in quibus Platonis primum sunt impressa uestigia. de Natu. 61 a, uestigium ungulæ equi Castoris in silice. pro R. P. 130 b, ut in hoc foro uestigium facere liceat. de Orato. 143 a, vestigium illud, in quo ille postremum institisset. & 195 b, & ad Heren. 21 a, Stare in uestigio. Acade. 31 Antipodes aduersis uestigijs stant contra nostra uestigia. de Nat. 25 b, Stellæ nunquam cursus sui uestigium inflectunt. I. V. 212 a, uerterim in luto uoluptatum totius corporis uestigijs inuenimus. de Orat. 93 b, Persequi uestigia alicuius. pro Cl. 84 b, Consequi aliquẽ uestigijs. de Cl. 193 b, ut uidere possis, quẽ admodum in spacio Q. Hortensium ipsius uestigijs persecuti simus. I. V. 147 a, ut omnes mortales huius auaritiæ non solum uestigia, sed etiam cubilia uidere possint. de Fin. 125 a, Quacunque ingredimur in aliquam historiam, uestigiũ ponimus. I. An 189 a, Illam autẽ quas fecit strages, ubicunque posuit uestigia. Tus. 161 a, Memoriam esse signatarum rerum in mẽte uestigia. pro Sest. 5 b, uestigia absentiis nõ pressa leuiter ad exiguã prædicationem temporis, sed fixa ad memoriam omnium sempiternam. de N. 9 b, Deus ille quem mente noscimus, atq; in animi notione tanquam in uestigio ponimus. L. P. 84 a, Eodem in templo, eodem & loci uestigio & temporis. Qu. Fr. 303 a, Non vidisses fratrem, quẽ reliqueras: ac vestigium quidem eius, nec simulachrum, sed quandam effigiem spirãtis mortui. I. V. 29 a, vestigium istius in foro non esset relictum. de Orato. 88 a, Quid in Numa Pompilio nunquod eloquentiæ uestigium apparet? pro Corn. 57 a, Extare uestigia, *id est, apparere*. de D. 137 a, Inesse enim in utriusque nostrum animis uigilantium uestigia. Ep. 58 a, Ne vestigiũ quidem ullum est reliquũ nobis dignitatis. ad Her. 7 b, Si uestigiũ rei fuerit. pro Cl. 23 b, Indicia & uestigia ueneni. pro Q. R. 53 b, Satisue aliud fraudis in eodem uestigio diuerticulum reperit. I. V. 212 a, Leuiter presso uestigio persequi aliquid.

☞ Syntaxis. *Vestigium in possessionem facere, imprimere in aliquo loco: & in loco facere vestigium. In vestigio insistere: stare, inflectere. Cursus, uestigia stellarum. Vestigijs consequi aliquem. Vestigium ponere in historiam. Vestigia leuiter presso, & fixa. Eodem loci vestigio, & temporis. Indicia uestigiaque veneni.*

VESTIMENTUM, ti. *vestis, vestitus*. pro Mil. 106 b, Milo domum uenit, calceos & uestimenta mutauit. pro Fl. 161 a, Affers purpuram Tyriam, in qua tibi inuideo, quòd unis uestimentis tandiu lautus es. de I. 163 a, Sex. Ælius dixit se suspicari, lessum genus aliquod esse uestimenti lugubris. ad Her. 7 b, & 40 b, Cruor in uestimentis.

VESTINUS, ager. contra Rul. 72 a.

VESTIO, stis. *tego, obduco*. Att. 28 b, Denique etiam Vatinij strumam sacerdotij *διβάφῳ* uestiant. de Or. 96 a, Inuenta uestire atque ornare oratione. de Nat. 45 a.

Quem cum perpetuo vestiuit lumine Titan.

de Clar. 196 a, Reconditas exquisitasque sententias mollis & pellucens uestiebat oratio. de N. 54 b, Natura oculos membranis tenuissimis uestiuit ac sepsit. de Vn. 198 b, Deus animam circundedit corpore, & uestiuit extrinsecus.

VESTITOR, ris. I. V. 227 b, His tabulis interioris templi parietes vestiebantur.

VESTIS, stis. *vestitus, vestimentum*. Postq. 206 b, Cum uos uestem mutãdam censuissetis. Quint. Fr. 308 a, vestẽ cum filius mutauit. Postq. 200 b, pro Sest. 8 b, Hac mutatione uestis facta, omitto, &c. de D. 105 a, Cæsar cum purpurea ueste processit & 116 a, Cæsar uestitu purpureo excors, &c. pro Cæl. 45 a, Discidit uestem, resarcietur. in Pis. 99 b, uestis seruilis. I. V. 261 b, Est Sthenius hic cũ hoc capillo atque ueste, domo sua expilata I. A. 173 a, Preciosa vestis, lauta supellex. contra Rul. 73 b, In pecore, auro, argento, ebore ueste, supellectili, de Or. 98 a, Non explicata ueste, neque proposito argento. in Verr. 184 a, Quod tamen isti textrinum per triennium ad muliebrem uestem conficiendam fuit. & 244 b, vestis stragula. & ibi. vestis Melitensis. I. V. 265 b, vestis lintea. Tuscul. lib. 1, vestis famularis. lib. 2, vestis ferialis.

VESTITUS, a, um. I. P. 93 b, Ipse cum hominibus. X. V. male uestitus ad patrem peruenit. pro Cæl. 59 b, Homines calceati & uestiti. Tuscul. 241 a, Sepulchrum septum undique, & uestitum uepribus & dumetis. ad Her. 38 b, Cum citharœdus prodierit optime uestitus, palla inaurata indutus, &c. de Fa. 147 a, Hoc modo uiator bene uestitus causa grassatori fuisse diceretur, cur ab eo spoliaretur. pro S. R. 43 a, Quasi uerò nescias hunc ali & uestiri à Cælio, &c. & ibid. Nisi hoc indignum putat, quòd uestitum sedere in iudicio uides. de Nat. 52 b, Montes uestiti ac syluestres. Tuscu. 163 a, Multitudo pecorum ad corpora uestienda. de Natu. 50 a, Animantes aliæ corijs tectæ, aliæ uillis vestitæ.

VESTITUS, tus. *vestimentum ornatus*. pro R. P. 187 a, Is crudelitatem regis in togatos uestitus mutatione uitauit: nam & soccos habuit, & pallium more Græcorum. de Inuent. 48 a, vestitu nimio indulges. de Fin. 79 a, uoluptas pulcherrimo uestitu & ornatu regali in solio sedens. At. 7 b, uir muliebri indutus uestitu. pro S. R. 42 b, vestitum, quo tectus eram, tibi dedi. contra Rul. 68 b, vestitus obsoletior, corpus incultum & horridum. pro Sex. 2 b, uestitus asper, nostra hac purpura plebeia, ac penè fusca. pro Sest. 9 b, Subito edicunt consules, ut senatores ad suum uestitum redirent. & 10 a, uestitum mutare. in Ant. 248 a, Cuius scelere in hac uestitus fœditate sumus. pro Quint. 92 a, uictus uestitusque necessarius. de Cl. 196 a, uestitus orationis. de Natu. 45 b. Riparum uestitus uiridissimi. & 58 b, uestitus densissimi montium.

VETERANUS, a, um. *ueterani milites dicebantur, qui uiginti annos militauerant*. I. A. 154 a, Veterani qui appellabantur, ad spem nouarũ prædarum incitabantur. & 184 a, C. Cæsar firmissimum exercitum inuictissimo genere ueteranorum militum comparauit. Tusc. 193 b, ueteranus miles.

VETERATOR, ris. I. V. 155 a, Homo callidus & ueterator. de Clar. 178 b. & 180 b, Qu. Fr. 314 b, Dionysius est ueterator magnus. de Fin. 75 b, Acutus, allutus, veterator.

VETERATORIE. *astu, uersute, callide, subdole*. Orat. 205 b, Acute & ueteratorie dicere.

VETERATORIUS, a, um. *fallax, dolosus, malitiosus*. I. V. 105 a, Nihil ab isto tectum, nihil ueteratorium expectaueritis. de Cla. 189 a, Splendida quædam, & minimè ueteratoria dicendi ratio. & 186 b, Et eam accurationem citius veteratoriam, quàm oratoriam diceres.

VETERNUS, ni. *morbus insaniam inducens, pigros homines faciens, & somnulosos: λήθαργον Græci nominant*. Ep. 25 a, Erat in eadẽ epistola veternus ciuitatis: gaudebam sanè, & nostrum amicum congelasse lætabar ocio. & 115 b, veternus ciuitatem occupauit.

VETERRIMUS, a, um. *peruetus, antiquissimus*. de Natu. 10 a, Veterrimi poetæ. Fami. libro 12, Pro nostro ueterrimo uerissimoque amore: Trebonij.

VETITUM, ti. de Leg. 171 a, Et hæc & alia iussa, & uetita populorum.

VETO, as. *prohibeo, absterreo. Κ. iubeo, cogo*. de Orat. 127 a L. peregrinum uetat in murum ascendere. I. P. 90 a, Quod omnes leges planissimè uetant. Ac. 28 b, Tu me rebus incognitis assentiri uetas. Ep. 70 a, Rationes à te collectæ uetabant me reip. penitus diffidere. pro Cl. 31 b, Et enim salutẽ desperare uetuit.

VETOR, aris. de Amicit. 112 a, Acta agimus, quod uetamur ueteri prouerbio.

VETULUS, a, um. *antiquus*. de Fi. 133 b, Arbor & uetula, & nouella. At. 214 a, Mulier uetula sanè, & multarum nuptiarum. pro Quint. 5 a, Gladiator uetulus. de Amic. 109 a, Equis teneros anteponere solemus. Fam. li. 7, Sero sapiunt. Tutum mi uetule, non sero pennas illas rabiosulas sat fatuas dedisti.

VETUS, ris. *antiquus, priscus, quod uetustatem fert*. pro Cec. 293 b, Hoc iis uetus est, & maiorum exemplo multis in rebus usitatum. de Or. 98 b, uetus & usitata exceptio. Attic. 281 a, Paterna, magna, & uetus & iusta necessitudo. Episto. 121 a, Amicitia peruetus mihi cum eo est. Tusc. 183 a, Exercitatus & uetus miles. I. V. 216 b, Segesta est oppidum peruetus in Sicilia. de Clar. 168 a, Themistocles ut apud nos perantiquus, ut apud Athenienses non ita sanè uetus. pro Sest. 6 b, ueteres uenatoris statulæ despiciens. I. A. 203 b, Maiores nostri ueteres illi admodum antiqui, leges annales non habebant. de Or. 110 b, Primum, quia ueteres illi, &c. de Amic. 109 a, ueterrima quæque (ut ea uina quæ uetustatem ferunt) esse debent suauissima. de Vni. 211 b, Credendum est ueteribus & priscis, ut aiunt, uiris.

☞ Syntaxis. *Vetus & usitatum. Vetus miles, homo, amicitia. Maiores nostri ueteres illi admodum antiqui. Vina ueterrima, quæ uetustatem ferunt. Veteres & prisci (ut aiunt) viri.*

VETUSTAS, tis. *antiquitas, senectus* pro Dom. 237 a, Peritiores uetustas fecit de Orat. 111 b, Historia nuncia uetustatis. Att. 225 b, Hæc non dentur habitura uetustatem. de Inu. 43 a, Res ab nostra memoria propter uetustatem remotæ. de Or. 101 a, uerborum prisca uetustas. & ibid. b, vetustatis exempla oratori nota esse debent. pro Dom. 150 b, Hæc nulla unquam uetustas obruet, nulla unquam delebit obliuio. de Or. 109 b, ueteres leges aut ipsas sua uetustate cõsenuisse, aut nouis legibus esse sublatas. contra Rull. octuagesimoquinto b, Sed certe si paulum assumpsissent uetustatis ac roboris, non continebuntur. de Clar. centesimononagesimoprimo b, Nimia uetustas non habeat

habeat eam, quàm quærimus, suauitaté, nec est iam sane tolerabilis. I. A. 186 a, Municipium vetustate antiquissimum. ad Herenn. 24 b, viri iam satis omnibus vetustate probati. de Sen. 91 a, Vinum vetustate coacescit. de Di. 132 b, Vinum vetustate euanescit. de Am. 109 a, Magna est enim uis vetustatis & consuetudinis. de D. 103 a, Affert autem vetustas omnibus in rebus longinquis obseruatione incredibilem scientiam.

Syntaxis. *Prisca verborum vetustas. Oppidum vetustate antiquissimum.*

¶ *Tueor, assero, libero.* pro Flac. 154 b, Dubitabitis, quin ab hoc ignotissimo Phryge nobilissimum ciuem vindicetis? pro Rabi. 93 b, An seruos suppliciorũ metu, dominorum benignitas vna vindicta liberat: nos à mortis terrore neque res gestæ, neque nostri honores vindicabunt? de Clar. 196 a, 183 b, Illum felicitas ipsius ab omnibus miserijs morte vindicauit. Ep. 20 a, & 163 b, P. Scipio, qui ex dominatu T. Gracchi priuatus in libertatem remp. vindicauit. & 20 a, Qui sit remp. afflictam in veterem libertatem ac dignitatem vindicaturus. Tusc. 184 b, Magnitudo doloris, à qua me breuitas temporis vindicabis. de Fin. 58 b, Sapientia, quæ nos à libidinum impetu, & formidinum terrore vindicet. de Or. 109 a, Laudem aliquorum iam prope senescentem, ad obliuione hominum atque silentio vindicare. & 103 a, Vt ista absolitudine domum meam vindicarẽ. item. M. Scaurus, qui si audierit hanc autoritatem grauitatis suę vindicari à te Crasse, iam credo huc venias, &c. de Or. 121 b, Me tamen ista oscitans sapientia in libertatem vindicabis. I. A. 178 a, Pecunia, quæ nos posset à tributis uindicare. de Cl. 173 b, Cn. Carbo morte voluntaria se a seueritate iudicum vindicabit. Qu. Fr. 305 a, Te innocentia tua, & misericordia hominum vindicat hoc tempore à molestia. Qu. Fr. 319 b, Teque item ab eo uindico & libero. item: Præsertim cum unus esset, qui posset se de absente vindicare. pro Mur. 130 a, Sed anne tu dicis, qui causa uindicationis? de Or. 88 b, Agere cum aliquo lege, & uindicare.

¶ *Confugio* pro R. P. 129 b, Vt si aliquando ad suos vindicaret.

VINDICOA, ris. *defendor.* At. 101 a, Ego istos liberos non addixi, præsertim cum adesset nemo, à quo recte vindicarentur de Ora. 107 a, & 101 b, Senectutem a solitudine vindicari iuris ciuilis scientia.

¶ *Punior.* de In. 71 b, Peccata iudicijs uindicari. pro Mil. 105 a, Hominum consilia, non exitus rerum legibus vindicantur.

VINDICTA, æ. *libertas, siue prætoris virgula, qua seruos donare se libertatem significabat, cum ea caput serui tangebat.* pro Rab. 93 b, Seruos suppliciorum metu dominorum benignitas vna vindicta liberat. Top. 22 b, Neque censu, neque vindicta, neque testamẽto liber factus est.

VINEA, neę. *locus vitibus consitus.* contra Rul. 79 b, Iugera CCC. vbi in fisiui uineæ possunt. & de D. 87 a, & de Sen. 88 b.

VINEAE, *bellica machina, & propugnaculum.* Epistola. 245 b, Aggere, vineis, turribus oppugnaui. I. A. 217 b, Conductę vineę sunt, pugnatur acerrime.

VINETUM, ti. *vinea.* de Natura. 77 b, Vineta & oliueta. de L. 183 b, Vineta & uirgeta, &c. de Natu. 59 b, Si vinetis cuiuspiam tempestas nocuerit.

VINITOR, oris. *vinearum cultor.* de Finib. 134 a, An ea quæ per vinitorem vitis antea consequebatur, etiam per seipsam curabit?

VINOLENTIA, tiæ. *ebrietas.* Tus. lib. 4, 251, Ægrotationi subiecta sunt, auaritia, &c. liguritio, vinolentia, cupedia. de In 64 a, vt amor, iracundia, ægritudo, uinolentia. I. A. 179 a, Quid furiosam vinolẽtiam tuã proferam? Tusc. 251, & 214 b, Ne sobrius in vinolentiam uinolentorum incidat. & Top.

VINOLENTVS, a, um. *ebrius, temulentus, vini plenus.*)(*siccus, sobrius.* Ora. 105 b, Furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari vinolentos uidetur. Acad. 142. Me uinolenti quidem hoc faciunt. cont. Rul. 61 a, utrum hęc uobis uidentur consilia siccorum, an uinolẽtorum somnia? Tusc. 251 a, Aut ne sobrius in uinolentiam uinolentorum incidat. I. P. 82 a, Vinolenta medicamina.

VINVM, ni. de Nat. 73 b, uinum ægrotis quia prodest raro, nocent sæpissime, melius est non adhibere omnino. de Ami. 109 a, Veterrima quęque (vt ea uina quæ uetustatem ferunt) esse debent suauissima. de Sen. 91 a, vt non omne uinum, sic non omnis ætas coacescit uetustate. de D. 138 b, De uino aut salsamento putes loqui, q̃ euanescunt uetustate. Tus. 230 b, Leuia uina nihil ualẽt in aqua. Off. 70 b, Qui uinum fugiens uendat sciens, debeatne dicere. de Cla. 191, b, ut si qs falerno uino delectetur, sed eo nec ita nouo, ut proximis consulibus natum uelit: nec rursus ita uetere, ut Opimium, aut Anitium consulem quærat. de Fin. 69 b, Quibus vinum diffusum e pleno sit cenophoro. ex Lucil. de N. 38 a, Fruges Cererem appellamus, vinum autem liberum. Postq. 206 b, Consul somni vinique plenus. de Nat. 75 b, Sumere uinum meracius.

☞ Syntaxis. *Leuia vina nihil valent in aqua. Vinum alicui diffundere. Vinum sumere.*

VIOLA, læ. Tus. 242 b, An tu me in uiola putas, aut in rosa dicere?

VIOLENTER. *uniuersè, & per vim.* Offic. 5 b, Manut uiolenter afferre alicui.

VIOLENTIA, tiæ. *vis, impetus, vis maior.* Antequam. 194 a, Nostrorum inimicorum eis atque uiolentia. & ibidem b, Si uiolentiæ impetu opprimimur, decedam. &c. I. A. 244 b, Noui hominis furorem, noua effrenatam uiolentiam.

☞ Syntaxis. *Vis & violentia. Violentia impetus. Furor ac violentia.*

VIOLENTVS, a, um. *qui vim affert.* pro Clu. 49 b, Populus Romanus sua sponte pacatus hominum seditiosorum uocibus, ut uiolentissimis tempestatibus concitatur. de Fin. 141 b, Sic nimis uiolentum est. nulla dicere in Ant. 137 b. Quamois sis, ut es, uiolentus & furens. de Ar. 254 b, & 255 a, Alicuius furentes atque uiolenti impetus. in An. 158 a, Opes violentas, & minimè ferendam potentiam concupiscere. I. A. 168 a, Homo vehemens & uiolentus.

☞ Syntaxis. *Impetus furentes ac violenti. Vehemens ac violentus.*

VIOLANDVS, a, um *lædendus.* Epist. 12 b, Ad remp. uiolandam Att. 120 b, Is iu nobis uiolandus putabis se aliquid habere populare Par. 120 a, In patris uita uiolanda, multa peccantur. L. SAUCTVS, & VIOOO.

VIOLO, as. *lædo, offendo, polluo, macula afficio, imminuo religionem, ex aliquo loco eripio.* pro Qu. 13 a, Violare existimationem alicuios. de Fin. 97 a, uiolare parentes. Att. 151 b, Præterea te ipsum quodam modo hic violauit, cum in me tam improbus fuit. de Arusp. 245 b, Qui sacra Bonæ deæ, quæ viri oculis, ne imprudentis quidem aspici fas est, non solum aspectu uiri, sed etiam flagitio stuproque uiolauit. pro S. R. 36 b, Violare atque imminuere ius & officium. I. A. 160 b, uiolare amicitiam. de N. 71 b, uiolare virginitatem alicuius. pro Rab. 91 b, violare loca religiosa.

VIOLOR, aris. pro Do. 234 a, Ep. 230 a, Nisi quid in ea re existimes uiolari existimationem tuam. Ep. 6 b, Etsi minori in re uiolatur tua dignitas. At. 147 b, Iudicaui te eo bello uiolari.

VIOLATVS, a, um. I. V. 174 b, Sacra ab illo polluta & violata. pro Cl. 58, Quæ uiolata sunt, expiari solere. de Ar. 249 b, Deformasti, inquinatum, peruersum, conturbatum & ibid. de pollutis & violatis *ludis.* Postq. 205 a, Optimi Trib. pleb. sanctissimum corpus non solum tactum aut uiolatum manu, sed uulneratum ferro, confectumque uidistis.

VIPERA, ræ. *anguis.* de Ar. 255 b, uipera illa uenenata atque pestifera.

VIPERINVS, a, um de Fin. 84 b, uiperinus morsus. & Tus. 178 b.

VIR, uiri. *fortis homo, homo genuis.* Tus. 186 b, Ita & tulit dolorẽ ut vir, & ut homo maiorem ferre sine causa necessaria noluit. pro Cæl. 39 b Cum is iam se corroborauisset, ac uir inter uiros esset. Qu. Fr. 313 b, Sed cum veneris, uirum te putabo, si Salustii Empedoclea legeris, hominem non putabo. pro Flac 157 a, Si ciuitas per uiros bonos grauesque homines, querelas ad nos detulisset. de Fin. 114, uir dignus memoria. Ep. 6 b, uir excellens. & 18 b, uir clarissimus. & 20 b, uir bonus, memor, gratus. Tus. 184 b, Appellata est enim ex uiro uirtus & ibid. Si uirtutis compotes, uel potius si uiri esse uolumus. Epist 133 b, Quindecimuir. Aca. 34, Quinqueuir. pro Mil. uir a uiris lectus. de Fin. 96 a, uir altus & excellens. de Fin. lib. 3, uir stabili & firmo & magno animo. 2. de Or. uir bonus, orator. 10 ad At. uir planè, & ciuis bonus. Parad & 1. Acad. uir bonus & sapiens & fortis, miser esse nemo potest. Offi. 3, uir bonus non modo facere, sed ne cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat prædicare. Tusc q li. 5, Iã uero qui potest uir bonus nõ ad id, quod laudabile sit, omnia referre quæ agit, quæque sentit? ibid. uir bonus refert omnia ad beate uiuendum. de Finib. lib. 1, uir clarus & fortis. Cat. uir clarus & honoratus. Acad. q. ed. 1. lib. 2, uir clarus, sed tamen popularis. Tusc. quæ. lib. 4, uir constans ac sapiens. 8. ad Attic. uir cum authoritate. de Fi. lib. 3, uir diuinus ac singularis. Tuscu. q. lib. 2, uir doctus sapiensque. & lib. 3, uir effeminatus. ibid. uir fortis, & animosus. ibi uir. fortis ac sapiens nunquam ne ingemiscit quidem, nisi forte ut se intendat ad firmitatem. & lib. 3, uir grauis & sapiens. & lib. 1, & Acad. q. uir magnus. de Nat. deor. 1, uir magnus in primis. Tus. q. lib. 4, uir magnanimus & fortis. & lib. 2, uir natus ad gloriam, ullam partem animi tam mollem habebit, quam non meditatione & ratione corroboret? Som. Scip. uir optimus atque inuictissimus. Tusc. q lib 5, uir pręstans optimis artibus. & lib. 1, uir præstans uirtutis & sapientiæ gloria. Cat. uir primarius. de Fin. lib. 2, uir primarius populi. Tusc. q. lib. 1, uir sapiens, quum Deus ipse causam iustam dederit, lætus ex his tenebris in lucem illam uacesserit & li. 5, An tibicines, ijque qui fidibus utuntur, suo, non multitudinis arbitrio, cantus numerosque moderantur. uir sapiens multo arte maiore, prędi tus, non quid uerissimum sit, sed quid uelit, uulgus exquiret? ibi. Sed quum sapiens & bonus uir suffragijs præteritur, non populus a bono Consule potius, quàm ille à uano populo repulsam fert? & lib. 1, uir sapiens uincula carceris non rumperit. (*id est, non sponte mortem sibi attulerit*) sed tanquam à magistratu, aut ab aliquo potestate legitima, sic a Deo euocatus atque emissus exierit. & lib. 5, uir igitur temperatus, constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate ulla, sine libidine, nõne beatus? & lib. 1, uiri propria maxime est fortitudo. & lib. 5, Boni uiri ita laudabilis. Offic. 1, Magni uiri est, rebus agitatis, punire sontes, multitudinem conseruare, in omni fortuna, recta atque honesta retinere. Tusc. q. lib. 5, Quæ sunt magni cuiusdam & alti uiri. 3. in Ver. Virum habere. Tuscul. q. lib. 4, uirum uideri negant Peripatetici, qui irasci nesciat. 4. Fami. Ad agendum semper aliquid dignum uiro natus. Curioni lib. 2, Grauis teste priuatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo clarissimo uiro: qui cum suis laudibus, tũ uero, &c. 15. Famil. Cum uno fortissimo uiro loquor. lib. 1. de Fin. Clari & fortes uiri commemorandi, eorumque facta non emolumento aliquo, sed ipsius honestatis decore laudanda. Diu. lib. 1, uiri clari & præstantes. Tus. q. lib. 1, uiri delecti. de Nat. deo. 2. uiri beneficijs excellentes. Tus. q lib. 1, Non sentiunt uiri fortes in acie uulnera: uel sentiunt, sed mori malunt, quam tantillum modo de dignitatis gradu dimoueri. Diu. lib. 1, uiri humiles & obscuri. Ac. q. ed. 1. lib. 2, Summi uiri. Tus. quæst. lib. 2. uirorum fortium, & magnanimorum, & patientium, & humana uincentium est, toleranter dolorem pati. Off. 1, Itaque uiros fortes & magnanimos, eosdem bonos & simplices ueritatis amicos minimeque fallaces esse uolumus. pro Fl. Si ciuitas per uiros bonos, grauesque homines querelas ad uos detulisset. Tus. q. lib. 1, Ab optimis illis quidem uiris, sed non satis eruditis.

☞ Syntaxis. *Vir altus & excellens. Vir clarus & honoratus, popularis, diuinus, ac singularis. In primis magnus, primarius. Viri est propria fortitudo. Magnus & altus vir. Humilis & obscurus. Patiens & humana vincens, fortisque.*

VIREO, res Tus. 235 b, Itaq; & arbores, & vites, & ea quæ, &c. alia semper virent, alia hyeme nudata, verno tempore, frondescunt.

VIRES, rium. *vis, nerui, id, certi, robur, lacerti, facultas.* de Or. 97 a, Plerique in hoc vires exercent suas. Att. 102 a, Nolim respu tantas tibi vires dedisset. pro Pom. 11 b, Eximia vis remigum. Epi. 125 a, Omni vi te retinuissem, & 52 a. Viribus ac lacertis pugnare. Orat. 204 a, Esse plurimi sanguinis, habere aliquem succum, nõ carere illis maximis viribus. de Opt. 243 b, Quidam uires, lacertos, sanguinem quærunt. Epi. 176 a, Colligere uires. de Or. 106 a, Amentatas hastas oratoris lacertis uiribusq; torquere. I A. 200 b, Experietur consentientis senatus neruos atque uires Off. 57 a, Vt excellas etiam pulchritudine & uiribus. pro Cæl. 50 a, Vir maximis uiribus. Epi. 72 b, Quæ omnibus meis uiribus sustinebo. Tus. 191 a, Omnibus opibus uiribus elaborandum est, ut, &c 195 a, Omnibus uiribus atque opibus repugnare alicui. de Sen 82 b, Quod homini naturaliter insitum est, eo uti decet: & quicquid agas, agere pro uiribus. de Leg. 157 a, Antipater habuit uires agrestes & horridas. Para. 118 b, Virtus maximas uires habet. de Sen. 83 b, Nec uos quidem, T. Pontij centurionis uires habetis. & 82 b, Neq; nunc uires desidero adolescentis, non plus quàm adolescens uires tauri, aut elephantis desiderabam de Or. 101 b, Iã me uires deficere cœperunt, I. A. 244 a, Semel circumsessus lectis ualentissimorum hominum uiribus cecidisse sciens. de Sen. 80 b, Non u. uiribus, aut uelocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed consilio, & autoritate, & sententia. Quin. de Pet. 201 a, Ex ea copia coniecturæ fieri poterit, quantum sis in campo uirium & facultatis habiturus.

☞ Syntaxis. *Vires suas exercere. Vires alicui dare. Vis eximia. Vires ac lacerti. Oratio plurimo sanguine, habens succum, non carens viribus. Collecta vires. Lacertis ac viribus contorquere. Neruos ac vires. Omnibus viribus & opibus repugnare. Multum habere virium & facultatis.*

VIRGA, gæ *flagellum.* pro Rab. 92 b, Portia lex uirgas ab omnium ciuiũ Rom corpore amouit, hic misericors flagella retulit. I. V. 163 a, Virgis ad necem cædi pro Fl. 149 b, Cæsus est uirgis Cynicus ille Athenagoras, qui, &c de Di 95 a, Seruus per circum cum uirgis cæderetur furcam ferens ductus est.

VIRGETUM, ti. *locus virgis consitus ad illigandas Vites, qualis est. Amerina salix.* de Leg. 173 b, Vioeta uirgetaque.

VIRGINALIS, le. de Di. 94 b, Virginalis modestia. pro Qu. 7 a, Homo timidus uirginali uerecundia. I. V 201, Duo signa uirginali habitu atque uestitu *(retinæ hoc. Habitu & vestitu.)* Tus 179 b, Heu uirginalem me ore ploratum edere.

VIRGINITAS, tis *castitas, castimonia.* de Na. 71 b, Mineruam patrem dicitur interemisse, uirginitatem suam uiolare cupientem.

VIRGO, nis. pro Dom. 231 b, Clodium alloquens: Tu sororem tuam
• uirginem esse non siuisti. * Sed tamen ego mihi sororem uirginem ascisco. de Di. 101 b, Cum uirgo staret, & Cæcilia in sella sederet, procellam defatigatam petijsse.] de Cla. 196 a, Domi teneamus eloquentiam, septam liberali custodia, tueamurq; vt adultam virginem caste Or. 202 b, Virgo casta, verecunda, incorrupta. I. C. 182 b, Post virginum absolutionem de Na. 47 b,

Spicum illustre gerens splendenti corpore virgo.

Epi. 140 a, Virginem me quondam inuitam per vim violat.

VIRGULA, læ Off. 32 a, Si omnia nobis, quæ ad victum cultumq; pertinent, quasi virgula diuina (vt aiunt) suppeditarentur. I. V. 218 a, virgula stantem circumscripsit, dixitque, &c.

VIRGULTA, *sunt virgæ, & aliæ stirpes passim enascentes.* pro Cæl. 46 a, Via deserta & inculta, atque interclusa iam frondibus & virgultis. de N. 90 b, Omnia arbusta & virgulta peruertere.

VIRIATICUM, bellum, *quod contra Viriatum Lusitanum gestum est.* de Cl. Ora. 172 a, viriatico bello. *aliter, Viriati bello.*

VIRIDICATUS, a, um. *viridibus consita.* Quin. Fr. 21 b, Palæstra & syl-ua viridicata.

VIRIDIS, de. *habens viriditatem.* In Ver. 85 a, Ignem ex lignis viridibus atque humidis fieri iussit. & 157 b, Campi collesq; nitidissimi viridissimique. de Diu 83 a, Lentiscus semper viridis. de Leg. 159 a, In viridi & opaca ripa inambulare.

VIRIDITAS, tis. Tus. 106 b, Quandiu insit & vigeat, & habeat quandam viriditatem. de Pro. 75 a, An laurea illa magnis periculis parata, amittit longo interuallo viriditatem? de Sen. 89 a, Pratorum viriditas. & 87 b, Terra semen tepefactum complexu suo diffundit, & elicit erubescentem ex eo viriditatem. de Am. 97 a, Senectus aufert eam viriditatem, in qua etiam tunc erant Scipio.

VIRILIS, le. *viri proprium.* de Or. 105 a, Sic illam orationem disertam sic & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. & 163 b, Fortis, ac virilis laterum inflexio Or 5 a, Virilis vox. pro Sest. 4 b, & Att. 184 a, Aliquid doloris virilis habuisse. Tus. 195 a, Fortis, &, vt ita dicam, virilis oratio. de Fi. 74 b, Vereretur que quicquã dicere, aut facere, quod parum virile videatur. Att. 249 a, Sed tamen nonnullos interdum iacit igniculos viriles.

¶ *Cum nomine, Pars, & sine.* I. V. 219 a, Est aliqua mea pars virilis, q eius ciuitatis suam, quam ille clarã reddidit. & 149 b. Plus etiã quã pars virilis postulat, oneris suscepi pro Sest 26 b, Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates sunt. L A. 247 a, Tum me eius beneficia plus quam pro virili parte obligatum puto.

VIRILITER, *fortiter.* Off. 29 b, Quod viriliter animoque magno fit, id dignum viro & decorum videtur. & Tusc. 189 a, ad Her. 27 a, Viriliter sese expedire.

VIRITIM, *per singulos, viros in viros singulos* de Cla. 169 b, Flaminius tribunus ple legem de agro Gallico & Piceno viritim diuidendo tulit. de Sen 69 a, Tus 201 a, Nolim mea bona tibi viritim diuidere liceat sed si facias partem, petam.

VIRTUS, tis. *mediocritas, bonitas, probitas, fortitudo. vis, vires, ars, facultas, integritas perf. Ea mens, absoluta ratio,* Tusc. 236 a, & de Inu. 82 a, Virtus est animi habitus, naturæ modo, rationi consentaneus. Tusc. 216 a, Virtus est recta ratio. & ibid. Virtus est affectio animi constans conueniensque laudabiles efficiens eos, in quibus est, & cęt & 184 b, Appellata enim ex viro virtus, & ibidem, Virtus a viris nomen est mutuata & ibid. a, Virtus est recta animi affectio. de N. 67 a, Virtutis diuisio quadripartita. P. 236 b, Virtutem in duas partes diuidi. prudentiam & temperantiam, iustitiam autem & fortitudinem esse sub temperantia. item. Virtus fere omnis in tribus rebus vertitur, quarũ vna est in perspiciendo, quid in quaque re verum sit, &c. alterum cohibere motus animi turbatos, quos, &c. tertium, iis, quibus cũ congregamur, vti moderatè scienter. de Ora. 140 a, Vera laus vni virtuti debetur. & ibi. Virtus est per seipsa laudabilis, & sine qua nihil laudari potest. de Na. 77 b, Virtutem nemo vnquam acceptam Deo retulit, & recte: propter virtutem enim iure laudamur, & in virtute gloriamur. pro Ar. 191 a, Virtus nulla mercedem laborum periculorumque suorum desiderat, præter hanc laudis & gloriæ. pro Milo. 220 b, Ex omnibus præmiis uirtutis amplissimum præmium est gloria. de Or. 104 a, Virtus & semper & sola libera est, quæ etiamsi corpora capta sint armis, & constricta uinculis, tamen ius suum atq; omnium rerum impunitam libertatem tenet. L A. 193 b, Omnia alia falsa, incerta sunt, caduca, mobilia: uirtus & una altissimis defixa radicibus: quæ nulla unquam ui labefactari potest. Epis. 133 b, Nihil est enim, mihi crede; uirtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Tusc. 236 b, Omnes uirtutis compotes beati sunt. pro Sex. 16 b, Ignari quid uirtus ualeat, quæ in tẽpestate quieta est, & lucet in tenebris. & pulsa loco manet tamen, atque hæret in patria, splendetq; per sese semper, nec alienis unquam sordibus obsolescit. de Cl. 191 a, honos est pręmium uirtutis, iudicio studioque ciuium delatus ad aliquem de Or. 106 b, Legibus & pręmia proposita sunt uirtutibus, & supplicia uitijs, & ibid. Virtutem hominibus (si modo tradi ratione possit) in statuendo & persuadendo non minus & ui ac metu tradi. Epi. 92 a.

Τᾶς δ' ἀρετᾶς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν. Ἀθάνατοι, &c.

de Or. 102 a, Socrates dicebat, perfectum sibi opus esse, si quis satis esset concitatus cohortatione sua ad studium cognoscendæ uirtutis. pro Ar. 191 a, Nunc insidet quædam in optimo quoque uirtus quæ noctes & dies animum gloriæ stimulis concitet. In Ant. 193 b, Si dulcis est gloria, consequere uirtutem, noli abiicere labores: petere honorem. Postq. 202 b, Dixit se non commissurum, ut uirtutem animi non haberet, quam nunquam perdidisset de Orat. 91 b, Spinosam & exilem orationem eorum esse, qui dicunt, qui unam uirtutem habeat, eum omnes habere. Offi. 40 a, A me ipso sæpe disputatum est, qui unam haberet, omnes habere uirtutes. & ibid. Nunc ita seiungo quasi possit quisquam, qui non idem prudens sit, iustus esse. Tuscu. 182 a, Virtutem si unam amiseris, & si amitti uirtus non potest, sed si unã confessus fueris non te habere, nullã esse te habiturũ. de Ora. 147 b, Oẽs uirtutes sunt ęquales & pares. sed tñ est species alia magis alia formosa. de Cl. 177 b, Omnis uirtus est mediocritas. ut ueteris Aca. dixit. pro Mur. 139 a, Virtutes uẽs mediocritate quadã esse moderatas. Off. 5 a, Virtutis laus omnis in actione consistit. de Nat. 23 a, Virtus actuosa est, Deus aũt uester nihil agens. Att. 99 a, Quam nõ est facilis uirtus, q̃ uero difficilis eius diuturna simulatio. de N. 2 b, Virtutes in specie hac simulationis inesse non possunt. de Di. 124 b, Virtus q̃ uetat spectare fortunã, dum pręstetur fides. pro Pl. 271 b, Is gloria maxime excellit, qui uirtute plurimum pstat. Of. 10 b, Quis uirtutibus his lenioribus erit ornatus, modestia, temperantia, iustitia: hę enim bonum uirum uidentur potius attingere. pro Mur. 129 b, Alius ego te uirtutibus continentiæ, grauitatis, iustitiæ, fidei, cæteris omnibus, consulatu dignissimum semper iudicaui. Epi. 53 a, Pro tuis maximis clarissimisque uirtutibus, & 73 b, Virtus eximia alicuius. L Piso, qui tanta uirtute atque integritate fuit, ut, &c. Postqu. 205 a, Singularis & pręstantissima uirtus, P. Lentuli. pro Do. 221 a, Vt singulari uirtute prædius. de Cla. 176 a, Is uirtute animi atque uita fuit bonus autor in senatu. pro Rab. 95 b, Virtus, & honestas, & pudor cum Cofs. esse cogebat. pro Fon. 248 a, Vitę socia uirtus, mortis comes gloria fuisse. At. 286 b, Durior est conditio spectatæ uirtutis, quam incognitæ. Par. 117 a, Quod rectum, & honestum, & cum uirtute est. de Vn. 198 b, Animus & ortu, & uirtute est antiquior corpore. Epi. 144 b, Virtute duce, comite fortuna. pro Cl. 25 b, Non ille honorem a pueritia, non studia uirtutis, non ullum existimationis bonæ fructum unquam cogitarat. pro Pomp. 11 a, Non solũ bellandi uirtus in summo Imperatore quærẽda est, sed multæ sunt artes eximiæ huius administræ comitesque uirtutis, ac primum innocentia, &c. temperantia, &c facilitas, &c. ingenium, humanitas, &c. de Ora. 119 b, Alterum est, in quo oratoris uis illa diuina uirtusque cernitur. Qu. F. 295 b, In uirtute atque humanitate percipienda. de Ora. 89 a, Dicendi uirtus sine rerum scientia extare non potest. Ora. 220 a, Tempora inimica uirtuti. & 199 b, Admirabilis fama uirtutũ incredibilium alicuius I. V. 110 a, Ea patientia, uirtus, frugalitasq; est, ut, &c de Cl. 170 b, In Catonis orationibus omnibus omnes oratoriæ uirtutes reperiuntur. de Ora. 131 a, Est autem hæc huius generis uirtus,

virtus, vt, &c. pro Planc. 261 b, Vis fine ingenio. pro Planc. 276 a, Non dicam miser (natura enim abhorret a virtute verbi) sed, &c. de Legib. 165 a, Nam nec arboris, nec equi virtus, quæ dicitur, in quo abutimur nomine, in opinione sita est, sed in natura. de Inuentio. 76 Præmia uirtutis & officij sancta & casta esse oportere. & ibidem. Ob egregiam uirtutem. de Orato. 91 b, Virtutes ipsas esse inter se æquales & pares, ita qui esset eloquens, tum virtutes omnes habere, atque esse sapientem. Qu. Fr. 291 b, Nequaquã satis esse, ipsũ has te habere uirtutes, sed esse circumspiciendum diligenter. & 297 a, Omnes de tua uirtute, integritate, humanitate commemorant. I. F. 11 b, Iusta gloria, qui est fructus veræ uirtutis honestissimus. I. A. 201 a, Nec enim ullam mercedem tanta virtus desiderat, præter hãc laudis & gloriæ: qua etiam si careat, tamen, sit se ipsa cõtenta. & 261 b, Excellentium hominum virtus imitatione, non inuidia digna est. & ib. vt cursu cursus, sic in viris fortibus uirtus virtute superatur. de L. 161 a, Virtus nihil aliud est, quam in se perfecta & ad summum perducta natura. * de Am. 99 a, Iam uirtutem ex consuetudine vitæ, sermonisque nostri interpretemur, nec &c.]

¶ *Ars, disciplina.* Offi. 23 b, Philosophia, ius ciuile, eloquentia, cæteræque uirtutes.

☞ Syntaxis. *Virtus animi habitus, affectio, à viris mutuatur nomen. In hoc virtus virtutem, vt, &c. Virtutem habere non vitium. Virtus & integritas. Virtus, honestas, pudor. Oratoris vis & virtus. Ius ciuile, philosophia, eloquentia, cæteraque virtutes, id est, artes.*

VIRVS, *venenum.* de Am. 112 b, Tamen is pati non possit, vt non acquirat aliquem apud quem euomat virus acerbitati suæ. in Ar.

Hic valide cupide venantem perculit ictu.
Mortiferum in venas figens per vulnera virus.

VIS, uim, vi *vires, nerui, robur.* pro Do. 241 b, Magna vis est in deorũ immortalium numine. de N. 78 a, Vis omnis ac potestas deorum. Tusc. 251 a, Magnum vero effecisti, si cantharidis vim consecutus es. I. A. 253 b, Dictatura, quæ uim iam regiæ potestatis obsiderat. de Or. 92 a, Demosthenem summam vim habuisse dicendi. & 99 a, Antonij incredibilis quædam. & prope singularis & diuina uis ingenii. de Or. 119 b, Alteris est in quo oratoris vis illa diuina virtusque cernitur. & 101 a, Patria, cuius, rei tanta est uis, tanta natura, ut, &c. de Orat. 207 b, illud uereor, ne maiorem vim ad deterrẽdum habeat, quàm ad cohortandum. pro Cec. 296 a, Eandem uim habet æquitatis ratio ad eum restituendum, qui ui deiectus est. Off. 36 b, Magna vis est in fortuna, in utranque partem, uel ad secundas res, uel aduersas. & 41 a, Et si in eo ipso est maxima vis, vt simus ij, qui haberi velimus. pro Cæl. 50 a, Vim veneni aiunt Cælium esse expertum in seruo quodã ad rem ipsam parato, cuius perceleri interitu esset ab hoc cõprobatum uenenum. de Diu. 116 a, Ego enim possum uel nescire, quæ uis siccordis ad uiuendum. & 118 a, Radices, quarum causam ignoramus, uim & effectum uidemus. & 99 a, 65 b, Quod ostentum habuit hanc uim, vt Dionysius paucis post diebus regnare cœperit. & 115 b, Ad hostiam diligendã ducem esse uim quãdam sentientem atque diuinam, quæ toto confusa mundo est. pro Cor. 62 a, Quod adiunctum est, id habet hanc uim, ut sit ille in fœdere inferior. Off. 59 b, Hæc est vis huius annuli, & huius exempli, si nemo, &c. de Or. 210 b, Definitionibus quam uim res habeant, est exprimendum. Or. 207 a, Rei vim ac naturam explicare. de Or. 90 b, Vim uniuersam ac propriam oratoris definire. & 96 b, Omnis uis ac facultas oratoris in quinque partes distributa est & 86 a, uis dicendi athenis inuenta est & 85 b, Pene infinita uis ac materia artium. Ac. 54 a, Doloris magnitudo uim quandam nobis dicendi dedit. pro Mur. 131 a, ui geritur res. & 124 a, Si illa sollennis comitiorum precatio tantam habet in se uim & religionem, quanta, &c. de D. 80 b, Cum magna uis uideretur esse in monstris interpretandis ac procurandis, in aruspicum disciplina. de Natu. 72 a, Mentis infinitę ui ac ratione designari & confici omnia. pro Rab. 94 a, Is animi om & infirmitatem corporis ostendebat. pro Cec. 297 a, Inermes, qui uim haberent armatorum ad nocendum. de D. 127 b, Vim cœlestem ad eos qui in terris gignuntur, pertinere. de Or. 94 a, Naturam ad dicendum uim afferre maximam. & 98 a, uis incitatioque orationu. I. A. 204 a, Cæsar omnem uim ingenij, quæ summa fuit in illo, in populari leuitate consumpsit. Off 66 b, 67 a, Si uir bonus hanc habeat uim, ut si concrepuerit possit in locupletum testamenta nomen eius irrepere, hac ui non utatur. pro Plan. 280 b, Si mihi sors ademisset, aut uis aliqua maior reditum peremisset. Tus. 226 b, Aut rogandi sunt, ut si quam habent ulciscendi uim, differant in tempus aliud. & ibid. Tanta uis fuit pœnitendi. Or. 219 b, Aliter in oratione nec impetus ullus, nec uis esse potest. Ep. 10 a, In te potissimum fractam illam & debilitatã uim suam contulit. & 7 a, Ea res tantam habet uim, ut, &c. & 65 a, Habere uim fœderis. de Or. 159 b, Terram mediam esse, ac sua ui nutuque teneri. de Fin. 59 b, Vis & natura rerum. pro Syl. 181 a, vita ipsa ex ui sua naturaque facillime perspicitur. pro Cor. 59 a. Postremo hæc uis esse istius & iuris & uerbi, ut fundi populi beneficio nostro, non suo iure fiant. & ibid. Sed totum hoc in ea fuit positum semper ratione atque sententia, ut, &c. pro Dom. 254 a, Quæ est quasi alia uis, quę sententia Cecilię, legis, nisi hęc, ne populo, &c. Ep. 80 a, Quę uis insit in his paucis uerbis, si attendes, intelliges, &c. pro Cec. 296 a, Æquitate intellecta, nihil ad rẽ pertinet, quæ uerborum uis sit, ac non nisi. Or. 203 a, Sine re nulla uis uerbis est. Quint. Fr. 303 b, Quædam infinita uis lachrimarum & dolorum. & 309 a, Lex quę de ui ferretur, ut qui non decessissent, ea pœna quę est de ui tenerentur. Offi 14 a, Ad hãc rationem maximam uim natura habet, fortuna proximam. de Diu. 138 a, Id enim celeritatis significat & uis equorum. de Am. 98 b, In animorum consensione omnis uis amicitiæ est. Parad. 122 b, Cui quidem, quæ maximam uim habere dicitur, fortuna ipsa cedit. de Leg. 159 a, Quantam uim rerum optimarum mens humana contineat, & 184 b, Magistratus hæc est uis, ut præsit præscribatque recta. pro Mil. 104 a. Nulla uis unquam est in libera ciuitate suscepta inter ciues, non contra Remp. & 113 a, Magna uis est conscientiæ, iudices, & magna in utranque partem. & 114 b, Magna in hoc certe uis, & incredibilis animus, & nõ unius uiri uires iudicantur, si quidem, &c. pro R. P. 127 a, Ergo aderat uis (ut ait poeta ille noster) quæ summas frangit, infirmatque opes. pro Mar. 132 a, Nulla est tanta uis, tanta copia, quæ non ferro ac uiribus frangi possit. pro Pomp. 11 b, Eximia uis remigum, & 125 a, Omni uitæ retinuissem.

¶ *Impetus, casus.* pro S. R. 33 b, Multa sæpe imprudentib. imperatoribus uis belli ac turba molitur. pro Clu. 28 b, Incursio seditiosæ uis multitudinis, impetus tribunitius. pro Q. 9 a, Vt ac necessitate coactus & motus hoc feci. pro Mur. 136 a, Catilina Sulpitio vim denunciabat. I. C. 123 b, Si uis improborum spem meam fefellerit. At. 108 a, Decem annos non tibi à senatu, sed à te ipso per uim & factionem datos. I. V. 125 a, Cohibitio tollendi usũ pastus esset, uim adhibeat pœtioni. Epi. 105 b,

—— Vadunt solida vi.

¶ *Molestia.* pro R. P. 129 b, Hanc uim frigorum hyememque nos vix sustinemus.

¶ *Moderatio, gubernatio.* pro Milo. 118 a, Qui nullam uim cœlestem existimat, numenque diuinum.

¶ *Pondus, momentum, grauitas, fides.* Aca. 29 b, Rationes quæ uim afferunt in docendo.

¶ *Violentia, iniuria.* pro Sest. 11 b. Vim ui repellere. pro Mil. 103 a, Vi uim illatam defendere. Att. 36 b, Ex eo magis uis nobis timenda est. Anteq. 194 a, Dum nostrorum inimicorum uim atque uiolentiam prospiciat. Attic. 55 a, Facere uim alicui. pro Cec. 265 a, & 289 a, Ex conuentu uim fieri oportebat. Offic. 74 a, & I. C. 101 a, Adhibere vim alicui, & ibid. b, Inferre uim & manus alicui. Attic. 148 I. V. 134 b, Afferre uim alicui, & 88 b, Afferre uim matribus familias. pro Ce. 296 b, Si reperientur ita parati, ut uim corpori ac uitæ potuerint afferre. Epist. 14 a. Vim neque parenti neque patriæ afferri oportere. pro Ce. 289 a, Prętor interdixit de ui hominibus armatis. in eadem, Omnis enim uis est. quæ periculo aut decedere nos aliquando cogit, aut prohibet accedere. Ep. 116 b, Lex Plotia de ui. de Fin. 78 b, Stuprata per uim Lucretia.

¶ *Copia, vbertas.* Tusc. 246 a. Magna uis auri & argenti. I. V. 224 b, Magna uis eboris. Qu. F. 316 b Magna uis aquæ de Som. 127 b, Quem ut uidi, equidem uim lachrymarum profudi. de Pio. 69 b, Vim Argẽteam dederat præclaro imperatori nostro, ut exhaustas domos replere possent.

¶ *Numerus multitudo.* de Aru. 148 b, Vis innumerabilis collecta seruorum. Epist. 104 a, Maxima uis ranunculorum. I. V. 230 b, Vis maxima naiorum.

☞ Syntaxis. *Vis diuina oratoris, & virtus. Vis veneni, cordis ad viuendum. Vis & effectus radicum. Vis & natura. Vis ac facultas. Vi geritur res. Vis ac ratio mentis. Animi vis.)(Corporis infirmitas. Vis & incitatio orationis. Impetus & vis eiusdem. Conferre in aliquem vim suam, Sua vi, nutuque terra tenetur. Habere vim, sæpissimè Cice. vsurpat Celeritas & vis equi. Vis cœlestis. Numenque diuinum. Vim illatam defendere, Vis frigorum, Vis ranarum, argenti. Argenteam magnam vim accipere, pro Argenti.*

VISCERA, rum *interna nobiliores partes corporis, intestina.* de Fi. 84 a, Tanti aderant morbi uesicę & uiscerum. de N. 29 b, Terrena ipsa uiscerum soliditas. in Cati. Tela in tuis pulmonibus & uisceribus adhęrebunt. Tus. 214 a, Permanat in uenas, & hæret in uisceribus id malũ. & ib. Cum hic feruor ita quã in venis medullisq; insederit. I. C. 103 b, Periculum autem residebit, & erit inclusum penitus in uenis atq; uisceribus Reip. Tus. 233 b, Metrodorus, qui omne bonum in uisceribus. Medullisque condidit. pro Dom. 237 a Is extruxit uillam in Tusculano uiscerib. ærarii. At. 86 a, Sed noli me putare συναλλάγματα illa tua abiecisse, quæ mihi in uisceribus hærent. de Or. 138 a, Hæc nõ extrinsecus aliunde quærenda, sed ex ipsis uisceribus causæ sumenda sunt. in Anto. 159 a, Qui in medullis. P. R. ac uisceribus quærebant, & 262 b, Cæsar Antonij crudelitatem non solum à iugulis nostris sed etiam e membris uisceribusque auertit.

☞ Syntaxis *Pulmones & viscera. Venæ ac viscera. Viscera ærarij. Hoc tuum malũ hæret in visceribus, Ex medullis ac visceribus, Reip. Non solùm à iugulis, sed etiam a membris ac visceribus auertere ferrum, hoc Membrum partem significat abditam atque præstantem.*

VISCERATIO, onis. *cruda carnis distributio, quæ solemni ritu fiebat.* Offic. 44 b, Prodigi, qui epulis & uisceratiombus, & gladiatorum muneribus pecunias profundunt.

VISCVS, sci, de Natu. 55 a, Bestiolæ in sordibus tanquam in uisco inhæ rescunt.

VISENDVS, a, um. *Spectandus, magnificus.* In Vat. 35 a, Epulum omni apparatu ornatuque uisendo. pro P. 15 b, Eam rem populus R. non modo uidit, sed etiam studio omni uisenda putauit, & 11 b, Quę cæteri tollenda arbitrabantur, ea sibi ille ne uisenda quidem existimabat. de Op. 245 a, Quid enim tam uisendum aut audiendum fuit, quàm, &c.

VISENDI. Tus. 229 b, Qui te plausum, nec lucrum quærerent, sed uisendi causa uenirent, studioseque perspicerent, quid ageretur, & quõ. de Vni. 195 a, Cratippus. Ephesũ uenit mei salutandi & uisendi causa.

- - Qua partus Mauortis femina natos.
Vberibus grauidis uitali rore rigabat. de Dio. 184 a.
Luce serenanti uitalia lumina liquit.
Aut quum se grauido tremefecit corpore tellus.

Syntaxis. *Vis uitalis per omnem mundum pertinens. Vitale flamé. Calor salutaris et uitalis. Vitalis & salutaris spiritus. Vitalis uos, 1. loc.*

VITANDVS, a, um. Ora. 219 b, Gladiatores multa uitanda faciunt cauté, & petendo, uehementer. de Ora. 239 a, Vitanda est ingenuit ostentationisque suspicio.

VITANDVS, a, um, 4. ad Att. Vitandis diebus censum impendere.

VITATIO, onis. *fuga.* I. A. 118 a, Quæ uitatio, oculorum, lucis, urbis, fori? quàm misera fuga? quàm fœda? de Fin. 229 a, Vitatio doloris. ad Her. 26 b, Vitatio periculi.

VITELLVS, li. *oui pars rubra.* de Diuin. 136 a, Tum ille, Nihilne de uitello?

VITICVLA, læ. de Na. 77 a, Dij nec agellos singulorum, nec uiticulas persequuntur.

VITIATVS, a, um, pro Sex. Comitiorum & concionum significationes interdum ueræ sunt, nonnunquam uitiatæ & corruptæ.

VITIO as ad Att. li. 1, Nam M. Luculli uxorem Memmius uitiauit.

VITIOSE, sius. *uitio.* ut, Lex uitio lata.)(*Lex rectè lata.* In Anto. 196 a, Leges uitiose, per uimque tulit. de Fi. 72 a, Sed ille ut dixi, uitiose. Tus. 194 a, Membrum tumidum ac turbidum uitiose se habeat. Acade. lib. 4. Recte & uitiose concludere. ad Heren. lib. 4, Recte & uitiose concludere. ad Herenn. lib. 2, Vitiose loqui Ennio, & cæteris Poetis concessum est. de Senectute 82 a, Illud uero idem Cæcilius uitiosius.

VITIOSITAS, tis.)(*uirtus.* Tusc. 215 a, Vitiositas est habitus, aut affectio in tota uita inconstans, & a seipsa dissentiens, & 216 a, Virtutis contraria est uitiositas, sic enim malo, quàm malitiã appellare eam, quam Græci κακίαν appellant, nam malitia certi cuiusdam uitij nomen est, uitiositas omnium.

VITIOSVS, a, um, ssimus. *multis uitiis flagitiisque contectus, deprauatus, corruptus, multis affectus uitiis, quod in uitio est, quod uitiosè se habet.* de Fin. 83 a, Vitiosa & flagitiosa uita I. A. 196 a, Collega, quem ipse fecit sua nunciatione uitiosum. cont. Rul. 69 b, Vnum erat quod mihi uitiosum uidebatur, quod, &c. de Diu. 91 b, Integri corporis, non uitiosi est diuinatio. Offic. 14 b, Natura uitiosa, ut, &c. de Cla. 191 a, Is metuens ne uitiosum colligeret, etiam uerum sanguinem deprauabat. de Na. 75 b, Si qui audirent, uitiosi. de D. 83 a, Itaque sinistra dum non exquirimus, in dira & in uitiosa incurrimus. At. 9 b, ille alter uno uitio minus uitiosus. I. A. 176 a, Vitiosus consul.)(*falsis auspiciis creatus.* ad Att. lib. 1, 9, Ille alter uno minus uitio uitiosus, quod iners, quod somni plenus, quod imperitus, q ἀπρακτότατος, sed uoluntate. de Pet. Consul. 213 b, Et quoniam in hoc uel maxime uitiosa est ciuitas, quod largitione interposita uirtutis & dignitatis obliuisci solet. 2. ad Her. Vitiosum exemplum. 3. Ver. Quid ita? ne uitiosum opus fieret? 2. ad Her. Vitiosum simile. ibi. Vitiosum. sponte sua, quod reprehensione non eget. Acã. q. edi. lib. 2, Vitiosum est, assentiri quicquam aut falsum, aut incognitum. 1. de Diu. 91 b, Animi enim integri, non uitiosi corporis est diuinatio. de Clar. Or. 148 b, Cæsar autem rationem adhibens, consuetudinem uitiosam & corruptam pura & incorrupta consuetudine emendat. de Fat. 142 b, Vitiosam enim naturam ab eo sic edomitam & compressam esse doctrina, ut nemo unquam uinolentum illum, nemo in eo libidinis uestigium uiderit. 3. de Leg. Quamobrem, &c. quid quisque sentiret, tabella uitiosum occultaret suffragium. Tusc. q. lib. 1. Id enim otioso more effici solet. & lib. 4, Qui enim non natura, sed culpa uitiosi esse dicuntur, eorum uitia constant ex falsis opinionibus rerum bonarum ac malarum, ut sit aliis ad alios motus perturbationesque proclinior. 2. de Leg. Vitiosa quæ defixerit augur, irrita infectaque sunto. 2. ad Her. Vitiosorum argumentorum genera duo. de Na. Deo. 2, Vitiosarum rerum, neque naturalium uocabula. 1, de Ora. Vitiosissimi oratores.

Syntaxis. *Vitiosum aliquem facere suis uerbis. Vitiosi corporis non est diuinatio, sed integri colligere sanguinem uitiosum. Incurrere in dira, & uitiosa. Vno uitio minus uitiosus. Consuetudo uitiosa & corrupta.*

VITIS, tis. de Na. 50 a, Vites claniculis adminicula tanquam manibus apprehendunt. de Or. 186 b, Arborum putatio atque uitium. de Senec. 88 a, Vitis serpens multiplici lapsu & erratico. In Ara.

- - Quam uiridi connectit tegmine uitis.

Tusc. lib. 1, Vites lætificæ. Poetæ. I. BRASSICA, & CAVLIS.

VITIVM, tij. *uitiositas, prauus actus, turpis actio, prauitas animi, labes animi, morbus animi, animi prauitas uel deformitas.*)(*sanitas, uirtus.* de Ora. 106 b, Legibus & præmia proposita sunt uirtutibus, & supplicia uitiis. de Fin. 98 b, Turpes actiones, quæ oriuntur e uitijs, quas enim Græci κακίας appellant, uitia malo quàm malitias nominare. & ibidem. Omni uirtuti uitium contrario nomine opponitur. Attic. 32 b, Bellum est ita, uitia nosse. de Orato. 94 b, Fere nemo est, qui acutius atque acrius uitia in dicente, quàm recta uideat. & ibid. Fingendus est nobis, detractis omnibus uitiis, orator, atque omni laude cumulatus. Orat. 297 b, Id est in oratione uitium uel maximum. de Orat. 137 a, Vitia aut incommoda quæ sint in aliquo, & ibi. Exprobrare aliqua uitia in aliquo. de Ora 116 a, In quo uitium prætermittatur, &c in quo uitandum est, &c. de Cla. 190 b, Oratoris uel sanitate, uel uitio ad diiudicandum uti. pro Cl. 32 b, Quique ea uitia quæ ab natura habeat, etiam studio atque artificio quodam malitiæ condiuisset.

¶ *Deprauatio.* de Diuina. 127 a, b, Multi naturæ uitium exercitatione sustulerunt. de Ora. 131 b, Delabi in aliquod uitium, & ibid. a, Si aduersarij in aliquo insigni ad irridendum uitio reperiantur, & ibi. Deformitas & corporis uitium.

¶ *Culpa.* de D. 97 b, Qui ualetudinis uitio fuerunt de Leg. 200 b, Cõcipere uitium Acad 13 b, Huc si perueneris, me tibi primum quidẽ concedente meum uitium fuerit. de Arus. 257 a, Qui aliquando honorem uitio ciuitatis, non suo, non sunt assecuti I. A. 169 a, Qui fortunæ uitiu, non suo decoxisset. de D. 104 b, Male coniecta falsa sunt, non rerum uitio, sed interpretum inscitia.

¶ *Dedecus.* pro S. R. 26 a, Summam laudem alicui uitio & culpæ dare. Epist. 99 a. Ne sibi uitio uerterent, quod abesset à patria, & 179 b, Vitio mihi dant, quod, &c. Tusculan. 193 a, Quoniam consideus mala consuetudine loquendi in uitio ponitur, & 224 a, Eodem uitio est effusio animi in lætitia. de Fin. 131 b, Etsi hoc quidem est in uitio, dissolutionem naturæ tam valde perhorrescere Off. 5 b, Is tam est in uitio, quam si patriam deserat.

¶ *Impedimentum.* de D. 117 a, Comitiorum solum uitium est fulmẽ, quod idem omnibus rebus optimum auspicium habemus.

¶ *Inauspicato.* de D. 86 a, Vt P. Claudius, eiusque collega L. Iunius, classes magnas perdiderunt, quòd uitio nauigassent. de N. 28 a, Consules uitio creatos esse.

¶ *Malum, damnum, ærumna.* I. A. 276 a, Id igitur obuenit uitium, quod tu iam futurum esse prædixeras.

¶ *Ad ædificia & uenalia relatum.* Epist. 135 a, Si nihil est in parietibus, aut tecto, uitij, cætera mihi probabuntur. Topic. 222 a, Si ædes excisæ corruerunt, uitiumve fecerunt, & ibi Quod fui nisi uitij fecerit. Off. 63 a, Venditorem eius rei quam uendat, uitia narrare.

Syntaxis. *Bellum est, sua uitia nosse. In aliquo uitia exprobrare. Vitium & incommodum. Deformitas ac uitium corporis. Id si non fiet, tamen uitium erit. Laudem uitio dare, uertere. Vitio dare, quod. Eodem est uitio loquacitas, quo, &c. Hoc uitium est in uitio, in uitio ponitur. Ille nihil minus ac si prodiderit esset, in uitio est. Comitiorum uitium. Vitio nauigare. Vitium in pariete, tecto fornice. Paries uitium facit.*

VITO, as. *deuito, euito, fugio, effugio, declino, desisto.* Off. 329 b, Quis non mortem propter periculum uitet? Ep. 67 a, Hæc nõ uitare cupimus, &c. si recepos causam nostrã uitabimus. de Pro. 78 b, Vitare uituperationem. Par. 235 a, & At. 128 a, Fugere, uitare declinare aliquid.

VITOR, aris. I. C. 100 a, b, Ego tuas petitiones ita coniectas, ut uitari posse non uiderentur, parua quadam declinatione, & (ut aiunt) corpore effugi.

VITRICVS, ci. *matris meæ maritus, qui me non genuit.* I. V. 123 b, C. Marius uitricus pupilli. de Cl. 176 b, D. Syllanus uitricus tũc. pro Mur. 141 b, Att. 243 b, Vitricus quidem nihil censebat.

VITRVM, tri. pro R. P. 229 a, Merces fallaces chartis & linteis & uitro delatæ, & Ep. 223 b.

VITVLARIA via. Q. F. 328 a, Ex eo loco recta uitularia uia profecti sumus in Eufidianum fundum.

VITVLINVS, a, um. *ex uitulo.* de Diuinatio. 119 a, An tu, inquit, carunculæ uitulinæ mauis quàm imperatori credere? Epistola. 128 b, Assum uitulinum.

VITVLVS, li. *bos iunior.* de Diuina. 115 b, An censes eundem uitulum si alius delegerit, sine capite iecur inuenturum? de Inuen. 74 a, Vitulum alicui deo immolare.

VITVPERABILIS, le. *uituperandus.* de Legibus 188 b, Nam isto quidem modo uel consulatus uituperabilis est. de Finibus 98 b, Quod uituperabile est, &c.

VITVPERATIO, nis. *reprehensio, ignominia.* de Pro. 78 b, Quod ad uitandam uituperationem ualet. Att. 228 a, Cadere in aliquam uituperationem, & 256 b, Effugere uituperationem. de Cla. 173 a, Eaque res P. Africano uituperationi fuit. 10 Anton. 244 a, Culpæ reprehensionem, & stultitiæ uituperationem reprehendere. de Arusp. 255 b, Meque nonnulla uituperatione tarditatis meæ facto suo liberauit. Att. lib. 4, Vituperationem subire, & 16, Vituperationem suscipere. de Or. lib. 3, Vituperationem tribuere. I. V. Act. 5, In uituperationem adducere. Par. Vituperationis finis turpitudo. Att. lib. 16, Duæ maximæ uituperationes.

Syntaxis. *In uituperationem cadere. Vituperationem subire, effugere, suscipere, tribuere. In uituperationem adducere.*

VITVPERATOR, oris. *reprehensor.* Ep. 97 b, Si quando in uituperatores meos incidisses. Tus. 175 b, & de Fi. 40 a, Nos autem uniuersæ philosophiæ uituperatoribus respondimus in Hortensio. * de Natu. 3 a, Qua quidem in causa & beneuolos obiurgatores placare, & inuidos uituperatores confutare possumus.]

VITVPERO, as. *uitio, crimini, culpæ do, culpo, deformo, de dignitate, autoritate alicuius detraho, in maledictis uehementius loco obiicio, maledictis alicuius gloriam dignitatemque uiolo.* pro Muræ. 138 a, Ego tuum consiliũ Cato, uituperare non audeo. ad Her. 14 b, Veluti qui rhetoricam uituperant, propter alicuius oratoris uituperandam uitam.

VITVPERATOR, ris. Q. F. 31 a b, Pompeius in amicitia P. Lentuli uituperatur. de Fin. 84 a, Syracusanæ mensæ, quæ a Platone grauiter uituperantur. de Orato. 140 b, & contra Rul. 67 a, Improbum notari ac uituperari.

VIVO, uis. *spiro, respiro, uigeo, sum, in uita sum, in uita commoror, inter uiuos numeror, uitam ago, uitam tracto, uitam dego, ætatem ago, ætatem dego, æuum ago, uitam uiuo, uita fruor, uitam & spiritum duco, uita & communi spiritu fruor, uitam colo, uita manet, uita suppetit, uita suppeditat, lucem intueor, uitam propago, anima mea exupero, uitam perdomo, dies in uitam uideo.* in Ant. 177 a, Cum latronibus non solum de die, sed etiam in diem uiuere, & 199 a, Qui in horam uiuunt. I. P. 91 a,

Est

